8
I L
7

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

357.8
35-G-7
71
7
H
12

Digitized by Google

DE
MISSIONIBUS APOSTOLICIS.

DE
MISSIONIBUS
APOSTOLICIS
SIVE
TRACTATVS
DE
VTILITATE SACRARVM MISSIONVM,
VIRTVTIBVS, PRIVILEGIIS, OFFICIO ET POTESTATE
MISSIONARIORVM:
AUCTORE
R.P. MATTHIA A CORONA LEODIENSI,
Carmelitâ, Sacræ Theologiæ Doctore Pariſienſi.

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

LEODII,
Apud GUILIELMUM HENRICUM STREEL,
Suæ Sereniſsimæ Celſitudinis Typographum. M.DC.LXXV.
Superiorum Permissu.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI

MAXIMILIANO HENRICO,

DEI GRATIA

ARCHIEPISCOPO COLONIENSI,

SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM

ARCHICANCELLARIO,

ET PRINCIPI ELECTORI:

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO,

EPISCOPO ET PRINCIPI LEODIENSI

ET HILDESHEYMENSI,

ADMINISTRATORI BERGTESGADENSI,

LANDT-GRAVIO LEUCHTENBERGENSI.

UTRIUSQUE BAVARIÆ, SUPERIORIS PALATINATUS,

WESPHALIÆ, ANGARIÆ, ET BULLONII DUCI,

COMITI PALATINO RHENI,

MARCHIONI FRANCHIMONTANO, COMITI

LOSSENSSI ET HORNENSI, &c.

SERENISSIME PRINCEPS,

Syneſius ex Philoſopho Epiſcopus Cyrenes Arcadio Auguſto Imperii perennitatem apprecans, nullis aliis clavis adamantinis fulciri, nullis fortioribus muris & fortalitiis illud muniri ſcribit quàm Religione & Pietate. *Ea verò* (inquit) *magis amplectere qua citra omnem controverſiam Regem apprimè deceant, de quibus idem eſt tùm antiquiſsimorum, tùm noviſsimorum Sapientum* Orat. de regno ad Arcad.

judicium.

judicium. Subdit. *Religio autem & Pietas firma inprimis ejus baſis ſubjiciatur, in quâ ſtabile atque inconcuſſum ſimulacrum perſtet.* Ei arridens S. Iſidorus Peluſiota elucidansq; Danielis oraculum cap. 9. verſ. 27. *Deficiet hoſtia & ſacrificium.* Oportunè animadvertit collabente Sacerdotio Hebræorum regnum

Epiſt. 149 excidiſſe. *Ac maximè quidem per Sacerdotii extinctionem, Regni quoque & aliarum rerum everſionem ſimul demonſtrabát. Nam Regni quoque baſis Pietas erga Deum erat.*

Quare laudatiſsima omni ævo extitit pro aris, focisque Principum armata manus contra impios, qui à verâ Religione deſciverant, ſeu in fœdam idololatriam, cultúmque gentium lapſi erant: Sic cùm Hebræi Vitulum Aureum conflaſſent, Moyſes congregatis

Exodi c. 32. v. 27 filiis Levi. *Ponat* (inquit) *vir gladium ſuper fœmur ſuum, ite & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proxi-*

verſ. 28. *mum ſuum: Feceruntq; filii Levi juxta ſermonem Moyſis, cecideruntq; in die illo quaſi viginti tria millia hominum:*

verſ. 29. *Et ait Moyſes conſecraſtis manus veſtras hodie, unuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio.* Idem Judicibus Iſrael ait: *Occidat proximos ſuos qui initiati ſunt*

Num. c. 25. v. 5. *Beelphegor, etc. Et occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum.*

Sic Sanctiſsimus Vates Elias poſt evocatum cœlitus ignem in victimam ſuam juſsit Prophetas Baal & Lucorum, ſeu Antiſtites & Auctores idololatriæ à populo perpetratæ

deleri

deleri uſquè ad 850. *Elias* (inquit S. Baſilius) *Zelotes quinquaginta ſupra quadringentos turpitudinis Sacerdotes, & quadringentos ſacrorum Nemorum comedentes de menſâ Jezabel, juſtâ, ſapientiq; indignatione in totius Iſrael utilitatem, ut morte mulctarentur effecit.* Lib. 3. cap. 18. Hom. 20. de irâ. Sic Judas Machabæorum Princeps fuſo hoſtili exercitu Templum mundavit, Altare novum erexit, omnibúſque ad Dei cultum præparatis. *Elegit Sacerdotes ſine macula voluntatem habentes in lege Dei, & emundaverunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.* Lib. 1. Machab. c. 4. v. 43 Et alibi ſanctimoniam & pacem Civitatis in Oniæ Sacerdotis zelum Lib. 2. c. 3 v. 4. & pietatem refundit.

Conſtantinus Magnus non tam armis cùm apparatu, quàm divini honoris zelo & Crucis amore Gentilium turpitudines inhibuit, idolorum delubra clauſit. Diis victimas offerri non tulit, Sacra Jeroſolymorum Loca Templis illuſtravit, Crucis ſupplicium abolevit, tùm quia Chriſtus illi affixus fuit, tum quia illius apparitione roboratus ipſe Maxentium 190000. militum exercitu ſtipatum delevit, hæreſes & ſchiſmata ſeveris legibus profligavit, &c. Sic dimicatum eſt à Theodoſio contra Eugenium & aſſeclas perfidiſsimos tyrannos, qui larvâ Religionis immania facinora tegere nitebantur. Nullum reperire eſt Chriſtianum Principem innocentiori

tiori ævo, qui arma ſumpſerit, niſi ad ulciſcendas atrociſsimas injurias Deo & Eccleſiæ ab infidelibus illatas.

Hoc modo olim piiſsimus Rex Juda de Divino Numine, populóque univerſo optimè meritus eſt. *Et fuit Dominus cum Ioſaphat qui ambulavit in viis David Patris ſui primus, & non ſperavit in Balaam, ſed in Deo Patris ſui, &c.* Verſ. 6. *Cúmque ſumpſiſſet cor ejus audaciam propter vias Domini, etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit.* Septuaginta & Vatablus. *Exaltatum eſt cor ejus in viis Domini.* Seu nihil habuit prius quàm ut obſervaret mandata Domini. Idem Vatablus. *Magnos & excelſos à Deo, Deiq; cultu concepit animos:* Adeò ut neminem veritus, ſed imperterritus excelſa aboleret, nonnulla heroica opera animo conciperet pro promovendo Dei honore, & aris ejus. Ut verò hoc negotium majori cum fructu, & auctoritate ſuccederet. *Miſit de Principibus ſuis Benhaïl, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanaël, & Michæam, ut docerent in Civitatibus Iuda. Et cum eis Levitas Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Abel quoque & Hariramoth, & Ionatham, Adoniamque, & Thobiam, & Thobodoniam, Levitas, & cum eis Eliſania & Ioram Sacerdotes, docebantq; populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas urbes, atque erudiebant populum, etc.*

Lib. 2. Paralip. c. 17. v. 3

verſ. 4.

verſ. 6.

verſ. 7.

verſ. 8.

Horum Heroum inſignem zelum S. Ludovicus Francorum Rex ad convellendas Albigenſium, aliorumque Sectariorum hæreſes,

Beatorum

Beatorum Dominici & Franciſci miniſterio uſus eſt, Elianiſque Inſtituti Sequaces è Carmelo in Gallias induxit. S. Stephanus Hungaros, S. Wenceſlaus Bohemos, Hiſpanorum & Luſitanorum Reges Indos ad veri Dei notitiam & cultum Virorum Apoſtolicorum ſubſidio traduxerunt. Eodem zelo incenſi fuêre Sereniſsimi Principes Bavari, Erneſtus Elector Colonienſis, &c. Propatruus Veſter, qui ut Leodii Religionem Catholicam illibatam ſervaret ab impiis dogmatibus, quæ Acatholici in locis vicinioribus ſpargebant PP. Societatis Jeſu in domum Fratrum S. Hieronymi invexit anno 1581. & poſtmodum in alia Oppida, à quibus pueri non tantùm humanioribus litteris; ſed & Catholicæ Fidei rudimentis, pietatiſq; documentis imbuuntur. Anno 1592. Seminarium D. Matthæi, vulgò ad Catenam, inſtituit, curavitq; Apoſtolicis Dogmatibus firmari, ut ex quo adoleſcentes peracto Philoſophiç ac Theologiç ſtudio prodeuntes, verbo & exemplo populi mores depravatos extirpare, necnon peſtifera Acatholicorum dogmata impugnare & avertere poſſent.

Sub Sereniſsimo Ferdinando Patruo Veſtro Electore quoque Colonienſi ac Præſule Leodienſi, &c. Maximilianus Princeps & Elector

Bavariæ, ſuâ etiam munificentiâ Athenæum Anglicanum PP. Societatis Jeſu Leodii erexit, perpetuóque cenſu foveri ſtatuit, in quo ſacratioribus Muſis, ſtudiisque altioribus, ac Apoſtolicis virtutibus tyrones Angli inſtruuntur, in ſubſidium Eccleſiæ Anglicanæ, ut poſtea non verbo dumtaxat, ſed proprii cruoris profuſione fidem & religionem orthodoxam ibi propugnent & ſtabiliant, ac ſuâ morte aliis vitam, ſalutémque procurent, & quot eorum operâ & ſtudio animæ ex ignorantiæ & errorum abyſſo emergunt, tot auguſtiſsimæ Familiæ Bavaricæ diademati gemmæ pretioſiſſimæ inſerantur, quæ majorem ei ſplendorem afferrent, quàm uniones è vaſtiſsimis Indiarum regnis proferri queant.

Non minorem religionis zelum & pietatem in Eccleſię ſanctimoniam & animarum ſalutem VESTRA CELSITVDO manifeſtavit dum non tantùm ſuarum Ditionum & Diœceſeon urbes ab Acatholicis occupatas armis recuperare ſtuduit, ſed (aliis prætermiſsis) dum margaritas è mari Britannico nullo pretio æſtimabiles, ſcilicet Virgines Anglicanas ſub regula D. Auguſtini degentes in Suburbio Avrotano Leodienſi in locum hominum & nomine & moribus viliſsimorum cum ampliſsimo reditu induxit, ut

illæ

illæ ſuas in ſæculo conſodales ad Eccleſiæ gremium, cœleſtisque Sponſi thalamum provocent. Quam gratæ ſint præfatarum perſonarum admiſsiones & miſsiones Apoſtolicæ, patebit ex hoc Opere, quod ſub VESTRÆ CELSITVDINIS patrocinio in lucem prodire, ac univerſum orbem uſque ad extremas Indiarum oras percurrere anhelat ad Dei honorem, Eccleſiæ ſanctimoniam, animarum errantium ſalutem, Miſsionis Apoſtolicæ candidatorum utilitatem. Hujus patrocinii ſpe fretus Deum aſsiduè precabor, ut VESTRAM CELSITVDINEM ad fovendam & propagandam Eccleſiæ ſanctimoniam diutiſsimè incolumem tueatur.

Ita vovet

SERENISSIMÆ CELSITVDINIS VESTRÆ,

Humillimus ac devotiſſimus Servus & Cliens,

Fr. MATTHIAS A CORONA Carmelita.

CENSURA THEOLOGORUM.

TOmum, cui titulus eſt Eccleſia Sancta à Miſsionibus Apoſtolicis, compoſitum à R.P. MATTHIA à CORONA Leodienſi Carmelitâ Sacræ Theologię Doctore Pariſienſi, legi, in eóque nihil inveni contrarium fidei Catholicę aut bonis moribus: imò judico valdè utilem omnibus Miſsionariis, hæreticorum & infidelium converſioni incumbentibus, ideóque typis mandari poſſe cenſeo. Leodii hâc 4. Februarii 1675.

FRANCISCVS ZVTMAN,
Examinator Synodalis.

APPROBATIO
THEOLOGORUM ORDINIS.

NOs infraſcripti cum magnâ animi attentione, ac voluptate legimus hunc Tomum, cui titulus eſt, *Sanctitas Eccleſiæ Romanæ etc. à R.P. Matthiâ à Corona, Ordinis B.V. Mariæ de Monte Carmeli, & Conventus Leodienſis Religioſo Expriore, S. Theologiæ Doctore Pariſienſi*, compoſitum: in quo nihil Fidei Orthodoxæ, nihil bonis moribus contrarium invenimus; quin imò, inſignem applicationem Sacrarum Scripturarum ad ſuum finem, varias SS. Patrum ſententias, multiplicem Theologorum doctrinam notavimus: Opus ſanè magno labore & majori lectione concinnatum, in quo Miſſionarii virtutes ſibi ad ſuum munus ritè obeundum neceſſarias, ad Eccleſiæ Romanę per converſionem animarum Sanctitatem promovendam, ob magna ſibi ab eâdem Eccleſiâ Romanâ conceſſa privilegia videre poterunt, ideòque iiſdem utiliſſimum & pręlo digniſſimum judicamus. In quorum fidem, &c. Datum in Carmelo noſtro Leodienſi hâc 15. Ianuarii anno Domini 1675.

Fr. TIMOTHEUS A PURIFICATIONE Carmelita Leodienſis,
S. Theologiæ Profeſſor emeritus.

Fr. BERNARDUS A S. ARNOLDO Theologus.

DE MISSIONIBVS APOST.

AD LECTOREM
AUCTORIS AC OPERIS
Intentum & Conſilium.

DIvina Providentia tantâ ſollicitudine ſuæ Eccleſiæ fundandæ, fovendæ & propagandæ invigilavit, ut nulla ſit plaga mundi, nullum regnum, quò Apoſtolos, vel aliquos Viros Apoſtolicos à Chriſti Aſcenſu non miſerit, ut ea quæ in regione umbræ mortis deliteſcebant lumine fidei illuſtrarent, ut teſtatur Cantor Regius Pſalm. 18 verſ. 4. *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines terræ verba eorum.* Quæ Titelmannus ita elucidat. *In omnes partes terræ pervenit vox Evangelicæ prædicationis ipſorum, & in omnes fines orbis terrarum pervenit vox prædicationis eorum in Orientem, Occidentem, Meridiem & Septemtrionem, ubique fructificans & creſcens Domino, cujus gloriam prædicabant iter ipſorum dirigente, & ſermonem ſequentibus ſignis confirmante.* Dionyſius. *Apoſtoli factâ diviſione per ſe ipſos atque per ſuos diſcipulos prædicaverunt Evangelium Chriſti in quatuor plagis terræ, & principalibus partibus mundi.* Ad eam miſſionem obeundam Chriſtus Præcones ſuos his Iſaiæ oraculis hortatur cap. 24. verſ. 15. *In doctrinis glorificate Dominum, in inſulis maris nomen Domini Dei Iſrael.* Septuaginta, Pagninus, Vatablus. *In vallibus*: Alii, *in ſpeluncis*. Quaſi diceret, inquiunt D. Thomas, Lyranus, Sanchez, Cornelius, qui in vallibus & & inſulis maris eſtis, glorificate Deum percurrendo orbem, docendo omnes gentes, eas etiam quæ in antris & ſpeluncis commorantur, docendo myſteria fidei. Hebræus habet in igne zeli veſtri inſtar Eliæ, qui Eccleſiaſtici cap. 48. v. 1. *Surrexit quaſi ignis.* Et lumine prædicationis veſtræ orbem univerſum illuſtrate.

Quantùm verò in mentibus hominum ſuâ prædicatione progreſſum fecerint Viri Apoſtolici teſtantur illæ nationes, teſtatur

Iſaias verſ. 16. *A finibus terræ laudes audivimus.* Ideſt Regiones Indorum, Sinarum, aliiq́ue extremi orbis populi per Viros Apoſtolicos edocti teſtantur, & gaudent ſe è tenebris ignorantiæ & idololatriæ erutos eſſe prędicatione & miraculis eorum. Fuſius hanc univerſarum gentium converſionem, & ſuæ incarnationis fructum exprimit Deus apud eundem Vatem cap. 66. verſ. 18. *Venio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis, & venient, & videbunt gloriam meam.* Quomodò iſta congregatio fiet? Prędicatione Evangelicâ, Verſ. 19. *Ponam in eis ſignum.* Ideſt (inquit Bellarminus lib. 2 de effectu Sacramentorum cap. 20. ſub finem) accipient characterem Baptiſmi & Confirmationis, quo ſuum gregem, ſuoſq́ue milites Chriſtus conſignat. *Et mittam ex eis qui ſalvati fuerint, ad gentes in mare, in Africam & Lydiam, tendentes ſagittam, in Italiam & Græciam, ad Inſulas longè ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam.* Verſ. 20. *Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus domum Domino in equis et in quadrigis & in lecticis.* Vocat *domum Domino*, quia hæc converſio tam pretioſa & grata erit Domino, ut cuncta aromata valore & æſtimatione excedat. Quo efficacius, faciliusq́ue Viri Apoſtolici ſuam miſſionem exequantur, ac lumen fidei infidelium mentibus inferant debent aliis operum exemplo prælucere. Secundò, habere Apoſtolicam poteſtatem, quam ſigillatim hoc Opere exponemus.

Digitized by Google

INDEX BIBLICUS
SS. PROPHETARUM
ELIÆ ET ELISEI
A Cap. 17. Lib. 3. Reg. incluſivè uſque ad Cap. 13. Lib. 4. incluſivè.

P. Paginam, N. Numerum maginalem denotat.

*Cap.*16. *Verſ.*31. ABiit & ſervivit Baal, pag. 427. n. 1.

*Cap.*17. *v.*1. Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto ſi erit his annis ros & pluvia, &c. p. 105 n.7. p.109. n. 1. p.118. n.2. p.182. n.7. p.308. n.1. p.337. p. 361. n.4. p. 362. n.7. p.463. p.518. n.11.

*verſ.*3. Recede hinc & vade contra orientem & abſcondere in torrente Carith, qui eſt contra Jordanem, pag. 271. & 326.

*verſ.*4. Corvis que præcepi ut paſcant te ibi, p.448. n.1.

*Verſ.*6. Corvi deferebant panem & carnes mane, ſimiliter panem & carnes veſperi, *ibid.*

Verſ. 9. Surge & vade in Sarepta Sidoniorum, p.420. n.6. p.448. n.1.

Ibid. Manebis ibi, præcepi enim mulieri ut paſcat te, p.389. n.4.

verſ. 10. Surrexit & abiit in Sarepta, &c. p.390. n.6.

verſ. 14. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, &c. p. 109. n. 1. p.314. n.4.

verſ. 15. Et comedit ipſe & illa, & domus ejus tota, p. 229.

verſ. 18. Quid mihi & tibi vir Dei, ingreſſus es ad me, &c. p. 190. n.2.

Verſ. 19. Tulit eum de ſinu ejus, p. 426. n.7. p 505. n.

*verſ.*22. Reverſa eſt anima pueri in viſcera ejus, p.24. n.6.

*verſ.*23. Tulit Elias puerum & depoſuit eum in cœnaculo, &c. p. 505. num. 4.

Verſ. 24. Nunc Cognovi quoniam vir Dei es tu, &c. pag. 109. num. 1. p. 506.

Cap. 18. *v.* 1. Poſt dies multos factum eſt verbum Domini, pag 246. n. 1. p. 308. n.1. p. 371. n 1. p. 461. num. 3.

Ibid. Vade & oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ, *ibid.*

*Verſ.*3. Abdias autem timebat Dominum valdè, etc. p.143.

verſ. 10 Vivit Dominus Deus tuus &c. non eſt gens &c. p. 271. p. 318. pag. 354. n.4. pag. 385. n. 1. pag. 391. pag. 574.

verſ. 12. Cumque receſſero à te, Spiritus Domini aſportabit te, p.390 n.3. p.390. n 5.

Verſ. 14. Numquid non indicatum eſt tibi Domino meo, quid fecerim, etc. p.333. n.1.

Verſ. 17. Tu nê es qui conturbas, Iſrael? p 326. n.2.

verſ. 18. Non ego turbavi Iſrael, ſed tu & domus patris tui, etc. p. 229. n. 11. p. 362. & 422. n.1.

Verſ. 21. Uſquequo claudicatis in duas partes, &c. p.268. n.21. p.363. n.7. p.461. n.3.

Verſ. 22. Ego remanſi ſolus, p.102 num.3.

Verſ. 23. Dentur nobis duo boves, & illi eligant ſibi bovem unum, pag. 109 num. 1. pag. 385. n. 18. p. 421. num. 1.

Verſ. 24. Et Deus qui exandierit per ignem ipſe ſit Deus, pag. 109. num. 1.

*Verſ.*25. Dixit Prophetis Baal, eligite, etc. p.415. & 455. n.2.

verſ. 26. Baal exaudi nos!, pag. 27. num. 4.

Verſ. 29. Cùm jam tempus eſſet, quo ſacrificiū offerri ſolet, p.368. n.1. v. 30.

Verſ. 30. Venite ad me, pag. 552. num. 2.

Ibid. Curavit altare Domini, p. 255 num. 11.

verſ. 31. Et tulit duodecim lapides, *ibid.* & p. 532. n. 2.

v. 36. Domine Deus Abraham, &c. p. 298. n. 1. p. 384. p. 456. n. 2.

Ibid. Ut diſcat populus hic, etc. p 456. n. 3.

v. 36. Cecidit autem ignis Domini & devoravit, etc. p. 24. n 1. p. 30. n. 9, p. 103. n. 7. p. 490. n. 3. p. 494. n. 1.

v. 39. Quod cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, etc. *ibid.* p. 30. n. 9. p. 109. n. 1. p. 190. n. 15. p. 259. n. 1. p. 289. p. 291. p. 369. n. 4. p. 378 459. n. 6.

v. 40. Apprehendite Prophetas Baal, etc. p. 24. n. 1.

v. 41. Quos cum apprehendiſſent, etc. *ibid.*

Ibid. Aſcende, comede & bibe, pag. 455, n. 2.

v. 42 Pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, pag. 178. num. 3.

v. 43. Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis, etc. p. 46. n. 1. p. 92 n. 2. p. 199,

Ibid. Aſpice & proſpice contra mare, p. 486. n. 6.

v. 44. Junge currum tuum, p. 99. n. 6. p. 422. n. 1.

v. 46. Accinctiſque lumbis currebat ante Achab, etc. p. 422. n. 9.

Cap. 19. *v.* 1. Nunciavit Achab Jezabel quæ fecerat Elias, etc. pag. 299. num. 1.

v. 2. Hæc mihi faciant Dii, & hæc addant, etc. *ibid.*

Verſ. 3. Timuit ergò Elias, & ſurgens abiit quocumque eum ferebat voluntas, p 90. n. 6. p. 344. n. 1.

Ibid. Venitque Berſabee Juda, &c. p. 145.

Verſ. 4. Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, &c. p. 60. n. 19. p. 334 n. 2. p. 353.

Verſ. 5. Projecitque ſe & obdormivit in umbra juniperi, p. 80. n. 2.

Ibid. Et Ecce Angelus Domini tetigit eum, &c, pag. 23. n. 7. p. 47. n. 1. p. 532. n. 1,

Ibid. Et dixit illi ſurge, comede, p. 48. n. 3. p. 51. n. 1. p. 57. n. 10. p. 58 num. 13.

Ibid. Grandis enim reſtat via, p. 52 num. 1.

Verſ. 10. Zelo zelatus pro Domino Deo, &c. p. 187. n. 14. p. 190. num. 15. p. 268. n. 1. p. 385. n. 10. p. 489. n. 1.

Ibid. Prophetas occiderunt gladio, p. 360. n. 20.

verſ. 11. Spiritus grandis & fortis ſubvertens montes, etc. p. 29. n. 7.

Ibid. Ecce Dominus tranſit, p. 187. n. 14. p. 251. n. 3.

Verſ. 12. Poſt ignem ſibilus auræ tenuis, p. 498. n. 7:

verſ. 19. Reperit Eliſeum filium Saphat arantem, etc. p. 249. n. 5. p. 388 num. 1.

v. 20. Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, p. 51.

Cap. 20. *v.* 35. Quidam vir de Filiis Prophetarum dixit ad ſocium in ſermone Domini percute, etc. pag. 288. num. 1.

Cap. 21. *v.* 17. Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbytem, dicens.

v. 18. Surge & deſcende in occurſum Achab, Regis Iſrael qui eſt in Samariâ, ecce ad vineam Naboth deſcendit, p. 49. n. 1. p. 308. n. 1.

Verſ. 19. Occidiſti inſuper & poſſediſti, p. 321. n. 6.

Cap. 22. Fecit ſibi Sedecias etc. His ventilabis Syriam, donec deleas eam, p. 246. n. 1.

v. 12. Omneſque Prophetæ prophetabunt, dicentes in Ramoth Galaad, &c. *ibid.*

v. 13. Ecce ſermones Prophetarum ore uno Regi bona prædicant, etc. p. 247. n. 1.

v. 15. Aſcende & vade proſperè, &c. p. 247. n. 2.

Lib. 4. Regum.

Cap. 1. *Verſ.* 3. Angelus Domini locutus eſt ad Eliam Thesbytem, dicẽs, ſurge & aſcende in occurſum nunciorum regis Samariæ, etc. p. 47.

verſ. 7. Cujus figuræ & habitus eſt vir ille, etc. p. 238 n. 1. p. 380. n. 1.

verſ. 8. Vir piloſus, &c. *ibid.*

Verſ. 9. Quinquagenarius aſcendit ad eum, p. 321. n. 7.

Verſ. 10.

v. 10. Si homo Dei ſum, &c p.109 n. 1. p.369.

v. 13. Homo Dei noli deſpicere animam meam, &c. p.459 n.6.

v. 15. Locutus eſt autem Angelus ad Eliam, dicens, deſcende cum eo, nè timeas, etc. p. 47.

*v.*16. Quia miſiſti nuntios ad conſulendum Beelzebub, etc. pag. 296. num. 1.

Cap. 2. *v.* 1. Factum eſt, cùm levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias & Eliſeus, pag. 255. n. 11.

v. 2. Dixitque Elias ad Eliſeum, ſede hic, quia Dominus miſit me uſque in Bethel, &c, p.255. n. 38.

v. 9. Poſtula quod vis, ut faciam tibi antequam tollar à te, p.554 n. 1.

Ibid. Dixitque Eliſeus obſecro, ut fiat in me duplex ſpiritus tuus p. 182. p. 565.

v. 10. Rem difficilem poſtulaſti, attamen ſi videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiiſti, p.196. n.8. p.225. n.2. p.255. n.11. p. 358. n.6.

v. 12. Eliſeus videbat & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & auriga ejus, p.68. n.3. p.178. n. 1. p.355.

v. 13. Et levavit pallium quod ceciderat ei, 114 n.5. p. 140. n.4.

v. 14. Pallio, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, etc. p.109. n.2.

v. 15. Videntes filii Prophetarum qui erant in Jericho, ècontra dixerũt, requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum, p.405. n 7.

v. 19 Dixerunt viri civitatis ad Eliſeum, ecce habitatio civitatis, etc. *ibid.*

verſ. 23. Aſcendit inde in Bethel, cùmque aſcenderet per viam pueri parvi egreſſi ſunt de civitate, & illudebant ei dicentes, aſcende calve, aſcende calve, p.190. 373. 394. n. 10.

v. 24. Cumque reſpexiſſet eos maledixit eis in nomine Domini, etc. p. 109. n. 2.

Cap. 3. *v.* 4. Meza rex Moab nutriebat pecora multa, etc. p 409. n. 1.

v. 11. Eſtne hic Propheta Domini, ut deprecemur Dominum per illum, p.109. n.2.

v. 15. Nunc adducite mihi pſaltem etc. p. 183. n. 8.

v. 16. Facite alveum torrentis hujus foſſas & foſſas, &c. 109 n. 2.

verſ. 25. Omnem agrum optimum mittentes ſinguli lapides repleverunt, etc. p.303. n. 1.

Cap. 4. *v.* 3. Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis vaſa vacua non pauca etc, 173. n 1.

Verſ. 10. Ponamus ei lectulum & menſam, etc. p.216. n. 1.

v. 13. Vis ut loquar Regi vel Principi militiæ, p.26 n.5.

Verſ. 14. Ne quæras, filium enim nõ habet, p.549. n. 1.

v. 23. Quam ob cauſam vadis ad eam? non ſunt calendæ, etc. pag 381. num. 14.

v. 29. Accinge lumbos tuos, etc. p.65. n.3, p.549. n. 1.

Ibid. Tolle baculum tuum in manu tuâ, p 497. n.4.

Ibid. Si occurrerit tibi homo non ſalutes eum, etc. p 95.

v. 34. Aſcendit & incubuit ſuper puerum, etc. p.23. n. 3. 113. n.3. & 230 num. 8.

Ibid. Et Calefacta eſt caro pueri, &c. p.23. n.4.

Verſ. 35. Et oſcitavit puer ſepties, etc. p.26. n.6.

Verſ. 37. Venit illa & corruit ad pedes ejus, etc. p.485. n.7.

Cap. 5, Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ erat vir magnus, ſed leproſus, p.400.

Verſ. 2. Porrò de Syria egreſſi fuerunt & captivam duxerunt de terrâ Iſrael puellam parvulam, etc. p.506.

Verſ. 18. Quare ſcidiſti veſtimenta tua, veniat ad me, etc. p. 10. n. 1.

verſ. 10. Vade lavare ſepties in Jordane, etc. p.502. & 542.

v. 15. Reverſus ad virum Dei cum univerſo comitatu ſuo, p. 110. & 461.

Ibid. Verè ſcio quod non ſit alius Deus in univerſa terra, niſi tantùm in Iſrael, etc. p.408. n. 15.

Ibid. Obſecro ut accipias benedictionem, p 416. & 424. n. 6.

v. 17. Non enim faciet ultra ſervus holocauſtum aut victimam Diis alienis niſi Domino, p.407. n. 12.

Ibid. Obſecro, concede mihi ſervo tuo ut tollam onus duorum burdonum in terra, &c. p.470. n. 3.

verſ. 18. Hoc ſolùm eſt de quo de-

preceris Dominum pro ſervo tuo, quando ingredietur Dominus templum Remnon, etc. p.417. n.1.

Verſ. 26. Nonne cor meum in præſenti erat, quando reverſus eſt. etc. p. 107.

*Cap.*6. *v.*12. Eliſeus Propheta, qui eſt in Iſrael indicat regi omnia, etc. p.107. n.10.

verſ. 17. Ecce mons plenus equorum, etc. p.41. n.3. p.53. n.4. p.68. n.3.

verſ. 24. Congregavit Benadab rex Syriæ univerſum exercitum ſuum etc. p. 193. n.3.

*verſ.*28. Mulier iſta dixit mihi, da filium tuum ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras p.452. n.3.

*Cap.*7. *v.*6. Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris Syriæ curruum & equorum, etc. p.194. n.3.

verſ. 7. Surrexerunt ergò & fugerunt, *ibid.*

verſ 9. Hæc dies boni nuncii eſt, ſi tacuerimus, etc. ſceleris arguemur, etc. p.290.

*Cap.*9. *v.*1. Eliſeus Prophetes vocavit unum de filiis Prophetarum, & ait illi accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad, p.220. n.1. 224. n.1. & 526. n. 1.

*verſ.*9. Cumque veneris illuc videbis Jehu filium Joſaphat filii Namſi, & ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum ſuorum, & introduces in interius cubiculum, p.251. n.3.

verſ. 3. Tenenſque lenticulam olei, fundes ſuper caput ejus, etc. *ibid.*

*Cap.*10. *Verſ.*18. Congregavit Jehu omnem populum & dixit ad eos, Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius, etc. p.408. n.16.

*Verſ.*22. Dixit his, qui erant ſuper veſtes, proferte veſtimenta univerſis ſervis Baal, etc. p.417. n.1. p. 541.

*Verſ.*25. Cum completum eſſet holocauſtum præcepit Jehu militibus & ducibus, ingredimini & percutite eos, etc. 427. n.2.

verſ. 30. Dixit autem Dominus ad Jehu, quia ſtudioſè egiſti etc. pag.409. num. 16.

*Cap.*11. *v.*22. Produxit filium regis & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium, feceruntq; eum regem, etc. p.527. n.2.

verſ. 13. Athalia audivit vocem currentis populi, etc. *ibid.*

*Cap.*13. *Verſ.* 14. Pater mi, Pater mi currus Iſrael & auriga ejus, *Vide cap.* 2. *Verſ.* 11.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS TRACTATUUM, CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM HUJUS TOMI.

TRACTATUS PRIMUS DE UTILITATE SACRARUM MISSIONUM.

	Prologus.	pag. 1
Cap. 1.	*De miſſionibus æternis Verbi & Spiritus ſancti*	2
Paragr. 1.	*Miſſionis Verbi Divini diviſio.*	3
paragr. 2.	*Miſſio viſibilis Verbi per Incarnationem.*	3
paragr. 3.	*Finis miſſionis Verbi per Incarnationem.*	7
paragr. 4.	*Secunda miſſio temporalis Verbi Divini in Euchariſtia.*	14
paragr. 5.	*Miſſio temporalis Spiritus ſancti in ſpecie columbæ.*	16
paragr. 6.	*In ſpecie nubis.*	21
paragr. 7.	*In ſpecie flatus.*	22
paragr. 8.	*In ſpecie linguarum ignearum.*	24
paragr. 9.	*Divina miſſio inviſibilis.*	35
parag. 10.	*An inviſibilis miſſio ſit conjuncta cum viſibili?*	35
parag. 11.	*Miſſio inviſibilis Verbi & Spiritus ſancti.*	35
parag. 12.	*An miſſio perſonæ divinæ fiat per gratiam.*	37
Cap. 2.	*Angelica miſſio ad Eccleſiæ cuſtodiam & ſanctificationem plurimum confert.*	38
Paragr. 1.	*Angeli mittuntur, ut nobis in Eccleſiæ utilitatē miniſtrent.*	40
paragr. 2.	*Quilibet homo habet Angelum particularem.*	42
paragr. 3.	*Angelica cuſtodia ceſſat in morte hominis.*	43
paragr. 4.	*Angeli majorem noſtri curam habent quàm parentes,*	44
paragr. 5.	*Angeli poſt incarnationem Eccleſiæ & noſtræ ſaluti magis invigilant.*	46
paragr. 6.	*Angelus miſſus ad noſtram cuſtodiam quantam noſtri curam gerat.*	51
paragr. 7.	*Angelus animæ noſtræ curam habet.*	54
paragr. 8.	*Angeli à Deo mittuntur, ut totius Eccleſiæ ſanctitatem promoveant.*	57
paragr. 9	*In omni lege Angeli primi Evangelicæ præcones & Miſſionarii.*	79
parag. 10.	*Angelica miſſio ad Zachariam de proxima Incarnatione Verbi, ſeu Capitis Eccleſiæ.*	81
parag. 11.	*Ad Beatam V. Mariam.*	85

12 parag. 12.

parag. 12.	*Ad S. Ioſephum.*	87
parag. 13.	*Ad Paſtores.*	91
parag. 14.	*Ad 3. Magos.*	95
Cap. 3.	*Miſsiones humanæ explicantur.*	97
paragr. 1.	*Miſsiones Apoſtolicæ.*	100
paragr 2.	*Signa miſsionis Apoſtolicæ,*	108
paragr. 3.	*Recenſentur Apoſtoli.*	112
paragr. 4.	*Miſsio Apoſtolica ad prædicanda præcepta legis Evangelicæ.*	112
paragr. 5.	*Nonnulli Diſcipuli Chriſti recenſentur.*	115
paragr. 6.	*Apoſtoli & Diſcipuli Chriſti à Beatâ Virgine inſtruuntur.*	116
paragr. 7.	*Miſsiones ab Apoſtolis. Miſsio à S. Petro ſummariè refertur.*	119
paragr. 8.	*Miſsio S. Pauli.*	120
paragr 9.	*S. Andreæ.*	124
parag 10.	*S. Iacobi Majoris.*	ibid.
parag. 11.	*S. Ioannis Evangeliſtæ.*	125
parag. 12.	*S. Thomæ.*	126
parag. 13.	*S. Iacobi Minoris.*	ibid.
parag. 14.	*S. Philippi.*	127
parag. 15.	*S. Bartholomæi.*	ibid.
parag. 16.	*Vocatio & Miſsio S. Matthæi Evangeliſtæ.*	128
parag. 17.	*S. Simonis.*	129
parag. 18.	*S. Iudæ.*	ibid.
parag. 19.	*Electio & Miſsio S. Matthiæ.*	131
parag. 20.	*Miſsio S. Barnabæ.*	132
parag. 21.	*S. Lucæ Evangeliſtæ.*	134
parag. 22.	*S. Marci Evangeliſtæ.*	136
parag. 23.	*Miſsiones aliquot Diſcipulorum Domini.*	138
parag. 24.	*Septem primi diſcipuli Chriſti.*	139
parag. 25.	*Alii Diſcipuli Chriſti.*	141
Cap. 4.	*Diſcipuli ſancti Petri in Palæſtina.*	143
Cap. 5.	*Miſsiones Virorum Apoſtolicorum, qui ad Barbaras nationes olim directi ſunt.*	144
paragr. 1.	*Miſsiones Orientalis Eccleſiæ.*	146
paragr. 2.	*Occidentalis.*	149
paragr. 3.	*Germaniæ & Belgii miſsiones.*	152
paragr 4.	*Galliæ.*	159
paragr. 5.	*Belgicæ.*	162
paragr. 6.	*Hiſpaniæ.*	165
paragr. 7.	*Angliæ.*	169
paragr. 8.	*Scotiæ.*	ibid.
paragr. 9.	*Hiberniæ.*	170

paragr. 10.

parag.10. *Africa.* ibid.
Cap. 6. *Primi Tractatus Concluſio, quàm Miſsio ſit Deo grata.* 170

TRACTATUS SECUNDUS
DE VIRTUTIBUS ET PRIVILEGIIS VIRORUM MISSIONARIORUM.

Cap. 1. *Romani Pontificis ſanctitas in eo commendatur, quod nunc non minus laboret ad fidem humanis mentibus inſerendam quàm olim.* 178
paragr.1. *Ejuſdem argumenti proſecutio.* 191
Cap. 2. *Romani Pontificis ſtudium in mittendis Viris Apoſtolicis, ut extirpent idololatriam, hæreſim & ſchiſma ejus ſanctitem prædicat.* 199
Cap. 3. *Rom. Pontifex ſuam ſanctitatem patefacit, dum ſelectos Miſsionarios ſingularibus virtutibus præditos, & inſtar puerorum ad terras infidelium dirigit.* 201
Cap. 4. *Miſsionarius præluceat exemplo.* 216
Cap. 5. *Vir Apoſtolicus mortificationi incumbat.* 220
Cap. 6. *Vir Apoſtolicus, ſeu Divini Verbi Præco agat quod prædicat.* 224
parag.1. *Ejuſdem argumenti proſecutio.* 229
Cap. 7. *Viri Apoſtolici ſeu Miſsionarii veſtis ſit ſimplex.* 238
Cap. 8. *Quam pœnam incurrunt Miſsionarii, præcipuè Religioſi, qui ex aliis Ordinibus accedentes ad Indias Orientales, cæteraſque Infidelium Regiones, ut converſioni animarum incumbant, impediunt.* 245
parag.1. *Miſsionarius prædicet ea quæ verum ſenſum, & Spiritus ſancti mentem contineat.* 246
Cap. 9. *Miſsionarii in ſuis miſsionibus abſtineant à mercimonio.* 248
Cap. 10. *Non excitent plebem ad ſeditionem.* 249
Cap. 11. *Inter ſe ſint concordes.* 251
paragr.1. *An & quando obliget præceptum affirmativum confitendi fidem.* 259
paragr.2. *Quando fidei confeſsio non obligat ſed potius nocet.* 269
paragr.3. *Ejuſdem argumenti proſecutio.* 278
paragr.4. *An ſit licitum & ſanctum aliquando fidei hoſtes provocare.* 281
Cap. 12. *Lydius lapis quo diſcernuntur veri Martyres à falſis.* 287
paragr.1. *Primum motivum eſt Dei gloria.* ibid.
paragr.2. *Vt idem honor Dei per blaſphemias labefactatus reparetur.* 288

paragr. 3. *Vt miſerum ſtatum Principis & populi exprimat, quem incurrit ob Dei contemptum.* 288
paragr. 4. *Confeſſio & provocatio ejuſmodi.* 289
paragr. 5. *Nè revocentur & rejiciantur miſſiones, & quæ ab iis Viris Apoſt. propalantur.* ibid.
paragr. 6. *Eſt charitas erga ſe ipſum.* 290
paragr. 8. *Eſt reſtitutio & reparatio ſcandali perpetrati per publicam fidei abnegationem.* 291
paragr. 8. *Eſt reparatio honoris & famæ Religioſæ Cõgregationis.* 293
paragr. 9. *Eſt cum aliqui dubitant de fide & religione proximè morituri, hic fidem palam teſtibus profiteri debet.* 295
parag. 10. *Eſt cùm multi apoſtatant à fide.* 298
parag. 11. *Nè ejuſdem religionis profeſſores malè excipiantur.* 300
parag. 12. *Eſt ſpontanea propriæ prolis traditio.* 303
parag. 13. *Præfatorum motivorum regula.* 308
parag. 14. *Finis veri Martyrii.* 310
parag. 15. *Martyrium remittit peccata.* 313
parag. 16. *Quando Martyrium Baptiſmo prævalet.* 315
parag 17. *Diſpoſitio ad Martyrium anteacta vita bona.* 317
parag. 18. *An adultus pergens ad martyrium debeat actum contritionis elicere.* 300
parag. 19. *An Principi infideli vel Hæretico prementi aliquam civitatem vel regnum, quod adhuc in fide perſiſtit, poſſit prodi Vir Apoſtolicus, ſi Princeps pacem & indulgentiam polliceatur.* 333
parag. 20. *Fuga Miſſionariorum & juſtorum in perſecutione licita & Eccleſiæ utilis.* 336
parag. 21. *An & quando fuga obligat ſeu cadit ſub præcepto* 342
parag. 22. *Ejuſdem argumenti proſecutio, ſpecialiter explicatur quomodò fuga in perſecutione ab aliquâ virtute imperatur.* 344
parag. 23. *Primum motivum fugæ Elianæ.* 347
parag 24. *Secundum.* 351 parag. 25. *Tertium.* ibid.
parag 26. *Quartum.* 352 parag. 27. *Quintum.* ibid.
parag. 28. *Fuga virorum Apoſt. eſt actus fortitudinis.* 352
parag. 29. *Eſt actus prudentiæ.* 355
parag. 30. *Eſt timor.* 358
Cap. 13. *An & quando liceat morte imminente promiſcuè tam Miſſionariis & peritis quàm imperitis fidem propugnare.* 366
parag. 1. *Fideles imperiti ante principes tyrannos divinâ inſpiratione cõparentes, vel cõpulſi, non ſint anxii quid reſponſuri ſint.* 371
parag. 2. *Si non immineat mortis diſcrimẽ idiota diſſerere & diſputare non debet de fidei noſtræ myſteriis, niſi Deus ſpecialiter illi revelaverit.* 373
paragr. 3. *Ejuſdem argumenti proſecutio.* 375

Cap. 14.

Cap. 14. *Tenentur Miſſionarii impedire nè hæreticus prædicans, vel infidelis fidelem pervertat.* 385

Cap. 15. *An liceat fideli maximè Miſſionario inter infideles commoranti veſtiri more infidelium.* 388

Cap. 16. *An liceat fidelibus uti veſtibus, quibus ſacerdotes & religioſi infideles utuntur in ſuis ſuperſtitionibus & cæremoniis falſæ ſectæ.* 396

Cap. 17. *An Princeps tyrannus poſſit præcipere fidelibus, & veri Dei cultoribus, ut certam veſtem deferant quâ diſcernantur ab infidelibus.* 398

Cap. 18. *Liceatnè fidelibus uti ritibus alicujus ſectæ falſæ.* 400

Cap. 19. *An liceat famulo Catholico miniſtrare Domino infideli ſuo ritu ſacrificanti.* 415

Cap. 20. *An Chriſtiani teneantur pendere tributum pro expenſis ſacrificiorum, quæ fiunt idolis.* 415

Cap. 21. *An & quomodò liceat hæreticorum templa ingredi, & eorum concionibus intereſſe.* 417

Cap. 22. *An liceat admittere, imò invitare infideles ut interſint noſtris ſacris & aliis ritibus Catholicæ Religionis.* 421

Cap. 23. *An liceat fideli ab aliquo prælato infideli benedictionē accipere, coram eo ſe inclinare, eíque inſervire ſeu ſe ſubmittere* 422

Cap. 24. *An liceat fidelibus templa, altaria Idolis fabricare, vel idola ſculpere, pingere, aut illis faciendis cooperari.* 427

Cap. 25. *An licita ſit librorum hæreticorum ſcriptio vel impreſſio.* 432

Cap. 26. *An libri hæreticorum legi vel retineri poſſint.* 435

paragr 1. *Ejuſdem argumenti proſecutio.* 442

Cap. 27. *An & quis poſſit concedere facultatem legendi libros hæreticorum.* 445

Cap. 28. *Quomodo inter infideles carnibus veſci liceat.* 448

Cap. 29. *An & quomodo liceat veſci carnibus humanis.* 452

Cap. 30. *Si aliquis tyrannus minatus fuerit exilium vel mortem, caſu quo non procuret cœlitus aliquod miraculum, an liceat viro Apoſtolico illud à Deo poſtulare.* 455

Cap. 31. *Licet miracula edere in confirmationem fidei apud infideles, quibus non alia ratio ſuppetit quam cognoſcendæ veritatis.* 459

Cap. 32. *An poſt longam diſputationem cum infidelibus factam liceat ad miraculum recurrere.* 463

Cap. 33. *Infideli vel mago ſeducente populum per falſa miracula, an poſſit Catholicus poſtulare à Deo verum miraculum.* 466

Cap. 34. *An & quando approbandæ Sanctorum Reliquiæ, quæ apud hæreticos & ſchiſmaticos repertæ ſunt.* 469

TRAC.

TRACTATUS TERTIUS
DE POTESTATE ET OFFICIO MISSIONARIORUM.

Prologus. pag. 474

Cap. 1. *Summus Pontifex ſuæ ſanctimoniæ ſpecimen præbet dum Miſſionariis varia privilegia impertitur.* 475

Cap. 2. *Poteſtas collata Miſſionariis eundi ad terras infidelium.* 480

Cap. 3. *Poteſtas prædicandi data Miſſionariis.* 483

parag. 1. *Obligatio prædicationis à Viris Apoſt. & Miſſionariis apud infideles & hæreticos facienda.* 489

Cap. 4. *Viri Apoſt. poteſtas & obligatio adminiſtrandi Sacramenta.* 493

Cap. 5. *An Eccleſia vel Princeps poſſit cogere infideles ſivè ſubditos, ſivè non ſubditos ad prædicationē Evangelii excipiendam.* 495

Cap. 6. *Facultas baptizandi.* 502

Parag. 1. *An infantes infidelium liceat invitis parentibus baptizare.* 503

parag. 2. *An qui poſt baptiſmi ſuſceptionem à ſuſceptâ fide aberrarunt, poſſunt ad eam iterùm amplectendam compelli.* 510

Cap. 7. *An infideles qui nunquam fidem ſuſceperunt ſunt ad fidem compellendi.* 514

parag. 1. *An quilibet præcipuè Miſſionarius teneatur cùm certò vitæ periculo infantem jam moriturum baptiſare.* 523

Cap. 8. *De Sacramento Confirmationis à Miſſionariis conferendo.* 526

Cap. 9. *Poteſtas Miſſionariorum porrigendi Sacramentum Euchariſtiæ & celebrandi.* 532

parag 1. *An noſtra templa gaudeant immunitate reſpectu etiam infidelium ad ipſa confugientium.* 535

parag 2. *An Catholicus poſſit concedere Epiſcopis vel Sacerdotibus ſchiſmaticis & excommunicatis ſacras veſtes ut illis utantur in ſuis ſacrificiis.* 541

Cap. 10. *Poteſtas Viri Apoſt. in Sacramento Pœnitentiæ.* 542

parag. 1. *An liceat confiteri Sacerdoti ſchiſmatico, &c.* 549

Cap. 11. *Quomodò Vir Apoſt. poſſit Sacramentum Extremæ Unctionis adminiſtrare.* 554

Cap. 12. *An & quomodo Sacramentum Ordinis poſſit à Miſſionariis conferri.* 555

Cap. 13. *Miſſionarii inſtar Parochorum poſſunt adeſſe contrahentibus matrimonium.* 558

Cap. 14. *Quomodo Miſſionarii poſſunt munia parochialia exercere.* 561

Cap ult. *Nonnulla alia Miſſionariorum privilegia recenſentur.* 562

TRAC.

TRACTATVS PRIMVS.

VTILITAS SACRARVM MISSIONVM AD ECCLESIÆ SANCTIMONIAM.

PROLOGUS.

POST explicatam ac evulgatam Sedis Apoſtolicæ & Epiſcopornm poteſtatem circa fideles, de eorum ſollicitudine erga infideles hoc Volumine diſſereudum eſſe exiſtimavi, quam curam manifeſtant, dum nonnullis ſuas vices committunt ut idololatriæ & hæreſis tenebris obvolutos ſole veritatis orthodoxæ illuſtrent. Non enim quiſquam huic Apoſtolico muneri ſe ingerere debet, Rom. c. 10.v.15 niſi mittatur. *Quomodò* (inquit Apoſtolus Roman. cap. 10. verſ. 15.) *prædicabunt niſi mittantur.* Cornelius. Cornel. *Non à Rege, aut civili Magiſtratu, ſed à Deo qui miniſtros ſuos mittit, ut vocet homines ad fidem, juſtitiam, & regnum ſuum.* Hoc enim ſolius eſt Dei. Hinc patet neminem eſſe audiendum, niſi legitimè mittatur ad prædicandum à Deo vel proximè & immediatè, & tunc opus eſt miraculis, vel ſignis ſupernaturalibus, quibus is, qui mittitur hominibus probet ſe mitti à Deo: Vel mediatè, ut nimirùm mittatur à Chriſti Vicariis & Apoſtolorũ ſucceſſoribus, ſcilicet Pontificibus & Epiſcopis, uti ordinariè fit juxta Chriſti inſtitutionẽ. Illi arridens Dionyſius. Dionyſ. *Quomodò* (inquit) *prædicabunt quâ auctoritate & efficaciâ prædicationis officium aſſument vel exequentur hi, per quos alii convertendi ſunt niſi mittantur à Deo, qui det eis os & ſapientiam, miraculorumq́ gratiam. Actus namq́ prædicandi præſupponit auctoritatem: ideò oportet ut à Deo, vel ejus vicem gerente prædicator verbi Dei mittatur.* Præfatas explanationes Dominicus Soto ita elucidat. Soto. Quomodò prædicabunt videlicet myſteria fidei, niſi mittantur à Deo ſcilicet ejus auctore. Nam Filium nemo novit niſi Pater, neque Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Mittit autem Deus Prædicatores, aut per ſe ipſum, ut olim Prophetas, ſicut ait Iſaias cap. 48. verſ. 16. *Dominus Deus miſit me & Spiritus ejus.* Et Iſaiæ c. 48.v 16 tempore gratiæ proprium filium tanquam Architectum, Inſtitutorem Eccleſiæ, & Prædicatorum Magiſtrum, qui quidem ſicuti legatus fuit à Patre ita & Apoſtolos ſubdelegavit: *Sicut miſit me* (inquit) *vivens Pater, & ego mitto vos.* Cæteros autem Deus mittit Eccleſiæ auctoritate, & Prælatorum

rorum delectu. Undè (inquit) *qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit*. Deindè ponit diſcrimen inter eos, qui immediatè, & qui à Prælatis mittuntur. Nam quos per ſe delegat ut Prophetas, atque Apoſtolos, per ſe ipſe edocet. Quibus idcircò præceptum eſt Matthæi cap. 10. *Cùm ſteteritis ante Reges & Præſides nolite cogitare quomodò aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illâ horâ quid loquamini.* Undè ad illam primam delegationem fidei expedivit delectum fieri ruſticorum hominum, ut mundo perſuaſum fieret non eſſe illam humanā ſapientiam, ſed divinitus afflatam. Jam verò poſt Apoſtolos haud licet, aut Doctoribus, aut Concionatoribus novas revelationes expetere, ſed ea tantùm elucidare, quæ Prophetis & Apoſtolis revelata ſunt, juxta verbum Apoſtoli Pauli, *Ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum* Quod ut ritè fiat, & nè lupi rapaces ovinâ pelle veſtiti tolerentur, caveaturque illud malum, quod Deus per Jeremiam cap. 14. verſ. 14. prænunciavit. *Falsò Propheta vaticinantur in nomine meo. Non miſi eos & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos viſionem mendacem, & divinationem & fraudulentiam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis*. Et cap 23. verſ. 21. *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos & ipſi prophetabant.* Apoſtolus prohibet nè quiſquam prædicationis munus aggrediatur, niſi à Præſulibus Eccleſiæ mittatur, & his conſtet eos non tantùm ſcientiâ, ſed etiam vitâ & bonis moribus probatiſſimos eſſe. Nam (inquit D. Proſper Epigram. n. 7.)

Jerem 14. verſ. 14.

Cap. 23. verſ. 21

Non prodeſt cuiquam ſolis bona dicere verbis,
Ni pia mens habeat quod benè lingua ſonat. (pravè
Nam ſatis rectè miſerum eſt, & vivere
Damnat, nota malam regula juſtitia.

D. Proſper

Undè S. Auguſtinus de laude charitatis ait. *Divinarum ſcripturarum multiplicem abundantiam, latiſſimamq́; doctrinam ſine ullo errore comprehendit, & ſine ullo labore cuſtodit, cujus cor plenum eſt charitate.* Brevius S. Hieronymus epiſt ad Nepotianum. *Sacerdotis Chriſti os, mens, manusq́; concordent.* Qui igitur agrum Dominicum fructuosè excolere, ac ſanctæ exhortationis, piæque correptionis vomere terrena infidelium corda proſcindere, vitiorum vepribus erutis fœcunda in eis orthodoxæ fidei, aliarumque virtutum, arbuſta plantare intendit, non tantùm ſcientiis Theologicis Scholaſticis, moralibus & poſitivis, ſed etiam optimis moribus animum ſuum imbuat. *Si* (inquit S. Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 148. *Sermonibus noſtris fidem habere volumus rectè vivamus.* Nam (ex Alcuino in Poëmate num. 179.

S. Auguſtinus.

Doctor erit magnus, qui quod docet, implet.

Quos ubi Eccleſiæ Præſules tales miniſtros cognoſcunt, varias prærogativas illis conferunt, quibus inſigniti locupleriorem in agro Dominico meſſem colligant, pluresque animas ex inferorum faucibus eruant. Quas prærogativas ſecundo Tractatu hujus Voluminis videbimus.

CAPUT I.

De Miſsionibus æternis Verbi & Spiritus Sancti.

Miſſio ex D. Thomâ 1. part. quæſt. 41. art. 1. *Eſt proceſſio ab aliquo ad aliquem terminum.* Miſſio alia ſacra, alia prophana eſt. Sacra alia eſt divina, ſeu immediatè à Deo vel Chriſto: alia Apoſtolica ſeu Eccleſiaſtica. Divina miſſio alia eſt æterna, alia temporalis, alia viſibilis, alia inviſibilis eſt. Divina æterna tam excellens & auguſta eſt, humanæque naturæ ac Angelicæ tam proficua, ut Eccleſiæ triumphantis objectum, ſeu beatitudinem objectivam eſſentialem conſtituat. Si enim objectum beatitudinis eſt eſſentia divina cum attributis tam abſolutis, quam relativis, ſeu tam eſſentialibus, quàm notionalibus. Et miſſio æterna nihil aliud eſt, quàm proceſſio unius perſonæ ab aliâ. ut Filii à Patre per intellectum, & Spiritus ſancti à Patre & Filio I.

per

per voluntatem, ut docent Theologi cum D. Thomâ part. 1. Et divina eſſentia nequit à Beatis intuitivè videri abſque perſonis; & perſonæ abſque divinâ eſſentiâ, ut cum eodem Divo Thomâ docent ex noſtris Bacconius in 1. diſt. 1. quæſt. 2. Michael de Bononiâ in 1. diſt. 34. quæſt. unic. Paulus de Peruſio in 1. quæſt. 7. Sylveſtranus in 1. lect. 89. Lezana tomo 1. tract. 3. diſp. 3. quæſt. 2. ob intimam ſimplicitatem & identitatem divinæ naturæ cum ſuis attributis. Concludo objectum eſſentiale Eccleſiæ triumphantis eſſe divinam eſſentiam, ſeu divinas miſſiones, ſeu perſonas mittentes & miſſas per miſſiones æternas & immanentes, miſſionesq; divinas eſſe proceſſionibus coæternas, ipſiſque antiquitate, nobilitate, ac dignitate pares; immò quaſi ſynonymas.

§. I.

Miſſionis Verbi Divini diviſio.

I. PRimò, quod etiam eædem perſonæ divinæ miſſæ ab æterno etiã temporaliter mittantur, patet in Verbo Divino, quod ab æterno procedit à Patre, ut eſſet Deus & in tempore ut eſſet homo. Undè propter eandem miſſionem ſeu proceſſionem ſecundæ perſonæ nunc dicitur æterna ob terminum æternum: nunc tẽporalis ratione termini temporalis. Quod hæc miſſio ſecundæ & tertiæ perſonæ ſit aliquando viſibilis, aliquando ſit inviſibilis docet D. Thomas part 1. quæſt. 41 art. 3. 5. 6. & 7. Tunc eſt viſibilis quando perſona divina mittitur cum aliquo ſigno ſenſibili. Tunc eſt inviſibilis quando perſona divina mittitur ad animas interius ſanctificandas per dona gratiæ abſque ſigno ſenſibili. Filius miſſus eſt viſibiliter, quando in Incarnatione aſſumpſit humanam naturam, & quando in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio ponitur per conſecrationem ſub ſpeciebus panis & vini. Spiritus Sanctus viſibiliter miſſus eſt, primò in Baptiſmo ſub ſpecie columbæ. Secundò in Monte Tabor ſub ſpecie nubis lucidæ. Tertiò in ſpecie flatus, Joannis cap. 20. verſ. 22. Quartò, Actor. cap. 2. ſuper Apoſtolos in ſpecie linguarum.

Quod Perſonæ Divinæ viſibiliter miſſæ, etiam inviſibiliter mittantur per dona gratiæ docet D. Thomas ſupra art. art. 7. ad 6. & alibi. II.

§. 2.

Miſſio viſibilis verbi per Incarnationem.

SAcer Textus pſalm. 17. verſ. 18. de nomine Verbi Divini ait; *Miſit de ſummo & accepit me aſſumpſit me de aquis multis.* Noſter Michael de Bononiâ ibi. *Deus Pater miſit Filium ſuum de ſummo, ideſt de cælo, vel de majeſtate divinitatis, non tamen quod dimitteret cælum, vel divinitatis majeſtatem, quia verbum Dei, cùm ſit immenſum loco non continetur, ſed omnia replet, & aſſumpſit me, ſcilicet in ſponſam ſibi. Sic enim promiſerat ante Deus populo Gentili & Iudaico, ſponſabo te mihi in fidem. Conſequenter ponit modum talis deſponſationis, qui ſcilicet fuit per aquam Baptiſmi, aſſumpſit de aquis multis; ideſt de aquis Baptiſmi, quia ſcilicet cùm quis aſſumitur de aquâ Baptiſmi ſtatim membrum ſponſæ Chriſti, ideſt Eccleſia efficitur. Et ſic eſt ſenſus hic quod Deus per aquas Baptiſmi Eccleſiam ſuam ſibi deſponſavit. Vel aliter per aquas multas intellige populos multos, ex quibus congregavit Eccleſiam.* Idem Vates Regius pſalm. 19. verſ. 2. oſtendit quod per Chriſti paſſionem Eccleſia ſit ſanctificata. *Mittat tibi auxilium de ſancto & de Sion tueatur te.* Ut notat idem Michael de Bononiâ & pſalm. 56. verſ. 4. *Miſit de cælo & liberavit me, dedit in opprobrium conculcantes me.* Rodolphus Carthuſianus ibi. *Miſit Pater Chriſtum filium ſuum, in quo miſericorditer egit, & promiſſiones implevit. Chriſtus eſt Dei miſericordia, nobis compatiens, quia peccata dimittit. Chriſtus eſt veritas nobis retribuens, quia implet quod promiſit, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, ideſt inimicorum ferocium: quia de peccato, de poteſtate diaboli, de inferno.* Non minùs opportunè Dionyſius

I. Pſal. 18 verſ. 20.

Michael de Bon.

Pſal. 19. verſ. 2.

Rudolph.

eiuſdem ſacri Ordinis alumnus. Mi-
Dionyſ. ſit Deus Pater de cælo unigenitum Fi-
lium ſuum, & liberavit me Pater per
Filium, ſeu filius per paſsionem & ſan-
guinem ſuum de Originali peccato, &
Iſaiæ 15. morte æternâ. Hoc eſt, quod Iſaias præ-
verſ. 45. cabatur. Emitte agnum Dominatorem
terræ ad montem filiæ Sion, & rorate
cæli deſuper, & nubes pluant juſtum, a-
periatur terra, & germinet Salvatorem.
Quæ omnia impleta eſſe oſtendit ſacra-
1. Ioan tiſſimus Evangeliſta Ioannes In hoc (in-
cap. 4. quiens) apparuit charitas Dei in nobis
quoniam filium ſuum unigenitum miſit
Deus in mundum, ut vivamus per eum.
1. Petr. Propter quod & Petrus ſcribit. Non
cap. 1. corruptibilibus auro vel argento redemp-
ti eſtis de vanâ veſtrâ converſatione,
ſed pretioſo ſanguine agni immaculati
Chriſti, &c. Ejuſdem miſſionis men-
verſ. 3. tionem facit verſ. 5. Miſit Deus miſe-
ricordiam ſuam & veritatem ſuam, &
eripuit animam meam de medio catulorũ
leonum, dormivi cõturbatus. Rudolphus
Rudolph. ut ſupra. Miſit Deus Pater Chriſtum fi-
lium ſuum, in quo miſericorditer egit,
& promiſſiones implevit. Chriſtus eſt Dei
miſericordia nobis compatiens, quia pec-
cata dimittit. Chriſtus eſt veritas nobis
retribuens, quia implet quod promiſit, &
eripuit animam meam de medio inimi-
corum ferocium: quia de peccato, pote-
ſtate diaboli, de inferno, dormivi con-
turbatus, quia in eo non ſine turbatione
detineri, & quaſi dormire videbar.
Dionyſ. Dionyſius. Miſit Deus filium ſuum, qui
dicitur miſericordia Dei, quantum ad
Gentiles, quibus ſolâ miſericordiâ datus
eſt, & veritas, quantùm ad Iudæos, qui-
bus ex promiſſione eſt datus, ſicq; ratio
quædam juſtitiæ conſideratur in hoc,
quod ad Iudæos deſcendat. Vel ſic miſit
Deus miſericordiam, id eſt gratiam co-
pioſam infudit hominibus, maximè tem-
pore Evangelicæ legis, & veritatem ſuã
id eſt ſicut in veteri lege prædixit, ita per
Chriſtum implevit, ſecundùm quod
ſcriptum eſt Ioan. cap. 1. Lex per Moyſem
data eſt, gratia & veritas per Ieſum
Chriſtum facta eſt, & eripuit Deus Pater
per filium ſuum dilectum animam meam
de exercitu dæmonum, de quorum uno-
quoque Petrus diſſeruit 1. epiſt. cap. 5.
Adverſarius veſter Diabolus tanquam
Leo rugiens circuit quærens quem devo-
ret. Dum enim à peccatis eripimur, de
medio dæmonum liberamur: cùm idem ſit
eſſe ſervum peccati & dæmonis. Chriſtus
autem ab omni nos labe peccati redemit
juxta illud Iſaiæ cap. 53. Dominus poſuit
in eo iniquitatem omnium noſtrorum.
Dormivi conturbatus, id eſt antequam
gratiam Chriſti recepi peccatis ſubjacui,
interiuſq; inordinatus fui, quod ad mor-
tis pertinet ſomnum, propter quod taliter
dormienti, videlicet in vitiis permanen-
ti clamat Apoſtolus Epheſ. cap. 6. Sur-
ge, qui dormis, & exurge à mortuis, &
illuminabit te Chriſtus, &c.

Simile oraculum edidit idem Can- II.
tor Regius pſalm. 106. verſ. 20. Miſit Pſ. 106.
verbum ſuum & ſanavit eos, & eripuit verſ 20.
eos de interitionibus eorum Noſter Michael
Michael de Bononiâ per Verbum de Bon.
intelligit ſerpentem, cujus aſpectu
Deus pollicitus eſt populo ſanitatem,
myſticè autem Chriſtum. Quod (in-
quit) Chriſtus ſatis expreſſit Ioannis
cap. 3. cum Nicodemo dixit, ſicut Moy-
ſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita
exaltari oportet filium hominis, ut omnis
qui credit in eum, &c. Vndè verba præ-
dicta exponens Auguſtinus lib. de Bap-
tiſmo parvulorum, ait: Serpentum enim
morſibus multi in deſerto moriebantur.
Sic Moyſes ex præcepto Domini ſerpen-
tem æneum exaltavit, quem videntes ſa-
nabantur continuò Quid eſt autem ex-
altatus ſerpens, niſi mors Chriſti eo mo-
do ſignificandi, quo per efficientem
effectus deſignatur. A ſerpente quippè
mors venit, qui peccatum quo mors me-
reretur homini perſuaſit. Dominus autem
in carnem ſuam non peccatum tranſtulit
tanquam venenum ſerpentis, ſed mortẽ,
ut eſſet in ſimilitudine carnis peccati pœ-
na ſine culpa, ut in carne peccati pœna
ſolveretur & culpa. Sicut ergò tunc qui
conſpiciebant exaltatum ſerpentem à
veneno ſanabantur & liberabantur à
morte, ſic nunc qui conformatur ſimi-
litudini mortis Chriſti per fidem baptiſa-
tus, & à peccato per juſtificationem, &
à morte per reſurrectionem liberatur, ſic
ergò per ſerpentem, qui fuit cauſa mortis
intellige mortem. Chriſtus ergò ſerpens
dicitur, quia verbum caro factum in
cruce pro nobis mortem ſuſcepit. Eam
explicationem confirmat auctoritate
Theophilacti.

Pſalmo

III. Pſ. 110. verſ. 8. Pſalmo 110. verſ. 8. eandem miſſionem temporalem verbi vaticinatur. *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo, mandavit in æternum teſtamentum.* Rudolphus. Rudolph *Salvatorem qui dat redemptionem captivis, miſit Pater populo ſuo, quando Chriſtus ex obedientiâ Dei Patris venit ad paſſionem, per quam redemptum eſt genus humanum à captivitate hujus ſæculi & diaboli, ut quies ſit ibi, & ipſe Chriſtus per Apoſtolos commendavit teſtamentũ ſuum novum daturum: quia ei aliud non ſuccedit, & quia æterna promittit. Dedit quidem olim Iudæis terram promiſſionis, ſed hoc vetus eſt teſtamentum ad veterem hominem pertinens: novum autem mandavit in æternum, ubi nil carnale ſperetur, &c.* Illi ſubſcribens Dionyſius. *Salutem & Salvatorem, videlicet Chriſtum miſit Pater ſlectis in hunc mundum, Chriſtum tranſmittens. Non enim miſit Deus Filium ſuum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum, ſicut apud Ioannem cap. 3. ſcriptum eſt. Undè in Iſaiâ Pater dicit ad Chriſtum cap. 49. Dedi te in lucem gentium, ut ſit ſalus mea uſque ad extremum terræ, &c. Evangelicam legem præcipit uſque in finẽ ſæculi cuſtodiri. Quod de veteri teſtamento non juſſit, quoniam illi ſucceſſit novum teſtamentum in illo præfiguratũ, novo autem teſtamento aliud non ſuccedit, propterea uſque ad ſæculi conſummationem jubet ſervari. Quod tamen de Sacramento altaris præſertim dicitur, quoniam hoc uſque in finem mundi frequentandum eſt.*

IV. Pſalmo 143. verſ. 8. zelo ſalutis humanæ & deſiderio accelerandæ in-
Pſ. 143. verſ. 8. carnationis in hæc vota prorumpit. *Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.* S. Hilarius & S. Auguſtinus per *manum*, accipiunt Chriſtum. Quibus ſubſcribunt Rudolphus & noſter Michael de Bonnoniâ. Rudolph. Ille. *Emitte* (inquit) *Chriſtum, qui manus dicitur, quia omnia per ipſum facta ſunt. De alto, id eſt de cælo, ubi tecum eſt, ut ad judicium veniat, & per illam manum eripe me à perſecutionibus & tentationibus impetuoſis, magniſq; periculis, in quibus me exercebas, atque exuendum à ſordibus volvebas. Hæ ſunt aquæ contradictionis, à quibus eruit Dominus ſuos de poteſtate non verè filiorum, ſed & dæmonum, & eorum ſequacium, qui ſunt filii Dei per creatione: ſed ab eo per rebellionẽ alieni.* Hic ergò explicat de ultimo Chriſti adventu, ſed Michael de Bonnoniâ interpretatur de primo adventu, ſeu myſterio Incarnationis. *Quid eſt Deo dicere, emitte manum tuam de alto, niſi emitte filium* Michael de Bonn. *tuum de cælis ad terram, de ſede magnitudinis tuæ ad infirmitatem noſtræ carnis. Vndè hic ait Gloſſa, emitte manum tuam de alto, ubi cum Patre eſt, ut induat carnem. Sequitur eripe me & libera me de aquis multis. Vbi nota, quod hæc eſt vox Eccleſiæ in perſecutione poſitæ infidelium. Nam per aquas perſecutio & adverſitas intelligitur. Petit enim Eccleſia quod Chriſti incarnatio ſcilicet Dei manus, emittatur de alto, hoc eſt quod virtute cæleſti per mundum ſic notificetur, quod Eccleſia converſis gentilibus ab eorum perſecutionibus liberetur.* Infra. *De manu filiorum alienorum. Per filios alienos intellige Iudæos à fide Chriſti alienatos. De quibus dicitur pſalm. 17. Filii alieni inveterati ſunt, & claudicaverunt à ſemitis ſuis. Quod de Iudæis ibidem exponit gloſſa.*

Pſalmo 147. verſ. 7. eundem primum Chriſti adventum prædicit. V. Pſ. 147. verſ. 7.
Emittet verbum, & liquefaciet ea, flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ. Rudolphus. Rudolph *Id eſt extra mittet Dominus Pater filium in carne aſſumptâ, & verbo Dei veniente nec frigus, nec obſcuritas, nec duritia poteſt deſperare. Adventus enim Chriſti omnia iſta ſupradicta ſolvit & ſoluta ſpiritualis beneficii fluenta aliis fundunt. Vndè ſubdit, flabit ſpiritus ejus ſicut calidus auſter, ſcilicet Spiritus ſanctus in hujuſmodi corda infundendo gratiam, ut frigus & caligo expellatur, & quod ante durum erat molle fiat, & fluent fluenta doctrinæ & gratiæ, ut indè bibant alii.*

Quædam aliorum Prophetarum VI. oracula audiamus, ac in primis Iſaiæ. Hic enim de Chriſto & Chriſtianis ita prophetat, ut non videatur vaticinari de futuris, ſed de præteritis hiſtoriam texere, inquit S. Hieronymus, ut qui Iſaiam legeret verſari ſe putet in Evangelio. Quare in Evangeliſtis,

totoque novo teſtamento unus Iſaias ſæpius citatur, & auditur quàm cœteri omnes Prophetæ, ut Cornelius in proëmio illius fuſius deducit. Dum igitur de myſterio Incarnationis *Iſaiæ 9. verſ. 8.* differit cap. 9. verſ. 8. ſcribit. *Verbum miſit Dominus in Iacob, & cecidit in Iſrael.* S. Gregorius lib. 2. moral. cap. 30. per *Iacob* intelligit gentem Hebræam, per *Iſrael* populum gentilem, aitque prænunciari excidium Judæorum, & converſionem Gentilium poſt myſterium Incarnationis. *Quid per Iacob, niſi Iudaicus populus, quid per Iſ-* S.Gregorius. *rael, niſi gentilis populus deſignatur? quia quem Iacob ſtuduit per carnis mortem ſupplantare, hunc nimirùm per oculos fidei Gentilitas vidit. Ad Iacob ergò Verbum miſſum in Iſrael cecidit, quia eum quem ad ſe venientem Iudaicus populus reſpuit, hunc repente populus Gentilis invenit.*

VII. Ad hunc adventum & Eccleſiæ ex gentibus productionē anhelans c. 16. *Iſaiæ 16. verſ. 1.* verſ. 1. clamat. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petrâ deſerti ad montem filiæ Sion.* Eccleſia in officio Adventus cum S. Hieronymo, Hugone, Lyrano, Adamo & aliis, per *agnum* accipit Chriſtum, qui ex Ruth Moabitide prognatus eſt. Cùm igitur Iſaias vaticinaretur de excidio Moab, viderit que gentem penè interituram, indoluit. At ex alterâ parte videns de Moabitide Chriſtum naſciturum, ad eum more ſuo dirigit mentē, ac de ejus ortu conſolatur tam ſe, quàm Moabitas, ſtatimque exclamat. *Mitte ô Domine Deus Pater non agnos mutos vectigales Moabitarum, ſed agnum Dominatorem terræ*, ſeu Chriſtum, qui quaſi agnus Dei tollat peccata mundi, univerſæque Eccleſiæ & orbi dominetur. *De petrâ deſerti*, idest de Beatâ Virgine, quæ præſidio ſuo eſt inſtar petræ, inquit Hugo alii.

VIII. Idem cap. 28 verſ. 16. ab eo fun- *Cap. 16. verſ. 16.* dandam Eccleſiam prænunciat. *Hæc dicit Dominus Deus, ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretioſum in fundamentis fundatum.* S. Petrus epiſt. 1. cap. 2. verſ. 6. Paulus ad Romanos cap. 9. verſ. 33 Chriſtus ipſe Matth. cap. 21. verſ. 42. S. Auguſtinus in pſalm 94. Theodoretus, S. Cyrillus, & alii docent his verbis ſignificari miſſionem verbi divini, qui Sionem, ideſt Eccleſiam ædificet, & cujus ipſe ſit lapis angularis, ideſt fundamentum primum & infimum, ut teſtatur Apoſtolus ad Epheſios cap. 2. verſ. 20. quod erit ita ſolidum quod cunctas ejus partes connectat, ſeu uniat duos populos ſibiinvicem oppoſitos, videlicet Judæum & Gentilem. Illis ſubſcribens Dionyſ. Dionyſius ait. *Ecce ego mittam in fundatoribus militantis Eccleſiæ, ſcilicet inter Apoſtolos. Quamvis enim unum ſit principale ac ſummum fundamentum Eccleſiæ, ſcilicet Chriſtus. Quemadmodum ait Apoſtolus 1. Corinth. cap. 1. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Sunt tamen alia ſecundaria fundamenta Eccleſiæ, de quibus habetur in Apocalypſi, murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorum. In his ergò fundamentis Eccleſiæ, de quibus in pſalmo ſcriptum eſt. Fundamenta ejus in montibus ſanctis miſſus eſt Chriſtus, qui Apoſtolos roboravit, & inter eos converſando prædicavit. De quo nunc dicitur mittam in fundamentis Sion lapidem, de quo in cap. 1. Daniel. habetur, quod exciſus lapis eſt ſine manibus. Et Zacharias ait c. 1. Super lapidem unum oculi ſeptē. Deindè qualitatē hujus lapidis exprimit lapidem probatum, ideſt per adverſa decoctum, & in paſſionibus omnibus conſtantem inventum, de quo ad Hebræos cap. 4. inducitur. Habemus Pontificem probatum per omnia. Angularem quia in ipſo, ſicut in lapide angulari convenerunt Iudæi atque Gentiles, ex quibus velut ex duobus parietibus fecit Chriſtus unam Eccleſiam. Vndè ad Epheſios cap. 1. dicit Apoſtolus, Iam non eſtis hoſpites & advenæ, &c. Et poſtea addit, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. In pſal. quoque 117. dicitur de ipſo ſcriptum eſt, Lapidē quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Pretioſum dignitati enim ejus cōparari non poteſt totum univerſum. Etenim de dignitate ejus creatâ loquendo propter unionem ſuā perſonalē cum verbo. In fundamento fundatum. Cùm ipſe Chriſtus ſit fundamentum*

tum Eccleſiæ quomodò nunc dicitur in fundamento fundatus, niſi quia ſicut ait Apoſtolus 11. Corinth. cap. 1. Caput Chriſti Deus, & non poteſt Filius à ſe facere quicquam Ioannis cap. 5. Chriſtus ergò ut homo fundatur in ſe ipſo ut Deus eſt, vel in Patre, ſeu in ſuperbeatiſſimâ Trinitate, quæ eſt increatum fundamentum Eccleſiæ. Hæc verba Iſaiæ allegat Petrus in 1. ſuâ Canonicâ cap. 1. propter quod continet Scriptura. Ecce ponam in Sion lapidem ſummum angularem, electum, pretioſum. Quod verò Petrus adadjunxit. Et qui crediderit in eum non confundetur. Secundùm tranſlationem Septuaginta dicitur loco cujus nunc qui crediderit non feſtinet, id eſt, qui mihi Iſaiæ iſta prædicenti fidem adhibet, non æſtimet ea, quæ dico ſtatim implenda, ſed præſtoletur tempus à Deo præfixum. Vel qui crediderit in Chriſtum non feſtinet, non ſtatim putet inſtare ſecundùm ejus adventum, ſed longanimis exiſtat in ſpe, prout Abacuc ait cap. 1. Si moram fecerit expecta eum.

§. 3.

Finis Miſſionis Verbi per Incarnationem.

I. EJuſdem miſſionis finem clarè declarat cap. 61. verſ. 1. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod*
cap. 61. verſ. 1. *unxerit Dominus me, ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis apertionem. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo noſtro, ut conſolarer*
Luc. c 4 verſ. 8. *omnes lugentes.* Hunc textum Chriſtus Lucæ cap. 4. verſ. 18. de ſe explicavit, nam illum egens in Synagogâ coram Judæis dixit. *Hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris.* Eoquod ego Chriſtus ille ſum, de quo Iſaias diſſerit. Nam *ſuper me*, id eſt ſuper meâ humanitate requievit Spiritus Domini. Qua Deus ſum naturam & ſpiritum communem & eſſentialẽ habeo cum Patre & Spiritu Sancto. Cœterùm Spiritus ſanctus deſcendit inviſibiliter, & fuit in Chriſto ab inſtanti conceptionis ejus, viſibiliter autem in eum deſcendit in ejus Baptiſmo. Undè ſtatim poſt Baptiſmum, jejunium & tentationem venit in Synagogam, & dixit tunc impletum eſſe hoc Iſaiæ vaticinium de ſe. Nam (inquiunt S. Petrus Actorum cap. 10 verſ. 38. S. Athanaſius, S. Auguſtinus, S. Hieronymus, Beda, Toletus in cap. 4. Lucæ, Cornelius in Iſaiam, & alii) in Chriſti Baptiſmo Spiritus ſanctus deſcendit in ſpecie columbæ, ut infra dicemus) & hoc ſigno miſſus eſt Chriſtus, declaratus & conſecratus Doctor, Propheta, Legiſlator, Redemptor orbis. Hæc porrò miſſio & unctio facta eſt in Incarnatione, primò per gratiam unctionis hypoſtaticæ. Secundò per plenitudinem gratiæ creatæ infuſæ, ſeu gratiam capitis quam in membra Eccleſiæ transfunderet. Cœterùm quod omnia miſſionarii munia obierit teſtatur S. Lucas Luc. 14.
cap. 4. verſ. 14. *Et regreſſus eſt Jeſus* verſ. 14.
in virtute Spiritus in Galilæam, & ipſe docebat in Synagogis, & venit Nazareth in Synagogam. Alludens ad illud Iſaiæ *ad annunciandum manſuetis*, id eſt pauperibus (inquiunt Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 14. Sanctus Irenæus lib. 1. S. Hilarius in pſal. 52. S. Ambroſius, Theophilactus, Beda in cap. 4. Lucæ. Ideò pauperes vocantur manſueti, quia pauperes ob egeſtatem coguntur ſubmittere cervicem, adverſa perferre, mendicare, quibus omnibus manſueſiunt, vel per manſuetos vel pauperes accipiuntur gentiles de paupertati propter idololatriam & alia peccata, ſeu gratiâ & mediis ad ſalutem deſtituti. Ita Origenes, S. Ambroſius & Theophilactus in cap. 4. Lucæ. Vel ſecundùm Tertullianum ſupra, Euſebium lib. 3. demonſtrat. cap. 1. S. Hieronymum intelliguntur pauperes ſpiritu, de quibus Chriſtus Matthæi cap. 5. *Beati pauperes ſpiritu, &c.* Vel denique & magis propriè pauperes ſunt Apoſtoli & turba plebis Chriſtum ſequentes, & ejus dicta & monita avidè excipientes, non verò Scribæ & Phariſæi, aliique potentes, qui ei ſe opponebant. Horum pauperum meminit Chriſtus Matthei cap. 11. verſ. 2. Pauperes evangelizantur, id eſt

docentur

docentur. Reliquam hujus oraculi explicationem vide apud Interpretes.

II. Chriſtus ſe miſſum à Patre patenter innuit Matthæi cap. 10. verſ. 40.
Matt. c. 10. v. 40. dicens Apoſtolis. *Qui me recipit, recipit eum qui me miſit.* Non dicit eum, ſed eos; quia ſicut à Patre mittitur & procedit ab æterno, ſic ab eo in tempore, in unione hypoſtaticâ. Idem teſtatur cap. 15. in ſecundâ mulieris Cananææ repulsâ. *Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierant domus Iſrael* Arias. *Non ſum legatus niſi ad oves perditas.* Noſter Sylveira tomo 3. in Evangelia lib. 6 cap. 2. *Non ſum*
Cap 15. verſ. 34 *miſſus tanquam Meſsias à Deo promiſſus Iſraeliticus, niſi ad eos per meã corporalem præſentiam, meamq; doctrinam ac miracula pandendo.* Cap. 21. oſtendit bonitatem infinitam Dei, quæ tot laceſſita injuriis & opprobriis cæde ſervorum ſuorum, verſ. 37. *Noviſſimè miſit Filium ſuum*, per Incarnationem. De eadem miſſione S. Marcus cap. 12. verſ. 6. *Vnum habens Filium chariſſimum, & illum miſit ad eos*, ſcilicet vineæ cultores. Lucæ cap. 4. verſ. 43. Chriſtus reſpondit turbis detinentibus ipſum.
Luc. c. 4. verſ. 34. *Quia & aliis Civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideò miſſus ſum, & erat prædicans in Synagogis Galilææ.* Cap. 9. verſ. 48. *Quicumque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit, & quicumquo me receperit, recipit eum, qui me miſit.* Cap. 20. verſ. 13. *Mittam* (inquit Pater Familias) *Filium meum dilectum forſitan cùm hunc viderint verebuntur.* Noſter Sylveira. *Etſi contempſerint ſervos meos, videntes tamen filium meum, qui proprius refert meam perſonam erubeſcent negare pactum initum de fructibus vineæ.*

III. S. Joannes frequentius de hac miſ-
Joan. c. 3 verſ. 17. ſione viſibili diſſerit cap. 3. verſ. 7. *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum.* Syriacus *Vt condemnet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per eum.* S. Athanaſius lib. 4. contra Arianos. *Non veni ut judicem mundum, ſed ut ſervem ipſum.* S. Ambroſius lib. de pœnitentiâ cap. 11. *Non enim veni ut judicem mundum, ſed ut ſalvetur mundus per me.* Vatablus. *Vt condemnet mundum, ſed ut ſalutem conſequatur mundus per eum.* Quomodò Chriſtus ait, quod *miſit Deus filium ſuum in mundum*, cùm apud eundem Joannem cap. 1. verſ. 10. dicatur prius in mundo eſſe. *In mundo erat?* Joan. c. 1 verſ. 10.
Reſpondet S. Bonaventura. *In mundo erat, ſcilicet divinitate, ſed in mundum dicitur mitti humanitatis aſſumptione.* S. Bonaventura.
Cui ſubdit noſter Sylveira tomo 2. cap. 3. quæſt. 55. *Meritò qui in mundo erat ob divinitatem tanquam omnium Dominus & Deus, omnia gubernans & diſponẽs ſub formâ ſervi in mundum mittitur ad reſtaurationem.* Sylveira.
Quia (inquit S. Auguſtinus in Joannẽ) Deus quantùm ex ſe vult omnes homines ſalvos fieri, pro quâ ſalute conſequendâ Sacramenta aliaque media inſtituit. De ſe ait verſ. 4. *Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur.* Et cap. 4. dixit Samaritanæ verſ. 34. *Meus cibus eſt ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me.* verſ. 34.
S. Ambroſius lib. de Noe & arca cap. 25. & lib. de Eliâ & jejunio, cap. 3. *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui eſt in cælis.* Vatablus. *Vt exequar voluntatem mei Patris, qui me miſit.* Euthymius. *Patris, qui ipſum miſerat, opus illius Chriſto injunctum ſalus eſt hominum.* Euthym.
Philo Carpathius citatum textum explicat per illud Cantic cap. 5. verſ. 1. *Deſcendit frater meus in hortum ſuum, ut comedat fructum pomorum ſuorũ.* Philo. Carpath. Cant. c. 5 verſ. 1.
Quibus ſubdit. *Ad quos & quales fructus edendos invitetur ſponſus à ſponsâ, ipſe per ſe declarat in Evangelio, cùm dicit: Meus cibus eſt. ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, hoc eſt, ut quamprimum ad me convertam, meoſq; diſcipulos faciam, & amicos omnes in me credentes, quorum bona opera tanquam fructus ſuaviſſimos virtutis, ſponſus edit, hiſq; maximè lætatur.* S. Ambroſius lib. de S. Ambr.
Eliâ & jejunio cap. 3. *Meus cibus, eſt ut faciam voluntatem Patris. Hic cibus Angelorum eſt, ut divino famulentur obſequio.* Idem de Noe & arcâ cap. 5. *Non enim carnem manducabat, hoc eſt terrenum aliquod cogitabat, qui dixit, meus cibus eſt ut faciam voluntatem Patris mei, ſtudium virtutis hominibus inſpirans, & cupiditatem divinæ cogitationis*

Digitized by Google

Drogo. *tionis infundens*. Drogo Hoſtienſis ſermone 1. de Paſſione. *Meus cibus eſt ut faciam voluntatem Patris mei, & voluntas Patris mei eſt, ut calicem bibam. Ergò in Cruce manducavit & bibit, & ebriatus eſt, & dormivit.*

IV. Cap. 5. verſ. 24. Cap. 5. poſtquam Paralyticum curavit verſ. 24. ait. *Amen, Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, ſed tranſit à morte in vitam.* Quibus verbis innuit myſterium Incarnationis eſſe miſſionem Verbi à Deo Patre factam, ut Eccleſiam ſanctificet, & nobis vitam paret ad cœleſtem beatitu-
verſ. 30. dinem. Et verſ. 30. *Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me.* S. Chryſoſtomus homil. 38. & Cajetanus. *Qui miſit me Patris.* Ut Deus eandem habet voluntatem cum Patre: ſed ut homo habet voluntatem divinæ planè conformem. Verſ. 36.
verſ. 36. de eâdem miſſione. *Ipſa opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.* Verſ. 37. *Et qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me.* Verſ. 38. *Quem miſit ille, huic vos non creditis.*

V. Cap. 6. verſ. 29. Cap. 6. verſ. 29. quærentibus quid faciendum eſſet, ut opera Dei fierent. *Reſpondit Ieſus, hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, qui me miſit.* Noſter Sylveira ita exponit. *Ut credatis in eum, ſcilicet in me, qui tot miraculis ac teſtimoniis probavi me eſſe à Deo miſſum.*
verſ. 38. Verſ. 38. idem inculcat. *Quia deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.*
verſ. 39. Quod a Patre ſit miſſus innuit verſ. 39. *Hæc eſt voluntas eius, qui miſit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die.* Per *omne*, intelligitur (inquit Sylveira tomo 3. lib. 5. cap. 35.) *Omnis gentis, omnis generis, omnis ætatis, & ſexus univerſitas & populus.* Subdit textus. *Non perdam ex eo*, Vel ut alibi. *Non ejiciam foras.* Ideſt non repellã à me, à meâ Eccleſiâ (inquit Theophilactus)
verſ. 40. Verſ. 40. *Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me, ut omnis qui videt filium & credit in eum habeat vitã*
verſ. 44. *æternam.* Verſ. 44. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum.* Verſ. 58. *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem.* Ideſt (inquiunt S. Cyrillus lib. 4. in Joannem cap. 18. S. Chryſoſtomus homil. 46. S. Hilarius de Trinitate, Theophilactus, Euthymius. Filius dicitur vivere propter Patrem, non quod accipiat denuò vitam, quam antea non poſſidebat, nec quod aliam diſtinctam vitam habeat ab eâ, quâ Pater vivit: ſed ſicut a Patre per æternam generationem eandem habet eſſentiam cum illo, ita & vitam. Sicut enim in Patre & Filio una eſt eſſentia, ita & vita. Particula *Propter*, ſignificat finem & principium, à quo vita communicatur, ſeu propter quod filius vivit, ut explicat S. Hilarius. At S. Baſilius lib. 4. contra Eunomium; & in Apologiâ de ſuâ diſceſſione, Marius Victorinus lib. 1. contra Arium, S. Thomas & alii aſſerunt hic eſſe ſermonem de Chriſto ut homine ſeu de miſſo per myſterium Incarnationis.

Cap. 7. verſ. 16. *Mea doctrina, non eſt mea, ſed ejus qui miſit me.* S. Augu- VI. Cap. 7. verſ. 16.
ſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 12. S. Ambroſius lib. 5. de fide cap. 3. Hugo, S. Thomas & alii, docent quod Chriſtus vocat doctrinam ſuam ut Dei eſt, non ſuam ut hominis. *Se-* S. Auguſtinus.
cundùm formam Dei ſuam, ſecundùm formam ſervi non ſuam. Verſ. 18. id verſ. 18.
confirmat. *Qui à ſemet ipſo loquitur gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt.* Verſ. 28. Clamabat ergò Ieſus in templo docens & dicens. *Et me ſcitis, & undè ſim ſcitis, & à me ipſo non veni,* verſ. 28.
ſed eſt verus qui me miſit, quem vos neſcitis. Verſ. 29. *Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.* Ideſt, à me ipſo verſ. 29.
non veni in mundum ad eum illuminandum, ſed eſt verus in ſuis promiſſis, qui ſicut pollicitus eſt, ſic adimplevit. ſcilicet Pater meus æternus quem vos non noviſtis, quod ego ab ipſo miſſus ſum, & ipſe me miſit.
Verſ. 33. *Dixit ergò eis Ieſus, adhuc* verſ. 33.
modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum, qui me miſit.

Cap. 8. verſ. 16. *Si judico ego judi-* VII.
cium meum verum eſt: quia ſolus non ſum Cap. 8.
verſ. 16.

Salus Dei vel *Deus Salvator.* Hinc in nomine *Eliſa*, ideſt *Eliſeus* continetur nomen Jeſu. Nam *Eliſa* idem eſt quod *El Ieſua* ideſt *Deus potens.* Præfatam igitur hiſtoriam ſic ad intentum noſtrum explicat S. Ambroſius ſerm. 87. qui eſt de Eliſeo. S. Ambr *Sterilis civitas fuit Eccleſia ante Chriſti adventum. At ubi venit Chriſtus velut vas fictile aſſumens corpus humanum, ſanavit aquarum vitia, ideſt reſecavit ſacrilegia populorum, & ſtatim Eccleſia, quæ erat ſterilis cœpit eſſe fœcunda aſperſio ſalis, ideſt Apoſtolis, de quibus dicitur vos ſal terræ.* Quomodò ſal terræ dicuntur? Quia virtutes Chriſtianas ſuâ doctrinâ, ſuoque exemplo condiderunt. Nam patientiæ, humilitati, modeſtiæ, paupertati, obedientiæ, reliquiſque virtutibus quendam ſaporem præſtiterunt, inſulſa eſt laborum tolerantia, imò & amara. Non arrident carnis palato humilitas, paupertas, ſimilesque virtutes, ſed ſale Apoſtolico conditæ ita placent, ut multi ſint qui eas appetant, eſuriant & ſitiant juxta illud Chriſti apud Matthæum cap. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam.* Et ſic filii Dei & Eccleſiæ efficiuntur. Secundò dicuntur *Sal terræ*, quia (inquiũt S. Hieronymus S. Auguſtinus, S. Paſchaſius, S. Anſelmus) *per eos univerſum hominum genus conditur.* Quaſi dicerent ſicut cibum inſipidum & nauſeam provocantẽ ſal reddit gratum & ſuavem, ſic totum genus humanum erroribus & falſitatibus valdè inſipidum Apoſtolici Viri ſermone, ac vitæ exemplo familiæ Chriſti aggenerant, Deique & Angelorum ſtomacho gratos efficiunt juxta illud S. Gregorii hom. 17. in Evangelia. S. Gregorius. *Cibus Dei populus, condimentum ſacerdos.* Tertiò dicuntur ſal, quia fides & gratia Apoſtolico ſermone infuſa carnalis concupiſcentiæ corruptelam tollit, peccatorum ſordes detegit, impedit nè vermes delictorum generentur, opiniones ſcandali & malæ converſationis odorem excludit, Chromatius. ut Chriſti & Eccleſiæ veri filii reddantur. *Sales* (inquit Chromatius) *cùm operantur in carne qualibet, corruptelam non admittunt. fœtores auferunt, fœtores expurgant, vermes non ſinunt generare.* Quartò S. Gregorius 2. part. Paſtoralis cap. 4. ait. *Fuerunt Apoſtoli ſal terræ, ideſt mundi ſapientia.* Quaſi diceret, ſi ſal eſt ſymbolum diſcretionis & prudentiæ. *Sicut* (inquit Toſtatus) *ſal omnibus cibis ſaporem dat, ita & prudentia omnes actus noſtros modificat ac ſapidos reddit, undè ſapientiã vulgariter ſal appellarẽ ſolemus. Et Apoſtolus ad Coloſſenſes dixit. Omnis ſermo veſter ſale conditus ſit, cap. 4. verſ. 6. Ideſt, Omnia verba veſtra cum diſcretione proferantur. Et Chriſtus Dominus habete in vobis ſal, Marci cap. 9. verſ. 49 Ideſt, habete diſcretionem in operibus veſtris. Et cùm multæ virtutes ad Prælatos pertineant, diſcretio eſt maximè neceſſaria.* Sicut igitur ſal cibos reddit ſapidos & gratos, ac incorruptos conſervat: ſic in Viris Apoſtolicis mentes præſervat à perditione, ac damnatione æternâ. *Liberare quippè à putredine peccatorum Chriſti virtus eſt.* Quintò, ex S. Hieronymo dialogo contra Luciferianos, Caſſiodoro variar. cap. 24. & aliis, tanta eſt excellentia ſalis præ auro, gemmis, aliiſq; lapidibus pretioſis, ut multi abſque auro, gemmis vivere poſſint, at nullus ſale carere poteſt. Sic Viri Apoſtolici dignitas tanta eſt, ut cuncti ſalvandi ejus doctrinâ, ſpiritu, exemplo vivere & foveri debeant. Sextò, ut ſal ſuum effectum producat, debet liquefieri, & deſinere eſſe totus in ſuâ ſubſtantiâ, ac in cibos conditos ac ſaporatos transſubſtantiari, alioquì ſuum non ſortiretur effectum. Sic Chriſtus Apoſtolos, & eorum ſucceſſores appellat ſal, innuens eos debere exterminari ac de ſuo eſſe adimere, ut ſuis auditoribus & iis, ad quos mittuntur ritè ſubveniant. Septimò, Sal ex aquâ mari ſeparatâ conficitur, & in ſalinâ clauſo oſtio accedente calore ſolis conficitur. Sic quamvis Apoſtoli in mundo nati, debent ab eo ſegregari, rebusque mundanis fores claudere, & tunc accedente calore Spiritus ſancti ſal ad condendum humanum genus efficientur. Octavo, Sal ex D. Thomâ habet vim reſtrictivam & carnes deſiccat, ſic ut Viri Apoſtolici Eccleſiæ ſanctitatem promoveant, debent motus

miſero, me accipit, qui autem me accipit, accipit eum, qui me miſit. Syriacus. *Qui me recipit, recipit eum, qui miſit me.* Arabicus. *Qui accipiet me, accipiet eum, qui me miſit.*

XIII. Cap. 14. verſ. 24. Cap. 14. verſ. 24. *Sermonem, quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me Patris.* Arias. *Sermo, quem audiſtis, non eſt meus, ſed mittentis me Patris.*

XIV. Cap. 15. verſ. 21. Cap. 15. verſ. 21. *Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eum, qui miſit me.* Ait *propter nomen meum*, Ideſt propter me à vobis prædicatum verũ filium Dei miſſum de cœlo à Patre meo.

XV. Cap. 16. verſ. 5. Cap. 16. verſ. 5. *Nunc vado ad eum qui miſit me.* Arabicus. *Nunc pergens ſum ad eum, qui miſit me.* Arias Montanus *Vado ad mittentem me.* Vatablus. *Abeo ad eum qui miſit me.* Cur non dicit ad Deum Patrem meum? Reſpondet noſter Sylveira tomo 5. lib. 7. cap. 17. in expoſitione, modeſtiæ causâ ſubticet Deum Patrem, nè ſe jactare videretur: ſed tantùm ait, *qui miſit me*, ſcilicet expletis & abſolutis omnibus, quæ mihi facienda commiſit.

XVI. Cap. 17. verſ. 3. Cap. 17. verſ. 3. Patrem ſic affatur. *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Syriacus. *Et quem miſiſti Ieſum Meſsiam*, Scilicet Verbum filium tuum, Mediatorem Dei & hominum, S. Athanaſius diſputans cõtra Arium S. Athan. in Concilio Nycæno. *Illud* (inquit) *Et quem miſiſti Ieſum Chriſtum conjunctum eſt cum præcedenti membro, te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, ut cognoſcant filium tuum verum Deum quemadmodum te Patrem.* Verſ. 8. verſ. 8. *Quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognoverunt verè, quia à te exivi, & crediderunt, quia tu me miſiſti.* Syriacus. *Et crediderunt me à te miſſum fuiſſe.* Idem repetit verſ. 18. *Sicut me miſiſti in mundum,* verſ. 18. *& ego miſi eos in mundum.* Syriacus. *Prout me miſiſti in mundum*, ſcilicet ut ſermonem tuæ veritatis mundo annuntiarem. Undè à S. Paulo Hebræorum cap 3. verſ. 1. vocatur Apoſtolus. *Conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſsionis noſtræ Ieſum* Cornelius vocat Paulus Chriſtum Apoſtolum, ideſt legatum Dei, quem ſcilicet Deus legavit ad homines, maximè Hebræos, ut eos doceret & Deo reconciliaret. Apoſtolus ergò idem eſt, quod Propheta, Doctor, & Legiſlator miſſus à Deo, verſ. 21. *Vt credat mundus, quia tu miſiſti,* verſ. 21. Vatablus. *Quia tu me miſeris.* Quæ verba ita exponit Sylveira, ut videntes homines tantam fidelium unionem ac concordiam, eos trahat ac compellat confiteri Jeſum eſſe filium Dei, mundi Salvatorem, eoquod tanta unio & concordia ab alio induci nõ poterat, niſi à vero Deo, pacis auctore. Verſ. 23. non verſ. 23. utitur verbo *credat*, ſed *cognoſcat*. *Vt cognoſcat mundus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos.* Syriacus. *Vt cognoſcat mundus me à te miſſum, &c.* Ex S. Chryſoſtomo homil. 81. Indicat Dominus potentiorem eſſe concordiam diſcipulorum, quàm multa miracula ad manifeſtandam Chriſti Domini divinitatem, & ipſum miſſum eſſe à Patre, cujus lex ac religio tantam inter homines in terris concordiam ac unitatem effecit. Verſ. 25. *Et ipſi norunt me* verſ. 25 *à te miſſum eſſe.* Quomodò cognoverunt? me docente ac prædicante, *quia tu me miſiſti*, filium tuum, ut ſalutem omnibus darem, ac communicarem (inquit S. Chryſoſtomus.

Cap. 20. verſ. 21. post reſurrectionem XVII. diſcipulis ſuis apparens. *Dixit* Cap. 20. *eis, Pax vobis, ſicut miſit me Pater, &* verſ. 21. *ego mitto vos.* Syriacus. *Sicut miſit me Pater meus.* Noſter Sylveira ita expoſuit, ſimili poteſtate & auctoritate ſpeciali quâ miſit me Pater ad inſtituendam ac regendam Eccleſiam, ego ſimiliter vos mitto, ut ſitis Doctores & Paſtores, ſicut ego, ſum tanquam mei delegati juxta illud 2. Corinth. cap. 5. verſ. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur.*

In actibus Apoſtolorum cap. 28. XVIII. verſ. 28. Apoſtolus Paulus concio- Act. c. 28 nem habens in Melitenſi inſulâ, ait, verſ. 28. *Notum ſit vobis quoniam Gentibus miſſum eſt hoc ſalutare Dei, & ipſi audient.* Cornelius ibi poſt S. Auguſtinum lib. 1. contra adverſarios legis & Prophetarum cap. 15. S. Baſilius in pſalm. 65. ſcribit: quod per *Salutare Dei* intelligitur filius Dei, puta Chriſtus Salvator.

Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael, ſed quia hoc adventu, Ideſt hac miſſione non tantùm in modo paſſibili, ſed etiam in modo ſacramentali. *Iſtius redemptionis Iudæi ſe fecerunt indignos, ideò hæc redemptio ad gentium populum eſt tranſlata, ut non ſolùm ad unam gentem Chriſti redemptio ſpectet, ſed ad omnes indifferenter, ſicut dicitur pſal 129. Quia apud apud Dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio. Sequitur mundatum in æternum teſtamentum ſuum hoc dicit, ad differentiam ſacramentorum legis antiquæ, quæ non erant ſemper duratura, ſed quia ſolùm erant figura adveniente figurato debebant ceſſare. Hic enim per teſtamentum intellige Eucharistiæ ſacramentum, quod inſtituendo Chriſtus vocavit teſtamentum, dicens hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti.* Effectum hujus miſſionis ſacramentalis ſubjicit, dicens. *Quod meritò dicitur teſtamentum: quia per illud ſacramentum nobis Chriſtus hæreditatem legavit æternam.* De hac miſſione Eucharisticâ intelligendus eſt Joel cap. 2. verſ. 19. *Ecce mittam vobis frumentum & vinum & oleum, & replebimini in eis,* Particulâ *ecce* innuit ſe non miſſurum aliquem cibum vulgarem & communem, ſed auguſtum ac ſingulari & ſupernaturali virtute productum quo non ſatientur corpora, ſed corda juxta illud pſalm. 21. verſ. 27. *Edent pauperes & ſaturabuntur, & vivent corda eorum.* Rudolphus Catthus. *Etſi morientur corpora, vivent corda, ideſt animæ eorum: quia cibus ille cordis & animæ eſt, & vivificat ſpiritualiter, & etiam æternaliter. Vndè ſequitur in ſæculum ſæculi, ideſt ſine fine.* Dionyſius. *Humiles manducabunt ſacramentum altaris, non ſolùm ſacramentaliter, ſed etiam ſpiritualiter, ideò mentalibus impinguabuntur charitate, gratiâ, conſolatione, ac donis Spiritus ſancti* Eandem recipit interpretationem Michael de Bononiâ. *Per pauperes intellige humiles, & hujus ſæculi contemptores, Matthæi cap. 5. Beati pauperes ſpiritu, & tales edent & ſaturabuntur, quia per hoc ſacramentum pervenient ad ſaturitatem refectionis æternæ, ubi totus homo interior & exterior ſaturatur: quia ibi voluntas repletur dilectionis charitate, intellectus cognitionis claritate, memoria certitudinis firmitate, pſalm. 16. Satiaber cùm apparuerit gloria tua, &c.* Brevius, ſed non minus nervosè Tertullianus lib. de Reſurrectione cap. 8. *Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, ut & anima de Deo ſaginetur.*

Joel. c. 2. verſ. 19.

Pſal. 21. verſ. 27.

Rudolph.

Dionyſ.

Michael de Bon.

Tertull.

II. Chriſtus miſſionem hanc Eucharisticam eodem verbo exprimit, quo Incarnatio ab Eccleſiâ declaratur in Symbolo Nicæno, nam ſic de hâc re canit. *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis.* Chriſtus de illâ ait Joannis cap. 6. verſ. 41. & 51. *Ego ſum panis vivus qui de cælo deſcendi, ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Verſ. 53. *Et panis quem ego dabo caro eſt pro mundi vita* Syriacus. *Et panis quem ego dabo corpus meum eſt, quod pro mundi vita do.* Dicit *pro mundi vita,* quia ex Divo Thomâ 3. part. quæſt. 79. in Eucharistiâ animabus noſtris infundit gratiam ſanctificantem, quam ſanctus Petrus 1. epiſt. cap. 1. verſ. 9. vocat *ſalutem animarum.* Et S. Dionyſius lib. de Hierarchiâ Eccleſiaſticâ cap. 1. Tertullianus lib. de pudicitiâ cap. 18. vocant Euchariſtiam non tantùm ſalutem, ſed & medicinam ac vitam animarum noſtrarum. Noſter Sylveira tomo 3. in Evangelia lib. 5. cap. 35. quæſt. 32. & 42. ſcribit maximè exaltari & ſublimari Eccleſiam Militantem à Chriſto miſſo, poſito ſub ſpeciebus panis & vini, quod probat. Nam ſi in Eccleſiâ triumphante Apocal. cap. 4. verſ. 20. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & mittebant coronas ſuas ante thronum.* In Eccleſiâ Militante ejuſdem Chriſti Sacerdotes & Seniores, imò omnes fideles ad thronum accedunt, agnum attingunt, imò illum verè & realiter ſumunt, & per ſacram communionem Chriſtus realiter ingreditur hominem, ibique moratur quamdiu ſpecies ſacramentales propriam naturam retinent, ut docet Chriſtus Joannis cap. 6. verſ. 57. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo* Græcus, Pagninus & Vatablus. *In me habitat,*

Apoc. 4. verſ. 20.

ego

ego in illo. Quando verò à ſtomacho digeſtæ & conſumptæ ſunt ſpecies Chriſtus definit eſſe in nobis ſubſtantialiter, & ſub illis accidentibus Dei virtute ponitur quædam materia, quæ convertitur in noſtram ſubſtantiam. Gratia verò producta à ſacramento in nobis perſeverat, & durat quamdiu digni ſumus, animamque tanquam cibus ſpiritualis nutrit & corroborat, eſtque corpori quaſi ſemen motale ad ejus reſurrectionem, cujus cauſa phyſica eſt divinitas Chriſti & inſtrumentum ejus humanitas. Quod colligitur ex verbis S. Cyrilli Alexandrini lib. 4. in Joannem cap. 34. & lib. 10. cap. 13. Secundò in hoc apparet dignitas Eccleſiæ militantis, quod Seraphim, qui ſunt primarii cives Eccleſiæ triumphantis Iſaiæ cap. 6. verſ. 6. non manu propriâ, ſed forcipe calculum accipiunt. *Volavit* (inquit Propheta) *ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Sanctus Hieronymus. *Carbunculus.* Græcus. *Pruna ignita.* Calculum illum eſſe typum Euchariſtiæ ſcribit ſanctus Joannes Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 14. *Carbo autem non ſimplex lignũ, ſed unitum igni, ſic panis communionis non panis ſimplex eſt, ſed unitus divinitate.* Idem docent S. Juſtinus reſponſ. ad quæſt. 44. à gentibus Sanctus Chryſoſtomus homil. 61. ad populum. Theodoretus apud Leonem à Caſtro addit. *Sunt ſupremi omnium Angelorum Seraphim, neque manu, tamen divinum corpus attingunt, rem ſanctiorem quærunt, forcipe accipiunt.* Prophetæque labiis illum calculum admovet. Hic Propheta umbra eſt populi Chriſtiani, cui Deus notitiam dedit Auguſtiſſimæ Trinitatis. Domus repleta fumo eſt figura Eccleſiæ. Cur Seraphim non manu ſed forcipe calculum labiis Prophetæ admovet? Ut innuat gratiam attingendi Corpus Chriſti non Choris Angelicis, ſed populo Chriſtiano conceſſam eſſe. Ex quibus patet quantam utilitatem Eccleſiæ afferat miſſio Chriſti in Euchariſtiâ.

§. 5.

Miſſio Temporalis Spiritus Sancti in ſpecie Columbæ.

Miſſum etiam fuiſſe Spiritum I.
Sanctum viſibiliter in tempore patet Matth. cap. 8. Matt. c.
verſ. 16. *Baptiſatus autem Ieſus aſcen-* 4. v. 16.
dit de aquâ. Et Ecce aperti ſunt cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Marci cap. 1. verſ. 10. *Vidit cælos apertos, & Spiritum tanquam columbam deſcendentem & manentem in ipſo.* Lucæ cap. 3. verſ. 21. *Apertum eſt cælum & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum.* Spiritus ſanctus ſub hac ſpecie apparet alludens ad columbam, de quâ ſacer Textus refert
Geneſis cap. 8. verſ 8. *Emiſit quoque* Geneſ. 8.
columbam, &c. Per Noe intelliguntur verſ. 8.
Pater & Filius, per Arcam Eccleſia triumphans, per columbam Spiritus ſanctus. Particula *emiſit*, figura eſt Spiritus ſancti miſſi in Baptiſmate Chriſti ſub ſpecie columbæ. S. Paſchaſius lib. 2. in Matthæum ait ideò
Spiritum ſanctum ſub ſpecie colum- S. Paſchaſius.
bæ tunc apparuiſſe, ut utriuſque reſtamenti veritas conſtaret. *Officioſiſſimum fuit Spiritum ſanctum apparere per eam, ex cujus olim ſpecie illa cognominabatur, & per quam in diluvio juxta myſterium ſacramenti fuerat figuratus.* Quod officium præſtitit columba miſſa ex Arcâ? Primò, idem figuratè ac Spiritus ſanctus miſſus à Patre & Filio, ſicut enim Noe emiſit columbam, ut ſciret an aquæ diluvii demitterentur, & ceſſaret ira Dei, & in ſignum reconciliationis, & placatæ divinæ iræ illa ramum olivæ retulit: ſic Spiritus ſanctus miſſus fuit in orbem ſub ſpecie columbæ ſuper Chriſtum, ut ſignificaret Chriſtum veniſſe ad ſignificandam reconciliationem, & pacem initam inter Deum & hominem. Hanc rationem mihi ſuggerit
ſanctus Dionyſius Alexandrinus con- Dionyſ.
tra Samoten. quæſt. 5. *Cur Spiritus* Alexan.
ſanctus in ſpecie columbæ? ſcilicet, ut nos doceret, qui miſit illum, quique eum,

quem

Digitized by Google

quem miſit, accepit. Sicut enim Noe dimiſit ex arcâ columbam, & ipſe eam recepit, ad eandem ſimilitudinem intelligendum, nobis eſt ipſius Chriſti eſſe Spiritum ſanctum, & quod erat ipſius, hoc dediſſe nobis dividens & effundens ſuper omnem carnem.

II. S. Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſ. 10. ideò olivam rediens ad Noe tulit in ore ramum virentis olivæ ad veſperam, ut ſignificaret Verbum divinum venturum vergente mundi veſpere, ac concipiendum de Spiritu ſancto, ut per lignum Crucis ſalvaretur genus humanum, ut canit Eccleſia. *Per lignum ſervi facti ſumus, & per lignum liberati ſumus.* Accipe ejus verba. *Deſcendit ut columba in Baptiſmo, ut oſtenderet hunc eſſe, qui per lignum Crucis ſalvat credentes, qui ſub veſperam per mortem ſuam effecturus ſit ſalutem.*

S. Cyrill. Hieroſ.

III. Tertiò, S. Auguſtinus tract. 6. in Joannem ait Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ miſſum, ut nos doceat per Chriſtum Deum orare gemitibus & deſideriis ferventiſſimis. *Audite* (inquit) *quid dicat Apoſtolus, & nolite mirari. quia in ſpecie columbæ voluit demonſtrari Spiritus ſanctus. Ipſe interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non in ſemetipſo apud ſemetipſum gemit, ſed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Nec parva res eſt, quod nos docet Spiritus ſanctus gemere, inſinuat enim nobis, quia peregrinamur, & docet nos in patriam ſuſpirare.*

S. Auguſtinus.

IV. Quartò, S. Chryſoſtomus homil. 12. in Matthæum, ait Spiritum ſanctum ſpeciem columbæ ſuſcepiſſe, ut ſicut Noemiticæ optatiſſimum finem diluvii nuntiavit, ita Spiritus ſanctus optatiſſimum mundi Redemptorem oſtendit. *Quia* (inquit) *manſuetudinis eſt Spiritus, propterea in columba apparuit. Simul etiam veteris nos videtur admonere hiſtoria. Nam cum univerſum orbem naufragium commune merſiſſet, illud animal apparuit, finemq; illius tempeſtatis oſtendit, atque ore ramum portans olivæ, pacẽ mundo renuntiavit, quæ omnia erant futurorum figura. Tunc enim multò erat hominum vita deterior, multòq; majori digna ſupplicio. Nè igitur ipſe deſperes illius te hiſtoria confirmat admonitio. Nam tunc quoque deſperatis omnino rebus liberatio facta, atque correctio eſt. Sed tunc utique per pœnam, modò verò per gratiam, atque ineffabilem indulgentiam Redemptoris. Propterea & columba cernitur nequaquam olivæ ramum ferens, ſed omnium liberatorem nobis oſtendens, ſpemq; ſuggerens proſperorum. Non enim ex arcâ unum educit hominem Noe, ſed poſtquam apparuit univerſum prorſus orbem attollit in cælum. Quæ certè pro olivæ ramo, omni generi hominum adoptionem detulit filiorum.*

S. Chryſoſtom.

V. Quintò, ideò Spiritus in ſpecie columbæ apparet, quia ſicut Spiritus charitas & amor eſt, & Joannis cap. 3. *Deus ſic dilexit mundum, ut filium ſuum daret.* Sic columba charitatem maximè colit. *Ideò* (inquit idem S. Chriſoſtomus homil. 4. in imperfecto) *Spiritus ſanctus ſpeciem columbæ ſuſcipit quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix eſt charitatis, &c.* In cujus charitatis ſignum. *Columba* (inquit S. Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ) *ſimplex eſt animal & lætum, non felle amarum, non morſibus ſævum, non unguium laceratione violentum, hoſpitia humana diligere, unius domus conſortium noſſe, cum generant ſimul filios edere, cùm commeant volatibus invicem cohærere, communi converſatione vitã ſuam degere, oris oſculo concordiam pacis agnoſcere, legem circa omnia unanimitatis implere. Hæc eſt in Eccleſia noſcenda ſimplicitas, hæc charitas obtinenda, ut columbas dilectio charitatis imitetur.* His ultimis verbis oſtendit Spiritus ſancti deſcenſum & miſſionem factam ut Eccleſiæ charitatem commendaret.

Imperfectus.

VI. Sextò, Spiritus ſanctus ſpeciem columbæ in baptiſmo Chriſti induit, ut ſignificet neminem in Eccleſiam ingredi niſi per baptiſmum juxta oraculum Davidicum pſalm. 67. verſ. 15. *Si dormiatis inter medios Cleros pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in pallore auri.* Id eſt, ſi in Eccleſiam Meſsiæ Regis per januam baptiſmi ingrediamini, atque in eâ conquieſcatis anima ſimilis fiet per fidem charitate rutilantem columbæ innocentiſsimæ, felle carenti ac pulcherrimæ, cujus pennę candore candidum

Pſal. 67. verſ. 15.

argentum; poſteriora verò dorſi aurum imitantur. Nam qui ſunt extra Eccleſiam ſunt corvi. Nam Geneſis cap. 8. verſ. 7. *Corvus egrediebatur & non revertebatur.* Sic hæretici & infideles inſtar illius corvi extra arcam degunt & volant teterrimis hæreſcon alis, nec ad eam revertuntur vel volant. Qui verò ſunt intra Eccleſiam, Deique gratiâ illuſtrantur, ſunt columbæ pennis deargentatis veſtitæ, quarum poſteriora dorſi aureo colore rutilantur. Noſter Michael de Bononiâ ſcribit columbam illam eſſe Eccleſiam, aitque per ly Cleros ſignificari duo teſtamenta ſacræ Scripturæ. Ratio eſt. *Nam Cleros* (inquit) *idem eſt*

Michael de Bon. *quod ſors, ut dicitur diſt. in. 21. cleros. Sors autem in veteri teſtamento partes hæreditatis terræ promiſſæ ſignificant, quæ ex promiſsione dicitur quaſi ex ſorte proveniant: ſicut ergò Cleros ſignificat duo teſtamenta, quia per ea datur nobis hæreditas æterna, Dormire ergò inter medios cleros eſt in auctoritate, & fide duorum teſtamentorum pacificè quieſcere. Dormit ergò Prædicator Evangelicus inter medios cleros, quando duo teſtamenta firmiter credens ipſorum concordiam docet & prædicat. Per Columbam verò intellige Eccleſiam Chriſti ſponſam, quæ (ut habetur 24. quæſt. 1.) omnibus conſideratis unica columba appellatur, quæ ſponſa eſt Chriſti, non habens maculam neque rugam. Iſta autem columba eſt deargentata, divinis eloquiis erudita. In ſcripturâ enim divinâ per argentum divina eloquia intelliguntur. Vnde in pſal. dicitur, eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum. Pennæ autem ſcilicet alæ iſtius columbæ, Eccleſiæ ſunt ſancti Doctores & Prædicatores, per quos ſemper volat ad alta, quia ipſorum prædicatione in cœlum fertur gloria Eccleſiæ, &c.* Idem ſentiunt Rudolphus, Dionyſius, Titelmannus, & alii.

VII. Explicatio D Thomæ noſtro propoſito magis arridet in quam etiam propendet noſter Sylveira tomo 1. in Evangelia lib. 3. cap. 2. quæſt. 21. num. 76. ſcribens Spiritum ſanctum apparuiſſe in ſpecie columbæ propter fœcunditatem, ad repræſentandam uberrimam Chriſti & Eccleſiæ generationem virtute Spiritus ſancti. Undè etiam præcipiebatur in lege poſt partum offerre columbas, quæ hanc fœcunditatem adumbrarent. Vel quemadmodum in utero virginali Mariæ Corpus Chriſti omnium prædeſtinatorum exemplaris & coryphæi formatum fuit operâ Spiritus Sancti, juxta oraculum Angelicum Lucæ cap. 1. verſ. 34. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Lucæ 1. verſ. 34. Syriacus, *Spiritus ſanctitatis veniet, & virtus altiſſimi obumbrabit ſuper te.* S. Juſtinus Martyr quæſt. 66 *Spiritus ſanctus in te intrabit, & virtus altiſſimi inumbrabit te.* Ideſt, (inquit S. Chryſoſtomus homil. 49. in Geneſim) non quæras hic naturæ modum & ordinem: nam quæ fient in te, ſunt ſupra naturam; non fœcundaberis viâ naturali, ſed ſupernaturali. Spiritus ſanctus in te efficiet quidquid virile ſemen præſtat in generatione humanâ. Sic ut corpus myſticum formaretur & Eccleſia fœcunda efficeretur miſit Deus in Baptiſmo Chriſti myſticam columbam, ſcilicet Spiritum ſanctum. De hâc numeroſâ Eccleſiæ prole per Chriſtum & Viros Apoſtolicos producendâ Iſaias hoc oraculum edidit cap. 60, verſ. 4. *Leva in circuitu oculos tuos, & vide omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi, filii tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Iſaiæ 66 verſ. 4. O Eccleſia proſpice quaſi ex ſpeculo circumquaque quatuor orbis plagas, ex iis operâ & ſtudio Chriſti & ejus Apoſtolorum ac Miſſionariorum prodeunt numeroſiſſimi filii & filiæ, qui (inquit S Joannes cap. 1. verſ. 12.) Ioan. c. 1 verſ. 12. *Non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Syriacus. *Sed ex Deo geniti ſunt.* Quantùm temporis impendetur ad illam generationem faciendam? breviſſimam. *Numquid* (idem Propheta cap. 66. verſ. 8.) *parturiet terra in die unâ, aut parturiet gens ſimul, quia parturivit & peperit Sion filios ſuos.* Iſaiæ 66 verſ. 8. S. Hieronymus ibi. *Non enim multo tempore, ut populus Iudæorum per Abraham, Iſaac, & Iacob, & duodecim Patriarchas, & rurſus per liberos eorum, ac nepotes crevit in majus: ſed ad Evangelicam prædicationem ſtatim omnis mundus cōcepit & parturivit* S Hieronymus.

&

& peperit muſculum, quem Pharao, & Herodes conabuntur occidere, &c. Nulla narrat hiſtoria aut ulicujus doctrina, ut omnes brevi tempore crederent nationes, & de univerſis gentibus una gens fieret Chriſtianorum, &c. Reliqui Interpre-
Dionyſ. tes & maximè Dionyſius illi ſubſcribens, ait ad locum cap. 60. *Leva in circuitu oculos tuos interiores & exteriores Primitiva Eccleſia, & vide quod*
Luc. 1. verſ. 34. *ſubditur, omnes iſti videlicet ex Iudaiſmo converſi, & ex gentibus credentes effecti, congregati ſunt per fidem & charitatem in Eccleſiaſticâ unitate, de quibus ait Salvator Ioannis cap. 17. Pater non pro his ſcilicet Apoſtolis rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes ſint unum, ſicut tu Pater in me, & ego in te: ut ſint conſummati in unum, venerunt tibi per cordis acceſſum, tanquam paratum ad obediendum tibi, ut incorporentur tibi in Chriſto, de quibus ipſe locutus eſt Zacharia cap. 2. Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & inhabito in medio tui, & applicabuntur gentes multa ad Dominum in die illâ, & erunt mihi in populum filii tui ſpirituales, de longè venient, ſcilicet à quatuor plagis terra, juxta quod dictum eſt Iſaia cap. 4. Ecce iſti de longè venient, & ecce illi ab aquilone & mari, & iſti de terrâ Auſtrali, de quibus Chriſtus Matthæi cap.*
Iſaiæ 66 *8, Multi (inquit) ab oriente & occiden-*
verſ. 4. *te venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac in regno cælorum. Vel de longè, id eſt, à regione diſſimilitudinis, ſeu peccato, ſicut Apoſtolus ſcribit Epheſ. cap. 2. Vos qui eratis longè, nunc facti eſtis propè per ſanguinem ejus. Et filia tua in*
Ioan. c. 1 verſ. 12. *Chriſto renata ex aquâ Spiritus ſancto, de propinquo ſurgent ad fidem, ut ſint in Chriſto, qui jacebant in vitiis, quo datur intelligi, quod utriuſque ſexus homines converterentur ad Chriſtum de longinquis, propinquiſque partibus, &c.*

De præfatâ converſione tam proxi-
Iſaiæ 66 verſ. 8. morum, quàm diſtantium breviſſimo tempore faciendâ, ita diſſerit ad citatum textum cap. 66. *Nunquam utique*
S. Hieronym. *auditum eſt, aut viſum quod virgo conciperet, & ſine dolore pareret niſi in Chriſti nativitate. Vel de nativitate Chriſti ſpirituali, quâ in corde credentium naſcitur, ſeu ſpirituali generatione fidelium qui ex aquâ & Spiritu ſancto renaſcuntur in Chriſto. Eritque ſenſus, Sion, ſive Eccleſia primitiva in Ieruſalem congregata, antequam parturiret, id eſt ad producendam prolem laboraret, & ſucceſſivè prolem cum dolore effunderet, peperit filios ſpirituales, ſeu Chriſtum in corde credentium ſicut adjungitur, antequam veniret partus ejus, id eſt dolor ad pariendum, peperit Chriſtum in corde credentium, ſicut ad Galatas cap. 4. ſcribit Apoſtolus. Filioli, quos iterùm parturio, donec formetur in vobis Eccleſia utique primitiva, ſubitò & ſine labore, imò cum gaudio magno Spiritus ſancti genuit filios ſpirituales. Unâ enim die prædicante Petro Actor. cap. 2. & 4. converſa ſunt tria millia Iudæorum, aliâ die quinque millia, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valdè. Et quia iſta multiplicatio mirabilis erat atque inſolita, ſubditur. Et quis audivit unquam tale? vel quis vidit huic ſimile? Nunquam enim tale quid contigit, ut in breve tempore omnes crederent nationes, & de univerſis gentibus una gens hoc naturali virtute fieri nequit, ut omnes homines in terra morantes unâ die, ſeu tam brevi tempore pareant. Vel una integra gens pariter generetur. Novem enim menſibus fit generatio hominis, & ſucceſſivè ex unâ parte generatur gens aliqua, quæ non pertingit ad multitudinẽ copioſam, niſi per multa annorum curricula. Sic autem non fuit in ſpirituali generatione primitiva Eccleſia: ſed quia Eccleſia militans peperit filios multos die unâ, id eſt tempore modico, & etiam in die unâ, quando (ut dictum eſt) unâ die converſa ſunt tria millia, & aliâ die quinque millia. Imò beati Apoſtoli frequenter unâ die converterunt decem, vel viginti, aut triginta millia gentilium, & ſic Sion id eſt Eccleſia peperit gentem Chriſtianã magnam & plurimam ſimul, id eſt ſubitò eodemque tempore. Viventibus namque ſanctis Apoſtolis prædicatum ac vulgatum eſt Evangelium Chriſti in omnibus finibus mundi, converſaque ſunt innumerabilia millia ubique terrarum, in tantùm ut Romæ eſſet copioſiſſima credentium multitudo, quos cùm Nero vellet occidere, non permiſerunt Romani timentes imperium debilitari debere.*

Cur Eccleſia tam brevi tempore VIII.

producta eſt? ut Corpus myſticum Chriſti aliquo modo correſponderet corpori reali ejuſdem. At Patres Græci & Latini ſuſtinent Verbum Divinum carnē in utero Virginis aſſumpſiſſe immediatè poſt aſſenſum Virginis Mariæ. Ita S. Irenæus lib. 5. cap. 33. S. Damaſcenus lib. 3. de fide cap. 3. S. Gregorius Magnus homil. 38. in Evangelia, & lib. 18. Moral. cap. 17. S. Auguſtinus lib. de ſymbolo ad Catechum cap. 5. ſermon. 5. de Nativit. Domini, & ſermon. 18. de ſanctis, S. Bernardus homil. 4. ſuper *miſſus*, Rupertus lib. 1. de Spiritu ſancto, & communis Eccleſiæ traditio. Deindè ubi Virgo benè credula dixit *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Spiritus ſanctus ſeſe infudit in templum ſacri ejus uteri Virginalis, conceptioque admiranda peracta eſt abſque ullâ morâ in puncto temporis. Cōmunis lex naturæ eſt, ut corpus maſculi in utero materno ſpatio quadraginta dierum efformetur. *Dicitur* (inquit S. Auguſtinus lib. 83. quæſtion. quæſt. 56.) *conceptio humana ſic procedere, ut primis ſex diebus quaſi lactis habeat ſimilitudinem, ſequentibus novem convertatur in ſanguinem, deindè duodecim diebus ſolidetur, reliquis octodecim formetur ad perfecta lineamenta omnium membrorum. Et hinc jam uſque ad partum augeatur*. At non idem contigit corpori Chriſti, nam omnia membra ejus in inſtanti temporis efformata ſunt. Nam D. Thomas part. 3. quæſt. 33. art. 1. obſervat in conceptione ejus, primò attractionē Mariani ſanguinis in locum conceptionis. Secundò, ex illo ſanguine corporis & membrorum efformationem. Tertiò, formati corporis accretionem. Attractio facta eſt per motum breviſſimo ſpatio temporis, accretio etiā tempore breviſſimo & motu abſoluta eſt. Licet autē formatio corporis tempus & motum poſtulet; tamen potentiâ divinâ inſtanea fuit. *Dei* (inquit S. Damaſcenus lib. 3. de fide cap. 3) *Filius per Spiritum ſanctum procreationis modo ſibi ipſi carnem animâ rationali animatā condidit, non ita paulatim, tacitisq́; momentis figura corporis abſolveretur: ſed uno eodēq́; momento perficeretur, &c.* S. Damaſcenus. S. Baſilius orat. de humanâ Chriſti generatione. *Quod in eâ natum eſt, de Spiritu, ancto eſt ait Evangeliſta Matthæi cap. 1. Hinc deprehendi licet, quod non ſecundùm communem modum carnis conſtitutio Domini fuit. Conceptio namq́; illicò perfecta fuit, non per intervalla paulatim formatum, ut verba declarant. Non enim dicit quod in eâ conceptum, ſed quod in eâ natum eſt.* S. Baſilius. Idem ſentiunt Theophilactus, Euthymius, quibus ſubſcribens D. Thomas ſupr. art. 1. S. Thom. *In primo* (inquit) *inſtanti, quo materia adunata pervenit ad locum generationis fuit perfectè formatum Corpus Chriſti, & aſſumptum: & per hoc dicitur ipſe Filius Dei conceptus, quod aliter dici nō poſſet*. Patet ergò Chriſti corpus compactum & organis diſtinctum fuiſſe in momento temporis, animâque rationali formatum, ac à Verbo Divino aſſumptum abſque eo quod corpus vel anima unionem verbi breviſſimo tempore præceſſerint, ut etiam docent S. Auguſtinus, ſivè Fulgentius in lib. de fide ad Petrum cap. 8. Sophronius Patriarcha Jeroſolymitanus epiſtolâ inſertâ Concilio ſexto Conſtantinopolitano act. 2. S. Leo Magnus ſerm. 8. de Nativitate.

IX. Denique Spiritus ſanctus in ſpecie columbę apparet, & deſcēdit in Chriſtum ſecundùm Lucam; venit ſuper Chriſtum ſecundùm Matthæum; manet in eo ſecundum Marcum, ut teſtetur ejus animam eſſe columbinam, ideſt, mundam, innocentem, ſanctam, omni felle ac fœtore carentem, omnibusq́; chariſmatibus redundantem, ejuſque Matrem ac Eccleſiam omni maculâ peccati carere, juxta illa Sponſi verba Cantic. cap. 2. verſ. 10. *Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea*. Cap 5. verſ. 2. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea*. Cap 7. verſ. 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea*. Cant. c. 2 verſ. 10. Quæ ab Interpretibus tum Deiparę, tum Eccleſiæ applicantur. Undè S. Auguſtinus ſerm. 119. de tempore Eccleſiam cum ipſâ Deiparâ cōferr, eoquod eam perpetua virginitas juncta ſingulari fœcunditate ornat. S. Auguſtinus. *Sancta* (inquit) *Maria, & virgo permanſit, ſic & Eccleſia parit & virgo eſt. Etſi conſideres Chriſtum*

parit

parit, quia membra ejus ſunt, qui baptiſantur. Si ergò membra Chriſti parit, Maria ſimillima eſt. Et ſermone 25, *Humano conjugio ſponſa fœmina traditur, ut virgo jam non ſit: Eccleſia verò virgo eſſe non poſſet, niſi ſponſum filium Virginis inveniſſet.* Idem. *Magna eſt ſponſi & ſingularis dignatio, meretricem invenit, & virginem fecit. Sed quæ ſit hæc Eccleſiæ virginitas quæris? Fidei virginitas eſt, in fide virgo eſt Eccleſia.* Quomodo invenit meretricem? Quia Synagoga relicto cultu veri Dei adoravit idola Jeremiæ cap. 2. verſ. 20. *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo proſternebaris meretrix.* Septuaginta vertunt. *Diffundebaris.* Pagninus. *Diſcurrebas.* Scilicet ex unâ arbore in aliam, ex unâ ſilvâ in aliam. ex uno idolo in aliud inſtar meretricum, quæ ab uno amaſio ad alium diſcurrunt. Ezechielis cap 16. verſ. 31. *Fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuum feciſti in omni plateâ.* Per lupanar accipit excella & templa idolorum, quæ Synagoga ædificavit in angulis & viis omnium platearum, ut patet lib 4. Regum cap. 16. verſ. 21. At ubi relicto idolorum cultu ad Deum verum converſa eſt, & fidem inviolatam ſervavit Romana Eccleſia, Virgo dicta eſt: quia ſponſo ſuo fidem incorruptam ac inviolatam ſervavit. Hanc virginitatem admirans S. Chryſoſtomus in 1. Corinth. cap. 11. exclamat. *O res nova in mundo, virgines manent ante nuptias, poſt nuptias, non item, hic autem non ſic. Nam licet non ſint virgines ante nuptias, poſt nuptias virgines fiunt, &c.* Quomodo Eccleſia poſt nuptias ſit virgo? fidei ſinceritate & conſtantiâ. Sicut enim non ſufficit corporis virginitas, ſed alia multa requiruntur, ſcilicet ut ſponſo placeat, &c. Sic ideò Eccleſia Romana Virgo eſt, quia non tantum integritatem fidei illibatam ſervavit, ſed charitatem, & alias dotes, de quibus tomo 1. ubi de ſignis Eccleſiæ.

Ierem. 2. verſ. 20.

Ezech 16 verſ. 31.

S. Chryſoſtomus

§. 6.

Miſſio Temporalis Spiritus Sancti in ſpecie Nubis.

I. SEcunda Spiritus ſancti Miſſio facta eſt in monte Thabor dum præſentibus Apoſtolis Petro, Jacobo, & Joanne Chriſtus transfiguratus eſt. Sicut enim Lucæ cap. 1. verſ. 34. Angelus Gabriel dixit Virgini Mariæ *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit.* Per virtutem obumbrantem intelligitur Spiritus qui umbrâ quadam virginem circumdaturus erat. Quaſi diceret (inquiunt Carthagena lib. 5. homil. 12. Janſenius Gandavenſis, Titus Boſtrenſis, Toletus, & Toſtatus) Virtus Spiritus ſancti tui ſponſi vices viri ſupplebit, illæſamque in tuo partu & poſt partum virginitatem ſervabit. Sic idem Spiritus ſanctus in nube apparuit in Thabor oſtendens (inquit Beda) *Spiritus ſancti gloriâ eos eſſe protegendos*, & Eccleſiam illo adumbratam ac protectam nunquam ad idola deflexuram. De quâ protectione vaticinatus eſt Regius Cantor Pſalm 90. verſ. 4. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Rudolphus. *Humeris ſuis, in quibus eſt fortitudo, id eſt virtute propriâ umbraculum protectionis & refrigerium in ardore tentationis præſtabit tibi, qui habitas in adjutorio altiſſimi, & ſub pennis & alis miſericordiæ ejus ſperabis de protectione Dei à malis. Quaſi diceret, quemadmodum Gallina pullos ſuos ante pectus ſuum ponit & alis ſuis protegit, ſic Dominus noſter multò amplius omnes in ſe ſperantes benigne recipit & defendit.* Dionyſius. *Per ſcapulas intelligit poteſtatem divinam electos protegentem. Eſt igitur ſenſus ſcapulis ſuis, ideſt poteſtate ſuâ benignâ obumbrabit tibi, ideſt ab æſtu tentationis, & igne perſecutionis refrigerabit, allevabitque te ſicut infra dicitur pſalm. 139. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli, Vnde Apoſtolus dicit 2. Corinth. cap. 1. Sicut abundant Chriſti paſſiones in nobis, ita nobis per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Et ſub*

Luc. c. 1. verſ. 34.

Beda.

Pſal 90. verſ. 4.

Rudolph.

Dionyſ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pennis eius ſperabis, ideſt ſub alis ipſius videlicet ſub extenſione miſericordiæ atque potentiæ Dei. Ex his patet quantùm hæc Spiritus ſancti miſſio Eccleſiæ profuerit.

§. 7.

Tertia Miſſio Viſibilis Spiritus ſancti in ſpecie flatus.

I. Joan 20. verſ. 21. verſ. 22. Hinc miſſionem refert S. Joannes cap. 20. verſ. 21. & 22. poſtquam Chriſtus dixit. *Pax vobis, ſicut miſit me Pater & ego mitto vos, hæc cùm dixiſſet inſufflavit.* Syriacus. *Inſufflavit in eos.* Theophilactus. *F avit in eos*, S. Cyprianus. *Inſpiravit in eos* Cur *inſufflavit*, ſeu *inſpiravit*. Ut hoc inflatu, ſeu inſpiratione externâ ſignificaret ſe mittere interius Spiritum ſanctum.

II. Nam quod flatus ſeu ventus denotet Spiritum ſanctum docent Interpretes ad illa verba Act. cap. 2. verſ. 2. Act. c 2. verſ. 2. *Factus eſt repentè de cælo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis.* Inſpiratio igitur illa, ſen flatus fuit ſignum Spiritus ſancti & ejuſdẽ proceſſionis à Filio. Quemadmodum flatus ſenſibilis à corpore ejus, ita Spiritus ſanctus, quem dabat ab eâdem perſonâ divinâ procedebat. S, Athanaſius quæſt. 64. ad Antioch. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Joannem cap. 56. Euthymius, Leontius aſſerunt Chriſtum alludere ad illud Geneſis cap. 2. verſ. 7. cùm in creatione Geneſ. 2. verſ. 2. Adami. *Deus inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* S. Cyrillus citato loco, S. Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 16. S. Ambroſius ſermon. 20. in pſalm. 118. docent hac inſpiratione Deum non tantùm animam infudiſſe, ſed etiam gratiam: quam quia homo offendendo amiſit, Chriſtus flatu ſuo eam Apoſtolis reſtituit, ita ut is, qui primitivæ gratiæ collator fuerat, fuerit ejuſdem reparator, *Vt ipſum* (inquit S. Cyrillus ſupra) *eſſe ſciamus, qui ab* S. Cyrill. *initio naturam noſtram creavit, & Spiritu ſancto ſignavit, rurſus in ipſo initio revocandæ naturæ ſufflatione ſpiritum diſcipulis largitur: Vt quemadmodum creati ab initio ſumus, ſic etiam renovemur.* Communicando ſcilicet nobis vitam ſupernaturalem ac divinam. Idem innuit S. Auguſtinus tract. 32. in Joannem cap. 7. *Inſufflavit in faciem eorum, quo flatu primum hominem, quem fecit, vivificavit, & de limo erexit, quo flatu animam membris dedit ſignificans ſe eſſe eum, qui inſufflavit in faciẽ eorum, ut à luto exurgerent, & luteis operibus renuntiarent*, ideſt operibus peccaminoſis. S. Auguſtinus.

III. Præfata Spiritus ſancti miſſio per flatum expreſſa videtur adumbrata per S. Eliam & Eliſeum lib. 3. Reg. cap. 17. cùm Viduæ Sareptanæ filius obiiſſet, ut Elias illum ad vitam revocaret, verſ. 21. *Expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus* l. 3. Reg. 17. v. 21 Hebræus. *Seipſum admenſus eſt.* Chaldæus. *Coarctavit ſe ſuper puerum.* atablus. *Incubuit puero.* Septuaginta melius ad intentum noſtrum, *Inſufflavit in puerum, &c.* Verſ. 22. *Et reverſa eſt anima pueri intra eum, & revixit.* verſ. 22. Diſcipulus ejus Eliſeus puerum mulieris Sunamitidis hoſpitæ ſuæ defunctum reſuſcitaturus, lib. 4. Regum cap 4. verſ. 34. *Aſcendit & incubuit ſuper puerum, poſuitq; os ſuper os ejus, & oculos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus, & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri.* l. 4. Reg. 4. v. 34 S. Auguſtinus ſermone 11. de verbis Apoſtoli, docet puerum mortuum denotare Adamum ſtatim poſt creationem ſuã peccato mortuum, per Eliam vel Eliſeum ſignificari naturam humanam, ſeu Adamum defunctum per peccatum reſuſcitari. *Quid* (inquit) *ſignificavit mortuus puer niſi Adam, &c. Venit ipſe grandis ad parvulum, Salvator ad ſalvandum, vivus ad mortuum. Venit ipſe, & quid fecit? juvenilia membra cõtraxit, tanquam ſeipſum exinanivit, ut formam ſervi ſuſciperet. Iuvenilia ergò membra contraxit, parvum ſe parvo coaptavit, ut efficeret corpus humilitatis noſtræ conforme corpori gloriæ ſuæ. Itaq; in iſto typo Chriſti prophetice expreſſo ſuſcitatus eſt mortuus, tanquam juſtificatus eſt impius.* S. Auguſtinus. Et ſermon. 106. de tempore. *Venit Eliſeus & aſcendit in cœnaculum, quia venturus erat Chriſtus & aſcenſu-*

aſcenſu-

aſcenſurus crucis patibulum, inclinavit ſe Eliſeus, ut puerum reſuſcitaret. Humiliavit ſe Chriſtus ut mundum in peccatis jacentem erigeret. Miſit Eliſeus oculos ſuper oculos, manus ſuper manus. Videte fratres quantū ſe vir ille perfectæ ætatis contraxit, ut parvulo mortuo, & jacenti congrueret. Quod enim Eliſeus in puero præfiguravit, hoc in toto genere humano Chriſtus implevit. Audi Apoſtolum dicentem, humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem. Quia parvuli eramus parvulum ſe fecit, quia parvuli jacebamus, prius ſe medicus inclinavit.

IV. Addit Textus Sacer. *Et calefacta eſt anima pueri.* Calor ille Spiritus ſanctus accipiendus eſt, ut canit Eccleſia. *Fons vivus, ignis, charitas, &c.* Undè S. Baſilius de ſpiritu hæc ſcribit.

S. Baſil. *Homo inhabitante ſpiritu Propheta, Apoſtoli, Angeli habet dignitatem, virtute ejus vivunt univerſa. Per hunc quilibet ſanctus Deus eſt, Deus Deorum, id eſt ſanctorum locutus eſt, & videbitur Deus Deorum, id eſt ſanctorum in Sion. Sed quemadmodum id quidem caliditas ignis innata, id verò participata, quam præbet aqua: ſic & ipſe ſpiritus in ſeipſo vitam habet, & qui eo participant, vivunt ut Deos decet, vitam divinam ac cæleſtem poſſidentes ab eo participatam quia qui adhæret Deo unus ſpiritus eſt.* Quibus verbis innuit Spiritum ſanctū eſſe vitam noſtram, nos convertere in vitam, uno verbo Eccleſiam vivificare ac ſanctificare. Undè pulchrè ſanctus Auguſtinus ſermone 286. de tempore concludit. *Si vultis habere Spiritum ſanctum, Fratres, Spiritus*

S. Auguſtinus. *quo vivit omnis homo anima vocatur, & videtis quid faciat anima in corpore. Omnia membra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per nares olfacit, per linguam loquitur, per manus operatur, per pedes ambulat, omnibus ſimul adeſt membris, ut vivant, vitam dat omnibus, officia ſingulis. Non audit oculus, non videt auris, non videt lingua, non loquitur auris, officia diverſa ſunt vita communis. Sic eſt Eccleſia Dei in aliis ſanctis Paraclitus facit miracula, in aliis ſanctis loquitur veritas, in aliis ſanctis cuſtodit virginitatem, in aliis ſanctis cuſtodit pudicitiam conjugalem, ſinguli propria operantur; ſed pariter vivunt. quod autem eſt anima corpori, hoc eſt Spiritus ſanctus Corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia hoc agit Spiritus ſanctus in totâ Eccleſia, quod agit Eccleſia in omnibus membris unius corporis.* Ex quibus patet Eccleſiam ex inſpiratione, ſeu flatu Spiritus ſancti diverſimodè operari.

Calorem quo puer myſticus, ſeu Eccleſia caleſcit, ſatis patenter innuit V.
Apoſtolus 1. ad Theſſalonicenſes 1 Theſſ.
cap. 5. verſ. 19. *Spiritum nolite extin* Cap 5.
guere. Quaſi diceret, ſcire debetis verſ 19.
Spiritum ſanctum eſſe in nobis inſtar ignis, qui miro modo augetur, modò non extinguatur per aquas peccatorum, a quibus liberari rogat Regius Cantor pſalm. 68. *Salvum me fac Deus* Pſal 68.
quoniam intraverunt aquæ uſque ad ani- verſ 1.
mam meam. Verſ. 2. *Infixus ſum in li-* verſ. 2.
mo profundi & non eſt ſubſtantia. Verſ. 20. *Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat profundum, neque urgeat ſuper me puteus os ſuum.* Spiritus ſancti ignem non extinguimus, dum amore divino flagramus, at illum intendimus ſeu augemus, dum virtutes virtutibus accumulamus. S. Paſcha- S. Paſchaſius.
ſius lib. 2. in Matthæum. *De quo nimirùm igne Paulus ſuis dicebat auditoribus, Spiritum nolite extinguere: quia profectò quò idem Spiritu fuerit ardentem facit, & ad omnia virtutum incitamenta, quem illuſtraverit, provehit.*

Porrò quàm fructuoſa fuerit Eccle- VI.
ſiæ hæc miſſio Spiritus ſancti ad pro-
movendam Eccleſiæ ſanctimoniam, Ioan 20.
& quanto igne eam incenderit decla- verſ 33.
rat Chriſtus Joannis cap. 20. Verſ. 23. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Syriacus. *Si remiſeritis peccata cuiquam, remittuntur ei.* Arabicus. *Si eis remiſeritis peccata, remiſſa ſunt.* Origenes, S. Cyprianus, Pagninus. *Quorum remiſeritis peccata, dimittentur illis.* His enim verbis, dat poteſtatem Eccleſiæ ejuſque Prælatis & Sacerdotibus tanquam judicibus in foro ac tribunali conſcientiæ remittendi peccata, quâ poteſtate uſa eſt Eccleſia omni ſæculo, ut Concilium Tridentinum definit ſeſſione 14. canon. 3. *Si quis dixerit verba illa Domini Salvatoris*

Conciliũ Tudeut. *teris accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur illis, & quorum retinueritis retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in ſacramento Pænitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit, detorſerit autem contra inſtitutionem hujus ſacramenti ad auctoritatem prædicandi Evangeliũ, anathema ſit.* Sanctus Propheta Elias non concionatoriè, ſed poteſtate ſibi l. 3. Reg. 17. v. 22. cœlitus conceſsâ puerum Viduæ Sareptanæ lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 22. ſuſcitavit à morte ad vitam. *Reverſa eſt anima pueri intra eum, & revixit.* Et Eliſeus ejus diſcipulus filium mulieris Sunamitidis prius defunctum poſtea vivum reddidit Matri ſuæ poſt ſeptenam oſcitationem lib. 4. Regum cap. 4. verſ. 35. *Et oſcitavit puer ſepties, aperuitq; oculos.* l. 4. Reg. 4. v. 35. Quæ ſeptena oſcitatio ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti, quam in pœnitentiâ acquirimus ſignificat. Rabanus apud Gloſ- Rabanus ſam. *Super mortuum ſepties inſpirat, quia per apertionem divini muneris gratiam ſeptiformis Spiritus in peccati morte jacentibus aſpirat.* Seu (inquit ſanctus Petrus Damianus opuſculo 12. S. Petrus Damian. cap. 29.) *Super mortuum ſepties aſpirat, quia ad perceptionem divini muneris gratia ſeptiformis Spiritus in peccati morte exiſtentes inflammat.* Quaſi diceret, ideò Spiritus ſeptiformem gratiam hominibus in peccati morte exiſtentibus confert, ut ad virtutum, operumque ſpiritualium exercitium aptiores reddat. De hac ad operationes ſanctas eliciendas aptitudine S. Baſilius homil. 1. de Baptiſmo, hæc poſt S. Baſil. Apoſtolum ad Galatas cap. 6 verſ. 25. *Si ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus*, pronunciat. *Quod natum eſt ex carne caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Quemadmodum quod ſecundùm carnem natum eſt ex aliquo; tale eſt, quale id ex quo natum eſt: ita nos neceſſariò ex ſpiritu nati ſpiritus fieri debemus, fructus autem ſeu operatio ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia. Si ſpiritu vivimus ſpiritu & ambulemus.*

§. 8.

Quarta Miſsio viſibilis Spiritus Sancti in Specie Linguarum ignearum.

Hanc miſſionem viſibilem Spiritus ſancti in formâ linguarum ignearum optimè adumbratam video in Hiſtoriâ Elianâ 1. lib. 3. Regum cap. 18. ubi in victimam aræ impoſitam, verſ. 38. ignis è cœlo illapſus non tantùm illam abſumit l. 3. Reg. 18. v. 38 & ſtruem lignorum, ſed etiam materiam minimè diſpoſitam, ſcilicet ipſam aquam, quæ in foſsis circa aram effuſa erat. *Et ligna & lapides, pulverem quoque & aquam, quæ erat in aquaductu lambens.* Et hoc pacto S. Propheta de dæmone & idololatris ejus miniſtris glorioſè triumphavit. Nam (inquit Sacer Textus verſ. 39) *Quod cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* verſ. 39. Propheta videns populum benè animatum in verum Dei cultum, & adverſum Baalitas ſacrilegos à quibus dementabatur, eos comprehendi imperat, & ad torrentem Ciſon perduci, ibique interfici. verſ. 40. Verſ. 40. *Apprehendite (inquit) Prophetas Baal, & nè unus quidem effugiat ex eis.* verſ. 41. Verſ. 41. *Quos cùm apprehendiſſent duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.* Quam iram, ſeu zelum non improbat S. Baſilius homil. 20. de irâ. S. Baſil. *Illum, qui tanquam pharmaco ad ea, quæ oportet, irâ utitur, Dominus minimè condemnat. Moyſes omnium hominum manſuetiſſimus vituli idololatriam damnat, Levitarum manus in cædem fratrum armavit. Phinees juſtâ contra publicè fornicantes irâ, ut oportebat uſus protinus utrumque trucidavit. Samuel Regem Amalec juſtâ irâ in medium trahens occidit. Sic itaque, fit irâ ſæpenumero bonarum actionum miniſtra. Elias verò Zelotes quinquaginta ſupra quadringentos turpitudinis ſacerdotes, & quadringentos ſacrorum nemorum comedentes de menſâ Iezabel, juſtâ ſapientiâ, indignatione in totius Iſrael utilitatem, ut morte mulctarentur*

effecit

effecit. Expende hæc ultima verba, *in totius Iſrael utilitatem.* Scilicet poſtquam ignis cœlitus emiſſus lambens inſtar linguæ aquam quæ erat effuſa circum altare, ideſt lingua Apoſtolica populos tam Hebræum quàm Gentilem, juxta illud *aquæ multæ, populi multi*, igne divini amoris aduſſit.

II. Hanc miſſionem, ejuſque incendium pollicitus eſt Chriſtus Joannis cap. 14. verſ. 26. *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Syriacus, *Spiritus ille ſanctitatis, quem miſſurus eſt Pater meus in nomine meo.* Quomodò mittet? Viſibiliter in die Pentecoſtes ſub ſpecie linguarum ignearum. *In nomine*, hoc eſt pro me, & mei loco. Ad quid mittetur? Ut opus quod cœpi perficiat, ac proſequatur, docendo vos quæ in Eccleſiâ credenda & obſervanda ſunt. *Suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis* Syriacus. *Suggeret vobis quæcumque dico vobis.* S. Gaudentius tractat. 14. *Ille vos docebit omnia, & admonebit vos omnia, quæ ego dixi vobis.* Origenes. *Ille cõmonebit vos omnia.* Tertullianus lib. de Trinitat. cap. 28. *Ille vos docebit, & commemorabit omnia quæcumque dixero.* Arabicus. *Ipſe memoriæ reducet quæcumque dixi.* Theophilactus. *Obſcura & intellectu difficilia, cognita vobis faciet.* Scilicet myſteria quæ ſpectant ad meum adventum, incarnationem, paſſionem. Vel quæ pertinent ad inſtructionem, fundationem & regimẽ meæ Eccleſiæ. Cùm ſitis labilis memoriæ revocabit in memoriam ea, quæ à me dicta ſunt, vel repetet ea, que non intellexiſtis perfectè. Veniet ad meas laudes decantandas, & gloriam publicandam, veniet ut ſanctificet, & ad complementum perducat ea, quæ inſtitui. Veniet ut omnibus Apoſtolorum ſucceſſoribus, imò & fidelibus loquatur. Joachimus Abbas. *Benè in principio cujuſlibet capituli loquitur Chriſtus. In fine verò Spiritus ſanctus, quia primò miſſus eſt Chriſtus, qui docet Apoſtolos. Secundò Spiritus ſanctus qui omnibus fidelibus loqueretur. Nec alia tamen quam ea quæ locutus eſt Chriſtus.* Vel ideò mittetur à Patre Spiritus ſanctus, quia non poteſtis penetrare cœleſtia, nec ſenſum divini Verbi intelligere, niſi Spiritus Sanctus vos illuminet, & remota à ſenſibus aperiat, perviaque faciat. Ille enim eſt verus Doctor mentes noſtras illuminans. *Niſi* (inquit S. Gregorius homil. 3 in Evangelia) *Spiritus ſanctus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo doctoris. Nemo ergò docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, niſi intus ſit, qui doceat doctoris lingua in vacuum laborat.*

Joan. 14. verſ. 26

Joachim Abbas.

III. De eâdem futurâ miſſione ait Joannis cap. 15. verſ. 26. *Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre.* Syriacus, *Cùm autem venerit conſolator ille, quem ego miſſurus ſum vobis à Patre meo.* Ideſt quem ego Dei filius mittam vobis in auxilium & ſolatium meæ præſentiæ, mittam, non ut miniſtrum, ſed ut mihi conſubſtantialem à Patre conſentiente, à Patre facultatem mittendi mihi communicante. Nam Pater eſt caput, fons ac prima origo miſsionis, à quo Filius habet communicatam divinam eſſentiam, & conſequenter vim ſpirandi & mittendi Spiritum ſanctũ, ut ſicut eâdem cum Patre ſpiratione ſpirat, ſic eâdem miſſione viſibiliter mittat. Addit *Spiritum veritatis*, quia ſpiritus verax eſt, doctorque & auctor veritatis, *qui à Patre procedit.* Euthymius, *Ex ſubſtantiâ Patris.* Ideò ſolum Patrem exprimit, & ſe ſubticet. Primò, quia Pater æternus eſt quaſi primum principium ſpirationis Spiritus ſancti, ſeu origo totius Trinitatis. Secundò, humilitatis ac reverentiæ cauſá erga Patrem, ut nobis det exemplum referendi ad Patrem quæcumque ſunt auctoritatis. Tertiò, quia ſi dixiſſet Chriſtus, qui à me procedit, non aptè adjungeret ille teſtimonium perhibebit de me. Nam teſtis qui ab aliquo procedit dum reddit teſtimonium de illo, videtur apud homines nequam & malignos fide ſuſpectus, inquit Cornelius. Undè cùm ejuſmodi agendum valdè circumſpectè. Qualis ſit finis miſſionis Spiritus ſancti ſubjicit. *Ille teſtimonium perhibebit de me:* Syriacus *Teſtabitur de me.* Verſ. 27, *Et vos teſtamini, quippè qui à principio mecum ſitis.* Arabicus. *A principio me-*

Joan. 15. verſ. 26.

eum fuiſtis. Caietanus, *Et vos teſtimonium perhibete.* Pagninus. *Quin & vos teſtes eſtis.* Quaſi diceret, quemadmodum Pater de me teſtimonium dedit in Monte Thabor Matthæi cap. 17. verſ. 5. *Hic eſt filius meus dilectus.* De me ipſo teſtimonium dedi Joannis cap. 8. verſ. 14. *Perhibeo teſtimonium de me ipſo.* Conſentaneum etiam fuit ut teſtimonium Spiritus ſancti accederet in utilitatem Eccleſiæ, cujus Spiritus ſanctus doctor & magiſter verax eſt. *Ille* (inquit S. Chryſoſtomus homil. 76) *dignus fide erit,*

S. Chryſoſtomus.

veritatis enim eſt Spiritus, propterea non Spiritum ſanctum, ſed veritatis appellavit. Et S. Auguſtinus tractat. 93. in Joannem. *Tale de me teſtimonium*

S. Auguſtinus.

Paraclitus perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes. Vel, *Ille teſtimonium perhibebit de me.* Ideſt quemadmodum in myſterio Incarnationis ad formandum corpus meum Spiritus ſanctus operatus eſt Lucæ cap. 2. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te.* Sic ad erudiendos fideles, firmandam, exaltandam, & ſanctificandam Eccleſiam eundem Spiritum mittam. *Et vos teſtimonium perhibebitis de me.* Ideſt, licet Joannis cap. 5. verſ. 34. *Ego non ab homine teſtimonium accipio.* Tamen veſtro teſtimonio uti volo, ut per homines ac media ordinaria fides promulgetur, plures homines ad gremium Eccleſiæ accedant. Solet enim hominibus Deus facienda relinquere, quæ ab ipſis fieri poſſunt. Hujus rei præclaram figuram nobis ſuggerit S. Eliſeus lib. 4 Regum cap. 4. Sunamitidi mulieri hoſpitæ ſuæ opem ſuã pollicetur apud Regem, ſeu Præfe-

l.4. Reg 4. v. 13.

ctum militiæ, verſ. 13 *Nunquid habes negotium, & vis ut loquar Regi, ſivè Principi militiæ.* Cur pro negotio ejus Deum non oras? vel polliceris te ab eo proſperum ſucceſſum impetraturum? Cur potius pro filio ejus defuncto preces effundis, eique vitam obtines, verſ. 36 Reſpondet Theodoretus in lib. 4. Regum quæſt. 14. Vitam prolis a ſolo Deo poſſe concedi, at verò cùm negotii reſolutio poſſe cum Rege vel Duce agitari, ejuſque reſolutio obtineri, noluit pro eo Dei opem immediatè implorare, ſed ad humanum patrocinium dumtaxat recurrit.

Theodoretus.

Propheta eam rogavit an eſſet aliquid, quod vellet dici Regi, aut Duci exercitus & cùm poſſit ei divinum exhibere auxilium, vult eam etiam humanam aſſequi curationem.

IV. Cap. 16. verſ. 17

Cap. 16. verſ. 17. *Ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam, ſi enim non abiero Paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos.* Cur Chriſtus ait ſe debere ab Apoſtolis viſibiliter diſcedere per mortem & aſcenſionem, priuſquam Spiritus ſanctus mittatur? Reſpondet Theophilactus. *Nam ſi Chriſtus non fuiſſet cruci ſuffixus Spiritus ſanctus non*

Theophilactus.

fuiſſet datus. Quia autem abiit per mortem ad Patrem, & in cruce emiſit ſpiritum, propterea ad Apoſtolos miſit Spiritum, cujus miſſionem per ſummos meritus eſt cruciatus. Idem cenſet Rupertus. Quod autem ſcopus advenientis Spiritus ſancti non ſit futurus inanis, ſed efficax ob bonum Eccleſiæ & ſalutem animarum, Chriſtus teſtatur

verſ. 8.

verſ. 8. *Et cùm venerit ille arguet mundum de peccato, & de juſtitiá, & de judicio.* Arabicus. *Ipſe arguet mundum.* Græcus apud Franciſcum Lucam. *Convincet mundum*, ſeu increpabit, & reprehendet Judæos in ſuis traditionibus, Gentiles in ſuis vanis & ſacrilegis ſuperſtitionibus, ut in Chriſtum credant, & ad veram Eccleſiam accedant. Vel convincet efficacibus rationibus ac probationibus Synagogam Judæorum eſſe abrogatam, nullamque ſalutem ſperandã ab iis qui ſunt extra Eccleſiam Apoſtolicam. Specialiter arguet *de peccato, quia non crediderunt in me.* S. Bernardus ſermon. 21. in parvis. *Quod diſſimulat*, quod plectere deberet. Vel per Apoſtolicam prædicationem convincet mundum ſervum eſſe peccati, omnibuſque ſceleribus obnoxium ac fœdatum, exiſtimantem tamen ſe eſſe immunem ab omni culpâ. Vel cõvincet Judæos & Gentiles per teſtimonia, rationes efficaciſſimas, innumeraque miracula Chriſti Eccleſiam eſſe veram, & extra eam, ſicùt extra Arcam Noe non eſſe ſalutem. *De juſtitia quia ad Patrẽ vado.* A quo ſcilicet quaſi fonte omnis ſanctimonia & juſtitia procedit,

de

De juſtitiâ ait S. Bernardus ſupra. *Quam non ordinat dum ſibi, non Deo eam dat.* Quia non Deo, ſed ſibi ordinat, cùm univerſa ſint ad Deum
Ioan. 17. verſ. 7. referenda cum Chriſto Joannis cap. 17. verſ. 7. dicente. *Pater ego te clarificavi ſuper terram, opus conſummavi, quod dediſti mihi, ut faciam.* Cum beatâ Virgine quam dum S. Elizabeth Lucæ cap. 1. verſ. 42. multis encomiis extolleret. *Benedicta tu inter mulieres &*
Luc. c. 1. verſ. 42. *benedictus fructus ventris tui, & undè hoc mihi ut veniat Mater Domini mei ad me.* Omnia opera ſua & dotes in Deum refundit. *Magnificat anima mea Dominum, & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Quaſi diceret (inquit Lyranus) *O Elizabeth tu me magnificas, ſed ego totum Deo attribuens ipſum magnifico* Tertiò arguet *de judicio*, ideſt ſecundùm Toletum. *Spiritus ſanctus veniens convincet mundum, ut Chriſtum agnoſcat verum eſſe judicem vivorum ac mortuorum, cùm videat Principem ipſius mundi, Diabolum nempè à Chriſto judicari, damnari, ac expelli foras:* ejusque miniſtros cum Simone, Ario, &c. miſerè perire, ejus idola obmuteſcere, ut tempore ſancti
l. 3. Reg. 18. v. 26. Eliæ Baal lib. 3. Reg. cap. 18, verſ. 26. *Baal exaudi nos, & non erat vox neque qui reſponderet, &c.* Arguet *de judicio*. *Quod* (inquit S. Bernardus) *uſurpat dum tam de ſe quàm de aliis temerè judicat.* Vel arguet *de judicio*, quia ex S. Chryſoſtomo, Theophilacto, & Euthymio convincet falſam fuiſſe doctrinam Phariſæorum, & Judicum mundi, quo judicavit miracula à Chriſto edita ad reparandam ac ſanctificandam Eccleſiam facta fuiſſe virtute Dæmonis. Vel arguet mundum dum (inquit S. Cyrillus lib. 10. cap. 40) redarguet mundum tanquam ſeductum, eo quod in Dœmone collocarit ſpem ſuam, rejecto vero Deo. Vel arguet de judicio, quia (inquit noſter Sylveira tomo 5. lib. 7, cap. 17. quæſt. 1. num. 62.) faciet ut mundus videat ſuum judicium, ac extremam damnationem, cùm ſe videat tam in ſuo principe quem colebat, judicatum & condemnatum, efficiet Spiritus ſanctus ut Apoſtoli invocato Nomine Jeſu ejiciant diabolum, qui toti ferè orbi dominabatur, ac expellebar è templis, corporibus & animabus hominum, & eorum poſſeſſionem acceperat, ita Rupertus in Naum lib. 1. S. Auguſtinus, Beda, Maldonatus, Barradius, & alii in hunc locum, ex quibus patet quam fructuoſa fuerit Eccleſiæ præfata miſſio Spiritus ſancti, quam hic Chriſtus pollicetur.

Hanc viſibilem Spiritus ſancti miſ- V.
ſionem peractam fuiſſe in gratiam Eccleſiæ Militantis decem diebus ab Aſcenſu Chriſti refert S. Lucas Acto- *Act. c. 2.*
rum cap. 2. verſ. 1. *Cùm complerentur* *verſ. 1.*
dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco. Pro *pariter* habet Græcus *unanimiter.* Quaſi diceret, tunc S. Spiritus datus eſt Apoſtolis, quando unanimes & concordes fuerunt, & convenerunt non tantùm in eundem locum, ſed etiam in eandem ſententiã, & voluntatem: ita ut eſſet eorum unum cor & anima una, ut ingenioſè animadvertit S. Chryſoſtomus ſermone de Spiritu ſancto. *Illud conſidera,* S. Chry-
cùm charitatem inter ſe habent tunc ad- ſoſtomus
venit Spiritus ſanctus. Apoſtolis unanimiter, & loco, & mente poſitis applaudens Cantor Regius ait pſal. 132. verſ. 1. *Ecce quam bonum & quam ju-*
cundum habitare fratres in unum. Ge- *Pſ. 132.*
nebrardus. *Emphatica particula eſt ad* *verſ. 1.*
oſtendendam rem lingua ſatis exprimi Genebr.
non poſſe. Quàm bonum utile & ſalutare, multa quidem ſunt utilia, quæ tamen ſunt amara, ut apparet in medicamentis & primis inſtitutionibus, at concordia & conſenſio utilis ſimul eſt & ſuavis. Iucundum ideſt ſuave. Dionyſius.
Penſate quod multum bonum ſeu meri- Dionyſ.
torium, multumq; delectabile ſit fratres in unum, ideſt in eadem domo habitare, dummodò idipſum dicant omnes, & non ſint in eis ſchiſmata, &c. Vel in unum habitando in Eccleſia Chriſti ſub unâ fide, ſpe, & charitate; ut ſint omnes unum in Chriſto, quemadmodum Apoſtolus loquitur 1. Corinth. cap. 12. Etenim in uno ſpiritu, in unum corpus baptiſati ſumus, ſivè Iudæi, ſivè Gentiles, ſivè ſervi, ſivè liberi, & omnes in uno ſpiritu potati ſumus, ſicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbã barbam Aaron. Verſ. 3. *Sicut ros Hermon, qui deſcendit*

in montem Sion. Idem Dionyſius. *Bonum & jucundum eſt fratres, habitare in unum, ſicut bona eſt gratia exiſtens in Chriſto, qui eſt caput Eccleſiæ, quæ gratia deſcendit à Chriſto in Apoſtolos, qui ſignificantur per barbam, eo quod barba ſit ſignum virilitatis, & ipſi in bello pro ſide fortiſſimi perſtiterunt. Per Aaron ergo intelligitur Chriſtus ſummus ſacerdos Eccleſiæ, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo. Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus, id eſt, quæ gratia Spiritus ſancti deſcendit à Chriſto per Apoſtolos in Eccleſiam, quæ ſanctificatur per oram veſtimenti Chriſti. Quoniam ſicut veſtimentum eſt ornamentum veſtitis, ita Eccleſia eſt decor quodammodò Chriſti. Inſuper bonum & item jucundum eſt fratres habitare in unum, ſicut bonus eſt odor Hermon, id eſt, ſpiritualis fœcundatio Chriſti, &c.*

VI. Eodem ferè ſenſu hunc pſalmum ſatis prolixè interpretatur noſter Michael de Bononiâ. Quædam hic proferemus; poſtquam utilitatem, & ſuavitatem unitatis & concordiæ primo verſu oſtendit, ſecundo probat unctionem ſignificare gratiam Spiritus ſancti. *Sciendum* (inquit) *quod per unguentum oleo confectum non niſi gratiâ acquiritur dicens Ioan. 1. epiſt. cap. 2. Vos unctionem habetis à Spiritu ſancto quia unctio ejus docet vos de omnibus. Vndè Gregorius ait lib. 19. Moral. cap. 13, Olei, vel unguenti nomine ipſa Spiritus ſancti unctio deſignatur, de quâ per Prophetam Iſaia cap. 9. dicitur, Computreſcet jugum à facie olei. Iugum quippe à facie olei computreſcit, quia dum Spiritus ſancti gratiâ ungimur, à captivitatis noſtræ ſervitute liberamur, dumque maligni ſpiritus dominatio ſuperba repellitur jugum conteritur, quo libertatis noſtræ colla premebantur. De hoc rurſum unguento ſcriptum eſt, Vinea facta eſt dilecto in cornu filio olei. Filius quippè olei fidelis populus dicitur, qui ad fidê Dei internâ S. Spiritus unctione generatur. Quod autem per Aaron niſi Chriſtus ſummus ſacerdos intelligatur docet in pſal. 76. verſ. ult. Quod ipſe Aaron ſit caput Eccleſiæ, verſ. 32. Per barbam autem, quâ de ſervitute viri à mulieribus, quæ virilitatem ſignificat, intellige homines viriles in fide, & conſtantes ſcilicet primitivos fideles Apoſtolos. Eſt ergò ſententia verſus quod unctio ſcilicet gratia Spiritus ſancti primò deſcendit in caput noſtrum qui eſt Chriſtus, à quo deſcendit poſtea principaliter in Apoſtolos viriles, & conſtantes, per barbam ſignificatos, qui uniti erant charitate cum Chriſto, Undè Auguſtinus ſicut unguentum, &c. Aaron ſacerdos quis eſt niſi Chriſtus ſacerdos, qui intravit in ſancta ſanctorum, qui cum in mundo non inveniret mundum, quod pro nobis Deo offerret, ſeipſum obtulit. In capite ejus unguentum deſcendit Spiritus ſancti, ſed à capite venit unguentum in barbam ipſius. Barba enim ſignificat viriles, ſtrenuos, impigros, alacres, ideò quando tales deſcribimus, dicimus homo barbatus eſt. Ergò primò illud unguentum deſcendit in Apoſtolos, in illos ſcilicet, qui primos impetus ſæculi ſuſtinuerunt. Nam & Apoſtoli, qui primùm in unum habitare cœperunt, perſecutionem paſſi ſunt. Sed quia deſcenderat unguentum in barbam paſſi ſunt, non victi. Etenim caput jam paſſum præceſſerat, undè deſcendit unguentum præcedenti tali exemplo quis vinceret barbas.* Quod fusè probat ex Actor. cap. 2. de illis Apoſtolis, & cap. 1. de S Stephano verſum 3. *Sicut ros, qui deſcendit in montem Sion.* verſ. 3.
ſic explicat. *Quid eſt rorem deſcendere à monte Hermon in montem Sion, niſi gratiam Spiritus ſancti à capite Chriſto in Eccleſiam ſuam deſcendere, &c.* Brevius ac paulò aliter magiſque ad intentum noſtrum Theodoretus. *Non* Theodoretus.
(inquit) *in Hermon, ſed in Sion, in quo vitalis ros ſancti Spiritus in ſacros Apoſtolos miſſus eſt,* Scilicet viſibiliter. Ut patet ex his verbis verſ. 2. *Factus eſt repentè de cœlo ſonus tanquam ſpiritus vehementis,* Græcus. *Flatus vehementis.* Vatablus. *Similis flatui violento qui fertur.* Pagninus. *Tanquam impetus vehementis.* S. Cyprianus lib. 3. teſtim. contra Judæos, *Quaſi fertur flatus vehemens,* Quaſi diceret in cœnaculo poſt reſurrectionem Chriſtus Spiritum miſit leniter ac ſuaviter, Joannis cap. 20. verſ. 22, *Inſufflavit & dixit, accipite Spiritum ſanctum.* At in die Ioan. 20. verſ. 22.
Pentecoſtes miſſus cum impetu vehementi ad ipſos ingreditur. Ratio

hujus

hujus diſcriminis eſt, quia Joannis cap. 20. miſſus eſt ad dandam poteſtatem remittendi peccata, ſed Actor. cap. 2. miſſus imprimit robur ad regni Dei negotia peragenda. In primo ut cum peccatoribus contritis leniter & affabiliter agerent Apoſtoli. In ſecundò, ut in negotio regni Dei de exequendo & adimplendo vehementi impetu & conatu procederent, quemadmudum ſolent pulſari tympana, & tubæ militares ad arma provocantes, & claſſicum canentes, quo ſonitu Apoſtoli, ac animati Chriſti Athletæ bellum adverſus mundum, carnem, & infernum fortiter & conſtanter inirent.

VII. Video hos duos ſancti Spiritus adventus optimè adumbratos apud Iſaiam, & lib. 3. Regum cap. *Ille* cap. 61. verſ. 1. *Ille Spiritus* (inquit) *Domini ſuper me, eo quod unxerit me Dominus, ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde.* Ecce quomodò ait ſe miſſum, ut cum ſuavitate ac lenitate mederetur contritos corde. At lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 11. Deus ſe aliter patenti noſtro Eliæ manifeſtat. *Spiritus grandis & fortis ſubvertens montes, & conterens petras.* Scilicet corda iniquorum & ſuperborum ad munus Apoſtolicum ritè & fructuosè obeundum, hominesque a terra in cœlum evèhendos.

Iſaiæ 61. verſ. 1.

l. 3. Reg. 19. v. 11

S. Gregorius. S. Gregorius lib. 5. cap. 26. *Spiritus ante Dominum evertit montes, & petras conterit, quia pavor, qui ex adventu ejus irruit & altitudinem cordis noſtri dejicit, & duritiam liquefacit, &c.*

Dionyſ. Dionyſius. *Spiritus iſte in divinis ſcripturis eſt comminatio Dei, qui interdum ſuperbos perterret ac dejicit, ita quod convertuntur & pænitent. Petras quoque hoc eſt dura & lapidea corda evellit & carnea facit.* Vel ut ſcribit Sanctus Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 16. *Spiritus vehemens oſtendit vehementiam illius, qui id concedit hominibus, ut vi rapiant cœlum.*

S. Cyrill. Hieroſ.

VIII. Subdit Textus Sacer. *Et replevit totam domum, ubi erant ſedentes.* Sanctus Cyprianus lib. 3. teſtimon cap. 101. *Et implevit totum illum locum:* Scilicet degentes, morantes, ſeu potius orantes ut canit Eccleſia. *Orantibus Apoſtolis Deum veniſſe nunciat* Verſ. 3. *Et apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum.* Non apparuit ſoli Petro, nec Petro lingua data eſt, ſed omnibus, quoniam non unius nationis, ſed omnium Apoſtolos miſſionarios creavit, undè ait, *ſeditque ſuper ſingulos eorum*, ideſt vires contulit non ut per Judæam dumtaxat, ſed per omnes orbis plagas pergendo corpora humana à cultu dæmoniorum revocarent. *Seditque*, ideſt incubuit, quaſi illis dans omnium gentium linguas multiplices. Hujus doni cauſas ſymbolicas refert Cornelius in cap. 2. Actor. *Tanquam ignis.* Primum in ſignum victoriæ ab ipſis Apoſtolis referendæ, ſicut enim apud Valerium Maximum lib. 2. cap. 10. Titum Livium libr. 3. decade 1. poſt Scipiones in Hiſpaniâ devictos à Carthaginenſibus. Dum Lucas Martius vir Nobilis Romanus concionaretur militibus, qui bello ſuperfuerant, & ad prælium denuò ineundum hortaretur, viſas ab ejus capite illæſo flammas igniserumpere, milites intuentes fauſtum indè futuræ victoriæ augurium capientes, tanto animorum impetu & alaeritate in hoſtes irruerunt, ut præter captivorum numerum maximum triginta ſeptem hominum millia trucidarint. Plutarchus in vitâ Alexandri ſcribit, quod dum Alexander adverſus hoſtilem exercitum dimicaret; repentè flammis circumfuſus fuit; quarum aſpectu adverſarii perterriti ab ejus offenſione protinus abſtinuerunt. Cicero Latinæ eloquentiæ coryphæus refert Servio dormienti adhuc infantulo magnam ignis flammam de capite prodiiſſe, ex quo Augures magnam ejus futuram fœlicitatem cecinerunt, quam rei eventus firmavit, cùm regnum Romanorum adeptus fuit. Sic dum *apparuerunt Apoſtolis diſperſitæ linguæ tanquam ignis, seditque ſupra ſingulos eorum*: certiſſimam victoriam indicavit, quam in expurgatione mundi, & idololatriæ extinctione obtinere debebant, Eccleſiæ ſanctimoniam, æternam fœlicitatem ob innumeras animarum Myrriades

D 3 Chriſto

Chriſto acquiſitas.

IX. Secundò, ut veritas figuræ reſpondeat. Sicut enim lib. 3. cap. 18. verſ. 36. dum S. Parens Elias in Carmelo ſacrificaret, & oraret. *Cecidit ignis de cælo & devoravit holocauſtum*, victo-

l. 3. Reg 18. v. 36 remque de blaſphemis & ſacrilegis Baalitis effecit; ſic linguæ igneæ Apoſtolis divino cultui ſacratis, inſidēs eorum triumphos, & populi converſionem, & idololatriæ abjurationem præſagiit, undè hoc viſo ſolemni acclamatione in hæc verba proruperũt.

verſ. 37. Verſ. 37. *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus*, ideſt, ipſe eſt ſolus, ac verus Deus, qui omnia gubernat, cœlum & terram moderatur, ſolus pater pluviæ à nobis pridem optatæ.

X. Tertiò, linguæ igneæ apparent, ut denotent Spiritum ſanctum eſſe Deum, juxta illud Deuteronomii cap. 4. verſ. 24. *Deus tuus ignis conſumens eſt.* Ad denotandam Apoſtolicæ miſſionis potentiſſimam efficaciam & agilitatem, quæ pectora ferrea emollit.

XI. Quartò, linguæ igneæ apparent, quia ſicut ignis ducatum præbet, ſic innuebant Apoſtolos fore æternæ fælicitatis anteſignanos, fideliſſimosque ad cœlum Mercurios.

XII. Quintò, ſicut ignis ſibi aſtantem calefacit, ita linguæ igneæ ſignificabant ex converſatione Apoſtolicâ plurimos ad fidem & veram religionem amplectendam inflammandos, juxta illud Lucæ cap. 12. verſ. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ*

Luc. 12. verſ. 35. S. Greg. *ardentes in manibus veſtris.* S. Gregorius homil. 13. *Lucernas quippè ardentes in manibus tenemus cùm bona opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus.*

XIII. Sextò quemadmodum milites Gedeonis in obſcurâ & denſâ nocte fractis lagenis ac tædis micantibus & refulgentibus terrore hoſtes affecerunt eosque in fugam converterunt, ut teſtatur liber Judicum. Sic viri Apoſtolici doctrinâ, ſanctitate ac miraculis fulgentes orbem univerſum ad Chriſti amorem inflammarunt.

XIV. Septimò, linguæ apparent igneæ, *tanquam ignis*, ut innuat Spiritus ſanctus quanto zelo animarum Viri Apoſtolici Eccleſiæ amplificandæ & ſanctificandæ flagrare debent. Sic Siracides Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 1. Patris Eliæ zelum delineaturus ait: Eccl. 48 verſ. 1.

Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat. Verſio Græca & Complutenſis. *Verbum ipſius quaſi fax ardebat.* Quaſi diceret (inquit Cornelius.) *Deus excitavit Eliam, qui* Cornel.

Zelo Dei, veræq; religionis in corde ardebat, quaſi igne, ideoq; verbum oris ipſius ex corde igneo promanans erat quaſi fax ardens & incendens auditores, obedientes quidem charitate & amore Dei, inobedientes igne cæleſti conſumens, &c. Elias ergò comparatur igni & facula, primò quia ardebat charitate Dei, eamq; docendo & prædicando alios incendebat, itaque eos in veri Dei fide, cultu & amore continebat. Vel ſi ad Baal & idola deflexiſſent ad Deum verum convertebat. Secundò, quia flagrabat zelo honoris Dei, ideoq; juſtitia & vindicta ad exterminandos idololatras Deo injurios. Infra ex S. Chryſoſtomo hom. 4 in acta. *Sicut igneus homo ſi in modicas incidat ſtipulas nihil lædetur, ſed magis vim exeret ſuam. Nec enim ille quicquam patie-* S. Chryſoſtomus

tur mali, ſed quibus reluctantur, ipſi ſeipſos perdunt, ita nunc evenit: imò potiùs ac ſi quis ignem geſtans luctaretur cum eo, qui portat fœnum. Itidem & Apoſtoli illos adorti ſunt multâ cum fiduciâ, &c. Quaſi diceret, quemadmodum non læditur à fœno, ſed è contra ignis illud lædit. Sic Apoſtoli nihil paſſi ſunt à gentibus perſequentibus: ſed eos potius ſubjugarunt, cœleſti lumine fidei illuſtrarunt, divinoque igne incenderunt. Nec mirùm: nam (inquit idem S. Chryſoſtomus homiliâ 1. ad populum.) *Sufficit unus homo zelo Dei ſuccenſus totum corrigere populum.*

Octavo igneas linguas immittit in XV.

Apoſtolos, ut eodem ſaltem favore Eccleſiem, quâ olim Synagogam proſequeretur. At Threnorum cap. 1. Thren 1. verſ 13.

verſ. 13. Jeremias fatetur. *Miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me.* Dionyſius poſt S. Paſchaſium & Hu- Dionyſ.

gonem explicat de Eccleſiâ, quod *Oſſa ſunt Apoſtoli, quibus in igneis linguis miſſus eſt Spiritus ſanctus & fervor*

amoris

amoris in die Pentecoſtes, tuncq; per eos Deus erudivit Eccleſiam. Hunc Apoſtolorum fervorem ad erudiendos & convertendos homines hoc oraculo prænunciavit per Ezechielem cap. 1. Ezech. 1. verſ. 13. verſ. 13. loquentem de quatuor animalibus, *Aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum* Dionyſ. Dionyſis. *Quod animalia carbonibus ignitis, lampadibusq; accenſis ſimilia videbantur Evangeliſtarum ſplenderem in ſapientiâ, atque fervorem* verſ. 14. *in charitate ſignificat.* Verſ. 14. *Et animalia ibant & revertebantur in ſimilitudinem fulguris corruſcantis.* Ideſt (inquit idem Dionyſius.) Dionyſ. *celerrimè per mundum diffuſa fuit Evangelica prædicatio legis, & Evangeliſta ibant in altaria, & revertebantur non per defectum labendo in poſteriora, ſed id quod cœperant continuando ac perficiendo,* ſcilicet pro ſanctificandâ & amplificandâ Eccleſiâ.

XVI. Nonò, hac miſsione idem præſtare voluit Deus quod olim Exodi cap 13. verſ. 21. per columnam ignis & nubis quæ præivit & deduxit caſtra Hebræorum per deſertum in terram promiſ- Exod. 13 verſ. 21. ſionis. *Deus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columnâ nubis, & per noctem in columnâ ignis, ut Dux eſſet itineris in utroque tempore.* Sap. c. 10. verſ. 17. Et Sapientiæ cap. 10. verſ. 17 *Deduxit eos in viâ mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum per noctem* Sic (inquit Venerabilis Beda) Beda. *Sancti per Spiritus ſancti ſeptiformem gratiam aditum vitæ cæleſtis inveniunt per timorem Dei humiles, per pietatis ſtudium miſericordes, per ſcientiam diſcreti, per mentis fortitudinem liberi, per conſilium cauti, per intellectum providi, per ſapientiam maturi.* Expende illa prima verba *aditum vitæ cæleſtis inveniunt.* S. Greg. Et S. Gregorius lib. 17. moral. cap. 14. *Quiſquis in Dei opere rectâ intentione firmatur, columna in ſtructurâ fabricæ ſpiritualis erigitur, ut in hoc templo quod eſt Eccleſia poſitus & utilitati ſit & decori.* Ut ſcilicet præeat & deducat animas ad gremium Eccleſiæ Militantis & Triumphantis, & utramque decoret juxta illum Eccleſiæ Canticum. *Nova veniens è cælo, &c.*

XVII. Decimò, quod ſi Deus in Synagogâ dicitur apparuiſſe geſtans in dextrâ ſuâ legem igneam Deuteronomii cap. 33. verſ. 2 *In dexterâ ejus ignea lex,* ideſt charitate & amore animatam ac perfuſam. Deut. 33 verſ. 2. A fortiori lex per Chriſtum lata, & per Apoſtolos promulganda ad Eccleſiæ ſanctimoniam charitate flagrare debebat. Sic enim S. Gregorius homil. 30. in Evangelia locum citatum Deuteronomii explicat tropologicè. *Dextera Dei appellantur electi. In dexterâ ergò Dei eſt ignea lex, quia electi mandata cæleſtia nequaquam frigido corde audiunt, ſed ad hæc amoris interni facibus inardeſcunt.* S. Greg. His facibus incenſi Apoſtoli orbem univerſum amore incenderunt, de quibus Regius Cantor pſalm. 7. verſ. 14. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* Ideſt Pſal. 7. verſ. 14. Chriſtus Crucifixus quaſi in arcu validiſſimè tenſo emiſit & vibravit in mundum Spiritum ſanctum qui per Apoſtolos corda hominum feriens ita penetravit ut ex infidelibus fideles, ex Dei hoſtibus amicos effecerit. S. Auguſtinus ibi. *In hoc arcu novi teſtamenti fortitudine, quaſi nervo quodam, duritia veteris flexa & edomita eſt.* S. Auguſtinus. *Hinc tanquam ſagitta emittunt Apoſtoli, qui divina præconia jaculantur ſagittas ardentibus operatus eſt, ideſt qui percuſſi divino amore flagrarent: quâ enim aliâ ſagittâ percuſſa eſt, quæ dicebat, vulnerata charitate, quæ dicit Cantic. cap. 2. verſ. 5. cap. 5. verſ. 8.* Plura infra, quando de Miſſionibus Apoſtolicis agemus.

XVIII. Undecimò, mittitur & apparet Spiritus ſanctus in formâ ignis, ut inſinuet Apoſtolis quot perſecutionibus futuri ſint obnoxii in propagandâ & ſanctificandâ Eccleſiâ, ut poſtea de Act. c. 9. verſ. 16. Apoſtolo Paulo prædixit Actorum cap. 9. verſ. 16. *Ego oſtendam illi quanta oportcat pro nomine meo pati.* Hanc rationem mihi ſuggerit S. Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 17. S. Cyrill. Hieroſ. *Ignis portendit tribulationem magnam, & multiplicem, quam paſſuri erant Apoſtoli & fideles ſed ſuperatur per ignem amoris divini, quem idcircò hic eis indidit Spiritus ſanctus.*

XIX. Duodecimò, mittitur Spiritus ſanctus in formâ ignis, ut denotet effectû

quèm

quem ipſe producturus erat in mentibus Apoſtolorum, Miſſionariorum, reliquorum fidelium, quod ſcilicet torporem, metum, concupiſcentiam, aliaque peccata cremaret ac conſumeret inſtar ignis, eoſque efficeret igneos, potentes, leves, uno verbo zeloſos ad Eccleſiæ ſanctimoniam promulgandam inſtar ignis qui omnium elementorum leviſſimus eſt. *In linguis igneis* (inquit Gregorius Papa homil. 30. in Evangelia) *apparuit Spiritus ſanctus, quia omnes quos repleverat, ardentes pariter & loquentes facit. Linguas igneas Doctores habent, quia dum Deum amandum prædicant, corda audientium inflammant. Nam & otioſus eſt ſermo Doctoris, ſi præbere non valet incendium amoris. Hoc doctrinæ incendium ab ipſo veritatis ore conceperant, qui dicebant: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur in viâ, & aperiret nobis ſcripturas.* Et ſanctus Chryſoſtomus homil. 4. *Hic ignis mundi peccata quaſi ſylvam exuſſit.* Et infra. *Sicut enim igneus homo, ſi in medias incidat ſtipulas nihil læditur, ſed magis exercet vim ſuam, ita hic evenit.*

S. Greg.

S. Chryſoſtom.

XX. Decimò tertiò, apparet in igne: quia ſicut ignis examinat & diſcernit unum metallum ab aliis, &c. ſic Spiritus ſanctus acriter examinat ſeu ſuggerit lumen, quo diſcernamus bonas à malis cogitationibus cordis. *Quid* (inquit S. Bernardus ſerm. 2. de Pentecoſte) *à te quærit, quæ tantâ ſollicitudine te quæſivit, niſi te ſollicitum ambulare cum Deo tuo? Hanc ſollicitudinem non facit, niſi Spiritus ſanctus qui ſcrutatur profunda pectorum noſtrorum, diſcretor cogitationum, & intentionum cordis, quod poſſidet habitaculũ patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit. Spiritus dulcis & ſuavis, qui noſtram voluntatem flectat, imò erigat, & dirigat magis ad ſuam, ut eam veraciter intelligere, & efficaciter implere poſſimus.* Ideſt, non tantùm illuminat intellectum noſtrum, ſed etiam movet, elevat, & dirigit magis noſtram voluntatem ad ſuam, ut non vanas res, ſed ſupremam veritatem cognoſcamus, diligamus, ejuſque legem ac ordinationem non leviter nec tepidè, ſed vigoroſè & efficaciter impleamus.

S. Bernardus.

Decimò quartò magis ad intentum noſtrũ S. Auguſtinus ſer. 185. de temp. hanc rationẽ profert. *Ipſe Apoſtolos ſuos vivæ vocis fonte perfudit, ut ipſi poſtmodum univerſum mundum tanquam duodecim ſolis radiis ac totidem lampades veritatis illuminent, & inebriati novo vino repleant atque irrogent ſitientia corda populorum.* Ibidem. *Ecce* (inquit) *iterùm humanis divina miſcentur, ideſt, Vicarius ſucceſſor Redemptoris, ut beneficia quæ Salvator inchoavit peculari Spiritus ſancti virtute conſummet, & quod ille redemit, iſte ſanctificet, & quod ille acquiſivit, iſte cuſtodiat.* Quomodò Spiritus ſanctus dicitur Vicarius, cùm ſit æqualis. Reſpondeo primò, ideò dici Vicarium, quia eſt ſucceſſor Chriſti. Secundò, quia imitatur deſcenſum Chriſti. Tertiò, quia ejus cœpta & acta perficit. Et quidem imitatur quoad ſubſtantiam, nam ſicut Verbi ſubſtantia deſcendit in carnem ita Spiritus ſanctus ſubſtantialiter in Apoſtolos deſcendit. Deindè quo ad modum, ſi incarnatio ſit unio hypoſtatica, ita Spiritus ſancti hypoſtaſis fuit unita Apoſtolis, modo quodam ſimili (inquit Cornelius.) Si enim Verbum in carne fuit quaſi ignis in carbone ex S. Cyrillo, S. Joanne Damaſceno, & aliis. Ita Spiritus ſanctus quaſi ignis inſedit Apoſtolis. Quod ſi ignis quoad ſplendorem repræſentat Verbum, quod eſt ſapientia, lux, & ſplendor Patris, ut cum S. Ambroſio canit Eccleſia in Nativitate Domini. *Tu lumen, tu ſplendor Patris.* Spiritus ſanctus eſt calor ſeu amor Patris, & Filii. Linguæ verò carnẽ repręſentant, quia lingua eſt nobiliſſima pars carnis habetque connexionem cum pulmone & corde, ex quo ſpiritus, ſanguis, & vita accipiunt originem. Quo ad cauſam deſcenſus viſibilis Verbi & Spiritus ſancti cauſatus fuit ab amore immenſo & divino, quo Deus ut ſummum bonum voluit ſummè hominibus benefacere, & ſummo modo, adeoque ſubſtantialiter & perſonaliter dare & communicare. Quoad proprietates, ſeu cõmunicationem idiomatum. Quemadmodum enim Dei

XXI.

S. Auguſtinus.

S. Ambr.

&

& Verbi proprietates attribuuntur humanæ naturæ in Chriſto, ita ut ſic homo dicatur eſſe Deus, &c. Et vice versâ Deus dicatur naſci, eſurire, ſitire, pati, mori, crucifigi; quia perſona verbi cui humanitas eſt unita, eſt Deus omnipotens, immortalis, æternus. Ita eſt intra Spiritum ſanctum & Apoſtolos, quædam communicatio idiomatum, per quam Apoſtoli dicuntur facti divini, ſpirituales, ſancti, propter divinum & ſanctum Spiritum, quem receperunt, & viciſſim Spiritus ſanctus dicitur Apoſtolicus, multilinguis, Propheticus, Doctor, Prædicator, quia tales creavit Apoſtolos, adeòque locutus per eorum ora & linguas docuit & concionatus eſt. Denique quo ad fructus, ſicut Verbum Incarnatum nos purgavit à peccatis, illuminavit, omni gratiâ cumulavit, perfecit, Beatos effecit, & perduxit ad gloriam æternam. Sic Spiritus ſanctus purgat, illuminat, perficit, beat, ut paſſim canit Eccleſia. Imò ſecundùm S. Auguſtinum ſupra, conſummat, quod ille inchoavit, ſanctificat quod ille redemit, cuſtodit quod ille acquiſivit.

XXII. S. Lucas ſupra verſ. 2. dixit. *Et re-*
Act. c. 2. *plevit totam domum ubi erant ſedentes.*
verſ. 2. Verſ. 4. *Et repleti ſunt omnes Spiritu*
verſ. 4. *ſancto.* Rupertus in Iſaiam lib. 2. cap.
28. ſcribit in hac miſſione oraculum
Iſaiæ 6 Iſaiæ fuiſſe completum, dum cap. 6.
verſ. 1. verſ. 1. ait. *Vidi Dominũ ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum, & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum.* Ideſt poſtquam Chriſtus terrenam habitationem ac humanam ſocietatem deſerens cœlos conſcendit, ac elevatus eſt ad ſublimem Patris dextram, pau-
Rupert. lò poſt miſit Spiritum ſanctum, qui omnia quæ ſub ipſo erant, replevit. *Poſtquam Dominus aſcendens in cælum ſedit ſuper illud paternæ majeſtatis ſolium excelſum, elevatum, quæ deinde ſub ea ſunt, nimirum dona, quæ dedit hominibus, dona Spiritus ſancti dedit Apoſtolis; hæc implent templum*, ſeu Eccleſiam, ſeu Apoſtolos ad Eccleſiæ utilitatem. His verbis, *dona quæ dedit ho-*
Pſal. 66. *minibus, &c.* alludere videtur ad ora-
verſ. 19. culum Davidicum pſalm. 67. verſ. 19.
ad Chriſtum directum. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem, accepiſti dona in hominibus.* Titelmannus.
Genus humanum univerſum quod ante Titelmã.
ſub Principis tenebrarum imperio detinebatur cepiſti de manu ejus, ac in cæleſtem hæreditatem tecum adduxiſti, ſpem firmam tuo proprio ingreſſu omnibus præbens credentibus, & jus introducendi eis reſtituens, quod donec ſub diaboli captivitate vinctis tenebantur, non habuerant quando etiam poſt aſcenſionem hanc tuam in cælum à Patre (à quo tibi ſunt omnia) dona accepiſti in, ſive pro hominibus, quæ videlicet hominibus, quos in mundo ſecundùm carnis præſentiam reliqueras, Apoſtolis ac Diſcipulis tuis de cælo mitteres. Accepiſti à Patre tuo, ut Spiritum ſanctum juxta promiſſum cum omnibus donis mitteres mundo, impertiens illum credentibus omnibus uſque ad conſummationem ſæculi. Item & varia Spiritus dona, ſapientiam, intelligentiam, ſcientiam, poteſtatem miraculorum, genera linguarum, interpretationem ſermonum, animi fortitudinem, fidem, ſpem, charitatem, aliaq; his ſimilia, quæ omnia operatur in homine unus atque idem Spiritus veritatis. Brevius Dionyſius. *In*
ſignum perfectæ glorificationis Chriſti Dionyſ.
datus eſt Spiritus ſanctus poſt aſcenſionem in ſigno viſibili, propter quod apud Ioannem ſcriptum eſt, Ioannis cap. 7. Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus non dum erat glorificaturus. Eodem ſenſu hæc verba Pſaltis elucidat noſter
Michael de Bononia. *Chriſtus aſcen-* Michael
dens accepit à Deo dona Spiritus ſancti de Bon.
hominibus diſtribuenda. Vnde poſt ejus aſcenſionem miſit hominibus Spiritum ſanctum in ſigno viſibili, &c.

Pro donatione Propheta Ioel cap. XXIII.
2. verſ. 28. utitur nomine effuſionis.
Et erit poſt hæc effundam ſpiritum meum Ioel. c. 2.
ſuper omnem carnem, & prophetabunt verſ. 28.
filii veſtri, filiæ veſtræ, ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt. Hoc oraculum fuiſſe cõpletum decem diebus poſt Chriſti aſcenſum, ſeu in die Pentecoſtes innuit Sanctus Petrus in primâ ſuâ concione Actor. cap. 2. verſ. 17. quem ſequuntur Patres & Interpretes, S. Cyrillus Alexandrinus, S. Hieronymus, S. Hilarius lib. 8. de Trinitate, S. Juſtinus

contra Tryphonem, S. Ambroſius lib. 1. de S. Spiritu cap 7. Remigius, Theodoretus, Rupertus, Hugo Cardinalis, Albertus Magnus, Didymus, Ribera, A Caſtro, Haymo, Lyranus Arias, Clarius, Cornelius in Actor. cap. 2. & in Joelem, Eſcobar tomo 2. lib. 4. ſect. 2. obſervat. 3. noſter Sylveira tomo 5. in Evangelia lib. 7. cap. 13. quæſt. 15. Inter Rabbinos, Rabbi David, Rabbi Solomon, Rabbi Joſua apud Lyranum & Galatinum lib. 8. cap. ult. Dicit *effundam*, ut denotet uberrimam ac copioſiſſimam Spiritus ſancti gratiam charitatis, fortitudinis, &c. donorum gratis datorum, ſcilicet Prophetiæ, &c. largitionem effundendam in Apoſtolos & fideles. Pro *effundam* Arabicus Alexandrinus vertit *Inundabo de Spiritu meo ſuper omnes homines*. Arabicus Antiochenus. *Inundare faciam ſpiritum meum ſuper univerſos homines*. Quaſi dicerent ſicut flumen vel mare turgidum exundat in agros, ita Spiritus ſanctus in homines. Hugo Victorinus poſt S. Chryſoſtomum & Theophilactum.

Hugo Victor. *Effuſio Spiritus inundavit faces malitiæ, ſi quidem ap entia illum navit, virtus ſanavit, benignitas ſa vavit. Quod Pſalmiſta prævidens ait, ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me Domine ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me Quaſi diceret, dele fundendo, lava infundendo, munda effundendo, fundendo ſapientiam ab oculis dele ignorantiam, infundendo virtutem ab intimis lava concupiſcentiam, effundendo benignitatem à toto corpore extermina malitiam* Notat Cornelius quod particula *effundam*, æquivalet verbo *mittam Doctorem juſtitiæ*, ſcilicet Deus Pater. Eſto ſimul cum Filio ut ſpirat, ita & mittat Spiritum ſanctum. Spiritus miſſus tantas gratias communicabit Eccleſiæ & fidelibus, ut filii & filię prophetent, ſenes ſomnia videant, juvenes viſionibus ſublimentur. Cur ſervi & ancillæ etiam non prophetabunt? cur ſomniis ac viſionibus non honorabuntur? Fortè quia conditio ſervilis a donis Spiritus ſancti eſt excluſa? Quia idem Propheta teſtatur, quod Spiritus ſanctus effunderetur ſuper ſervos & ancillas. Spiritus ſanctus ſuis donis juxta uniuſcujuſque diſpoſitionem communicetur, qui filiali timore accedunt tanquam filii & filiæ muneribus Spiritus ſancti ſic donantur, ut prophetali dono gaudeant. Qui verò, ſervili timore tanquam ſervi & ancillæ ſe præparant, etſi primario ſalutis effectu Spiritum ſanctum accipiant, tamen non nitent nec fulgent prophetiæ radiis. S. Hieronymus conformiter ait, poſt præfatam Spiritus ſancti miſſionem dari. S Hieronymus.

Aliis prophetiam, ut filii & filiæ, qui majoris ſunt meriti: aliis ſomnia ut ſenes jam provectioris ætatis, alii viſiones ut juvenes, qui vicerunt malignum. Servi verò & ancillæ, qui adhuc ſpiritum timoris habent, & non dico quia perfecta dilectio foras mittit timorem, non habebunt prophetiam, non ſomnia, non viſiones, ſed Spiritus ſancti infuſione contenti non fidei tantùm, ſed ſalutis gratiam poſſidebunt.

Ex dictis varia dubia exurgunt: XXIV. Primum an ejuſmodi viſiones Spiritus ſancti ſint propriæ ipſius, & an ſolus dicatur mitti ab aliis perſonis? an verò ſint toti Trinitati communes & dumtaxat accommodatæ Spiritui ſancto per appropriationem. Noſter P. Lezana part. 1. tract. 5. diſp. ult. quæſt. 3. poſt D. Thomam 1. part. quæſt. 43. art. 7. & alios ſuſtinet contra Cordubam lib. 1, quæſt 41. ejuſmodi miſſionibus ſolum Spiritum ſanctum mitti. Ratio eſt, quia quamvis ſit verum totum quod eſt efficientiæ & cauſalitatis in præfatis ſignis ſenſibilibus ſit à tota Trinitate, tamen cùm illa deſtinentur dumtaxat & ordinentur à Deo ut ſigna ad repræſentandam & ſignificandam ſolam perſonam Spiritus ſancti & non aliam, ideò ſola perſona Spiritus ſancti dicitur mitti ab aliis. Confirmatur quia in incarnatione Chriſti ſeu viſibili miſſione Verbi per Incarnationem, licet totum quod dicitur efficientiæ à totâ Trinitate proceſſerit, quia tamen ſolum Verbum terminavit humantiatem, ideò ſolum Verbum dicitur miſſum ad humanitatem in myſterio Incarnationis. Igitur licet etiam illa ſigna in quibus Spiritus ſanctus

ſanctus apparuit, ſint facta à totâ Trinitate, quia tamē illa ſolum repræſentabant Spiritum ſanctum, ideò ſolus Spiritus ſanctus dicitur miſſus ab aliis, ex quo patet ſolutio ad argumenta Cordubæ. Nec refert quod Pater ſine Filio nequeat mittere: nā in miſſione activâ S. Spiritus Pater nequit ſeparari à Filio cùm ſint unū principium.

§. 9.

Divina Miſſio inviſibilis.

I. INviſibilis Miſſio illa eſt, quæ ſit modo merè interno & ſpirituali, cujuſmodi eſt illa, quâ ſit cùm anima juſtificatur: Miſſio inviſibilis divinarum perſonarum tantùm fieri poteſt ad creaturam rationalem, ſcilicet hominem, vel Angelum, Ita Vaſquez, part. 1. diſp. 170. Zuninga diſput. ult. dubio 2. noſter Lezana ſupra quæſt. 3. & alii. Ratio eſt quia ejuſmodi miſſio inviſibilis ſolùm ſit per dona gratiæ, nec per dona naturæ ſit propriè miſſio, cùm per illam Deus non ſit alio modo in creaturis niſi per eſſentiam, potentiam & præſentiam. At ſola creatura rationalis eſt capax donorum gratiæ, ergò miſſio divinarum perſonarum inviſibilis poteſt eſſe ad illum.

§. 10.

An inviſibilis Miſſio ſit conjuncta viſibili.

I. MIſſionem viſibilē ſemper comitatur inviſibilis. Ita Divus Thomas ſupr. art 7. ad 6. Patet ex locis citatis ſupr. Undè quando S. Spiritus miſſus eſt in ſpecie linguarum ad Apoſtolos tunc etiam miſſus eſt inviſibiliter per gratiam. Quod ſi obiicias id non eſſe ſemper verum, quando enim Spiritus ſanctus miſſus viſibiliter in ſpecie columbæ ad Chriſtum in Jordane, tunc non eſt inviſibiliter miſſus per gratiam, cùm Chriſtus tunc nullam acceperit gratiam, nam omnem ſuam gratiam accepit in inſtanti ſuæ conceptionis, debebaturque illi ratione unionis hypoſtaticæ. Reſpondet D. Thomas art. 7. ad 6. non eſſe opus ut miſſio viſibilis fiat ſemper eodem tempore quo inviſibilis; ſed ſufficit ut miſſio viſibilis ſignificet quod de facto gratia conferatur, vel ante collata ſit. Hoc modo Spiritus ſanctus miſſus eſt ad Chriſtum, ut ſcilicet indicaret plenitudinem gratiæ, quæ data eſt Chriſto in inſtanti ſuæ Conceptionis.

§. 11.

Miſſio Inviſibilis Verbi, & Spiritus Sancti.

VErbum mittitur inviſibiliter, I.
ut patet Sapientiæ cap. 9. *Sap. c. 9.*
verſ. 10. ubi Sapiens hanc o- *verſ. 10.*
rationem fudit. *Mitte illam de cœlis ſanctis tuis.* Dionyſius. *Ideſt, Sapientiā illam increatam ac genitam mitte mihi inviſibili miſſione: non ut illa variet locum, ſed per effectum infundendo mihi chariſmata ejus.* Ad eandem verbi miſſionem inviſibilem anhelans Iſaias *Iſaia 16.*
cap. 16, verſ. 1. clamabat. *Emitte ag- verſ. 1.*
num Domine dominatorem terræ. Dio- Dionyſ.
nyſius. *Agnus iſte eſt increata Dei ſapientia, veraciter increata, quæ quotidie ſpiritualiter mittitur, inviſibiliterq́ue infunditur cordibus devotorum, juxta illud Sapientiæ cap. 9 Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, ut mecum ſit, & mecum laboret. Et rurſus da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam.*

Spiritus ſancti miſſionem inviſibi- II.
lem poſtulabat Cantor Regius dum *Pſ. 103.*
pſalm. 103. verſ. 32. in hæc verba *verſ. 32.*
prorumpebat. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Noſter Michael de Bononia, ſci-
licet. *Virtutes, quæ prius erant perditæ,* Michael.
creabuntur. Quia non illæ materialiter de Bon.
redeunt, ſed aliæ illarum loco, quas Deus creat de novo, ſicut & gratiam confert de novo creatam. Et tunc facies terræ renovabitur, ſcilicet eſſe hominis, qui eſt de terra. Notandum quod per Spiritum ſanctū meritò in mentibus creari dicuntur & renovari, &c.

III. *Rom. c. 5. v. 5.* Apoſtolus Roman. cap. 5. verſ. 5. hujus miſſionis inviſibilis meminit, dicens. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Origenes, Theodoretus, OEcumenius, & D. Thomas per charitatem intelligunt creatam & increatam, ita ut ſenſus ſit. Charitas Dei increata effudit ſe per charitatem creatam à ſe effuſam & diffuſam in cordibus noſtris, addens *per Spiritum qui datus eſt nobis.* Docet in juſtificatione non tantùm gratiam Spiritus ſancti, ſed Spiritum ſanctum, quaſi primum Dei donum nobis dari. Non ſolùm enim Spiritus ſanctus nobis charitatem & dona ſua communicat, ſed & per ea in nobis ipſe Spiritus ſanctus inhabitat. Licet enim antea ipſe fuerit in anima per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, tamen iterùm datur animæ, dum illa juſtificatur, ut ſit in eâ novo modo, ſcilicet quaſi in templo, eamque per charitatem ſanctificet, faciatque participem ſui amoris Nam eſt primus & increatus amor.

IV. Id confirmat Apoſtolus 1 Corinth. cap. 3. verſ. 16. *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Dei Spiritus inhabitat in vobis.* Et 2. Corinth. cap. 6. verſ 19 *Vos eſtis templum Dei ſicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis & inambulabo, & ero eorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.* Dicit *inhabitabo*, ideſt, quaſi in templo inhabitans inſpiciam & protegam, ſubdit *& inambulabo*, ideſt ex memoriâ in intellectum, indè in voluntatem per actus fidei, ſpei, & charitatis. Eſt enim (inquit Cornelius, anima ſancta qnaſi templum, imò cœlum, in quo ſol eſt intellectus, vel zelus juſtitiæ, luna fides, & continentia aſtra reliquæ virtutes Vel Deus inambulat in animâ, ideſt facit eam inambulare per virtutes, cum ſcilicet ſuâ gratiâ efficit, ut eamus de virtute in virtutem ſecundùm S. Anſelmum & Theophilactum.

V. Idem dici nequit de Patre. Ratio eſt (inquit Becanus de miſſione per-
Ioan. 14. ſonarum quæſt. 5.) ſicut Pater à nul-
verſ 23. lo procedit, ſic à nullo propriè mittitur. Dices Joannis cap. 14. verſ. 23. Chriſtus ait. *Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* S. Macarius ſenior homil. 18. *Veniemus ego & Pater meus.* Lucifer Caleritanus. *Ad illum veniemus & ad illum manebimus.* S. Gregorius Nyſſenus. *Et manſionem in ipſo faciemus.* Ideſt, firmam & ſtabilem in ipſo conſtituemus. Ex quibus patet divinas perſonas dari nobis & venire ad nos, quatenus veniunt & donantur nobis ut objectum fruibile mediantibus habitibus ſupernaturalibus, & quatenus ſuſcipiunt peculiarem curam, directionem & gubernationem de noſtris animabus. Igitur quamvis Pater à nullâ perſonâ procedat ab æterno, tamē mittitur in tempore. Reſpondeo licet præfata cura & directio ſit communis omnibus perſonis, & ad nos Pater veniat, tamen non mittitur. Ratio eſt, quia miſſio connotat proceſſionem perſonæ miſſæ. Et quia Pater ab alio non procedit, ideò non dicitur miſſus quamvis dicatur venire & donari cum cœteris perſonis, quia adventus & donatio connotant proceſſionem in perſonâ veniente, & donatâ. Quod ſi dicas, quod etiam miſſio viſibilis quâ effectus refertur ad Trinitatem totam, ſignum tamē unam tantùm perſonam repræſentat, ergò licet miſſio inviſibilis referatur ad omnes perſonas, ut ſignum, tamen poterit tantùm unam repræſentare Reſpondeo cum Amico 1. part. diſp. 28. ſect. 4. num. 101. non nego poſſe effectum inviſibilem gratiæ repræſentare unam perſonam abſque aliâ perſonâ, tamen id de facto non ſit. Primò quia hæc miſſio præcipuè ordinatur ad animas ſanctiſicandas, ad quem effectnm omnes perſonæ concurrunt. Secundò, effectus inviſibilis non eſt ſymbolum proportionatum ad divinas perſonas manifeſtandas, quia cùm manifeſtatio hæc debeat fieri hominibus, qui ſenſibns ducuntur, non poterit eſſe ſignum aptum ad eas manifeſtandas, niſi ſit ſenſibile ſignum.

§ 12.

An Miſsio Perſonæ Divinæ fiat per gratiam.

I. Perſonæ Divinæ propriè & ſimpliciter loquendo non mittuntur niſi per gratiam juſtificantem, charitatem & dona, quæ illam comitantur, verbi gratiâ, fidem, ſpem, &c. quatenus ſunt ſimul cum ipſâ gratiâ. Ita communiter Theologi cum D. Thomâ & Bonaventurâ, Alenſi, Richardo, Vaſquez, Molina, Amico, Rubio, ex noſtris Lezana, Salmanticenſibus. Probatur ex verbis Christi Joannis cap. 14. verſ. 16. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum.* Syriacus. *Ut ſit vobiſcum in æternum.* S. Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto cap 14. *Qui vobiſcum ſit in æternum.* S. Hilarius lib. de Trinitate *Mittet vobis Paraclitum Spiritum ut ſit vobiſcum* Verſ. 17. *Vos autem cognoſcetis eum, qui apud vos manebit, & in vobis erit.* Syriacus. *Quoniam apud vos manet, & in vobis eſt.* Arabicus. *Qui apud vos ſtans erit permanens.* Et verſ. 23. citato. *Ad eum veniemus & apud eum manſionem faciemus* At divinæ Perſonæ non inhabitant ſpeciali modo niſi in hominibus juſtis, & in gratiâ juſtificante exiſtentibus. Igitur Perſonæ mittuntur dumtaxat ratione gratiæ juſtificantis, & donorum, quæ illam concomitantur. Probatur major ex multis locis Scripturæ, & ſpecialiter ex libro Sapientiæ, ubi eſt ſermo de Sapientiâ, ſeu ſecundâ perſonâ Trinitatis, & ſæpius dicitur inhabitare in ſolis animabus juſtis, & in Epiſtolis S. Pauli de Perſona Spiritus ſancti.

cap. 14. verſ. 16.

II. Probatur ſecundò, quia Perſonæ Divinæ tantùm mittuntur inviſibiliter ad creaturas rationales, ob ſpecialem & mutuum Dei amorem ergà illas, & harum erga Deum At iſte amor mutuus eſt tantùm conjunctus cum gratia juſtificante, charitate, & aliis illam comitantibus. Igitur perſonæ divinæ dicuntur tantùm mitti per hæc dona, & nō per alia. Undè quamvis per donum fidei informis auxiliorum, & aliorum, &c. quæ poſſunt eſſe abſque gratiâ detur Deus aliquo modo & ſecundùm quid, tamen ſimpliciter mittitur dumtaxat hominibus ratione juſtificantis gratiæ. Hanc rationem confirmat S. Auguſtinus ſermone 43 de verbis Domini ad illa verba, *Dedit dona hominibus, quæ dona? Spiritum ſanctum. Quis tale donum, qualis ipſe eſt? magna eſt miſericordia Dei. Donum dat æquale ſibi, quia donum ejus Spiritus eſt, & unus Deus.* S. Auguſtinus.

Non ſolùm quando dona gratiæ & charitatis infunduntur, ſed etiam quando augentur & intenduntur Ita noſter Lezana & alii. Ratio eſt, quia tunc augetur amicitia, ergò etiam tunc augetur præſentia neceſſaria ad perfectiſsimam amicitiam. Quamvis ad rationem amicitiæ ut ſic neceſſaria non ſit unio, vel præſentia amantium: tamen ad perfectiſsimam amicitiam non ſufficit unio & præſentia. Cùm igitur Deus ab hominibus perfectiſſimè ametur per gratiam & charitatē, & ipſe etiam illos perfectiſſimè amet, ideò hæc unio eſt realis, & non ſolùm intentionalis & affectiva. Quamvis etiam Perſonæ Divinæ ſint in omnibus rebus per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, tamen præter hos modos communes eſſendi in reliquis rebus, datur hic ſpecialis modus exiſtendi per gratiam & charitatem, qui in hoc conſiſtit, ut ratione eorum donorum Deus ſit novo titulo & reſpectu in animâ, in quâ aliàs erat dumtaxat per modos communes. Talia ſunt dona gratiæ & charitatis, ut vi ſuâ, & quaſi connaturali jure poſtulent intimam realem & perſonalem præſentiam Dei per talia dona. Probatur hâc ratione conditionali, ſi per impoſsibile Perſonæ Divinę nō eſſent aliàs præſentes in animâ, eo ipſo quod anima ejuſmodi dona reciperet, exigeret pręſentiam illarum, & venirent ad illam perſonæ divinæ, ſicut quamvis Verbum Divinum non eſſet præſens humanitati Chriſti; tamen ratione unionis hypoſtaticæ illius præſentia exigeretur. Præterea Divinæ perſonæ non ſolùm dantur nobis per III.

Digitized by Google

dona gratiæ modo explicato, ſed etiam ut ſint quaſi tutor & protector noſter. Nam cùm gratiam efficiamur Dei, efficimur etiam digni cuſtodiâ & protectione divinâ. Ex dictis de excellentia miſſionis Divinarum Perſonarum manifeſtè patet cur miſſæ dicantur. Patet etiam ejus utilitas cùm miſſæ dicantur ad fundandam & ſanctificandam Eccleſiam.

CAPUT II.

Angelica miſſio ad Eccleſiæ cuſtodiam & ſanctificationem plurimùm confert.

I. A*Ngelus* ſecundùm S. Dionyſium, S. Ambroſium, S. Gregorium, & omnes Theologos nomen eſt officii, non naturæ; nam idem eſt quod *miſſus*, vel *legatus*. Undè Scriptura paſſim illud officium exprimit per nomen miſſionis & legationis. Geneſis cap. 24. verſ. 7. Abraham ait ſervo ſuo. *Ipſe mittet Angelum ſuum coram te.* Exodi cap. 23. Deus pollicetur. *Ecce mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in viâ.* Et cap. 33. verſ. 2. ait Moyſi. *Mittam præcurſorem tui Angelum.* Verſ. 12. Moyſes *Non indicas* (inquit) *mihi quem miſſurus es.* Idem Numerorum cap. 20. verſ. 16. *Noſti &c. Quomodò clamaverimus ad Dominum & exaudierit nos, miſeritq́; Angelum, qui eduxerit nos de Ægypto.* Lib. 1. Paralipom. cap. 21, verſ. 15. *Deus miſit Angelum in Ieruſalem qui percuteret eam.* Lib. 2. Paralipom. cap. 32. verſ. 21, *Miſit Dominus Angelum qui percuſſit omnem virum robuſtum, &c.* Tobiæ cap. 3. verſ. 25. *Miſſus eſt Angelus Domini Raphael ut curaret eos ambos.* Cap. 12. verſ. 14. ait Tobiæ. *Et nunc miſit me Dominus ut curarem te, & Saram uxorem filii tui à dæmone liberarem.* Verſ. 20. *Tempus eſt ut revertar ad eum qui me miſit*, Proverb. cap. 17. verſ. 11 *Iurgia quærit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum* Auctor Catenæ Græcæ. *Dominus autem crudelem Angelum adverſus ejuſmodi emittet.* Danielis cap. 3. *Erumpens Nabucodonoſor ait, Benedictus Deus eorum Sidrach, Miſach, & Abdenago, qui miſit Angelum ſuum, & eruit ſervos ſuos, qui crediderunt in eum.* Cap. 6. verſ. 22. *Daniel regi reſpondens ait, Rex in æternum vive, Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum.* Malachiæ cap. 3. verſ. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit ante faciem meam.* Lib 2. Machabæorum cap 15. verſ. 22. Judas Machabæus dixit. *Tu Domine qui miſiſti Angelum tuum ſub Ezechia Rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum & octoginta quinque millia.* Verſ. 23. *Et nunc dominator cœlorum mitte Angelum tuum bonum ante nos.* Matthæi cap. 11 verſ. 10. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam qui præparabit viam ſuam ante te* Cap. 13. verſ. 41. *Mittet Filius hominis Angelos ſuos & colligent de regno ejus omnia ſcandala.* Cap. 24 verſ. 31. *Et mittet Angelos ſuos cum tubâ, & voce magnâ.* Marci cap. 1. verſ. 2 *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* Cap. 13. verſ. 27. *Et tunc mittet Angelos ſuos & congregabit electos* Lucæ cap. 2. verſ. 19 *Reſpondens Angelus dixit ei,* ſcilicet Zachariæ. *Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.* Verſ. 26. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in Civitatem Galilææ, &c.* Cap. 7. verſ 27. *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* Actor. cap. 12. verſ. 11. *Petrus ad ſe reverſus dixit. Nunc ſcio verè, quia Dominus miſit Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, &c.* Apocal. cap. 5. verſ. 6, *Qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram* Cap. 22. *Dominus Deus ſpirituum Prophetarum miſit Angelum ſuum oſtendere ſervis ſuis, quæ oportebit fieri citò.* Verſ. 16. *Ego Ieſus miſi Angelum meum teſtificari in Eccleſiis.* S. Laurentius in Laudibus ſui officii ſui, ait. *Miſit Dominus Angelum ſuum & liberavit me de medio ignis, & non ſum æſtuatus.*

Ex plurimis citatis locis liquet Angelos miſſos eſſe ad cuſtodiam & tu- II.
telam noſtram: quibus adde illud Genef. c. 18. v.15.
Geneſis cap. 18. ubi de Loth egrediente è Sodomorum Civitate, verſ. 15. *Cogebant eum Angeli, dicentes, ſurge tolle*

tolle uxorem & duas filias tuas, quas habes, nè & tu pariter pereas in ſcelere Civitatis, &c. Verſ. 17. *Eduxeruntq́; eum & poſuerunt extra civitatem.* Qui
Cap. 49. ſunt illi Angeli? Loth & familiæ tutelares. Cap. 49. verſ. 16. Jacob bene-
verſ. 16. dicens filiis Joſeph. *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & invocetur ſuper eos nomen meū.* Vatablus & Toſtatus. *Angelus quoque*
Judith c. *meus benedicat iiſdem.* Judith reverſa
13. v. 22. Bethuliam poſt cæſum Holofernem, cap. 13. verſ. 20. *Vivit ipſe Dominus, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & indè huc revertentem, & non permiſit Dominus me ancillam ſuam coinquinari,*
Pſal. 33 *&c.* Pſalm. 33. verſ. 8. Regius Cantor
verſ. 8. ait. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & reperiet eos.* Titelmannus. *Per circuitum timentium*
Titelm. *Dominum Angelus illius ad eorum auxilium & protectionem deputatus, atque deſtinatus ſeſe immittit. ſeſeque diffundit, & veluti caſtra metatur per circuitum eorum, nè poſſint ad illis nocendum adverſarii. Immittit etiam Angelus Domini terrorem & timorem per circuitum ſervorum Dei in adverſarios, qui undequaque illos obſederunt, & ipſe pro illis pugnans, defendet eos ab omni malo & ex omnibus periculis faciant ſalvos,*
Pſal. 90. *&c.* Pſal. 90. verſ. 12. *Quoniam Ange-*
verſ. 11. *lis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Rudolphus. *Quos*
Rudolph. *poſuit cuſtodes hominum & ſpecialiter electorum, mandavit, tanquam ſuis miniſtris Deus te eis committendo, ut cuſtodiant ab omni nocumento tam in proſperis quàm in adverſis. Undè magnam debemus Angelis reverentiam nobis pro cuſtodiâ à Deo deputatis.* Verſ. 13. *in manibus portabunt te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Idem Rudolphus. *Potentiâ & virtute portabunt te ad bona dirigendo & juvando, & à malis elevando ac protegendo. Quaſi diceret ſic te cuſtodient, quaſi in manibus te portent, nè fortè offendas, ideſt ad peccatum mortale ad modum lapidis grave per conſenſum ſeu malum propoſitum.* S. Bernardus in illum pſalmum citatum textum ita mellifluè ponderat.
S. Bernardus. *Angelis ſuis mandavit de te, mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis! Quis enim? quibus? de quo? quid mandavit? ſtudioſè conſideremus fratres, diligenter commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandavit? cujus ſunt Angeli? cujus mandatis obtemperant? cujus obediunt voluntati? nempè Angelis ſuis mandavit ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Nec cunctanter, quin etiam in manibus tollant te, &c.* Quibus verbis Tertullianus allu- Tertull.
dere videtur dicens. *Angelis Bajulis ſuſtentatur.*

Opportunè, licet magis obſcurè III.
Iſaias cap. 66. verſ. 20. *Et adducent* Iſaiæ 66
omnes fratres veſtros de cunctis gentibus verſ. 20.
in equis & in quadrigis. S. Hierony- Hieron.
mus hoc oraculum de Angelis intelligit. *Diverſi generis vehicula miniſteria intelliguntur Angelorum. His equis & curribus Elias raptus eſt, & Eliſeus ſe ſervari neſcienti puero demonſtravit. Et Zacharias in nocte equos rufos, nigros, varios & albos, & dixit, qui ſint iſti, quos miſit Dominus, & perambulant terram.*

Audiamus quid Chriſtus de his An- IV.
gelis Cuſtodibus ſentiat Matthæi cap. Matt. c.
18. verſ. 20. *Videte* (inquit ſuis Apo- 18. v. 14.
lis) *ne contemnatis unum ex his puſillis, qui in me credunt. Dico enim vobis quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt.* S. Hieronymus & S. Paſchaſius per Angelos eorum accipiunt illos qui ad noſtram cuſtodiam ſunt deputati.

Omiſſis aliorum textuum expla- V.
nationibus unicum Apoſtoli locum Hebr. c. 1
ponderandum aſſumpſi. Scribens He- verſ. 14.
bræis cap. 1. verſ. 14. de illis ſpiritibus hæc pronunciat. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium hominum miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis.* Notat Cornelius particulam *Nonnè* eſſe aſſertivam, ita ut de eorum aſſiſtentiâ & cuſtodiâ nullo modo dubitare debeamus. Cur vocantur *adminiſtratorii*, & non miniſtri. *Quia* (inquit Cornelius) *Angeli non ſunt miniſtri, ſed adminiſtratores &*
nuntii Dei ad homines, & propter homi- Cornel.
num ſalutem. Vocat ergò Angelos Dei adminiſtratores, ideſt officiales, qui aulam Dei, ideſt mundum hunc, & res humanas pro Deo adminiſtrant. Sed exiſtimo Angelos non tantùm adminiſtratores

Digitized by Google

ſtratores & rectores noſtros eſſe, ſed & miniſtros. *Neque* (inquit S. Bernardus ſerm. 5. in Vigiliâ Nativitatis Domini) *id cuiquam incredibile videatur, quandoquidem ipſe quoque creator, & Rex Angelorum venit non miniſtrari ſed miniſtrare.* Cui arridet S. Chryſoſtomus homil. 3. in epiſt. ad Hebræos. *Quid miraris ſi Filio ſuo miniſterium exhibeat cùm etiam pro noſtrâ ſalute miniſtros eos conſtat effectos, ſi quidem etiam Angelos, qui nobis ſuperiores ſunt ad noſtram ſalutem miniſterium ſuum exhibere præcepit.*

S Benardus.

S Chryſoſtomus

§. I.

Angeli mittuntur, ut nobis in Eccleſiæ utilitatem miniſtrent.

I. QUod autem in negotio noſtræ ſalutis non tantùm Dei miniſtri ſunt, ſed etiam noſtri. Subdit. *Nobis etiam Angelicum miniſtrat officium.* Theophilactus ſcribit particulam *Nonnè*, non tantùm eſſe aſſertivam hujus veritatis, ſeu cuſtodiæ Angelicæ, ſed etiam admirativam *Attollite* (inquit) *audientium animas affirmans eſſe de Deo, de nobis ſuſceptam curam, quando & Angelos, qui videntur præexcellere, quæ ad noſtram conducant ſalutem, ut miniſtrarent, conſtituit.* Et paulo poſt. *Adverte quemadmodum nō multùm exiſtimes creata hæc ab invicem aliena, tametſi magno videantur intervallo diſtare Angeli ipſi & homines; nihilominus propinquiores illos nobis effecit. Miniſtrabant autem Angeli, & in veteri teſtamento quàm plurima, & in novo non pauca.* Brevius Dionyſius. *Nonnè Angeli divino imperio ſervientes ad obſequium, ſeu adjutorium electorum.* Origenes homil. 5. in Numeros ait, nobis ab Angelis, non tale quale miniſterium exhiberi, ſed etiam ab iis nos portari & geſtari. *Angeli, qui ordinati ſunt propter nos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, ipſi ſunt, qui ſingulos eorum, quos ſupradiximus portant. Cùm enim ſolutum fuerit tabernaculum hoc, & cœperimus ingredi ad illa ſancta, & pergere ad locum repromiſſionis, hi qui vitâ ſancti ſunt, & in ſanctis ſanctorum habentur, Angelis ſine dubio ſubvectantibus incedunt, & ubi quequo requieſcat tabernaculum Dei portantur in humeris & extolluntur in manibus, ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 90. Angelis ſuis mandavit de te, in manibus tollant te. Per ipſos Angelos ſub eodem myſterio Paulus portandos eſſe quoſdam confirmat, in nubibus obviam Chriſto in aera.* Patetque exemplo Lazari Lucæ cap. 16. verſ. 22 *Factum eſt ergò, ut moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* S Chryſoſtomus homiliâ de divite & Lazaro ait hoc obſequium ſervile, & geſtationem non ab uno, ſed ab innumeris Angelis fuiſſe exhibitam, ita ut ſibi invicem tale obſequiū æmularentur. *Non ſufficiebat ad portandum pauperem unus Angelus, ſed propterea plures veniunt, ut chorum lætitiæ faciant. Et portatur ab Angelis, gaudet unuſquiſque Angelorum tantùm onus tangere. Libenter talibus oneribus prægravantur, ut ducant homines ad regna cælorum.* Quaſi diceret, tantùm abeſt, ut Angelus obſequium ſervile erga homines detrectet, & renuat; imò quilibet gaudet, eùm ejus corpus poteſt contingere, nec labor ille labor eſt, nec illud onus oneroſum eſt & grave, ſeu ignominioſum, ſed maximè honorificum. Undè ad portandum pauperem Lazarum non unus, ſed plures conveniunt, ut in ſinum Abrahæ ac in viam ſalutis deducant. Exultant ac ingenti gaudio perfunduntur dum pro unius ſalute ſuam operam impendere poſſunt. Idem miniſterium præſtitum fuiſſe S. Paulo primo Eremitæ teſtatur ſanctus Antonius apud S. Hieronymum. S. Martino cujus animam Angelorum chorus excepit, eoſque divinas laudes cantantes, multi in primiſque Severinus Colonienſis Epiſcopus audivit S. Germano Capuano ut teſtatur S. Benedictus. S. Catharinæ Virgini & Martyri, ut patet ex Collectâ officii ejuſdem. *Deus qui dediſti legem Moyſi in ſummitate Montis Sinai, & in eodem loco per ſanctos Angelos tuos corpus Beatæ Catharinæ Virginis & Martyris tuæ mirabiliter collocaſti, &c.*

Theophilactus.

Dionyſ.

Origenes

Luc. 16. verſ. 22.

S Chryſoſtom.

Quid plura illud Angelicum miniſterium II.

ſterium manifeſtè innuit hiſtoria ſancti Patris Eliæ, de quo hęc Dorotheus. *Cùm naſciturus eſſet Elias, Pater ejus Sabacha vidit illum ab Angelis albicantibus ſalutari, & igne tanquam faſ-*
Doroth. *ciis involvi, & flammâ ignis velut cibo ali.* Quaſi diceret, vidit ab Angelis eadem miniſteria exhiberi, quæ paſſim exhibentur à nutricibus & ancillis. Nam quemadmodum infantes editi in lucem faſciis involvuntur, & pulmento ab ejuſmodi mulieribus ſerviliter foventur. Sic Elias nondum natus ab Angelis idem ſuſcepit. Quæ verba denotant Eliam antequam naſceretur fuiſſe Angelicâ tutelâ & miniſterio honoratum. Conformiter ad mentem D. Thomæ in 2. diſtinct. 11. quæſt. 1. art. 3. quodlib. art. 3. S. Bonaventuræ in expoſitione textus. Alexandri de Ales part. 2. quæſt. 41, in 4. art. 3. Richardi in expoſitione textus diſt. 11. majoris quæſt. 2. Ægidii quæſt. 1. art. 2. Gabrielis art. 2. Sayri lib. 6. de Angelis cap. 18. aſſerentium Angelos noſtri curam ſuſcipere in inſtanti conceptionis quando anima corpori infunditur. Vel ſi Angeli noſtri curam non ſuſcipiunt niſi ab ortu nativitatis & non ante, ut docent D. Thomas part. 1. quæſt. 113. art. 5. Magiſter in 2. diſt. 11. cap. 1. Durandus in 2. diſtin. 11. quæſt. 1. Valentia part. 1. diſp. 8. quæſt. 6. puncto 3. Molina part. 1. quæſt 113 Zamuel ibidem art. 7. dubio unico. Vaſquez diſp. ult. cap. 1. & ante eos, S. Hieronymus in cap. 1. Matthæi his verbis. *Magna dignitas animarum, ut*
Hieron. *unaquaque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum.* Tamen ex ſpeciali privilegio priuſquam naſceretur fuit tutelâ & miniſterio præmunitus, niſi fortè eodem modo quis de Elia philoſophari velit quo de cæteris infantulis. Nonnulli diſſerunt ſcilicet quod dum utero materno fuit incluſus, ab Angelo matris fuerit cuſtoditus, ab eoq; ſolita obſequia ſuſcepit, cùm una & eadem res mater & infans reputetur, ſicut fructus nondum ab arbore ſeparatus cenſetur eſſe aliquid arboris, ejuſque cura & dominium ſpectat, ad quem ſpectat cura & dominium arboris.

At obſtant verba Dorothæi dicen- III.
tis ab Angelis fuiſſe ſalutatum, faſciis involutum, ac nutritum. Dicendum eſt igitur ſaltem à duobus Angelis tale miniſterium fuiſſe Eliæ puſioni exhibitum, ſcilicet ab Angelo proprio & Matris. Sic quamvis Elias ſub unius Angeli tutelâ & curâ fuerit toto vitæ ſuæ decurſu, ut patet lib. 3 Regum cap. 1. verſ. 15. tamen in ſuo raptu à pluribus Angelis ſurſum elatus eſt,
ut teſtatur S. Ambroſius ſerm. 2. de S.Ambr.
Eliſeo his verbis. *Elias Magiſter Eliſei nonnè Angelis deducentibus raptus eſt cælum.* Cui ſubſcribunt Toſtatus quæſtion. 17. Serarius, Sanchez, Cornelius, & alii. Cur Eliæ naſcituro vel diſcedenti à nobis, Lazaro, & aliis migrantibus ad ſinum Abrahæ, ſeu in cœleſtem beatitudinem plures Angeli adſunt, & ad ſtragem faciendam in caſtris Aſſyriorum lib. 4 Regum cap. 19. verſ. 35. *Venit unus Angelus Domini & percuſſit in caſtris Aſſyriorum*
centum & octoginta quinque millia. cur 4. Reg.
ad necem tot millium hominum u- 19. v. 35
nus Angelus venit, & ad ſurſum portandum Eliam, Lazarum, & plures alios? & ad Eliſeum defendendum cōtra Regem Syriæ innumeræ acies cæleſtes advolant lib. 4. Regum cap. 6. verſ. 17. *Ecce mons plenus equorum &*
curruum igneorum in circuitu Eliſei. 4. Reg.
Dionyſius. *Per quos Angelica agmina* 6. v. 17.
deſignabantur, quorum miniſterio ſimi-
litudines illæ curruum & equorum igneo- Dionyſ.
rum apparuerunt in aere. S. Ambroſius ſermone 2. de Eliſeo. *Eliam Angeli ad cœlum perferunt, Eliſeum Angeli*
in terris cuſtodiunt, ſed quid mirùm ſi S.Ambr.
Angeli, qui Magiſtrum portaverant Diſcipulum tuebantur? & nova quædam obſequia, quæ Patri exhibuerant, etiam Filio deferebant? Ideò tantus Angelorum concurſus fit ad Eliæ triumphum, & ad Eliſei protectiōnē, unicus verò mittitur ad cædem faciendam: quia nihil gratius Angelis eſt, quàm hominum ſaluti & gloriæ ſtudere: nihil verò moleſtius quam ad ad ejus excidium opem ferre.

Ex locis ſcripturæ patet Angelos IV.
bonos hominibus inſervire, quod confirmat D. Thomas 1, part. quæſt. 113. art. 1. ex modo ſuo providentia

Digitized by Google

divina mundum ſublunarem regit per cœleſtem. Quemadmodum enim inferiores naturas corporeas per ſuperiores orbium cœleſtium globos gubernat, adeò ut viciſſitudo dierum, noctium, veris, æſtatis, autumni, hyemis ſerenitas, tempeſtas, glacies, nives, pluviæ ab ipſis cœlis proveniunt, ſic homines, qui ipſis cœlis, aliiſque creaturis corporeis ſuperiores ſunt per Angelos gubernantur, ſeu potiùs miniſtrantur.

§ 2.

Quilibet homo habet Angelum peculiarem.

I. CAlvinus lib. 1. inſtit. cap. 14. n. 7. Magdeburgenſes, ac inter Catholicos Magiſter ſent. & Hugo de S. Victore negant ſingulis hominibus ſingulos Angelos deſtinatos eſſe ad cuſtodiam, aſſeruntque quod unus Angelus plures homines cuſtodit. At conſtans eſt omnium Patrū tam Græcorum quàm Latinorum opinio, Origenis tract. 5. in Math. & lib. 3. Periarchon cap. 2. S. Clementis Alexandr. lib. 6. Stromatum. Ubi de præfectu-
Clemens Alexand. ris Angelicis. *Fortaſſe, autem etiam ex iis ſunt deputati ſingulis.* Sanctus
S. Athan. Athanaſius de communi eſſentiâ. *Poſtremi omnium ſunt Angeli, qui &*
S. Chryſoſtomus *hominum Pedagogi cenſendi ſunt.* Sanctus Chryſoſtomus tomo 6. in Mattheum, ubi ad illa verba, *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei.* Subdit. *Hic manifeſtum eſt, quia omnes ſancti Angelos habeant.* S. Baſilius in pſal. 33. & 48. contra Eunomium Gregorius Nyſſenus lib. de vitâ Moyſis. S. Juſtinus lib. quæſt. & reſponſ. orthod. quæſt. 30. S. Gregorius Nazianzenus oratione factâ coram 150. Epiſcopis, Theodoretus citatus à gloſſa in cap. 10. Danielis, Clemens Romanus lib. 7. conſtitut. Apoſtolic. cap 39. hic Deo gratias agit de Angelis nobis datis in cuſtodiam. S. Hilarius in pſalm. 134. ad illa verba. *Qui producit ventos de theſauris ſuis.* Subdit. *Igitur ſpiritus ad ſalutem humani generis emiſſi ſunt, neque infirmitas noſtra, niſi datis ad cuſtodiam Angelis, tot tantiſq; ſpirituum cœleſtium nequitiis obſiſteret.* Et infra. *Hos igitur de theſauris ſuis beatos producit, tribuens in his auxilium humanæ infirmitati, ut hæc nos divina præſidia adverſus mundi potentias, harum tenebrarum in hæreditandâ nobis ſalute tueantur.* Lege S. Hieronymum in cap. 18. Matthæi, S. Auguſtinum ſermone 3. de tempore, ſerm. 68. ad Fratres in Eremo, ſermone 3. de Natali Domini lib. ſoliloq. cap. 27. S. Ambroſium in pſal. 38. S. Gregorium lib. 4. moral. cap. 27. alias 31. Bedam in acta Apoſtol. cap. 12. Caſſianum collat 8. cap. 16. Iſidorum lib. 1. de ſummo bono cap. 10. S. Bernardum in pſalmum *Qui habitat.* ſerm. 12. S. Anſelmum in cap. 18. Math & in cap. 11. epiſt. 1. ad Corinth, & in elucid. S. Laurentium Juſtinianum lib. de caſto connubio verbi cap. 8. Interpretes ad illud Matthæi cap. 18. verſ. 10. *Quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei.* Quæ verba ſignificant determinatos Angelos, qui eorum curam gerunt.

Hæc veritas etiam veteribus nota II.
fuit. Platoni in Apologiâ pro Socrate ad Athenienſes, in Theage ubi loquitur in perſonâ Socratis. Plutarcho lib de genio Socratis, & lib de Iſide, & Oſiride, Apuleius lib. de Socrate. Eandem veritatem firmat decretum Pauli V. qui proprium Officium de Angelo Cuſtode unicuique homini aſſignato celebrari juſſit poſt feſtum ſancti Michaelis 29. Septembris. Palatius in 2. diſt. 11. diſpur. 1. ante hoc decretum cenſuit illam eſſe de fide certam. Sane pluſquam temeraria eſt.

Accedunt rationes, prima eſt om- III.
nes homines per ſpecialem providentiam Dei ſunt ordinati ad gloriam adipiſcendam, à cujus conſecutione cùm homo à multis poſſit impediri, vel retardari, quæ plerumque prævidere non poteſt, vel præcavere, rationi congruum fuit ut quilibet homo haberet aliquem Angelum ad ſui cuſtodiam, qui quaſi ſapiens, ac fidelis pædagogus eum præſervaret ac protegeret ab inſidiis & periculis, & inſtrueret, ac excitaret ad bonum.

Quamvis

Quamvis Deus poſſit hæc omnia immediatè & per ſe ipſum præſtare, tamen ſpectat ad ejus providentiam ſuavem, ut quod fieri poteſt commodè per cauſas ſecundas, per ſe ipſum non præſtet, ut patet in reliquis operibus tam naturalibus, quàm ſupernaturalibus. Sic (ex dictis) mundus ſublunaris immediatè regitur per cœleſtem, cœleſtis per intelligentiam, homines per alios homines dirigit & promovet ad ſalutem. A fortiori per Angelos, qui omnium aptiſſimi ſunt. Primò ut occultas dæmonum inſidias arceant. Secundò, ut pericula & impedimenta humana removeant. Tertiò, ut per ſalutaria conſilia & internas inſpirationes promoveant. Confirmatur, quia ordo perfectus univerſi melius ſalvatur hoc modo, ut pars inferior ſubordinetur ſuperiori, & conſequenter ut homo inferior Angelo ſubordinetur per dependentiam ab illo.

IV. Et quamvis Lucæ cap. 15, verſ. 10.
Luc. 15. Chriſtus dicat, *Dico vobis gaudium erit*
verſ. 10. *coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis qui non indigent pœnitentiâ.* S. Matthæus cap. 18. verſ. 13. *Quæ non erraverunt.* Arias. *Quæ non opus habent pœnitentiâ.* Lucæ ſupr. verſ. 10. *Gaudium erit coram Angelis Dei.* S. Gregorius Nyſſenus. *Siquidem*
S. Greg. Nyſſen. *gaudium ſit Angelis Dei ſuper his, quæ ex peccato reſipiſcentes ſalvi fiunt.* San-
S. Bonaventura. ctus Bonaventura. *Gaudent & Angeli de pœnitentiâ hominis peccatoris, quia destruitur culpa, reſtituitur juſtitia, confutatur dæmonum ſuperbia, efficax efficitur Angelorum cuſtodia, reparatur Eccleſia, placatur ira divina, & reſtauratur Ieruſalem.* Ad hoc dico ex eo quod Eccleſia cuilibet homini aſſignat ſuum Angelum tutelarem, non idcò negat cæteros Angelos de noſtrâ ſalute eſſe ſollicitos, & nobis datâ occaſione prodeſſe, cùm ex Apoſtolo Hebr. cap. 1. verſ. 14. *Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis.* Sed dumtaxat docet ſpecialem curam ſingulorum hominum eſſe ſingulis Angelis demandatam, ita ut ſint quaſi ſinguli pædagogi, qui deputantur ſingulis pueris, quamvis omnes univerſalem curam gerant de omnibus, & ſic refutatur Calvini opinio.

Dices cum Hugone à S. Victore in ſumma tract. 2. cap. ultimo, & Magiſtro ſentent. in 2. diſtinct. 11, cap. 3. V.
quemadmodum cura multorum aſſignatur unico, ut Regi totius regni ſollicitudo, ſic uni Angelo multorum hominum cura. Reſpondeo duobus modis unum hominem deputari ad tutelam multorum. Primò ad promovenda propria bona perſonalia unius hominis, ſic ſingulis hominibus ſinguli homines deputantur. Secundò ad bonum publicum communitatis promovendum, ſic unus homo multis præficitur. At Angeli non deputantur ſolùm ad bonum publicum communitatis, ſed etiam ad proprium & intrinſecum ſingulorum hominum, idcò Angeli ſinguli hominibus ſingulis committuntur. Reſpondeo ſecundò, ideò unum hominem dumtaxat pluribus præfici, ut regiminis politici ordo ſervetur, qui conſiſtit in ſubordinatione multorum ad unum. Quæ ratio non convenit Angelo reſpectu hominum, quia homines non reguntur in formâ regiminis politici, ſed interni & ſpiritualis per conſilia & inſpirationes accommodatas genio & naturæ cujuſlibet.

§. 3.

Angelica cuſtodia ceſſat in morte hominis.

ANgeli Cuſtodis tutela morte hominis terminatur, Ratio I.
eſt, quia defunctus vel Beatitudinem, vel pœnas æternas acquirit. Si Beatitudinem confirmatur in bono, ſi damnationem perpetuatur, obſtinatio in malo, ſicque nullum eſt periculum à bono deficiendi, vel ſpes reſipiſcendi à malo, & ita cuſtodia Angelica non eſt neceſſaria, quæ illos vel à malo evocet, vel ad bonum provocet.

Animæ in Purgatorio propriè non II.
indigent Angelicâ cuſtodiâ. Ratio eſt

 quia

tunc nequeunt amplius in bono proficere, vel à bono deficere; ſed indigent præſentiâ Angelorum tantùm vel ad ſui conſolationem, vel ut ab illis confortentur ad cruciatus & dolores patienter tolerandos. Vel ſi verum eſt animas ibi detentas frequenti dæmonum aſpectu terrendos Angeli boni eos fugant & arcent. Sicque concedo aliquem erga illos cuſtodiæ actum exercere, & eas poſt mortem è corpore comitari in purgatorium. Probabilius enim eſt, quod potius à bonis, quàm à malis illuc deducantur.

III. Angeli curam hominis exercent quamdiu viator eſt, Ratio eſt, quia hoc eſt conſentaneum divinæ Providentiæ circa omnes homines. Nam Angeli ſunt Dei inſtrumenta in procurandâ hominum ſalute. Sed Deus toto tempore, quo homo viator eſt, gerit curam peculiarem noſtri. Igitur Angeli eandem curam gerunt erga homines ſibi commiſſos. Major patet ex Hebræorum cap. 1. *Nónne ſunt adminiſtratorii ſpiritus, &c.* Patet minor, quia quamdiu homo eſt viator indiget omnibus præſidiis ad ſalutem conſequendam neceſſariis, alioquin non tam eſſet viator, quàm in termino conſtitutus, proindèque Deus habet ſpecialem curam illius, conferendo ei cuncta ad ſalutem neceſſaria, ut docent Theologi tractatu de Sacramentis & alibi. Patet hæc cõſequentia, inſtrumentum cauſæ principali conformatur. Si igitur Deus noſtræ ſalutis cauſa principalis nunquã hominem viatorem deſerit, quamvis frequenter eum labi in peccatum, in eo obdurari ac obſtinari permittat, ita nec Angelus viatorem ſibi commiſſum deſerit, quamvis juxta divinæ providentiæ & voluntatis beneplacitum ſæpè in peccatum labi & obſtinari permittat. Confirmatur, cuſtodia enim Angelorum inter divina auxilia ordinata gratiæ recenſetur, quæ viatoribus à Deo communicatur, nec unquam à Deo denegatur, nec conſequenter Angelica cuſtodia.

IV. Nec obſtat quod Deus Iſaiæ c. 5. v. 4. dicat. *Quid eſt quod debui facere vineæ meæ & non feci? &c. Auferam ſepem ejus, &c.* Gloſſa per ſepem intelligit cuſtodiam Angelicam. Et Jeremias cap. 51. verſ. 9. *Curavimus Babylonem & non eſt ſana.* Angeli autem ſunt medici. Idem docet S. Baſilius in pſalm. 33. Confirmatur. Angeli deſerunt Civitates, ut patet ex Iſaia & Jeremiâ citatis ob ipſarum ſcelera, igitur & homines. Reſpondet Divus Thomas 1. part. quæſt. 113. art. 6. loca citata non intelligi de deſertione totali, ſed particulari, quia permittunt Angeli affligi & labi in peccatum. Sic Deus dicitur reprobare, indurare, obcœcare. Quando verò in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Angeli dicunt *Relinquamus has ſedes*, explicandum eſt de Angelis templi Jeroſolymitani tutelaribus poſt templum deſtructum abeuntibus.

§. 4.

Angeli majorem curam noſtri gerant quàm parentes.

PUeris natis ita adſunt Angeli, ut eorum cura parentum ſollicitudinem ſuperet, Geneſis cap. 21. verſ. 12. Agar videns filium ſuum Iſmaelem ferè exanimem, ſibique deficere aquam in utre, aliaque ad ejus vitam ſublevandam neceſſaria. *Abjecit puerum ſubter unam arborem, quæ ibi erat & abiit, ſeditq; è regione procul, quantùm poteſt arcus jacere ea.* Quomodò Agar deſeris filium tuum? ubi ſunt viſcera tua? ubi ſinus? ubi amor? ubi cura pueri tui, cur cum illo vitam & ſpiritum exhalare non cupis? S. Ambroſius loquens de fratre ſuo Satyro in quadam oratione de illo. *Nihil* (inquit) *mihi profuit ultimos hauſiſſe anhelitus mihi flatus meos inſpiraſſe morienti,* & tu tantùm abeſt, ut ei commori velis, vel vitam reſtituere, quin potius quaſi extranea ipſum deſeris, ab eoque recedis. Undè Angelus tuas vices obit, teque quaſi pietatis maternæ immemorẽ repræhendit. *Quid agis Agar?* Theodoretus ibi quæſt. 2. *Aptiſſimè profectò* (inquit) *Deus per Angelum, qui ad puerum procreandum pertinebat, effatus eſt.* Quibus verbis I.

Gen. 21. verſ. 12.

S. Ambr.

Theodoretus.

Digitized by Google

verbis innuere videtur Angelos eo modo erga pueros ſe gerere, quo paſſim in lœculo tutores pupillorum: his enim altero parente orbatis tutores deputantur, qui majorem eorum curam aliquando gerunt quàm ſuperſtes parens. Huic explicationi favere videtur Origenes homil. 8o circa cap. 21 Geneſis. *Angeli* (inquit) *in cælo de profectibus hominum gloriantur, ipſi enim velut procurationem animarũ noſtrarum tenent, quibus dum adhuc parvuli ſumus velut tutoribus & actoribus committimur, aſque ad præfinitum tempus à Patre.* Cui ſubſcribens ſanctus Bernardus ſermone 12. in pſalm. *Qui habitat*, explicans illa verba. *Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Subdit. *Quia neceſſarius eſt pædagogus, immò etiam baculũ præſertim parvulo inter hæc gradienti in viis tuis cuſtodiens te & deducent parvulum, cæterum non te patientur tentari ſupra quàm ſuſtinere potes, ſed in manibus tollent te, ut pertranſeas offendiculum, quàm facile tranſit qui illis portatur manibus, quàm ſuaviter juxta vulgare proverbium natat, cujus alter ſuſtentat mentam.* Adeò ut de Angelis reſpectu maximè puerorum verificari poſſit quod Sapientiæ cap. 16. verſ. 15. ait Salomon. *Propter hoc & nunc in omnia transfigurata omniũ nutrici gratiæ tuæ deſerviebat ad voluntatem eorum, qui à te deſiderabant.* Quæ verba exponens Theodoretus oſtendit quomodò inter alias creaturas Angelus varias formas aſſumat, ut puero Jeſu inſerviat, quod de omnibus parvulis dici poteſt. *In præſepi* (inquit orat de Chriſti Nativitat. & de Stellâ quæ Magos adduxit) *poſitus Dominus, & à ſtellâ denunciatus, non à ſtellâ deſcendente ad Magos, neque enim ſtellæ loca permutant, ſed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet ſtellarum motus inſpicientes. Virtus ſuperna* (nimirum Angelica) *deducens Magos aſſumpſit ſtellæ ſpeciem, & ea doctrinâ ſuâ Chaldæi quod neſciebant agnoſcunt, ut cùm aſtronomiam reſpiciunt ab Aſtro Chriſti myſteria docerentur.* Ecce quomodo Angeli Chriſto, ut homine & maximè pueris famulentur, non tantùm hominis figuram aſſumunt, ſed etiam ſtellæ, &c.

Origenes

S. Bernardus.

Sap c 10. verſ. 15.

Theodoretus.

Cur ô Angeli tam ſpecialiter aſſiſtitis pueris, cùm Matth. cap. 18. verſ. 10. ſeverè prohibeat Chriſtus quidquam moleſtiæ inferri pueris. *Videte nè contemnatis unum ex his puſillis.* Et pro ratione ſubdit. *Nam Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei.* Quaſi diceret, ſemper mihi pro illis adſunt, patrocinantur coram Deo, parvulorum cauſam agere parati, imò & vindictam ſumere, ſi aliqua injuria illis inferatur. Quia pueri in militiâ cœleſti ſunt adhuc tyrones, necdum benè geſtare arma didicerunt. Id innuere videtur Origenes homil. 6. ſuper cap. 5. Judic. ubi oſtendit quare Angeli tam ſedulò inſervierant populo Iſraelitico egredienti de Ægypto, & pro ratione affert eorum adhuc imbecillitatem, & tyrocinium. *Populus* (inquit) *Iſrael cùm inciperet exire de Ægypto & tranſire mare rubrum, nihil ipſius proprio labore, ſed totum per Principes, id eſt per Angelos agebantur. Denique ſic dicit Moyſes, populum vos docebitis, & Dominus pugnabit pro vobis Exodi cap. 14. Apertè enim Angelus vaſtator pro eis pugnaſſe deſcribitur, qui Ægyptiorum primogenita interemit: verùm non ſemper expectandum eſt, ut Angeli pro nobis pugnent, ſed in initiis noſtris à Principibus adiuvamur. Cæterùm proceſſu temporis oportet etiam nos ipſos exire armatos ad prælia, ante enim quàm bella diſcamus à Principibus Angelis ſublevamur, antequam panis cæleſtis conſequamur annonam, & carnibus agni immaculati ſatiemur, donec parvuli ſumus, & lacte alimur, & nutrimur, Chriſti ſermonem tenemus tanquam parvuli ſub procuratoribus agimus.* Quæ verba à fortiori intelligenda ſunt de iis, qui naturaliter parvuli ſunt, & rationis adhuc ſunt impotes. II

Mat. 16 verſ. 10.

Origenes

Quomodò Angeli tantam curam & ſollicitudinem ſumunt pro nobis? quorum pulchritudo tanta eſt, ut Propheta Daniel, qui per caſtitatem ad Angelicam puritatem proximè accedebat, viſo pulchritudinis Angelicæ fulgore, ita obſtupefactus fuerit, ut penè exanimis manſerit, cap. 10. verſ. 8. *Non remanſit in me fortitudo,* III

Dan. 10. verſ. 8.

ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quidquam virium. Si hic Propheta divinis colloquiis & revelationibus aſſuefactus non tantùm obſtupuit, ſed etiam in animi & naturæ deliquium cecidit viſo Angelo. Imò ſi ipſe Joannes Apocal. cap. 19. verſ. 10. Chriſto, & Beatæ Virgini tam familiaris viſâ ſpecie Angelicâ præ ſtupore ſtatim corruit ad pedes ejus. *Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum, &c.* Quomodò
Apoc. 16 ad parvulorum cuſtodiam, tutelam
verſ 10. ſe demittunt Angeli. Dum ita ad parvulorum & omnium noſtrorum cuſtodiam deputantur nihil naturæ ſuæ & nobilitatis deperdunt, ſed majorem excellentiam ſibi comparant. Audi illa verba quibus Judic. cap. 4.
Iudic. 4. verſ. 8. verſ. 8. Baruch ire juſſus reſpondet Deboræ Prophetidi. *Si veneris mecum vadam, ſi non volueris venire non pergam.* Quibus verbis teſte Auguſtino quæſt. 26. Septuaginta addunt. *Neſcio diem in quâ proſperat Dominus Angelum meum.* Quomodò loquimini proſperat? Quam proſperitatem ac fœlicitatem ex noſtrâ cuſtodiâ poſſunt Angeli conſequi? Maximam. Nihil enim fœlicius Angelis accidere poteſt quam dum pupillis benè ſuccedit.

§. 5.

Angeli poſt Incarnationem Eccleſiæ & noſtræ ſaluti magis incumbunt.

I. Lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 44. dum Elias oraret in Carmelo. *Ecce nubecula parva, quaſi ve-*
l. 3 Reg 18.v.44 *ſtigium hominis aſcendebat de mari. Qui ait, aſcende, & dic Achab junge currum tuum, cumq́; ſe verteret huc atque illuc. Ecce cœli contenebrati ſunt, & nubes & ventus, pluvia grandis.*
Joan. 44. Joannes 44. Patriarcha Jeroſolymitanus lib. de inſtitut. Monachor. cap. 35. ſic hanc viſionem explicat. *Achab, qui fraternitas paternitatis interpretatur, ſignificat Dei filium, inter quem & genus humanum, antequam ipſe incarnaretur erat fraternitas tantùm paternitatis. Quia à quo Patre fuit Dei Filius æternaliter genitus, ab eodem Patre fuit creatum genus humanum. Hinc Dei Filius non confunditur patrem ſuum appellare patrem eorum dicens Ioannis cap. 12. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum, ſed quia inter genus humanum & Dei filium antequam ipſe incarnaretur non erat fraternitas maternitatis, quoniam Dei filius nondum erat à Patre natus. Ideò optimus cœtus Diſcipulorum Eliæ, ut hæc fraternitas in eos fieret aſcendit per orationem ad Achab, id eſt Dei Filium. Et ſicut Elias præceperat, ita ſuppliciter Dei Filio dicebat, junge currum tuum. Currus quidem à currendo eſt dictus. Eſt enim vehiculum circularis figuræ & habilis ad portandū onus. Significat autem divinum filii Dei naturam, quæ eſt circularis, id eſt æterna, currens inſtar carri principio & fine carens, per quam divinam naturam ipſe pſal. 18 Exultavit ut gigas ad currendum viam, portans ut Apoſtolus ait Hebr. c. 1. Omnia verbo virtutis ſuæ. Dicebat ergò ſuppliciter tunc ſibi puer, id eſt cœtus diſcipulorum Eliæ, junge ſcilicet noſtra natura currum tuum, id eſt æternam naturam tuam, & deſcende ad nos. Ne te occupet, id eſt retardet, ſed magis provocet pluvia ſcilicet quod deſcendis ſicut pluvia. Decet enim te ſicut pluvia in vellus deſcendere, quoniam vellus pluviam in ipſum ſine ſtrepitu deſcendentem accipiendo vel reddendo non rumpitur, ſed integrum ſervatur. Ita quoque te decet taliter abſque ſtrepitu operationis humanæ in Nubeculam, id eſt Virginem Mariam placido illapſu deſcendere, & currum tuum, æternam naturam humanæ naturæ in utero Virginis jungere, ut Virgo te Deum ſimul & hominem concipiendo, deindè pariendo non rumpatur, ſed integra in ſuâ virginitate conſervetur. Fuerunt autem exauditi Eliæ diſcipuli in hac ſupplici precatione, ſicut ſequitur in prædictâ viſione. Cumque (inquit) ſe verteret huc atque illuc, ſcilicet ad contemplandum in adoleſcentulâ ſpontaneam virginitatem, atque illuc ſcilicet ad deprecandum pro deſcenſu Filii Dei ſummam Deitatem. Ecce cœli contenebrati ſunt, & ventus, & nubes, facta eſt pluvia grandis.*

grandis. Per cœles, honor, virtus, & celſitudo filii Dei intelligitur, cujus adventum præſtolans Propheta dicebat pſalm. 143. Domine inclina cælos tuos, & deſcende. Per nubem Virgo Maria ſicut dictum eſt deſignatur. Per ventum Spiritus ſanctus ſignificatur, quemadmodum per Prophetam dicitur pſalm. 147. Flabit Spiritus ejus & fluent aquæ. Igitur cæli & nubes & ventus fuerunt concelebrati, quoniam virtus Altiſſimi ita obumbravit illi virgini, quod Dei Filius per operationem Spiritus ſancti junxit ſibi ex carne Virginis illius animatum corpus humanitatis, quaſi umbraculum ſuæ divinæ lucis. Quemadmodum Gabriel Angelus illi Virgini ita prædixerat, Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, &c. Et tunc facta eſt pluvia grandis, quoniam Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Ecce tota œconomia Myſterii Incarnationis ad vivum figurata, & explanata per ſanctum illum Patriarchã. Ex eo tempore ſcilicet ut myſterium Incarnationis ſancto Eliæ innotuit Angeli ſancti ſunt illi magis facti ſunt magis familiares. Nam toto cap. 17. & 18. lib. 3. Regum nulla fit mentio Angeli, non comparent, non loquuntur, ſed

l. 3. Reg. 19. v. 5. verſ. 7. cap. 19. ſequenti bis Angelus Eliam alloquitur. Verſ. 5. *Ecce Angelus Domini tetigit eum, &c.* Verſ. 7, *Reverſus eſt Angelus Domini ſecundò & tetigit*

l. 4. Reg. c. 1. v. 3. *eum.* Lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 3. *Angelus autem Domini locutus eſt ad*

verſ. 15. *Eliam, &c.* Verſ. 15. *Locutus eſt autem Angelus Domini ad Eliam, &c.* Et cap. 6. verſ. 17. apparet Eliſeo & ejus puero, ſeu Novitio numerus exercitus Angelorum, de quo poſtea. Sic ante Incarnationem Angelicam viſiones raræ erant, colloquia, conſortia rariſſima, ſed poſt incarnationem, ita familiares fuerunt, ut quaſi lætentur hominum conſortio, diligentiuſque eorum procurent ſalutem.

Eleganter id exprimit Origenes
II. homil. 1. in Ezechielem. *Deſcenderunt Angeli ad nos, quia prior deſcenderat Chriſtus. Quando enim viderunt Principem Militiæ Cæleſtis in terreſtribus*
Origenes *locis commorari, tunc per apertam viam ingreſſi ſunt ſequentes Dominum ſuum, & parentes voluntati ejus, qui diſtribuit cuſtodes credentium nomini ſuo; Tu heri ſub dæmone eras, hodie ſub Angelo. Obſequuntur ſaluti tuæ Angeli, conſtituti ſunt in miniſterium Filii Dei, & dicunt inter ſe, ſi ille deſcendit, & mortali indutus eſt carne, & ſuſtinuit crucem, & pro omnibus mortuus eſt, quid nos quieſcemus? quid parcimus nobis. Eia omnes Angeli deſcendamus de cælo, ideò & multitudo cæleſtis exercitus erat laudantium Deum, quando natus eſt Chriſtus, omnia Angelis ſunt plena.* Exultant Angeli magis quàm ante ex quo myſterium Incarnationis illis fuit patefactum: quia animadvertunt per illud ſuas ruinas brevi reparandas, per homines pœnitentes, & à peccato abſtinentes, ita ut de illis illud Poetæ cani poſſit.

Creſcunt in tumulum ſtrages vallemq́ profundam
Æquavere jugis.

D. Bernardus ſermone 5. in Vigilia Nativitatis Domini id inſinuare videtur. *Ipſi nos Angeli ſancti nos deſiderant nonnè in vermiculis iſtis, & de pulvere* S. Bernardus.
iſto reſtaurandi ſunt muri cæleſtis Hieruſalem. Putatis quantùm deſiderant cives cæleſtis inſtaurari Civitatis ſuæ ruinas? Quomodo ſolliciti ſunt, ut veniant lapides vivi, qui coadificentur eis. Quis erit Faber, quis lignarius, quis latomus erit, qui iſtas ruinas æquare vel reparare poſſit, qui illud ædificium reficere poſſit? Chriſtus. Undè tam ſæpè ſcriptura illum exhibet modò cum menſurâ, modò cum fune, modò cum alio inſtrumento latomi, fabri. Hinc D. Bernardus conſequenter oſtendit nos Angelos feciſſe, vel potius Angeli fieri per pœnitentiam, quia ſcilicet eorum locum & ruinas implemus. *Exultare Angelos fecimus, quando converſi ſumus ad pœnitentiam, proficiamus & feſtinemus implere in nobis eorum lætitiam.* Et ſermone 1. de ſalute Angelica, ſic ſanctos Angelos affatur. *Conſtat ſine dubio rationis participes & capaces Beatitudinis humanas animas Angelicæ cognatas eſſe naturæ: Nec decet vos, ò Beati Spiritus, contra legis præceptum dedignari, quam viſitare debetis ſpeciem veſtram, licet in multam, ut ipſi cernitis dejecta ſit vilitatem, ſed neque arbitramur vos ſuperni cives civitatis veſtræ exidio delectari*

&

& ruina murorum, quos ſemirutos videtis, cujus inſtaurationem ſi deſideratis, ut dignum eſt, frequenter quaſo ante thronum gloriæ verbum precis iterate dicentes pſalm 59. verſ. 20. Benigne fac Domine, in bonâ voluntate Sion, ut ædificentur muri Ieruſalem. Si diligitis decorem domus Dei, imò quia diligitis, experiantur zelum veſtrum, & rationales lapides, qui ſoli in inſtaurationem ejus vobis poſsint readificari. Deindè oſtendit hoc eſſe præcipuum motivum cur Angeli ita nos diligant, & tantam noſtri curam gerant. *Hic eſt dilectiſsime funiculus triplex, quo de excelſo cælorum habitaculo ad conſolandos, ad viſitandos, ad juvandos, nos attrahit ſupereminens charitas Angelorum, propter Deum, propter nos, & propter ſeipſos. Propter Deum utique, cuius tanta ſunt erga nos miſericordia viſcera, ipſi quoque, ut dignum eſt imitantur. Propter ſimilitudinem miſerantur propter ſeipſos, quorum ordines inſtaurandos ex nobis toto deſiderio praſtolantur.* Quaſi diceret Angeli noſtrā ſalutem tantâ ſollicitudine procurant ut funiculum ipſimet aſſumant ad menſurandos muros ſuæ civitatis Jeruſalem qui quotidie per homines juſtos reparantur.

III. Videre vis eorum ſollicitudinem, ſtudium, laborem, patet primò in noſtrâ Hiſtoriâ. Nam cum Elias laſſo corpore & deficientibus viribus ſub ſpinoſâ & infœlici plantâ jacebat eum Angelus à ſomno excitavit lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 5. *Angelus Domi-*
I 3. Reg. *ni tetigit eum, & dixit illi ſurge & co-*
19. v.5. *mede. Admirans* (inquit Dionyſius)
Dionyſ. *à quo eſſet ſuſcitatus: ſed Angelus, ut apparet jam diſparuit. Vndè à Ioſepho vocatur Angelus. Sed aliquis hinc conjicere poteſt eiuſmodi Angelum fuiſſe Eliæ cuſtodem, qui viſibiliter quidem ab illo diſparuerat, tamen ab illo inviſibiliter nunquam ſeparabatur. Nam ſolent Angeli ſpecialiter, & viſibiliter adeſſe in peregrinationibus, variiſq; itinerum diſcriminibus, ſuoſq; clientes ſervare.* D. Baſilius in primum pſalmum. *Aſpera, acclivi, & ardua via Angelus*
S.Baſil. *præſidet bonus, qui per ſtrenuos pro paranda virtute labores ad finem beatum ſequaces ſuos ducit.* Quid Angelus illum excitans dicat, audiamus. *Dixitq; illi ſurge.* Hic parùm hæreamus. Illum excitans à ſomno, potuit illi loqui? Non enim apparet, quomodò Elias adhuc dormiens ejus ſermonem potuerit percipere? cùm auditus ſit privata officina, quæ recipit cerebri influxum & ſpiritus, quorum miniſterio perficiuntur ſenſationes. Reſpondet Thomas à Vega in ſuis commentariis ſuper cap. 3. Galat. de locis aff. Valeſius lib. 4. contra Med. & Philoſ. Frucaſtorius lib. 1. de intell. Cominb. in lib. Ariſtotelis de ſomno & Vigiliâ cap. 6. In dormientibus inſtrumentorum externorum non omnino deſtitui influxu cerebri, nec ita à ſpiritibus animalibus derelinqui, ut aliquibus eorum non utantur, quorum opera non poſſunt percipere vehementia ſenſibilia. Quando igitur dormientem alloquitur, & clamat, anima ſtimulata, & provocata appulſu ſoni, & imaginis auditoriæ, concurrit ad actum audiendi, & dignoſcit, ac diſcernit ſonum. Primò quidem obſcurè, & quaſi per umbram, ſed ſtatim poſt clarius & diſtinctius, ac ſubindè conatum faciens vi expultrici majorem copiam ſpirituum immittit, quorum irruptione aditus ſenſus communis, & viæ ad ſenſoria etiam reſerantur. Et ſic qui ante conſopitus erat evigilat.

Aliqui tamen ſunt, qui difficulter ſolent à ſomno excitari, ita ut perculſi vix ſibi reddantur. Cauſa hujus rei eſt, quia per obſtructiores meatus habent, vel retinent in ſenſuum organis pauciores ſpiritus, vel ſi retineant hebetiores ſunt. Potuit ergò Elias ab Angelico ſermone excitari. Hoc modo videtur Chriſtus dormientes Apoſtolos excitaſſe Matthæi cap. 26. verſ. 40. *Invenit eos dormientes, & dixit Petro ſic non potuiſtis unâ horâ vigilare mecum.* Vel Marci cap. 14. verſ. 37. *Et ait Petro, Simon dormis, non potuiſti unâ horâ vigilare.* Non dicitur tetigiſſe ut hic Angelus, vel percuſſiſſe Petrum, ut Actor. cap. 12. Sed tantùm dixiſſe, quaſi ſuo ſermone eum à ſomno excitarit. Probabile tamen Eliam ſolo tactu Angelico fuiſſe expergefactum, cùm facilius dormientes tactu quàm ſono excitentur. Hinc IV.

Plinius

Plinius.

Plinius loquens de lethargicis, & iis qui torpore, & inexplicabili penè ſomni neceſſitate cum alienatione mentis vexantur, ait quod nullo faciliori modo excitantur, quàm tactu, lib 22. cap. 13. *Vrtica lethargicos, expergeſcit tactis cruribus magisq́ fronte.* Sic tactu excitavit Petrum gravi ſomno correptum.

V. Sed cur Angelus excitavit Petrum percuttendo latus ejus, & iterùm illum alloquitur Actor. cap. 12. *Surge, &c.* Et Eliam etiam præter tactum alloquitur lib 3. Regum cap. 19. *Surge,* cùm tactus ſufficeret? Dicendum eſt utriuſque Angeli vocem non referri ad expergeſactionem Petri vel Eliæ, ſed dirigi ad ea, quæ iſtam expergefactionem ſubſecuta ſunt, ſcilicet in Petro ad velocem ſurrectionem, fractionem, apertionem. & ſolutionem vinculorum: In Eliâ verò ad reſumendos animos, priſtinum zelum animarum, iteratam commiſſionem, & itineris proſecutionem. Cur Chriſtus ſolo verbo excitat Apoſtolos gravi etiam ſopore oppreſſos, Angelus verò tactum ad excitandū Eliam adjicit, cùm ex dictis experrectio facilius fiat tactu, quàm verbo. Et quandoquidem (ut notant Matthæus & Marcus.) *Erant oculi diſcipulorū gravati,* ſcilicet ſomnolentia & vapore, ut ait Dionyſius. Reſpondeo hoc factum fuiſſe ad denotandum diſcrimen inter veterem & novam legem. Nam in veteri lege Deus agebat cum Judæis, & Synagogâ, eoſque urgebat pœnis, & flagellis At in novâ lege fideles ad virtutem verbo inducit, juxta illud D. Jacobi cap. 5. verſ. 19. *Genuit nos verbo veritatis.* Et Apoſtoli ad Galatas cap. 4. verſ. 19. *Filioli quos iterùm parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Quod autem loquatur de partu, qui fit per verbum, innuit 1. Corinth. cap. 4. verſ. 15. *Per Evangelium vos genui.* Quod Synagogam minis & terrore regeret, Eccleſiam verò monitis & amore gubernet, innuit ad Galatas cap. 5. verſ. 13. *Vos (inquit) in libertatem vocati eſtis, tantam ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſervite invicem* id-eſt, per Evangelium eſtis liberi à ſervitute oneroſâ, & inutili tot præceptorum & cæremoniarum legalium, cavete nè excuſatione hujus libertatis faciatis velut equi indomiti, quidquid libuerit, ſed cùm aliud jugum charitatis priore quidem jugo validius, ſed tamen levius & jucundius vobis impoſuerit, ſervite Deo & proximo, non ex timore, ſed ex charitate, non metu pœnæ, ſed amore juſtitiæ.

Iacob 5. verſ. 19.
Galat 4. verſ. 19.
Galat. 5. verſ. 13

VI. Vel dico ſecundò à Chriſto Petrum fuiſſe excitatum correptione gravi & clamore, quæ æquivalebat tactui levi, quo Angelus Eliam expergefecit. Sic Lucil. *Ego* (inquit) *è ſomno pueros, cùm manè expergiſcuntur clamo.* Et patet ex Matthæo. *Dicit Petro, ſic non potuiſti unâ horâ vigilare mecum,* Marco. *Et ait Petro, Simon dormis, non potuiſti unâ horâ vigilare mecum.* Petrum ſpecialiter arguit quia ex Divo Thomâ præ cæteris non ſe ſcandalizandum fuerat gloriatus. *Etſi* (inquit) *omnes ſcandalizati fuerint, ego nunquam ſcandalizabor.* Item. *Tecum paratus ſum in carcerem ire.* Secundò, quia (inquit Barradius) Petrus reliquorum primus erat, & dux, eique claves Regni Cœlorum traditurus erat. Tertiò, ideò ad Petrum ſermonem & oculos direxit, quia primus omnium id pollicitus fuerat, ut notat Janſenius Gandavenſis. Sic, ſiccinè ô Petre, te modò exhibes? ſiccinè te promiſiſti facturum? Quomodò animam tuam pones pro me? Arguendo ergò temeritatem eorum in promittendo audaciam eos magis à ſomno excitat, quam ſi leviter eos tetigiſſet.

Lucil.

VII Quod autem iſtâ correptione diſcipulorum non tantùm in promittendo temeritatem, ſed etiam ſomnolentiam & torporem facilius & citius excitare voluerit; Patet, nam ubi vidit illos excitatos, ſic benignè & humanè alloquitur, & monet *Vigilate & orate* Licet Theophilactus in cap 26. Matthæi exiſtimet hæc verba à Chriſto dici ut eos excuſet. *Poſt quam* (inquit) *reprehenſione eos perſtrinxit curat dicendo, ſpiritus quidem promptus eſt, at carnis obſiſtitur imbecillitas, hoc eſt veniâ vos dignos quod*

Theophilactus.

non propter contemptū obdormiveritis, ſed propter infirmitatem. Vndè poſthac quia infirmi eſtis non ſitis tam audaces, ſed orate, ut in nullam intretis tentationem.

VIII. Sed cur Angelus Actor. cap. 12. verſ. 7. ait Petro. *Surge velociter.* Eliæ verò *Surge.* Cùm Eliæ grandis via reſtaret facienda, non verò Petro? Dico primò Eliam non moneri ut ſurgat velociter, quia erat corpore debilis ob mœrorem. Triſtitia enim maximè debilitat, lib. 1. Machab. cap. 6. verſ. 8. *Rex Antiochus decidit in lectum & incidit in languorem præ triſtitiâ.* Undè verſ. 13. ait. *Cognovi ergò quia invenerunt me mala iſta, & ecce pereo triſtitiâ magnâ in terrâ alienâ.* Tobias cap. 6. verſ. 11. Junior ait Angelo. *Cùm ſum unicus parentibus meis depo nam ſenectutem illorum cum triſtitia ad inferos.* Hinc Eccleſiaſtici cap. 30. verſ. 25. *Multos occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illâ.* Secundò, Elias erat debilis ob jejunium. Cicero 4. Philip. *Qui jejuni ſunt minimum habent virium.* Tertiò Elias erat, fatigatus, ſic Chriſtus Joannis cap. 4. ob nimiam corporis debilitatem fatigatione cauſatam. *Sedebat ſic.* Ideſt (inquit Cajetanus) *Eo modo quo ſolent defatigati.* Divus autem Petrus nec mœſtus, nec jejunus, nec fatigatus erat. Undè S. Chryſoſtomus, vel quiſquis alius ſit in encomio vinculorum Petri apud Surium die 1. Auguſti. *His* (inquit) *catenis Apoſtolus ornabatur, his exultans ac geſtiens ſe oblectabat,* Idem Divus Chryſoſtomus homil. 26. in acta. *Vide* (inquit) *Petrum dormientem, & nequaquam in mentis agone conſtitutum.* Dico 2. Petrum juſſum eſſe ſurgere velociter, non ut vult Cornelius, quia ſomnum Petri excutere volebat, & ſomnolenti ſunt lenti & tardi, alioqui Elias juſſus eſſet ſurgere velociter, ſed quia Elias invitabatur ad comedendum, Petrus verò ad egrediendum è carcere; comeſtio autem non ita urgebat, ſicut egreſſus è carcere. Dico tertiò, Petrus jubetur ab Angelo ſurgere velociter, non (ut exiſtimat idem Cornelius,) quia Angeli ſunt veloces, alacres, agiles, ut potè ſpiritus Dei mandata exequentes, juxta illud ad Hebr. cap. 1. verſ. 7. *Qui facit Angelos tuos ſpiritus & miniſtros ut flammam ignis.* Quaſi à Petro ſimilem velocitatem in agendo exigat; idem enim de Angelo Eliam excitante dici poſſet. Sed dicendum eſt Angelum dixiſſe Petro *Surge velociter*, nè cuſtodes excitarentur. Licet enim cuſtodibus continuare poſſet ſoporem quamdiu vellet, tamen noſtro captui ſe accommodabat, oſtendens expedirè & velociter, & ſine torpore & langore periculum ſalutis & vitæ evitandum, & perſuadendum juxta illud Eccleſiaſtici cap. 13. verſ. 27. *In omnibus operibus eſto velox, & omnis infirmitas non nocebit tibi.* Sic Geneſis cap. 19. verſ. 22. *Dixit Dominus ad Loth, feſtina, & ſalva te ibi, quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc.* Lucæ cap. 19. verſ. 5. *Zachae feſtina deſcende.* Angelus verò Eliæ non addit velociter, quia nullum erat vitæ periculum, cùm eſſet ab omni hominum conſpectu & notitiâ remotus. Dico Quartò Angelus ait Petro *Surge velociter*, non verò Eliæ, quia Petrus erat caput Eccleſiæ, *Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſiâ pro eo*, tanto ardore ut ejus Angelus cogeret illum quantocius eum liberare. *Nam* (inquit D. Chryſoſtomus citatus à Surio 1. Auguſti. *putabant Iudæi illud futurum, ut ſi Petrum de medio ſuſtuliſſent, facile reliquos Apoſtolos ſuperarent.* Imò tota Eccleſia eandem de ipſo opinionem habebat, quandoquidem inceſſanter oraret pro eo incarcerato quod non legitur de aliis Apoſtolis ſimiles preſſuras, & carceres patientibus. Ratio eſt. *Ille enim* (inquit Proclus) *qui contrarias voces emittebat quique in Conciliis, & in Synagogis adverſarius certabat, & Ieſu nomen palam prædicans, invocato ejus nomine præcipua quadam miracula faciebat.* Et infra. *Verè hic eſt Apoſtolorum firmamentum, & ſacratus cælorum Magiſter, arcanorum Interpres, nutantiū confirmator, lapſos erigens, firmos conſervans, pœnitentiæ ardentiſſimus.* Elias autem licet dici poſſit tunc caput Synagogæ, & in fine mundi caput Eccleſiæ, ſaltem Prophetas omnes ſuperet in gradu divinæ revelationis, & viſionis, in flore

Marginal notes: Act. 12. verſ. 7. — Eccl. 30 verſ. 25. — S. Chryſoſtom. — Hebr. c. 1 verſ. 7. — Eccl. 31. verſ. 27. — Gen. 19. verſ. 22. — Luc. 19. verſ. 5. — S. Chryſoſtomus — Proclus.

flore virginitatis, in animi firmitate, & laborum tolerantiâ, in miraculorum gloriâ, in Martyrii glorioſo triumphò, ut notat Cammartus in lib. de geſtis Eliæ Prophetæ cap.6. ſect. 5. & excellentior Moyſe ſecundùm Anaſtaſium Synaitam lib. 3. Hexamer. & Angelus vocetur ab Iſidoro lib. de ortu & interitu prophetarum, ut notat Cammartus lib. de geſtis Eliæ, cap. 3. ſect. 12. Et Petrum ſuperet vitæ innocentiâ, & puritate, non tamen ejus vita in tanto erat diſcrimine. Synagoga tunc ſacrificium in Carmelo non ita vacillabat, nec ab aliis Prophetis tam inſtanter orabatur pro ejus incolumitate, cùm nemo ſciret ubi eſſet, putarentque eum in ſolitudinem ad vacandum Deo, vel illum conſulendum receſſiſſe, Angelus ait ei *Surge, comede.*

§. 6.

Angelus miſſus ad noſtram cuſtodiam quantam noſtri curam habeat.

1. LIb. 3. Reg. cap. 19. verſ. 5. non dicit *Surge, bibe.* Cur Angelus nunc & antea potius invitat ad cibum, quàm potum ſumendum, cùm uterque ibi adeſſet? & Elias magis ſitire quam eſurire videretur? Primò enim fatigatus erat, fatigati autem potum potius appetunt quàm cibum. Undè
Iob. c. 22. verſ. 7. Job. cap. 22. verſ. 7. *Aquam laſſo non dediſti*, ideſt labore & æſtu itineris exhauſto, arenti & ſiti laboranti potum
Iſaiæ 18. verſ. 11. maximè aquæ non propinaſti. Iſaiæ cap. 18. verſ. 11. *Reficite laſſum.* Ideſt
Iſaiæ 29 verſ. 8. debili & fatigato præbete potum. Et cap. 29. verſ. 8. *Laſſus adhuc ſitit.* Je-
Ierem 31 verſ. 25. remiæ cap. 31. verſ. 25. *Inebriavi animam laſſam, & omnem animam eſurientem ſaturavi.* Ubi laſſa pro ſitibunda & arenti ſumitur. Animæ laſſitudo ſitim generat, ſic Chriſtum fatigatum ex itinere Joannis cap. 4. verſ. 8. urgebat potius ſitis quàm fames (licet Maximus hom. 1. de Eleemoſyna. ſivè Ambroſius dicat ſimulaſſe ſitim, ut occaſionem loquendi cum muliere Samaritanâ acciperet) undè ab eâ aquam quæ ſitim extingueret petiit, ſic Geneſis cap. 24. verſ. 17. Eliezer ſervus *Gen. 24. verſ. 17.* Abraham peracto ſuo itinere petit à Rebecca potum, quæ ei, amicis, & camelis ejus hauſit. Scriptura non dat cibum, ſed potum. Cùm ergò Chriſtus ſumpturus refectionem meridianam (ex textu enim) hora erat quaſi ſexta, ideſt meridies, à ſiti incipiat, inſerendum eſt plus ſiti quàm fame laboraſſe. Undè Nonnus illum textum *Hora erat quaſi ſexta*, vertit *Erat hora afferens ſitim.* Quia ſolis calor vehementius urget, peditesque maximè in Syriâ, Arabiâ, aliisque locis calidis & ſiccis æſtu, fatigatione, & ſiti laborantes locum aquis irriguum petunt, ut refrigerentur. Secundò, Angelus potius ad potum, quàm ad cibum debuerat Elias inducere, quia *mæſtus erat*, mœſti autem magis ſitiunt quàm eſuriunt, quia *Spiritus triſtis exſiccat oſſa*, inquit Sapiens Proverb. cap. 17. Ideſt per triſtitiam humor vitalis qui irrigat, vegetat oſſa per medullas, & cœtera membra deficit & ſiccatur. Cui ſuffragatur Galenus lib. de ſanitate tuenda cap. 16.
Galenus. *Ex triſtitia* (inquit) *homines magis graciles ac magis aridi, ac minus dicto audientes planè cernuntur.* Hippocrates lib. *Hipocrates.*
2. de morbis. *Cura in viſceribus velut ſpina eſſe videtur, atque ita pungere.* Cui accinit Regius Pſaltes pſalm. 31. verſ. 4. *Converſus ſum in ærumna dum configitur ſpina.* Ideſt ſpina triſtitiæ. Addit *Pſal. 31. verſ. 4.* Hippocrates. *Ubi hæc anxietas animum corripit, lucem atque homines fugit, tenebras amat, & timor invadit, aridus eſt, & ad contractum dolet & expaveſcit, &c.* Beatus Antiochus homil. 25. mœrorem febri æſtuanti comparat. *S. Antiochus.* *Monachus* (inquit) *mærore intabeſcens aſſimilis eſt ei, qui æſtuante febre laborat.* At membra & oſſa non marceſcunt & ſiccantur, niſi cùm ſuccus, quem potius invehit in corpore deficit. Igitur ad temperandam iſtam ſiccitatem membrorum auctam præ mœrore, & impediendum celerem extinctionem humidi pinguis à calido naturali, fervoremque ſanguinis moderandum opus eſt aquâ frigidâ, ſeu potu. Hinc Ariſtoteles l. 2. de animâ cap. 3. definiens ſitim per cauſam

 finalem

Ariſtotel. finalem ait. *Sitis eſt appetitus humidi frigidi.* Reſpondeo quod magis debilitatur animal per defectum cibi quàm potus. Undè ut notat Galenus lib 1 de cauſis ſympt. cap. 7. Galenus. *Per famem fit inanitio membrorum deficiente alimento.* Secundò, potus tantùm dicitur inſervire nutritioni, quia alimentum vehit, eique tenuitate ſuâ per meatuum anguſtias, & venarum fluxus viam aperit. Tertiò, cùm ſint tres concoctionis ſpecies quarum meminit Ariſtoteles lib 4. Meteor. cap. 2. ſcilicet elixatio, qualis eſt ea, quâ carnes interventu calidi liquoris coquuntur ad ignem. Aſſatio, quâ carnes ad ignem torrentur. Maturatio, quâ poma matureſcunt. Cùm decoctio alimenti in ventriculo ſit ſimilis elixationi eget humore aliquo, qui per potum ſubminiſtratur, potus autem ille ſeu liquor calidus nō eſt præcipua pars concoctionis. Dico ſecundò quando Angelus dicit Eliæ *Comede*, intelligit tam de potu quàm de cibo, ſicut nomen refectionis, cœnæ, prandii ſumitur pro ſumptione tam cibi, quàm potus. Sic Joſeph Geneſis cap. Gen. 43. verſ. 16. 43. verſ. 16. dicit diſpenſatori domus ſuæ. *Introduc viros*, ideſt fratres meos, *domum, & occide victimas & inſtrue convivium. quoniam mecum ſunt comeſturi meridie* ideſt pranſuri, quod cibi & potus ſumptionem complectitur, 1. 3 Reg. 9. v. 19. Lib. 1. Regum cap. 9. verſ. 19. dixit Samuel ad Saul. *Aſcende ante me in excelſum ut comedatis mecum hodie, & dimittam te mane.* Ideſt, ut cœnetis. Verſ. 24. *Et comedit Saul cum Samuele.* verſ. 24. Et paſſim alibi. Undè poſtea ſubditur *Comedit & bibit.* Dico tertiò, refectionem illam vocari comeſtionem per Synecdochem, quia ſumitur pars præcipua pro toto. Sicut Geneſis cap. 12. Gen. 12. verſ. 5. verſ. 5. dicitur quod Abraham & Loth. *Tulit animas quas fecerat.* Ideſt homines. Sicut Exodi cap. 23. verſ. 20. *Ecce mittam Angelum meum, qui* Exod 23 verſ. 20. *præcedat te, & cuſtodiat te in viâ, obſerva vocem ejus.* Subdit Angelus. *Grandis enim tibi reſtat via.* Sed cur Angelus non innuit quod iter illi reſtet faciendum? & in quem locum illo cibo & potu refectus pergere debeat, nec ſcriptura docet quod Elias ejuſmodi itineris notitiam habuerit? Cur ſolùm dicit, *Grandis tibi reſtat via*. Reſpondeo quod Angelus ſciebat Eliam immediatè poſt comeſtionem ſecundam progreſſurum uſque ad montem Dei Oreb, ut ibi Deum videret & audiret, Angeluſque erat quaſi illius itineris dux & comes ordinatus à Deo, ſicut Raphael Tobiæ cap. 1. Angelus populi Hebræi, Exodi cap. 23. verſ. 20. qui in columna nubis per diem, & ignis per noctem Hebræorum exercitum duxit per deſertum. Quem Michaelem fuiſſe exiſtimat Cornelius. Hic enim præerat Synagogæ, ut nunc præeſt Eccleſiæ. Ait ergò *grandis tibi reſtat via*, cujus ego comes, & dux à Deo deputatus ſum.

Ex hac hiſtoriâ deduco Angelos Cuſtodes corpori neceſſaria nobis ſtudioſiſſimè providere. Hujus ſollicitudinis meminit Vates Regius pſal. 33. verſ. 7. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Hieronymus. *Circumdat in gyro Angelus Domini timentes eum.* Quaſi diceret, eſto, vita noſtra ſit variis obnoxia caſibus & prædonibus, ut inquit Apoſtolus 2. Corinth. cap. 11. verſ. 26. *Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, &c.* Angelus ab omni parte nos tuetur, undique nos circumdat, nè aliquid illorum nobis ullo modo nocere queat. Hebræus habet. *Habitans Angelus Domini circum circa timentibus eum, & liberavit eos.* Scilicet ab omni moleſtiâ corporis; ut patet Geneſis cap. 21. ubi Angelus oſtendit Agar puteum lympidiſſimum, quo Iſmael ſiti morientem reficeret. Daniel. cap. 14 verſ. 34. Angelus apprehendit Abacuc in vertice eius & portat eum capillo capitis ſui, ponitque in Babylone ſupra lacum leonum, ut præbeat Danieli cibos, quos pro meſſoribus ſuis paraverat. Cedrenus in compendio hiſtoriæ Georgius Nicomedienſis homil. de oblatione Virginis in templo. Divus Ambroſius lib. 2. de Virginibus, aiunt Beatam Virginem ſæpè Angelorum

Right margin: II. — Pſal. 33 verſ. 7. — 2. Cor. 11 verſ. 26.

lorum fuiſſe exceptam convivio. Pantaleon apud Metaphraſtem narrat Zachariam Patrem Joannis Baptiſtæ vidiſſe Angelum quæ Mariæ cibos ſubminiſtraret, ſicut nunc Eliæ præſtant. Undè Poza in Elucidario Beatæ Virginis tract. 16. cap. 7. concludit prædictos Angelos fuiſſe cuſtodes, quod etiam nobis adſint itinerantibus manifeſtat Exodi cap.23.verſ.2. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat te in via, & introducat in locum, quem præparavi.* Patet etiam in Tobiâ quem Angelus Raphael ducit, & reducit, & in pluribus aliis ſervat.

III. Id clarè inſinuat Vates Regius
Pſal.90. psalm. 90. verſ. 11. *Quoniam Angelis*
verſ.11. *ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Verſ. 12. *In manibus*
Titelm. *portabunt te nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Titelmannus ſic elucidat. *Ipſe tui ſollicitam curam gerens, mandatum, præceptumq; dedit Angelicis Spiritibus, miniſtris ſuis, de tuâ diligenti & firmâ cuſtodiâ: Videlicet, ut te diligenter cuſtodiant, atque obſervent in omnibus viis tuis, quocumque perrexeris, ut in omnibus actionibus ad quas volueris manum extendere aſſiſtant tibi, teq; ita obſervent, & illuminando perficiendoq; dirigant, ut in nullo à viâ rectâ devies, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinans, neque ab ullâ adverſariorum poteſtate te patiantur nocumentum accipere. Ita videlicet Angelicos ſuos miniſtros tibi adminiſtratores, & cuſtodes conſtituens, quo ſolet Pater Filio unicè dilecto aſſignare cuſtodes; ſuisq; miniſtris ſollicitiſſimè mandare de Filii obſervatione atque cuſtodiâ. Atque hi adminiſtratorii ſpiritus accepto hoc Dei mandato ſollicitiſſimè, perfectiſſimèq; juſſa complere ſatagent, teq; fideliſſimè omni curâ & ſtudio cuſtodient: ita ut quaſi in manibus te portent per viam, quam ambulare volueris, in cunctis actionibus tuis ita tibi ſuo adjutorio aſſiſtendo, ita manifeſtum præſtando auxilium, ut in ulnis te geſtare videantur. Nè quomodo contingat alicubi te pedem offendere ad lapidem, vel aliud quodlibet viæ offendiculum.* D. Bernardus ſerm. 12. in eundem pſalmum eadem verba Vatis Regii mellifluè ponderat *Angelis ſuis mandavit de te.* Hoc modo. *Mira dignatio! & verè magna dilectio charitatis! Quis enim? quibus? de quo? quid mandavit? Studioſè con-* S. Bernardus.
ſideremus fratres diligenter. Commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum? quid enim mandavit? cujus ſunt Angeli? cujus mandatis obtemperant? cujus obediunt voluntati? nempè Angelis mandavit de te ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Nec cunctanter quin etiam in manibus tollant te. Summa ergò majeſtas Mandavit Angelis. Verè domeſticis mandavit de te. Tu quis es? Domine quid eſt homo quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam reputas eum, quaſi verò non ſit homo putredo, & filius hominis vermis? ſed quid putas mandavit? Nunquid ſcripſit contra te amaritudinem? numquid ut contra folium, quod vento rapitur oſtendunt potentiam ſuam, & ſtipulam ſiccam perſequantur? numquid tollant impium nè videat gloriam Dei? Non recedas ab adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorare, nè te illud quandoq; mandetur, quem enim protaxerit Deus cæli, non de eo illud mundabitur, ſed pro eo. O triticum inter zizania, ô granum inter paleas, & lilium inter ſpinas! te cuſtodiunt Angeli. Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, nempè etiam ipſi, qui videntur muri, aut in muro ipſo columnæ his cuſtodibus egemus, & maximè Angelis ſuis. Et infrà. *Quantam tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam: Reverentiam pro præſentiâ, devotionem pro benevolentiâ, fiduciam pro cuſtodiâ. Cautè ambula, ut ſcilicet cui adſunt Angeli, ſicut eis mandatum eſt, in omnibus viis tuis, in quovis diverſorio, in quovis angulo tuo reverentiam habe.* Et paulò poſt. *Adſunt, & adſunt tibi, non modò tecum, ſed etiam pro te adſunt, ut protegant; adſunt ut proſint.*

Digitized by Google

§. 7.

Angelus noſtræ animæ curam habet.

I. QUod ſi Angelus tantùm ſtudium adhibuit, ut corpus Eliæ ab omni morbo immune ſervaret, majorem ſanè habuit curam animæ ejus, ſeu ſi donum illud naturale ſubminiſtravit, ſpirituale illi procuravit, ſcilicet dedit obſonio illi vim ad famem Eliæ pellendam, viresq; ei ſubminiſtrandas ad 40. dies. Quærunt aliqui an cibus ille habuerit vim ſibi inditam ad famem Eliæ pellendam, eique vires confirmandas, Abulenſis quæſt. 8. in cap. 19. lib. 3, Regum putat nullam vim fuiſſe inſitam tali pani ſubcinericio ad pellendam eſuriem per 40. dies, ſed ſumpto illo Deum illi potentiâ ſuâ abſolutâ contuliſſe. Alii exiſtimant Deum vim illam communicaſſe, eo modo quo arbori vitæ in ſtatu Innocentiæ. Quomodocumque ſit, dico ab Angelo hanc vim fuiſſe procuratam. Quuod intelligo ex Dionyſio ibidem. *Dicunt* (inquit) *quidam quod panis ille ab Angelo præparatus habuit vim nutriendi, confortandi corpus Eliæ tamdiu abſque conſumptione, & læſione humidi radicalis à calido naturali. Quod in libro de mirabilibus ſacræ ſcripturæ videtur Auguſtinus ſentire.* Expende *præparatus, &c.* Quod non debet intelligi tantùm de confectione. vel delatione illius, ſed etiam de effectu illo ſupernaturali, quem ſuis precibus præparavit, ſeu obtinuit. Ex quo colligo maximam Angelorum curam ut invigilent ſaluti humanæ.

II. Primum officium ſpirituale Angeli Job cap. 1. verſ. 6. *Factum eſt quaſi dies hac, & venerunt Angeli Dei, ut aſſiſterent coram Domino.* Quomodo ais, *venerunt*? Numquid *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* Igitur cùm ſemper videant Dei faciem ab illâ ſunt inſeparabiles, non veniunt ut coram Deo compareant? nihil refert ſemper vident ejus faciem, & tamen aliquando vadunt & veniunt, ut coram Domino aſſiſtant.

Iob. c. 1. verſ.6.

Id melliflué oſtendit D. Bernardus ſerm. 5. in Vigilia Nativit. Domini explicans illa verba Apocal. cap. 8. verſ. 4. *Aſcendit fumus in conſpectu Domini de manu Angeli.* Subdit. *Sollicitè præmiſit data ei fuiſſe incenſa multa. Noſtros enim ſudores non ſuos, noſtras non ſuas lacrymas offerunt Deo, nobis quoque ejus munera referunt & non ſua, libenter Angeli ſancti miniſtrant nobis.* Expende illud *referunt.*

Apoc. 8. verſ.4.

Id patenter præfiguratum Jacob aſſeritur Geneſis cap. 28. verſ. 11. *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes.* Quaſi diceret licet Beati ſint, facie ad faciem Deum intueantur, tamen aſcendunt & deſcendunt, aſcendunt ut pro nobis intercedant, noſtras orationes, noſtras eleemoſymas, noſtra jejunia, aliaque bona opera Deo offerant. Deſcendunt à Deo ut divinæ miſericordiæ chariſmata ad nos deferant. Raphael ſemper aſtat vultui Dei, eum beatiſſimè intuetur, & tamen aſcendit & deſcendit: aſcendit ut lacrymas, & opera miſericordiæ à Tobiâ facta Deo offerat, ut ipſemet declarat Tobiæ cap. 12. *Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Hunc aſcenſum & deſcenſum patenter ad propoſitum noſtrum explicat D. Bernardus ſermone 19. in Cantica, ubi notat Jacob vidiſſe quidem Angelos aſcendentes & deſcendentes, nullum verò eorum ſedentem aut ſtantem: quia nunquam quieſcunt, ubi de noſtrâ ſalute agitur, illi procurandæ & promovendæ ſemper incumbunt.

Gen. 28. verſ.11.

III. Secundum officium ſpirituale, parùm eſt illis aſcendere & deſcendere, ut offerant merita noſtra, & referant divina beneficia, etiamſi ſint Angeli pacis, tamen ſtatim pro nobis ad arma proſiliunt, ut vident aliquem nobis inſidiari, pſal. 33. verſ. 7. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum & eripiet eos.* Clarius Textus Hebræus.

Pſal.33. verſ.7.

Caſtra

caſtra metatur Angelus Domini, &c. Quomodò caſtra metatur, ſi unicus eſt? quomodò unus Angelus unius exercitus vices ſubire poteſt? Tanta eſt ejus potentia, tantus ejus erga nos amor, ut integro exercitui æquivaleat. Optimè Titelmannus. *Per circuitum timentium eum Angelus illius ad eorum auxilium & protectionem deputa-*
Titelmā. *tus atque deſtinatus, ſeſe immittit ſeſeq́ diffundit, atque caſtra metatur per circuitum eorum, nè poßint ad illis nocendum accedere adverſarii. Immittit etiam Angelus Domini terrorem, qui undequaque illos obſederint, & ipſe pro illis pugnans defendet eos ab omni malo, & ex omnibus periculis faciet ſalvos.*

IV. Id accipe ex hiſtoriâ noſtrâ lib. 4. Reg. cap. 6. verſ. 15. cùm ſervus Eliſei videret ejuſdem Eliſei domum circumcumque exercitu inimico vallatam. *Vidit exercitum in circuitu Civi-*
l. 4. Reg. *tatis, & equos, & currus, nunciavitq́*
6. v. 15. *ei dicens, Heu, heu, heu, Domine mi, quid faciemus,* Verſ. 16. & 17. *At ille reſpondit, noli timere. plures enim ſunt nobiſcum, quàm cum illis. Cùmq́ oraſſet Eliſeus, ait Domine aperi oculos hujus, ut videat, & aperuit Dominus oculos pueri, vidit, & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Eliſei.* Qui ſunt illi equi, qui ſunt illi currus? Sunt Angeli. Origenes homil. 4. in pſalm. 36. *Hoc* (inquit) *de interiori homine ſentiendum eſt, alioqui*
Origenes *ſecundùm exteriorem hominem, ſic derelinqui à Deo putandus eſt juſtus cùm ægritudo corporis advenit cùm tribulatio, cum paupertas, & ſingula quæque hujus viſa moleſtia generantur. Hæc maximè juſtis accidere ſolent, quibus & perſecutionem pati, pro nomine eſt, ſed non derelinquuntur cùm patientes hæc omnia & tolerantes dicunt, quis nos ſeparabit à charitate Dei, &c. Neque tribulatio, neque fames, nec anguſtia, nec nuditas, nec gladius, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia. Denique Prophetæ qui circuibant in deſerto per cavernas petrarum, & ſpeluncas egentes, tribulati, afflicti, licet in deſertis oberrarent, & eſſent ab hominibus derelicti, multitudo tamen eos Angelorum circumdabat. Sic Denique Eliſeus, cùm eſſet ab hominibus derelictus cæleſti circumdabatur exercitu, ſecundùm quod ſcriptum eſt, aperi oculos pueri hujus, ut videat quia plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis, & vidit totum montem equitibus & curribus plenum. Nunquam enim ſolus eſt juſtus, ſed nè unius quidem aut duorum, vel trium tantùmmodò Angelorum ſocietate ſubnixus eſt, ſed exercitus ei cæleſtium virtutum præſto eſt. Et Iacob cùm ſolus iter ageret in Meſopotamiam, dormivit in loco quem appellant Caſtra pro eo quod vidit ibi non unum, ſed plura caſtra Dei.* Doctor ille innuit non unum Angelum, uni exercitui æquivalentem nobis adeſſe, nos protegere, ſed plures; ſicque plures exercitus, plura caſtra. Idem cenſere videtur D. Bernardus ſerm. 19. in Cantica, ubi exponens illa verba Cantic. cap. 1. verſ. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea.* Cant. 1. Subdit. *Hujuſmodi anima* verſ. 8. *nuſquam eſt ſine cuſtodiâ Angelorum, qui eam æmulantur Dei æmulatione ſolliciti ſuo viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Et nè dixeris in corde tuo, ubi ſunt? quis eos vidit? Vidit eos Propheta Eliſeus, inſuper & fecit orando, ut videret etiam Giezy. Tu non vides, quia non es Propheta, nec puer Prophetæ. Vidit Propheta Iacob, & ait, Caſtra Dei ſunt hæc. Vidit & Doctor Gentium, qui dicebat: Nonnè omnes adminiſtratorii Spiritus. Ergò Angelicis fulta miniſteriis, & ſuperno ſtipata agmine ſponſa incedit ſimilis equitatui Domini, illi utiq́ qui quondam in curribus Pharaonis tam ſtupendo divini adiutorii miraculo triumphavit.*

Id inſinuare videtur idem Vates V.
Regius pſalm. 102. verſ. 20. *Benedi-* Pſ. 102.
cite Domino omnes Angeli eius, potentes verſ. 20.
virtute facientes verbum illius. Titel- Titelmā.
mannus. *Vos qui eſtis virtute & fortitudine prævalidi. quorum eſt virtus noſtræ imbecillitati incomparabilis, qui robore ac virtute humanum genus immenſo ſuperatis intervallo, nimirùm ſpiritus immateriales & incorporei, infimum limum, & fragile lutum, vos qui eſtis exteriores eius, adminiſtratorii ſpiritus miniſtrantes ei, in mille millibus promptiſsimi pergentes ad omnia, ad quæ vos ſuo præcepto deſtinarit, & omnia perfectiſsimè adimplentes, quæ implenda commiſerit.*

commiſerit. Quibus verbis oſtendit ſingulos Angelos tantâ virtute, & fortitudine præditos, ut multis partibus ſuperent, non hominem unum, non exercitum hominum, ſed etiam totum genus humanum. Addit *promptiſsimè pergentes*, ut alludat ad viſionem Eliſei, quâ vidit equos & currus non carneos, ſed igneos, ut oſtendat quantâ velocitate noſtros hoſtes juxta divinum mandatum aggrediantur. Id totum confirmat explicatio Sanctii in illum locum lib. 4.
Sanctius. cap. 6. *Vt ſciret quam non eſſet, timendum à mortali manu, umbratiliq́, Syrorum acie, cùm ſeſe opponeret è cœlo multò potentior & numeroſior acies, cujus comparatione nihilo magis poterat adverſaria potentia, quàm ſpuma gracilis, quæ diſsipatur à vento, aut arida ſtipula, quæ ab igne momento temporis rediguntur in cineres, atque ideò obiecti ſunt equi, & currus ignei, & eorum item ignei aſcenſores, ut eorum ſignificaretur, & vis acerrima ad pugnandum, & celeritas maxima ad conficiendum id quod eſſent aggreſſuri. Sicut ignis qui materiam quam habet obviam celeritate maximâ corripit & ita conſumit, ut nullum interdum ſuperioris formæ veſtigium relinquat. Sanè in igne dum materiam arripit aridam explicari ſolet vis, & celeritas, ſic Sapient. cap. 3. verſ. 7. De iuſtis ſicut ſcintillæ in arundineto diſcurrent.*

IV. Sed ſi unus Angelus tam fortis, & potens eſt, cur tot Angeli in auxilium noſtrum mittuntur? Idem reſponderi poteſt quod D. Chryſologus perpendens illa verba Matth. cap. 4.
Mat. 4. verſ. 11. verſ. 11. *Ecce Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.* Sanctus Doctor. *Quamvis*
S. Chryſolog. *enim ſolus poſſit obtinere victoriam, propter nos & propter noſtram formidinē adeſſe iuſsit præſidia de ſupernis.* Pondera illud *propter noſtram formidinem.* Sic Gregorius Nicomedienſis oratione quam refert Simeon Metaphraſtes
Gregor. Nicom. ait Mariæ Virgini adfuiſſe cœleſtium virtutum exercitus. *Oportebat non unum Mariæ ſervire Angelum, ſed decies mille millia eam ſtipare.* Decebat non tantùm ad eam honorandam, ut utpotè cœli & terræ Reginam, ſed ut nos impugnatos ab omni timore liberaret. Unici Angeli fortitudinem declarat Hiſtoria lib. 4. Regum cap. 19. Sennacherib Rex Aſſyriorum potentiſsimum habebat exercitum conſtantem centum octoginta quinque millibus bellatorum, ad delendum illum quod auxilium mittit Deus, quos expedit exercitus cœleſtes? non exercitum Angelicum, non centum, non viginti, non decem, ſed unicum. Solus hic eorum machinas deſtruxit, ſolus eorum robur in pulverem redegit. Unus Angelus tantùm habet virium ut facilè non tantùm exercitum Aſſyriorum, ſed totius orbis homines in unum exercitum congregatos facile vincere, & interimere poſſit.

Tertium Tutelaris Angelus officiū VII.
præſtat dum clientem inſtruit. Dionyſius in cap. 7. Tobiæ verſ. 6. *Quid* Tob. c. 7. verſ. 6. Dionyſ.
mirum ſi tam devotè locutus eſt, cum quo Angelus ſanctus fuit, & ambulavit tamdiu non ſine inſtructione ſalubri. Sic Joannis cap. 20. verſ. 11. apparent Magdalenæ exiſtimanti Corpus Jeſu vi
ſublatum eſſe, eamque inſtruunt, ac Ioan 20. verſ. 11.
de Dominicâ Reſurrectione certiorē reddunt, & Matthæi cap. 28. verſ. 7. Unus Angelus tribus mulieribus eandem
reſurrectionem annunciat. *Citò* Matt. c. 28. v. 7.
euntes dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi enim videbitis, & ecce prædixi vobis. Marci cap. 16 verſ. 17. *Ite dicite diſcipulis & Petro, quia præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.* S. Cyrillus Alexandrinus in locum citatum Joannis. *Erant ſedentes* S. Cyrill. Alexand.
alter ad caput, alter ad pedes, ubi poſuerat corpus Ieſu, ut mulieri corpus tranſlatum putanti ſignificarent neminem potuiſſe vim ſanctiſsimo illi corpori afferre, quod ab Angelo defendebatur. Angelicam inſtructionem ſibi factam patenter inſinuat ipſe Daniel cap. 9.
verſ. 11. *Ecce vir Gabriel, quem vide-* Dan. c. 9. verſ. 11.
ram in viſione à principio, citò volans tetigit me in tempore ſacrificii veſpertini.
Verſ. 12. *Et docuit me, & locutus eſt* verſ. 12.
mihi, dixitque Daniel, nunc egreſſus ſum ut docerem te, & intelligeres. Dionyſius. *Vt docerem te, quæ diſcere concu-* Dionyſ.
piſti de pertinentibus ad liberationem populi tui,

Quartum

VIII. Quartum, Angelus nos illuminat, ſic Joannes fatetur Apoc. c. 1. verſ. 1. ſe illuminatum fuiſſe ab Angelo. *Apocalypſis Jeſu Chriſti quam dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis, quæ oportet fieri citò, ſignificavit mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Ioanni.* Syriacus. *Et manifeſtavit, quem miſit per Angelum ſuum.* Arabicus. *Signatum ab eo miſſum per Angelum ſuum.* Hoc enim (inquit noſter Sylveira ibi quæſt. 7.) pertinet ad officium Angelorum qui ſunt Dei legati, ac adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi, Hebr. cap 1. verſ. 14. Sicque Deus Iſaiam, Jeremiam, Ezechielem, ac Danielem, aliosque Prophetas ordinariè, non immediatè per ſe ipſum, ſed per Angelos docuit, eisque ſuas prophetias revelavit ac aperuit. Pro quo videndus Cornelius à Lapide proemio in Prophetas quæſt. 1. Apocalypſim ergò revelavit tota Trinitas Chriſto ut homini, Chriſtus Angelo aperuit, Angelus Joanni, Joannes Eccleſiæ. Sic Matthæi cap. 1. verſ. 20. *Angelus Domini apparuit in ſomnis, dicens, Ioſeph noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in eâ natum eſt de Spiritu ſancto eſt.* Cap. 2. verſ. 13 *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge, & accipe puerum & Matrem eius & fuge in Ægyptum.* Verſ. 19. *Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomno Ioſeph in Ægypto, dicens ſurge & accipe puerum & Matrem eius, & vade in terram Iſrael, defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.* Hæc porrò illuminatio non fit per ſupernaturalem elevationem, ſed per motum humorum & ſpirituum vitalium, quibus commotis ipſa phantaſia, ſeu imaginativa excitatur ad operandum per phantaſmata in eâ recondita. Deindè intellectus convenienter ac ordinatè movetur per ipſa phantaſmata, ut docent D. Thomas part. 1. quæſt. 111. art 3. & quæſt. 11. de veritate art. 3. & quæſt. 16. de malo art. 12. Cajetanus citatâ quæſt. 111. S. Bonaventura, Durandus, Argentinas, Capreolus in 2. diſtinct. 8. quæſt. 1. Richardus quæſt. 10. art. 2. quæſt. 2. Sotus quæſt. unic. & ante eos D. Auguſtinus lib. 12. de Geneſi ad litteram, S. Dionyſius de Cœleſti Hierarchiâ cap. 4. At in corpore aſſumpto Angelus inter homines viſibiliter apparens per voces, & ſigna externa id poteſt præſtare. Poteſt per ſigna externa illuminare.

IX. Quintum, revelat ſecreta, ſic Geneſis cap. 18. verſ. 17. *Dixit Dominus* Gen. 18. verſ 17. *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum.* Cornelius. *Puta Angelus ille medius Dominum repræſentans.* Tres enim viri qui Abrahamo apparuerũt erant Angeli, qui corpus humanum ex aere formaverant, & aſſumpſerant ut cum Abrahamo loquerentur, nam Apoſtolus ad Hebræos cap 13. verſ. 2. & Moyſes cap. ſequenti verſ. 1. vocat eos Angelos, ut notat S. Auguſtinus lib. 16. de civitate cap. 29. & alii paſſim, Lyranus cum Hebræis exiſtimat unum ex his tribus miſſum fuiſſe ad nuntiandum partum Saræ, ſecundum ad evertendam Sodomam, tertium ad liberandum Loth ex Sodomâ, tamen ex cap. 19 verſ. 1. verſ. 10. & 16. conſtat duos miſſos fuiſſe Sodomam ad liberandum Loth, medius autem erat aliis illuſtrior, quem etiam Abraham alloquitur.

X. Sextum, bonas inſpirationes ſuggerit, cujus figura habetur Actorum cap. 12. qui Petrum dormientem & catenis ligatum excitavit dicens, verſ. 7. *Surge velociter.* Et Parentem l. 3. Reg. 19. v. 5. & 7. Eliam lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 5. & 7. *Surge & comede.* Quamvis enim (inquit noſter Michael de Bononiâ in pſal. 90. verſ. 11. ſecundùm Magiſtrum lib. 2. diſtin. 12.) omnes boni Angeli communiter noſtrum bonum velint, communiterque omnium ſalutem optent: tamen Angelus, qui alicui deputatus eſt ad cuſtodiam, ſpecialiter eum ad bonum excitat, & exhortatur. Conſimiliter quamvis omnes mali Angeli generaliter malum omnium hominum deſiderent, magis tamen quemlibet hominem ad malum excitat ille malus Angelus, qui ſibi eſt ad exercitium deputatus; Figura hujus habetur in Angelo Philippi, de quo Actor. cap. 8. verſ. 26. *Surge & vade contra meridianum, &c.*

XI. Septimum, tollit occaſiones quæ nos à bono opere poſſunt revocare, ſic Exodi cap. 12. verſ. 12. Angelus percuſsit primogenita Ægypti ab homine uſque ad pecus. Si enim hæc cædes facta non fuiſſet, populus non potuiſſet egredi Ægypto, ſeque itineri verſus terram promiſſionis accingere.

XII. Octavum, præſentia Angeli nos à malis operibus retrahit. Si enim (inquit Michael de Bononia) in conſpectu alicujus hominis quis cavet peccatum verecundiâ ductus, quantò fortius In præſentia Beati Angeli ad cuſtodiam cuilibet animæ deputati, qui ſemper & ubique animæ, quam cuſtodit præſens eſt peccare quilibet erubeſcere debet. Et hæc notat Bernardus ſermone de Quadrageſimâ, dicens. *In quovis loco, in quovis angulo, reverentiam exhibe Angelo tuo, nec audeas illo præſente facere, quod me præſente non auderes.* Si enim Angelus Balaam Numer. cap. 22. ipſum à peccato præſervavit, ſcilicet cum retrahens nè iret ad maledicendum populo Dei, ut diſpoſuerat, quando dixit illi Angelus, ego veni, ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via tua, mihique contraria. Iſtud ad intellectum cuſtodiæ Angelorum Sancta Mulier Judith in ſe ipsâ experta fuit. Undè dicit. *Cuſtodiit me Angelus Domini, & non permiſit me ancillam ſuam inquinari peccato.* Quamvis autem Angeli omnes animas à peccatis præſervent & cuſtodiant, maximè tamen electos.

Michael de Bon.

S. Bernardus.

XIII. Nonum, in viâ Dei nos confortat, ut patet in Angelo qui S. Eliam lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 6. ita affatur. *Surge, comede, grandis enim tibi reſtat via.* S. Angelus tam familiarem Eliæ ſe exhibet, ut ad iter citò arripiendum illum excitet, cur tempus, finem & modum viæ non aperit, ac præſcribit? Dum terminus & modus itineris nobis notus eſt, magis parato animo illi nos accingimus & conficimus. Reſpondet noſter Sylveira tomo 2. in Evang. lib. 4. cap. 3. quæſt. 23, num. 119. Ut homo ad divinæ voluntatis obſequium ſe maximè promptum, paratumque exhibeat, ac velociſſimè currat, maximè enim movetur animus neſciens quò pergit, totus eſt à divinâ voluntate pendulus. Nam ſi hujus cœleſtis viæ meta nobis eſſet explorata, forſitan totus deſidioſus ac torpens animus ſuis terminis inhæreret. At finem, quò gratiâ duce, tendimus, ignoramus, velociſſimè ac celerrimè tanquam penduli currimus, ut metam apprehendamus, atque ad divinæ voluntatis nutum, terminumque paratiſſimi adſumus, ut patet in citatâ Eliæ hiſtoriâ, Ambulavit enim in fortitudine cibi ab eo porrecti 40. diebus & 40 noctibus uſque ad montem Dei Oreb. Rectè S. Baſilius orat. 7. *Metam celat, ut curſum contendat.*

3. Reg 19. v.6.

S. Baſil.

XIV. Decimum, in viâ Dei nos conducit & comitatur, ut patet Tobiæ cap 5. verſ. 15. *Ego* (inquit Raphael Tobiæ ſenior.) *ducam & reducam eum ad te.* Juxta illud Davidis oraculum, pſalm. 90. verſ. 11. & 12. *Quoniam Angelis ſuis mandavit de te; ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Tertullianus. *Angelis bajulis ſuſtentatur.* Dionyſius. *Adjuvant enim ſuâ virtute noſtram infirmitatem, & ſuâ ſapientiâ tenebras cordis noſtri illuſtrant, ſicq; gradiuntur nobiſcum portantes nos ſecum, cooperando nobis in omni bono opere. Portabunt igitur nè aliquid tibi in viâ obſiſtat, ſed pede inoffenſo, & tali ſecuro tendas ad patriam. Vel nè Chriſtus qui eſt lapis angularis peccando offendas, ad culpam mortalem ab ingreſſu patriæ prohibentē, quemadmodum lapis obſtruit viam prohibetque ingreſſum, pedem ſuum id eſt, affectum ſuum, ſeu operis tui greſſum, ſerviendo ac inhærendo creaturæ potiùs, quàm Creatori.*

Tob. c. 5. verſ. 15.

Pſal. 90. verſ. 11. & 12.

Dionyſ.

XV. Undecimum, exactè cuſtodit nos in viâ huius vitæ. Audi Sponſam Cantic. cap. 3. verſ. 7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.* Quinam ſunt illi fortes? & quæ eorum cuſtodiæ? & cur lectulum Salomonis ita ambiunt? Reſpondet S. Athanaſius libr. quæſtionum quæſt. 122. *Fortes ibi Angeli Dei ſunt qui perfectum virum circumeunt, & circa ipſum incedunt.* Ambitus lectuli

Cant. c. 3. verſ. 7.

S. Athan.

denotat

denotat magnam curam & ſollicitu-
dinem, vigilantiamque quâ homines
ſibi commiſſos cuſtodiunt nocte die-
que ubicumque ſint, ut patet in hi-
ſtoriâ Jacob, Geneſis cap. 29. & San-
cti Parentis Eliæ lib. 3. Regum cap. 19.
Dicuntur *ſexaginta fortes*, quia (in-
quit Aponius) per ſingulos ſenſus cor-
poreos viſum, auditum, &c quinquies
duodecim, hoc eſt ſacrato numero
ſexaginta ab iis glorioſa impleantur
myſteria. Dicuntur fortiſſimi. *Quia*
Aponius. *plus* (inquit) *ipſi poſſunt quàm dæmones.*
Addit Sapiens. *Ex fortiſſimis Iſrael,*
quia ex illo exercitu ſunt qui ſemper vi-
deant faciem Patris. Vel inquit Diony-
Dionyſ. ſius.) *Hunc lectulum ambit non ſolùm*
Angelus unus unicuique ad cuſtodiam
ſpecialiter deputatus, ſed & multi val-
dè, aut etiam multa millia præſertim
4. Reg. *tempore oportuno, prout lib. 4. Regum*
6. v. 17. *cap. 6. verſ. 17. patet de Eliſeo, in cujus*
circuitu apparuerunt agmina Angelorũ.
Ghiſler. Huic ſubſcribens Ghiſlerius expoſi-
tione 3. *Si Angelos* (inquit) *deſignatos*
exiſtimemus, referenda hæc ſunt ad cuſto-
diam ipſorum, quam Deus nobis exhibuit
juxta pſal. 33. verſ. 8. Immittet ſeu caſtra
metabitur Angelus Domini, ideſt exerci-
tus Angelorũ in circuitu timentium eum.
Quam cuſtodiam tunc maximè fidelibus
mandat Dominus, quando in tribula-
tionibus conſtituti ſunt. Quod nomen
fortium illis conveniat *Ratio eſt,*
quia illis ut maximè fortibus Deus
militat. Vndè apud Iſaiam juxta expli-
cationem Euſebii cap. 13. verſ. 3. Et
vocavi (inquit Deus) fortes meos. Verè
ſanè fortes Dei, utpotè illos conſtituentes
exercitus, quorum frequentiſſimè ille ſe
nuncupat Dominus, atque adeò in pſal-
mo 102. verſ. 9. apertiſſimè hoc nomine
inſignitos eos legimus, Vbi dicitur Be-
nedicite Domino omnes Angeli ejus, po-
tentes ac fortes virtute, qui facitis ver-
bum ejus. Benè autem additur fortes il-
los eſſe ex fortiſſimis Iſrael, quoniam ad
miniſterium animæ illius, quæ ſit Sponſa
Chriſti, non quilibet deſtinati ſunt Ange-
li: ſed qui inter illos fortiſſimi ſunt, qui-
vè ſunt de Principibus, primis, &c.

XVI. Duodecimum, arcent dæmones,
Luc. 11. ut teſtatur junior Tobias cap. 12. v. 3.
verſ. 12. *Dæmonium ab uxore meâ compeſcuit.*
Undè Chriſtus Lucæ cap. 11. verſ. 12.
reſpondit obmurmurantibus Phari-
ſæis ob dæmoniacum mutum ſana-
tum. *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium*
in pace ſunt omnia, quæ poſſidet, ſi autem
fortior illo ſuperveniens vicerit eum, u-
niverſa ejus arma auferet in quibus con-
fidebat, & ſpolia ejus diſtribuet. Sanctus S. Baſil.
Baſilius in catena. *Diſtribuit ſpolia ex-*
hibens fideles cuſtodias Angelorum ad ho-
minum ſalutem. Quibus cuſtodiis inſi-
ſidias diaboli detegit, ejus impetum
retundit, jacula à nobis avertit, & in
fugam convertit.

Decimum tertium; tentationes XVII.
mundi, carnis, diaboli à nobis aver-
tit, ſic Joannes Apoc. cap. 7. verſ. 1. Apoc. 7.
Vidi (inquit) *quatuor Angelos ſtantes* verſ. 1.
ſuper quatuor angulos terræ, tenentes
quatuor ventos terræ, nè flarent ſuper
terram, neque ſuper mare, neque ſuper
ullam arborem. S. Bernardus, Andræas,
Pererius, Ribera, Cornelius, Joan-
nes de la Haye, noſter Sylveyra, ibi,
aſſerunt præfatos eſſe bonos, qui
dicuntur ſtare ſuper quatuor angulos.
Quia ſecundùm S. Bernardinum Se-
nenſem ſermon. 1. de inſpirationibus
art. 1. cap. 2. tomo 3. quadruplex eo-
rum cura eſt circa hominum mentẽ.
Primò enim illuminant in lege Dei.
Secundò, incendunt in amore Dei.
Tertiò, reddunt habilem, & adjuvant
motum bonum. Quartò, eum tuentur
nè à dæmonis flatu decipiatur. Cur
Angeli boni dicuntur ſtare ſuper an-
gulos? Idem Sanctus Bernardus ſer- S. Bernar-
mone 8. cap. 3. reſpondet. *Stant ſu-* dus.
per angulos, quia officium habent refræ-
nandi quaſcumque malas affectiones, à
quibus mala conſurgit tentatio ad præci-
pitandum homines ad peccatum. Quaſi
diceret vis ſcire cur Angeli ſtent jux-
ta angulos, quia ibi parantur inſidiæ,
juxta illud Proverbiorum cap. 7. ver-
ſu 12. *Nunc juxta angulos inſidias* Ubi Proverb.
ſenes malevoli ac ſcelerati inſidias cap. 7.
moliti ſunt pudicæ Suſanæ ʼ|Daniel.
cap. 13. verſ. 38. *In angulo pomarii.*
Sianr igitur Angeli in angulis, ut om-
ne noxium avertant à cliente ſibi
commendato.

Decimum-Quartum, ſi gravis ten- XVIII.
tatio in nos inſurgat, ſi non omnimo-
dè diſſipent, ſaltem oleo benignitatis
leniunt, ac mitigant. Melliflnè ſanctus

S. Bernardus. Bernardus ſermone 11. in pſalm. 90. *Quoties graviſsima cernitur urgere tentatio & tribulatio vehemens imminere, invoca cuſtodem tuum, ductorem tuum, adjutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione inclama eum, & dic Domine ſalva nos perimus. Non dormit, neque dormitat qui cuſtodit te, etſi ad tempus quandoq; diſsimulet.* Hoc unicum remedium proponit Deus populo Hebræo petrecturo in terram promiſsionis, Exodi cap. 13. verſ. 20. *Ecce ego*
Exod. 13. verſ. 20. *mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat te in viâ, & inducat in locum, quem præparavi: obſerva eum & audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet cùm peccaveris, & eſt nomen meum in illo. Quod ſi audieris vocem, & feceris omnia quæ loquor inimicus ero inimicis tuis, & præcedet te Angelus meus, & introducam ad Amorrhæum & Chananæum, &c. quos ego conteram* Hæc verba. *Eſt nomen meum in illo.* Chaldæus vertit. *Quoniam in nomine meo eſt verbum illius.* Ideſt, quidquid dixerit puta à me dictum. Item hæc. *Nec contemnendum putes.* Chaldæus habet. *Non ſis ei rebellis.* Septuaginta. *Nè ſis ei incredulus.* Quod repetit Chriſtus Lucæ cap. 10. verſ. 16. *Qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit.*

XIX. Decimum-quintum, quemadmodum majus eſt gaudium in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, &c. Ita Angeli ſancti ſummo mærore afficiuntur dum nos graviter lapſos intuentur. Id inſinuaſſe videtur Chriſtus Lucæ cap. 21. verſ. 25. diſſerens de iis quæ in judicio finali acci-
Luc. 21. verſ. 25. dent. *Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentium, &c.* Et Matthæi cap. 24. verſ. 19. *Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, &c.* Marci cap. 13. verſ. 24. *Sol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum.* Et Joannes Apocal. cap. 2. verſ. 12. *Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis.* Quid ejuſmodi obſcuritas
Forerius astrorum denotat? Forerius. *Obſcuritatem luminarium cæleſtium notant hæc, quæ nihil aliud eſt, quam ſupremam triſtitiam, & rerum adverſarum quandam inundationem, atque hoc eſt quod Evangeliſtæ dicunt ſolem obſcurandum. & lunam retractandam lumen, & ſtellas de cælo ruituras, &c.* Sol ille, ſeu luna, vel ſtellæ obſcurari dicuntur, quia erubeſcunt ob tam enormia ſcelera, quæ ab hominibus ſibi creditis perpetrantur. S. Paſchaſius lib. 11. In Mat-
thæum. *Horrore peccatorum abſcondunt lumen ſuum,* radios exhortationum & illuminationum ſuarum retrahunt, & aliquamdiu abſcondunt. S. Paſchaſius. Sic ſanctus Parens Elias Angelus terreſtris (ut loquitur Eliſeus lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 11.) *Currus Iſrael & auriga ejus.* Videns populum relicto cultu veri Numinis ad idololatriam converſum petiit Eclypſim vitæ ſuæ, lib. 3. Reg. l. 3. Reg.
cap. 19. verſ. 4. *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum quàm Patres mei.* 19. v. 4.

Decimum ſextum, peccantes increpant, ut patet lib. Judic. cap. 2. XX.
verſ. 1. ubi Angelus Hebræos arguit Iudic. 2. verſ. 1.
quod relictâ verâ religione, idololatriæ ſe addixerunt. *Aſcendit Angelus Domini de Galgala ad locum flentium, & ait, eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram, pro quâ juravi Patribus veſtris, & pollicitus ſum, ut non facerem irritum pactum meum vobiſcum in ſempiternum.* Verſ. 2. *Ita ut ut non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ hujus, ſed aras eorum ſubverteretis, & noluiſtis audire vocem meam, cur hoc feceritis, &c.* verſ. 2. Dionyſius ſcribit ibi. *Quod Angelus loquens ex perſona Dei à quo miſſus fuit ad populum increpandum, ut ſaltem ex Angelicâ viſione & increpatione ſe emendarent, qui verbis Moyſi ac Ioſue non obedierant.* Infra. *Ex his apparet, quod Angelus iſte fuit, qui Moyſi legē ac præcepta Dei jubente Domino, revelavit, vel qui columnā nubis poſuit ante filios Iſrael.* Subdit poſt pauca. *Cur hoc feciſtis?* Idem Dionyſius. *Per inobedientiam & ingratitudinē graviter peccaſtis.*

Decimum-ſeptimum, diſponunt ad XXI.
ſolutionē à vinculis peccatorū, hujus idæam ſuggerit, qui Petrum è carcere liberavit, Actor. cap. 12. verſ. 7. *Ecce Angelus Domini aſtitit & lumen refulſit in tabernaculo, & percuſſoq; latere Petri excitavit eum dicens, Surge velociter, & ceciderūt catenæ de manibus*

ejus

ejus. Calvinus lib. 1. inſtitut. cap. 14. num. 7. ſcribit hunc Angelum dictum fuiſſe cuſtodem Petri dum eſſet in carcere, non toto tempore vitæ, ſed fallitur. Nemo enim fidelium aſſeruit ei incarcerato dumtaxat Angelum fuiſſe deſtinatum, quis enim viderat? cui Petrus illum oſtenderat, vel revelaverat? cùm Calvinus nihil cenſeat credendum, niſi ſit expreſſum in ſacrâ Scripturâ. Ubi hoc ſcriptum vel expreſſum legit, igitur cùm nihil admittat credendum, niſi ſit Scripturæ inſertum, nec huic ejus opinioni ulla fides adhibenda. Non minùs impertinenter Beza & alii pro Angelo accipiunt nuntium à Petro miſſum.

XXII. Decimum-octavum, Angeli licet perenni Dei viſione fruantur, tamen noſtri curam habere non deſinunt. Id ex hiſtoriâ Jacob colligo, cùm Geneſis cap. 28. verſ. 12. è domo Patris ſui eſſet egreſſus, ac in medio itinere obdormiſſet vidit in ſomnis ſcalam parte inferiori tangentem terram, & ſuperiore cœlum. *Angelos quoque aſcendentes & deſcendentes per eam.* Quo-
Gen. 28. verſ. 12. modo deſcendebant & aſcendebant? quid illud iter ſurſum & deorſum, in cœlum & terram denotat? Aſcendebant Dei amore incenſi, ut ejus majeſtatem contemplarentur, eique noſtras preces & vota offerrent. Deſcendebant verò compatientes nobis, ac noſtræ ſalutis zelo affecti. Aſcendebant ut pro nobis intercederent, deſcendebant ut favores nobis à Deo impetratos deferrent. *Angelos aſcendentes* (inquit S. Gregorius papa lib. 5. mor.) *cernere eſt ſupernæ patriæ contemplationi vel quanto amore auctori ſuo ſemetipſos*
S. Greg. *tranſcendendo inhæreant, Vel quantâ compaſſione charitatis infirmitatibus cōdeſcendant.* Et Cajetanus. *In eâ nempè*
Cajetan. *ſcalâ continuò Angeli à nobis aſcendunt referendo noſtra ad Deum, & deſcendunt ad nos afferendo divina nobis cum ſuâ beatitudine noſtri curam conjungunt.* Quaſi non reputent ſe perfectè beatos niſi noſtræ ſalutis cura accedat. *Noſtra bona* (inquit S. Chryſoſtomus ſermone de Aſcenſione) *Angeli ſuas utilitates arbitrantur.* Sic eodem libro Ge-
S. Chryſoſtomus neſis cap. 18. verſ. cùm Abraham ſtaret ad oſtium tabernaculi, ut peregrinos exciperet. *Cùmq; elevaſſet oculos apparuerunt ei tres viri propè eum.* Gen. 18.
Non procul, ſed propè ſe vidit. Qui- verſ. 2.
nam ſunt illi viri? D. Auguſtinus, cælique ſupra citati aſſerunt eſſe Angelos, qui domum Patriarchæ accedunt non ut ab eo excipiantur hoſpitio, vel quaſi fatigati ex diuturno itinere & jejunio reficerentur, cùm ſint cives ſanctorum & domeſtici Dei, ciboque cœleſti divinæ viſionis paſcantur, ſed ut noſtram ſalutem novis beneficiis certiorem faciāt. Undè Sophronius Archiep. Jeroſolymitanus lib. de excellentiâ Angelorum eos ſic affatur *Vos eſtis qui cælum curſu expeditiſ-* Sophronius.
ſimo tranſmittitis, qui motu celerrimo, incitatiſſimoq; per aerem diſcurritis, hominum negotia agentes. Scilicet ſalutis æternæ.

Decimum-nonum, non tantùm XXIII.
noſtri compatiuntur, ac metaphoricè contriſtantur, & per modum dolentis ſe habent, dum noſtra ſcelera ſibi diſplicere manifeſtant. Sed pro nobis inſtanter intercedunt exponentes Deo quaſi ignoranti ad quam miſeriam redacti ſumus, & quibus ſubſidiis indigemus. Id patet Matthæi cap. 18. verſ. 50. ubi cùm quidam miſiſſet Mat. 18.
ſuum conſervum in carcerem ob de- verſ. 50.
bitum parvi momenti. *Videntes conſervi ejus, quæ fiebant contriſtati ſunt valdè & venerunt & narraverunt Domino ſuo omnia, quæ facienda fuerant.* Theophilactus. *Cùm vidiſſent conſervi ejus, quæ fiebant indoluerunt valdè & venerunt, aperueruntq; Domino omnia.* Idem Theophilactus & D. Remigius dicunt per iſtos conſervos intelligendos eſſe noſtros Angelos cuſtodes, qui ſicut de noſtro profectu lætantur, ita de noſtris peccatis & affectionibus metaphoricè dicuntur contriſtari, quia ſe habent inſtar mœrentis, dum illis diſplicet quod impiè agimus, quod nobis ſiniſtrè contigit. Hi narrant Chriſto, non quaſi ignoranti, ſed ut noſtra opera & verba judicanti, ut etiam pro nobis loquantur & intercedant. Quibus ſubſcribens Dionyſius ait. *Sicut ad charitatem pertinet de bo-* Dionyſ.
no proximi exultare ita ſpectat ad eum de malo ejus triſtari. Servi illi intelligi poſſunt Angeli, qui ſunt adminiſtratorii,

ſtratorii ſpiritus, quorum unus ait Ioannes in Apocalypſi conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum. Hi tanquam diligentes cuſtodes conſiderant facta noſtra, & ſicut de noſtro profectu verè lætantur, ita de noſtris peccatis & afflictionibus metaphoricè contriſtari dicuntur: quia per modum dolentis ſe habent, dum diſplicet eis, quod impiè agimus. Hi narrant Chriſto, non quaſi ignoranti, ſed ut iudicanti opera noſtra, verba, &c. Sicut Tobiæ Angelus loquitur. Obtuli orationem tuam Domino.

XXIV. Vigeſimum quod gaudeant de humanâ ſalute, & eius progreſſu hic ſpe-
Luc. 16. cialiter diſcutiendum. Id igitur inſi-
verſ. 22. nuat Chriſtus in parabolâ divitis & Lazari Lucæ cap. 16. verſ. 22. diſſerens de hoc mendico. *Factum eſt* (inquit) *ut moreretur, & portaretur ab*
S. Chryſoſtomus *Angelis in ſinum Abrahæ.* Syriacus. *Vt moreretur pauper ille, & attulerunt eum Angeli in ſinum Abrahæ.* Arabicus. *Aſſumpſerunt eum Angeli in ſinum Abrahæ.* Quaſi diceret, ideò aſportatur in ſinum Abrahæ non ab uno, ſed à multis, ut innuat quantùm, non tantùm noſter Tutelaris Angelus, ſed multi Angeli gaudeant de ſalute humanâ. *Non ſuffecerat* (inquit S. Chryſoſtomus homiliâ de divite.) *ad portandum pauperem unus Angelus, ſed propterea plures veniunt, ut chorum lætitiæ faciant. Et portatur ab Angelis, gaudet unuſquiſque Angelorum tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prægravantur, ut ducant homines ad regna cælorum.* Nihil gratius Angelis accidere poteſt, quàm onus efferendi homines in cœlum, eorumque ſalutem procurare, hoc enim non pondus eſt, ſed gaudii & exultationis argumentum. Sic ſupra oſtendimus S. Parentem Eliam elatum fuiſſe in cœlum, lib. 4. Regum cap. 2. curru igneo, quaſi Imperatorem ab Angelis juxta illud Hebræorum cap. 1. verſ. 7. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flammam ignis.* Undè S. Ambroſius tomo 1. ſermon. de Eliſeo in fine. *Elias magiſter Eliſei nunquid ab Angelis ducentibus raptus ad cælum eſt, & quadrigâ impoſitus quaſi quodam triumpho victor aſcendit.* Quibus verbis oſtendit non tantùm Eliam fuiſſe igneum, ſed igneâ charitate ac zelo honoris Dei, ſalutiſque proximi ſuccenſum fuiſſe, ſed etiam ipſos Angelos, qui ipſum aſcendentem ſtiparunt, totos flammeos & amore Dei & proximi fuiſſe accenſos, ac ſpeciali gaudio in eorum converſione fuiſſe perfuſos, eiſdemque congaudere & congratulari dum benè agunt. Illo verò privari dum à ſemitâ mandatorũ Dei & virtutis deflectunt. Undè S. Au-
guſtinus in ſoliloquiis ita de illis ratio- S. Auguſtinus.
cinatur. *Congaudent gaudentibus de te, compatiuntur patientibus. Grandis eſt eis cura de nobis, magnus eſt affectus dilectionis eorum erga nos. Et hoc totum propter honorem tuæ inæſtimabilis charitatis, quâ dilexiſti nos. Diligunt enim, quos tu diligis, cuſtodiunt quos tu cuſtodis & deſerunt quos tu deſeris: nec diligunt operantes iniquitatem, quoniam tu odiſti omnes operantes iniquitatem. Quoties benè agimus gaudent Angeli, & triſtantur dæmones: quoties verò à bono deviamus diabolum lætificamus, & Angelos tuos ſuo gaudio defraudamus. Gaudium eſt eis ſuper peccatore pœnitentiam agente, ſed diabolo ſuper uno juſto pœnitentiam deſerente.*

Illi ſubſcribens mellifluus Bernar- XXV.
dus libro meditationum ponderat illa Pſal. 67
verba pſalm. 67. verſ. 27. *Prævene-* verſ. 27.
runt principes conjuncti pſallentibus in S. Bernardus.
medio juvencularum tympaniſtriarum. Hæc effatur. *O quàm fælix eſſes ſi ſpiritualibus oculis ſemel intueri poſſes quomodo præveniunt principes conjuncti pſallentibus in medio juvencularum tympaniſtriarum: videris procul dubio quâ curâ, quovè tripudio interſunt cantantibus, aſſiſtunt orantibus, adſunt meditantibus. Diligunt ſiquidem ſuos concives ſupernæ poteſtates, & pro his, qui hæreditatem capiant ſalutis ſollicitè congaudent, confortant, providentq́ omnibus. Exultare eos fecimus quando converſi ſumus ad pœnitentiam. Feſtinemus ergò de nobis eorum lætitiam adimplere. Væ tibi quicumque es, qui deſideras reverti ad vomitum, redire ad lutum. Putaſne placatos habebis eos in judicio, quos tanto, & tam ſperato privare vis gaudio. Exultaverunt quando venimus ad religionem, tanquam ſuper his, quos ipſi inferni portæ cernerent remorari. Quid verò tunc*

erit

Digitized by Google

erit, ab ipſâ januâ Paradiſi viderint redire, & retorſum abire eos, qui jam alterum pedem habebant in cœlo. Sanctus Hieronymus in illa verba Sophroniæ

Sophron. Cap. 2. cap. 2. *Et ambulabunt in medio eius greges omnes, beſtiæ gentium, & Onocrotalus, & Ericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in feneſtrâ, corvus in ſuperliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hæc eſt Civitas glorioſa habitans in confidentiâ, &c.* Varias expli-

Hieron. cationes affert in bonam & malam partem. In bonam partem. *Quod ſi* (inquit) *de Angelis intellexerimus, ita interpretabimur. Cùm tranſierint per eam Angeli, & non tranſierint, ut priùs facere conſueverunt, ſtupebunt & mirabuntur, & non eam fulcient, & ſuſtentabunt ruentem manu ſuâ. Sed levabunt manus & pertranſient, vel certè cum ſibilo attollent manus, & quaſi plangentes in more lugentium concrepabunt.* Quibus verbis declarat Angelos lugere, ſeu ſolito gaudio privari, dum fideles à viâ ſalutis, ad viam perditionis deflectunt.

XXVI. Quare Angeli nè conſuetâ exultatione priventur. *Sunt in circuitu tiCajetan. mentium eum.* Cajetanus *Cuſtodia ſiquidem humana in uno loco non manet in altero, ſed ad hoc, ut totum circuitum cuſtodiat, oportet quod eat circum circa. Angelica autem cuſtodia habitat in toto circuitu: ita ut non oporteat, quod circumeat, ſed ſimul cuſtodit univerſum circuitum.* Quaſi diceret, fortis armatus tantùm cuſtodit atrium, excubiæ humanæ unam tantùm partem propugnant, vel ab unâ parte excurrunt in aliam. Et dum unam partem ſervant, hoſtis alteram aggreditur, & irruit in urbem. At Angelus totum locum, totum hominem æqualiter circumdat, protegit, ita ut nullâ parte poſsit ad illum dæmon introire. Angelus æquivalet exercitui, Clientem ab omni hoſtili expugnatione tuetur, omnes technas & inſidias detegit, quæ protectio dum ad nutum ſuccedit, ipſe incredibili lætitiâ perfunditur.

XXVII Hinc conformiter ad mentem noſtrâ dæmon reſpondet Deo quærenti Job. cap. 1. verſ. 8. *Numquid conſideraſti ſervum meum Iob?* Ideſt cùm totum orbem percurriſti, numquid inter alios homines, qui tibi obvii facti ſunt animadvertiſti ſervum meum Job? quam opinionem de eo concepiſti? nonnè eſt egregius miles? nonnè miratus es ſimplicitatem, timorẽ Domini, patientiam, humilitatem, miſericordiam erga parentes, infirmos, incarceratos, &c. Sathan gemẽs, ac invidiâ fremens, reſpondet. *Nonnè tu vallaſti eum.* Quaſi diceret, noli mihi exprobrare meam puſillanimitatem, & meum dolorem renovare. Quomodò potuiſſem illum debellare, cædere ac lætari? *Nè Hercules quidem contra duos.* Fortiſſimo munimine, tutiſſimâ cuſtodiâ fulcitur. Quod eſt illud munimen? qualis eſt illa cuſtodia? quænam illa acies, quæ te ab ineundo prælio deterruerunt? Gloſſa ad illum locum, vel potius Origenes lib. 1. in Job, ſic dæmonem reſpondentem inducit. *Quoties volui appropinquare, non inveni acceſſum, te muniente omnia eius Angelorum cuſtodiâ.* Quaſi diceret, quomodò mœrore non afficerer? vel quomodò poſſem lætari? vincentium ac triumphantium eſt gaudere. Ego verò nullam lætitiæ occaſionem & materiam habeo cùm vincere eum nequiverim, ſed ab eo ſim ſuperatus: quomodò verò illum ſuperare potuiſſem, cùm illi adſit, illum vallet Angelus fortiſsimus à te deſtinatus, qui ita vigilanter illum cuſtodit, tam fortiter illi auxiliatur, tam conſtanter illi adhæret, ut nè minima quidem jacula in eum dirigere poſſim. Miraris fortè quomodò Job tam ſimplex cum ſuâ ſimplicitate, tam juſtus cum ſuâ juſtitiâ, tam timens Deum cum ſuo timore poſſit innumeris dæmonum tentationibus reſiſtere, omnes inferorum machinas evertere, inſidias detegere, & in ſuo ſterquilinio lætari dæmonibus dolore & triſtitiâ confectis, quia illi adeſt præſentiſſimum Angeli Tutelaris ſubſidium ac propugnaculum. *Neque* S. Petrus Damian. *enim* (S. Petrus Damianus lib. 1. epiſt. cap. 17. ad Alexandrum II. Pontificem.) *Verſutiæ tam callidi tam exercitati hoſtis poſſet frigiditas humana reſiſtere, niſi eos à tentationibus electorum virtus Angelica propulſaret.* Ecce

motivum

motivum Angelicæ lætitiæ, acdiabolicę querimonię ac triſtitię quando ſcilicet homines benè vivunt, divinis auxiliis cooperantur, ac ſancti Angeli Tutelaris conſilia ſequuntur. Meritò ſanctus Bernardus ſermone 1. de Angelis concludit. *Quæ cùm ita ſint, quantâ etiam nobis ſollicitudine opus eſt, vt dignos nos exhibeamus eorum frequentiâ, & eo modo converſemur in conſpectu Angelorum, nè fortè ſanctos offendamus obtutus. Væ enim nobis, ſi quando provocati peccatis, & negligentiis noſtris indignos nos judicaverint præſentiâ & viſitatione ſuâ, ut jam neceſſe habeamus cum Propheta plangere & dicere: Amici mei & proximi mei adverſum me appropinquaverunt & ſteterũt. Et qui juxta me erant de longè ſteterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam. Elongatis nimirùm eis quorum præſentiâ protegere nos & propulſare poterat inimicum. Quod ſi tam neceſſariam habemus familiaritatem dignationis Angelicæ cavenda nobis eorum offenſa, & in his maximè exercendum, quibus novimus eos oblectari. Sunt enim plurima, quæ eis placent, & quæ in nobis invenire delectantur. Ut eſt ſobrietas, caſtitas, &c. Attamen ſuper omnia hæc unitatem & pacem à nobis exigunt Angeli pacis. Quidni delectentur maximè in his quæ formam quandam civitatis ſuæ repræſentant in nobis, ut intuientur Ieruſalem novam in terrâ. Econtra nihil æquè offendit, & ad indignationem provocat eos quomodò diſſentiones, ſcandala, ſi inveniantur in nobis.* Quid clarius exprimere poteſt bonorum Angelorum lætitiam & exultationem, dæmonum verò mœrorem & triſtitiam?

XXVIII Illorum gaudium teſtatur curſus, ſeu potiùs volatus ad ſuccurrendum nobis, de quo noſter Michael de Bononiâ in pſalm. 103. verſ. 4. ad illa

Pſ 103. verſ. 4. verba. *Qui facis, &c. & miniſtros tuos ignem urentem,* (ideſt inquit.) *Servientes tibi zelo ac tanto divinitatis amore inflammas, vt dici poſſint ignis urens, ſeu flamma ignis. Nam & Deus ſecundùm*

Michael de Bon. *Apoſtolum Hebræor. cap. 12. Ignis conſumens. Et Daniel. cap. 7. ſcriptum reliquit Antiquus dierum ſedit thronus ejus flamma ignis accenſus. Quid autem per thronum & rotas Dei æterni, niſi Angelicas Dei formas, Deiferas mentes accipimus? Vel facis ignem urentem, ideſt, ſummam Hierarchiam, ſeu Angelos Seraphim, qui ſummè & ardentiſſimè Divino flagrant amore. Miniſtros tuos, qui per illos illuminat alios, ipſiq; miſſi dicuntur, dum miſſi veniunt ad nos, propterea Iſaias cap. 9. Volavit, inquit, ad me unus de Seraphim. Vel dicuntur miniſtri Dei, ſeu Angeli ſancti fieri ignis urens, quia frequenter in ſpecie ignis apparuerunt, Exodi cap. 3. Vndè Matthæus cap. 28. de Angelo dicit. Erat aſpectus ejus ſicut fulgur, & in Exod. cap. 3. Scribitur apparuiſſe Angelus Moſi in rubo ardenti. Elias quoque in curru igneo eſt tranſlatus miniſterio Angelorum, &c.* Et Rudolphus. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, ut* Rudolph.
ſpirent hominibus tuam facere voluntatem. Et miniſtros tuos ignem ardentem, ut in aliis lumen veritatis infundant, in aliis peccata conſumant. Quod officium gratiſſimo animo obeunt, quo perfuncti, non minus ac Mulier Evang. ſummo gaudio perfuſi ad animas clientum ſuorum in cœlis ferendas conſodales ſuos convocant, ut eos ſui gaudii participes efficiant. *Gaudet unuſquiſque Angelorum tantum onus tangere.*

Ut non tantùm Angelus Tutelaris XXIX
ſed & plures alii adſint fideli agoniſanti, ac in extremo illo cõflictu cõtra noſtræ ſalutis hoſtes, ſint Angelorum chori inſtar caſtrorum opem & arma ſubminiſtrent Eccleſia precatur. *Adſint Angeli pacis,* & animæ è corporis ergaſtulo egredienti hilarem comitatum præſtent. *Vt* (inquit) *in hora exitus illius de corpore abſque peccati macula Creatori proprio per manus ſanctorum Angelorum eius anima repræſentari mereatur:* Item ægrotum ſic affatur. *Egredienti itaque anima tua de corpore ſplendidus Angelorum cœtus occurrat, vt aperiantur illi cœli, collætentur illi Angeli.* Infra. *Veniant illi obviam ſancti Angeli Dei, & perducant eam in civitatem ſanctam Ieruſalem.* Poſtquam emiſit Spiritum ſtatim ſubdit. *Subvenite ſancti Angeli Dei, occurrite Angeli Domini ſuſcipientes animam eius, offerentes eam in conſpectu altiſſimi. Suſcipiat eam Chriſtus qui vocavit eam, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant eam, &c.*

Digitized by Google

&c. Poſtea *Obſecramus te piiſſime Pater, ut quem unigeniti tui cruor redemit effuſus non ſinas vermibus perpetuis devorari: ſed Angelici agminis deductione protectus paradiſi tui potiatur ſuavitate ſecurus.* In aliâ Collectâ. *Adſit ei Angelus teſtamenti tui Michael, & per manus ſanctorum Angelorum tuorum inter electos tuos in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Iacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris.* In alterâ. *Eam ad te revertentem ex Ægypti partibus blandè, leniterq́; ſuſcipias, & Angelos ſanctos tuos ei obviam mittas, &c.* Dum corpus ad tumulum deducitur rogat. *Te ſupplices deprecamur, ut ſuſcipi jubeas animam famuli tui per manus ſanctorum Angelorum deducendam in ſinum Amici tui Abrahæ Patriarchæ.* Infra. *Te ſupplices deprecamur ut ſuſcipi jubeas animam famuli tui per manus ſanctorum Angelorum deducendam in ſinum Abrahæ Patriarchæ tui.* Iterùm animam alloquitur. *In paradiſum deducant te Angeli, in tuo adventu ſuſcipiant te Martyres, &c. Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quodam paupere æternam habeas requiem.* Denique cõcludit. *Clementiſſime Domine, &c. eam ad lucem tuam Angeli, paradiſiq́; ianuã introducant, ut dum corpus pulveri traditur, ad æternitatẽ perducant.* Ideſt pro ſolitâ ſuâ in fideles charitate, & humanæ ſalutis zelo ac deſiderio eam ad portum ſalutis deducant.

XXX. Eundem Angelicum zelum teſtatur S. Marcus Chriſti reſurgentis hiſtoriam referens, aitque Angelum facie ſplendidâ inſtar fulguris, ac veſte candidâ indutum, qui cap. 16.
Marc. c. 16. v. 7. verſ. 7. mulieribus ad Chriſti tumulum venientibus dixit. *Ite, dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam.* Matthæus cap. 28. verſ. 7.
Matt. c. 28. v. 7. *Et citò euntes dicite diſcipulis eius, quia reſurrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis.* Cur ait, *Citò euntes, dicite, &c.* Ut oſtendat quantoperè expetat Apoſtolorum fugitivorum, pavidorum, ac mœrentium conſolationem, & maximè Petri perjuri, ſed pœnitentis animum erigere, magnoque gaudio perfundere. Alludens ad hiſtoriam S. Eliſei præcipientis miniſtro ſuo Giezi ut proficiens ad filium mulieris Sunamitidis vitæ reſtituendum feſtinaret lib. 4. Regum *4. Reg. 4. v. 19.* cap. 4. verſ. 29. S. Ambroſius in cap. 10. Lucæ lib. 7. *Feſtinato enim iubebat eum contendere, ut celebrandæ reſurrectionis exequeretur officium, ne confabulationis alicuius obvii mandato deflecteretur à munere.* Specialiter igitur Petrum nominat, ut recreet eum & ſignificet peccatum ſuæ perfidiæ remiſſum eſſe. Nam (inquit Euſebius apud *Euſebius* Damaſcenum lib. 2. Parallel.) *Verebatur forſan Petrus in conſpectum Chriſti venire, quod peccatum ſuum ſolutum non eſſe exiſtimet, ac proindè dixit & Petro, ut ſine ullâ cunctatione cum reliquis Apoſtolis Ieſum videat.* Ut de peccato remiſſo per oſculum pacis confidentiam conciperet.

Præfatorum Angelorum ſtudium XXXI & gaudium de noſtrâ ſalute notat *Apoc. 5.* S. Joannes Apocal. cap. 5. verſ. 11. *verſ. 11.* *Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni & animalium, &c.* Verſ. 12. *Dicentium voce magnâ, dignus eſt agnus, qui occiſus eſt,* *verſ. 12.* *accipere virtutem & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorẽ, & gloriam, & benedictionem.* Syrus. *Dignus eſt ille mactatus, &c.* Ideſt meretur virtutem, honorem, gloriam, & benedictionem, non tantùm ratione unionis hypoſtaticæ, ſed quia occiſus, & mactatus eſt, juxta illud Iſaiæ cap. 9. verſ. 6. *Factus eſt principatus eius ſuper humerum ejus.* Gloſſa Ordinaria ibi. *Dum duceretur ad patibulum portavit crucem in quâ meruit* *Iſaiæ 9. verſ. 6.* *principatum.* Pro quibus occiſus eſt? non pro Angelis, ſed pro hominibus. *Quoniam* (inquiunt verſ. 9. homines) *occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* Congratulantur igitur, & lætantur Angeli, eo quod pro ſalute humani generis occiſus ſit. Idem Joãnnes ſatis patenter inſinuat illud gaudium quo perfunduntur Angeli in converſione & ſalute hominum *Apoc. 7. verſ. 11.* cap. 7. ejuſdem Apocal. verſ. 11. *Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adoraverunt Deum dicen-* *verſ. 12.* *tes.* Verſ. 12. *Amen, benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio,*

honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum. Illi Angeli, qui in circuitu throni ſtant, ſunt tutelares hominum, qui gaudent ac immenſas Deo gratias agunt de ſalute ſuorum clientum. Richardus à S. Victore. *Angelos inducit de ſalvatione hominum gaudentes, & humanæ confeſsionis teſtimonium confirmantes.* Et Angelicus Doctor. *Hic oſtenditur Angelorum ad homines benevolentia in congaudendo eorum ſpiritualibus bonis quos habituri ſunt conſortes.* Vel Joannes vidit Angelos ſtantes & procumbentes in facies ſuas cum ſenioribus, ut ſignificet non tantùm eorum ſollicitudinem, ſed etiam gaudium de hominum cõverſione & ſalute. Quod gaudium exprimunt. *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio; &c.* Ut oſtendant nos omnes de aliorum ſalute & progreſſu in virtute, ac æternæ beatitudinis adeptione debere gaudere. *Promotioni fratrum* (inquit Sanctus Ephrem de timore Dei) *nè invideas, ait enim ſcriptura 3. epiſt. Ioannis verſ. 4. majus gaudium non habeo quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare.* Apoſtolus videns Philippis primos Chriſtianos egregium in fide & aliis virtutibus profectum facientes, vocat eos gaudium & coronam ſuam cap. 4. verſ. 1. *Fratres mei chariſsimi & deſideratiſsimi, gaudium meum & corona mea.* Vocat Philippenſes fideles gaudium ſuum, quia tantum progreſſum in religione Chriſtianâ faciebant, ut ipſi Apoſtolo maximum lætandi argumentum, uberrimamque lætitiam ſubminiſtrarent. Seneca epiſt. 34. dicebat. *Creſco & exulto, & excuſsâ ſenectute recaleſco, quoties ex iis, quæ agis & ſcribis intelligo quantum ipſe (nam turbam olim reliqueras) ſupergradieris.* In optimo noſtro ſtudio & exercitio virtutis non tantùm lætandi, ſed etiam gloriandi occaſionem damus Angelis, & Viris Apoſtolicis. *Et corona mea* (inquit Apoſtolus.) S. Chryſoſtomus legit *Gloria & corona mea.* Subditque. *Vide admonitionum encomia, non tantùm gaudium, ſed etiam gloria: Non tantùm gloria, ſed etiam corona. Quid huic virtuti par inveniatur? quippè cum Paulo coronaſint.*

Richard. à S. Vict.

S. Thom.

S. Ephrē.

Philip 4. verſ. 1.

Seneca.

S. Chryſoſtomus.

XXXII

Id patet à ſimili, quemadmodum Parentes prolium ſuarum, magiſtri diſcipulorum ſuorum profectu vehementer gaudent & honorantur, ſic Apoſtoli, ſic Angeli. *Manifeſtum* (inquit S. Ambroſius) *quia perfectio diſcipulorum gaudium & corona Magiſtri eſt. Hi enim ſunt, qui labores fructuum ſuorum edituri ſunt. Fructus enim Magiſtri diſcipulus eſt obediens, cuius dum bona converſatio proficit Magiſtro fructus ſui edit laborem. Labor enim diſcipulorum in opere bono coronam dat Magiſtro judice Chriſto.* Seneca ſupra citatus aliis utitur ſimilitudinibus. *Si agricolam arbor ad fructum deducta delectat: ſi paſtor ex fœtu gregis ſui capit voluptatem: ſi alumnum ſuum nemo aliter intuetur, quam ut adoleſcentiam illius ſuam judicet, quid eveniſſe creditis, qui ingenia educaverunt, & quæ tenera formaverunt adulta ſubitò vident.* Ex his patet quantopere Angeli delectentur animarum converſione, earumque in virtutis ſtudio & exercitio progreſſu. Cùmque ſanitas corporis ex ſanitate membrorum, optimâque compoſitione & complexione eorum colligatur. Cœleſteſque ſpiritus tam aſsiduè ac indefeſsè incumbant ſaluti hominum, ſeu membrorum Eccleſiæ, quæ eſt Corpus myſticum Chriſti, juxta illud Apoſtoli Roman. cap. 12. verſ. 5. *Multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alteri alterius membra.* 1. Corinth. cap. 6. verſ. 15. *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti.* Et cap. 10. verſ. 17. *Vnum corpus multi ſumus, &c.* Sufficienter concluditur Angelos ad hominũ cuſtodiam miſſos à Deo, eorumque ſaluti ſedulò invigilantes, de eâq; ſummoperè gaudentes, ad Eccleſiæ ſanctimoniam promovendam cõcurrere. Vide plura apud Amicum tomo 1. diſp. 19. ſect. 7.

S. Ambr.

Seneca.

Rom. c. 12. v. 5.

§. 8. Angeli

§. 8.

Angeli à Deo mittuntur ut totius Eccleſiæ ſanctimoniam promoveant.

I. SI Angeli cautas excubias faciant vt unum hominē tueantur, majori curâ & ſollicitudine corpori myſtico Chriſti ſeu Eccleſiæ cuſtodiendæ invigilant. Hanc ſedulam cuſtodiam pollicetur Deus Zachariæ cap. 9. verſ. 8. *Circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi, & revertentes, &c.* Hebræus. *Caſtra metabor domui meæ,* vel, *ponam caſtra circa domum meam, vt ſcilicet defendam ex his qui militant mihi euntes & revertentes.* Tigurina. *Et circumducam caſtrum domus meæ contra tranſeuntem & redeuntem.* Quæ eſt illa domus? Dei Eccleſia, pſalm. 67. verſ. 7. *Deus qui inhabitare facit unius moris in domo.* Pſalm. 112. verſ. 8. *Qui habitare facit ſterilem in domo.* S. Cyprianus epiſt. 75. expendens illa verba Joſue cap. 2. verſ. 18. & 19. *Qui exierit oſtium domus tuæ foras, reus ſibi erit.* Subdit. *Quia ſacramento declaratur in unam ſolam domum, ideſt Eccleſiam victuros, & ab interitu mundi evaſuros colligi oportere.* Hanc ergò domum, ſeu Eccleſiam circumducunt ac defendunt milites ſeu caſtra ſcilicet Angelorum. Audi S. Auguſtinum in Soliloquiis. *Hi ſunt cuſtodes ſuper muros Civitatis tuæ nova Ieruſalem. Et montes in circuitu ejus vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem tuum, nè quando rapiat vt leo animas noſtras, dum non eſſet qui eriperet: ille antiquus ſerpens adverſarius noſter Diabolus, qui vt leo rugiens ſemper circuit quærens, quem devoret. Hi ſunt cives beatæ Civitatis ſupernæ Ieruſalem, quæ ſurſum eſt Mater noſtra, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, vt eos liberent ab inimicis ſuis, & cuſtodiant in omnibus viis ſuis: Confortent & moneant, orationes filiorum deferant & offerant in conſpectu gloriæ Majeſtatis tuæ. Diligunt nempè concives ſuos, quos ruinæ ſuæ ſciſſuras expectant, ideòq; magnâ curâ, vigilanti ſtudio aſtant nobis omnibus horis & locis, ſuccurrentes & providentes neceſſitatibus noſtris, & ſollicitè diſcurrentes inter nos & te Domine.* Vocat Eccelſiam domum & civitatem conformiter ad mentem Vatis Regii pſalmo 121. verſ. 1. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus.* Verſ. 2. *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſalem. Ieruſalem quæ ædificatur ut civitas, &c.* De his excubiis & cuſtodiis mentionem facit Sponſa Canticorum cap. 3. verſ. 3. *Invenerunt me vigiles qui cuſtodiunt civitatem, Num quem diligit anima mea vidiſtis?* Quemadmodum omnes nationes conſueverunt in munitiſſimis caſtris, oppidis, civitatibus excubias cōſtituere, quarum munus eſt per vigilias nocturnas cuſtodire caſtrum, oppidum, vel urbem ab externorum hoſtium inſultu, & internorum civium motibus præſervare, qui cuſtodes ſeu vigiles nuncupantur, quia ſtudioſè obſervant eos, qui nocturno tempore per plateas incedunt, illis occurrunt, inquirunt, interrogant, diligenterque examinant, atque adeò continuos circuitus agunt in eâ civitate & domo quam cuſtodiunt. Per vigiles illos, ſeu cuſtodes Eccleſiæ Richardus Victorinus, S. Gregorius Nyſſenus homil. 6. S. Ambroſius ſermone 7. in pſalmum 118. & libro de Iſaac cap. 5. Pſellus, Catena trium Patrum apud Theodoretum accipiunt ſanctos Angelos cuſtodes, qui pernoctant jugiter in noſtram ſalutem. Quibus ſubſcribens Dionyſius. *Per Vigiles* (inquit) *in ſcripturis intelliguntur Angeli ſancti, iuxta illud in ſententiâ vigilum decretam eſt. Itemq; deſcendit ſanctus vigil.*

Zachar. c. 9. v. 8.

Pſal. 67. verſ. 7.

Ioſue c. 2. verſ. 18. & 19.

S. Cyprianus.

S. Auguſtinus.

Pſ. 121. verſ. 1.

Cant. 3. verſ. 3.

Dionyſ.

II. Hujus domus & civitatis Angelicâ cuſtodiâ & vigilantiâ defenſæ hæc effatur Deus Iſaiæ cap. 62. verſ. 5. *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Dionyſius poſt S. Hieronymum, Hugonem, S. Bernardum. *Per Ieruſalem* (inquit) *deſignatur Eccleſia maximè primitiva, quia in Ieruſalem ſumpſit exordium. De Sion enim exivit lex Evangelica, & verbum Domini*

Iſaiæ 26 verſ. 5.

Dionyſ.

Salvatoris de Ieruſalem, de quo Chriſtus dixit Apoſtolis, Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæâ & Samariâ, & uſque ad ultimum terræ. Primò poſt Chriſti paſsionem prædicatum eſt Evangelium in Ieruſalem. Per muros autem Ieruſalem, intelligi poteſt vel populus Iſrael & Gentilis, ex quibus, quaſi ex duobus parietibus ſeu muris in Chriſto lapide angulari conſtructa eſt una Eccleſia. Vel ipſi Beati Apoſtoli, quorum doctrina & merita, ſunt cæteris quaſi murus defenſionis. Si ergò per muros intelliguntur Apoſtoli, per cuſtodes horum murorum intelligendi ſunt Angeli ſancti. Si verò per muros intelliguntur duo prædicti populi ab Apoſtolis converſi, ſeu turba fidelium. Per cuſtodes intelligi poſſunt tam Angeli, quorum directione atque protectione muniuntur ſi.. 'es & gubernantur. Quemadmodum Deiformis Dionyſius aſſerit Hierarchiam Eccleſiaſticam ab Hierarchiâ Angelicâ diſponi ac regi, quam Apoſtoli, aliiq́ Prælati Eccleſiæ, quorum eſt officium gregem Dominicum cuſtodire, ſicut Paulus Actor. cap. 20. hortatur. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, totâ die ac nocte non tacebunt, &c. ideſt indeſinenter exorabunt pro ſalute gregis ſibi commiſsi, ipſumq́ gregem informabunt, &c. Cornelius eandem explanationem amplectitur.

III. Idem per Zachariam cap. 2. verſ. 5. teſtatur ſe fore murum, non lapidem, vel æneum, ſed igneum *Et ego ero ei ait Dominus murus ignis in circuitu ejus.* Chaldæus. *Verbū meum erit ei, dicit Dominus velut murus igneus illum per circuitum ambiens.* Hoc oraculo alludit ad enſem flammeum quo Geneſis cap. 3. verſ. 23. Cherubim cuſtodivit Paradiſum, quem Lactantius lib. 2. inſtitut. cap. 13. & nonnulli alii murū igneum exponunt, qui Paradiſus erat olim Jeruſalem ſeu Synagoga, & modò eſt Eccleſia. Alludit etiam ad illud pſalmi 124. verſ. 2. *Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi ſui.* Et ad Iſaiæ vaticinium. *Salvator ponetur in eâ murus & antemurale.* Per murum igneum Eccleſiæ & fidelium Angeli cuſtodes ſunt, de quibus Pſaltes canit, & Apoſtolus ſcribit Hebræis cap. 1. verſ. 7. *Qui facis Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem.* Sic lib. 4. Reg. cap. 6. verſ. 18. Angeli inſtar equorum & curruum igneorum Civitatem, in quâ S. Propheta Eliſeus erat, obſeſſam à Syrorum exercitu propugnarunt, & eodē lib. 4. Reg. cap. 2. verſ. 11. S. Eliam in curru igneo evectum ab acceſſu dæmonum defenderunt.

Zachar. c. 2. v. 5.

l. 4. Reg. 6. v. 18. cap. 2. verſ. 11.

IV. Eandem tutelam pollicetur Deus ore prophetico ejuſdem Zachariæ cap. 3. verſ. 7. *Cuſtodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic aſsiſtunt.* Si tu Pontifex Judæorum Synagogam in lege ſcriptâ, vel Pontifex Eccleſiæ in lege ſcriptâ *domum meam cuſtodieris*, ut olim Moyſes, *qui in omni domo mea fideliſsimus fuit*, dabo tibi aliquot ex Angelis, qui mihi aſſiſtunt, qui tuam Synagogam & Eccleſiam circumvallabunt, ſuâque ope ab hoſtium inſidiis, inſultibus, & armis defendent, ad portum ſalutis ſecurè deducent, tecum aſſiduè & inſeparabiliter ambulantes. Quæ explicatio S. Hieronymi, Hugonis, & Lyrani conformis eſt verſioni Hebraicæ, & Septuaginta. *Dabo tibi qui converſentur in medio ſtantium iſtorum.* Ideſt dabo tibi cœleſtes commilitones, cum quibus converſaberis juxta illud Apoſtoli. *Noſtra converſatio in cœlis eſt*, viam ſternent ad cœleſtem Jeruſalem, de quâ canit Eccleſia. *Vrbs Beata Ieruſalem, dicta pacis viſio, quæ conſtruitur in cœlis vivis ex lapidibus. Et Angelis coronata, ut ſponſata comite.* Ad hunc comitatum alludit Pagninus. *Dabo vias inter ſtantes iſtos.* Et Tigurina. *Tibi inter iſtos ſtantes tranſitus dabo.* Non tantùm ut cum illis converſeris, ſed etiam ut eorum ope & patrocinio ad cæleſtem patriam & civitatem deducaris.

Zachar. c. 3. v. 7.

V. Hanc indefeſſam cuſtodiam & vigilantiam Angelorum cōfirmat idem Zacharias verſ. 9. *Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt.* Quid per lapidem unum intelligit? Dicet fortè aliquis eſſe ſingularem lapidem cui cuſtodiendo ſunt Angeli deſignati. Sed non eſt probabile, quamvis enim Origenes homil. 23. in Joſue affirmet brutis aliiſq; rebus deputatos eſſe Angelos, eorum

verſ. 9.

corum currum gerentes. His verbis. Origenes *Ego quantùm ad opinionem meam ſpe-ctat, puto audacter dicendum etiam de his virtutibus, quæ mundi hujus mini-ſteria ſuſceperunt, quod non fortuitò vel caſu illa virtus terræ vel arborum gene-rationibus præſit illa fontium, ac flumi-num ſufficiat ac ſufficienter exhibeat, a-lia imbrium, alia ventorum, alia mari-nis, alia terreſtribus animalibus, vel ſingulis quibuſq; è terra gignentibus præ-ſit.* Et S. Damaſcenus lib. 2. de fide orthodoxâ cap. 4. S. Auguſtiuus lib. 83. quæſtionum quæſt. 79. his verbis. S. Auguſtinus. *Vnaquæque viſibilis in hoc mundo habet poteſtatem Angelicam ſibi impoſitam, ſi-cut aliquot locis divinæ ſcripturæ teſta-tur.* Et hanc opinionem probabilio-rem cenſeant, S. Thomas 1. part. quæſt. 110, art. 1. ad 2. & 8. & quæſt. 113. art. 2. Molina 1. quæſt. 110, Za-mel quæſt. 113. art. 2. Vaſquez diſp. ultim. cap. 1. Suarez lib. 6. de Angelis cap. 17. Granados tract. 16. diſp. 5. ſect. 5. & alii conformiter ad ſcriptu-ram Apocal. cap. 7. verſ. 1. ubi Ange-li ſtantes ſuper quatuor angulos terræ *Apoc. 7. verſ. 1.* dicuntur tenere quatuor ventos. *Poſt hæc* (inquit Joannes) *vidi quatuor An-gelos ſuper quatuor angulos terræ tenen-tes quatuor ventos terræ nè flarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque ſuper ullam arborem.* Ideſt (inquit noſter Sylveira in expoſitione 1.) ſtantes tanquam præſides ventorum, tenen-teſque; ſeu cohibentes Eurum ab Oriente, Zephyrim ab Occidente, Auſtrum à Meridie, Aquilonem à Septemtrione, alioſque intermedios, nè impetu vehementiori flarent, tempeſtateſque moverent. Quos Angelos S. Bernardus, Andræas Cæ-ſarienſis, Ribera, Cornelius, Pererius, Joannes de la Haye, noſter Sylveira exiſtimant eſſe bonos, contra Richar-dum, Abbatem Joachimum; Tho-mam Anglicum, Viegas, Gagnæum, Martinum Delrio libr. 2. de Magiâ quæſt. 11. & aliquos Patres ab hoc ci-tatos. Et cap. 16. idem S. Joannes cap. 14. ait Angelum habere po-teſtatem ſupra ignem. Probabi-lius tamen eſt per unum lapidem ſignificari totam Eccleſiæ fabricam, quæ unus lapis dicitur ob fidelium unionem per fidem & charitatem, oculi ſunt Angeli, qui oculatiſſimi ſunt ad circumſpiciendam, luſtran-dam, protegendam, curandam totam Eccleſiæ fabricam.

VI. Regum ſapientiſſimus Eccleſiam non domum, non caſtrum, non ci-vitatem, ſed ferculum vocat Cantic. *Cantic. 3 verſ. 7.* cap. 3. verſ. 7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.* Lectio Hebraica habet. *En lectus ipſius, qui eſt Salomonis, circum quem ſexaginta fortes de potentioribus Iſrael.* Ghiſlerius in expoſitione 2. ſcribit il-lo ferculo intelligendam eſſe Eccle-ſiam Romanam. Ghiſler. *Romanam* (inquit) *Vrbem univerſarum totius orbis civita-tum ab omnibus definitam adeò notum eſt ſingulis, vt nullus ſit qui hac de re du-bitare queat, niſi qui antiquitatis & hiſtoriarum penitùs ſit ignarus, quin ex ipſo ejus nomine colligere id facile poteſt qui libet, qui Græcæ ſit ignarus linguæ. Ῥώμη enim robur ſonat atque poten-tiam. Id autem ex Dei providentiâ fa-ctum eſt, vt nomine & re Vrbs iſta vali-diſſima eſſet.* Eccleſia Romana con-gruiſſimè lectulus vocatur ob quietē. *Sicut enim* (inquit idem Ghiſlerius) *ita proprium lectuli eſt, vt quietem exhi-beat, vt ipſum ejus nomen ad quietem ſignandam communiter uſurpetur, ita & Romanæ Eccleſiæ peculiariter compe-tit, vt quietem quibuſlibet præſtet fideli-bus quotquot in eâ cubare velint, adeò vt vel qui tantillū ab ipſâ ſe elongarint, nunquam alibi certiſſimum ſit eos reper-turos quietem. Porrò quemadmodum quies omnis, quàm lectulus confert, in-dè provenit, quod qui in eo recumbit to-tum ſeſe ſuper illum projicit, ſuaq; omnia & ſingula membra ſuper eodem ſternit, ita & Eccleſia Catholica catenus quietis eſt compos, quatenùs ſingulos quoſque fi-deles ſternit quodammodo ſuper Eccleſiâ Romanâ, ita ut toti ipſi nitantur uni, in iis quieſcent, quæ ab eâ fuerint definita, & ab eâ penitus dependens, quod ſub aliâ metaphorâ Petrum alloquens teſtatus eſt Dominus Matthæi cap. 16. verſ. 18. cùm dixit, Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ in-feri non prævalebunt adverſus eam.* Oſtendit ſecundò quomodò lectuli appellatio cōvenit Eccleſiæ Romanæ.

Nam ſi lectulus ſignificat thalamum, in quo Salomon cum ſuâ requieſcit ſponsâ, pro confeſſo apud omnes habetur in ipsâ Eccleſia Romana propter ejus ſtabilitatem fides Chriſtum perpetuò commorari per aſſiſtentium Spiritus ſancti: ibiq́; velut in proprio thalamo cum ſua conquieſcere ſponſa Eccleſia Catholica, juxta firmiſsimum ejus promiſſum Matthæi cap. 28. verſ. 20. Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Patet tertiò Eccleſiæ ſimilitudinem lectuli competere. *Quia ſicut is qui in lecto cubat corpus ſuum effundit ſuper illum, atque diſtendit. Ita Chriſtus Dominus verus Salomon in Eccleſiâ Romanâ diſtendit ſeſe quodammodo bonitatis ac largitatis præſtantiſsimus effundens gratias, &c.* Per ſexaginta fortes ambientes præfatum Salomonis lectulum. *Poſſunt intelligi* (inquit Dionyſius) *Angeli ſancti hominibus pro cuſtodiâ deputati juxta illud Pſalmiſtæ pſal. 90.*
Dionyſ. *Angelis ſuis mandavit de te ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Omnes enim ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium, &c. Hi expertiſsimi, perfectiſsimiq́; conſiſtunt ad præliandum prorſus contra nequiſsimos ſpiritus, quos coercēt, nè quantùm velint ac poſſent impugnent aut vexent nos: illuminant quoque mentes noſtras allocutione & inſtructione internâ.*

VII. Idem Sapiens cap. 2 verſ. 2. ait *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea*
Cant.c.2 *inter filias.* Ghiſlerius expoſitionem 2.
verſ.2. ſic in gratiam Eccleſiæ explicat. *Quod paſsionibus Chriſtus exponere voluit ac perſecutionibus, ut ſuo Martyres provocaret exemplo, quodvè Mar-*
Ghiſler. *tyres univerſos voluit ſuperare: quia omni ſe privari voluit adjutorio, omniq́; conſolatione deſtitui: ita ut propterea etiam à Patre ſe in paſsionibus derelictum conqueſtus ſit, cùm è veſtigio Martyres etiam dum cruciatibus eſſent expoſiti, undequaque quaſi ſepe quadam divinâ ope, Angelorumq́; circumdarentur auxiliis, necnon & cæleſtibus profunderetur cōſolationibus, ipſemet qui iſta operatus eſt ſponſus multò prænunciavit, cùm diceret. Ego flos campi & lilium, ſicut lilium inter ſpinas, ſeu in medio ſpinarum, ſic amica mea inter filias, ſeu in medio filiarum.* Per lilium S. Auguſtinus lib. de unitate Eccleſiæ cap. 13. tomo 7. & epiſt. 48. ad Vincentium, & alibi. S. Gregorius lib. 1. moral. cap. 1. S. Bernardus ſermon. 48. Origenes homil. 3. ex 4. Theodoretus, Beda, Caſsiodorus, Aponius, S. Anſelmus, Philo Carpathius, Hugo Cardinalis intelligunt Eccleſiam. Quibus ſubſcribens Dionyſius hæc effatur. *Quemadmodum lilium multipliciter eminet pulchritudine, & odore, ac aliis, & tamen inter eos exoritur, ita & Eccleſia ſponſa mea chariſsima cæteris antefertur gentibus ſplendore virtutum, pulchritudine meritorum, & fructificatione in aliorum converſione.* Nomine ſpinarum Ghiſlerius expoſitione 2. accipit Angelos ob tutelam. *Neque enim* (inquit) *vel tabernaculo comparatur undique aperto, vel fortiſsimis mœnibus, vel validiſsima turri, vel ſpinarum ſepi, quæ lilium ad apertum cælum expoſitum ambiat, per hoc quippe ſolvitur difficultas, quæ in verbis exoritur ſponſi, contraria namq́ue ſibi invicem hæc eſſe videntur, operæpretium eſſe Eccleſiam, ejusq́; fideles in campo perſeverent expoſiti tribulationibus, perſecutionibusq́;, ut inſtar pulcherrimi lilii floreant, & decore ſanctitatis, odore virtutum, ut nè ſimul ab Angelis vallata ſit, nè iisdem tribulationibus deprimantur, nevè dejiciantur perſecutionibus. Quomodò autem hæc ſibi invicem minimè adverſentur ipſe indicat uſurpata ſpinarum ſimilitudo. Enimverò quemadmodum ſpinarum ſepes haud quaquam circumponitur lilio dum intra domos ſit, at dum eſt in campo vel in convallibus. Ita & Angelorum cuſtodia eatenùs Eccleſia à providentiſsimo tradita eſt Patre, quatenùs eſt in campo miſeriarum, & in convallibus lacrymarum. Quando enim ad cæleſtes admiſſa fuerit domos nequaquam indigebit iſtiuſmodi cuſtodiâ.* Egregia ſanè ſimilitudo.

Alteram ſubjicit non minus ſubti- VII.
lem. *Quemadmodùm ſpinarum ſepes ita lilium tutatur, ut tamen ad univerſa quæ à cælo proveniunt, illud relinquat expoſitum ſivè ſolis radiis, ſivè pluviæ, imbresvè, ſivè venti, aut aliud quid tale, quibus ad perfectum perducitur decoris argumentum, meliusq́; ſervatur, quam ſi ab iis operiretur. In eundem modum & Angeli*

Angeli, ita Eccleſiam, animaſvè fideles cuſtodiunt, ut tamen ad omnia, quæ è cælis à Deo immittuntur, eam expoſitum ſinant, ſivè flagella ea ſint, ſivè infidelium ac falſorum filiorum perſecutiones, ſivè quodcumque genus ſit illud tribulationum, cùm hæc ideircò illi permittantur à ſponſo, quæ illi neceſſaria ſunt & ad perfectum fidei augmentum, & ſanctitatis decorem ſervandum, ut & ipſa ſit lilium æquè ac ſponſus eſt lilium cōvallium. Sic quippè illi ipſemet cùm ad Apoſtolos verba haberet Ioannis cap. 15. verſ. 20. teſtatus eſt ſponſus. Non eſt ſervus major Domino ſuo, ſi me perſecuti ſunt & vos perſequentur, Lucæ cap. 21. verſ. 12. Iniicient vobis manus & perſequentur trahentes in Synagogas & cuſtodias trahentes ad Reges & Præſides propter nomen meum, continget autem vobis in teſtimonium, &c. En lilii decorem, en lilii augmentum in fidelibus, ac ſimul in ipſa Eccleſia mediis perſecutionibus, anguſtiis ac tribulationibus. Quid igitur efficiunt Angeli, dum ſanctam cuſtodiunt Eccleſiam? dum ſanctas tuentur & animas? Quid faciunt ſpinæ dum lilium in campo cuſtodiunt puriſſimum,

VIII. Tertiam æquè oportunam ſimilitudinem affert; *Sicut ſpinæ ad hoc lilio deſerviunt, ut audaces ab eo arceant tranſeuntium pedes aut manus, nè ab illis carpatur, aut ignominioſè conculcetur, necnon & aliquid etiam umbræ ad cæleſtes influxus conferunt, ad ſolis æſtus, ad imbres, atque ad ventos. Eodem pacto & Angeli ſuâ tutelâ iſta cuſtodiunt Eccleſiam ab inſurgentium impulſu, ut non patiantur unumquemque illam, prout ei libuerit, conculcare, & vehementiores, vel dæmonum, vel principum mundi impediant impetus, à quibus conteri poſſet, 1. Corinth. cap. 10. verſ. 13. Fidelis Deus (inquit Apoſtolus) qui non patitur tentari ſupra id quod poteſtis, &c. Imò in his ipſis tentationibus & perſecutionibus, quæ è cælo à Deo eidem immittuntur Eccleſiæ, exhibent ei, quæ lilium eſt candidiſſimum permultum umbræ divinarum conſolationum, multumq́; vigoris.*

IX. S. Joannes Evangeliſta in ſuis propheticis viſionibus Eccleſiæ ſanctimoniam ab Angelis plurimum promoveri didicit. Ait enim Apocal. cap. 4. verſ. 5. quod *de throno procedebant fulgura & voces & tonitrua, & ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.* Apoc. 4. verſ. 5. Syrus. *Et à throno exeunt fulgura, & vox tonitruum, & ſeptem lampades ignis ardentes ante thronum, &c.* Arabicus. *Aderantq́; ſeptem faces ignitæ.* Aretas. *Septem lampades accenſæ.* Viegas, Aretas, Cornelius, noſter Sylveira poſt Sanctum Clementem, Alexandrinum, & Irænium, aſſerunt ſeptem illas lampades ardentes, ſeu accenſas, ſeu faces ignitas eſſe ſeptem primarios Angelos, quibus à Deo commiſſum eſt regimen Eccleſiæ militantis, qui vocantur lampades, quia lucēt Dei cognitione, quâ illuminant homines, ejuſque amore ardent, quo hominum corda incendant, & cœleſtia dona nobis miniſtrent. Et hoc ſenſu Arias Montanus explicat illud Zachariæ cap. 4. verſ. 2. *Vidi & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ejus, & ſeptem lucernæ ejus ſuper illud. & ſeptem infuſoria lucernis.* Zachar. 4. v. 2. Candelabrum (inquiunt S. Cyrillus, S. Hieronymus, Rupertus, Remigius, & alii) Eccleſiam repræſentat. Lampas ejus erat in ſummitate illius candelabri, ſeptem lucernæ cum ſeptem infuſoriolis non erat hoc candelabrum, ut eſt apud nos. Quia iſtæ lucernæ ſic lucent, ut in ſe conſumant oleum. At hæ lucernæ ſic ardent & lucent ut eſſent ſimul infuſoria, ut aliis communicarent: in quo exprimebantur hi ſeptem primarii, qui ſic lucent & ardent amore & cognitione Dei, ut oleum divinæ cognitionis & amoris aliis miniſtrent. Accipe Ariam Montanum ad illa verba *Septem lucernæ & ſeptem infuſoria.* Ait. *Hoc nihil aliud nobis ſignificat quàm cæleſtes ſpiritus certis ordinibus diſtinctos, atque ad divina beneficia Eccleſiæ miniſtranda deputatos.* Arias. *Nonnè omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis, res gratiæ & aliorum divinorum beneficiorum uſus per Angelos tanquam miniſtros Eccleſiæ gigni ſuppeditariq́; ſignificat.* Candelabrum à Zachariâ memoratum aureū eſt, repræſentans Eccleſiam, quæ ex

ſancto

S:Hieronymo & aliis eitatis aurea eſt charitate & doctrinâ cœleſti.

X. Eodem lib. Apoc. cap. 1. verſ. 12. idem Apoſtolus verſ. 12. *Vidi ſeptem candelabra aurea.* Quia Eccleſia non conſtat unius aut alterius regionis, ſed omnium orbis partium hominibus præditis diverſitate cōditionum, colorum, ſtatuum, & morum. Nam alii ſunt nive candidiores, alii nigriores carbonibus, alii principes, alii ſervi, & mancipia, alii ſæculares, alii reguiares. Eccleſia vocatur candelabrū quia inſtar candelabri viſibilis eſt & conſpicua juxta illud Pſalm. 18. verſ. *Pſal 18. verſ 6.* 6. *In ſole poſuiſti tabernaculum.* S. Auguſtinus. *S. Auguſtinus.* *Quid eſt tabernaculum Dei, niſi Eccleſia præſentis temporis.* Infra. *In manifeſtiſſimo poſuit Eccleſiam ſuam.* *verſ 14. Mat 5.* Et Matthæi cap. 5. verſ. 14. *Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita.* *S Chryſoſtom.* S. Chryſoſtomus homil. 4. in cap. 6. Iſaiæ. *Facilius eſt ignem extingui quàm Eccleſiam obſcurari.* Verum eſt (inquit *S. Bernardus.* S. Bernardus ſermone 29. in Canticâ) *quod adverſus Eccleſiam pugnatum eſt hoſtili omninò damno utili.* Dicitur Candelabrum aureum quia ex Plinio lib. 33. hiſtoriæ naturalis cap. 33. ea eſt natura auri, ut nihil ejus igne deperear, ſed in igne durat & conſervatur: imò quò frequentius ardet, magis defœcatur, & inter alia metalla hoc magis dilatatur, ac in plures partes dividitur. Aurum charitatis ſymbolum eſt, ſic charitas Eccleſiæ igne perſecutionis non deperit, ſed augetur & perficitur, ita ut cum Apoſtolo *2. Cor. 12 verſ. 2.* dicere poſſit, *Cùm infirmor tunc potens ſum.* 2. Corinth. cap. 12. verſ. 2. magis ſplendeo ac conſtantior fio. Undè tantus ſplendor, tantus ardor, tantus profectus? Reſpondet idem Evange- *Apoc. 12 verſ. 13.* liſta. *Et in medio candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis.* Verſio Syriaca & Græca. *Qui ſimilis eſſet filio hominis.* Iſte ſimilis filio hominis non eſt Chriſtus in ſeipſo realiter (inquit noſter Sylveira ibi quæſt. 47. num. 355.) ſed Angelus perſonam & ſimilitudinem Chriſti repræſentans qui loquens cum Joanne ei arcana divinitatis revelabat, ut aliis prophetis contingit *Ezech. c. 1. v. 5.* Ezechieli cap. 1. verſ. 5. *Et in medio ſimilitudo quatuor animalium.* Et ſtatim. *Similitudo hominis erat in eis.* Cap. 2. verſ. 1. *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini.* Ubi Propheta non ait ſe vidiſſe animalia gloriam Dei ignem, manus, ſed eorum ſimilitudinem. Sic S. Joannes in ſuâ ectaſi & raptu non vidit perſonam Chriſti, ſed ejus ſimilitudinem, quam Angelus ſecum loquens referebat. *Qui* (inquit Richardus Victorinus) *eò amplius habuit auctoritatis, quod apparuit in ſimilitudine Salvatoris.* *Victor. Richard.* Ut ſcilicet quemadmodum Chriſtus Eccleſiam non tantùm inſtituit, ſed eam etiam fovet & corroborat juxta illud Lucæ cap. 22. verſ. 32. *Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua, &c.* Sic Angelus firmat ſuâ protectione & vigilantiâ; ita ut ei illud S. Baſilii Seleucii orat. 5. potius quàm Noe dicendum ſit. *O qui tutior divinæ bonitatis fidejuſſor illuxiſti. O qui graſſantem per genus humanum execrationem ſtetiſti.*

Angelum univerſalis Eccleſiæ cuſtodem Ferrarius in cap. 7. verſ. 2. Apocal exiſtimat eſſe Archangelum Michaelem, ſivè ille, ſeu alius ſit, ſivè unus, ſivè plures, indubitatum eſt Eccleſiam Angelicâ tutelâ cuſtodiri. XI. Ratio eſt, quia Sancti Patres, Dionyſius de cœleſti hierarchiâ cap. 9. Origenes homilia in lib. Numer. S. Gregorius orat. coram 150. Epiſcopis. S. Baſilius lib. 3. contra Ennomium, S. Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. S. Joannes Damaſcenus lib. 2. de fide ortodoxâ cap. 3. Procopius, Theodoretus & Severus citati à gloſsâ in cap. 10. Danielis. Gloſſa ordinaria in cap. 17. Eccleſiaſtici, Lyranus, Dionyſius, Hugo, Rabanus, Janſenius, de Tuſo, & alii. Item omnes Scholaſtici, quos ſequitur noſter Franciſcus bonæ Spei tract. de Angelis diſp. ultim. dubio 1. reſol. 5. contendunt non tantùm ſingulis hominibus, ſed etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus tam fidelium, quàm infidelium Angelos eſſe deputatos. Probatur ex Danielis cap. 10. ubi quatuor Angeli recenſentur, quorum primus dicitur Princeps Perſarum, ſecundus Græcorum, tertius captivorum in Perſide populi Dei, verſ. 13. *Princeps regni Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus*, Idest *Dan 10. verſ. 13.*

reſtitit Angelo qui miſſus fuerat ad annuncianda Danieli quæ futura erant circa ſtatum Eccleſiæ in fine mundi. Subdit Vates. *Et ecce Michael de principibus primis venit in adjuto-*
Dionyſ. *rium meum.* Dionyſius de Michaele. *Fuit enim Princeps totius Synagogæ, & omnium Judæorum ubicumque manentium, ideò omnium commodum procuravit, & ea quæ pro liberatione ac reditu eorum facere poterant, ſimul cum Gabriele coram Deo allegavit.* Eodem ca-
verſ. 21. pite verſ. 21. *Princeps regni Perſarum, &c.* Idem Angelus opponit his Principibus regni Perſarum & Græcorum Michaelem (quem idem Angelus dicit eſſe Principem Judæorum) *Et nemo* (inquit) *eſt adjutor meus in omnibus his niſi Michael Princeps veſter.* Ideſt inquit Dionyſius poſt S. Hieronymum. *Princeps Synagogæ quâ repulsâ imò quâ Deum repellente factus eſt Princeps Eccleſiæ.* Cap. 12. verſ. 1. idem
Cap. 12. verſ. 1. Daniel ſcribit. *In tempore autem illo conſurget Michaël Princeps Magnus, qui ſtat pro filiis populi ſui.* Dionyſius. *Stat*
Dionyſ. *pro populo Synagogæ, de quorum ſanguine Daniel fuit, qui & pro illis ſpecialiter ſollicitus fuit. Hujus autem populi Michael fuerat Princeps tempore veteris teſtamenti, ſicut eſt Princeps Eccleſiæ, & ſtat pro eis coram Deo orando, & contra adverſarios reſiſtendo Tempore quoque finalis tribulationis prædicante atque Judæos convertente Eliâ, Michael ſtabit pro electis Judæis ac omnibus Chriſtianis, eos tuendo per ſe & Angelos ſibi ſubminiſtrantes, adverſariis etiam tam dæmonibus, quàm Anti-Chriſtianis fortiter reſiſtendo.* At Chriſtus Matthæi cap. 25. verſ. 1. ait Eccleſiam eſſe regnum excellentius quocumque regno terreno, ſicut cœlum præſtantius eſt quocumque regno ſublunari.
S. Greg. *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus, &c.* S. Gregorius homilia 22. *Sciendum nobis eſt, quod ſæpè in ſacro eloquio regnum cælorum præſentis temporis Eccleſia dicitur: de quo alio in loco Dominus dicit. Mittet filius hominis Angelos ſuos & colligent de regno ejus omnia ſcandala, &c.* Igitur à fortiori Deus præfecit Angelum tutelarem qui ſuâ vigilantiâ, &c. ejus ſanctimoniam foveret & augeret.

Imò ab ipſis mundi incunabulis Michaelem curam habuiſſe humani generis & juſtorũ nonnulli ſcribunt. Nam (inquiunt) Adamum paradiſo ejectum direxit, docuitque terram ligone colere, ſeminare, metere, ac omnem agriculturam exercere. Secundò, Abrahæ gladium continuit, nè filium occideret, in quo benedixit omnes gentes. Tertiò Moyſi Legiſlatori paſcenti oves apparuit in medio rubi ardentis, ſed non comburentis, Exodi cap. 3. Deiparæ Virginis integritatem & partum adumbrantis. Quartò, Apparuit Balaam in viâ, Numer. cap. 22. eumque pergentem ad maledicendum Iſraeli corripuit, compulitque benedicere. Quintò, quaſi Dei Vicarius dedit in Sina legem Hebræis, Exodi cap. 20. Sextò, apparuit Joſue ſtricto mucrone cùm in prælio contra hoſtem dirigeret, Joſue cap. 5. animavit ad certamen. Septimò. Gedeoni apparuit, ab ipſoque fuit adoratus, & extensâ virgâ, quam manu tenebat tangens carnes quas ſibi Gedeon obtulerat igne excitato conſumpſit, & in flammâ ignis rurſum aſcendit. Octavò, Judicum cap 6. & 7. eundem adjuvit dum cum trecentis militibus Madianitas profligavit. Nonò, Lib. 4. Regum cap. 19. Michael 185. millia Aſſyriorum ex caſtris Sennacherib unâ nocte delevit. Decimò, idem Danielis cap. 3. deſcendit cum Azariâ & ſociis in fornacem Babylonicam, ac flammam inſtar roris effecit, & tres pueros illæſos conſervavit. Undecimò, eundem Danielem cap. 6. & 14. in lacum leonum immiſſum ſervavit, & ora leonum concluſit. Duodecimò apprehendit Abacuc cincinno capitis, eumq; cum prandio ex Judæâ in Babylonem ſubitò tranſtulit, ut paſceret Danielem, eundem rurſum in Judæam reportavit, Danielis cap. 14. Idem Joannis cap. 5. deſcendebat in piſcinam, aquam movebat, & ſanctificabat figurans Baptiſmum, ita ut qui primus in eam deſcendebat ſanaretur. XII.

Quod Eccleſia etiam eum ut ſuum Tutelarem veneretur patet ex invocatione Eccleſiæ in feſto ejuſdem, *Princeps glorioſiſſime Michael Archan-* XIII.

gele, eſto memor noſtri hic & ubique ſemper precare pro nobis filium Dei. Cui accinit Rabanus libr. 1. de Cruce cap. 1.

At Michael Princeps habitantium,
Rabanus *Dux & in alto (cuncta*
Te memorat virtute Dei ſimul athera
Et regere & tegere, &c.

Non tantùm totius Eccleſiæ, ſed privatarum patronus, & protector aliquando eſt, ut ſcribit Bravinus tomo 5. Urbium, & ex eo Serarius in Joſue cap. 5. cap.44. in fine. Cùm enim olim Mars Gentilium tutor cenſeretur, Gentiliſmo in Chriſtianiſmum converſo cœpit à Chriſtianis in bellis præſes & dux invocari, & eâ de cauſâ templa & oratoria, quæ olim à Gentibus erant Marti dedicata, præfato Archangelo conſecrarunt, ut Coloniæ, Antuerpiæ, Leodii, Luneburgi, Bonnæ, & alibi. Olim à Græcis S. Michael Archiſtrategus nuncupabatur apud Curopalatum pag. 93. extat Vexillum Imperatorum imagine ſancti Michaelis inſignitum, & ab eo cognominatum. In Galliâ eſt Ordo S. Michaelis in quem ſoli Nobiles recipiuntur.

XIV. Privatis hominibus juſtis in lege novâ ſingulare præſidium & opem præſtitiſſe ſcribit S. Ephrem orat. de 40. Martyribus tomo 3. *Nè conturbaret* (inquit) *Martyres Chriſti inimicus*
S. Ephr. E. *ſpatium ſtagni Angeli cuſtodiebant. Hinc quidem Gabriel, illinc verò Michael & ab alto Chriſtus univerſorum inſpector.* Gretſerus lib.2. de Cruce cap. 13. refert hiſtoriam S. Procopii, qui olim
Gretſer. Nicenas dicebatur, cùm enim Scythopoli auream Crucem Dux illuſtris curaret fabricari, in eâ divinitùs abſque operâ & ſcitu aurifabri tria nomina inſculpta ſunt, *Emmanuel, Michael, Gabriel,* ſed ita ut ſummum locum Emmanuel teneret, inferiorem inſtar brachiorũ Michael & Gabriel. Pantaleon Diaconus & Cartophylax Eccleſiæ magnæ in ſuis homiliis de S. Michaele (quas refert Aloyſius Lipomanus in feſto ſancti Michaelis) recenſet præcipuas Angelorum apparitiones quæ olim Patribus acciderunt. De quibus ſupra, Michaeli applicat illud pſalmi 33. verſ. 8. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Quomodò *immittet?* Scilicet *præſidium.* Hebræus, *Caſtra metabitur.* S. Hieronymus. *Circumdabit in gyro.* Ut opponatur Michael Dæmoni, qui etiam dicitur quaſi leo rugiens circuire. Quibus verbis Pſaltes innuit quod Archangelus Michael more caſtrorum inſtruat & ordinet ad Eccleſiã & fideles tuendos. Quod enim inſtar militum in acie Angeli Eccleſiã & ejus primarios duces tueatur, patet Geneſis cap.22. v.2. de Jacob, lib. 3. Reg. cap.6. in Patre noſtro Eliſeo, Matthæi cap.26. ubi Chriſtus ait Apoſtolo Petro. *An putas quia non poſſum rogare Patrem meum & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum.* Scilicet ſub Michaelis ducatu dæmoniacas poteſtates debellantium.

Idem Pantaleon ſcribit, quod Mi- XV.
chael *fidelium populorum Eccleſias exhi-* Pantaleõ
larat, Romanorum cuſtodit Rempublicam, Imperatorem armat adverſus barbaros, Chriſtianos reddit victores ab ingentibus maris fluctibus, eos qui invocãt eum liberat, fertilitates fructuum terra ſuppeditat, conſolatur puſillanimes, ægrotos viſitat, fidejubet pro peccatoribus, dæmonum impetum propulſat, vitiorum flammam reſtringit. Subdit. *Per hos duos Michaelem & Gabrielem deſcendit omnis datio bona, & omne donum perfectum, quod deſuper in terram mittitur à Deo omnipotente. Hæ enim ſunt duæ maxima, & paris momenti lucerna divinitatis, quæ eſt una & trina.* Scribit etiam quod S. Joannes Evangeliſta ſancti Michaelis in Aſiâ fuerit inſignis Encomiaſtes, ac in ejus honorem templum curavit conſtrui. Narrat etiam Procopius lib. 1. de bello Wandalico quod *Iuſtinianus Imperator militiæ cæleſtis ſummo Principi Michaeli pluribus in locis erexerit Eccleſias, probè ſciens ſe ſi talem, tantumq́ ducem ſibi conciliaret, qui rebelles Angelos, cœntes in cœlo prælium ſuperaſſet, certam & ſecurãq́ de vincendis Wandalis poſſe habere fiduciam.*

Nicephorus lib. 7. cap. 50. refert XVI.
Conſtantinum Magnum conſtruxiſſe Eccleſias in honorem S. Michaelis in loco, qui Solſthenium dicitur, ibique

ſanctum

Niceph.

S. Michaelem ipſi apparuiſſe, dixiſſeque. *Ego ſum Michael Archidux Domini Sabaoth, Chriſtianorum fidei tutor, qui tibi contra impios tyrannos belligeranti, fideli & germano illius miniſtro auxiliaria arma tontuli.* Conſtantinus expergefactus illam regionem pulcherrimè excoluit, Arâque Imperiali & magnificâ manu necnon liberalitate in parte orientali conſtructâ illud Templum celeberrimum civibus ſimul & advenis reddidit. Quod Templum S. Michael frequentibus ac miris apparitionibus illuſtravit. Quippè nullus gravi caſu, vel inevitabili periculo, ægritudine incognitâ, morboq; incurabili circumventus Deum oravit, mediatoremque Michaelem interpellavit, quin auxilium, opemque expertus fuerit. Undè Priſci illum Michaelium nuncuparunt. Accedit Cromerus lib. 10. hiſt. Leſcium Principem Polonorū parvâ manu inſecutum multa millia Lituanorum, Poloniam vexantium deleviſſe: nam cùm paulū ex labore itineris quieviſſet, illi Archangelus Michael aſtitit, ſuumq; opus pollicitus eſt, ac de futurâ victoriâ certum reddidit. Qui victor reverſus Lublini templum ei erexit. Omitto dedicationem templi ſancti Michaelis, ac ejus apparitionem in monte Gargano ſub Gelaſio Papâ, quam Eccleſia celebrat 29. Septembris. Poſtea Pontifex Bonifacius in ſummitate Circi conſtructam Eccleſiam ſancti Michaelis dedicavit, quæ ab altitudine *Inter nubes* vocatur, ita Baronius anno 531. poſt Adonem. Conis ſivè Coloſsis fuit templum celebre S. Michaelis, quod quia Alexius Iconoclaſta auſus eſt violare, poſtea poſt compotitationem prolixiorem proprio enſe trucidatus eſt à quodam Sacerdote, ut teſtatur Comata lib. 3. Annalium Iſaaci Imperatoris.

XVI. S. Michaelem eſſe omnium fidelium patronum ac protectorem manifeſtè declarat Eccleſia, dum in eorum obitu inter cœteros beatos illum interpellans. *Suſcipiat eum S. Michael Archangelus Dei qui militiæ cæleſtis meruit principatum.* Item. *Adſit ei Angelus teſtamenti tui Michael.* Et in Miſſâ. *S. Michael repræſentet eas in lucem, quam olim Abrahæ promiſiſti & ſemini eius.* Dauiel. cap. 12. verſ. 1. prænunciat quod tempore Antichriſti, *Conſurget Michael Princeps Magnus, qui ſtat pro filiis populi tui, & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt uſque ad tempus illud, & in tempore illo ſalvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit in libro.* Dan. 12. verſ. 1. Ideſt exurget Michael in prælium contrà regem Aquilonis, ſeu Antichriſtum, ut ſanctitatem Eccleſiæ ſibi commiſſæ propugnet, fideleſque & ſanctos inter tot perſecutiones foveat in verâ & ſanctâ religione contra Antichriſtum & ejus aſſeclas. Dionyſius. *Tempore finalis tribulationis prædicante, atque Iudæos convertente Eliâ Michael ſtabit pro electis Iudæis, ac omnibus Chriſtianis,* Dionyſ. *eos tuendo per ſe, & Angelos ſibi ſubminiſtrantes, adverſariis etiam tam dæmonibus, quàm Antichriſtianis fortiter reſiſtendo, imò (ut aliqui dicunt) Chriſtus interficiet Antichriſtum imperativè ſeu auctoritativè, Michael miniſterialiter ſeu executivè.*

XVII. 2. Theſſ. cap. 2. verſ. 2.

Hujus cædis mentionem facit Apoſtolus 2. Theſſal. cap. 2. verſ. 8. *Quem* (ſcilicet Antichriſtum) *Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui*, quia Michael interfecturus eſt cum in monte Oliveti undè Chriſtus in cælum aſcendit; ſeu Chriſtus executionem mandati & ſententiæ ſuæ contra Antichriſtum committet Michaeli, qui poſt Chriſtum ſupremus eſt judex & præſes juſtitiæ divinæ. Ejuſdem Michaelis potentiam, patrocinium, ac dignitatem venerantur Turcæ, nam in libro cui titulus eſt *Doctrina Mahomet*, pag. 190 habetur *Michael, Gabriel, Seraphiel,* Particula *Sar*, ideſt *Princeps. Raphael, Archangeli, ſecretarii Deitatis.* Hæretici in hoc pejores Turcis, ut Angelorum & ſanctorum ſubſidium convellant, aſſerunt per Michaelem intelligi Chriſtum, ſed perperam, ut patet. Cōſtat enim quod Angelus faciat mentionem Michaelis, de quo cap. 10. verſ. 13. & 21. ſermonem fecit. At ibi intellexit Michaelem Archangelum, nam eum principem Judæorum appellat, & ad Theſſal. ait. *Qui ſtat pro filiis populi tui.* Ideſt præeſt, & defendit populum Dei, fideles filios

Prophetarum, eos in fide & vero cultu & amore Dei continens, & devios reducens ad ipſum.

XVIII. Quemadmodum Deus commiſit curam & cuſtodiam urbium & populorum Angelis, ita & Eccleſiarum particularium. Prima pars hujus propoſitionis colligitur primò ex Deuteronomio cap. 32. verſ. 8. *Quando dividebat Altiſsimus gentes, quando ſe-*
Deuter. 38. v. 8. *parabat filios Adam, conſtituit terminos populorum juxta numerum filiorum Iſrael.* Verſio Septuaginta. *Conſtituit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei.* Quaſi diceret Deus aſſignavit ſingulis populis & gentibus Angelos tutelares, & quaſi præpoſitos. Ita Origenes homilia 11. in Numeros. Quem ſequitur Severus in Catenâ Canut. editâ à Caraffa his ver-
Severus. bis. *Quia omnibus populis & gentibus diviſos Angelos ſecundùm eundem numerum præfecit, attribuens aliquem unicuique ad cuſtodiam menſurâ & numero. Non enim gentium cernimus quod ejuſdē numeri Myriadum Angelorum, qui ſine numero ſunt, fuit, ſed terminos ſecundùm numerum præfectorum Angelorum diſtribuit.* Hanc opinionem etiam amplectuntur S. Athanaſius quæſt. 6. ad Antiochenos, S. Hilarius, S. Hieronymus, Theodoretus, Procopius & alii. Colligitur ex Eccleſiaſtici cap. 17. verſ. 14. ubi Siracides ſcribit, *In unam-*
Eccl. 17 *quamque gentem præpoſuit rectorem.*
verſ. 14. Septuaginta. *Statuit terminos gentium ſecundùm numerum Angelorum Dei.* Ideſt Deus cæteris gentibus præfecit Angelos, qui eos regant. Subdit. *Et pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta.* At Iſraelem ſibi regendam ſervavit, Vicariumque conſtiutit Michaelem, qui ſicut olim Synagogæ, ita nunc Eccleſiæ curam habet. Cœteri verò gentiū & populorum tutelam. Gloſſa Lyrani per rectorem intelligit Angelos urbium cuſtodes. *Quibus commiſit Deus cuſtodiam ſingularum gentium. Vndè ſtatuit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum.* Hugo, Rabanus, Dionyſius, Janſenius. *Rectorem, ideſt Angelum regentem, qui præeſt regnis, gentibus & provinciis.* Tertiò colligitur ex Danielis cap. 10. ubi diſſerit de Principe regni Perſarum reſiſtenti Angelo miſſo ad annuntianda futurā Danieli, cui non homines, ſed Angeli reſiſtunt. Idem concludendum eſt de civitatibus. Quomodò autem intelligatur præfata contentio & reſiſtentia conſule Amicum diſput. 19. de cuſtodiâ & tutelâ ſection. 6. numer. 98. & 99.

Quod etiam Eccleſiis particulari- XIX.
bus Angeli præſint patet ex cap. 2. Apoc. c. 2.
Apocal. verſ. 1. *Angelo Epheſi Eccleſiæ* verſ. 1.
ſcribe. Arias. *Angelo Eccleſiæ in Epheſo.* Pagninus & Tigurina verſio, *Angelo Epheſinæ Eccleſiæ.* Verſ. 12. *Et Angelo*
Pergami ſcribe. Arias. *Et Angelo illius in* verſ. 12.
Pergamo Eccleſiæ ſcribe. Vatablus & Tigurina, *Et Angelo Pergamenſis Eccleſiæ ſcribe.* Verſ. 18. *Et Angelo Thya-* verſ. 18.
tiræ Eccleſiæ ſcribe. Vatablus & Arias, *Et Angelo illius in Thyatiris Eccleſiæ ſcribe.* OEcumenius. *Angelo Thyatirorum ſcribe.* Cap. 3. verſ. 1. *Et Angelo Ec-* c. 3. v. 1.
cleſiæ Sardis ſcribe. Arabica verſio. *Angelo verò Sardum ſcribe.* Syriaca. *Angelo illi qui eſt Sardibus ſcribe.* Arias. *Et An-*
gelo illius in Sardis Eccleſiæ. Verſ. 7. *Et* verſ. 7.
Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe. Syrus. *Et Angelo illi Eccleſiæ, qui eſt*
Philadelphiæ ſcribe. Verſ. 14. *Et Angelo* verſ. 14.
Laodiceæ Eccleſiæ ſcribe. Syrus. *Et Angelo illi Eccleſiæ, quæ Laodiceæ eſt.* Quos Angelos noſter Franciſcus Bonæ Spei ſupra reſol. 5. num. 14. intelligit de Angelis Cuſtodibus Eccleſiarum, quæ ſunt in Provinciis & Civitatibus Epheſi, Smyrnæ, Pergami, &c. Sicut ergò Michael olim regebat Synagogam, ita nunc Eccleſiam Romanam, cœteri verò cuſtodiunt ſuas Provincias & ſectas earum infideles, quaſi ſpurias & rebelles Deo. Sic Rex Galliæ propriè regit Galliam, Rex Hiſpaniæ Hiſpaniam, &c. per ſe, ſuamque præſentiam, ſubordinantque ſibi Prætores, & Gubernatores, &c. Sic Pontifex regit Eccleſiam Romanam, ut proprius hujus urbis Epiſcopus; alias autem Provincias & Urbes regit ut Pontifex totius Eccleſiæ per proprios Epiſcopos, quos ei præficit. At infideles gubernat per Viros Apoſtolicos, qui prædicant Evangelium, ut gentes infideles ad Eccleſiam, & veram religionem alliciant.

Præter

XX. Præter Angelum Tutelarem privatum perſonæ publicæ, ut Summus Pontifex, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, &c. Imperatores Reges, &c. aliæque perſonæ publicæ alterum habent inquit Toſtarus in cap. 18. Matthæi quæſt. 57. ita ut Angelus delegatus perſonæ, ut publica eſt, ſit ex ordine Archangelorum, ut privata perſona eſt, ſit ex ordine Angelorum. Undè etiam Deipara Virgo præter Angelum ſibi ut privatæ perſonæ commiſſum ab ortu ſuo, habuit etiam alium (inquit idem Toſtarus) At ut perſona in bonum noſtræ redemptionis & Eccleſiæ habere cœpit quando Chriſtus conceptus eſt, & noſtræ redemptioni cœpit incumbere, quem retinuit uſque ad mortem ejuſdem Chriſti, in quâ fuit conſummata redemptio naturæ humanæ. Quam opinionem ſequitur ſanctus Thomas in 2. diſtinct. 21. part. 1. quæſt. 1. art. 5. ad 4. Amicus & alii; ut magis conſentaneum Divinæ Providentiæ res perducenti per cauſas idoneas, & media ad fines diſtinctos. Cùm itaque alios conſiliarios in ordine ad finem publicum perſona poſtulet, alios autem in ordine ad privatum. Deus alios Angelos aſſignat perſonis publicis, alios privatis, quemadmodum Princeps alios habet Conſiliarios reſpectu publici, alios reſpectu privati boni ac domeſtici gubernandi ac promovendi. Sic Angelus qui aſſignatur perſonæ ut privata eſt, illi addictus eſt cui aſſignatur. Sed Angelus qui aſſignatur perſonæ ut publica eſt, non eſt addictus perſonæ, quam dirigit, ſed regno vel communitati, cui præeſt. Ratio eſt, quia Angelus, qui præeſt Eccleſiæ, Regno, vel Communitati dirigit Pontificem, Regem, vel Superiorem Communitatis ad promovendam ſanctitatem Eccleſiæ, ſeu bonum Communitatis. Quo fit ut mutato Pontifice, vel ſuperiore Communitatis, non mutetur Angelus Eccleſiæ, Regni, vel Communitatis curam habens. Undè Angelus aſſignatus Pontifici, Epiſcopo, Regi, &c. ut privatæ perſonæ non eſt ſuperfluus, quamvis Pontifex, Rex, &c. habeat alium Angelum ſuperiorem, qui illum dirigit ad ſanctimoniam Eccleſiæ augendam, propagandam, vel fovendam, & Imperator ad bonum Regni promovendum ab eo tempore quo eligitur Imperator, quamvis ab ortu ſuo habeat ſpecialem Angelum qui illum dirigat in ordine bonum privatum.

Ex quibus infero Pontifices Roma- XXI.
nos, Epiſcopos, Prælatos Eccleſiæ, qui bonum publicum, animarum ſalutem, ſanctitatis Eccleſiaſticæ augmentum procurant; imò Fundatores Religionum, ſanctum Eliam Prophetam, S. Auguſtinum, S. Benedictum, S. Bernardum, S. Dominicum, ſanctum Franciſcum; S. Ignatium, ſanctum Cajetanum, &c. præter Angelum privatæ perſonæ deputatum, habere etiam Archangelum, qui illos in ordine ad bonum commune totius Religionis inſtruat. Ita S. Dionyſius de cœleſti Hierarchiâ cap. 9. S. Baſilius contra Eunomium, & alii. Quibus ſubſcribit S. Thomas 1. part. quæſt. 113. art. 2. Et innuere videtur Daniel cap. 10. Certum enim eſt quod Eccleſiæ univerſalis caput præferendum ſit Imperatori, Religionum & Ordinum ſacrorum Fundatores ſint Principibus, &c. anteponendi.

Quæres an idem Angelus, qui XXII.
præeſt Eccleſiæ vel Imperio, &c. præſit Pontifici, Imperatori, &c. Nonnulli reſpondent negativè, quia Communitas aliam directionem exigit, aliam ſuperior, verbigratiâ, Pontifex Romanus, Epiſcopus, Imperator, Rex &c. Nam ſuperior directionem poſtulat per modum imperantis, & legem ferentis, at ſubditi per modum obedientis, & legem exequentis. At Amicus ſupra ſect. 6. num. 101. probabilius cenſet eundem Archangelum qui Eccleſiæ, imperio, ſeu Communitati præeſt ſufficere ad Eccleſiam & ejus Prælatum, ad Imperium, regnum, communitatem, & ejus ſuperiorem dirigendum. Ratio eſt quia Angeli non dirigunt per ſeipſos immediatè Diœceſes, Ordines, Communitates, Regna, & populos, ſed mediante ſuperiore illum dirigendo in ordine ad bonum Diœceſis, Regni vel Communitatis. Igitur idem Ar-

changelus cui commiſſa cura Communitatis, habebit etiam curam ſuperioris Communitatis. Undè patet ſolutio ad rationem oppoſitam, ſcilicet eſto communitas aliam directionem poſtulet, & ſuperior aliam: tamen ad hanc diverſam directionem præter Angelos infimi ordinis ſingulis hominibus cuſtodiendis deſtinatos, tamen unus Archangelus ſufficit ut tam Communitatem, quàm ejus ſuperiorem dirigat. Nam ſubditi ſufficienter diriguntur in ordine ad ſuperiorem per Angelos ſibi deputatos, quatenus ſunt perſonæ privatæ, cùm ipſi non debeant habere curam Communitatis, ſed dumtaxat executioni mandare ſuperioris juſſa. Sed ad hoc directio Angeli ad privatam perſonam deputati.

XXIII. Dum Sacerdos celebrat ſemper illi aliquis Angelus aſſiſtit, qui illum juvar & dirigit ad tantum myſterium ritè peragendum. Ratio eſt, quia ſi naſcente Domino in ſtabulo,
Luc.c.2. verſ.13. Lucæ cap. 2. verſ. 13. *Subito facta eſt cum Angelo multitudo militia cæleſtis laudantium Deum, &c.* Syriacus. *Repentè upparuerunt cum Angelo multi exercitus cæleſtes glorificantes Deum, &c.* Vatablus, *Et ſubitò adjunxit ſe Angelo*
Origenes *multitudo exercitus cæleſtis.* Origenes homilia 1. in Ezechielem. *Obſequuntur ſaluti noſtra, Angeli confeſſi ſunt ad miniſterium filii Dei, & dicunt inter ſe ſi ille deſcendit, & deſcendit in corpus, quid nos quieſcemus? quid purcimus nobis? Eho omnes Angeli deſcendamus de cælo, ideò & multitudo militia cæleſtis erat laudantium Deum quando Chriſtus natus eſt. Dicuntur uppuruiſſe multi exercitus, vel multitudo militiæ cæleſtis.*
Caſſian. *Quia* (inquit Caſſianus lib. 1. cap 8.) *infatigabiliter pro hominibus terrenis*
S. Ambr. *militant.* S. Ambroſius. *Benè Angelorum nominantur exercitus, qui ducem militia cæleſtis ſequebantur.* Clarius
Jāſenius. Janſenius. *Benè dicitur Angelo conjuncta eſt multitudo cæleſtis militia, nimirùm ut ſignificaretur natum puerum dominum illum Sabaoth, vel virtutum fortem in bello, qui adverſus hujus mundi*
Beda. *Principes expugnare venerat.* Venerabilis Beda opportunâ ſimilitudine illuſtrat. *Nam ſicut Imperatoris optimi proviſione cuncta manu militari loca adverſus hoſtium muniuntur adventum. Ita Deus quoniam immundi ſpiritus ad pacis everſionem ubique verſantur, ad tutelam noſtram conſtituit exercitus Angelorum, quorum præſentiâ confringatur dæmonum audacia.* Cur non etiam naſcente Chriſto in altari ſacramentaliter non aſtabit, ſi non multitudo cæleſtis exercitus, ſaltem unus miles, ut orationes & hoſtias Deo omnipotenti offerat, & ut noſtri ſalutis hoſtem in fugam convertat cùm ipſa Eccleſia tum clamet. *O ſalutaris hoſtia, qua cæli pandit oſtium, bella premunt hoſtilia, da robur, fer auxilium.* De hâc Angelicâ aſſiſtentiâ & directione ſpeciali ut Sacerdos rem divinam debitè ac attentè faciat, lege S. Chryſoſtomum oratione de non contemnendâ Eccleſiâ, & alios Prælatos.

An autem Sacerdos celebrans habeat Angelum peculiarem ſibi ſacrificanti aſſiſtentem aſſerit D. Thomas XXIV.
part. 3. quæſt. 83. art. 4. ad 9. *Dicendum* (inquit) *quod Sacerdos non petit, neque quod ſpecies ſacramentales deferantur in cælum, neque corpus Chriſti verum, quod ibi eſſe non deſinit, ſed petit hoc pro corpore myſtico (quod ſcilicet* S. Thom.
in ſacramento ſignificavit) ut ſcilicet orationes ſacerdotis & populi Angelus aſſiſtens divinis myſteriis Deo repræſentet, ſecundùm illud Apoc. cap. 8. verſ. 4 Aſcendit fumus incenſorum de oblationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo. Sublime autem Altare Dei dicitur, vel ipſa Eccleſia triumphans, in quam transferri petimus, vel ipſe Deus, cujus participationem petimus. De hoc enim Altari dicitur. Exod. cap. 10. *Non aſcendes ad Altare meum per gradus, ideſt in Trinitate gradus non facies, &c. Vndè enim in fine Miſſa Diaconus in feſtivis diebus populum licentiat dicens, Ite Miſſa eſt, ſcilicet hoſtia ad Deum per Angelum, ut ſcilicet ſit Deo accepta.* Quibus verbis docet Sacerdoti celebranti ſacrum Miſſæ ſacrificium peculiarem Angelum ex divinâ providentiâ ſemper aſſiſtere, qui ſecundùm aliquos eſt cuſtos Altaris. Exiſtimant enim, quod cuilibet altari ſemper deſtinatus eſt Angelus, qui ſpecialem

illius

illius curam gerit. Hæc opinio fundatur in hiſtoriâ Judicum, ubi cùm Manue Pater Sampſonis Deo offerret ſacrificium cap. 13. verſ. 20. *Cùmq; aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma deſcendit*, [*Iud. c. 13 verſ. 20.*] Et Lucæ cap. 1. verſ. 11. Zachariæ Patri Joannis Baptiſtæ ſacrificanti, [*Luc. c. 1. verſ. 11.*] *Apparuit ei Angelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi*. Textus Græcus. *Viſus eſt ab eo Angelus corporalibus oculis*. Vatablus *Viſus eſt ab eo Angelus Domini*. Theophilactus. *A dextris altaris Thymiamatis*. Cur Angelus tunc apparet in templo juxta altare? Reſpondent S. Ambroſius & Beda. [S. Ambr. Beda.] *Angelus videtur in templo, quia veri Sacerdotis annuntiabatur jam adventus, & cæleſte ſacrificium parabatur, in quo Angeli miniſtrant. Non enim dubites aſſiſtere Angelum quando Chriſtus immolatur.* Confirmatur etiam exemplo, nam in Prato ſpirituali fertur, quod Leontio Abbati die Dominicâ eunti in templum ad divina myſteria peragenda apparuit Angelus, & dixit: *Ex quo ſanctificatum altare hoc, ego jugiter aſtare juſſus ſum.* Quidam arbitrabantur hunc Angelum ſacrificanti aſſiſtentem, eſſe cuſtodem templi. Amicus ſupra ſect. 1. num. 18. præfatam opinionem non approbat. Nam cùm Angelus unicuique homini aſſignetur, ut illum inſtruat & dirigat, in iis quæ ad Deum conducant, ſalutem animæ, ac Eccleſiæ ſanctimoniā fovendam, & propagandam, ipſius cura erit ſacerdotem ſuæ tutelæ commiſſum dirigere, ut ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium attentè ac ritè peragat. Nec probabile exiſtimat quod unicuique altari ſpecialis Angelus aſſignatus ſit, ſed contendit unum ſufficere qui habeat curam totius templi. Neque hic idem Angelus aſſiſtere poſſet pluribus Sacerdotibus in eodem templo ſacrificantibus. Undè ad auctoritates quæ probare videntur Angelum ſingulis altaribus aſſignatum eſſe. Dicit vel illas intelligendas dè cuſtode totius templi habente ſimul altarium omnium illius templi curā, vel de altari à templo ſeparato. Cujuſmodi erant altaria in veteri lege ante templi ædificationem, tamen præfati Auctores tanti ſunt, tantæ auctoritatis, & eorum verba tam clara, ut allam explicationem non admittant, maximè cùm Sacerdos celebrans operetur ut perſona publica, & ut Chriſti Miniſter. Idem aſſerendum cenſeo de Miſſionariis, &c.

§. 9.

In omni Lege Angeli primi Evangelici Pracones & Miſſionarii fuerunt.

I. [S. Cyprianus. Gen. 28. verſ. 12.] Sanctus Cyprianus de Nativitate Domini, ait. *Supernis legationibus incipit Evangelium, ejus primi dictatores Angeli.* Nam Geneſis cap. 28. verſ. 12, fertur quod Jacob patriæ profugus, cùm fatigatus pro molli culcitrâ durum lapidem capiti ſuperpoſuiſſet, altoque ſomno correptus eſſet. *Vidit ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper eam.* Alcazar in cap. 4. verſ. 1. Apocal. ſcribit per hos Angelos figurari Apoſtolos, aliosque Evangelii Prædicatores. Cognovit igitur Jacob in his Angelis præfigurari ſuas proles & poſteros, ſeu Evangelii præcones à Chriſto filio ſuo mittendos in univerſum orbem terræ, ut ab iis homines doceantur, & Gentiles relicto Idolorum cultu ad veram religionem convertendos, corporique myſtico Chriſti aggregandos. Quod myſterium divinitus Jacobo revelatum teſtatur Salomon Sapient. cap. 10. verſ. 10. *Hæc profugum ira fratris juſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtavit illum in laboribus, & complevit labores illius.* [*Sap. 10. verſ. 10.*] *Quæ promiſſio* (inquit Dionyſius) *De Chriſto exponitur qui fundavit Eccleſiam. Fundamentum enim* (inquit Apoſtolus 2. Corinth. cap. 3.) *aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Et ſanctus Ambroſius ſeu Eccleſia. *Angularis fundamentum lapis Chriſtus miſſus eſt.* Per quem immediatè & proximè benedi-

centur

centur omnes tribus terræ, ideſt gra-
tiâ & ſalute donabuntur, per Evange-
licos præcones Chriſtum recipient,
illi credent ac obtemperabunt. Non
minus congruè Sophronius Jeroſoly-
mitanus ait quod Angeli ſunt cœle-
ſtis Regis adminiſtri, Principes, Dia-
coni, & Apoſtoli, & Prædicatores, &
Prophetæ, & Evangeliſtæ. *Vos* (inquit
Sophron Hieroſol. in Encomio Archangelorum & An-
gelorum) *& rerum divinarum inter-
pretes, & cuſtodes, & præſides, & con-
ſervatores, & inquiſitores, & judices,
& relatores, & divina ſpecula, & ſi-
mulacra, & imagines.* Item. *Vos om-
nium Regis eſtis adminiſtri, vos Princi-
pes, & Diaconi, & Apoſtoli, & Præ-
dicatores.*

II. Quod non tantùm in lege naturæ,
ſed etiam in lege ſcriptâ Angeli fue-
rint Eccleſiaſtes, Evangelicæ legis &
myſteriorum ejus Apoſtoli, patet ex
hiſtoriâ Elianâ. Si enim Eccleſiæ ſan-
ctioniam hoſtes viſibiles & inviſibiles
impugnare & labefactare conten-
dunt adverſus eos Euchariſtia nobis
arma & vires ſubminiſtrat. Cùm libr.
3. Reg. 19. v. 5. 3. Regum cap. 19. Elias fugeret à fa-
cie & furore Jezabelis. *Projecit ſe & ob-
dormivit in umbra juniperi, & ecce An-
gelus Domini tetigit eum, dixitq́; ſurge,
comede.* Verſ. 6. *Reſpexit & ecce ad ca-
verſ. 6. put ſuum ſubcinericius panis & vas aquæ
comedit & bibit, & rurſum obdormivit.*
verſ. 7. Verſ. 7. *Reverſusq́; eſt Angelus ſecundò,
& tetigit eum, dixitq́; ſurge, comede,
grandis enim tibi reſtat via.* Verſ. 8. *Qui
cum ſurrexiſſet comedit, & ambulavit
verſ. 8. in fortitudine cibi illius quadraginta
diebus & quadraginta noctibus uſque ad
montem Dei Oreb.* Algerus lib. 2. de
Sacramento altaris cap. 1. Paſchaſius
Rupertus lib. 5. cap. 10. S. Thomas in
officio feſtivo Venerabilis Sacramen-
ti, Lyranus, dicunt panem illum ſub-
cinericium eſſe ſymbolum & figuram
Euchariſtici Sacramenti. Quibus ſub-
ſcribens Dionyſius in expoſitione
Dionyſ. morali. *Chriſti fideles in virtute Domi-
nici corporis, quod eſt viaticum peregri-
nationis præſentis, ambulant per omne
tempus vitæ iſtius, quod eſt pœnitentiæ
tempus, & quadragenario deſignatur,
uſque ad montem Eccleſiæ triumphantis.
vel uſque ad ſublimitatem Evangelicæ
perfectionis, in qua interrogatur & exa-
minatur à ſomno, à Domino qui corda,
& renes ſcrutatur, &c.* Dicit quod *in
virtute Dominici corporis ambulant fi-
deles per omne tempus vitæ iſtius, &c.*
abſque periculo lapſus.

Id Vates Regius pſalmo 22. verſ. 5. III.
de hoc Sacramenti effectu hæc canit. Pſal. 22.
Paraſti in conſpectu meo menſam adver- verſ. 5.
ſus eos qui tribulant me. Cur non ait
Paraſti arma, gladios, lanceas, ſagit-
tas, clypeos, ſcuta, &c. adverſus dæ-
monem, adverſus carnem, adverſus
mundum, adverſus paganos, adver-
ſus hæreticos, &c. qui nos perſequun-
tur, qui Eccleſiam deſtruere, qui ejus
ſanctimoniam fœdare nituntur? cùm
tamen ipſe pſalmo 34. verſ. 2. inſtan- Pſal. 34.
ter oret. *Apprehende arma & ſcutum,* verſ. 2.
& exurge in adjutorium mihi. Verſ. 3. verſ. 3.
*Effunde frameam, & conclude adverſus
eos, qui perſequuntur me, & dic animæ
meæ ſalus tua ego ſum.* Cur nunc tot ar-
ma poſtulat, cùm prius unicam menſã
dumtaxat ſibi paratam eſſe aſſerat?
S. Auguſtinus, Hugo Victorinus, Lo-
rinus, & alii ſcribunt in hoc ſecundo
pſalmo precari & poſtulare arma di-
vinæ juſtitiæ & æquitatis, ſeu ſcutum
divinæ potentiæ contra falſa hominũ
iudicia, & gladium divini verbi con-
tra obloquentes, cùm fingeret perſe-
cutionem Saul & Doeg. At pſalmo
22. poſtulat auxilium adverſus dæ-
mones, infideles & hæreticos, qui
ſunt Eccleſiæ & animæ hoſtes, ut no-
tant D. Thomas, Hugo, Janſenius.
Quibus ſubſcribens noſter Michael de
Bononiâ vulgò Incognitus. *Hic poni-
tur ſexta gratia Eccleſiæ facta ſcilicet
corporis Chriſti conſecratio. Vbi per men-* Michael de Bon.
*ſam accipe communionem corporis Chri-
ſti. Poſtquam enim Chriſtus conſecravit
corpus ſuum in Cœnâ, communicavitq́;
diſcipulos de iſto Sacramento ſub menſæ
nomine, dixit eis Lucæ cap. 22. Ego diſ-
pono vobis regnum, ut edatis & bibatis
ſuper menſam in regno meo; ideſt in Ec-
cleſia militante. Tunc enim inſtituit hu-
jus ſacramenti uſum. De hac menſa cor-
poris Chriſti dicitur Proverb. cap. 9. Sa-
pientia ædificavit ſibi domum, excidit
columnas ſeptem, immolavit victimas
ſuas, & propoſuit menſam. Tunc enim
ſapientia ædificavit ſibi domum, quando*

verbum

Dei, quòd eſt ſapientia Patris Eccleſiam ſuam congregavit ex gentibus; excidit columnas ſeptem; quando ipſam ſeptem donis Spiritus ſancti roboravit. Immolavit victimas, quando ſeipſum pro nobis in cruce moriens obtulit Patri. Propoſuit menſam quando in menſa altaris corpus ſuum conſecrandum nobis reliquit. Vt meritò ex hoc Eccleſia dicat. Paraſti in conſpectu meo menſam, de hac menſa ad litteram dicit Apoſtolus 1. Corinth. cap. 10. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorũ. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſa dæmoniorum.

IV. Quam verò fortitudinem præſtet menſa Euchariſtica, quo robore polleant ritè & devotè communicantes oſtendit Pſaltes. *Adverſus omnes qui tribulant me.* Quos omnes? homines? Reſpondet Michael Bonon. *Adverſus dæmones. Vndè ſicut indignè ſumentibus corpus Chriſti magis nocere poteſt diabolus. In cuius figuram de Iuda dicitur, quod poſt communionem introivit in eum ſatanas ad ipſum magis poſſidendum, ſed ſi dignè ſumatur fugat dæmones, & nos adverſus eos facit fortiores. Vndè Petrus Damianus ſuper illo verbo, qui manducat meam carnem, &c. Quod corpus Chriſti etiam ore carnis ſuſcipere perutile eſt. Terretur enim adverſarius noſter Diabolus, cùm Chriſtiani labia Chriſti videt cruore rubentia. Agnoſcit enim profectò ſuæ perditionis indiciũ & divinæ victoriæ, quâ captivatus & obtritus non tolerat inſtrumentum.* Subdit. *Ad hoc tamen plenius intelligendum, notandum, quod ad hanc menſam corporis Chriſti diverſimodè accedunt diverſi, & ſumunt ſacramentum ſcilicet ſacramentaliter, ſed non ſpiritualiter, & iſtis nocet: quidam autem ſacramentaliter & ſpiritualiter, & iſtis vitam tribuit & proficit adverſus omnes tribulantes.*

V Id confirmat pſalmo 33. verſ. 7. ad
Pſal. 33. verſ. 7. illa verba. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.*
Michael de Bon. Inter alia Michael de Bonon. hæc habet. *Angelus Domini ſcilicet Chriſtus, qui in iſto realiter continetur ſacramento, immittet in circuitu timentium eum, id eſt de periculis eruendum, qui immittet alios ſcilicet Angelos tanquam Angelorum Dominus. Sic enim Geneſis cap. 9. miſit Angelos qui liberarunt Loth de Sodomis. Immiſit Angelos Danielis cap. 3. qui liberarant tres pueros de camino ignis. Vbi Angelus Domini deſcendit cum Azaria & ſociis in fornacem & excuſſit flammam ignis de fornace, &c.* Paulò poſt. *Vel aliter Angelus Domini, ſcilicet Chriſtus in iſto ſacramento, ut nos ab omni eruat periculo immittit Angelos teſte Gregorio in homiliâ, & habetur de conſecrat. diſt. 12. Quid ſit ſanguis, id eſt, Quis enim fidelium habere dubium poſſet, in ipsâ immolationis horâ ad ſacerdotis vocem cælos aperiri. In illo Ieſu Chriſti myſterio choros Angelorum adeſſe, ſumma imis ſociari, & unum ex viſibilibus ac inviſibilibus fieri. Et notans hic pſalm. de Chriſto dicit, quod in iſto Angelus Domini immittit ſcilicet Angelorum chorus in horâ conſecrationis, in circuitu timentium eum, ſcilicet timore filiali. Et eripiet eos ab omnibus ſcilicet periculis quoniam ut dicitur pſal. 90. Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te, &c.* Non immeritò ſanctus Cyprianus epiſt. 54. effœminatos, ac ad bellum contra hoſtes fidei, & noſtræ ſalutis cenſet, qui cum Eliâ hoc pane myſtico non veſcuntur. *Non eſt idoneus ad Martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium; quia mens deficit, quam recepta Euchariſtia non erigit, & accendit.* (S. Cyprianus.) Davidici Oraculi, & Angelicæ exhortationis ad Eliam memores fideles Actor. cap. 2. verſ. 2. ut Cæſarum potentiam & Judæorum inſolentiam ſuperarent. *Erant perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, & in communione fractionis panis & orationibus.* (Actor. 5. verſ. 42.) Uno verbo, quiſquis hunc panem comedit ſingulari fortitudine prædirus fuit, ut idem Cantor Regius teſtatur pſalmo 77. verſ. 24. *Panem Angelorum manducavit homo.* ideſt homo fidelis, homo non in deſerto Ægypti ut populus Hebræus, non in deſerto Berſabee, (Pſal. 77. verſ. 24.) ut Elias Propheta: non manna, ut illi: non panem ſubcinericum, ut hic; non Angelorum miniſterio, ut populus & Elias in cœlo aereo formatum. Sed in utero virginali Mariæ productum, & in ſancto Altari reproductum; ſed verum panem ſeu corpus reale

Chriſti. Nam Moyſes (inquit ipſe Chriſtus Joannis cap. 6.) *Dedi vobis* Joan.c.6. *panem de cælo: ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.* Theophilus apud noſtrum Michaelem de Bonon, in pſal.77. *Seipſum dicit Chriſtus panem verum, quia principale ſignatum per manna eſt ipſe unigenitus Dei filius homo factus. Manna namq; interpretatur. quid eſt hoc. Quoniam Iudæi videntes primò illud ſtupefacti, unus ad alium dicebat, quid eſt hoc? Filius autem Dei factus eſt homo: ipſe eſt potiſſimum admirativum Manna: ita ut cuilibet contingat quærere, quid eſt hoc? Quomodò filius Dei filius hominis eſt? quomodò ex duabus naturis una perſona fit. Hæc omnia ergò quæ de iſto pane dicuntur figura erant corporis Chriſti.* Infra oſtendit quomodò Deus *panem cæli dedit eis, & panem Angelorum manducavit homo.* Accipe ejus explicationem. *Panis Cæli non aliud eſt quàm Chriſtus, de quo cæleſtes, ideſt Angeli reficiuntur ejus contemplatione. Et hunc panem, ideſt, verbum grandi cibo, quo paſcuntur Angeli, carnem tantùm edit homo.* Textus Hebræus pro *panem Angelorum manducavit homo,* habet *panem fortium manducavit homo.* Quomodò panis fortium nuncupatur? Ex effectu, quia reddit fortes eos, qui ſacram Euchariſtiam cum debitâ devotione ſumunt. Effectus hic longè alius eſt ab effectu panis quem Angelus Eliæ porrexit. Nam Deus huic pani mirabilem virtutem indidit, ſcilicet robur corporis ſufficiens ad conficiendum iter abſque alio alimento per 40. dies & 40. noctes uſque ad montem Dei Oreb, & ſecundùm Toſtatum erat naturalis & communis, cui Deus hanc vim præſtitit ad confortandũ Eliam, ut alio cibo non indigeret. At Euchariſtia animas noſtras multò magis corroborat juxta illud pſalmi 103.
Pſ. 103. verſ. 15. verſ. 15. *Et panis cor hominis confirmet.* Chriſtus enim ibi eſt noſtra fortitudo, juxta illud pſalmi. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.* Undè Chriſtus inſtante paſſione hunc panem cœleſtem ſuis diſcipulis præbuit, quia poteſtates tenebrarum in arenam deſcendere parabant, & Eccleſiæ ſtructuram funditus evertere. *Ecce* (inquit Lucæ cap. 22. verſ. 31.) *Satanas expetivit vos, ut cribaret ſicut triticum.* Syriacus. *Ecce Satanas poſtulavit, ut diſcerneres vos ſicut triticum.* Ecce denotat rem magni momenti, *Satanas,* ideſt adverſarius generis humani, humanæ ſalutis, Eccleſiæ, *expetivit* facultatem tentandi, affligendi, perſequendi vos, non impios; quia ſicut palea non cribratur, ſed triticum. S. Hieroymus epiſt. ad Euſtochium de cuſtodiâ virginitatis. *Non quærit* Hieron. *diabolus homines infideles, non eos, qui foris ſunt, & quorum carnes Rex Aſſuerus in ollâ ſuccendit, de Eccleſia Chriſti rapere feſtinat, eſca ejus ſecundùm Abacuc electa ſunt, Iob ſubvertere cupit & devorato Iuda ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem.* Et S. Cyprianus lib. S. Cyprianus. 3. epiſt. 1. *Non impugnat Chriſti adverſarius niſi milites Chriſti. Hæreticos proſtratos ſemel, ſuos factos contemnit, & præterit eos, quærit dejicere, quos videt ſtare.* Ad illas poteſtates infernales in fugam convertendas, quæ arma Chriſtus ſubminiſtrat? panem cæleſtem mellifluè S. Bernardus ſerm. 3. S. Bernardus. in Ramis Palmarum. *Cæterùm ante paſſionem affectuoſius Dominus refectionem ſuis curavit exhibere domeſticis: Et in hoc quoque apparuit benignitas & humanitas Salvatoris. Cùm enim dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos, & dicebat, deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar, oportebat enim, expetierat eos ſatanas ut cribraret eos ſicut triticum, opus erat prævenire refectionem.* Ut ſcilicet eos ſuamque Eccleſiam militantem juvaret ad pugnam. Rectè ad hoc intentum Alepuſius Archiepiſcopus Valentinus oratione de Euchariſtiâ habitâ in actis Concilii Tridentini ſeſſ. 13. quæ eſt 3. Concilii Trident. ſub Julio. *Eia Chriſti milites, iſto pane unum effecti, arma ſpiritualia reparate: nefas eſt illo unanimiter agere.* Quandoquidem majores vires ſpirituales præſtet, quam panis ſubcinericius Eliæ ab Angelo porrectus.

Cur Angelus non excutit timorem VII ab Eliâ, de quo textus ait timuit Elias. Dum enim Angeli ſanctiſſimis viris apparebant, ſolebant in exordio ſermonis omnem metum excutere, ſic

Geneſis

Geneſis cap. 15. verſ. 1. Angelus dixit Abrahamo. *Noli timere Abraham.* Cap. 46. verſ. 3. Angelus dixit Jacob *Noli timere deſcendere in Ægyptum.* Matthæi cap. 1. verſ. 20. Angelus dixit Joſepho Deiparæ ſponſo. *Ioſeph fili David noli timere.* Lucæ cap. 2. verſ. 10. in ſacratiſſimo Chriſti ortu Angelus ait Paſtoribus *Nolite timere ecce evangelizo vobis gaudium magnum.* Imò cùm Angelus ſacrum Incarnationis myſterium Virgini Mariæ annuntiavit, *Nè timeas* (inquit) *Maria,* Lucæ cap. 1. verſ. 30. Cùm verò Propheta Elias magno timore percelleretur apparens illi Angelus, & porrigens illi panem & aquam non dixit noli timere, ſed dumtaxat lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 5. *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi ſurge comede.*
l. 3 Reg. 19. v. 5. Cur omiſſo timore tantùm ſolius comeſtionis mentionem facit, quemadmodum aliis Patriarchis & Prophetis, imò B. Virgini? Quiadum pane ſubcinericio, qui eſt umbra ſacroſanctæ Euchariſtiæ munitur fortis eſt, divina providentia docet quantas vires hoc Sacramentum Euchariſtiæ collaturum eſſet ritè ac devotè communicantibus. Pulchrè S. Gregorius homiliâ 14. in Ezechielem. *Apparet fugienti*
S. Greg. *Angelus, cibum præbet, & tamen de corde Prophetæ timorem non excutit, quia in corde Prophetæ magna erat cuſtodia fortitudinis.* Quomodò & undè in corde Prophetæ tanta cuſtodia fortitudinis? à pane quem ipſe Angelus Prophetæ porrexerat.

VIII. Idem munus Apoſtolicum & Propheticum obiit Angelus, dum miſſus
Dan. 10. verſ. 11. ad Danielem cap. 10. verſ. 11. dixit ei. *Daniel vir deſideriorum, intellige verba mea, quæ ergò loquor ad te, & ſta in gradu tuo, nunc enim miſſus ſum ad te, &c.* Verſ. 14. *Veni ut docerem te, quæ*
Verſ. 14. *ventura ſunt populo tuo in noviſſimis diebus, quoniam adhuc viſio in dies, &c.* Dionyſius. *Quæ ventura ſunt in con-*
Dionyſ. *ſummatione ſæculi ſecundùm Hieronymũ ideò ſequitur quoniam adhuc viſio in dies protelatur; ideſt impletio illius adhuc diu differtur, quo conſtat quod venit ad inſtruendum Danielem, non ſolùm de reditu Iudæorum in ſua, ſub Cyro, & de his quoque, quæ in Antichriſti tempore fierent.* Scilicet myſteria fidei, univerſalis Eccleſiæ regimen Petro collatum, & per Apoſtolos, eorumque ſucceſſores propagata, & quæ tempore Antichriſti ab Eliâ ejuſque alumnis ad propugnandam & propagandam Eccleſiæ ſanctimoniam perpetrabantur, de quibus infra.

§ 10.

Angelica miſſio ad Zachariam de proximâ Incarnatione Verbi, ſeu Capitis Eccleſiæ.

IN novâ lege *Apoſtoli, Prædicatores, & ab his ſupernis legationibus incipit Evangelium, ejus primi dictatores ſunt Angeli,* ſecundùm Sophronium. Quod ut intelligatur præmitto Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ juxta illud Apoſtoli ſubſcribentis ad Epheſios cap. 1. verſ. 22. *Et ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* Verſio Syriaca. *Ipſum, qui eſt ſuper omnia dedit caput Eccleſiæ.* Scilicet hominum & Angelorum, ſuper militantem & triumphantẽ Eccleſiam inquit S. Auguſtinus cap. 5. verſ. 23. *Vir eſt caput mulieris ſicut Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, ipſe Salvator corporis ejus.* Verſ. 24. *Sicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* Verſ. 25. *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam & ſeipſum tradidit pro eâ, ut illam ſanctificaret, &c.* Verſ. 27. *Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Ideſt (inquit Cornelius) Chriſtus Eccleſiam, ideſt fideles ſuos ſuo ſpiritu, & gratiâ renovavit, ſanctificavit, illuſtravit, abſtulitque ab eis maculas peccatorum, & rugas vetuſtatis, non quod in eâ omnes ſint tales, ſed quod præcipua Eccleſiæ pars, quæ Chriſto proximè adhæret, ſcilicet ſancti, qui non tantùm fide, ſed & gratiâ ac charitate Chriſti ſunt præditi, tales ſunt, &c. ſicut totus homo dicitur ratiocinari, videre, audire,

Right margin notes: I. — Epheſ. 1. verſ. 22. — Cap. 5. verſ. 23. — verſ. 24. — verſ. 25. — verſ. 26. — verſ. 27.

ſcilicet per caput, quia non pes aut manus, ſed ſolum caput ratiocinatur, videt, & audit, ita Eccleſia tota dicitur ſancta per ſuum caput & collum, ideſt per Chriſtum & ſanctos, qui ei proximè adhærent, quaſi collum ſuo capiti. Sic dicitur de Antuerpiâ quod ſit dives, ſcilicet propter Mercatores, qui in eâ ſunt divites, cùm alioqui multi alii in eâ ſint pauperes. Sic dicitur docta Univerſitas Lovanienſis, quia Doctores habet egregiè doctos, etiamſi in eâ multi alii ſint non ita docti. Secundò, dicitur Eccleſia ſancta, quia habet ſancta Sacramenta, ſanctas leges, ſanctos Pontifices, Epiſcopos, &c. ſanctum Sanguinem Chriſti, & Chriſtus quantùm eſt ex parte ſuâ planè ſanctificavit, quia omnia ſanctitatis media illi dedit. Ad

Coloſſ. 1. verſ. 18. Coloſſenſes cap. 1. verſ. 18. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principiũ, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens.* Vide plura tomo 1. tract. 3. cap. 2. 3. 4. & alibi. Quibus adde Chriſti verba dicentis,

Ioan. 15. verſ. 1. Joannis cap. 15. verſ. 1. *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.* S. Au-

S. Auguſtinus. guſtinus tract. 80. in Joannem. *Iſte locus* (inquit) *Evangelicus ubi ſe dicit Dominus vitem, & diſcipulos palmites, ſecundùm hoc dicit, quod eſt caput Eccleſiæ, nosq́ membra ejus.*

II. At primus Miſſionarius, Prædicator, Apoſtolus, qui hujus capitis præcurſorem naſciturum annunciavit, fuit Angelus Lucæ cap. 1. verſ. 10. *Cùm Zacharias ſacerdotio fungeretur in*

Luc c. 1. verſ. 10. *ordine vicis ſuæ.* Syriacus. *In ordine miniſterii ſui ante Deum.* Vel ut alii, *Coram Deo.* Scilicet in primo tabernaculo, in quo populus orabat. Verſ. 10. *Et omnis multitudo populi erat orans foris, horâ incenſi.* Scilicet veſperi & circa finem diei. *In horâ incenſi* (inquit S. Chryſologus ſermone 86.) *jam ſol*

S. Chryſolog. *Iudaico occubabat in templo, ut in Eccleſia matutinus exurgeret.* Quia lex vetus finem accipiebat, & tranſactâ nocte ſol gratiæ in Eccleſiâ inciperet illuceſcere. Verſ. 11. *Apparuit illi Angelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi.* Græcus. *Viſus eſt ab eo Angelus corporalibus oculis.* Ideſt in corpore aſſumpto, ideò corporali intuitu eum vidit. *Manifeſtè apparuit* (inquit idẽ Chryſologus in Catenâ D. Thomæ) *non in ſomnis eoquod arduum annuntiabatur, undè manifeſtiori & mirabiliori viſione egebat.* Cur in templo Angelus Apoſtolico munere functurus apparet? Reſpondent S. Ambroſius & Beda. *Non immeritò Angelus videtur*

in templo, quia veri ſacerdotis annuntiabatur jam adventus, & cæleſte ſacrificium parabatur, in quo Angeli miniſtrãt. Non enim dubites aſſiſtere Angelum quando Chriſtus immolatur. S. Ambr. Beda.

Ille Angelus non tam fuit Joannis quàm Chriſti, non tam præcurſoris, quàm ipſius ſummi Sacerdotis & capitis brevi venturi Apoſtolus & Miſſionarius. Et ut omnem metum à Zachariâ ob viſionem inopinatam non mediocriter perturbato excuteret. Verſ. 17. An- *verſ. 17.*

gelus ſubjicit. *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda Patrum in filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum parare Domino plebem perfectam.* Ideſt præcedet Chriſtum verum Meſſiam, ac Deum in fortitudine & zelo Eccleſiæ capitis promulgandi, ſalutis animarum, & honoris Dei propugnandi ſicut Elias olim & in fine mundi, nam ſi de Eliâ Malachias cap. 4. prænunciavit. *Et convertet cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum.* Angelus de Joanne ait. *Ipſe præcedet in ſpiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda*

Malach. cap. 4. *patrum ad filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum,* ideſt doctrinam Evangelicam, *parare Domino plebem perfectam.* Græcus. *Parare populum præparatum,* ideſt diſpoſitum ad ſuſcipiendum Chriſtum Dominum caput Eccleſiæ. Vel ut ſit omnibus modis præparatus ad ambulandum in viâ Dei. Verſ. 19. Angelus reſpondens Zachariæ dubitanti dixit. *Ego ſum Gabriel, qui ſto ante Deum & miſſus ſum* *verſ. 19.*

loqui ad te, & hoc tibi evangelizare. Origenes homil. 5. in Lucam, Theophilactus, & Euthymius. *Miſſus ut loquar ad te, & hæc tibi læta nuntiem.* Maldonatus. *Interpres hic retinuit verbum Græcum evangelizandi, ut fortaſſis indicaret hoc primum exordium evangelii, ubi primum vox ab Angelo eſſet uſurpata. Nam etſi quod Angelus Zacharia* Maldon.

Digitized by Google

charia nuntiabat Evangelium propriè non erat, proœmium tamen erat evangelii. Ideſt, quamvis more Apoſtolico Evangelium non prædicaret, tamen Evangeliſtæ ac Apoſtoli nomine dignus erat, quandoquidem Evangelii proœmiaſtes eſſet, ac naſciturum præcurſorem capitis Eccleſiæ prænunciaret. Undè populus videns Zachariam ob ſuam incredulitatem obmutuiſſe. Verſ. 22. *Cognoverunt quod viſionem vidiſſet in templo.* Dionyſius. *Voluit Deus ſciri à populo, quod ei Angelus apparuiſſet, & qualiter Angelus nativitatem Ioannis pronuntiaſſet, ut populus inciperet ſe diſponere ad fidem Meſſiæ.* Scilicet recipiendam, eique & ejus Apoſtolis ut, à Deo miſſis, crederet & obtemperaret. Dionyſ.

§. II.

Miſſio Angelica ad Beatam Virginem Mariam.

I. EJuſdem Archangeli Gabrielis miſſionem ad Beatam Virginem Mariam de futurâ unione Verbi Divini cum humanitate, & ejuſdem Chriſti connubio cum Eccleſia refert præfatus Evangeliſta verſ. 26. *In menſe ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth,* Luc c. 2. verſ. 20. S. Irenæus lib. 3. cap. 11. *Ipſo tempore.* S. Ambroſius in comment. *Eodem tempore.* Scilicet à conceptione Joannis menſe ſexto, quia (inquit Hugo) Deus hominem creavit ſextâ die, ſic eum ſextâ ætate reparare voluit, ut reparatio naturæ humanæ ejus creationi responderet, oſtenderetque Chriſtũ eſſe tam veteris teſtamenti, tam legis ſcriptæ, quam legis gratiæ, tam Synagogæ quàm Eccleſiæ auctorem, ſeu ut omnibus innoteſcat Chriſtum eſſe Salvatorem omnium, tam eorum qui fuerant in antiquâ lege ante ſuam nativitatem, quàm in novâ poſt ortum ſuum. A quo mittitur? non à Cæſare, ſed à Deo ipſo, ſed à Sanctiſſimâ Trinitate, quæ nomine Dei intelligitur. Sic olim Danielis cap. 6. verſ. 22. *Deus miſit Angelum ſuum.* Jeremiæ cap. 25. verſ. 4. *Miſit Dominus ad vos omnes ſervos.* Lib. 1. Reg. cap. 19. *Me miſit Deus ut ungerem te.* Ideò verò à miſſus Deo dicitur, ut executio reſponderet promiſſioni. At Deus pollicitus eſt Abraham Geneſis cap. 22. verſ. 18. Iſaac cap. 26. verſ. 5. Jacob cap. 28. verſ. 15. Chriſti Capitis Eccleſiæ adventum, decuit igitur eundem adventum, incarnationem, &c. prænunciari ab Angelo miſſo à Deo ſub nomine Dei. S. Irenæus lib. 3. cap. 19. ſcribit etiam ideò Angelum fuiſſe miſſum ad Mariam, ut reparatio generis humani reſponderet lapſui. Nam *quemadmodum Eva per Angelicum ſermonem ſeducta eſt, ut effugeret Deum, ita & hæc nempè Beata Virgo per Angelicum ſermonem evangelizata eſt, ut portaret Deum obediens verbo ejus.* Irenæus. Hæ voces *evangelizata eſt*, denotant Angelum Apoſtoli & Evangeliſtæ tunc munus obiiſſe. Qui Angelus ut oſtenderet ſe veri Miſſionarii & Apoſtoli partes verè exequi. Totum (inquit Dionyſius) hoc myſterium tam diſtinctè ac clarè elucidavit, ut legentibus & audientibus nullus planè dubitandi locus relictus ſit, ſed illud quaſi præſens ac obvium oculis intueatur, poſſitque cum ſummâ attentione, devotioneque ſingulas ejus circumſtantias expendere.

II. Hoc officium Apoſtolicum non homini, ſed Angelo, & quidem ſupremo committitur. *Tantùm enim* (inquit S. Ambroſius hic) *mandati myſterium non hominis fuit, ſed Angeli ore promendum.* S. Ambr. Ratio eſt, ſicut enim in veteri lege Deus miniſterio Angelorum multa Patribus antiquis revelavit, & diſpoſuit, quæ ad hoc opus ordinabantur, ita congruebat, ut hoc myſterium ab Angelo declararetur. Ideò verò inter cœteros ſpiritus potiùs Gabriel mittitur annuntiaturus divinam Verbi incarnationem, quia *Gabriel*, idem eſt quod *vir Deus*, ſeu *Deus homo*, ſeu *nobiſcum Deus*, ut notat Proclus homil. de Nativitate Domini quæ habetur tomô 6. Concili Epheſini cap. 7. *Et quid Gabriel quaſo interpretatum ſonat? audi, & diſce, utique idem ſonat quod Deus homo, quo diſpenſationis myſterium facilius perſuadeat* Proclus.

rei miraculum nominis ratione anticipat. Anticipat ſui nominis famam, ut ad tantum myſterium credendum ac ſuſcipiendum autes humanæ aſſueſcant.

III. Verbi divini Incarnatio & conceptio annuntiatur & prædicitur in Galilæâ à miſſo Angelo, non verò in agro, vel alibi. *Quia* (inquit Hugo) *omnes homines ad unitatem Eccleſiæ reducere veniebat, ut unam faceret Civitatem.* Et quidem in Galilæâ conjunctâ Tyro & Sidoni, ut teſtatur Joſephus lib. 3. belli Judaici cap. 4. Strabo cap. 4. ad denotandum quod Verbum incarnaretur ut utriuſque Judaici & Gentilis caput futurum eſſet, ad utrumque ſalvandum & copulandum in unum; & ex ambobus unam Eccleſiam, unumque populum Dei componendum, juxta illud Apoſtoli Epheſ. cap. 2. verſ. 14. *Ipſe eſt pax noſtrâ, qui fecit utraque unum,* ideſt utrumque populum Judaicum & Gentilem (inquit S. Hieronymus) conciliavit & univit in ſuâ Eccleſiâ. Erant enim Judæi & Gentiles duo Symbolici parietes, olim muro diſtincti, quos Chriſtus muro, qui medius erat, disjecto conjunxit in unam domum ſeu Eccleſiam.

Epheſ. 2. verſ. 14.

VI. In Galilæâ Nazareth eligitur ad Verbi Incarnationem, quamvis enim Nazareth ſit viculus, tamen ſui ſignificatione futuram Eccleſiæ ſanctimoniam præſagit. Nam (inquit Franciſcus Mayron, *Supermiſſus* ſignificat ſanctitatem, unctionem, munditiam, conſervationem, cuſtodiam, & florem. Quæ omnia non tantùm Chriſto, ſed etiam Eccleſiæ ejus corpori & ſponſæ optimè conveniunt. S. Gregorius Nazianzenus orat. de funere Patris ſui, Euſebius lib. de demonſtratione cap. 7. notant, quod Nazareth, idē eſt, ac conſecrare, ſanctificare, ſeu ſeparare. Undè olim Viri Religioſi dicebantur Nazaræi. Mittitur igitur Angelus in Nazareth Galileæ, ut denotaret Chriſtum ibi concipiendum, fore omni ſanctimoniâ præditum ac conſpicuum. *Talis enim* (inquit Apoſtolus Hebræor. cap. 7. verſ. 26) *decebat, ut nobis eſſet Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus.* Et conſequenter in Nazareth loco immundiſſimo conciperetur. *Vbi enim* (inquit Theophilactus) *Deus, ibi nihil impurum, nihil non ſanctum.* Et ut coleretur in Eccleſiâ, quæ foret abſque rugâ.

Hebr. 7. verſ. 26.

V. Quod ſi ſecundùm Andræam Jeroſolymitanum ſermone de Annuntiatione, S. Bernardum *ſuper miſſus*, ſanctum Bonaventuram in cap. 1. Lucæ Nazareth idem ac flos, meritò talis locus Chriſti conceptioni congruebat. Primò quemadmodum flores futuri fructus auguria ſunt, undè ut Romani ſpem deſignarent duo lilia depingebant, cum hoc dicto *Auguſta ſpes.* Ita Chriſti conceptioni hæc Canticorum verba cap. 2. verſ. 12. applicari poſſunt. *Flores apparuerunt in terrâ noſtrâ,* ideſt Chriſti conceptio facta eſt 25. Martii, ut per verni temporis deſcriptionem indicet ſe præſentem ſuo calore, & allici ad primitivam Eccleſiam Gentiliſmum, ſpemque futuræ converſionis ad Deum & ſalutis maximam apparere. Secundò, Nazareth flos nuncupatur; quia ſicut flos dum vireſcit ac manet integer, non coaleſcit in fructum, niſi cùm deſtruitur. Sicut Chriſtus Eccleſiam ſponſam ſanctificaret, ac fructum ſanctitatis in animabus noſtris proferret moti ac interire debuit, juxta illud Joannis cap. 12. verſ. 24. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert.* Quæ verba ita elucidat Richardus à S. Laurentio lib. 4. de laudibus Mariæ. *Niſi granum illud in uterum virginalem velut in terram fertilem, & benè excultam exercitio Spiritus ſancti prius cecidiſſet per incarnationem, & poſt hoc in Cruce mortuum fuiſſet, ipſum ſolum manſiſſet, ſed per iſta duo granum unicum factus eſt acervus magnus.* Nam Eccleſiam produxit refertam tot Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Religioſis, &c. *Granum enim illud tritici,* (inquit idem) *potentialiter erat acervus tritici, de quo ſcilicet grano tanta ſpiritualis ſeges fructificante Deo multiplicata eſt.* In cujus ſignum ingenioſè animadvertit S. Paſchaſius lib. 2. in Matthæum, quod licet ſolus Chriſtus torcular

Cantic. 2 verſ. 12.

Luc. c. 2 verſ. 9.

Richard. à S. Laur.

torcular paſſionis calcarit, & mortis pœnam ſolus ſuſtinuerit, tamen multos ſuæ reſurrectionis participes fecit, Matthæi cap. 27. verſ. 52. *Chriſtus quamvis unus ſit mortuus, & ſolus pro omnibus, noluit ſolus reſurgere, ſed cum plurimis, & ipſe unà cum multis, ut ſpem refunderet deſperatis, teſtis extitit perpetuæ reſurrectionis.* Et ipſe Macharius Epiſcopus Jeroſolymitanus lib. 2. Concilii Nicæni cum quodam Philoſopho agens. *Ipſe* (inquit) *Jeſus erat ſpiritualiter granum frumenti, quod pro nobis cadens in terram, & carne moriens per ſuæ divinitatis potentiam corporale ſuum templum ſuſcitavit ſecundùm ſcripturas, fructus afferens totius humani generis reſurrectionem.* Quibus ſubſcribens Albertus Magnus *Chriſtus* (inquit) *moritur in ſe, ut in multis reſurgat, in fructu proximorum.* Quos per gratiam regeneravit, & Eccleſiæ chariſſimæ ſuæ ſponſæ fovendos ac nutriendos tradidit.

S. Paſchaſius. Mat. 27 verſ. 52.

S. Macharius.

IV. Præfati grani mortui miram fructificationem myſticè exprimit lateris Chriſti apertio Joannis cap. 29. v. 34. *Unus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exivit ſanguis & aqua.* Quaſi diceret, quemadmodum de latere, ſeu coſtâ Adæ formata eſt mulier, quæ prævaricationis peccatũ in mundum advexit; ita Chriſti mortui latus aperitur, ut ex ipſo prodeat altera Eva, Eccleſia, in quâ ſit ſalus & vita, & undè radix peccati exiverat, indè fons gratiæ naſceretur, & ut quod erat ſcaturigine culpæ coinquinatum, abundanti ſalutis irriguo nobilitaretur. Inquit noſter Sylveira tomo 5. lib. 8. cap. 20. quæſt. 5. num. 23. & quæſt 8. num. 45. Cui arridens ſanctus Ambroſius ſermone 3. in pſalm. 118. *Tunc* (inquit) *in ligno compunctus eſt lanceâ, & exivit de eo ſanguis & aqua, omni unguento ſuavior accepta Deo beſtiâ per totum mundum odorem fructificationis effundens.* Non dicit per Judæam, vel Aſiam, ſed Africam, ſed Europam hic ſanguis & aqua effunditur & fructificat, non enim ſolos Judæos, ſed & Aſiaticos, Africanos, Europæos ſuæ Eccleſiæ aggregavit, gratiſsimos Dei Patri fructus edidit. Addit S. Epiphanius apud Surium de vitis Sanctorum 8. Decembris, quod ſalutationi ſuæ ſubjunxerit Gabriel. *Et Pater miſit Arrhabonem de cælo, Spiritum ſanctum præparavit Virginem unigenito Filio cæleſti ſponſo, &c.*

S. Ambr.

S. Epiph.

§. 12.

Miſſio Angelica ad ſanctum Joſephum.

I. Angelus fœliciter peractâ primâ legatione ad Virginem, aggreditur ſecundam ad Joſephum. Hic enim cùm animadverteret Mariam ſuã ſponſam prægnantem Matthæi cap. 1. verſ. 19. *Cum eſſet juſtus & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Pagninus, *Nolens eam vituperare, &c.* S. Auguſtinus epiſt. 5. ad Macedonianos, & ſerm. 16. de verbis Domini. *Nollet eam divulgare.* Vatablus. *Voluit occultè repudiare. Divulgare*, ideſt diffamare, non quod dubitarit de Virginis caſtitate, vel judicarit ream eſſe judicii, ſed maximâ dubitatione ſuum judicium ſuſpendit, inquiunt S. Chryſoſtomus homiliâ 1. in Matthæum, S. Hieronymus, Albertus Magnus, S. Thomas, Gloſſa Ordinaria, Simon Caſſianus libr. 1. cap. 16. verſ. 20 *Hoc autem eo cogitante ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph.* Ideſt Angelus qui miſſus eſt ad Virginem ut eſſet Paranymphus, *ecce*, ideſt ſubitò miſſus apparet. Sanctus Thomas, *Idem Angelus qui miſſus eſt ad Mariam, ut etiam liberaret ab infamiâ, & Ioſeph in perturbatione.* Angelus Gabriel legatus incarnationis factæ in ſacro virginis utero non tantùm eximit illam ab infamiâ, & Joſephum à ſuſpicione & dubitatione, ſed docet primò quantâ cum reverentiâ eam colere debeat. Verſ. 21. *Ioſeph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Nam* (inquit noſter Sylveira lib. 1. cap. 10. quæſt. 17. num. 58.) *Sancti Angeli ſemper venerati ſunt ſanctam Deiparam, ac magnâ decentiâ de eâ locuti ſunt.* Idem cenſet Euſebius Emiſſenus ſermone ſuper *miſſus eſt.* Si Angeli tanto honore

Matt. c. 1. v. 19.

S. Thom.

verſ. 21.

proſecuti

proſecuti ſunt Mariam, cur eam non nuncupant Dominam ſuam, Reginam cœli, mundi Imperatricem, ſed tantùm Matrem Chriſti & ſponſam ſuam? *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Vatablus. *Nè metuas adjungere tibi Mariam uxorem tuam.* Et cap. 2. verſ. 13. & 19. *Accipe puerum & Matrem ejus.* Cauſam affert D. Thomas, quia denominatio ſumitur à principaliori parte ex communi axiomate. At ſuprema Virginis Mariæ dignitas eſt quod ſit Mater Chriſti, ſecunda, quod ſit ſponſa viri omnium virtutum genere præditi, quod Sacer Textus exprimit hac voce *ju-*
Matt. 1. verſ. 19. *ſtus.* Verſ. 19. *Ioſeph autem vir ejus cum eſſet juſtus.* S. Chryſoſtomus homiliâ
S. Chryſoſtom. in Matthæum *Iuſtus hic in omni virtute dicit eſſe perfectum.*

II. Docet ſecundò, ejus Nativitatem eſſe de Spiritu ſancto. *Quod in eâ natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Syriacus, Vatablus, & Arias. *Quod genitum eſt in eâ, de Spiritu ſancto eſt.* Cur non dicit conceptum, ſed natum? Reſpondet Dionyſius poſt S. Baſilium homil. 25. S. Ambroſium lib. 2. de Spiritu
Dionyſ. ſancto quod Angelus *non ait conceptum, ſed natum, ad inſinuandum, quod conceptio Chriſti non fuit ſucceſſiva ac naturalis procedens ab imperfecto ad perfectum, ſed inſtantanea & ſupernaturalis. Itaque eodem inſtanti completa eſt Chriſti generatio.* Secundò. *Productio* (inquit idem) *eſt acquiſitio ſubſtantialis eſſe. Res verò tunc primò naſcitur, cùm formam ſubſtantialem ſortitur. Et quia Virgo totum eſſe naturale dedit Chriſto, ideò dicitur natum eſt.* His reſponſionibus innuit Joſephum inſtructũ eſſe ab Angelo, quod licet in aliis per quadraginta dies fœtus concipiatur & formetur, tamen Chriſtum Dominum in primo inſtanti extitiſſe perfectum infantem. Addit Angelus. *De Spiritu ſancto eſt.* Syriacus. *Ex Spiritu ſancto eſt.* Quibus verbis revelat & manifeſtat illi myſterium Trinitatis & Incarnationis, in hoc veri Miſſionarii & Apoſtoli munus exercens. Sicut e-
Marc. c. 16. v. 15. nim Chriſtus Marci cap. 16. verſ. 15. Apoſtolos mittens dixit eis. *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Et Matthæi cap. 28. verſ. 19. *Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti.* Hoc myſterium à ſæculis abſconditum ipſe Angelus manifeſtat, quod privilegium maximum eſt. *Grande* (inquit S. Am- S.Ambr.
broſius lib. 5. cap. 32.) *carmen iſtud eſt, quod nihil potentius, quàm confeſsio Trinitatis.* Hujus privilegii & carminis ſingularitas patet quod myſterium Trinitatis & Incarnationis revelatum eſt Joanni, quando ſuper pectus Chriſti in cœnâ recubuit. Revelatum eſt Paulo, quando raptus in cœlum. At Joſepho revelatum eſt, dum in lecto ſuo dormiebat; ita enim purus vivebat in terrâ, ac ſi regnaret in cœlo. His articulis inſtructus omnem motum ac dubitationem excuſſit Joſeph. Et *Eccleſia* (inquit S. Zeno apud Lyp- S. Zeno.
pomanum in Catenâ) *ipſa veritate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, non tantùm Diaboli præſentes ignes extinguit, ſed etiam futuri judicii incendia ſuperabit.*

Angelus proſequitur verſ. 22. *Pariet autem filium.* S. Chryſoſtomus III.
notat Angelum non dixiſſe, pariet tibi filium, quemadmodum dixit Zachariæ Lucæ cap. 1. verſ. 13. *Vxor tua*
Elizabeth pariet tibi filium. Arias. *Gig-* Luc. c. 1.
net tibi filium. Non enim Joſepho, ſed verſ. 13.
univerſo orbi Virgo peperit Chriſtum, juxta illud Iſaiæ cap. 9. verſ. 6.
Parvulus natus eſt nobis, & Filius datus Iſaiæ 9.
eſt nobis, id eſt omnibus. Non minùs verſ. 6.
nobis quàm Patribus primi & cœterorum ſœculorum. Dionyſius. *Is qui eſt naturalis, æternusq́; filius Patris datus*
eſt nobis, id eſt ad noſtram ſalutem deſcen- Dionyſ.
dit, atque ſeipſum pro nobis expoſuit. Vndè in Ioanne cap. 3. ſcribitur. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æ-
ternam. Arridens Theophilactus ait. Theophilactus.
Non dixit pariet tibi, ſed ſimpliciter pariet, non enim peperit illi, ſed toti orbi. Neque illi ſoli gratia facta eſt, ſed in omnes diffuſa eſt.

Quod Incarnatio futura ſit ad ſan- IV.
ctificandum non ſolùm Joſephum,
ſed Eccleſiã probat Angelus verſ. 22. verſ. 22.
Pariet autem filium & vocabis nomen ejus Ieſum, ipſe enim ſalvum faciet populũ ſuum

ſuum à peccatis eorum. Vatablus. *Salvabit populum ſuum à peccatis ſuis.* Syriacus. *Quippè qui ſervaturus ſit populum ſuum à peccatis ipſorum.* Quid per populum ſuum intelligit? Populum Chriſtianum, Eccleſiam Dei, Chri-

1. Pet. 19. ſtianos quos alloquens S. Petrus 1. epiſt. cap. 2. verſ. 9. ait. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium gens ſancta, populus acquiſitionis.* Cornelius

Cornel. ibi poteſt accipi collectivè, quaſi diceret, *Vos ô fideles in unum cœtum collecti. Vos ô congregatio Chriſtianorum, vos ô Eccleſia Chriſti, eſtis regale ſacerdotiũ, gens ſancta.* Vel diſtributivè, quaſi diceret. *Vos ô ſinguli fideles eſtis genus electum, &c. quos ſcilicet Deus ſibi elegit, & qui viciſſim Deum elegiſtis electioni & vocationi ejus conſentiendo, & cooperando, uti docet Moyſes Deuteron. cap. 26. verſ. 17. & 18. Sicut ergò olim Iudæos, ita nunc Chriſtianos elegit in ſuum populum & Eccleſiam, ac eos toti mundo benedicit & benefacit.* Inter alia Cornelius ſcribit, ideò Eccleſiam, ſeu cœtum fidelium vocari regale ſacerdotium. *Quia uti habet veros Reges, ita & habet veros ſacerdotes, & illi his conjuncti & ſubordinati ſunt. Et quia ipſa eſt regnum Dei ſacrum in quo ſcilicet Deus per gratiam regnat, regnaturus deindè per gloriam, cùm illum regni cæleſtis participem & hæredem efficiet, quamobrem ipſa in Evangeliis ſæpè vocatur regnum Dei, & reg-*

S. Epiph. *num cælorum.* Quod confirmat auctoritate S. Epiphanii hæreſi 29. dicens. *Thronus David & regia ſedes eſt ſacerdotium in ſancta Eccleſia, quam dignitatem regiam, ſimulq́ Pontificiam conjunctim largitus eſt Dominus ſanctæ Eccleſiæ ſuæ, tranſlato in ipſam throno David nõ deficiente in æternum. Vocatur gens ſancta. Quia* (inquit idem Cornelius) *Uti Synagoga Iudæorum olim, ita nunc Eccleſia Chriſtianorum ex omnibus gentibus Deo eſt ſegregata, Dicitur & ſanctificata. Quia plurimos habuit, & habet ſanctos Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Virgines, ſunt viri eruditi, qui numerum Martyrum accuratè ineunt, aſſeruntq́ eſſe facile undecim milliones, ita ut cuique diei per numerum aſſignari queant triginta millia Martyrum. Quod oſtendit Apocal. cap. 9. verſ. 9. Quia omnes ad ſanctitatem vocati ſunt juxta illud Hebræor. cap. 12. verſ. 12.* Hebr. 12. verſ. 12.
Acceſſiſtis ad montem Sion montem & civitatem Dei viventis, Ieruſalem cæleſtem, & multorum Angelorum frequentiam & Eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in cælis, & judicem omnium Deum, & ſpiritus juſtorum perfectorum, & teſtamenti novi mediatorem Ieſum. Vel dicitur gens ſancta quia ſancta eſt Chriſtianorum religio, fides doctrina, ſacramenta, ſacrificia. Vel, quia ejus auctor Chriſtus eſt ſanctus ſanctorum Danielis cap. 9. verſ. 24. Vel, quia ejus rector eſt Spiritus ſanctus. Vel, quia nullibi niſi in Eccleſia invenitur vera ſanctitas. Vel, quia eorum lex legi ſanctæ cõformis eſt. Quod confirmat auctoritate S. Baſilii in moralibus regul. 80. cap. 21.

Denique vocatur *populus acquiſitionis*, ideſt acquiſitus, Verſio Syriaca *Congregatio redempta*, quia Chriſtus eam ſanguine ſuo acquiſivit, redemit & emit. Hinc Apoſtolus ait, fideles poſitos in acquiſitionem ſalutis per Chriſtum, ipſoſque vocat filios Dei in acquiſitione animæ Hebr. cap. 10. verſ. 39. & 1. Theſſal. cap. 5. verſ. 9. S. Ambroſius in pſalm. 118. octonario 6. S. Auguſtinus lib. 1. de peccatorum meritis cap. 27. legunt *populus in adoptione.* Quaſi diceret Chriſtiani ſunt populus peculiaris, hoc eſt poſſeſſio, peculium & cymelium Dei. Hinc Sanctus Auguſtinus de verbis Domini ſecundùm Lucam ſermone 35. *Magna res* (inquit) *Fratres, & hæreditas ipſius ſumus, & hæreditas noſtra eſt, quia & colimus eum & colit nos. Nulla* S. Auguſtinus.
eſt injuria illi qui colit nos, quia ſi nos colimus illum ut Deum noſtrum, ille colit nos ut agrum ſuum. Ego ſum (inquit Chriſtus) *vitis, vos eſtis palmites, Pater meus agricola eſt, Ioannis cap. 15. Ergò colit nos, ſed ſi fructum reddamus, parat horreum.* Apoſtolo Petro arridens Paulus ad Titum cap. 2. verſ. 14. ſcribit. *Qui dedit ſeipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, &* Tit. c. 2. verſ. 14.
mundaret ſibi populum acceptabilem. Ideſt populum peculiariter electum, & dilectum à Deo. Nam Paulus alludit ad Exodi cap. 19. verſ. 5. ubi Dominus fœdus iniens cum Judæis,

coſque ſibi in populum, in Eccleſiam,
Exod. 19 imò in filios adſciſcens & adoptans,
verſ. 5. ait. *Eritis mihi in peculium de cunctis populis*, ideſt (inquit S. Hieronymus) æſtimo vos quaſi theſauros pretioſiores, magiſque charos ac dilectos, quales ſunt torques, gemmæ, & bullæ è collo pendentes. Syrus vertit *Novum populum*, alii *Populum proprietatis.*
Cornel. Ideſt populum proprium & peculiarem. Cornelius hâc paraphraſi utitur. *Chriſtus nos redemit, mundavit, ſibiq; adſcivit in populum ſelectum, eximium pretioſum, proprium, rarum & charum, ut ſcilicet ſimus hæreditas & peculium, imò cimelia & theſaurus pretioſiſſimus, & chariſſimus Chriſto.* Subditque. *Vide quanti apud Chriſtum ſit Eccleſia, omneſq; Chriſtiani, quantumq; viciſſim Chriſtum redamare, & colere debeamus.*

VI. Ad eundem Joſephum ſecundò mittitur Angelus Gabriel, ut illi nunciet Herodis in puerum odium & cœptam necem, Matthæi cap. 12. ver-
Matt. 2. ſu 13. *Ecce Angelus Domini apparuit in*
verſ. 13. *ſomnis Ioſeph*. S. Anſelmus. *Mittitur Angelus Gabriel, qui in Ægyptum faciat puerum deportari.* Haymo in homiliâ: *Mittitur Gabriel miniſter Incarnationis* Noſter Sylveira in expoſitione. *Per hoc bonus nuntius, à Deo miſſus oſtenditur.* Quid nunciet audiamus. *Surge & accipe puerum & Matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi.* Cur perſuadet fugam, & furorem Herodis eludere. Nonnè redempturus mundum ſuâ morte venerar. Patres varias rationes proferunt. S. Petrus Chryſologus ſermone 151.
S. Petrus Chryſol. *Qui mori venerat quare fugit mortem?* Ut primus paſtor & Summus Pontifex Eccleſiæ daret exemplum Prælatis ut tempore perſecutionis aliquantulum ſe ſubducant in utilitatẽ Eccleſiæ. *Fugit* (inquit Origenes homiliâ 17. in Numeros) *in Ægyptum, qui nomine Chriſti perſecutionem patiun-*
Origenes *tur, qui tribulationes tolerant, qui injurias perferunt, fortiter ſtant, viriliter præliantur, & Eccleſiam non deſerunt, ſed ſemper meminerint quia & Dominus à peccatoribus perſecutionẽ perpeſſus eſt quoniam ab injuſtis contumeliatus eſt, & ab ipſis de loco in locum fugit.* Ideſt Chriſtus Dominus ſciebar quod Prælati, & pro ſe legatione fungentes deberent aliquando fugere, itinerari, exulare, variaſque perſecutiones perpeti, quibus ſeipſum exemplar præbuit, fugiens de loco in locum, ut ſuo exemplo patientiam doceret, & indè ad ſalutem proximorum magis procurandam, & Eccleſiæ ſanctimoniam promovendam magis vacarent. & S. Fulgentius ſermone de Epiphaniâ *Dignatus eſt in Ægyptum fugere ut poſtea Crucem dignaretur aſcendere. Fu-* S. Fulgentius.
git ad vitandam humano modo, non potentiâ virtutis mortem in infantiâ ſibi imminentem. Vndè manifeſtum eſt amore noſtri, non Herodis timore, quem ſolo nutu cohibere potuiſſet. Poſtea ſubdit. *Fugit non neceſſitate, ſed poteſtate. Fugit in oſtenſionem ſui amoris, ut tunc morti tradatur, cùm non veluti apprahenſus teneatur, ſed ſponthneè ipſe ſe obtulerit.* Sic Parens Elias lib. 3. Regum l. 3. Reg.
cap. 19. verſ. 3. *Timuit Elias & ſurgens* 19. v. 3.
abiit, quocumque eum ferebat voluntas. Cornelius. *Vt ſolus ſecretius fugeret & lateret.* Textus addit. *Dimiſit ſuum puerum.*

Alteram legationem Angelicam VII.
refert idem S. Matthæus cap. 2. ver- Matt. 2.
ſu 19 *Defuncto Herode ecce Angelus Do-* verſ. 19.
mini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto. Verſ. 20. *Dicens, ſurge & accipe puerum & Matrem ejus, & vade in terram Iſrael.* Noſter Sylveira ſupra cap. 9. quæſt. 9. ſcribit quod vivente Herode non fuit conveniens, ut ex Ægypto adveniret puer. Licet enim occiſis jam in Bethleem innocentibus puer poſſet habitare in Nazareth vel alibi in Judæâ: quia tamen Herodes non erat animo quietus, & ignorabat an inter infantes occiſos eſſet interfectus, quem ille quærebat, ideò per miniſtros ſuos erat valdè ſollicitus, & ſi illuc puer referretur poſſet à vicinis denuntiari, & occidi. Quare expectatur mors Herodis? ad evitandum periculum pueri, quo ceſſante non erat ratio ibi amplius manendi, nec diuturnioris exilii pœnam ſuſtinendi. Deindè ſi Chriſtus manſiſſet in Ægypto uſque ad trigeſimum annum potuiſſent Judæi ſuſpicari Chriſti ſapientiam eſſe humanam, & humanâ

arte

attc comparatam. Nam in Urbe Memphcos erant ſtudia, & ſic non tantùm progreſſum feciſſet in plantandâ, radicandâ, propugnandâ, ſanctificandâ Eccleſiâ. Præterea ſi Chriſtus repentè apparuiſſet prædicans, vix ullum progreſſum feciſſet, imò Judæi ſcandalizati fuiſſent, quia in Miſſionario & Viro Apoſtolico opera prædicationem præcedere debent. Undè *Ioan. c. 5 verſ. 36.* Chriſtus Joannis cap 5. verſ. 36. dixit Judæis. *Ipſa opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.* Matthæi cap. 5. verſ. 17. *Matt. 5. verſ. 17.* *Nolite putare quoniam veni ſolvere legem, aut Prophetas, non veni ſolvere, ſed adimplere.*

VIII. De eodem S. Lucas Actor. cap. 1. *Act. c. 1. verſ. 1.* verſ. 1. notanter ſcribit quod *cæpit Ieſus facere & docere*, ideſt prius fecit, deindè docuit. Prius docuit exemplo, deindè verbo: imò plura fecit quàm docuit. Nam per annos primos triginta vitæ ſuæ fuit in actione continuâ, docuit verò dumtaxat tribus annis ultimis. S. Bernardus. Ratio melliflui Bernardi ſerm. 59. in Cantica. *Voluit voci ſuæ vocem virtutis dare, ut inſtrueret ita alios docere, ut etiam te ipſum doceas.* Sanctus Chryſoſtomus ait Chriſtum S. Chryſoſtom. nihil docuiſſe, quod variis exemplis non præmonſtraverit. *Conſidera, quo pacto Chriſtus dictis ſuis per opera fidem conciliarit. Ad manſuetudinem hortatus eſt dicens, Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde Docuit nos paupertatem, & utrumque factis demonſtravit. Si quidem filius hominis (inquit) non habet ubi caput ſuum reclinet. Rurſum præcepit ut diligeremus inimicos, exhibuit hoc in cruce deprecans pro crucifigentibus. Dixit volenti trahere in jus, ut tunicam eripiat, permitte ut & pallium auferat. Ipſe verò non veſtimenta tantum, ſed ſanguinem quoque ſuum dedit. Idem ut facerent & diſcipulis præcepit. Unde & Paulus dixit, ſicut habetis formam ex nobis. Nihil enim doctore frigidius, qui verbis dumtaxat philoſophatur. Neque enim hoc doctoris eſt, ſed hiſtrionis & hypocritæ, ideòq́ Apoſtoli prius vita exemplis docebant, deindè verbis. Quin potius nè verbis quidem opus erat, cùm clamarent opera.* Quibus ſubjungit, *Nec aberravit à vero, qui paſſionem ejus actionem dixerit. Nam patienter fecit illud & admirandum opus, quo mortem dejecit, reliqua omnia peregit.* Alioquin Eccleſiam ſuam fundare, propagare, & ſanctificare nequiviſſet, niſi opera ſermonem non præceſſiſſent. Idem præſtitit S. Baſilius teſte ſancto Gregorio Nazianzeno in oratione funebri ejuſdem. Sanctus Malachias, ut ſcribit S. Bernardus in ejus vitâ. Sanctus Franciſcus ut refert S. Bonaventura ejuſdem vitam deſcribens. Sanctus Chryſoſtomus homil 6. in epiſt. 1. ad Corinth. Ait Apoſtolos primos fidei Chriſtianæ parentes & miſſionarios magnos in Eccleſię propagatione & infidelium côverſione non tam doctrinâ, ſermone, & miraculis, quàm vitæ integritate, & exemplo laboraſſe. S Chryſoſtomus *Non ſolum ſignis, qui convertebantur credebant tunc, ſed etiam multi eorum, qui accendebant à vitâ Apoſtolorum & fidelium inducebantur.* Undè Varro Varro. ſcribit. *Evidentiſſimum docendi genus, eſt ſubjectio exemplorum.*

§. 13.

Angelica Miſſio ad Paſtores.

NAtivitatem etiam Chriſti Salvatoris noſtri Angeli cœlitus I. emiſſi Paſtoribus denuntiant & decantant Lucæ cap. 2. verſ. 9. nato Chriſto. *Luc c. 2. verſ. 9.* *Ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos* (ſcilicet Paſtores) *& claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno.* Syriacus. *Ecce Angelus Domini venit ad eos, &c.* ſcilicet à Deo miſſus. *& claritas Dei circumfulſit illos.* Maldon. Maldonatus. *In luce apparēt, ut Paſtores intelligerent eſſe Angelos lucis qui à Deo mittebantur, illisq́ fidem haberent.* Seu ut S. Leo ſermone 3. de Epiphaniâ. S. Leo. *Cùm ortum Domini Angelo nunciante Paſtores cæleſtes exercitus ſunt claritate circumdati, ut non ambigerent de maieſtate pueri, quem erant in præſepio viſuri, nec putarent quod in ſolâ naturâ hominis eſſet editus, cui ſuperna militia famularentur occurſus.* Ut in puero Majeſtatem divinam agnoſcerent, & in tenello omnipotentiam ad debel-

landos noſtræ ſalutis hoſtes colerent.
verſ.10. Verſ. 10. *Et ait Angelus illis, ecce e-
nim evangelizo vobis gaudium magnū,
quod erit omni populo.* Particulâ *evan-
gelizo*, teſtatur ſe officium Viri Apo-
ſtolici exercere, non erga privatam
perſonam, ſed erga populum & mun-
dum. *Gaudium magnum quod erit om-
ni populo.* Vatablus. *Quod obtinget uni-
verſo populo.* Syriacus. *Quod futurum
eſt toti mundo.* Quaſi diceret Geneſis
cap. 21. verſ. 6. Sola Sara poſt edi-
tam ſuam prolem ait. *Riſum fecit mihi
Deus.* Et ita de aliis. At gaudium quod
Angelus evangelizat ideò magnum
eſt, quia æternum & ſemper duratu-
rum erat, quia populus Judaicus, imò
& Gentilis, ſeu orbis univerſus hujus
gaudii particeps futurus erat. *Magnum*
ob innumeram gratiarum copiam,
quæ ex adventu & meritis Chriſti Ec-
cleſiam ſtruere debebat poſt tantum
Caſſian. naufragium. Rectè Simon Caſſianus
lib. 1. cap. 7. *Ecce gaudium dicitur,
undè cauſatur, quia natus eſt vobis Sal-
vator, Nulla gaudii materia potior,
quàm de magnâ periclitatione ſalvatio.*
Quod idem inſinuat verſ. 11. *Quia
verſ.11. natus eſt nobis Salvator, qui eſt Chriſtus
Dominus in Civitate David.* Syriacus.
Natus eſt nobis hodie redemptor. San-
ctus Anaſtaſius Sinaita lib. 7. in Hexa-
meron, & alii apud Dionyſium. *Na-
tus eſt nobis hodie Chriſtus.* Pro motivo
gaudii allegat officium Redemptoris:
à quâ perſonâ, vel re redemptor eſt?
Non à ſervitute Ægyptiacâ ſub rege
Pharaone, non Babylonicâ ſub Na-
bucodonoſore, ſed à jugo legis Mo-
ſaicæ, ſeu potius peccati. *Non* (in-
quit S. Petrus 1. epiſt. cap. 1. verſ. 18.)
1.Pet.c.1 *corruptibilibus auro vel argento redempti
verſ 18. eſtis de vanâ veſtrâ converſatione
paternæ traditionis.* Verſ. 19. *Sed pre-
verſ.19. tioſo ſanguine quaſi agni immaculati
Chriſti, & incontaminati.* Et à ſervitu-
te peccati in libertatem filiorum Dei,
à Synagogâ ad Eccleſiam tranſlati
eſtis. Si Angelus ait *Natus eſt vobis*:
quomodò S. Anaſtaſius Sinaita dicit
nobis. Et *vobis* & *nobis*. *Vobis*, ideſt in
veſtram utilitatem. *Vobis*, ideſt huma-
næ, *Vobis*, quia caput Eccleſiæ cujus
vos membra eſtis naſcitur. *Nobis*,
quia naſcitur, ut impleat ruinas, quas
fecit Lucifer cum aſſeclis ſuis. Audi
Dionyſium. *Fatetur Angelus Chriſtum
natum, non ſolùm ob hominum ſalutem,
ſed etiam ob Angelicæ quoque reparatio-
nem ruinæ.* Verſ. 13. Hujus Eccleſiæ
ſanctificationem, hominum ſalutem,
Angelicæ ruinæ reparationem teſtan- verſ.13.
dam. *Subitò facta eſt cum Angelo mul-
titudo cæleſtis curiæ laudantium Deum.*
Syriacus. *Et repentè apparuerunt cum
Angelo multi exercitus cæleſtes, glorifi-
cantes Deum.* Vatablus. *Et ſubitò ad-
junxit ſe Angelo multitudo cæleſtis ex-
ercitus, &c.* Angeli cognito motivo
Chriſti naſcentis, ſe continere non
potuerunt, ſed ſemetipſos convo-
cant & excitant, ut ad terram deſ-
cendant. Accipe verba Origenis ho-
milia 1. in Ezechielem *Obſequuntur* Origenes
*ſaluti noſtræ Angeli, confeſſi ſunt ad mi-
niſterium filii Dei, & dicunt inter ſe, ſi
ille deſcendit in corpus, ſi mortali indu-
tus eſt carne, quid nos quieſcimus? quid
parcimus nobis. Ebò omnes Angeli deſ-
cendamus de cælo: ideò & multitudo mi-
litiæ cæleſtis erat laudantium Deum,
quando Chriſtus natus eſt.*

Adveniunt Angeli ſub nomine mi- II.
litiæ, ut ſe adjungant Domino Deo
exercituum, qui contra inferorum
poteſtates, ſalutis humanæ & Eccle-
ſiæ hoſtes prælientur. *Benè* (inquit Janſenius.
Janſenius) *dicitur Angelo conjuncta eſt
multitudo cæleſtis exercitus, nimirùm ut
ſignificaretur natum puerum Dominum
illum Sabaoth, vel virtutum fortem in
bello, qui adverſus hujus mundi Princi-
pes expugnare venerat. Principes* (in-
quam) *hujus mundi*, qui novas quoti-
die machinas contra Eccleſiam ſpon-
ſam Chriſti meditantur. *Nam* (inquit
Beda) *ſicut Imperatoris optimi provi-
ſione cuncta manu militari loca adverſus
hoſtium muniuntur adventum. Ita Deus* Beda.
*quoniam immundi ſpiritus ad pacis ever-
ſionem ubique verſantur, ad tutelam
noſtram conſtituit exercitus Angelo-
rum, quorum præſentia dæmonum con-
fringatur audacia.* Eccleſiæ trium-
phantis cives apparent ſub nomine
exercitus & militiæ, quia deſcen-
dunt Eccleſiam militantem defen-
ſuri.

Si deſcendant Angeli inſtar exer- III.
citus & militiæ, cur Sacer Textus ſub-
jungit

jungit quod canebant verſ. 14. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis.* Syriacus. *Gloria Deo in excelſis, & ſuper terram pax.* Qui pacem prædicant non arma, ſed ramos olivæ cum columbâ Noemiticâ proferunt, non apparent armati, ſed ornati. Apparent quaſi milites, ut dæmonum, & impiorum hominum conatus contra Eccleſiam retundant. Pacem tamen prædicant quæ per Christum eſt facta *Dum* (inquit ſanctus Cyrillus in catenâ) *duos populos in unum hominem pacificavit.* Scilicet in unam Eccleſiam colligens. *Spiritus enim* (inquit S. Auguſtinus ſermon. 2. ad fratres in eremo.) *humanus, ſicut nunquam vivificabit membra, niſi fuerint unita. Sic Spiritus ſanctus nunquam nos vivificabit, niſi in pace uniti fuerimus.* Seu niſi in fide, & religione uniti fuerimus, & Eccleſiæ Matri noſtræ adhæreamus in omnibus, quæ nobis credenda & obſervanda proponit.

verſ. 14.

S. Auguſtinus.

VI. Angelus probat ſe Apoſtolum eſſe & miſſum à Deo his verbis Lucæ cap. 2. verſ. 12. *Et hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio.* Ad probandum ſe verè miſſum a Deo, ac vera nuntiare, prædicit inventuros infantem poſitum in præſepio. *Quamvis enim* (inquit Maldonatus) *de præſenti puer eſſet reclinatus in ſtabulo., tamen illud quod erat futurum, quando Paſtores erant venturi, non poterat Angelus divinare niſi eſſet à Deo miſſus, poterat enim à Matre inter ulnas accipi.* Addit hoc ſignum datum eſſe Paſtoribus ad veritatem ſanctæ Eccleſiæ naſcentis firmandam. Si enim Apoſtolus 1. Corinth. cap. 1. verſ. 23. prædicationem ſuam non à Chriſto divite, ſed paupere, non gloriâ & honore, ſed opprobriis & tormentis affecto, auſpicatus eſt *Nos autem prædicamus Chriſtū crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus verò ſtultitiam.* Sic (inquit Beda) *Signum nati Salvatoris datur infans, non tyrio exceptus oſtro, ſed pannis ſqualentibus involutus, non in ornatis auro ſtratoriis, ſed in præſepibus inveniendus.* Similia habent S. Bernardus ſermone 4. de Nativitate. S. Bonaventura, Hugo, Dionyſius, & alii conformiter ad oraculum Zachariæ cap. 9. verſ. 9. *Ecce Rex tuus veniet tibi juſtus, & ipſe Salvator & pauper.* Hanc Chriſti naſcentis, viventis, & morientis paupertatem magis contuliſſe ad fundandam, ubique propagandam, & ſanctificandam Eccleſiam, quàm divitias, honores, &c. teſtatur Tertullianus lib. contra Judæos, & probat ab enumeratione eorum, quos hiſtoria ſacra & prophana refert dominia, maxima poſſediſſe. *Salomon regnavit, ſed in finibus Iudæ tantùm, à Dan uſque ad Berſabee. Babyloniis & Parthis regnavit Darius, non ultra. Ægyptiis Pharao, ſed illis tantùm. Nabucodonoſor ab Indiâ uſque ad Æthiopiam habuit regni ſui terminum. Alexander Macedo nunquam Aſiam univerſam, & cæteras regiones poſtquam devicerat, tenuit. Sic Germani, Britanni, Mauri, Romani Imperii ſui habent terminos. Chriſti autem nomen & regnum ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus creditur, ubique adoratur, ubique æqualis, omnibus Rex, omnibus judex, omnibus Deus & Dominus eſt.* Et S. Chryſoſtomus homiliâ 4. de Cruce, laudem & virtutem Crucis ſic auſpicatur. *Si noſſe deſideras virtutem Crucis, & quanta poſſim in ejus laudem dicere: audi. Crux ſpes Chriſtianorum, &c.* Et poſt multa inſignia encomia ſubdit. *Eccleſiæ fundamentum, templorum deſtructio, idolorum repulſio, ſcandalum Iudæorum, perditio impiorum, invalidorum, &c.*

1. Corin. 1 v. 23.

Beda.

Zachar. c. 9. v. 9.

Tertull.

S. Chryſoſtomus

V. Nomine Crucis intelliguntur egeſtas, fames, ſitis, nuditas, afflictiones, perſecutiones, &c. quæ dum patienter tolerantur, maximum Eccleſiæ afferunt emolumentum, juxta illud vulgare Sanctorum Patrum. *Sanguis Martyrum ſemen eſt Chriſtianorum.* Hinc non caſu, ſed ex ſingulari divinæ providentiæ diſpoſitione S. Lucas cap. 2. verſ. 18. animadvertit quod dum Chriſtus naſceretur in ſtabulo Bethleemitico, *Paſtores erant in regione illâ vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* Multi ex Græco, *In agro ſtabulantes, ſeu ruſticantes, ſeu ſub dio pernoctantes.* Vatablus. *Et Paſtores erant in eadem regione*

Luc. c. 2 verſ. 8.

excubantes in agro, & agentes excubias nocte. Syriacus. *Cuſtodiebant cuſtodias noctis ſuper greges ſuos.* Arias. *In agro agentes & cuſtodientes cuſtodias noctis.* Sanctus Ambroſius lib. 3. in Lucam, hanc miſſionem Apoſtolicam expendens ſcribit. *Videte* (inquit) *Eccleſia ſurgentis exordium Chriſtus naſcitur, & Paſtores vigilare cœperunt, qui gentium greges pecudum more ante viventes in caulam Domini congregarent, nè quos ſpiritualium beſtiarum per offuſas noctiũ tenebras paterentur incurſus.* Quibus verbis innuit, quod Prælati ut Eccleſiæ ſanctimoniam foveant & augeant, & gregem ſuum ab incurſibus luporum, ideſt hæreticorum, peccatorum, &c. tueantur, à caulis abeſſe S. Bonaventura. non debent, ſed vigilare etiam nocte. *Nocte enim* (inquit S. Bonaventura) *potiſsimè vigilandum eſt propter hoſtilem incurſum repellendum, luporum ſcilicet & latronum.*

VIII. In hujus ſollicitudinis & vigilantiæ ſignum, quando Epiſcopus conſecratur & ſpiritualis œconomia & regimen confertur, pro hujus regiminis & œconomiæ ſymbolo accipit cõſecratum baculum, auctoritatis & diſciplinæ inſigne, imbecillitatis humanæ ſuſtentaculum & fulcrum. Ut ſit incoercendis peccatoribus piè ſæviens, in expellendis hæreticis rigidus. Hæreticus enim (inquit Christus Joannis cap. 10 verſ. 1.) *eſt, qui non* Joan. 10. verſ. 1. *intrat per oſtium in ovile, ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt & latro.* Syriacus. *Qui non intrat per oſtium in caulam ovium, ſed aſcendit per locum alium, ille fur eſt & latro.* Qui aſcendit per ſepem & maceriam ille fur eſt. Fur (inquit S. Hieronymus in cap. 7. Oſeæ) inſidiatur & occultâ fraude decipit, latro audacter aliena diripit. Vel fur furatur, latro mactare intentat oves. Quales olim fuerunt Prophetæ Baal, lib. 3. Regum cap. 18. & nunc ſunt Sectarii, & falſi Doctores, inquiunt S. Thomas, Janſenius, Toletus, Barradius, Maldonatus, Cornelius, noſter Sylveira, & alii. Id Chriſtus probat verſ. 7. *Amen dico vobis quia ego* verſ. 7. *ſum oſtium ovium.* Verſ. 8. *Omnes quot-* verſ. 8. *quot venerunt fures ſunt & latrones.* Lucifer Caleritanus lib. 1. *Omnes quicumque venerunt ante me.* Anaſtaſius Sinaita ſic dubitans Chriſtum affatur. Anaſtaſ. Sinaita. *Quid dicis Domine? omnes qui ante te venerunt ſunt fures & latrones? Num fures ſunt & latrones Abel, quem dixiſti juſtum, & Enoch, & Noe? Numquid latro eſt Abraham, & Iſaac, & Iacob, & Moyſes, & Aaron? Numquid latro eſt David, & Elias, & omnes Prophetæ?* Reſpondet S. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 119. & vim facit in verbo *venerunt.* Non enim dixit omnes qui miſſi ſunt, vel vocati ſunt, cujuſmodi fuerunt Elias, & alii Prophetæ, ſed omnes qui venerunt ex ſeipſis, non vocati, cujuſmodi fuerunt Prophetæ Baal, & pſeudodoctores, hi enim venerunt non miſſi, nec vocati à Deo, nihil aliud intenderunt, niſi inſtar latronum oves deglubere, fugere, mactare, & laniare. *Non enim dicit* (inquit ille) *omnes qui miſsi ſunt, ſed qui venerunt. Nam Prophetæ quidem* S. Iſidor. Peluſiot. *miſſi ſunt. Moyſes quippè audivit, veni mittam te in Ægyptum ad Pharaonem Regem. At verò Pſeudoprophetæ & qui ad Principes & Præfectos currebant non miſſi, ſed oſtenſionis ſtudio flagrantes, atque ambitione laborantes, ſuâpte ſponte veluti transfugæ deſciverunt. Quod autem de his ipſis hæc dicta ſunt, liquet ex eo, quod ſequitur. Fur enim (inquit) non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat.* Epiſcopus igitur armatur baculo ad arcendos, & repellendos fures, latrones, lupos rapaces ab ovili ſuo. Seu ut melliflué S. Bernardus lib. 3 de conſideratione explicat. *Vt increduli ad fidem converſi non avertantur, averſi convertantur, perverſi ordinentur ad rectitudinem, ſubverſi ad veritatem revocentur, ſubverſores convin-* S. Bernardus. *cantur, ut vel emendentur ipſi, ſi fieri poteſt, vel ſi non perdant auctoritatem, facultatemq́; alios ſubvertendi.* Et ſanctus Leo Magnus, *Negligenter paſcens toties commendatum Dominicum gregem, convincitur ſummum non amare paſtorem.*

Cur baculus eſt acutus in fine, rectus in medio, & retortus in ſummo? IX.
Reſpondent Durandus in Rationali divinorum lib. 3. cap. 15. numer. 4. Tamburinus de jure Abbatum tomo 1. diſp. 20. quæſt. 1, num. 4. & quæſt. 2.

in

Bartholomæus Gavantus in Comment. Rubric. Miſſalis. & in Breviar. tomo 1. part. 1. tit, 1. num. 6. & part. 5. tit. 3. §. 3. Rodericus Cunha Comment. decreti diſp. 83. cap. 6. num. 2. Hieronymus Witelinus de Epiſcopis tit. part. 2. Barboſa de officio & poteſt. Epiſc. part. 1. tit. 1. cap. 5. numer. 13. Maſconius in tract. de majeſtate militantis Eccleſiæ, ſignificare quod Pontifex debeat pungere pigros, regere debiles ſuâ rectitudine, & colligere vagos. Vide cap. *vnico*, in fine de ſacrâ unctione, Durandus ſupra num. 5, ſcribit, quod ſummus Pontifex non utitur baculo ob hiſtoriam, & rationem myſticam, (cujus etiam meminerunt Innocentius III. in ſpeculo Eccleſię, Dionyſius Carthuſianus & Cornelius in cap. 4. lib. 4. Regum, & Annales Trevirenſes, & Leodienſes) quod Beatus Petrus Apoſtolus Martialem diſcipulum ſuum, quem Dominus inter diſcipulos admiſit, cùm dixit Matthæi cap. 18. verſu 3. *Niſi efficiamini ſicut parvulus iſte non intrabitis in regnum cælorum.* Miſit in Germaniam ad prędicandum Chriſti Evangelium cum Euchario, Valerio, & Materno. At Maternus defunctus eſt, ſed per baculum S. Petri quadrageſimo die ab ortu ſuſcitatus eſt. Alii dicunt Frontonem fuiſſe ſuſcitatum. Sanctus ergò Petrus tradens baculum ſuum dixit. *Surge in nomine Domini & prædica.* Eccleſia Trevirenſis cum magnâ veneratione adhuc ſervat, quo Papa utitur in illâ Diœceſi, & non alibi inquiunt Durandus ſupr. Hieronym. Venero de examine Epiſ. lib. 4. cap. 10. num. 11. Alzedo de præcel. Epiſc. dignit. part. 1. cap. 13. num. 70. & alii. Nota breviter ideò Giezi miniſtrum Eliſei non ſuſcitaſſe puerum mulieris Sareptanæ, quia nō eâ devotione, humilitate & obedientiâ proceſſit cum baculo Magiſtri ſui, quâ Martialis cum baculo S. Petri. *Nam* (inquit Rabbi Salomon apud Lyranum) *hoc fuit propter demeritum Giezi, qui non ſervavit præceptum Eliſei, lib. 4. Regum cap. 4. verſ. 29. ſed occurrentibus hominibus jactanter dicebat ſe miſſum ad ſuſcitandum mortuum.* Indignum eſt, ut quis miracula faciat, qui de illis faciendis gloriatur & ſe jactat. Hoc prævidens Propheta dixit puero quem mittebat. *Si occurrerit tibi homo non ſalutes eum, & ſi ſalutaverit te quiſpiam non reſpondeas illi. Nam* (inquit Theodoretus quæſt. 17.) *ſciebat eum eſſe honoris cupidum, & cauſam dicturum: inanem autem gloriam fore impedimento nè faciat miraculum.* Et Dionyſius. *Eliſeus commiſit hæc Giezi, quatenus tantâ intentione, devotione ac diligentiâ opus expleret ſibi conjunctum, ut mentem nequaquam hinc indè effunderet, nec cognoſceret colloquia, juxta quem modum Chriſtus in Evangelio loquitur Matthæi cap. 10. miſſis à ſe ad prædicandum diſcipulis, neminem per viam ſalutaveritis.*

Rabbi Salomon

l. 3 Reg. 4. v. 29.

Theodoretus.

Dionyſ.

§. 14.

Miſſio Angelica ad tres Magos.

MAgorum vocatio referta eſt 1.
myſteriis. Nonnulli enim illam vocationem attribuunt Angelis. Origenes lib. 1. contra Celſum contendit ſtellam illam fuiſſe novam & ex aere formatam. *Stellam novam fuiſſe arbitramur, nec ulli ex notis ſimilem quæ vel in fundamento ſunt, vel in orbibus inferioribus: ſed ejus generis, quales cometæ viſuntur, &c.* Sanctus Auguſtinus lib. 2. contra Fauſtum cap. 5. *Non ex illis hæc erat ſtellis quæ ab initio creaturæ itinerum ſuorum ordinem ſub Creatoris lege cuſtodiunt, ſed novo Virginis partu novum ſidus apparuit.* S. Damaſcenus lib. 2. cap. 7. *Sidus quod Magis apparuit non ex illis erat ſtellis, quæ ab ipſo mundi ortu conditæ ſunt, id quod ex eo liquet, percipitur, quod ea ſtella nunc ab ortu ad occaſum, nunc à Septentrione ad auſtrum progrediebatur, nunc deliteſcebat, nunc ſeſe rurſum aperiebat; id quod à ſiderum ordine & natura diſcrepat.* Formata igitur erat non in cœlo, ſed in aere, & ex aere propè terram. Auctor de mirabilibus ſacræ Scripturæ apud S. Auguſtinum lib. 3. cap. 40. ſcribit Angelum, vel Spiritum ſanctum in ſpecie ſtellæ apparuiſſe. Cui arrident Sanctus

Origenes

S. Auguſtinus.

S. Damaſcenus.

Chryſoſtomus

Chryſoſtomus hom: 6. in Matthęum, Theodoretus homil. de Chriſti Nativitate, item Theophilactus, & Euthymius in appendice Concilii Epheſini cap. 5.

II. Saltem motorem illius ſtellæ fuiſſe Angelum communiter aſſerunt Interpretes. Cùm enim veniret Verbum ut ex populo Judæorum & Gentilium unam Eccleſiam componeret, juxta illud ſancti Auguſtini homil. 6. de Epiphaniâ. [S. Auguſtinus.] *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, &c. Duos ex diverſo parietes in ſe copulare jam cœpit. Paſtores à Iudæâ, Magos ab Oriente perducens, ut duos conderet in ſe in unum hominem novum, faciens pacem, pacem his qui longè, pacem his qui propè. Ideòq; ibi ipſo die de proximo venientes, iſti hodie de longinquo pervenientes.* Et ſanctus Fulgentius ſermon. 1. de Epiphaniâ. *Ipſe Deus qui ſibi primitias offerri mandavit, homo natus primitias gentium hodie ſuo cultui dedicavit. Paſtores fuerunt primitiæ Iudæorum, Magi facti ſunt primitiæ gentium. Illi de proximo adducti, iſti de longinquo reducti.* Igitur ſicut Angelus fuit motor antiquæ columnę quæ populo Hebræo in ſolitudine olim præluxit, & Paſtores nati Salvatoris certiores fecit, & Lucæ cap. 2. verſ. 9. [Luc. c. 2. verſ. 9.] *Claritas Dei circumfulſit illos, &c.* Verſ. 10. [verſ. 10.] *Et ait illis Angelus, ecce evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo,* id eſt cõmune univerſo generi humano. Sic Angelus movit illam ſtellam, docuitque Magos hanc ſtellam eſſe futuræ ſalutis humanæ augurium. Undè S. Auguſtinus ſermon. de Epiphaniâ. [S. Auguſtinus.] *Hanc ſtellam* (inquit) *admirati, cujus etiam eſſet conſequenti revelatione noſſe meruerunt, Regis videlicet Iudæorum, eoq; nato, cum hoc & eius gratiâ cognoviſſent, ad eum adorandum hodie occurrere potuerunt.* Illa verba *conſequenti revelatione*, denotant Chriſtum fuiſſe Magis manifeſtatum ſivè per revelationem immediatè factam à Deo, ſivè per Angelicam illuminationem, & ab eis cognitam ſub ſpecie ſtellæ, non tantùm ut hominem, ſed etiam ut Deum, tam Judæorum, quàm Gentilium Redemptorem. Cæſar Nazianzeni Frater dialogo 2. [S. Nazianzen.] *Meritò ſtellam Angelum Evangeliſta vocat, ſed & cultum aſtris impreſſum ad Chriſtum trahens, à multorum Deorum errore mortales reducendo. Vel ut ſtellam ponit Angelum viæ ad orationis ducem. Non enim aliâ re Magi ad adorationem excitati ſunt, quàm opinione ſui cultus.* Quaſi diceret, vis ſcire cur ſub figurâ ſtellæ Angelus Dux, Comes, & Apoſtolus Magorum ſit? ut Magi ſuo ineſcati errore promptius Chriſti fidem amplecterentur, & ab Angelo ſub ſpecie ſtellæ apparente facilius ad Chriſtum adducerentur, & eum adorarent. Et S. Chryſoſtomus homil. 6. in Matthæum. [S. Chryſoſtomus] *Deus ob deceptorum ſalutem per ea ipſa ſe coli paſſus eſt, per quæ illi dæmones ante coluerunt, aliquantulum illa in melius flectens, ut eos paulatim & à conſuetudine ſuâ reduceret, & ad philoſophiam perduceret altiorem.* Stella, quæ olim extitit Magis erroris occaſio facta eſt motrix ſalutis & remedii. Vel ideò Angelus ſtellæ ductor eſt, ut innueret eo lumine Gentiles illuſtrari ac Judæos, eâdem doctrinâ univerſas orbis plagas inſtrui, non aliâ Judæos, non, aliâ Perſas, non aliâ Romanos trahi ad Chriſtum, ſed ſicut columna ignis Hebræos perduxit in portum ſalutis, ita ſtella Perſas Magos ad Chriſtum. Uno verbo, univerſa Eccleſia unico ſole juſtitiæ irradiata eſt. Ecce quomodo teſte S. Cypriano ſupr. [S. Cyprianus.] *A ſupernis legationibus incipit Evangelium, eius primi dictatores Angeli.*

III. Munus Apoſtolicum Angelorum aliâ ſimilitudine innuiſſe videtur Chriſtus Lucæ cap. 12. verſ. 27. [Luc. 12. verſ. 27.] *Conſiderate* (inquit) *lilia agri quomodò creſcant? non laborant, neque nent. Dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur, ſicut unus ex iſtis.* Sanctus Ambroſius ibi ita ad noſtrum intentum exponit. [S. Ambr.] *Angeli verò iſtius mundi flores ſunt, quod eorum claritatibus ornatur mundus, & bonum odorem ſanctificationis aſpirant quorum præſidio fulti poſſumus dicere Chriſti bonus odor ſuavis.* Cur Angeli mundi flores appellantur? quia per illos mundus, ſeu Eccleſia maximâ ſanctimoniæ venuſtate ornatur, & fructuum producunt gemmas mirabiles. Alioqui fruſtra hortus verno tempore florum

varietate

varietate ridet niſi ſuo tempore fructus parturiat. Grata eſt nobis florum pulchritudo quando illam fructuum productio ſequitur. Angeli flores ſunt Eccleſiæ, qui fidelibus ſibi ad tutelã commiſſis adſunt, & ad uberes virtutum fructus edendos promovent, media ſuggerunt, ut melius matureſcant. Hinc dicuntur noſtrã ſanctificationem aſpirare, quia ſedulò ſubminiſtrant nobis divinæ gratiæ fomenta, ut Eccleſia gratior Chriſto chariſſimo ſuo ſponſo efficiatur.

VII. Sponſus videns amicam ſuam inſtar prati amœniſſimi non tantùm floruiſſe, ſed & maturas gemmas, fructusque ſapidos ediḋiſſe, eam ad nuptias & amplexus invitat, dicens quid cunctaris, quid moras nectis Cantic. cap. 2. verſ. 14. *Ficus protulit groſſos ſuos, vinea floreatet dederunt odorem ſuum, columba mea ſurge, propera amica mea, ſpecioſa mea & veni, oſtende mihi faciem tuam, vox enim tua dulcis & facies tua decora* Cur tanto amore ſponſæ ſuæ ſponſus flagrat? cur ita ejus nuptias ambit? ingenioſè Caſſiodorus cum Beda per groſſos intelligi illos fideles, qui erant ex circumciſione, & judaiſabant, voce turturis inſonante ait ficus protulit groſſos ſuos, quia Apoſtolis prædicantibus emerſerunt multi de Synagogâ Judæorum, qui & in Chriſtum credentes adhuc legem carnaliter volebant obſervare. Juſtus Orgelitanus per groſſos etiam intelligit credentes, quos Synagoga protulit. Philo Carpathius & Aponius intelligunt Apoſtolos. Nam propinquante meſſe Redemptionis humanæ nihil in ſe, niſi amariſſimũ ſuccum doctrinæ habebat, ſed adveniente Chriſto Apoſtoli de Synagogâ generati, quaſi groſſi dulciſſimum cibum doctrinæ fidelibus porrexerunt. Melius ad noſtrum intentum Ghiſlerius expoſit. 2. *Si univerſas ſpectemus arbores, nulla certa ſunt, quæ ficu atque vite contemptibiliorem habeant ſpeciem. Nihilominus ſi ſacras volvamus paginas de duabus hiſce præ reliquis omnibus mentionem fieri frequentius animadvertemus. Vndè autem hoc factum mecum reputans, intellexi innumera in arboribus iſtis recondita eſſe myſteria, Atque (ut reliqua nunc miſſa faciam:) per has in primis deſignatur ingens totius Eccleſiæ progreſſus, & per has tempus inſtantis prænuntiatur æſtatis, quo univerſus orbis æſtu arſurus eſt charitatis. Hinc eſt quod Spiritus ſanctus primitivam Eccleſiam ad prædicandum Evangelium vocans harum dumtaxat duarum arborum meminit, dicens, ficus protulit groſſos ſuos, & vineæ ſeu vites (ut colligitur ex Hebræo) florentes dederunt odorem ſuum.* Plura ibi quæ brevitatis causâ ergò omitto.

Cantic. 2. verſ. 14.

Ghiſler.

CAPUT III.

Miſſiones humanæ explicantur, Miſſio Deiparæ Virginis.

I. Miſſiones humanæ à Deiparâ Virgine auſpicandi ipſamet mihi occaſionem ſuggerit, Eccleſiaſtici cap. 24. verſ. 5. *Ego ex ore Altiſſimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.* Verſio Tigurina. *Ego prodivi ex ore Altiſſimi ante omnem rerum naturam primogenita.* Syriaca *Ego ex ore Altiſſimi proceſsi.* Alii. *Ego ex ore Altiſſimi exivi.* Verbo *proceſsi* alludere videtur ad æternam Verbi miſſionem, de quâ ipſe Joannis cap. 8. verſ. 42. *Ego ex Deo proceſsi.* Verbo *exivi*, ad temporalem, Joannis cap. 16. verſ. 32. *Exivi à Patre & veni in mundum.* Et quemadmodum ex dictis miſſum eſt Verbum tam inviſibiliter, quàm viſibiliter, tam ab æterno, quàm in tempore ad ſanctificandam Eccleſiam, ita Beata Virgo ab æterno prædeſtinata, & in tempore edita eſt in lucem ad ſanctimoniam in Eccleſiâ producendam. De æternâ miſſione ipſamet aſſerit Proverb cap. 8. verſ. 23. *Ab æterno ordinata ſum.* Syrus. *Ab æterno ante omnia opera.* S. Antoninus part. 4. tit. 15. cap. 14. §. 3 *Prioritate prædeſtinationis ipſa enim ante ſæcula prædeſtinata eſt, ut eſſet ex quo recreandum eſſet omne creatum. Et ſic dicitur de eâ Proverb. cap. 8. Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, ideſt, in principio operum ſuorum, ut ſim prima omnium quæ pure creatura ſunt.* Quod ad Eccleſiam ſanctificandam fuerit

Eccl. 24. verſ. 5.

Proverb. 8. v. 23. S. Antoninus.

ab æterno electa ipſamet teſtatur Ec-
Eccl. 24. verſ. 6. cleſiaſtici cap. citato verſ. 6. *Ego feci in cœlis vt oriretur lumen indeficiens.*
S. Petrus Damianus ſermone de Aſ-
ſumptione. *Electa vt ſol. Electa* (inquit) *ſed praelecta vt ſol, quia ſicut ſol ſolus orbem illuminat, ſic hæc ſola ſolidiori lumine & Angelos & homines illuſtrat.*
Richardus Victorinus ad illa verba
Cant. c. 4. Richard. Victor. Cantic. cap. 4. *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli gemelli.* Ait. *Creatura utraque per hanc reparatur, & Angelorum ruina per hanc reſtaurata eſt, & humana natura reconciliata.* Et S Bonaventura
S Bonaventura. in ſpeculo Virginis cap. 7. *Tibi ſolum loquor Domina, beneficiis tuis plenum eſſe mundum, inferna penetravit, cælos ſuperavit. per plenitudinem gratia tua, que in inferno erant ſe lætantur liberata, & quæ ſupra mundum ſunt ſe lætantur reſtauraea.* Eodem verſu 6. ſubdit. *Et ſicut nebula texi omnem terram.* Verſio Tigurina. *In modum nebulæ terram omnem obtexi.* Ideſt, quando in tempore prodii per nativitatem in Eccleſiâ ſanctitatem produxi, & gratiarum imbres effudi.

II. Alludit ad hiſtoriam S. Patris Eliæ
l. 3. Reg. 18. v. 44 lib. 3. Regum cap. 18. ipſo orante in Carmelo verſ. 44. *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de*
Ioan. 44. *mari.* Joannes 44. Jeroſolymitanus. *Maria* (inquit) *per illam nubeculam ſignificata.* Ejus effectum optimè exprimit Heſychius homil. 2 de Deipa-
Heſych. râ dum vocat *Nubem pluvias incorruptas continentem* Fuſius Andræas Cretenſis oratione 2. de Deiparâ dum
Andræas Cretenſis eam ſic affatur. *O columna, non carnalem per lucem deducens Ieruſalem, qui fugatur, ſed ſpiritualem qui deducitur ad inerrantem lucem cognitionis divinis illuminans facibus! ô nubes tota lucida, & mons umbroſus, non adumbrans ingratum populum Iudæorum, ſed dilectum Dei populum, gentem ſanctam maternis tuis radiis illuſtratam.* Eodem ſtylo de
S Bonaventura. eâ loquitur S. Bonvaventura in ſpeculo Virginis cap. 3. *Maria eſt nobis columna nubis juxta illud pſalmi, Deduxit eos in nube: quia tanquam nubes protegit ab æſtu divinæ indignationis, & ab æſtu diabolicæ tentationis, ſicut dicitur*
S Bernardus. *in pſalmis, Expandit nubem, &c. Maria quoque eſt columna nubis in nocte ſæculi hujus illuminans mundum.* Citatque illud S. Bernardi. *Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum, ubi dies? tolle Mariam hanc maris ſtellam, quid niſi caligo involvens, umbra mortis, ac denſiſſima tenebræ relinquantur?* Meritò
etiam Chryſippus homil. 2. eam affa- Chryſip.
tur. *Ave nubes pluvia potum animis ſanctorum exhibentis* Et fuſius S. Epiphanius ſermone de laudibus Mariæ.
Ave gratia plena, nubes columna ſimi- S. Epiph.
lis, quæ Deum habet, qui populum deduxit per deſertum. Idem. *O Beata Virgo nubes es lucida, quæ fulgur de cælo lucidiſſimum ad illuminandum deduxiſti Chriſtum nubes cæleſtis, quæ tonitruum Spiritus ſancti, in te ipsâ reconditum deduxis in mundum, & imbrem Spiritus ſancti in univerſam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demiſit.* Illis arridens S. Auguſtinus ſermone 201. de tempore ingenioſè docet hunc imbrem poſt ſeptenam pueri Fliç contemplationem eſſe. *Sep-*
tiformem Spiritus ſancti gratiam, quæ S. Auguſtinus.
danda erat Eccleſia deſignari. Quod probat ex Evangelio. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis.* Cui ſubdit. *Sicut ergò orante Eliâ poſt tres annos, & ſex menſes pluvia de cælo deſcendit: ita & in adventu Salvatoris tribus annis, & ſex menſibus, quibus prædicare dignatus eſt pluvia Verbi Dei totum mundū fœliciter irrigavit. Et ſic nunc in adventu Eliæ omnes ſacerdotes idolorum interfecti ſunt, & deleti, ita in adventu veri Eliæ, ideſt Domini noſtri Ieſu Chriſti obſervatio ſacrilega paganorum deſtructa eſt.* Pondera illa verba *in adventu*, ideſt naſcente ex Mariâ Virgine.

Undè Regius Pſaltes eam ſic affa- III.
tur pſalm. 55. verſ. 16. *Quoniam apud* Pſal 55. verſ. 16.
te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Fons (inquam) Chriſtus ex illâ proceſſit. Sicut olim Geneſis
cap. 2. verſ. 10. *Maria* (inquit Ru- Rupert.
pertus ibi) *Ille eſt paradiſus antiquus, paradiſus terrenus, iſte eſt paradiſus novus, paradiſus cæleſtis.* Richardus à ſan- Richard. à s. Laur.
cto Laurentio lib. 2. de landibus Mariæ. *Maria hic hortus, hic paradiſus voluptatis &c.* Quod ſi ex antiquo paradiſo egrediebatur fons, ſeu fluvius, qui in quatuor capita diviſus univerſam terram irrigabat & fœcundabat,

Sic

Digitized by Google

Sicè fluvio Paradiſi myſtici, ideſt, è
Mariâ, ſeu Chriſto quatuor Evange-
lia diſtincta oriuntur, quibus univer-
ſa Eccleſia irrigatur & fœcundatur.
Nam (inquit Rupertus lib. 4. in Can-
Rupert. tic.) *per te mutuum accepit ſanctum E-
vangelium ut per univerſum mundum
ſpiritualem irriget paradiſum.* Idem,
*Nam quidquid gratiarum, quidquid
virtutum, quidquid operationum cæle-
ſtium mundus accipit, emiſſiones tuæ*
S. Petrus Chryſol. *ſunt.* Meritò ſanctus Petrus Chryſo-
logus ſermone 42. ſic eam affatur.
*Ave gratiâ plena de cujus plenitudine
nos omnes accepimus.* Et S. Ambroſius
S. Ambr. ſerm. 1. in Lucam. *Verè gratiâ plena,
quæ largo gratiarum imbre totam fun-
deret & profunderet creaturam.* Qui-
bus ſubſcribens Richardus à S. Lau-
rentio lib. 1. de laudibus Mariæ cap. 4.
hanc apoſtrophem ad eam dirigit. *Be-*
Richard. *nedicta es gratiâ plena, & in tantùm*
à S. Laur. *plena, ut ex tuo redundante totus hau-
riat mundus.* Ideſt Eccleſia militans
gratiâ Virginis exuberante perfu-
ſa eſt.

IV. Quod ipſa confirmat Eccleſiaſtici
cap. 24. verſ. 8. *Gyrum cæli circuivi*
Eccl. 24. verſ. 8. *ſola.* Per Cælum intelligi poteſt Eccle-
ſia, ut patet ex Evangelio, ubi paſſim
Regnum cælorum à Chriſto nuncupa-
Cap. 43. tur gyravit (inquit) inſtar iridis. Ut
verſ. 12. patet cap 43. verſ. 12. *Gyravit cælum
in circuitu gloriæ ſuæ.* Quemadmodum
iris tempore diluvii ſignum fuit re-
conciliationis divinæ, ſic Beata Virgo
Deo mundum reconciliavit. *Fructus
iridis* (inquit S. Bernardinus Senen-
S. Bernardinus Senen. ſis) *eſt recordatio divini fœderis, nè di-
vino judicio diſperdatur terra, & omnis
anima vivens in eâ. Sic per Virginem
glorioſam offenſa eis remittitur fœdus
ſtringitur, ideò meritò ſicut iris Virgo
ſcilicet benedicta in circuitu Eccleſiæ
conſtituitur,* ut eam intueatur, tueatur,
& gratiæ ſuæ ac ſanctimoniæ partici-
pem efficiat. Non minus devotè ac
doctè Idiota in lib. de Virgine Mariâ
in prologo. *Per ipſam* (inquit) *cum
ipsâ, in ipsâ, & ab ipsâ habet mundus,*
Idiota. *& habiturus eſt omne bonum, ab eâ
enim Deus tanquam à propitiatorio lo-
quitur, imò tanquam propitiatorium ſpi-
rituale Deus ad Deum pro nobis loqui-
tur & interpellat.* Pondera hæc verba
*Et ab ipsâ habet mundus & habiturus
eſt omne bonum.* Quodcumque gratiæ
donum Deus in humanum genus, in
Eccleſiam effundit, in Deiparam,
quaſi in Mediatricem refundi de-
bet. Illi accinit Regius Cantor dum
Pſalm. 131. verſ. 8. Deum & illam ita Pſ. 131.
affatur. *Surge Domine in requiem tuam,* verſ. 8.
tu & arca ſanctificationis tuæ, Per ar- Heſych.
cam Heſychius homil. 2. de Mariâ
Deiparâ intelligit Beatam Virginem.
*Surge in requiem tuam, tu & arca ſan-
ctificationis tuæ, quæ eſt haud dubiè Vir-
go Deipara.* Cui arrident S. Hilarius ibi,
Sanctus Gregorius Thaumaturgus
ſermone 1. de Annunciatione, no-
ſter Michael de Bononiâ, & alii In-
terpretes.

Non ſolùm S. Elias Propheta ex V.
nubeculâ à ſe & diſcipulo visâ in Car-
melo copioſæ pluviæ augurium eſſe
dixit Regi Achab, lib. 3. Regum cap. l. 3 Reg.
18. verſ. 44. *Iunge currum tuum, &* 18. v. 44.
deſcende ne occupet te pluvia. Sed etiam
Siracides Eccleſiaſtici cap. 43. verſ. 24 Eccl. 24.
Medicina omnium in feſtinatione ne- verſ. 24.
bulæ. Virgo Maria erga omnes bene-
fica eſt, ſed erga terram Iſrael ſeu Ec-
cleſiam militantem munificentiſſima
eſt, feſtinatiſſima. Verſio Tigurina.
Quorum omnium præſens remedium eſt S. Ber-
nubes. S. Bernardinus tomo 3. ſermo- nardinus
ne 11. art. 1. cap. 3. *Beata Virgo, quia
irrigavit Eccleſiam militantem figurata
fuit in figura nebulæ, undè ſcriptum eſt,
medicina omnium in feſtinatione nebu-
læ, quia omnes qui volunt, fiunt partici-
pes gratiæ ſuæ.* Eidem Deiparæ Hugo
Cardinalis applicat iterùm illud Ec-
cleſiaſtici cap. 24. verſ. 6. *Feci ut ori-
retur lumen indeficiens, & ſicut nebula* Eccl. 24.
texi omnem terram. Ideſt Mariana in- verſ. 6.
terceſſio tam induſtria eſt, ut in Eccle-
ſiæ & fidelium utilitatem nebulę mu-
nus obeat. Sicut enim nebula cœli
proſpectum impedit tegens terram,
ſic Dei quodammodo viſum divertit
Maria, nè more hominum, noſtras of-
fenſas videat, ut eas diſſimulet, & ſic
ad veniam potiùs quam ad vindictam
flectatur, ac terrenos in cœleſtes, im-
pios in fideles convertat, ex Baalis
cultoribus veri Numinis cultores ef-
ficiat, ex filiis Belial in filios Dei vivi
mutet, uno verbo ex Synagogâ dæ-

moniorum & former brevi fidelium efficiat. *Medicina omnium in feſtinatione nebula.*.

V I. Unicum hujus patrocinii Mariani teſtimonium proferamus, non ſtatim
Luc. c. 1 arque in eâ *Caro factum eſt* Lucæ cap.
verſ 39. 1. verſ. 39. 40. & 41. *Sargens Maria a*
40. 41. *biit in Montana cum feſtinatione, in civitatem Iuda, & intravit in domum Zacharia, & ſalatavit Eliſabeth. Et factum eſt, vt audivit ſalutationem Maria Eliſabeth, exultavit infans in utero ejus, & rep eta Spiritu ſancto Eliſabeth.*
S Bernardus. S. Bernardus ſermone in ſignum magnum. *Maria totâ alacritate montana conſcendit.* Ut Joannes infans materno utero incluſus ſanctificaretur, & Mater Spiritui ſancto repleatur. Un-
S. Ambr. dè (inquit S. Ambroſius) *non ab ſtudio aſperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardavit.* Quod ſi in itinere feſtina fuit, in voce efficax apparuit. *Vox igitur* (inquit S. Gregorius
S. Greg. Thaumaturgus ſermone 2. de An-
Thaum. nunt.) *Maria efficax fuit, & Spiritui ſancto replevit Eliſabeth, ac veluti ex perenni quodam fonte inſtrumento lingua flumen charismatum per Prophetam cognata ſua emiſit.* Ecce quomodò Mariæ munificentia & amor in nos modò pluviæ, modò fonti, modo flumini aſſimuletur. Vide plura tomo 1. tractat. 3. cap. 5. §. 1. 2, & 3. Et infra cap. 3. §. 5.

§. I.

Miſsiones Apoſtolica.

I. POſtquam oſtendimus miſſiones Divinas & Angelicas inſtitutas fuiſſe ad ſanctificandam Eccleſiam militantem; nunc dicendum eſt Apoſtolicas miſſiones eò etiam tendere, & Eccleſiam nullum progreſſum facere poſſe niſi per miſſiones. Id patet Roman. cap. 10. verſ. 13.
Rom 10 14. & 15. Ubi Apoſtolus docet nemi-
verſ. 13. nem ſalvari poſſe niſi Deum invocet,
14. 15. & invocare non poſſe, niſi in eum credat, & credere non poſſe, niſi ejus Prædicatores audiat, non poſſe audiri, niſi Prædicatores concionentur, hos verò non poſſe prædicare niſi mittantur *Omnis quicumq; invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Quomodò ergò invocabant, in quem non crediderunt? aut quomodò credent ei, quem non audierant? quomodo autem audient ſine prædicante? quomodò verò prædicabunt niſi mittantur?* Dionyſius hæc ultima verba ita elucidat. *Quâ auctoritate, vel efficaciâ prædicationis officium aſſument, vel exequentur hi, per quos alii convertendi ſunt, niſi mittantur à Deo, qui det eis os & ſapientiam, miraculorumq; gratiam, actus namq; prædicandi præſupponit auctoritatem officii, ideò oportet vt à Deo, vel ejus vicem gerente, Prædicator verbi Dei mittatur.* A Deo (inquam) proximè & immediatè, & tunc opus eſt miraculis & ſignis ſupernaturalibus, quibus is qui mittitur hominibus probet ſe mitti à Deo, vel mediatè, ſcilicet à Chriſti Vicariis & ſucceſſoribus, ſcilicet Pontificibus, & Epiſcopis Hujus miſſionis frequenter meminit Chriſtus, ut Matthæi
cap. 20. verſ. 1. *Simile eſt regnum calo-* Mat. 20
rum homini Patriſfamilias, qui exiit pri- verſ. 1.
mo mane conducere operarios in vineam ſuam. Verſ. 2. *Conventione autem factâ cum operariis ex denario diurno miſit eos in vineam ſuam.* D. Thomas. *Status,*
ſeu negotium militantis Eccleſia, vel S. Thom.
ipſa Eccleſia ratione ſui capitis ſcilicet Chriſti, ſimilis eſt operi ſeu negotio, vel perſona hominis cujuſcumque habentis familiam, qui exiit diluculo conducere operarios ad hoc quod vitem ſuam putarent, atque excolerent. Dicit in vineam. *Hoc eſt* (inquit idem) *ad ſocietatem, ſeu incorporationem Eccleſia, quemadmodum ait Apoſtolus, Eripuit nos de præſenti ſæculo nequam, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſua. A principio etenim mundi vocavit Deus quoſdam ad fidem & charitatem, per quam facta ſunt membra Eccleſia, & vinea Dei producendo opera ſancta tanquam optimas uvas. Congregatio ergò fidelium dicitur vinea ſicut per Iſaiam aſſeritur, Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt.* Seu *Miſit eos ad Eccleſiam inſtruendam, ſeu benè vivendum in eâ.* Horas iſtius diei ita explicat S. Gregorius homil. 19. in Evangelia. *Conditor noſter habet vi-*
neam univerſalem, ſcilicet Eccleſiam, S. Greg.
qua ab Abel juſto uſque ad ultimum electum

electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit. Hic itaque Paterfamilias ad excolendam vineam ſuam, manè, horâ tertiâ, ſextâ, nonâ, undecimâ operarios conducit, quia à mundi hujus initio vſque ad finem ad erudiendam plebem fidelium prædicare non deſtitit, Manè etenim mundi fuit ab Adam vſque ad Noe, hora verò tertia à Noe vſque ad Abraham, Sexta quoque ab Abraham vſque ad Moyſem, nona autem à Moyſe vſque ad adventum Domini, ab adventu Domini vſque ad finem mundi, in quo Prædicatores ſancti miſſi ſunt. Et concludit. *Ad erudiendam igitur Dominus plebem ſuam quaſi ad excolendam vineã ſuam nullo tempore deſtitit operarios mittere. Quia & prius per Patres, & poſtmodum per legis Doctores & Prophetas. Ad extremum verò per Apoſtolos, dum plebis ſuæ mores excoluit quaſi per operarios in vinea ſua culturâ laboravit.* Idem cenſent S. Auguſtinus ſermone 59. de verbis Domini, S. Paſchaſius lib. 9 in Matthæum, Zacharias Epiſcopus, Beda, Hugo, S. Thomas, Haymo, Dionyſius, & alii. Apud
Matt c. 21. v. 33 eundem Evangeliſtã cap. 21. verſ. 33. *Homo* (inquit Chriſtus) *erat Paterfamilias; qui plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis.* Verſ. 34. *Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet miſit ſervos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus.* Nomine vineæ nonnulli intelligunt Synagogam, ſeu populum Iſrael, per ſepem Patriarcharum merita, & Angelorum cuſtodiam, turris eſt templum. *Et locavit* (inquit Dionyſius)
Dionyſ. *ſub pacto regendam, atque colendam commiſit.* Textus. *Eam agricolis, id eſt Prælatis & Doctoribus, quorum aliqui boni fuerunt; vt Moyſes & Aaron, & alii mali Unde Iſaias inſinuans ſe agricolam Synagogæ, ait ad eam, tritura mea & filia area mea; quæ audivi à Domino indicavi tibi, & peregrè profectus eſt, id eſt quaſi abſentem exhibuit, dimittendo hominem propria voluntati, & ejus pœnitentiam præſtolando, ac judicium differendo.*

II. Appropinquante autem fructuum maturitate, cùm Synagoga debuiſſet opera bona producere juxta legis præcepta. *Miſit* (inquit idem Dionyſius) *ſanctos Prophetas priores ad Sacerdotes, Scribas, & Principes Synagogæ, vt populum Synagogæ ad Deum reducerent, & opera virtuoſa in eis invenirent, & agricolæ apprehenſis ſervis ejus, alium percuſſerunt, vt Ieremiam, alium occiderunt vt Iſaiam, alium lapidaverunt vt Zachariam Ioiadæ filium. Iterùm miſit alios ſervos plures prioribus, videlicet poſteriores Prophetas ac juſtos ad agricolas propter eandem cauſam. Et fecerunt agricolæ ſimiliter ſicut prioribus. Sacerdotes, namq; Reges, & populus Iudæorũ diverſa tormenta intulerunt ſanctis Vatibus ad ſe miſſis, propter quod Stephanus ait Iudæis: quem prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri. Et Apoſtolus cap. 11, verſ. 36 ad Hebræos, Alii* (inquit) *ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt.* Quinam fuerint explicat Cornelius, & alii Interpretes. Textus ſacer verſ 37. ſubdit. *Noviſſimè autem miſit filium ſuum dicens, Verebuntur filium meum.* Marci cap. 12. verſ. 4. *Quia reverebuntur filium meũ,* Lucæ cap. 10. verſ. 13. *Forſitan cum hunc viderint verebuntur.* Syriacus. *Iam erubeſcent propter filium meum.* S. Chryſoſtomus homil. 69. *Fortè reverebuntur filium meum* At inquit Matthæi codẽ cap. verſ. 38. *Agricolæ videntes filium ejus dixerunt inter ſe, hic eſt hæres venite occidamus, & habebimus hæreditatem ejus.* Verſ. 39. *Et apprehenſum eum ejecerunt extra vineam & occiderunt.* Omiſsâ ſancti Chryſoſtomi ac aliorum Patrum & Interpretum paraphraſi unicam Dionyſii, iterùm ſubjicimus. *Noviſſimè: quando videlicet venit plenitudo temporis & in ultimâ mundi ætate, cum multo tempore nullus apparuiſſet Propheta; miſit ad eos filium ſuum per incarnationem & prædicationem ipſius, quando Verbum caro factum eſt. & habitavit in nobis. Miſſio autem filii intelligi poteſt, vel ipſa incarnatio verbi, quæ miſſio non fuit localis legatio, ſed naturæ humanæ aſſumptio. Vel Verbi jam incarnati corporalis atque localis deſtinatio, quâ Chriſtus Iudæos viſibiliter acceſſit &*

docuit, dicens, Ipſe Pater non aſſertivè, ſed indicativè, videlicet inſinuando quid agricolæ meritò fecerant, & quod veriſimile erat illos eſſe facturos. Verebuntur, ideſt timebunt & honorabunt filium meum unigenitum, & dilectum, mihi conſubſtantialem, coæternum, & coæqualem, ſed ita non fecerunt, ut ſubditur. Ex hoc loco Hieronymus & Auguſtinus improbant hæreſim Arii, atque Eunomii dicentium filium Patre juniorem, & puram creaturam, eo quod dicat ſe ignorare diem judicii. Ecce hoc loco Pater ait, Verebuntur filium meum. Et in Luca, Verebantur forſitan filium meũ. Numquid & Pater hoc dicit dubitando, vel ignorando. Quid ergò illi pro Patre reſponderint, non pro filio reſpondebimus? Agricolæ autem, ideſt Principes Sacerdotum, & cæteri Sacerdotes ac Scribæ, videntes filium Dei Patris tanta miracula operantem, tamq; efficaciſſimè prædicantem, & cætera quæ de Chriſto prænunciata fuerunt in ſe impletum, dicebant intra ſe, ideſt cogitaverunt, ſed inferioribus non manifeſtaverunt. Hic eſt hæres, ideſt Meſſias, Rex Iſrael, Dominus Synagogæ, terraq; noſtræ. Ex quo videntur Chriſtum cognoviſſe, quod qualiter verum ſit ſtatim diſcutietur. Venite occidamus eum, collegerunt namq; Pontifices & Phariſæi concilium, dicentes, quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, & ab illo die cogitaverant interficere eum. Vnde Chriſtus teſtatur, ſuper me cogitaverant conſilia dicentes, venite mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terrâ viventium, & in pſalmo, adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei &c.

III. Lucæ cap. 14. verſ. 16. idem Chriſtus ait. *Homo quidam fecit cœnam magnam & vocavit multos.* Quid per illam

Luc 14 verſ. 16. cœnam magnam intelligit? S. Bonaventura, S. Antonius de Padua, ſerm. Dominicæ 1. poſt Trinitatem, Albertus Magnus, Beda, Euthymius, Gloſſa dicunt hac cœnâ magnâ denotari cæleſtem beatitudinem quæ in fine vitæ & poſt hujus ſœculi labores ſternetur, & cœleſtibus dapibus benè meritos

Tertull. reficiet. Quibus arridens Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 31. *Cœna* (inquit) *paratura vitæ æternæ ſaturitatem figurat.* S. Gregorius homil. 36. in Evangelia. *Cœna dicitur, quia poſt cœnam convivium nullum reſtat. Et quia æternum Dei convivium nobis in extremo præparabitur, rectum fuit, ut hoc non prandium ſed cœna vocaretur.* S Greg.

Eccleſia in officio Venerabilis Euchariſtiæ hanc parabolam applicat myſterio Euchariſtiæ, quod in ejuſdem feſto decantatur ab Eccleſiâ militante. Cui arridet S. Cyrillus in Catenâ Græcâ. *Conditor omnium, atque gloriæ Pater paravit cœnam magnam in Chriſto peractam.* S Cyrill. *Noviſſimis enim temporibus, & quaſi in occaſu noſtri ſæculi illuxit nobis Dei filius, & mortem pro nobis ſuſtinuit, dedit nobis proprium corpus comedere. Vndè & agnus in veſperè immolabatur juxta legem Moſaicam. Meritò igitur cœna dictum eſt paratum in Chriſto convivium.* Verſ. 17. *Et miſit ſervum ſuum horâ cœnæ dicere invitatis ut venirent, quia jam parata ſunt omnia.* Arabicus. *Miſit ſervos ſuos, ut dicerent vocatis &c.* Si unum miſit, quomodò plures? qui ſunt illi plures? & quis unus? Licet plures ſint, tamen unus ſufficit, ut pro verâ Dei religione prælietur, at multi non ſufficiunt, ut cauſam injuſtam propugnent. Id patet in hiſtoriâ Sancti Eliæ Prophetæ, ubi ait lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 22. *Ego remanſi Propheta Domini ſolus, Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri ſunt.* Lyranus. *Vnus ſolus relictus eſt, qui pro Dei veneratione audeat apparere & idololatris reſiſtere.* 3. Reg. 18. v. 22

Secundò omnes Miniſtri Evangelici ſunt plures & unus. Plures, quia per diverſas mundi partes diffuſi ſunt: unus autem, quia ſunt inter ſe conjuncti doctrinâ, charitate, unione & concordiâ, ut non plures ſed unus videatur. Sic Apoſtolus Roman. cap. 10. verſ. 15. *Quàm pulchri ſunt pedes evangelizantium pacem.* Et tamen Iſaias cap. 52. verſ. 7. *Quàm pulchri ſunt ſuper montes pedes annuntiantis pacem.* Rom. 10 verſ. 15. Iſaiæ 12 verſ. 7.

Quamvis enim multi ſint Verbi Divini præcones, tamen unus cenſetur, quia unam fidem, unam doctrinam, & veritatem profitentur & prædicãt, & in hoc munere ita inter ſe cohærent & concordes ſunt, ut unus dumtaxat cẽſeatur. Tertiò, modus ponendi in ſcripturâ ſingulare pro plurali

ſatis

ſatis eſt vulgare, ſic Exodi cap. 4. verſ. 23. Deus mandat Pharaoni. *Dimitte filium meum*, ideſt totum populum Iſrael. Et Ezechielis cap. 23. verſ. 4. ſub voce Oola, Samaria ſeu Iſrael intelligitur. Sic ſub nomine Oliba Jeruſalem, ideſt populus Juda accipitur. Sic nomine ſervum, ſervos intellige, quia unus ſervus, unus prædicator, multos prædicatores deſignat, unus Apoſtolus multos Apoſtolos ſignificat.

IV. Iterùm Matthæi cap. 13. verſ. 47. Chriſtus comparat Eccleſiam ſagenæ miſſæ in mare. *Simile eſt regnum cælorũ ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.* Arabicus. *Simile eſt reti miſſo in mare.* Euthymius & Vatablus. *Simile eſt regnum cælorum verriculo, &c.* Varias analogias referunt Patres Eccleſiæ cum ſagenâ, reti, verriculo, S. Gregorius homiliâ 11. in Evang. ait hâc parabola nos inſtrui, quod nullus hominum ſit ſexus, nulla ætas, nulla natio, nullus ſtultus contemnendus, ſed omnes ad fidem trahendi ſunt, ſivè Græci, ſivè Latini, ſivè Gentiles, ſivè Hebræi, ſivè pauperes, ſivè divites, &c. Sic Apoſtolus Roman. cap. 1. verſ. 14. ſcribebat; *Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.* Cornelius. *Debitum irrecuſabile evangeliſandi mihi incumbit, creditum enim & demandatum eſt mihi à Deo hoc munus prædicandi.* Gregorius ſupra: *Eccleſia* (inquit) *ex omni genere piſcium congregat: quia ad peccatorum veniam ſapientes, fatuos, liberos & ſervos, divites & pauperes, fortes & infirmos vocat. Vndè per Pſalmiſtam dicitur pſalm. 64. Ad te omnis caro veniet.* S. Chryſoſtomus homil. 48. ait, quod ſicut intra ſagenam multi ſunt piſces, & tamen mali inveniuntur qui foras projiciuntur: Sic multi intra Eccleſiam reſident & fidem habent, tamen cum eorum operibus deſit bonitas mali cenſentur, & foras projiciuntur. *Iſti malè vivendo pereunt & cæteris ſunt inferiores, quia virtutem quidem noverunt, & in verriculum piſcatoris inciderunt, & tamen malè vivendo perierunt.* Illi ſubſcribunt Theophilactus, Euthymius, Albertus Magnus, & alii. S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 204. comparat Eccleſiam ſagenæ, quia ad omnes ſe extendit, nullum excipit, ſed omnes complectitur abſque ullo reſpectu generis, auctoritatis, dignitatis, nationis, ſtatus Eccleſiaſtici, ſœcularis, attendit dumtaxat merita. *Quemadmodum* (inquit) *ſagena quæ in mare projicitur varia piſcium genera concludit, eodem modo ſempiternum Chriſti regnum ex omnium hominũ nationibus multitudinem excipiens pro fidei ratione ſalutem cuiq; conſtituit, non generis auctoritati, non dignitatis amplitudini, non ſacerdotio, non regno hac appellatione indigno delicias tribuẽs, verùm moribus ac vitæ, quæ ad puritatem propenſa fuerit, atque ad veriorum piſcatorum prædam ſe contulerit.* Quomodò Eccleſia comparatur ſagenæ & Chriſtiani piſcibus? Nam piſces ſunt in ſagenâ coactè & violenter conſtricti. At in Eccleſiâ Chriſtiani reſident voluntariè? Caietanus ſubtiliter reſpondet. *Eccleſia malos habet mixtos bonis, tanquam captos ſimul cum bonis, hoc eſt involuntarios & coactos ſe profiteri Chriſtianos. Innumerabilis eſt multitudo hominum qui baptiſmo in infantiâ, aut timore ſuſcepto, tanquam captos ſe retinent Chriſtianos, qui ſi eſſent omninò liberi, etiam quoad famam & honorem, &c. non expectarent exituros Angelos ad ſeparandum eos à juſtis, ſed à ſagenâ exirent.* Quaſi diceret, ut mali Chriſtiani conſulant ſuo honori, famæ, & commodo inſtar piſcium coactè in Eccleſiâ continentur, à quâ non egrediuntur, nè ſui nominis, honoris, auctoritatis & temporalis boni jacturam faciant, ita ut ea omnia conſervent ſe Chriſtianos eſſe aſſerunt, & in hoc ſe malos piſces manifeſtant, quod honori Dei, propriæque ſaluti (quæ in ſolâ Eccleſiâ Sanctâ & Romanâ reperitur) præferant bonum temporale nominis, honoris, &c.

Mat. 13 verſ. 47. | S. Greg. | Rom. 1. verſ. 14. | Cornel. | S. Chryſoſtomus | S. Iſidor. Peluſiot. | Cajetan.

V. Denique (inquit noſter Sylveira tomo 3. lib. 4, cap. 29 quæſt. 14. numer. 100.) Eccleſia aſſimilatur ſagenæ miſſæ in mare, in quâ ſunt boni & mali, prædeſtinati & reprobi, quamdiu ſagena eſt operta aquis. At quando extracta eſt & piſcium malignitas incipit apparere, piſcatores verſ. 48. *Educentes, & ſecus littus ſedentes elegerunt*

gerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Arias. *At vitioſa foras ejecerunt*. Vatablus. *Quæ verò putrida foras abjecerunt*. Vel alludit ad Rempublicam benè ordinatam, quæ non ſinit ſcelera graſſari publicè, ſed ſtatim ac prodeunt, ea ſuppliciis ac debitis pænis plectit. Qui ſunt piſcatores? Sunt (inquiunt Dionyſius & Toſtatus) Apoſtoli, Miſſionarii, ac Evãgelicæ doctrinæ Præcones. Per mare, Rudolphus Cartuſianus ad illud pſal.
Pſ. 103. 103. verſ. 27. *Hoc mare magnum & ſpa-*
verſ. 27. *tioſum manibus, illic reptilia quorum non eſt numerus*. Et alii dicunt eſſe præſens ſæculum, quibus ſubſcribens
Dionyſ. Dionyſius. *Spiritualiter* (inquit) *hoc mare magnum & ſpatioſum manibus eſt præſens ſæculum nequam tribulationibus & amaritudinibus ac vitiis plenum. Illic reptilia quorum non eſt numerus, ideſt peccatores innumeri terræ cordialiter adhærentes, vitiis involuti, & more pecorum in vanis, ſenſibilibuſq́; repentes, quorum nonnulli ſunt magni in hoc mundo, alii verò parvi & miniſtri eorum*. Quod Apoſtoli illud pelagus ingrediantur, ejuſque fluctibus ſe committant teſtatur Iſaias cap. 18. verſ. 2. *Qui mittit in mare legatos*, juxta illud
Iſaiæ 18. Pauli Epheſ. cap. 6. verſ. 20. *Pro quo*
verſ. 2. *legatione fungimur*. Et 2. Corinth. cap. 5. verſ. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur*. Quod Deus pollicitus fuerat oraculo Jeremiæ cap. 16. verſ. 16. *Ecce*
Jerem 16 *ego mittam piſcatores multos*. Ideſt A-
verſ. 16. poſtolos, ut tam Gentes quàm Judęos expiſcantes Deo offerant. Sic Chriſtus Matthæi cap. 4. verſ. 18. vocans ad Apoſtolatum Petrum & Andræã, nomen piſcatorum illis tribuit. *Am-*
Matt 4. *bulans Ieſus juxta mare Galilea, vidit*
verſ. 18. *duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, & Andraam fratrem ejus mittentes rete in mare. Erant enim piſcatores*, Verſ. 19. *Et ait illis, Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum*. Sanctus Caliſtus Papa ſermone 2. de ſancto Jacobo Papâ, & Vatablus. *Faciam vos piſcatores*. Syriacus & Sanctus Chryſoſtomus. *Faciam vos eſſe piſcatores hominum*. Non dicit faciam vos Doctores, Prædicatores, Principes populorum. Primò, quia eùm videret illos occupatos in arte piſcandi, ideò ſub metaphorâ piſcatoris vocat eos. Solet enim pro ratione temporis & perſonarum à temporalibus ſermonem transferre ad ſpiritualia. Secundò quia homines ſunt inſtar piſcium, ſicut enim reti homines capiuntur & trahuntur à piſcatore, ſic (inquit S. Chryſoſtomus homil. 7. in imperfecto) homines à Prædicatore per varietatem doctrinæ, ſententiarum, parabolarum, ſacrarum hiſtoriarum, promiſſionibus æternæ vitæ, exemplis, quaſi edulio. *Venite* (inquit
Sanctus Chryſologus ſermone 28.) S. Chryſologus.
& faciam vos piſcatores hominum, ut vitalis eſca jactu, ut hamo cæleſtis verbi de mortis gurgite animas ad lucem tolleret ſempiternam. Per hamum cœleſtis verbi, intelligit verbum Dei. Il-
lum ſequitur Dionyſius. *Conſtituam* Dionyſ.
per gratiam Apoſtolatus collectores diverſorum populorum infra unam Eccleſiam per expanſionem doctrinæ veſtræ ſuper eos. Quemadmodum piſces diverſi colliguntur per rete in unam naviculam. Per rete ergò ſignificatur verbum Prædicationis, per navim Eccleſia, per mare mundus, per piſcatorem Doctor, per piſcationem inſtructio, quâ diverſi in eadem fide, ſpe & charitate ſpiritualiter colliguntur. Tertiò Origenes homil. 12. in verba Jeremiæ cap. 16. ſupra. & Juſtinus in quæſtionibus gentium quæſt. 40. Quemadmodum piſcis ab aquis eductus ſtatim moritur, ut edatur, & homini incorporetur, ſic qui verbo prædicationis capitur & à mundi aquis exilit & expeditur, ſtatim ſæculo mori debet, ut valeat incorporari Chriſto Jeſu & fieri illius membrũ, in quo vivens ſpirituali & immortali vitâ fruatur, juxta illud ad Coloſſ. cap. 3. verſ. 3. *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto*. Quartò, Chriſtus non ait veni Simon, faciam te Petrum ſeu fundamentum Eccleſiæ, vel dabo tibi claves Regni cælorum, ſed faciam te piſcatorem hominum, ex piſcatore piſcium faciam piſcatorem hominum, tacitè innuens quod qui ad Eccleſiaſticam prælaturam vocatur, non tam ad dignitatem quàm ad labores & preſſuras trahitur. S. Petrus Chryſologus ſermone 28. *Apoſtolos ſuos Chriſtus humanis laboribus*

exercere

exercere voluit, ut indefeſſos redderet in divinis. Voluit Deus eis manere fortitudinem, de exercitio præſtare virtutem. Et quia fructus provenit ex labore, voluit eos labores non perdere, ſed mutare. [S. Petrus Chryſol.] Et S. Paſchaſius lib. 3. in Matthæum. [S. Paſch.] *Immutatur enim intentionis negotium, non piſcatoris officium*

VI. Jeremias cap. 16. & verſ. 10. aſſimilat Viros Apoſtolicos venatoribus. *Poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum.* Per venatores Cornelius intelligit viros Eccleſiaſticos & Religioſos, qui venantur homines, ut faciant ſanctos de montibus excelſorum dogmatum, & de collibus bonorum operum, & de cavernis petrarum, ideſt de inſtitutione Apoſtolorum, & Apoſtolicorum Virorum, ut eos imitentur ſeu potius feros, Barbaros, &c. habitantes in montibus & cavernis inſtar ferarum venantur, ut Chriſto manſueſiant. Ut fecit S. Xaverius ita Tert. lib 4. contra Marcionem c. 9. S. Ambroſius ſermone 6. in pſalm. 118. S. Auguſtinus tract. 10. de utilitate jejunii cap. 9. Origenes, Rabanus, S. Hieronymus fuerunt, tales venatores Apoſtoli, qui ad Indos, Braſilios, Uros, &c. convertendos miſſi ſunt.

VII. Ad ultimam ſimilitudinem venio, Chriſtus Matthæi cap. 10. verſ. 16. [Matt. c. 10. v. 16] *Ecce* (inquit) *ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum.* Syriacus. *Ecce ego mitto vos, tanquam oves inter lupos.* Vatablus. *Ecce emitto vos tanquã oves inter lupos.* S. Athanaſius lib. de communi eſſentiâ Patris. *Emitto vos quaſi oves in medio luporũ.* Quàm iſtæ litteræ patentes diſcrepant a patentibus, quas idem Deus porrexit Eliæ, dum illum mitteret in aulam Achab lib. 3. Reg. illi enim dedit ampliſſimam poteſtatem claudendi cælum, cap. 17. v. 1. [l. 3 Reg. 17. v. 1.] *Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba.* Et cœlitus emittendi deorſum ignem, cap. 18. verſ. 38. [Cap 18. verſ 38.] *Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocauſtum, &c.* Et mittendo in fine mundi, ut certet contra Antichriſtum, juxta oraculum Machabiæ c. 4. *Ecce ego mittam Prophetam Eliam, &c.* Apoc. cap. 11. verſ. 5. [Apoc. 11. verſ 5.] *Et ſi quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & ſi quis voluerit eos lædere, oportet eum occidi.* Verſ. 6. [verſ. 6.] *Hi poteſtatem habent claudendi cælum, nè pluat diebus prophetiæ ipſorum, & poteſtatem habent ſuper aquas convertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plagâ quotieſcumque voluerint.* Syrus. *Ut percutiant terram omni plagâ quotquot vicibus voluerint.* Arabicus. *Percutiendi terram quâcumque plagâ voluerint.* At Apoſtolis non aliam notam ſeu characterem ſui Apoſtolatus imprimit, quam ovinam. Theophilactus hujus ſimilitudinis *ſicut*, rationem reddit. [Theophilactus.] *Volo vos manſuetos eſſe ſicut oves, & ſic magis vincere.* Et ſanctus Chryſoſtomus in pſalm. 120. [S. Chryſoſtomus] *Quid ove manſuetus? quid verò lupo agreſtius? Hic tamen ab iſtis ſuperabitur Nihil enim manſuetudine potentius, nihil bonitate validius ac firmius.* Quaſi diceret, Elias ſuâ poteſtate in cælum & terram convertitnè Achabum cum ſuis aſſeclis? minimè, imò eum magis obduratum reliquit. At Chriſtus vult ut Apoſtoli orbem univerſum ab idolatriâ ad veram religionem convertant, & ob illum finem lenitatem ae manſuetudinem ovium illis commendat. Ut ſic lupos in oves convertant, inquit S. Chryſoſtomus homil. 34 in Matthæſi. *Non ſimpliciter adverſus lupos, ſed in medium luporum: Sic enim maximè virtus ejus parere poteſt, ſi lupi ſuperabuntur ab ovibus, quæ cùm in medio luporum ſint, & hinc atque illinc morſibus luporum lacerarentur, non modò non deficerent, ſed lupus in naturam ovium transmutaretur.* Non ait mitto vos lupos, ſed in medio luporum, ideſt ut cohabitetis lupis: licet enim ſitis oves, tamen inter lupos habitabitis, qui licet ſint rapaces, non devorabunt vos, ſed vos potius in veſtram indolem eos convertetis. Undè ait, *Ecce ego mitto vos*: ideſt tantæ energiæ erit miſſio veſtra, cohabitatio veſtra cum lupinis iſtis hominibus, ut lupinã eorum rabiem in ovinam manſuetudinem tranſmutet, & ex hædis oves efficiat. *Gentilis ſævitia ſanguine ſatiata, vel carnibus, Evangelici pabuli ſuavitatem, & divini fontis fluentis deguſtans, totum contagiũ* [S. Petrus Chryſol.]

ſeculi evitaret & paſtum: atque in hominem rediret ex beſtia, qui ex homine fuerat dilapſus in beſtiam. Inquit ingenioſè S. Petrus Chryſologus ſermone 23. Tantam vim habet viri Apoſtolici habitus ſeu prædicatio, ut lupos in oves convertat, ut beſtias tranſmutet in homines, ut mundum univerſum valeat reformare. Illi ſubſcribens S. Gregorius homil. 17. in Evangelia. *Qui locum prædicationis* S. Greg. *ſuſcipit mala inferre non debet, ſed tolerare, ut ex ipsâ ſuâ manſuetudine iram ſævientium mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipſe afflictionibus vulneratus, ſanet.*

VIII. Animadvertendum eſt quod prima parabola mentionem faciat Eccleſiæ ab Adam uſque ad finem mundi; Secunda à Moyſe uſque ad Chriſti adventum: Tertia, à Chriſti adventu uſque ad finem mundi, ſeu extremum judicium. Differt Eccleſia à principio mundi à Moyſe condita, ab eâ quæ à Chriſto fundata eſt, quod illa fuerit imperfecta, hæc perfecta; illa figura & umbra, hęc veritas. Quod Synagoga fuerit à Moyſe inſtituta pro ſolo populo Hebræo, & quamvis lex Moyſis moralis nudè, ſecundùm ſe omnes homines tam Judæos quàm Gentiles obligarit, tamen habet annexas minas & pœnas tēporales à Moyſe conſcriptas quæ ſolos Judæos obligabat, quatenus autem habet annexā gratiam Evangelii omnes etiam Chriſtianos obligat. Quoad legem Cæremonialem & Judicialem ſolis Judæis fuit promulgata, eoſque ſolos obligabat; undè cum Synagoga ex ſolis Iſraelitis eſſet cōpoſita, Gentiles in nullo caſu erant obligati ad obſervantiā legis Moſaicæ, modo præfato, niſi volebant ſe aggregare populo Judaico, & illius religionem amplecti, ut patet Exodi cap. 12. verſ. 48. *Si quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur prius omne maſculum ejus, & tunc ritè celebrabit, eritq́; ſicut indigena terræ.* Sic credibile eſt, quod Jonas filius Mulieris Sareptanæ gentilis, utpotè Sidoniæ, ſecundùm ſanctum Chryſoſtomum homil. 3. de Eliâ, & Toſtatum quæſt. 14. in cap 17. lib. 3. Regum, in ſuâ converſione fuerit circumciſus. Notat tamen Cornelius in cap. 5. lib. 4. Regum, quod Naaman recuperatâ ſanitate factus eſt veri Dei cultor, nō tamen Judęus vel proſelytus, quia non fuit circumciſus. Quare non tenebatur legem Moſaicam cæremonialem, judicialē, & moralē obſervare niſi nudè & ſecundùm ſe. Manſit ergò Naaman gentilis, Deumq́; verum coluit more omniū Patrum ante diluvium in ſtatu legis naturæ, ut docet S. Auguſtinus ſermone 207. de tempore, qui eſt de Naman Syro.

Undè prophetæ Domini ad ſolum populum Iſraeliticum, ſeu Synagogam mittebantur quorum præcipui fuerunt Moyſes Numerorum cap. 12. verſ. 6. Deuteronomii cap. 34 verſ. 10. Joſue, Eccleſiaſtici cap. 46. verſ. 1. Samuel, lib. 1. Regum cap. 9. verſ. 6. David, ut patet ex Pſalmis & alibi, Gad, lib. 1. Regum cap. 22. verſ. 5. Nathan lib. 2. Regum cap. 7. verſ. 2. & lib. 3. Paralipom. cap. 9. verſ. 29. Achias Silonites lib. 3. Reg. cap. 11. verſ. 29. & lib. 2. Paralip. cap. 9. verſ. 29. Addo lib. 2. Paralip. cap. 9. verſ. 29. Elias lib. 3. Regum cap. 17, uſque ad cap. 2. lib. 4. Regum. Eliſeus lib. 3. Regum cap. 19. uſque ad cap. 13. lib. 4. Regum. Michæas filius Jemla lib. 3. Regum cap. 22. verſ. 8. Quatuor, qui vulgò Majores nūncupantur 1. Iſaias filius Amos, 2. Jeremias filius Helciæ, de Sacerdotibus qui fuerunt in Anathot. 3. Ezechiel filius Buzi. 4. Daniel, qui & Balthaſar. Minores Prophetæ duodecim, Oſee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas Maraſthites, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. IX.

Horum Prophetarum officium primarium erat docere populum, inſtruere in cultu Dei, eumque diſponere ad Chriſti adventum, aberrantem à lege in viam ſalutis reducere. Cui officio primario annexa erat reprehenſio & objurgatio eorum qui recedebant à vero Dei cultu, ut patet in Samuele, qui reprehendit Regem Saulem eoquod non obtemperaſſet legi Domini lib. 1. Regum cap. 15. verſ. 19. in Nathan, qui corripuit Davidem X.

Davidem ob adulterium & homicidium lib. 2. Regum cap. 12. verſ. 9. in Eliâ qui lib. 3. Regum cap.18. verſ. 21. populum claudicantem in duas partes arguit. Cap. 18 verſ. 18. Regem Achab eo quod ſuis idolis turbaſſet Iſrael. Cap 21. verſ. 17. eidem Achab & Jezabel exitium denunciat. Lib. 4. Regum cap 1. verſ. 4. & 16. Ochoziæ ægrotanti & de ſanitate per nuncios conſulenti Beelzebub mortē denunciat. In Eliſeo qui in eodem lib. 4. cap. 3. verſ. 16. objurgat Regem Iſrael. In Daniele cap. 13. verſ. 52. prophetiæ ſuæ qui duos ſenes falſò accuſantes Suſannam quaſi adulteră damnat. Horum Prophetarum munus etiam erat prędicere futura bona, mala, occulta ſeu ſecreta. Bona prædixit S. Elias, dum lib. 3. Regum cap. 17. farinam non defuturam in hydrâ, nec oleum in lecytho prænunciavit. Cap. 18. verſ. 44 pluviam prædixit. Mala verò idem Elias dum ſiccitatem triennalem prænunciavit lib. 3. Reg. cap. 17. verſ. 1. Cap. 21. verſ 17. Achab & Jezabel exitiū denuntiavit. Dum Jeremias cap. 1. verſ. 14. *Ab Aquilone* (inquit) *pandetur malum, ſuper omnes habitatores terræ*. Cap. 5. verſ 15. *Ecce adducam ſuper vos voraginem de longinquo, &c* Cap 19. v. 3. *Ecce ego inducam afflictionem ſuper locū iſtum, &c* Occulta ſic lib. 1. Regum cap. 9 verſ 19. Samuel ſciebat quid erat in corde Saulis quærentis aſinas. Eliſeus ſciebat cuncta quæ à Giezi miniſtro ſuo acta erant cum Naaman
l.4. Reg. Syro, lib. 4 Regum cap. 5. verſ. 26.
5.v.26 *Nonne cor meum in præſenti erat, quando reverſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, ut emas oliveta & vineas, oves & boves, ſervos &*
c.6.v.16 *ancillas*. Cap. 6 conſilia ſecreta regis Syriæ revelat regi Iſrael. *Nam* (inquit Miniſter regis Syriæ verſ. 12.) *Eliſeus Propheta, qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia verba, quæcumq; locutus fueris in conclavi tuo.* Cornelius *Spiritus enim Prophetiæ eſt cognoſcere tam arcana abſentia & remota, quàm futura prædicere. Utrumque enim eandem virtutem requirit, ſcilicet opem & revelationem divinam.* Daniel etiam cap. 2. verſ. 26. noverat ſomnium occultum regis Nabucodonoſor.

At Chriſtus Joannis cap. 20. v. 21. X.
mittit Apoſtolos ſuos ſicut ipſe miſſus Ioan. 20.
fuit à Patre. *Sicut miſit me Pater & ego* verſ 21.
mitto vos. Syriacus. *Sicut miſit me Pater meus*. Quid denotat vox *ſicut*, Sanctus Gregorius homil. 26. in Evangelia *Sicut miſit me Pater, & ego mitto*
vos, eâ charitate vos diligo cum inter S Greg.
ſcandala perſecutorum vos mitto quâ me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas paſſiones fecit. Ideſt quo amore me m ſit Pater ad effudendum meum ſanguinem pro ſalute hominū, eodem vos ad martyria & perſecutiones mitto. Secundò ad eundem finem vos mitto in mundum ad quem me miſit Pater, ſcilicet ad fidem dilatandam, ad ſalutem generis humani procurandam, ego etiam mitto vos. Ita S. Cyrillus & Leontius. Tertiò, Sicut, ſimili auctoritate, poteſtate ſpeciali quâ me Pater miſit ad inſtituendam & regendam Eccleſiam, ego vos mitto quaſi meos delegatos, juxta illud Apoſtoli 2. Corinth. cap. 5. verſ. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur.*

Ad quos miſſus eſt Chriſtus? non XI.
ad Judæos ſolos, ſed ad omnes homines, ut ipſemet teſtatur Joannis Ioan. c. 3
cap. 3. verſ. 16. his verbis *Sic Deus di-* verſ. 16.
lexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et dilectus ejus diſcipulus 1. epiſt.
cap. 4. verſ. 9. *In hoc apparuit charitas* Ioan. 1. ep
Dei in nobis, quoniam filium ſuum uni- c. 4. v. 9.
genitum miſit Deus in mundum ut vivamus per eum. S. Ambroſius lib. de S. Ambr.
Pœnitentiâ cap. 10. ponderans hanc particulam *omnis*, ait: *Cùm omnis dicitur, nullus excluditur, nullus excipitur. Non enim excipit eum qui lapſus eſt, ſi*
tamen poſtea benè credat. Beatus Vigi- S. Vigil.
lius Epiſcopus Tridentinus lib. 4. contra Eutychem pulchra hæc ſcribit. *Tantum Deo fuit ſtudium tuæ ſalutis, ut filium ſuum per quem fecit omnia, dederit pro mundi vitâ, ut omnis qui credit in eum non pereat.* Non dicit ut Judæus, *qui credit in eum non pereat*, ſed ut omnis ſivè Græcus, ſivè Latinus, ſivè Romanus, ſivè Gallus, ſivè

Hiſpanus, ſivè Germanus, ſivè Indus &c. ut *omnis*, ideſt totus mundus.

S. Hilarius

S. Hilarius lib. 6. de Trinitate. *Deus diligens mundum filium ſuum non adoptivum, ſed ſuum & unigenitum dedit, hinc dilectionis & charitatis fides eſt, ut ad mundi ſalutem, & filium ſuum & unigenitum præſtitiſſet.* Quod per mundum intelligantur ſinguli homines patenter exprimit S. Ambroſius lib. 1. de Jacob. cap. 6. ponderans illa verba Apoſtoli ad Roman. cap 6 verſ. 32.

Rom. 6. verſ. 32. S. Ambr.

Proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Subdit. *Vt oſtenderet quod ita omnes diligat, ut dilectiſſimum ſibi filium pro ſingulis traderet, pro quibus, quod ſuper omnia eſt, ded it. Poteſt fieri, ut non in illo univerſa donaverit? nihil enim excipit, qui omnium conceſſit auctorem.*

XII. Sic Christus mittens Apoſtolos nō ad unum populum, vel gentem illos direxit, ſed ad omnes, Matthæi cap. 28 verſ 19.

Mat 28. verſ. 19.

Euntes ergò docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Tertullianus adverſus hæreticos cap. 20. *Ite ad tingendas omnes nationes in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.* Prius dixit verſ. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Syrus. *Datum eſt mihi imperium in cælo & in terra.* Arabicus *Dominus ſum omni poteſtate in cælo & ſuper terram.* Arias. *Data eſt mihi auctoritas.* Subdit. *Euntes ergò docete omnes gentes. &c.* Ideſt curam habere ut omnes gentes ſalutis documentis imbuantur. Egregiè Beda in cap. 2. Lucæ.

Beda.

Ante venerabilem crucem & ejus reſurrectionem à mortuis in ſolâ Iudæâ fiebat mentio prædicationis, & miraculorum ipſius. Poſtquam autem Principem vitæ inſanientes occiderunt, & tunc Apoſtolis præcepit dicens: Euntes docete omnes gentes. Ideſt poſt mortem & reſurrectionem ſuam oſtendit quam univerſalis & ampla foret ſua potentia.

XIII. De eadem univerſali miſſione hæc pronunciat Marci cap. 16. verſ. 15. *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Syriacus. *Proficiſcimini in univerſum mundum & prædicate Evangelium meum omni creaturæ.*

Sylveira.

Noſter Sylveira lib. 9. cap. 9. expoſit. 2. notat, *Quod in ipſo Sacratiſſimo Aſcenſionis die, euntes ait. Non dixit ite, ſed euntes, ac ſi in munere ſibi commiſſo & negotio eis dato ſalutis animarum ſemper eſſet eundum, & nunquã ceſſandum.* Addit *in univerſum mundũ, quaſi diceret. Olim tantùm in Iudæâ miſerat eos Dominus evangelizare, prohibens ne in viam Samaritanorũ abirent. Matthæi cap. 10. verſ. 5. Nunc verò limites tollit, & eos Prædicatores ac Doctores totius orbis conſtituit.* Et cùm dicitur *in univerſum mundum*, non intendit Chriſtus quod Apoſtoli pauci homines totum orbem per ſeipſos peragrarent; cùm apud multas nationes ut in Americâ, Braſiliâ Angolâ, nulla veſtigia reperta fuerint religionis Chriſtianæ, ſed de Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus particula *univerſum* accipi debet, ut docent D. Thomas ad Bernardum 10. ſect 4. Cajetanus, Franciſcus Lucas, Barradius, Cornelius, Antonius Scobar, noſter Sylveira de eadem univerſali prædicatione, imò Luc. cap. 24 verſ. 47. *Sic oportuit prædicare in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, &c.*

§. 2.

Signa Miſsionis Apoſtolicæ.

I. Dum olim Prophetæ aſſerebant ſe eſſe miſſos immediatè a Deo ad inſtruendum populum, eumque ad obſervantiam legis Moſaicæ redigendum, debebant ſuam miſſionem certis ac evidentibus ſignis probare, aliàs populus eos impoſtores eſſe exiſtimaſſet, ut Moyſes de ſeipſo fatetur. Cui Deus dixit Exodi cap. 3. verſ. 20. *Veni & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Iſrael de Ægypto* Cui Moyſes cap. 4. verſ. 1. *Non credent mihi, nec audient vocem meam, ſed dicent non apparuit tibi Dominus.* Duplici modo igitur oſtendebant ſe miſſos à Deo, primò miraculis. Sic Moyſes ſuam miſſionem probavit mutatione virgæ in ſerpentem, aquæ in ſanguinem, aliiſque prodigiis, quæ plagæ Ægypti nuncupantur, ſic S. Parens

Exod. c. 3 verſ. 10.

c. 4. v. 1.

Elias

Digitized by Google

Elias oſtendit ſe miſſum à Deo lib. 3.
Regum cap. 17. ſterilitatem & ſicci-
l. 3. Reg. tatem orbi inducendo, verſ. 1. *Vivit*
17. v. 1. *Dominus* (inquit ille Achabo Regi)
Deus Iſrael, in cujus conſpectu ſto, ſi erit
annis his ros & pluvia niſi juxta oris mei
verba. Dum prædixit Viduæ Sarepta-
verſ. 14. næ à quâ modicum panem poſtula-
bat, ſubdit verſ. 14. *Hæc dicit Dominus*
Deus Iſrael, hydra farina non deficiet,
nec lecythus olei minuetur uſque ad diem
quâ Dominus daturus eſt pluviam ſuper
faciem terræ. Sic dum ejus puerum de-
verſ. 24. functum ad vitam revocavit, ut patet
ex verbis mulieris verſ. 24. *Nunc co-*
gnovi quoniam vir Dei es tu, & verbum
Dei in ore tuo verum eſt. Dionyſius.
Verè ex parte Dei loqueris, & verus
Dei Propheta es, ac vera ſunt vaticinia
tua. Cap. 18. dum præfatus Elias &
Cap. 18. Prophetæ Baal coram Achab & po-
verſ. 19 pulo diſceptarent, & tam ille quam
hi ſe legitimè à Deo miſſos aſſererent.
Dixit Elias verſ. 19. *Congrega ad me*
univerſum Iſrael in monte Carmeli, &
prophetas Baal quadringentos quinqua-
ginta, prophetasq; lucorum quadringen-
tos, qui comedunt de menſâ Iezabel.
Convocato populo in duas partes
claudicanti dixit, verſ. 23. *Dentur nobis*
verſ. 23. *duo boves, & illi eligant ſibi bovem u-*
num. &c. Verſ. 24. *Et Deus qui exau-*
verſ. 24. *dierit per ignem ipſe eſt Deus.* Duo bo-
ves conciſi & ſuper ligna poſiti more
ſacrificiorum: alter pro Eliâ, alter
pro Prophetis Baal. Hi invocato Deo
ſuo Baal ignem cælitus impetrare ne-
quierunt quo conſumeretur victima.
At Elias poſt invocatum Deum Iſrael
ignis de cælo deſcendit, & ejus holo-
cauſtum conſumpſit, verſ. 39. *Quod*
verſ. 39. *cum vidiſſet omnis populus cecidit in fa-*
ciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus,
verſ. 44. *Dominus ipſe eſt Deus.* Verſ. 44. Cùm
poſt orationem ſepties effuſam appa-
ruiſſet nubecula parva quaſi veſtigiũ
hominis prædixit Achabo pluviam à
l. 4. Reg. tribus annis interdictam, Lib. 4 Reg.
cap. 1. cap. 1. Se verum Dei prophetam ma-
nifeſtavit, dum duos quinquagena-
rios ſui irriſores, & ad ſe capiendum
miſſos igne cæleſti cum quinquagin-
ta militibus in cineres redegit.

II. S. Eliſeus ut oſtenderet ſe eſſe ſuc-
ceſſorem Eliæ ac verum Prophetam,
ſui magiſtri veſtigiis inhærentẽ divi-
ſit Jordanẽ, eumque ſicco pede tran-
ſiit, verſ. 14. *Pallio quod ceciderat per-*
cuſſit aquas, & diviſæ ſunt huc atque verſ. 14.
illuc, & tranſiit Eliſeus Verſ. 15. *Viden-* verſ. 15.
tes autem filii Prophetarum, qui erant
in Iericho è contra dixerunt, requievit
ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum, & venientes
in occurſum ejus adoraverunt eum. Dio-
nyſius. *Ex tanto perpenderunt mira-*
culo. Lyranus. *Cognoverunt per ſignum*
prædictum Eodem capite altero mira-
culo ſuam miſſionem patefecit, nam
verſ. 23. pergens in Bethel. *Cum aſ-*
cenderet per viam, pueri parvi egreſſi verſ. 23.
ſunt è civitate & deridebant ei dicentes,
aſcende calve, aſcende calve. Verſ. 24. verſ. 24.
Qui cùm reſpexiſſet vidit eos, & maledi-
xit eis in nomine Dñi, egreſſiq; ſunt duo
urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis qua-
draginta duos pueros. Dionyſius, *Ductu*
Angelico, & nutu divino. Cap. 3. v. 11. Cap. 3.
Cùm exercitus ſiti laboraret. *Ait Ioſa-* verſ. 11.
phat eſt ne hic Propheta Domini, ut de-
precemur Dominum per eum. Dionyſius.
Utpotè & ſanctus Propheta, ut impetret
nobis aquam, & nos quoque oremus pro
eadem cauſa. Textus. *Et reſpondit unus*
de ſervis regis Iſrael. Eſt hic Eliſeus fi-
lius Saphat, qui fundebat aquam ſuper
manus Eliæ. Dionyſius. *Qui tanto Pro-*
phetæ ſervivit, cujus ſpiritum ſuper
iſtum quievit, Verſ. 12. *Et ait Ioſaphat.* verſ. 12.
Eſt apud eum ſermo Domini. Ideſt non
eſt falſus Vates, ſed verus, qui ex in-
ſtinctu ſpeciali Dei oracula ſua edit.
Deſcenderunt igitur tres Reges ſcili-
cet Rex Iſrael, Rex Juda, & Rex E-
dom, quos ubi conſpexit dixit Eliſeus
Regi Iſrael, verſ. 13. *Quid mihi & tibi* verſ. 13.
eſt? vade ad Prophetas patris tui & ma-
tris tuæ. Cornelius. *Quæ mihi ſocietas*
& communio eſt tecum? Tu enim colis
vitulos, ego verum Deum. Vade ergò ad
Prophetas patris tui, puta Sacerdotes &
cultores vitulorum, quos huc uſque in
conſilium adhibuiſti, illos etiam nunc
conſule, cum tibi oraculum & conſilium
in rebus natura iter deſperatis, dare non
poterunt, undè in iis confugis ad me, &
ad Deum verum, quem huc uſque ſprevi-
ſti Hanc arguendi libertatem veris
Prophetis conſuetã adhibuit, ſeq; ſpi-
ritu prophetico animatũ probavit ſe-
quẽti miraculo, verſ. 16. *Facite alveum* verſ. 16.

 torrentis

torrentis hujus foſſas, & foſſas. Verſ. 17.
verſ. 17. *Hæc enim dicit Dominus, non videbitis*
ventum neque pluviam, & alveus iſte re-
plebitur aquis, & bibetis vos & familia
veſtra, & jumenta veſtra. Verſ. 18. *Pa-*
verſ. 18. *rumq́; hoc eſt in conſpectu Domini, inſu-*
per tradet etiam Moab in manus veſtras.
Quod vaticininm ſucceſſit. Cap. 4. Se
Cap. 4 legitimũ Prophetã manifeſtavit dum
Viduæ pauperi oleum multiplicavit,
Sunamitidi hoſpitæ ſuæ filium impe-
travit à Deo, eumq́ue mortuum ad
vitam revocavit. Hoc viſo miraculo
verſ. 47. *Venit illa & corruit ad pedes*
ejus, & adoravit ſuper terram, &c. ut
verſ. 37. Sanctum ac verum Dei Vatem.
Cap. 5. Cap. 5. Regi Joram turbato ob lit-
teras Regis Syriæ ad ſe miſſas Eliſeus
miſit verſ. 8. *Quare ſcidiſti veſtimenta*
tua, veniat ad me & ſciat eſſe Prophe-
tam in Iſrael. Quod probavit dum lo-
tum ſeptics in Jordane curavit perfe-
ctè, quâ ſanitate recuperatâ, verſ. 15.
Reverſus ad virum Dei cum univerſo
verſ. 15. *comitatu ſuo ſtetit coram eo, & ait: ve-*
rè ſcio, quod non ſit alius Deus in univer-
ſa terra, niſi tantùm in Iſrael, &c. Ideſt
Scio Deum quem tu colis eſſe verum
Deum, teq́ue eſſe Prophetam, &c.
Omitto plura miracula tum ab Eliſeo
tum ab aliis Vatibus patrata in con-
firmationem ſuæ miſſionis.

II. Secundò probant Prophetæ ſuam
miſſionem veraci prædictione eo-
rum, quæ ventura ſunt. Sic lib. 3. Re-
gum cap. 17. verſ. 1. S. Elias præ-
dixit ſiccitatem & famem. *Si erit an-*
nis his ros & pluvia, &c. Verſ. 14.
Prædicit Viduæ Sareptanæ farinæ in
hydriâ & olei in lecytho multiplica-
tionem. Verſ. 44 pluviam. Cap. 21.
verſ. 19, & verſ. 23. Prænunciat per-
niciem Achab & Jezabel. Cap. 22.
Michæas prædixit exitium & cædem
Achab. Lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 4.
Ochoziæ Regi mortem ob recurſum
ad Beelzebub. Cap. 3. Promittit quod
Deus tradet Moab in manns Regum
Iſrael & Edom. Cap. 4. verſ. 16. Pol-
licetur mulieri Snnamiticæ, quod
brevi prolem habitura eſſet. Cap. 7.
verſ. 1. Prophetiſat poſt unum diem
tantam annonæ copiam, ut duo mo-
dii hordei emantur uno ſtatere. Iſaias
cap. 37. verſ. 30, abundantiam fru-
gum anno proximo, pomorum co-
piam ſequenti, meſſem plenam &
vindemiam tertio fore aſſerit. Jere-
mias cap. 46. verſ. 13. Aſtruit quod
Nabucodonoſor ſit brevi vaſtaturus
terram Ægypti. Hæc & ſimilia ora-
cula dum evenerunt auctoritatem
conciliarunt. Et hæc ſigna diſcernunt
Falſos Prophetas à veris, ut patet ex
Deuteronomii cap. 18. verſ. 21. San-
cto Hieronymo in cap. 37. Iſaiæ. Ru-
perto prologo in Iſaiam.

Dices non videtur quod Joannes III.
Baptiſta, Zacharias Pater ejus, Simeon
ſummus Sacerdos debeant cenſeri
Prophetæ, nam Joannis cap. 10. verſ.
41. quinam dixerunt de Joanne. *Io-* Ioan. 10.
annes ſignum fecit nullum. Syriacus. verſ. 41.
Dicebant Ioannem nec unum qui-
dem ſignum edidiſſe. Arabicus. *Non*
fecit ſignum aliquod. Theophilactus.
Signum edidit nullum. Idem aſſeren-
dum eſt de Zachariâ & Simeone.
Reſpondeo Joannem adultum nul-
lum ſignum edidiſſe, ſed de illo pue-
ro adhuc in utero materno exiſtente
aſſerit Elizabeth Mariæ Lucæ cap. 1.
verſ. 44. *Ecce dum facta eſt vox tua in*
auribus meis exultavit in gaudio infans
in utero meo. Syriacus. *Subſaltavit* verſ. 44
fætus in utero meo. Vatablus. *Subſiliit*
præ gaudio infans in utero meo. S. Greg.
Thaumaturgus. *Exultavit infans præ*
jubilo in utero meo. Statim ut in lucem
prodiit verſ. 64. *Apertum eſt illico os ejus*
ſcilicet patris, *& lingua ejus, & loque-*
batur benedicens Deum. S. Ambroſius. verſ. 64.
Continuò reſoluta eſt lingua ejus, & a-
pertum eſt os ejus. Euthymius. *Apertum*
eſt repentè os ejus. Arias. *Et lingua ejus*
efformata eſt. De oraculis ejus Zacha-
rias Pater hæc effatur. Verſ. 76. *Et tu*
puer Propheta altiſsimi vocaberis, præ- verſ. 76.
ibit enim ante faciem Domini parare
vias ejus. Noſter Beauxamis ex Græ-
co. *Et tu puelle omni publico teſtimonio*
Propheta altiſsimi vocaberis. Ideſt non
ſequeris voluntatem propriam, ſed
Dei. Caſſianus lib. 3. de Baptiſtâ. *Vi-*
tuperatur autem qui propriâ directione Caſſian.
præambulat. Vel *præibis*, ideſt non pro-
phetabis futurum vel abſentem, ſed
exiſtentem & præſentem. Quod fue-
rit miſſus teſtatur Joannes Evangeli-
ſta cap. 1. verſ. 6. *Fuit homo miſſus à*

Deo

Deo, cui nomen erat Ioannes. Quoad
Zachariam Patrem, verſ. 7. *Et Zacharias Pater ejus prophetavit dicens, &c.*
S. Ambr. Sanctus Ambroſius ſermone 2. de
Baptiſtâ. *Vbi* (inquit) *Ioannes naſcitur fit repentè pater Propheta, vel Pontifex, loquelæ uſum recipit, prolem affectio ſuſcipit, ſacerdotem functio recognoſcit.* De Simeone Lucæ cap. 2. verſ. 25.
Luc c. 2 verſ. 25. *Et Spiritus ſanctus erat in eo.* Syriacus.
Et Spiritus ſanctitatis erat ſuper eo.
Verſ. 26. *Et reſponſum acceperat à Spi-*
verſ. 26. *ritu ſancto non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum Domini.* Vatablus. *Eratq́; ei oraculum datum à Spiritu ſancto, &c.* Verſ. 27. *Et venit in Spiritu in templum, &c.* Vatablus. *Venitq́; inſtinctu Spiritus in templum, &c.*
S. Paulinus epiſt. 3. ad Auguſt. *Spiritu agente.* Gallicanus homil. de Purif. *Spiritu jubente.* Ratio eſt quia ſecundùm S. Hieronymum præfat. in Iſaiã, S. Epiphanium lib. 2. hæreſi 48. D. Thomam 2. 2. quæſt. 171. art. 1. Prophetæ cognoſcebant ex inſtinctu divino, quæ fiebant & dicebantur, ut patet de Eliſeo lib. 4. Regum cap. 5. Igitur cùm Simeon cognoverit Spiritu ſancto monente Chriſti adventum in templum, rectè colligitur fuiſſe magnum Prophetam, quod patet ex Textu. Nam verſ. 34. poſtquam illis
verſ. 34. benedixit, ſubdit. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael.* Euthymius. *Ecce ſitus eſt hic in caſum & in reſurrectionem.* Arias. *Ecce jacet in caſum & in reſurrectionem.* San-
S. Ambr. ctus Ambroſius. *Simeon prophetat in ruinam & in reſurrectionem plurimorũ veniſſe Dominum Ieſum, ut juſtorum, iniquorumq́; merita diſcernat, & pro noſtrorum qualitate factorum judex verus & juſtus, aut ſupplicia decernat, aut*
verſ. 35. *præmia.* Secundò, verſ. 35. *Et tuam* (inquit) *ipſius animam pertranſibit gladius vt revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Syriacus. *Cæterùm animam tui ipſius trajicies lancea, & ut revelentur cogitationes cordium multorum.* Græcus. *Pertranſibit gladius acutus.* Vatablus. *Quin & tuam ipſius animam penetrabit gladius.* Quid his oraculis intendat Simeon, vide Timotheum Hieroſolymitanum homiliâ de Prophetiâ Simeonis; & alios Pa-
tres apud noſtrum Sylveiram tomo 1. in Evangelia lib. 2. cap. 6. & alios Interpretes.

Sic Chriſtus mittens ſuos Apoſto- IV.
los ut omnibus gentibus prædicent propter communem Eccleſiæ utilitatem, ac fidem magis ſtabiliendam & propagandam, vel ſuam miſſionem verificandam non opes, non ſceptra, ſed eis dedit ampliſſimam facultatẽ
patrandi miracula, Marci cap. 6. ver- Mar. 16
ſu 17. *Signa autem eos, qui crediderint* verſ. 17.
hæc ſequentur, in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis. Verſ. 18. *Serpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt.* Non vocat miracula, ſed ſigna, quia illa patranda erant, ut eſſent tanquam ſigilla & teſtimonia ad ſignandam & cõfirmandam fidei veritatem & miſſionem Apoſtolicam. Gregorius homilia 29. in Evangelia rectè ait. *Nun-*
quid fratres mei, quia iſta non facitis S. Greg.
minimè creditis? ſed hæc neceſſaria in exordio Eccleſiæ fuerunt, vt enim creſceret multitudo credentium miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cùm arbuſta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quo uſque ea in terrâ coaluiſſe videamus, & ſi ſemel radicem fecerint irrigatio ceſſabit. Eodem modo reſpondent S. Auguſtinus lib. 22. de Civit. cap. 8. lib. de utilitate credendi contra Manichæos cap. 16. Beda, Haymo, & alii. Licet Chriſtus tantùm quinque miraculorum mentionem faciat. 1. *Dæmonia ejicient,* 2. *Linguis loquentur novis.* 3. *Serpentes tollent.* 4. *Etſi mortiferum quid biberint eis nõ nocebit.* 5. *Super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Tamen ſub illis alia miracula intelliguntur, inquit noſter Sylveira tomo 5. lib. 9. cap. 10. quæſt. 12. Undè verſ. 20. Marcus adjicit. *Illi autem profecti prædicaverunt Domino*
cooperante, & ſermonem confirmante ſe- verſ. 20.
quentibus ſignis. Syriacus. *Illi autem exierunt, ac prædicaverunt ubique, & Dominus noſter adjuvabat eos, & confirmabat ſermones eorum, per ſigna quæ ipſi edebant.* Arabicus. *Et prædicaverunt in omni loco, & Dominus operabatur vim illis & confirmati ſunt in ſermone propter ſigna quæ ſequebãtur eos.* Haymo

ſubdit

Haymo. Haymo ſubdit quod Apoſtoli, *Quidquid dicebant verbis, Dominus confirmabat miraculis.*

§. 3.

Recenſentur Apoſtoli.

I. VT Eccleſiæ propagatio & ſanctimonia magis innoteſcat plurimùm expedit, ut Apoſtoli, aliqui Diſcipuli Chriſti, & Miſſionarii à Sede Apoſtolicâ ad idololatriam, hæreſim, aliaſque impietates eradicandas deſtinati recenſeantur. Hoc Apoſtolis. Poſtquã Chriſtus pernoctavit in oratione: *Vocavit diſcipulos ſuos* (inquit S. Lucas c 6. v. 13) Luc. c. 6. verſ. 13. *& legit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit.* verſ. 14. Verſ. 14. Primò *Simonem, quem cognominavit Petrum.* 2. *Andream fratrem ejus.* 3. *Iacobum,* 4. *& Ioannem,* 5. *Philippum,* 6. *& Bartholomeum,* 7. *Matthæum.* 8. *& Thomam,* 9. *Iacobum Alphæi,* 10. *& Simonem, qui vocatur zelotes,* 11. *& Iudam Iacobi,* 12. *& Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor.* Hujus locum occupat Matthias ut Lucas refert Actorum cap. 1. verſu 26. Act. c. 1. verſ. 26. *Cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.* Quibus adjunctus eſt Paulus Actorum cap. 9. & ductus à Barnabâ ad Apoſtolos, verſ. 27. *Vt ab eis* (inquit Cornelius ibi) Cornel. *Non tantùm inter Chriſtianos, ſed & inter Apoſtolos admitteretur, utpotè à Deo creatus Apoſtolus: imò electus vas electionis.*

§. 4.

Ad dicanda præcipua Legis Evangelicæ Myſteria Apoſtoli à Chriſto miſſi.

I. SAcroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum Chriſtus inſtituturus à miſſione auſpicatus eſt Matthæi cap. 26. verſ. 27. Mat 26 verſ 17. *Primâ die Azymorum acceſſerunt Diſcipuli ad Ieſum dicentes, ubi vis paremus tibi Paſcha?* Marci cap. 14. verſ. 12. Mar. 14 verſ. 12. *Quò vis eamus & paremus tibi, ut manduces Paſcha.* Cùr non dicunt imus parare domũ, hoſpitium, cœnaculum? quia nemo in illud munus Apoſtolicũ ſe ingerere debet & intrudere ad tanti myſterii præparationem prædicandam, niſi vocatus ſit, electus & deſtinatus, Hebræorum cap. 4. verſ. 5. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Heb. 10. verſ. 5. Et Roman. cap. 10. verſ 15. *Quomodo prædicabunt niſi mittantur.* Scilicet à Deo, vel ejus Vicariis. Undè Marcus verſ. 12. ſubdit. Marc. verſ. 12. *Et mittit duos ex diſcipulis, & dicit eis ite in civitatem.* Et Lucæ cap. 22. verſu 8. *Et miſit Petrum & Ioannẽ.* Luc. 22. verſ Theophilactus. Theoph. *Mittuntur Petrus ut diligens. Ioannes ut dilectus.* Scilicet Chriſto magis familiares, Petrus vitæ activæ ſymbolum, Joannes vitæ contemplativæ idæa, ut innuat eos ad prædicandum Evangelium mittendos, qui in vitâ activâ & contemplativâ verſati ſunt. Miſſionarii quod argumentum primum proponere debent? Baptiſmum ſeu Pœnitentiam. Lucæ verſ. 10. *Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, ſequimini eum in domum, in quam intrat.* Cur pro ſigno hujus miſſionis dat occurſum hominis amphoram aquæ geſtantis? Venerabilis Beda. Beda. *Parant Paſcha, ubi amphora aquæ.* & Tertullianus lib. de Baptiſmo cap. 19. Tertull. *Paſcha celebrandæ locum de ſigno aquæ oſtendit.* S. Ambroſius lib. 10. in Lucam hanc circumſtantiam expendens exclamat. *O aqua tu incipis prima, tu comples perfecta Myſteria!* Tu incipis ſcilicet in Nuptiis Cana, tu comples cùm Sacramentum Euchariſticum inſtituturus hominem aquæ bajulum occurrentem diſcipulis tuis inducis. Quid per aquam intelligis? Baptiſmum vel Pœnitentiam, Tertullianus lib. de Baptiſmo cap. 10. *Hos duos baptiſmus de vulnere perfoſſi lateris emiſit, ut qui ſanguinem eius crederent, aquâ lavarentur, qui aquâ laviſſent etiam ſanguine potarent.* Quibus verbis oſtẽdit ſumptioni Euchariſtiæ baptiſmum vel pænitentiam debere præmitti, undè ſanctus Ambroſius in cap. 22. Lucæ terùm exclamat. S. Ambr. *O aqua, quæ Sacramentum Chriſti eſſe meruiſti! quæ lavas*

omnia

omnia, nec laveris. Et infra. *Per te fæ-tor rabidæ carnis abolетur, & pereunt ia ſitu viſcera aſperſo ſale in multam ſer-vatur ætatem. Per te arentibus æſtu corporibus dulcis ad gratiam, ſalutaris ad vitam, ſuavis ad voluptatem potus infunditur.* A quo Joannes Baptiſta ſuam prædicationem auſpicatus eſt?
Mat. 3. verſ. 2. Ab aquâ, Matthæi cap. 3. verſ. 2. *Pœnitentiam agite, appropinquavit reg-num cælorum.* Idem argumentum ſu-mit Chriſtus dum munus prædicatio-nis aggreditur cap. 4. poſt jejunium quadraginta dierum & noctium. ver-ſu 17. *Exindè cæpit Ieſus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, appropinqua-vit enim regnum cælorum.* Et Actor. cap. 2. verſ. 38. Petrus primam ſuam
Act. c. 2. verſ. 38. concionem plenus Spiritu ſancto ita incipit *Pœnitentiam agite & baptize-tur unuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ve-ſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.* Hæc prædicatio tam efficax fuit, ut *appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.*

II. Quod ad hunc partum Eccleſiæ & fœcunditatem Euchariſtia maximè concurrerit teſtatur Chriſtus Joannis
Ioan. 12. verſ. 32. cap. 12. verſ. 32. *Amen amen dico vo-bis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum non fuerit nullum fructum affert.* Origenes. *Fru-ctum plurimum affert.* Syriacus. *Fru-ctus multos affert.* S. Epiphanius. *Mul-ta grana parit.* Quid per granum in-telligit? Sanctus Auguſtinus tract. 51.
S. Auguſtinus. in Joannem. *Seipſum Ieſus dicebat, ip-ſe erat granum mortificandum & multi-plicandum. Mortificandum in infideli-tate Iudæorum, multiplicandum in fide omnium populorum.* Ideſt, quemadmo-dum granum tritici ſeminatum in terra, niſi in eâ moriatur, ſeu corrum-patur, mortificetur, & in aliam ſub-ſtantiam, ſcilicet germen terræ calo-re reſolvatur, non germinat, nec fru-ctum facit, ſed ſi moriatur germinan-do multum fructum affert, ſeſeque multiplicat: ita ut unum granum ex ſe producat 20. 30. 60. grana. Sic ego, qui ſum quaſi granum tritici è cœlo in terram miſſum mori debeo, ut per mortem meam, ejuſque meritum & exemplum, multos virtutum & fide-lium partus, eoſque pulcherrimos & ſaluberrimos producam non ſo-lum Martyrum, ſed in omni ſtatu & conditione, ita ut de Chriſto veriùs dicere poſſumus quod S. Gregorius lib. 3. dialog. cap. 31. de S. Herme-nigildo à Patre Leonigildo Rege Ari-ano interempto ob confeſſionem fi-dei Catholicæ, pronunciavit. *Vivus in gente illa mortuus eſt, ut multi vive-rent, & dum unum granum fideliter ce-cidit, ad obtinendam fidem animarum, ſeges multa ſurrexit.* Hic enim non tantùm fratrem Recharedum, ſed & univerſam Viſigothorum gentem ab Arianiſmo ad veram fidem con-vertit. At Chriſtus non unam gentē Eccleſiæ peperit, ſed omnes, *multipli-candum in fide omnium populorum* Mel-liſluè S. Bernardus ſermone 15. in Cantica. *Moriatur granum & ſurgat gentium ſeges, oportet pati Chriſtum, & ſurgere à mortuis, & prædicari in nomi-ne ejus pœnitentiam & remiſſionem pec-catorum, non ſolum in Iudæam: ſed etiā in omnes gentes, quatenus ab uno nomi-ne, quod eſt Chriſtus millia millium cre-dentium Chriſtiani dicantur, & dicant oleum effuſum nomen tuum.* S. Greg. S. Bernardus.

III. Non minus propriè hæc Chriſti verba aliqui explicant de myſterio Euchariſtiæ in quo recolitur memo-ria paſſionis ejus, & in quo Chriſtus inſtar Eliſei filium Sunamitidis, ſeu Eccleſiam regeneraturus, lib 4. Reg. cap. 4. verſ. 34. *Aſcendit & incubuit ſuper puerum.* Theodoretus. *Inſuffla-vit & ſuſcitavit adoleſcentem.* Propria Carne in os immiſsâ hominem ſu-ſtentans, ipſi vitam gratiæ confert, prolem Eccleſiæ ſuſcitat. *Corpus Chri-ſti* (inquit Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagogæ cap. 6.) *novam cæ-tum verbo nutrit, quem ipſe Dominus carnali labore peperit, quem ipſe faſciis alligavit Dominus pretioſo ſanguine. O partum ſanctum! verbum eſt omnia in-fanti, & Pater & Mater, & altor; co-medite carnes meas.* Quibus verbis in-nuit quod carne Chriſti novi fidelium populi ad Eccleſiam accedunt. Id e-leganter declarat Sanctus Methodius in Sympoſio decem Virginum. *Excl-pit autem illud ipſum ſemen & formas* 4. Reg. 4. v. 34. Clemens Alexand. S. Methodius.

Eccleſia ad generandam virtutem. Non enim poteſt aliter Eccleſia concipere credentes, & regenerare per lavacrum, niſi & Chriſtus propter eos ſe exinaniens, ut capi poſſit, ſecundum commemorationem paſſioni, iterùm moriatur è cœlo deſcendens. Non minùs ingenioſè ſan-

s. Baſilius ctus Baſilius in Miſsâ. *Quam reverenda eſt hora iſta, dilectiſſimi, cùm Spiritus vivus & ſanctus è ſupernis cœlorum ſedibus deſcendit, atque incubat, manetq; ſuper hanc Euchariſtiam propoſitã.* Alludit vel ad Eliſeum incubantem puero, vel ad Spiritum ſanctum, qui Geneſis cap. 1. ſecundùm Septuaginta incubabat ſuper aquas fovens & fœcundans eas ad partus cœleſtes edendos, ſeu potius incubat ſuper Euchariſtiam, ut per eam innumeras proles Eccleſiæ pariat.

IV. Id inſinuaſſe videtur Chriſtus Joannis cap. 6. verſ. 52. *Panis quem ego*

Ioan. c. 6 verſ. 52. *dabo caro mea eſt pro mundi vita.* Syriacus. *Panis, quem ego dabo corpus meum eſt, quod pro mundi vitâ do.* Theophilactus & Euthymius. *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vitâ* Ideſt ſœculi vitâ, ſeu ad mundum à morte revocandum ad vitam: ut à filiis peccati & mortis tranſeant ad filios Dei & Eccleſiæ, quia Euchariſtia eſt Mater & nutrix & altrix. Hujus rei præclaram idæam nobis ſuggerit Textus ſacer Geneſis cap.

Gen. 29 verſ. 5. 39. verſ. 35. ubi de Liâ ait, quod *parere ceſſavit.* Cur etiam non dicit de

Drogo. Rachel, quod *parere ceſſavit?* Drogo lib. de Sacramento Paſſionis. *Rachel juxta Bethleem ſubter ſilicem crucis ſuperpoſita eſt, nimirùm ſedet ad pedes Ieſu ut de domo panis ſemper fœcunda pariat.* Quaſi diceret, ſcire vis cur Rachel ſeu Eccleſia fœcundos ſemper partus habeat? quia panis cœleſtis illi nunquã deficit, quemadmodum in domo mulieris Sareptanæ toto tempore famis,

I. 3. Reg. 17. v. 17. lib. 3 Regum cap. 17. verſ. 16. *Hydria farina non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus.* Sic (inquiunt Algerus Scholaſticus Leodicenſis de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini, & alii contra Berengarium, Lanfrancus) panis Euchariſticus, qui quotidie à fidelibus comeditur non conſumitur, nec deficit unquam, & eo non deficiente Eccleſia ſemper fœcunda eſt, novas proles quotidie edit juxta Chriſti promiſſum Matthæi cap. 28. verſ. 20 *Ecce ego vobiſcum ſum* Mat. 28

omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. verſ. 20. Quomodò manſurus eſt? præſentiâ & fœcunditate mirabili Euchariſtiæ, Eccleſiam novo fœtu multiplicantis, roborantis, conſolantis, dirigentis.

Quomodò Eliſeus filios Propheta- V.

rum ſui ſequaces & aſſeclas habuit, eorumque cœtum multiplicavit? Pal- 4. Reg. c. 2. v. 13

lio Eliæ, lib. 4. Reg. cap. 2. verſ. 13. verſ. 14.

Levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei, &c. verſ. 15. Verſ. 14. *Percuſſitq; aquas, & diviſa ſunt huc atque illuc, & tranſiit Eliſeus.* Verſ. 15. *Videntes autem Filii Prophetarum qui erant in Iericho.* Scilicet (inquit Joannes 44. lib. de inſtitut. Monach. cap. 23.) *Iordanem miraculosè ceſſiſſe Eliſeo, agnoverunt eum ſuccedere Eliæ in duplici ſpiritu* Ioan. 44.

prædicto. Dixerunt *Requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum, & venientes in occurſum eius adoraverunt eum proni in terram.* Joannes Patriarcha. *Recipientes eum pro Elia in præcipuum eorum Patrem & Magiſtrum.* Quod motivum habuerunt? idem Patriarcha reſpondet. *Videbant eum habitu Eliæ & ſpiritu dotatum.* Pallium Eliæ (inquit Drogo) eſt ænigma Euchariſtiæ, quam Chriſtus nobis reliquit. Undè Eliam ſeu potius Chriſtum ita affatur. *Remanſit pallium tuum in memoriam* Drogo.

tui. Hoc ſimile (ait) *in meam commemorationem, hoc eſt Sacramentum corporis tui, quod ſumimus in tui commemorationem, dum venias. Pallium tuum eſt caro tua, in quâ veſtitus ad nos proceſſiſti.* Et tot hominum cœtus, tot regiones, tot regna, Eccleſiæ ſponſæ tuæ aggeneraſti. Quid eſt Elias, Sol (inquit S. Chryſoſtomus.) Quid eſt Chriſtus? *Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter* (inquit Eccleſia.) Quid ſunt Miſſionarii & Viri Apoſtolici? Chriſtus reſpondet eſſe aſtra mundi, Matthæi cap. 5. Matt. 5.

verſ. 15. *Vos eſtis lux mundi.* verſ. 15. Quâ ratione Apoſtoli orbem illuſtrarunt? Per Euchariſticum convivium, teſte eodem Chriſto. *Neque lucernam accendunt & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus,*

Clemens Alexand. *qui in domo ſunt.* Clemens Alexandrinus libro 1. Stromatum cap. 2. pro *in domo ſunt*, ſcribit. *Vt luceat omnibus, qui accepti fuerint in convivio.* Per Per Convivium intelligit auguſtiſſimum Euchariſtiæ epulum, quo Viri Apoſtolici ad Eccleſiæ gremium introducunt homines, eos ibi continent & fovent. Undè S. Cyrillus in Catena vocat carnem Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, *Quoddam ſemen* S. Cyrill. *vivificativum.* His verbis. *Corpus vitæ quaſi quoddam ſemen vivificativum inventatur in nobis.* Semen vivificativum animæ, & multiplicativum Eccleſiæ. Vide dicta tomo 1. cap. 6. §. 1.

§. 5.

Nonnulli Chriſti Diſcipuli recenſentur.

I. VT miniſterium Evangelicum operoſius, facilius, & citius fieret, S. Lucas cap. 10. verſu 1. ſcribit ſeptuaginta duos diſcipulos fuiſſe à Chriſto deſignatos. *Poſt* Luc. 10. verſ. 1. *hæc deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quò erat venturus.* Syriacus. *Poſt hæc ſecrevit Ieſchua è diſcipulis ſuis alios ſeptuaginta, miſitq́ eos binos.* Anacletus papa epiſt. decretal. motivum hujus deſignationis allegat dicens. *Videntes ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum meſſis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam. Indè electi ſunt ab eis* Anaclet. *ſeptuaginta duo.* Et epiſt. 3. *Cùm verò meſſis cœpiſſet creſcere, videns paucos operarios, ad eorum adjumentum ſeptuaginta eligi præcepit diſcipulis.* Aliqui contendunt hos diſcipulos electos fuiſſe ab Apoſtolis & adductos ad Chriſtum; alii verò fuiſſe immediatè deſignatos à Chriſto. Noſter Sylveira tomo 3. lib. 5. cap. 18. quæſt. 2. num. 14. ſcribit poſt Salmeronem, Maldonatū, Baronium, Cornelium, duodecim Apoſtolos in magno honore & veneratione fuiſſe propter duodecim Patriarchas, & Diſcipulos propter ſeptuaginta Seniores, quos Moyſes Numer. cap. 11. verſ. 24. deſtinavit ad cauſas populi. Ut ita æqualiter diviſi ſeptuaginta duo in duodecim tribubus, ex unaquaque tribu ſex judices cōſiſterent, ut tantus honor æqualiter ab omnibus participaretur. Sic Chriſtus elegit in Eccleſiâ ſuâ duodecim Apoſtolos tanquam totius Eccleſiæ Principes, & ſeptuaginta duos diſcipulos, ut ita æqualiter diſtributi cuilibet Apoſtolo ſex Diſcipuli ſuccurrerent in miniſterio Verbi Dei. Iſaiæ cap. 6. Sex alis ſtabant Seraphim Deo inſervientes, ſic cuilibet Apoſtolo tanquam Seraphino in Eccleſiâ Dei militante dat ſex alas, ſeu operarios ad meſſem Evangelicā. Vel Exodi cap. 15. verſ. 27. Juxta 12. fontes aquarum extabant, 72. palmæ. Item 72. Interpretes, qui rogatù Ptolemæi Scripturam ſacram ex Hebræo tranſtulerunt. S. Iſidorus lib. 1. Etymol. 21. ait quod Concilium magnum Synedrim conſtabat 72. Senioribus. Fertur Exodi cap. 28. verſ. 33. quod in veſte Pontificis erant 72. mala punica, & totidem tintinnabula. Sic Chriſtus dedit Eccleſiæ ſuæ 72. duces, qui palmas de hoſtibus fidei reportarent; dedit 72. Interpretes & Magiſtros ſacræ Scripturæ; 72. Viros magnos ad regimen & conſilium; 72. tintinnabula circumdata malis punicis ignitæ charitatis & zeli ad docenda fidei myſteria, & convertendos populos infideles. Vel ſicut Lucas cap. 3. verſ. 23. ſumit Chriſti generationem per ſeptuaginta duas aſcendens uſque ad Adamum *Qui putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, &c. qui fuit Adam, qui fuit Dei.* In quo univerſalitas hominum & linguarum involvitur, ut ſignificaretur verbum fuiſſe incarnatum ad ſalvandas omnes gentes ubique diſperſas. Undè non uſque ad Abraham caput populi Iſraelitici, à quo Matthæus ſuç genealogiæ ſumpſit exordium, ſed ad Adamum communem omnium parentē devenit per 72. generationes, ut oſtendat ſe omnium hominum eſſe Salvatorem, ut ingenioſè animadvertit S. Irænæus lib. 3. cap. 33. Vel ex D. Auguſtino in quæſt. Evang. Gloſsâ, Bedâ, Hugone, hoc numero innuit

Chriſtus quod per hos 72. & ſucceſſores myſterium Trinitatis, annunciandum foret. Nam cum ſingulis diebus ſol gyret & mundum illuſtret ſpatio 24. horarum, triduanus ambitus componitur ex horis 72. colligitur hanc lucem ac fidem Trinitatis per præfatum prædicantiũ numerum eſſe per orbem univerſum diffundendam. Vel denique mittuntur 72. Diſcipuli (inquiunt S. Bonaventura, Beda, Gloſſa & alii) quia Evangelium totidem linguarum gentibus diviſis in diſperſione Babel erat annuntiandum.

II. Cur S. Lucas cap. 6. verſ. 13. Matthæus cap. 10. verſ. 2. Marcus cap. 3. verſ. 16. nomina Apoſtolorum ſigillatim referunt, & horum 72. Diſcipulorum ſubticent. Reſpondet noſter Sylveira ſupra num. 2. diſcrimen eſſe quod Apoſtoli ſint digniores & primarii Eccleſiæ proceres, & ideò corũ nomina debuerunt individualiter exprimi. Secundò S. Paſchaſius lib. 6. in Matth. ad cap. 10. inquit ut oſtenderet Chriſtus hanc legem eſſe excellentiorem veteri, duodecim Apoſtolorum nomina expreſſit. At verò duodecim Exploratorum qui miſſi ſunt in terram promiſſionis Deuterom. cap. 1. verſ. 23. minimè. Tertiò, 72. nominatim numerat Dorotheus Tyrius tomo 3. bibliothecæ Patrum Colonienſis editionis pag. 129. At Baronius ad annum 33. non approbat. Magis favet Epiphanio & Euſebio aliquorum nomina referentibus noſter P. Lezana ad annum Chriſti 75. numer 3. ſcribit etiam præfatorum catalogum extare apud Petrum de Natalibus, qui poteſt à Lectore conſuli. Nihilominus de aliquibus Diſcipulis Chriſti & Apoſtolorum Coadjutoribus infra diſſeremus.

§. 6.

Apoſtoli & Diſcipuli Chriſti à V. Mariâ inſtruuntur.

I. Cum poſt Chriſti aſcenſum in Cœlum è monte Oliveti Apoſtoli Jeroſolymam petiiſſent acceſſit etiam cum illis ad Cœnaculum Deipara Virgo Actor. cap. 1. verſ. 14. ubi ultimo loco illa nominatur. *Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Mariâ Matre Ieſu.* Actor. 1. verſ. 14. Cur Regina Apoſtolorum & omnium fidelium ponitur ultimo loco? *Itanè* (inquit mellifluus Bernardus ſermone de verbis Apocalypſis, *Signum magnum*) *& mulierũ ſeſe ultimam exhibebas, ut noviſſimè omnium poneretur?* S. Bernardus. Dat cauſam. *Cùm Maria quantò maior erat humiliares ſe, non modò de omnibus, ſed & præ omnibus meritò facta eſt noviſſima prima, quæ cùm prima eſſet omnium ſeſe noviſſimam faciebat. Meritò facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam. Maria denique ſuper Angelos exaltata eſt, quæ infra viduas & pœnitentes, infra eam, de qua ejecta fuerant ſeptem dæmonia, ineffabili ſeſe manſuetudine humiliabat. Obſecro vos Filioli, æmulamini hanc virtutem, ſi Mariam diligitis, ſi contenditis ei placere.*

II. Quod etiam in die ſacro Pentecoſtes foret cum Apoſtolis in Cœnaculo, dum Spiritus in Diſcipulos venit, Teſtantur plures Hiſtorici & omnes Imagines deſcenſum Spiritus Sancti referentes. Nec Jeroſolymâ diſceſſit uſque ad diviſionem Apoſtolorum. Ratio Patris Lezana ad annum Chriſti 36 eſt. *Quæ enim Magiſtra Apoſtolorum effecta fuit, ab illorum conſortio,* Lezana. *donec ipſi ſepararentur, ſeparari non debuit.* Primò quia eos dirigere debuit, utpotè novellas plantas nondum firmo in ſtipite conſiſtentes, non erant firmi ut calumniis, injuriis, perſecutionibus, irriſionibus, flagellis, objecti conſtantes eſſent, ut exilia, ſerras, equuleos, aliaque ſupplicia, martyria patienter ferrent. Teſtatur enim S. Lucas Actorum cap. 7. quod primo anno ab Aſcenſione ſæviſſima perſecutio orta eſt in Eccleſia, maximè poſtquam Stephanus in Concilio doctè & fusè cauſam ſuam egit, fusè perorans, refricans hiſtorias Abrahæ, Iſaac, Jacob, Moyſes & prophetarum, qui prænunciaverunt Chriſtum. Tunc enim Judæi non ferentes ejuſmodi correptionem ſtridentes

dentes & furentes rapuerunt eum, & lapidibus obruerunt. Dorotheus in Synopſi ſcribit eodem die Nicanorem & duo millia Chriſtianorum fuiſſe interfecta. Cui conſonat id quod Apoſtolus Paulus narrat de ſe ipſo cap. 16. verſ. 27.

III. Magiſtram Apoſtolorum ſe exhibuit, dum eos verbo & exemplo docuit. Quamvis enim illi in die Pentecoſtes omnem veritatem & omnia myſteria à Spiritu ſancto didicerint, tamen plenius, perfectius, credibilius, eminentius, manifeſtius à Deiparâ Virgine perceperunt eodem Spiritu ſancto ita volente & diſponente; ab eâ (inquam) quæ non tantùm ſimplici intelligentiâ, ſeu ſcientiâ, ſed etiam ipſo effectu & experientiâ Filii ſui myſteria cognoverat, & cum ipſo operata fuerat. Quis enim Incarnationem, ortum, incunabula, infantiã, pueritiam, adoleſcentiam, adorationem Paſtorum, Magorum, circumciſionem, occurſum Simeonis, anno 12. diſputationem cum Doctoribus, &c. melius noſce poterat quàm ipſa. *Pluris enim oculatus teſtis quàm auriti decem.* Inquit vulgatum proverbium. At Beata Virgo horum omnium, & aliorum teſtis oculata fuit. Quare de iis plenius & fuſius diſſerere poterat. *Ab ipſa* (inquit Euſebius in Evangelio de feſto Aſſumptionis) *hæc Apoſtoli didicerunt, & ipsâ dictante ſcripſerunt, nobiſq; legenda mandaverunt.* (Euſebius Emiſſen.) Hinc S. Idelfonſus ſerm. 1. de Aſſumptione vocat eam *Arcam novi teſtamenti.* S. Ambroſius lib. 2. de Virginibus. *Diſciplinam omnium.* Idiota lib. de contempl. virg. cap. 30. *Doctricem Doctorum.* Andræas Cretenſis de laudibus Virginis, *Declarationem occultorum & profundorum.* Galatinus lib. 7 de Arcanis orthodoxæ veritatis cap. 4. & 12. *Dominam & magiſtram Prophetarum.* S. Laurentius Juſtinianus ſerm. de Nativit. Virginis. *Fidei Magiſterium.* S. Bonaventura in ſpeculo Virginis. *Lucernam Eccleſiæ.* Idem Andræas Cretenſis in encomio de dormitione Virginis. *Propugnaculum fidei Chriſtianorum.* Rupertus Abbas lib. de operibus Spiritus ſancti. *Sanctæ Religionis Magiſtram.*

Noſter S. Cyrillus contra Neſtorium IV. ità eam affatur. *Tu lucerna inextincti luminis, ſceptrum orthodoxæ fidei, &c.* (S. Cyrill.) *Omnis creatura idolorum errore detenta converſa eſt, ad notitiam veritatis, & fideles homines ad ſanctum Baptiſma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum conſtructæ ſunt Eccleſiæ. Te adjutrice gentes veniunt ad pænitentiam, &c.* (S. Ignat.) A Sancto Ignatio Martyre epiſt. ad ſanctum Joannem Evangeliſtam *Noſtra religionis & pænitentiæ magiſtra* nuncupatur. A ſanctâ Brigittâ in ſuis revelationibus, in ſermone Angelico cap. 19. *Virgo Maria erat Magiſtra Apoſtolorum, conſolatrix Martyrum, Doctrix Confeſſorum, chariſsimũ* (S. Brigit.) *ſpeculum Virginum, conſolatrix Viduarum, in conjugio viventium ſaluberrima monitrix, atque omnium in fide Catholicâ perfectiſsima roboratrix.* Magiſterium ſuum patefecit in Concilio Jeroſolymitano. Nam cùm Actorum cap. 15. Antiochiæ ortà eſſet quæſtio an gentiles Chriſtiani debeant circumcidi, & ſervare legem, ut ea ſolveretur Paulus & Barnabas miſſi ſunt Jeroſolymam, ubi primum Conciliũ celebratum fuit. Rupertus lib. 1. in Cantica exiſtimat B. Virginem quaſi magiſtram Apoſtolorum hanc quæſtionem ſolviſſe, ac definiviſſe, non quod illa interfuerit Concilio (hoc enim fœminam non decebat juxta illud Apoſtoli ad Timotheum 1. epiſt. cap. 2. verſ. 12. *Mulieri docere non permitto.*) Sed privatim ab Apoſtolis conſulta prima ſententiam pronunciarit. Joannes Evangeliſta inter omnes Apoſtolos arcana divinitatis magis penetravit. *Unde* (inquit S. Auguſtinus tract. 36. in Joannem) (S. Auguſtinus.) *Sanctus Ioannes Apoſtolus non immeritò aquila comparatur, altius, multoque ſublimius aliis tribus erexit prædicationem ſuam, & in ejus erectione etiam corda noſtra erigi voluit. Nam cæteri tres Evangeliſtæ tanquam cum homine divino in terra ambulantes de divinitate ejus pauca dixerunt. Illum autem quaſi piguerit in terra ambulare, ſicut ipſe exordio ſui ſermonis intonuit, erexit ſe, non ſolum ſuper terram, & ſuper omnem ambitum aeris, & cæli: ſed ſuper etiam omnem exercitum Angelorum, omnemq; conſtitu-*

tionem inviſibilium poteſtatum, & pervenit ad eum, per quem facta ſunt omnia, dicendo, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Huic tantæ ſublimitati principii, etiam cætera congrua prædicens, & de Domini divinitate, quomodò nullus alius eſt locutus, hoc ructabat, quod biberat. Scio præfatum Auguſtinum conſequenter aſſerere, quod tam ſublimem ſcientiam hauſerit, dum in Cœnâ ultimâ ſupra pectus Domini recumberet. At non minus probabiliter credo quod hanc Theologiam etiam didicit in intimâ familiaritate, quam habuit cum Deiparâ, poſtquam individuus ejus comes, cuſtos fidelis, & filius adoptivus creatus eſt, maximè cum eâ in monte Sion diu cohabitavit. Hanc opinionem mihi ſuggerit S. Ambroſius lib. de inſtitut. Virginum cap. 7. his verbis. *Mirum non eſt præ cæteris Ioannem locutum fuiſſe divina myſteria, cui præſto erat aula cæleſtium Sacramentorum.* S. Ambr.

V. Eâdem charitate multa cum ſancto Lucâ contulit, quem nonnulli Virginis Deiparæ Vicarium appellant. Sancta Brigitta in orat. de Virginis excellentiâ, & Idiota lib. de contemplat. Virg. cap. 1. aiunt Beatum Lucam deſcriptionem Dominicæ Incarnationis à Deiparâ accepiſſe, quod ipſemet innuere videtur dum cap. 1. ſui Evangeli verſ. 2. ſcribit. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis.* Maximè quæ etiam conceptionem, nativitatem S. Joannis Baptiſtæ, Gabrielis annuntiationem, Elizabeth viſitationem, myſteria ibi peracta, Canticũ *Magnificat* ab eâ pronunciatum, Chriſti habitationem in Nazareth, ſubjectionem & obedientiam erga Matrem ſuam & Joſeph, aliaque uſque ad baptiſmum Joannis concernunt. non eſt etiam dubium, quin ex ore Mariæ acceperit ipſiſſima verba, quæ Zacharias Pater Joannis, & Simeon Sacerdos cecinerunt. Idem aſſerendum eſſe de aliis Evangeliſtis tradunt S Hieronymus, ſeu ſecundùm illos Sophronius ſermone de Aſſumptione B. Virginis. S. Idelfonſus ſerm. 5. de Aſſumptione. S. Bernardus ſerm. 5. ſuper *miſſus.* Euſebius Emiſſenus ſupra, Dionyſius in 1. diſt. 16. quæſt. 2. Hic addit Sanctiſſimum Collegium centum viginti virginum obſequio atque regimini Mariæ deputatum, ab eâ inſtructum fuiſſe, ex quo nonnulli colligunt probabiliter ea, quæ S. Marcus in Ægypto ad Monachorum inſtitutionem tradidit (de quibus Caſſianus lib. 1. de inſtitur. renun. cap. 5.) Ex Virginis magiſterio, vel immediatè, vel mediantibus Apoſtolis accepiſſe de conferentiis, quas non tantùm cum Apolis & Diſcipulis, ſed etiam cum alumnis ſeu puellis religioſis habebat, hæc ſcribit Dionyſius *Maria poſt filii ſui aſcenſionem, quotidie, ſeu tempore opportuno edocebat fæliciſſimum illud Collegium centum viginti virginum eius obſequio atque regimini deputatarum.* Quomodo verum ſit illud quo Eccleſia illam affatur. *Cunctas hæreſes ſola interemiſti in univerſo mundo.* Et quod S. Bernardinus Senenſis ſcribit tomo 2. ſermone 51. art. 1. cap. 4. *De Mariâ Eccleſia dignè canit cunctas hæreſes ſola interemiſti in univerſo mundo, quãdo ſcilicet totam veritatem Dei ſic concepit, quod eſſet etiam ipſius Genitrix veritatis.* Idem habet noſter Mathias à S. Joanne part. 3. Hiſtoriæ Panegyricæ noſtri Ordinis cap 23.

Luc c 1 verſ. 2. — Dionyſ. — Bernard. Senenſis

VI. Petrus Caniſius de Deiparâ Virgine lib. 5. cap. 1. ſcribit eam non tantùm religionis noſtræ, & pœnitentiæ magiſtram eſſe, ſed etiam ad eam inviſendam, velut ad cœleſte prodigium, & ſacratiſſimum ſpectaculum complures avidè properaſſe, cum univerſis admiranda eſſet, atque deſiderabilis, eamque videre & alloqui gauderent. Inter hos Dionyſium Areopagitam recenſet, qui cùm ad Mariam veniſſet, neque tam formam corporis, quàm morum ſanctitatem, & neſcio quem divinum in eâ fulgorem ſpectaſſet, hoc dixiſſe fertur. *Niſi mihi de filio tuo eſſet revelatum, facile crederem alium præter te non eſſe Deum.* Digna eſt autem hiſtoria, quæ pluribus verbis à viro ſancto & docto Dionyſio Rikelio repetita, hoc loco aſcribatur. *Beatus Dionyſius* (inquit) *legitur à Græcia perveniſſe in Iudæam, ac* Petrus Caniſius.

exoraſſe

Digitized by Google

exoraſſe Ioannem Apoſtolum, ut ei dignaretur præſtantiſſimam illam oſtendere fæminam, ex quo univerſarum principium naſci & prodire dignatum erat. Cumq́ Sacra Virgo ſuam illi præſentiam exhibuiſſet, Dionyſium tantâ claritate, luce & gloriâ ipſa intuebatur, quod præ admiratione deficiens, mox in terrâ corruit, ac tandem reverſus ad ſe dixit, niſi ex ratione naturali & fide noviſſem aliam eſſe Deitatem, non putaſſem præter hanc eſſe aliam. Hoc idem recitat Ubertinus lib. de vitâ Salvatoris, addens, quod Dionyſius circa præclariſſimam Virginem vidit innumerabilem exercitum Angelorum adeò venuſtum & perfectum hujus puræ & ſanctæ animæ habitaculum, tamq́ præclarum illud Spiritus ſancti hoſpitium fuit, quod omnes in admirationem raperet, nihil ut in terris ſpectabilius eſſe videretur. Hæc Caniſius. Non eſt dubium quin plurimorum fidei noſtræ documentorum explanationem ab eâ perceperit, ſicut alii, qui cum ipsâ familiariter egerunt, plurimaque, quæ ſuis libris de divinis nominibus, de cœleſti & Eccleſiaſticâ ſcripſit, ex hâc diviniratis arcâ hauſiſſe.

§. 7.

Miſſiones ab Apoſtolis: Miſſio S. Petri ſummariè refertur.

I. IN Pentecoſte accepto Spiritu ſancto non potuerunt ſe continere Apoſtoli quaſi muſto pleni, quin ſtatim in Dei magnalia prædicanda erumperent, ac donum à Spiritu ſancto infuſum patefacerent & in alios effunderent. Quemadmodum enim Deipara Virgo poſt Chriſti cōceptionem exurgens abiit in Montana & cecinit *Magnificat anima mea Dominum.* Sic Apoſtoli Spiritu ſancto, quaſi muſto pleni ſuam miſſionem executioni demandarunt. Undè ſanctus Leo exclamat ſermone 1. de Pentecoſte. (S. Leo.) *O quam velox eſt ſermo ſapientia, & ubi Deus Magiſter eſt, quàm citò diſcitur, quod docetur! Ab hoc igitur die tuba prædicationis Evangelicæ intonuit, ab hoc die imbres chariſmatum, flumina benedictionis omne deſertum, & univerſam aridam rigaverunt.* Ac ut à capite Eccleſiæ auſpicemur, Petrus Actorum cap. 2. verſ. 41. primâ ſuâ concione convertit tria millia hominum qui omnes vendebant poſſeſſiones ſuas, & eorum pretia ponebant ad pedes Apoſtolorum perſeverantes unanimiter in templo, & frangebant circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione in confirmationem ſuæ miſſionis. Petrus ad portam templi ſpecioſam claudum curavit cap. 3. Indeque ſecundâ ſuâ concione ad populum habitâ quinque millia hominum Chriſtianæ Religioni nomen dederunt, cap. 4. Ananiam & Saphiram de pretio agri venditi ſuffurantes ſubitâ morte ad Petri vocem obierunt. Iterùm cum reliquis Apoſtolis carceri mancipatur, ſed ab Angelo liberatus concionatur in templo, ob quam cauſam reductus in Concilium à Magiſtratu examinatus & correptus intrepidè reſpondet.

Anno ſequenti ſcilicet 35. Chriſti, II.
Petrus cum Joanne in Samariam profectus, baptiſatis à Philippo Diacono Sacramentum Confirmationis adminiſtrat, ibiq́ue primum certamen init cum Simone Mago. Anno 37. viſione lintei, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ Actor. cap. 10. *Audiensq́, ſurge Petre, occide & manduca.* Cognovit gentiles admittendos ad Eccleſiam, eiſq́ue evangelium eſſe prædicandum. Quare vocatus à Cornelio Centurione eum cum ſuâ familiâ inſtruxit & baptiſavit. Eodem anno fundavit Eccleſiam Antiochenam, Syriæ Metropolim, & ibi ſedit ſeptem annis. Poſtquam Symbolum condiderunt Apoſtoli diviſi ſunt in varias regiones juxta ſortitionē Provinciarum ab ipſis factam, quanquam ſcriptura annum non exprimat, nec etiam officium Eccleſiæ. Nam Antiphona ad *Magnificat* pro ſecundis Veſperis diei Pentecoſtes juxta Romanum, & noſtrum Breviarium nullum annum declarat, cànit enim: *Hodie Spiritus ſanctus in igne diſcipulis apparuit, & tribuit eis chariſmatum dona, & miſit eos in univerſum*

mundum

mundum prædicare & teſtificari, qui crediderit & baptiſatus fuerit, &c.

III. Anno 44. ab Herode Agrippa incarceratus eſt Petrus, ſed ab Angelo liberatus evangeliſando peragrat Cæſaream, Berythum, Sidonem, Tripolim, Biblum, Orthoſiam, Antandriam, Balanaas, Laodiceam, Cappadociam, aliaſque Provincias & Urbes, ibique Epiſcopos & Sacerdotes conſtituens, tandemque Romam accedit, & ibi anno 45. die 18. Januarii conſtituit Cathedram, fundatque Romanam Eccleſiam, mittitque Prædicatores in omnes orbis Provincias, ubiq; qui Eccleſias fundent & regant, quorum nonnullas recenſebimus, & ſcribit primam epiſtolam. Anno 51. Claudius Imperator Româ Judæos expellit Petrus divino Conſilio redit Jeroſolymam, ubi celebrat primum Concilium, & illi præſidet, cui interfuerunt Paulus, Barnabas & Jacobus, tulitque primus ſententiam, ſtatuitq; legalia à Chriſtianis non eſſe ſervanda. Anno 65 Romam repetit, ibique cum Paulo ferè collapſam diſciplinã Eccleſiaſticam ob Neronis perſecutionem reſtaurat, & ſecundam ſcribit epiſtolam. Cùmque ibi Simon Magus ſuis præſtigiis Romanos, ipſumque Neronem dementaret ab illis divinos honores eſt conſecutus: Petrus cum Paulo certans contra eum, & volare conantem deorſum præcipitat: cùm enim Simon à dæmone in aere raptus eſſet Petro orante lapſus eſt fractis cruribus & coxendice; ac brevi poſt miſeram animam emiſit. Quare Nero videns ſe mago ſuo deſtitutum Petrum & Paulum jubet vinculis Mamertinis mancipari, & anno 69. Chriſti cùm Petrus ſediſſet 25. annis è carcere ubi Proceſſum & Martinianum cuſtodes carceris cum aliis 47. ad fidem Chriſti convertiſſet, & baptiſaſſet miraculosâ aquâ ſubitò ſcatutiente, anno 69. glorioſo Martyrio vitã finivit in Vaticanâ crucifixus capite deorſum juxta ſuam petitionẽ nè videretur Chriſto Crucifixo aſſimilari.

§. 8.

Miſsio Sancti Pauli.

QUamvis Paulus poſtremus omnium ad Apoſtolatũ vocatus ſit, nec ſortitus ſit aliquã Provinciam cum I.
aliis: ſed à Chriſto immediatè creatus: Tamen ſecundum locum more Eccleſiæ aſſignamus, & meritò; nam cùm in terram à Chriſto proſtratus mitteretur ad Ananiam, Actor. cap. 9. verſ. 15. hic audivit, *Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael.* *Act. c. 9. verſ. 15.* Vatablus *Organum electum.* Vocat *vas electionis*, ſeu *organum electum*, quia ex tot millenis hominum millibus, præ cæteris etiam Apoſtolis Deus elegit eum ad evangelizandum ubique tam Judæis, quàm Gentibus. Vide decem alias explicationes apud Cornelium ibi. Converſus illicò incipit Damaſci prædicare, indè abiit in Arabiam, ex quâ rediit Damaſcum, ut ipſe teſtatur Galatis cap. 1. verſ. 17. ubi pro more prædicans, quæſitus ab Aretâ Rege & Judæis ut in carcerem conjiceretur Sportâ demiſſus per murum effugit, abiitque Jeroſolymam ut Petrum videret Galat. cap. 1. verſ. 18. & 2. Corinth. cap. 11. verſ. 32. Anno 42. Antiochiæ cum Barnabâ evangelizat per annum integrum, docetque magnam multitudinem: ita ut tunc diſcipuli vocati ſint Chriſtiani, Act. cap. 11. verſ. 26.

Anno 44. iturus evangelizatum II.
gentibus rapitur in cœlum, auditque arcana verba, quæ non licet homini loqui 2. Corinth. cap. 12. verſ. 2. Anno 45. & ſeq. ſeriò aggreditur miſſionis ſuæ opus ad convertendos gentiles, ac primò cum Barnabâ peragratis Seleuciâ & Cypro venit Salaminam, & poſtquam univerſam hanc inſulam peragravit Paphium appulit, ibique Sergium Paulum Proconſulem ad Chriſtum convertit, indè perrexit Pergen Pamphiliæ & Antiochiam Pyſidiæ, ſed à Judæis expulſus venit Iconium celebre Lycaoniæ oppidum

Actor.

Actor. cap. 13. verſ. 4. & ſeq. Anno 47. Iconii moratus eſt aliquamdiu, ſed non infructuosè, nam plurimos Oppidanos fidei dogmatibus imbuit, ac inter cæteros Theclam Virginem à ſanctis Patribus miris laudibus celebratam; tandem excitato à Judæis tumultu, & civitate in factiones diviſâ, Actor. cap. 13. & 14. Lyſtram & Derbem aliaque Lycaoniæ oppida perluſtravit.

II. Anno Chriſti 48. poſtquam Lyſtræ claudum miraculosè ſanavit à turbis acclamatus eſt Mercurius, & Barnabas ejus comes Juppiter, ſibique ſacrificare volentes repreſſerunt. Mox à Judæis ſeditione concitatâ lapidatus & penè occiſus Paulus profectus eſt Derbem. Poſtea reverſus Lyſtram, Iconium, Antiochiam, Piſidiam, ibi fideles confirmavit, tandemque peragratis urbibus Pamphiliæ, Perge & Attaliâ navigio venit Antiochiam Syriæ, ibique anno 49 factâ relatione eorum, quæ Deo juvante, operatus erat cum Barnabâ ſocio, biennio & amplius iterum divini Verbi prædicationi vacavit, Actor. cap. 14. Anno 51. poſtquam Claudius Imperator Româ Judæos expulit Petrus Jeroſolymam ſe contulit, ut dictum eſt, ibique divini Numinis inſpiratione primum Concilium cogit, & à Moſaicæ legis obſervantiâ Gentiles eſſe immunes, Paulus Petro manifeſtavit. Reverſus Antiochiam, ibique aliquantulum moratus, tandem ſeparâtur à Barnabâ, pergitque cum Silâ in Syriam & Ciliciam confirmans Eccleſias. Poſt venit in Derbem & Lyſtram ubi circumciſum Timotheũ aſſumpſit ut comitem ſuæ peregrinationis & prædicationis, & cum eo Phrygiam, Galatiam & Myſiam perambulat. Cumque Spiritus Sanctus ei prohibuiſſet nè Verbum Dei diſſeminaret in Aſiâ, tranſiens Myſiam venit Troadem, ubi viſione quâdam monitus navigavit in Samothraciã, inde Neapolim & Philippos, ubi Lydiã Purpurariam convertit, & dæmonem Pythonem expulit è puellâ, accuſatus Paulus ab heris puellæ quæſtum facientibus ex oraculis Pythonis, flagellatus & in carcerem detruſus, Mediâ nocte orans cum Silâ & laudans Deum, terræ motu à Deo immiſſo fores carceris aperiuntur, ac innocentium vincula diſſiliunt. Quod videns cuſtos carceris in Chriſtum credidit, Pauli & Silæ plagas lavit, Magiſtratuſque audiens Paulum eſſe civem Romanum liberum dimiſit, Actorum cap. 16. Egreſſus cum Sila Actorum cap. 17. Philippis cùm perambulaſſet Amphipolim & Appolloniam venit Theſſalonicam Metropolim Macedoniæ, ubi plurimas mulieres nobiles & innumeros alios convertit. At Judæi increduli concitarunt ſeditionem & Paulo non invento pertaxerunt Jaſonem ad tribunal, qui datâ ſatisfactione liber dimiſſus eſt. Interea Paulus & Silas à fratribus dimiſſi ſunt Beræam ubi ab incolis benignè excepti ſunt Judæiſq; inſectantibus à fratribus Athenas deductus eſt, Act. cap. 17.

Anno 52. ubi Athenas omnis eloquentiæ & ſapientiæ gymnaſium appulit à Chriſtianis aliquot comitantibus phanum Deorum luſtravit, Synagogam Judæorum ingreſſus eſt, dein in Philoſophorum, Epicureorum, & Stoicorum conventibus, adfuit: quorum omnium opinionẽ cùm palam ac nervosè convelleret, raptus eſt in Areopagum ſeu Martis conſiſtorium ubi judicia capitalia edebantur. Coram Senatoribus ex occaſione Aræ ignoto Deo dicatæ ſermonem inſtituit de vero Deo, de Chriſto, extremo judicio, ac mortuorum reſurrectione tam opportunè, ut multi fidem orthodoxam amplexi ſunt, inter quos Dionyſius unus ex primariis Judicibus, & Damaris inſignis Matrona, Actor. cap. 17. verſ. 16. Addunt nonnulli Hierotheum etiam tunc fuiſſe converſum. Eodem anno Paulus relictis Athenis venit Corinthum, multoſque ibi Catholicæ fidei dogmatibus imbuit, inter quos Criſpum Principem Synagogæ Actor. cap. 18. v. 1. & ſeq. ibique priorem epiſtolam ad Theſſalonicenſes conſcripſit. III.

Anno 53. Corinthi ſecundo anno degens ſcribit ſecundam epiſtolam ad eoſdem Theſſalonicenſes, ibique à tumultuantibus Judæis trahitur ad tribunal Gallionis, qui erat frater IV.

Senecæ Philoſophi, & Præceptoris Neronis Imperatoris, qui eos repreſſit & abegit, quam repulſam paſſi, Soſthenem Archiſynagogum quaſi Paulo faventem coram Gallione verberibus impunè excepit, quo tumultu ſedato menſit adhuc Paulus Corinthi.

V. Anno 54. Paulus per mare Icarum in Syriam navigans appulit Epheſum, ubi pauco tempore moratus relictis Aquilâ & Priſcillâ ſolvit Cæſaream, indè Jeroſolymam, ubi Eccleſiam primigeniam & reliquarum Matricem ſalutavit. Mox Antiochiam reverſus, perambulavit Galaticam & Phrygiã regionem non abſque magno Catechumenorum emolumento Actor. cap. 18. verſ. 19. Poſtquam Apoſtolus ſuperiores partes Aſiæ peragravit venit Epheſum, ubi biennio & trimeſtri moratur, verbi divini prædicationi vacans Actor. cap 19. verſ. 1. & cap. 20. verſ. 31. & (ut ipſe teſtatur 1. Corinth. cap 15. verſ. 32.) feris objicitur. Varias virtutes Deo auſpice operatur; adeo ut ſudaria & ſemicintia applicata languentibus & poſſeſſis a dæmone ſanarent, Act. cap. 19. verſ. 12. Anno 56. ibidem prædicationi vacat occaſione exorciſtarum Judæorum, in quibus dæmon inſiliit, maximaque facta eſt Epheſiorum ad Chriſtum converſio Multi enim veniebant credentes, confitentes & declarantes actus ſuos, alii Chalchymicos, Aſtrologicos, Judiciarios, Genethliacos & Magicos libros afferentes, eos palam comburebant. Act. cap. 19 verſ. 13. Anno 57. Claudii Imperatoris edicto de Judæis Româ expellendis ſublato, Paulus exacto triennio Epheſi iter Romanum meditatur At prius ſtatuit Achaiæ & Macedoniæ Eccleſias viſitare, & Jeroſolymam ſe conferre. Conſilio Demetrii opificis argentarii Dianæ excitãt contra Paulum ſeditionem, clamantes *Magna Diana Epheſiorum*, ſed ſtudio Alexandri ſedatâ Paulus Diſcipulos convocat, eis valedicit, relinquens Timotheum, quem Epheſiorum Epiſcopum creat, pergitque Macedoniam Actor. cap. 19. verſ. 23. Iter faciens per Aſiam minorem venit Troadem, quæ eſt Civitas adjacens Helleſponto, ubi non invento Tito, quem quærebat, tranſmiſſo freto appulit Macedoniam 2. Corinth. cap. 2. verſ. 12. ibique priorem epiſtolam ſcripſit, documenta muneris paſtoralis exprimens. Luſtratis ac confirmatis Eccleſiis Macedoniæ, per mare Ægeum adnavigans pervenit Cretam, ibique Titum chariſſimum diſcipulum Epiſcopum inſtituit, ut patet ex cap. 1. verſ. 15. ad Titum.

Anno 58. Cretâ redit in Græciam, ſeu in Achaiam, Peloponeſum, ac cunctas regiones interjacentes uſque ad Illyricum, ubi menſibus tribus moratus eſt vacans Evangelicæ concioni, Actor. cap 20. Roman. cap. 15. Corintho ſcribit Romanis. Indè pergit Philippos Macedoniæ, mox Troadem, ubi Eutychium adoleſcentem caſu extinctum ad vitam revocat. Indè Agæum mare trajiciens adit inſulas Mitylenem, Chium, Samum, Miletum, quò convocans Majores natu Epheſi poſt prolixam exhortationem eis valedicit, Actor. cap. 20. Mileto navigat Coam, Rhodum, Pataram, Tyrum, Ptolemaidem, Cæſaream, ubi Agabus ei Jeroſolymitana vincula prædicit. Eodem anno circa Pentecoſten appellit Jeroſolymam, ubi capitur & ferè occiditur à Judæis, at ſtudio Tribuni eripitur, populumque alloquitur, Act. cap. 21. Quandò populus audivit eum miſsũ eſſe ad gentes relictis Judæis acclamarũt, eumqꝫ interficere tentarunt. Quapropter Tribunus imperat eum flagellis excipi, ſed fruſtra. Paulo reſpondente ſe eſſe civem Romanum, Actor. cap. 22. Tribunus eum vinctum mittit Cæſaream ad Fœlicem Præſidem, Actor. cap. 23. ubi accuſatus à Tertullo Oratore ſe defendit, & coram Fœlice diſputans de juſtitiâ, caſtitate & judicio eum movet, Portius Feſtus Fœlicis ſucceſſor Act. cap. 24. cùm vellet in Paulum Jeroſolymis coram Judæis ferre ſententiam, Paulus Cæſarem appellans mittitur Romam, causâ prius deductâ coram Agrippâ Rege Actor, cap. 25. & 26. Itaque Paulus cum Centurione navigat Sidonem, indè Cyprum, indè Lyſtriam, tandemque naufragium VI.

naufragium patitur Chriſtus ei apparens pollicetur omnes evaſuros incolumes, undè Melitam ſalvi perveniũt Act. cap. 2.

VII. Anno 59. vinctus Panlus ex Melitenſi inſulâ navigat Syracuſas, indè Rhegium, indè Puteolos, indè pedeſtri itinere Romam ingreditur die 6. Julii, hoſpitatur in domo conductâ, quæ poſteà converſa eſt in Eccleſiam S. Mariæ in viâ latâ, ſeqnenti die cõvocatis Judæis, ſui, & ſuæ fidei reddidit rationem, ex qnibus crediderunt aliqui, alii minimè. Manſit Romæ cum milite ſui cuſtode biennio omnes ſuſcipiens, ac liberè prædicans Chriſti Evangelium, quamvis à ſuis ob Neronis metum eſſet derelictus, ei Chriſtus apparuit & corroboravit, ac eripuit de ore Leonis, ſeu Neronis manu, 2. Timoth cap. 4. verſ. 16. & 17. Româ ſcripſit ad Philippenſes epiſtolam per Epaphroditum Epiſcopum, & aliam ad Epheſios per Tychicum. Anno 60. cùm Paulus Romæ ageret ſecundum annum ſcripſit epiſtolam ad Coloſſenſes, & aliam ad Philemonẽ hunc rogãs ut Oneſimum ſervum fugitivum in gratiam ac domum reciperet. Acquievit Philemon & Oneſimum libertate donavit, qui virtutibus exereſcens ſucceſſit Timotheo in Epiſcopatu Epheſiorum. Anno 61. poſtquam biennium exegit in carcere, dimiſſus varias peragravit provincias, nominatim Hiſpanias, ubi ejus prædicatione Xantippes & Polixenus fidem Chriſti amplexati ſunt.

VIII. Anno 68. Paulus Romam reverſus cum Petro collabentem penè Eccleſiam ob Neronianam perſecutionem reſtauravit. Cum Petro Simonẽ magum ſuperavit. Quid plura? nè diutius in enumeratione Provinciarum, qnas Paulus non tam excurrit quàm convertit, audiamus quid ipſe ſcribat Romanis cap. 15. verſ. 20. *Prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus eſt*

Rom 15 verſ. 20.

Chriſtus, nè ſuper alienum fundamentũ ædificarem, ſed ſicut ſcriptum eſt, quibus non eſt annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt, intelligent. Et ante verſ. 18. *Non audeo aliquid loqui eorum*

verſ. 18.

quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam gentium verbo & factis in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti, ita ut ab Jeruſalem per circuitum uſque ad Illyricum repleverim Evangelium Chriſti. Per *Illyricum* intelligit Sclavoniam vel Boſniã, particula *repleverim* ſignificat plenè annunciaverim ubique. Nam (inquit Vatablus) replere Evangelium eſt plenè illud prædicare. Vel *Evangelium* ſumitur pro prædicatione Evangelii, & *repleverim* pro perfecerim. Ut patet lib. 3. Regum cap. 1. verſ. 14. ubi Nathan dicit ad Bethſabée. *Ego complebo,* ideſt perficiam. Vel ſecundùm Toletum, ego Evangelium quaſi rete implevi gentium multitudine ad Chriſtum converſâ, inſtar piſcium; quando Apoſtolus ait ſe ab Jeruſalem per circuitum uſque ad Illyricum repleviſſe Evangelium Chriſti, intelligit etiam medias regiones ſcilicet Arabiam, Damaſcum, Antiochiam, Seleuciam, Cyprum, Pamphyliam, Piſidiam, Lycaoniam, Syriam, Siliciã, Phrygiam, Galatiam, Troadem, Achaiam, Epirum. & alias, quas ingenti ſuo zelo quaſi fulmen, Chriſti fide illuſtrans & charitate incendens paucis annis pervaſit. S. Chryſoſtomus illi addictiſſimus homil. 4. de laudibus Pauli, addit. *Etenim homo ignobilis, abjectus & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus, in tantùm virtute progreſſus eſt, ut vix triginta annorum ſpatio Romanos, & Perſas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythos, & Æthiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorſus humanum genus ſub jugum mitteret veritatis.* Undè meritò Eccleſia antonomaſticè vocat Paulum totius orbis Doctorem & Apoſtolum; ut patet in feſto converſionis ex Collectâ de eodem. *Deus qui univerſum mundum ſancti Pauli prædicatione docuiſti, &c.* Et in officio matutinali ſic eum affatur. *Tu es vas electionis ſancte Paule Apoſtole prædicator veritatis in univerſo mundo, per quem omnes gentes cognoverunt gratiam Dei.* Suam miſſionem gladio percuſſus, anno 69. terminavit.

S. Chryſoſtomus

§. 9.

Miſſio Sancti Andreæ.

I. SAnctus Andræas in Scythiâ Europæâ, Epiro, Thraciâ & Achaiâ hâc annorum ſerie Verbum Dei diſſeminavit. De eo ſcribit P. Lezana tomo 2. Annalium noſtri Ordinis edito Romæ typis Maſcardi anno 1650. His verbis. *Ad Chriſti annum*
Lezana. *69. referunt aliqui Sancti Andreæ paſſionem & mortem Achaiæ Presbyterorum veſtigiis inhærentes, pro quorum hiſtoriæ veritate pugnat Bellarminus lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſect. 1. Hic ergò Beatiſſimus Apoſtolus multis itineribus, converſionibusq; adlaborans cum Patris in Achaiâ à Proconſule Ægeâ juberetur Chriſti prædicationem relinquere, ac Diis ſacrificare, reſpondit. Ego omnipotenti Deo, qui unus eſt, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum in altari, cuius carnem poſteaquam omnis populus credentium manducaverit, agnus qui ſacrificatus eſt jugiter perſeverat & vivus. Quamobrem in carcerem actus eſt. Beda, Uſuardus, & Martyrologia 30. Novembris. Baronius ibidem, Gualterius in Chron. ſeculo 1. & alii. Hæc vel perſtrictim de hoc Apoſtolo omitti à nobis nō debuerunt, eoquod ipſum inter Eliades Eſſenos numerent plures ex noſtris, & exteris, nec ſine fundamento. Quia ut (inquit Sophronius homil. de certamine SS. Petri & Pauli, quem ad annum 31. ſequitur Baronius. Andræas cælibem vitam ducens præcurſoris Domini factus eſt diſcipulus. Cælibatus enim veluti propria Eſſenorum teſſera (quoad aliquos ſaltem juxta dicta tomo 1 ſub anno 3545 numer. 20. & ſupra in apparatu cap. 1. & Ioannis Baptiſtæ diſcipulos Eſſeni inſtituti cultores fuiſſe ex ipſo textu Ioannis cap. 1. conſtat, ubi dicitur alterâ die iterū ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantē dicit, Ecce Agnus Dei, & audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum. Et poſtea. Erat autem Andræas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant eum. Undè Agnus Dei nomen quod à Ioanne magiſtro didicerat Chriſto aptari, altâ mente reſervaſſe videtur, dum Proconſuli Ægeæ verbis relatis ſe quotidie immolaſſe agnum reſpondit. De hoc chariſſimo Apoſtolo plura Metaphraſtes, Lipomanus Surius & Baronius, &c. Qui Andræam Eſſenis Elianis annumerant, non ſolū ſunt Palæonydorus, Corsa, Beyrelinck quos tomo 1. ſub anno 4065. num. 12. retulimus, ſed & Caſſanate in Carmeli Paradiſo ſtat. 8. ætat. 2. cap. 19. in ſui favorem afferens Gravinam Dominicanum, & Franciſcum Freire Minimum.* Hæc ille. Inſtar Magiſtri in Crucem actus lauream Martyrii adeptus eſt anno 62.

§. 10.

Miſſio S. Jacobi Majoris.

COmpoſito Symbolo ab omnibus Apoſtolis, factâque diviſione anno 37. S. Jacobus Major, Joannis Evangeliſtæ Germanus frater, & Zebedæi filius perrexit in Hiſpaniam evangelizandi causâ, ubi inter præclaras & innumeras converſiones duos famoſos Magos Philetum & Hermogenem Chriſtianæ Religionis ſacris documentis imbuit, reduxque ex Hiſpaniâ Jeroſolymam circa Paſcha, ex Euſebio in Chronico anno 36. ex aliis anno 49. ex Baronio anno 44. & Genebrardo 46. ex aliis anno 45. occiſus eſt ab Herode. Primò ut Herodes Judæos magis ſibi conciliaret. Secundò, quia erat amantiſſimus Judaiſmi, quem Jacobus impugnabat, ut notat Joſephus lib. 19. antiq. cap. 7. Cùm ad Martyrium duceretur ſuum accuſatorem nomine Joſiam ſanctitate & conſtantiâ ita obſtupefecit, ut (inquit ex S. Clemente Euſebius lib. 2. Hiſtoriæ cap. 9.) ipſum ad fidem converterit, ſuique Martyrii comitem effecerit, & teſte Iſidoro paralyticum ſuam opem inclamantem integrè ſanarit. Lucius Dexter in Chronico, Vaſæus, & alii Scriptores Hiſpani ſcribunt ejus corpus à diſcipulis cœlitus admonitis I.
Joppem

Joppem deportatum, & navi impoſitum Iriam Flaviam Gallæciæ civitatem (quæ nunc eſt Compoſtella) fœliciter perveniſſe. Quod huic Apoſtolo cordi fuerit, ut fides à ſe diſſeminata in Hiſpaniâ illibata ſubſiſteret, ex hoc patet, quod eam poſtea ab infidelium infeſtationibus liberarit maximè à Mauris & Saracenis. Undè Reges Hiſpaniæ Catholici cognominantur, & meritò, tum ob perſeverantem conſtantiam in fide, tum etiam quia per Indias Orientales & Occidentales Regum ſtudio fides Chriſtiana longè latèque propagata eſt. Vocatur Jacobus Major, non quod eſſet altero ſenior, ſed (inquit Toſtatus quæſt. 33.) Primò ratione vocationis, fuit enim poſt Petrum & Andræam eodem die vocatus cum fratre Joanne, Matthæi c. 4. verſ. 21. Secundò ob ſingularem cum Chriſto familiaritatē, fuit enim unus ex tribus vocatis à Chriſto ad participationem magnorum arcanorum Matthæi cap. 17. verſ. 1. & cap. 26. verſ. 27. Tertiò, quia prior omnibus Apoſtolis pro Chriſti fide martyrio coronatus eſt, Act. cap. 12. verſ. 2. Anno 44.

§. 11.

Miſſio Sancti Joannis Evangeliſtæ.

I. SAnctus Joannes Apoſtolus Chriſti fuit Apoſtolus, Evangeliſta, Propheta, ut patet ex Apocalypſi quam conſcripſit, Patriarcha, quia diutius cœteris Apoſtolis vivens fuit omnium fidelium communis Pater, baſis & columen. Undè S. Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis de eo ſcribit, quod *totas Aſiæ fundavit, rexitq́, Eccleſias.* Fuit etiam Martyr, primò quia Chriſto cruci affixo aſſiſtens cunctos ejus dolores & agones mortis per compaſſionem, ac intimum amorem ſuſtinuit. Secundò quia Romæ ab Imperatore Domitiano in dolium ferventis olei fuit immiſſus, eſto miraculosè evaſerit illæſus. Undè Polycrates apud Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 13 ſcribens Victori Romano Pontifici. *Hic* (inquit) *accedit Ioannes qui ſuper pectus Domini recubuit, qui ſacerdos fuit, qui laminam aurea geſtavit, qui Martyr, Doctor extitit, qui tandem Epheſi morte conſopitus.* De laminâ, quam in fronte geſtavit S. Joannes quaſi coronam Epiſcopatus inſigne, aſtipulatur Sanctus Hieronymus de Scriptoribus Eccleſ. in Polycrate, & Nicephorus lib. 2. cap. 44. aliquas hiſtorias præcipuâ notâ dignas referemus. Epiphanius hæreſi 30. ſcribit quod Ebionē & Cherinthum Hereſiarchas negantes Chriſti divinitatem, & Baſilidem negantem Chriſti humanitatem, & veram ejus carnem S. Joannes Apoſtolus & factis & verbis confutavit. Factis, dum balneum eorum ingredi noluit anno Chriſti 74. dicens. *Fratres egrediamur hinc, nè cadat balneum, & pereamus cum Ebione, qui intus eſt in balneo, propter ipſius impietatem.* Scriptis, dum in ſuo Evangelio, & in primâ ſuâ epiſtolâ docet Chriſtum fuiſſe verum Deum, & verum hominem, & qui id negant eſſe Antichriſtos. Undè (inquit S. Ignatius epiſt. ad Philadelp. Tertullianus lib. de præſcript. Epiphanius hæreſi 27. 28. & 30 S. Hieronymus de viris illuſtribus in Joannem. Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 27.) notant quod S. Joannes hortatur ut concupiſcentiæ & peccati, quaſi operum Diaboli turpitudinem fugientes Chriſtum mediatorem, quaſi lucem & ducem ſalutis ſequamur per veram fidem, ſpem, ſeu fiduciam & charitatem. S. Auguſtinus tract. 122. idem cenſet, additque lib. de fide & operibus cap. 14. S. Joannem cum S. Petro confutaſſe errorem Simonis Magi. Euſebius

II. Anno 92. S. Joannes vinctus mittitur Epheſo Romam a Proconſule ad Domitianum Imperatorem quaſi reus impietatis, ubi ante Portam Latinam miſſus in dolium ferventis olei integer & illæſus exivit, inquit Tertullianus lib. de præſcript. cap. 26. Quare Domitianus eum relegat in inſulam Pathmos. Anno 97. ibi exulſpio Chriſto meruit ab eo accipere Apocalypſim, ſivè revelationem eorū

quæ futura erant in Eccleſiâ, & orbe, præſertim in fine mundi, ut iis fideles à fide metu perſecutionum, vel blandiloquentiâ Ebionis, Cherinthi, aliorumque hæreticorum aberrantes aut vacillantes in eâdem confirmaret, ac roboraret eos & eorum poſteros, ad inſtantes octo generales Eccleſiæ perſecutiones à totidem Imperatoribus concitandas, conſtanti animo ſuſtinendas. Ipſe enim ex omnibus Apoſtolis ſolus ſuperſtes & grandævus, quaſi fidelium Pater & Patriarcha molem Eccleſiæ, veluti familiæ ſibi Deo commiſſæ ſuâ auctoritate, ſapientiâ & ſanctitate, quaſi Atlas ſuſtinebat, inquit Irenæus lib. 5. in fine, Baronius & alii. Anno 98. S. Joannes certans cum Apollonio, Thyanæo, Thaumaturgo mortuum ſuſcitavit, aliaque miracula patravit in fidei & fidelium confirmationem, ita Euſebius lib. 5. cap. 17. Sozomænus lib. 7. cap. 26. Baronius cum aliis, Lucius Dexter in chronico anno 100. addit quod Zoticus Epheſi ab eo converſus & Symphoroſa cum filiis in Italiam reverſi Martyres occubuerunt.

III. Anno 99. reverſus ex Pathmos ab Aſiæ Epiſcopis, & multarum Eccleſiarum legationibus ſalutatus poſt indictum jejunium publicum, & Supplicationes ſcripſit Evangelium, & quaſi filius tonitrui è cœlo veniens illud ſic auſpicatus eſt. *In principio erat verbum, &c.* Inquit ſanctus Hieronymus præfatione in Evangelium Matthæi. Addit Baronius poſt Metaphraſtem, quod ſcripturus Evangelium inſtar Moyſis aſcendit montem, ibique elevatis manibus, mentem fuiſſe à ſenſibus abſtractam. Tandem fuit Epheſi annum agens 97. Et obiit anno Chriſti 101. poſtquam Chriſti fideles ad charitatem fraternam frequenter & ſeriò exhortatus eſt.

§. 12.

Miſſio Sancti Thomæ.

I. SAnctus Thomas Hebraicè idem eſt ac geminus, dicitur etiam Dydimus Græcè, quod idem ſignificat, & meritò, quia virtus & probitas in eo multiplici fervore geminata eſt. Poſtquam in Parthiâ & Indiâ ulteriore, extremiſque oceani Orientalis receſſibus fidem Chriſti diſſeminavit anno 75. apud eoſdem Indos Martyrio affectus eſt, Religionis Chriſtianæ veritatem proprio cruore obſignans.

§. 13.

Miſſio S. Jacobi Minoris.

I. ANno 63. juxta Euſebium in Chronico, S. Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Jacobo, Baronium & alios, S. Jacobus frater Domini & primus Jeroſolymorum Epiſcopus Chriſtum conſtanter prædicans a Judæis è pinnâ templi deturbatur, & fullonis vecte percuſſus orans pro ſuis interfectoribus glorioſum obit Martyrium, cùm 29. annis ſanctiſſimè illam Eccleſiam gubernaſſet, ejus necem mox ulciſcente Numine Judæa cœpit variis caſibus & prodigiis ultimi excidii exagitari, ut teſtatur Origenes lib. 1. contra Celſum, Euſebius lib 2. cap. 22. noſter Lezana tomo 1. annalium Anno à creatione mundi 4019. numer. 1. & 3. ait poſt Serarium Boulducum, & Munozium hunc S. Apoſtolum fuiſſe Inſtituti Rechabitici & Eſſeni, & conſequenter Eliani & Prophetici Ordinis de eo Euſebius lib. 2. cap. 22. poſt Clementem Alexandrinum, & Hegeſippum, hæc ſcribit, & Lezana tomo 2. Annal. Anno Chriſti 63. *Iacobus ab utero Matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, animalium carnibus ſe abſtinuit, novaculâ caput ejus nunquam raſum fuit, neque corpus oleo perunctum, aut balneis lotũ.*

Huic

Digitized by Google

Huic uni licebat in ſancta ſanctorum ingredi, veſtibus enim utebatur non laneis, ſed linteis dumtaxat, in templum ſolus intrare ſolitus erat, atque ibi genibus humi poſitis, pro populi peccatis veniam poſtulare. Cujus genua, quod tam aſſiduè, tum ad Deum auguſtè ſanctèque adorandum, tum ad veniam precibus populo expoſcendam, procumbebat, Carmeli inſtar tuberculis contractis obdurue- Euſebius *runt. Qui propter ſingularem juſtitiam præſtantiam juſti & Oblia (quod Latinè populi præſidium dici poteſt & juſtitia) nomen, ſicut Propheta de eo memorant, invenit, &c.* Infra ſubdit. *Proindè Scribæ & Phariſæi Iacobo ſupra pinnam templi collocato cæperunt exclamare & dicere O Iuſte, cui meritò omnes debemus fidem adjungere, quoniam populus Ieſum Crucifixum imitando aberravit, Tu idcircò nobis commonſtra, quod ſit oſtium Ieſu Crucifixi. Qui clarâ voce ſic reſpondit. Quia me interrogatis de Ieſu filio hominis. Ipſe ſedet in cælo à dextris magnæ virtutis & potentiæ Dei, & in nubibus cæli venturus eſt.* His auditis in ejus mortem conſpirarunt Scribæ & Phariſæi. *Nam* (inquit Euſebius) *cùm multi plenè eſſent perſuaſi, & ob id Iacobi teſtimonium Deum laudibus in cælum ferrent, dicerentq́, Oſanna filio David, Scribæ & Phariſæi de integro cæperunt ita inter ſe colloqui, malè certè & infœliciter cecidit, ut iſtud teſtimonium noſtrâ operâ Ieſu tribueretur. At conſcenſis gradibus illum dejiciamus præcipitem, ut homines indè perterriti facti nullam fidem ejus doctrinæ adhibeant: tandem ergò adoleſcentes præcipitem Iuſtum dederunt, dixeruntq́ ipſi inter ſe, Iacobum Iuſtum obruere oportere lapidibus. Et quoniam dejectus in præceps non ſtatim mortem obiit, ſed vultu ſurſum ſublato, genibuſq́ flexis, dixit: Obſecro Domine Pater, da illis veniam, neſciunt enim quid faciunt, cæperunt ſaxa in eum conjicere, cumq́ lapidibus obruere pergerent, unus ex Sacerdotibus ex filiis Rechab, filii Rhecabim, qui ſunt Ieremiæ teſtimonio condemnati, voce emiſſâ conſentius dixit: Quid agitis Iuſtus pro vobis Deum deprecatur.* Ex quibus patet Eliani Inſtituti Profeſſores optimè judicaſſe de nomine Jacobi, quaſi Collegæ ſui. Undè in epiſtolâ ſuâ mentionem idem S. Jacobus facit ſiccitatis triennalis & pluviæ ipſius Eliæ oratione procuratæ. Et Caramuel in Regulam S. Benedicti diſp. 15. num. 170. aſſerit Rechabitas non diſtingui à filiis Prophetarum, quod & fusè oſtendit P. Lezana tomo 1. Annal. & Joannes 44. Patriarch. Jeroſol. lib. de inſtit. Monach. cap. 17.

§. 14.

Miſſio Sancti Philippi.

PHilippum Chriſtus vocavit Joannis cap. 1. verſ. 43. his verbis *Sequere me.* Verſ. 44. *Erat autē Philippus à Bethſaidâ civitate Andreæ & Petri.* Euſebius Gallicanus homil. in vigiliâ ſancti Andreæ notat, quod *Primus omnium Apoſtolorum Philippus videtur vocatus. Et meritò quidem primus vocatur ille, qui os lampadis interpretatur. Tale namque os tunc omnes receperunt, quando in linguis igneis Spiritus ſanctus ſuper eos deſcendit.* Hic poſtquam in Scythiâ Aſiaticâ, & Phrigiâ Chriſti fidem propagavit anno Chriſti 54. ſecundùm Euſebium in chronico apud Hieropolim Aſiæ civitatem Cruci affixus lapidibus obruitur. I. *Ioan. 1. verſ. 43. verſ. 44.*

§. 15.

Miſſio S. Bartholomæi.

NOmen Bartholomæi ſecundùm Toſtatum quæſt. 35. eſt valdè obſcurum, quia illius nulla fit mentio in Scripturâ. Omiſſis variis hujus nominis etymologiis & interpretationibus, ſufficit dicere cum S. Dionyſio Areopagita lib. de myſticâ Theologiâ cap. 1. Divum Bartholomæum magnam eſſe Theologiā atque Evangelium amplum & magnum. Poſtquam enim in majore Armeniâ & Indiâ citeriore multos Chriſti jugo ſubjecit, tandem anno Chriſti 73 apud Perſas miſſionis ſuæ munere fungens ſecundùm Onuphrium in chronico, excoriatus capite plectitur. I.

§. *16.*

Vocatio & Miſsio S. Matthæi Evangeliſtæ.

1\. SAnctus Matthæus in ſuo Evangelio cap. 9. verſ. 9. ſuæ vocationis mentionem facit hoc modo. *Cùm tranſiret indè Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi ſequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum.* Verſio Perſica. *Vidit in domo ſolutionis tributorum.* Ægyptiaca. *In foro ſolutionis.* Græca apud S. Paſchaſium lib. 5. in Matthæum. *In domo tributorum ſeu vectigalium.* S. Chryſoſtomus homil. 31. notat ideò ab Evangeliſtis vocationẽ Petri, Andrææ, Jacobi, Joannis, & Matthæi commemorari, non autem aliorum Apoſtolorum. *Quia iſti maximè in humili artificio, atque infami verſabantur. Quid enim Publicano pejus, aut piſcaturâ humilius.* Vidit non ſtantem, ſed ſedentem in telonio. *Ad exaggerandum* (inquit S. Paſchaſius lib. 5. in Matthæum.) *cupiditatis ſuæ cumulum ſedentem eum vidiſſe dicitur. Sedebat enim ut Magiſter rapinæ juxta fornacem avaritiæ, æſtuabat concupiſcentiarum caloribus, nec ſtans, ut vinceret, nec abiens ut evaderet, ſed ſedens ut princeps rapinæ miniſtrorum deciperet.* S. Petrus Chryſologus ſermon. 29. *Sedebat utique qui ſtare non poterat pondere cupiditatis oppreſſus, & ipſâ totus concupiſcentiâ fraudis incurvus. Aurum naturâ grave, gravius fit avaritia nimis. Hinc eſt quod plus habentem deprimit, quàm ferentem, & vehementius aggravat corda, quàm corpora. Naſcitur in terrâ profundâ, per quæ ima venarum cæcis decurrit anfractibus. Et dum ſuam ſemper repetit ad naturam, cæleſtes animos ad inferna deponit.* Ratio ergò cur non ſtaret, ſed ſederet, eſt, quia totus oppreſſus & incurvus erat pondere avaritiæ. Et tamen ſurgens *ſecutus eſt eum.* Undè S. Paſchaſius ſubdit. *Generoſus jure cenſetur animus, qui tam ſubitò per fidem, quæ magna putaret, & tam facile captus amore melioris vitæ prætermittit.* Quaſi diceret magnum quidem erat Telonium & tamen ad primam Chriſti vocem ipſum relinquit. S. Petrus Chryſologus ſermone 30. conferens paralyticum cum Matthæo ait. *Deterius ſedebat in telonio Publicanus iſte quàm Paralyticus, de quo antea diximus, jacebat in lecto: quia ille carnis patiebatur Paralyſim, iſte mentis: ille iacebat captus carne, ſedebat corpore & animo iſte captivus, quare Publicanus, qui major videtur in crimine, major habetur in munere: nam mox Apoſtolus certâ dignitate præditus eſt, & Paralyticus ſolâ dignus veniâ vix habetur. Vis noſci quare plus conſecutus eſt Publicanus? quia circa Apoſtolum ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia.* Publicanus erat magis reus quàm Paralyticus, & tamen ad majorem dignitatem ſcilicet Apoſtolicam evehitur quam Paralyticus, è majori caligine tenebrarum emergit ad clariorem lucem.

Matt. 9. verſ. 9.

S. Petrus Chryſol.

Doctores communiter aſſerunt, quod Anno Chriſti 37. Matthæus ſcripſerit Evangelium priuſquam Apoſtoli in ſuas provincias diſcederẽt. Scripſit (inquam) ad inſtantiam fratrum, qui ex Judaiſmo erant ad fidem converſi, & quidem Idiomate Hebraico inquit S. Hieronymus in prologo Evangeliorum ad Damaſum Pontificem. Et lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis teſtatur, quod ſuo tempore in Bibliothecâ Cæſarienſi ſervaretur exemplar Evangelii Matthæi linguâ Hebraicâ ſcriptum, & ſe illud deſcripſiſſe. Idem tradunt S. Chryſoſtomus homil. 1. in Matthæum, Euſebius lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 1. & lib. 5. cap. 10. Papias antiquiſſimus Auctor apud eundem Euſebium lib. 3. cap. ultim. Epiphanius hæreſi 51. Dorotheus in Synopſi, noſter S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. 4. S. Auguſtinus lib. 1. de conſenſu Evangeliſtarum Origenes apud Nicephorum lib. 5. cap. 5. Ferculius Epiſc. in Chronic. lib. 5. cap. 4. Theophilactus, Euthymius, S. Thomas, & alii, maximè noſter Sylveira in procmio tomo 1, cap. 3. improbans mentem Cajetani exiſtimantis Matthæũ ſcripſiſſe Evangelium ſuum idiomate II.

Græco

Græco, & Salmeronis dicentis à Matthæo ſcriptum linguâ Syriacâ. Evangelium præfato Idiomate ſcriptum, ſecum tulit ad Indos S. Bartholomæus ſecundùm Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 10. S. Hieronymum lib. de ſcript. Eccleſ. S. Barnabas illud propriâ manu deſcripſit, & repertum eſt eum corpore ejus tempore Zenonis Imperatoris, ut teſtatur S. Hieronymus. Idem Evangelium Jeroſolymis editum à Jacobo fratre Domini expoſitum fuiſſe ſcribit S. Athanaſius. Epiphanius hæreſi 51. narrat S. Matthæum ſcripſiſſe ſuum Evangelium ad inſtantiam Apoſtolorum.

III. Ex S. Hieronymo profectus eſt in Æthiopiam, quam provinciam ſortitus fuerat evangelizandæ fidei gratiâ, & Verbum Domini ſequentibus ſignis ibi latiſſimè diſſeminavit. Et Regis puero è morte ad vitam revocato Regem patrem eum uxore, & totam provinciam ad fidem Chriſti convertit: ſed Rege hoc defuncto Hyrtaeus quidam regnum obtinuit, qui Iphigeniam prioris Regis filiam ſibi uxorem optabat, Matthæus verò quo auctore virginitatem illa voverat, ut in ſancto virginitatis propoſito perſiſteret, eandem hortabatur. Hyrtacus igitur moleſtiſſimè ferens Iphigeniæ virginitatem conſtanter ſuis votis obſiſtentem, cujus conſilii Matthæum auctorem eſſe noverat ad Altare ſacra facientem cõfodi juſſit; atque ita Beatus Matthæus & Apoſtoli & Evangeliſtæ, Martyriſque coronam adeptus, ad Chriſtum migravit anno Chriſti 77. ſecundùm nonnullos. Matthæum fuiſſe Apoſtolum aſſerunt Sanctus Hieronymus in Abdiam, S. Baſilius & Hilarius in pſalmum 76.

§. 17.

Miſſio Sancti Simonis.

I. Sanctus Simon Cananæus dicitur à Civitate Canâ Galileæ, in quâ natus eſt. Undè aliqui cum Nicephoro lib. 8. cap. 30. & Baronio exiſtimant ipſum eſſe ſponſum in illis nuptijs, Joannis cap. 2. verſ. 1. Et quia Cana Hebraicè ſignificat zelum, ideò hic Apoſtolus vocatus eſt Zelotes, inquit S. Hieronymus, quia & in Canâ natus eſt, magnum habuit zelum honoris Dei & Eccleſiæ ſanctificandæ. Poſtquam ſuum zelum in Ægypto, Africâ, & Mauritaniâ manifeſtavit converſione infidelium anno Chriſti 64. occiſus eſt in Perſide cùm innumerabiles filios etiam Jeſu Chriſto generaſſet, fidemque in vaſtiſſimis & efferatis illis regionibus diſſeminaſſet doctrinâ & miraculis. Denique glorioſo Martyrio Jeſu Chriſti nomen illuſtravit.

§ 18.

Miſſio Sancti Judæ.

I. Sanctus Judas Frater Jacobi Minoris, qui frater Domini cognominatus, habuit patrẽ Alphæum ſivè Cleopham, & Matrem Mariam, quæ à Marco cap. 15. verſ. 40. Maria Jacobi nuncupatur. Judas Hebraicè idem eſt quod confeſſio & laus, vel confeſſor & laudator ſcilicet Dei & Chriſti. Videtur hoc nomen accepiſſe à Judâ fortiſſimo & celeberrimo filiorum Jacob Geneſ cap. 49. verſ. 8. Vocatur Zelotes. *Quia* (inquit S. Fulgentius ſermone 9.) *zelavit pro Domino.* Patuit hæc vox plena zelo & amore Dei, dum Joannis cap. 14. verſ. 22. ait Chriſto morti proximo. *Domine quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis te ipſum.* Cognominatur etiam Thaddæus & Lebbæus; id eſt leoninus, animoſus, à generoſitate & præſentiâ imperterritus. Cor enim eſt ſedes & ſymbolum fortitudinis. Hic ex ſancto Hieronymo, Beda, Euſebio, & aliis, Abagarum Regem Edeſſæ, & Edeſſenos ad fidem convertit. Breviarium Romanum 28. Octobris. Nicephorus lib. 1. cap. 4. & alii tradunt S. Judam prædicaſſe in Arabiâ, Perſide, Meſopotamiâ, Idumæa. De fide eſt ab eo conſcriptam eſſe epiſtolam Judæ, eamque eſſe canonicam cõtra hæreticos Lutherum, Brentium, Kemnitiũ, Centuriatores.

S. Fulgentius.

Ioan. 14. verſ. 22.

Probatur ex Concilio Tridentino ſeſſione 4. Florentino in epiſt. Eugenii Papæ ad Armenos. Concilio Romano ſub Damaſo, Concilio Laodicenſi epiſt. 58. Carthaginenſi cap. 47. Sancto Hieronymo lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſ. in Judâ: Græcè ſcripſiſſe aſſerit Cornelius in proemio iſtius epiſtolæ, non autem Perſicè. Ratio eſt, quia hanc epiſtolam quaſi encyclicam & univerſalem ſcripſit omnibus fidelibus tam Judæis, quàm Gentilibus toto orbe diffuſis, ideòque nō Perſicè, ſed Græcè, quia tunc Græca lingua erat maximè communis & latiſſimè diffuſa. Origenes in cap. 3. Matthæi ſcribit hanc epiſtolam eſſe brevem, ſed plenam verbis efficacibus Gratiæ cœleſtis. Illa multa dogmaticè aſtruit, ſcilicet Myſterium Trinitatis, Incarnationis, Redemptionis humanæ, diſcrimen inter bonos & malos Angelos, ſtudium pro ſalute hominum, fidem & metum futuri judicii, fugam luxuriæ, blaſphemiæ, inobedientiæ, ſuperbiæ, avaritiæ, odii, doli, adulationis, acceptionis perſonarum, conſtantiam in fide, oratione, charitate, converſione errantium, inſectatione hæreticorum, doxologiâ & laude Dei. Confutat hæreſes Simonis magi, Nicolaitarum, Cherinthi, & mox naſciturorum Gnoſticorum, Ebionis, Menandri, Baſilidis, Saturnini, Valentini, Marcionis, & ſimilium inquit Epiphanius in hæreſi Gnoſticorum. Vide plura apud Cornelium in proemio hujus epiſtolæ. Tandem ſuam Miſſionem ſeu Apoſtolatum glorioſo Martyrio coronavit anno 70. ejuſque corpus & ſancti Simonis Romam delatum, conditum eſt in Baſilicâ S. Petri.

§. 19.

Electio & Miſſio S. Matthiæ.

I. SAnctus Lucas Actor. cap. 4. ſcribit quod Chriſto in cœlum ſublato Apoſtoli, aliique fideles à monte Oliveti reverſi Jeroſolymam centum viginti ſe receperunt in cœnaculum quoddam montis Sion pertinens ad Joannem, cognomento Marcum, ubi morati ſunt diebus decem orationi diu noctuque vacantes, expectanteſque votis ardentibus illapſum Spiritus ſancti, Actor. cap. 1. verſ. 14. S. Petrus hortatus eſt eos ut orationi ſtudioſius incumberēt ad poſtea eligendum in locum Judæ proditoris aliquem, qui omnium actorum Chriſti à baptiſmo Joannis uſque ad Aſcenſionem in cœlum foret conſcius & teſtis, ut teſtaretur & diceret ex S. Chriſoſtomo. *Ecce qui edebat, qui bibebat, qui crucifixus eſt, idem ille reſurrexit.* S. Chryſoſtomus Apoſtoli, reliquique fideles communi conſenſu nominarunt è toto gremio duos excellentiores in fide, virtute, rerumque Chriſti notitiâ, eos deindè ſeorſum ſtatuerunt, quaſi candidatos Apoſtolatus, ut jacerent ſuper utrumque ſortem Apoſtoli electi deſignativam. Notant Clemens Alexandrinus, Beda & Martyrologium Romanum die 20. Julii, Joſeph (qui cognominabatur juſtus) fuiſſe cum Mathiâ propoſitum, & ambos è numero 72. diſcipulorum, & verſ. 26 quod *Sors cecidit ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.* *Act. c. 1. verſ. 26.*

II. *Matthias* Hebraicè idem eſt, quod *donum Dei*, vel *donatus è Deo.* Quare Beda arbitratur nomen ejus fuiſſe omen, quod ad Apoſtolatum promoveretur. *Matthias* idem ferè nomen eſt, quod *Matthanias* vel *Mathanaas*. Imò a Pagnino vocatur *Mathamach*, geminatâ litterâ *Theu* eſt *Mathathias*, ideſt *Donum Domini*, vel *manifeſtatio Domini.* Et ſimilis fuit Mathathiæ patri Judæ, Jonathæ & Simonis Machabæorum, qui & interfecit ex zelo ducem Antiochi Matthias fuiſſe videtur fuiſſe ipſo inſignior. Beda cum aliis addit *Matthias* Hebraicè idem eſſe quod *parvus De*, quia fuit ultimus Apoſtolorum, juxta illud Chriſti Matthæi cap. 11. verſ. 23. *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & revelaſti ea parvulis.* *Mat. 11. verſ. 23.* Omiſſis aliis encomiis quæ ex nominis etymologiâ & interpretatione deduci poſſunt

poſſunt, ejus excellentiam & ſanctimoniam melius & probabilius colligemus ex comparatione Matthiæ cum Joſeph ejuſdem Apoſtolatus candidato. *Et ſtatuerunt* (inquit Textus Sacer verſ. 23.) *duos, Ioſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, & Matthiam.* Cornelius. *Actor 1. verſ. 23.*

Apoſtoli cæterique fideles communi conſenſu nominarunt è toto numero duos excellentiores in fide, virtute, rerumque Chriſti cognitione, eos deindè ſeorſum ſtatuerunt quaſi Apoſtolatus candidatos ut ſuper utrumque jacerent ſortem, quæ Apoſtolum deſignaret. Hæc omnia facta ſunt dirigente S. Petro, qui totius huius operis fuit choragus.

III. Matthiæ ſanctimonia apparet primò in eo quod quamvis Joſeph foret Chriſti conſanguineus, utpotè filius Alphæi & Mariæ, tamen ille ad Apoſtolatum loco Judæ aſſumptus eſt. Secundò, licet Joſeph eſſet juſtus, ideſt inſigni juſtitiâ & ſanctimoniâ præditus, æquè ac frater ejus Jacobus, qui cognominatus eſt frater Domini. tamen non eſt ad Apoſtolicam prælaturam evectus, ſed Matthias ad illud regimen aptior judicatus eſt. Tertiò, quamvis Joſeph eſſet frater Jacobi Majoris, Simonis & Judæ, ut multi exiſtimant, & inſinuatur Matthæi cap. 13. verſ. 55. tamen in eum ſors non cecidit, nè cognati exteris præferri viderentur. Undè conformiter ad hanc electionem ſacri Canones cavent nè in eâdem Eccleſiâ pater & filius ſimul obtineant beneficia, imò plura Capitula nolunt plures fratres admittere in ſuum Canonicorum cœtum. Et Leodii in Monaſteriis S. Jacobi, S. Laurentii Ordinis S. Benedicti non admittuntur etiam cognati, nè fortè inter ſe conſpirent, cœteriſque velint dominari, concitentque factiones & ſchiſmata. Quarto, quod electio Matthiæ non caſu & favore humano facta ſit, patet ex his vocibus *& dederunt ſortes.* Syrus. *Conjecerunt ſortes.* Pagninus. *Et dederunt ſortes eorum.* Tigurina Verſio. *Et miſerunt ſortes eorum.* Quo modo & quâ ratione uſi ſunt Apoſtoli in mittendis illis ſortibus incertum eſt, quare omitto Interpretum variam mentem, & dico Deum per ſortem declaraſſe dirigendo ut ſors caderet ſuper Matthiam, juxta illud Proverb. cap. 16. verſ. 33. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* Vel addendo aliquod ſignum cœleſte, verbi gratiâ, radium, vel aliquod ſimile, quod ſortem comprobaret, ut cenſent Dionyſius Eccleſiaſticæ Hierarchiæ cap. 4. S. Auguſtinus in pſalm. 30 conc. 2. Origenes homil. 23. in Joſue, S. Antoninus, Baronius, Turrianus, Sanchez, & alii. Hoc ſignum cœlitus datum eſt, nè Matthias videretur inferior aliis Apoſtolis à Chriſto electis, quod patet ex oratione Apoſtolorum ſorti præviâ, quâ rogatus eſt Deus, ut magis idoneum deſignaret. Nec dubitari debet quin Deus exaudierit hanc orationem communem Apoſtolorũ & Eccleſiæ, & eos voti compotes fecerit. Quare ſi ſortientes Apoſtolos ſpectes hæc ſors humana fuit, ſi calculum, quem Deus ei adjecit conſideres fuit divina, ut notat Sanctus Dionyſius, qui hanc ſortem optimã judicat. *Proverb. 16. v. 33*

IV. Undè hæc non debet cenſeri temeraria, caſualis, vel fortuita, ſed juſta. Primò, quia ambo erant pares exterius. Secundò, quia S. Auguſtinus epiſt. 119. cap. 20. & epiſt. 180. docet ſorte decidendum eſſe, qui Sacerdotes tempore perſecutionis fugere debeant, & qui manere, ut aſſiſtant fidelibus, quod & fieri debet tempore peſtis, & ſimilis neceſſitatis. Tertiò S. Chryſoſtomus & Beda in acta, S. Auguſtinus ſermone de S. Matthiâ, S. Hieronymus in cap. 1. Jonæ, S. Thomas in 2. 2. quæſt. 95. artic. 8. exiſtimant Apoſtolos ante receptionem Spiritus Sancti adhuc rudes & inexpertos id feciſſe more Patrum veteris Teſtamenti, nam lib. 1. Reg. cap. 10. verſ. 20. Saul ſorte creatus eſt Rex, Joſue cap. 7. verſ. 16. Achan deprehenſus eſt ſorte, & cap. 15. ſorte diviſa eſt terra promiſſionis inter 12. tribus. Poſt receptum Spiritum ſanctum Actor. cap. 16 in electione Diaconorum Apoſtoli non ita proceſſerunt. Nunc verò in electionibus Paſtorum & Eccleſiaſticorum jure cano-

nico ſors eſt prohibita, ut patet ex cap. *Ecleſia de ſortilegiis.* in fine. Nam Concilium Tridentinum ſeſſ.24 cap. 18. de reform. imò ex jure naturæ, divino, & humano, civili ad officia & beneficia præſertim habentia curam animarum annexam dignior eligendus eſt. Idem docent D. Thomas, Leſſius de jure & juſtitiâ lib. 2. cap. 34 dubio 14. Denique ad ejuſmodi electionem ſic Apoſtoli proceſſerunt inſtinctu divino inquit Leſſius ſupra cap. 43. dub. 9. Vide S. Auguſtinum in pſalm. 30. conc. 2. ad illa verba, verſu 19. *In manibus tuis ſortes mea.* Adde quod Joſeph poſtea creatus eſt Epiſcopus Eleutheropolitanus in Palæſtina, ut teſtatur Dorotheus in Synopſi, & Martyrologium Romanum Sanctorum faſtis adſcribit 20. Julii. *Eodem die Natalis Beati Ioſeph, qui cognominatus eſt Iuſtus, quem Apoſtoli cum B. Matthiâ ſtatuerunt, &c.*

V. S. Matthias Galilæam, Palæſtinam ſortitus eſt. Sophronius apud S. Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Nicephorus lib. 2. Dorotheus in Synopſi ſcribunt eum etiam in ulteriori Æthiopiâ Evangelium prædicaſſe, de eo S. Antoninus hæc ſcribit. *Fuit in lege Domini doctiſſimus.* Ejus doctrinam teſtantur tria axiomata relata à Clemente Alexandrino, primum lib. 2 Stromatum. *Oportet admirari præſentia*, ideſt, admirari debemus opera viſibilia Dei, ut ex iis inviſibilium notitiam attingamus, & admirantes in eis contemplemur Dei majeſtatem, potentiam, ſapientiam & bonitatem. Secundum lib. 3. Stromatum. *Si electo vicinus peccavit, peccavit electus. Nam ſi ſe ita geſſiſſet, ut jubet verbum, vel ratio, eius vitam ita vicinus eſſet reveriturus, ut non peccaſſet.* Tertium lib. 7. Stromatum, quod Euſebius etiam citat lib. 3. cap. 29. *Adverſus carnem pugnandum eſt, & in nullo prorſus voluptati eius ac libidini concedendum. Animam verò alendam ſapientiæ paſtibus, & ſcientia cibis in maius ſemper augendam.* S. Antoninus ejus laudes proſequitur his verbis. *Corpore mundus, animo prudens, in ſolvendis quæſtionibus ſacra Scriptura acutus, in conſilio providus, in ſermocinatione expeditus.* Concludit. *Multorum ſignorum patrator, extenſis in cælum manibus Martyr ſpiritum Deo reddidit.* Martyrologium Romanum refert fuiſſe occiſum in Judæâ à furentibus Judæis. A nonnullis dicitur illi caput abſciſſum fuiſſe. Cornelius in cap. 1. Actuum Apoſt. in fine aſſerit ejus reliquias eſſe Treviris in Eccleſiâ Cathedrali, & ſe eas oſculatum eſſe. Caput ejus ſingulis annis in feſto ipſius oſtenditur Romæ in templo S. Mariæ Majoris, illucque vidi convenire magnum populi concurſum: L. Dexter, & Onuphrius in Chronico tradunt Martyrium S. Matthiæ contigiſſe anno Chriſti 66. Addunt nonnulli eum primò à furentibus Judæis fuiſſe lapidatum, deindè capite truncatum.

Clemens Alexand.

§. 20.

Miſsio Sancti Barnabæ.

I. HUjus nominis ſignificationẽ ipſe Sacer Textus nobis ſubminiſtrat Actor. cap. 4. verſ. 36. *Ioſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, quod eſt interpretatum filius conſolationis, Levites Cyprius genere.* Non eſt (inquit S. Chryſoſtomus) is qui ab Apoſtolis propoſitus, ut loco Iudæ proditoris ſuccederet. Dicitur Barnabas, ſeu filius conſolationis, quia conſolationem omnibus erat allaturus, quia erat ingens conſolator, plenus conſolatione, tòtus conſolatorius. Motivum hujus cognominis dat Textus verſ. 37. *Cùm haberet agrum vendidit eum, & attulit pretium, & expoſuit ante pedes Apoſtolorum.* Quæ oblatio maximam Apoſtolis conſolationem, & reliquis fidelibus ædificationem attulit, ejuſq; exemplum omnes certatim imitati ſunt. Secundò Alexander, ait eum eximiâ manſuetudine, hilaritate, ſuaviloquentiâ, gratiâ, ſanctimoniâ, arte conſolandi miſeros & afflictos præditum fuiſſe. Tertiò ex œcumenio pauperes ſuis mediis & eleemoſynis conſolatus eſt. Undè Barnabas dicitur quaſi *Bar nabi* Hebraicè, ideſt filius

Act. c. 4. verſ. 36.

filius prophetæ. Is enim dicitur Propheta qui exhortatur & conſolatur. Hinc (inquit Siracides Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 27) Iſaias Propheta
Eccl. 48 verſ. 27. *Conſolatus eſt lugentes in Sion.* Et hic in perſonâ Christi Cap. 61. verſ. 2.
Iſaiæ 61 verſ. 2. clamat. *Spiritus Domini ſuper me, &c. ut conſolarer omnes lugentes, &c* Pagninus in nominibus Hebraicis deducit Barnabas à *Bar* & *naba*, Hebraicè idest, *eructavit, emanavit, ſcaturivit, ebullivit, prolocutus eſt.* Quaſi diceret filius ebullitionis, eloquii ebullientis, ſeu ſermone profluus, conſolator. Nam eloquentiâ & ſermone profluus erat, gratiâ conſolandi & exhilarandi pollebat. Alexander Monachus ſcribit Barnabam natum in Cypro, ſed educatum Jeroſolymis, ubi cum cum Stephano & Saulo ſacris litteris fuit imbutus à Gamaliele, ac demum ad Chriſtum veniſſe unà cum conſobrino ſuo Joannes, qui cognominatus eſt Marcus. S. Epiphanius hæreſi 1. Euſebius lib. 3. Hiſtor. cap. 33. & alii, aſſerunt Barnabam fuiſſe ex 72. Diſcipulis.

II. Act. 11. verſ. 22. Anno Chriſti 42. cùm Antiochiæ multi ex Gentiliſmo ad Chriſtianiſmum anhelarent Actor. cap. 11. v. 22. *Pervenit ſermo ad aures Eccleſiæ, quæ erat Ieroſolymis, & miſerunt Barnabam uſque ad Antiochiam.* Pondera illam vocem *miſerunt.* Verſ. 23. *Qui cùm perveniſſet, & vidiſſet gratiam Dei,*
verſ. 23. *gaviſus eſt, & hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in domino.* Ideſt, cùm vidiſſet, quod Gentiles Antiochiæ gratiâ divinâ excitati tam avidè fidem Chriſti amplecterentur, in eaq; eſſent conſtantes, devoti & ferventes. Vel cùm videret gratias gratis datas, verbi gratiâ, donum linguarũ, prophetiæ, interpretandi ſcripturas, celebrandi magnalia Dei, &c. à Deo communicatas Antiochenis cum fide & baptiſmo, hortabatur omnes, ut Jeſu Chriſti fidẽ, amore, gratiâ, Eccleſiâ, ſeu Chriſtianiſmo perſiſterent. Syrus. *Ut toto corde adhærerent Domino.* Pagninus. *Ut propoſito cordis perſeverarent Domino.* S. Chryſoſtomus.
S. Chryſoſtomus *Hortabatur omnes cum præconio & laudibus, & forſan eo quod laudabat & approbabat turbam, plures convertit. Virtus enim laudata creſcit.* Verſ. 24. verſ. 24.
Quia erat vir bonus & plenus Spiritu ſancto, & appoſita eſt multa turba Domino. Verſ. 25. *Profectus eſt autem* verſ. 25.
Barnabas Tarſum, ut quæreret Paulum quem cùm inveniſſet perduxit Antiochiam. Verſ. 26. *Et annum totum converſati ſunt ibi in Eccleſiâ, & docuerunt turbam multam: ita ut cognominarentur primùm Antiochiæ Diſcipuli Chriſtiani.* Anno Chriſti 43, ſicut Platonis Diſcipuli dicuntur Platonici, verſ. 26.
ita juxta oraculum Iſaiæ cap. 43. v. 1. Iſaiæ 43
Vocavi te nomine meo. Quia ſcilicet fidem meam, mores meos, vitam meã imitâris. verſ. 1.

Cap. 13 verſ. 2. Paulus & Barnabas juſſu Spiritus ſancti mittuntur ut gentibus evangelizent, anno 45. ordinaturque Barnabas quaſi Apoſtolus III.
ſeu Epiſcopus ab Antiochenâ Eccleſiâ, ſeu exceptionem ſui Apoſtolatus cum Paulo accipit. Act. 13. verſ. 2.
Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dixit illis, ſegregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Per ſegregationem Cornelius & alii Interpretes intelligunt promotionem ad Apoſtolatum ob inſignem ejus virtutem & zelum, quo omnes ſuas facultates ad pedes Apoſtolorum poſuerat. Eum Alexander Monachus in vita ejus his laudibus celebrat. *Barnabas magnus Eccleſiæ Orator, Evangelicæ prædicationis tuba, magna Chriſti vox, Spiritus ſancti Cythara, divinæ gratiæ plectrum, Chriſti miles robuſtiſſimus, Chriſtiani ovilis dux certus, Dei Paradiſus, fidei germen, charitatis roſa* Alexand. Monach.
ſuaviſſima odorem emittens, ſpei flos incorruptus, immortalitatis ramus, mel diſtillans, patientiæ propugnaculum, &c. Barnabas Chriſti myſteriorum theſaurus, orthodoxorum miniſter, ægrotantiũ medicus, Chriſtiani gregis cuſtos vigilantiſſimus, gentium dux, Eccleſiarum præco, virtutum cœleſtem odorem ſpirantium roſetum, Chriſti gratiarum ager fertiliſſimus, Virginitatis margarita, caſtitatis berillus, temperantiæ gemma, Chriſtum in ſe loquentem habens, electum Dei vas, Sanctæ Trinitatis templum. per *opus* accipit Evangelium ubique gentium prædicandum, his verbis *ad quos aſſumpſi eos,* Pagninus. *In auxiliũ*

advocavi eos. Scilicet ad animarum converſionem. Ex his ſequentibus particulis *& ieiunantibus illis, &c*. Eccleſia ſancivit ut jejunium præmitteretur ordinationi, Verſ. 4. *Et ipſi quidem miſsi à Spiritu Sancto abierunt Seleuciam, & indè navigaverunt Cyprum*. Verſ. 5 *Et cùm veniſſent Salaminam prædicaverunt Verbum in Synagogis Iudæorum*. Cùmque univerſam Inſulam perambulaſſent Paphum venientes anno 46. Paulum Proconſulem ad Chriſtum converterunt, excœcando Elimam magum Evangelio reſiſtentem. Anno 48. Lyſtræ Paulus à turbis acclamatus eſt Deus Mercurius, & Barnabas Juppiter, ſibique ſacrificare volentibus reſtiterunt. Cap. 4. verſ. 11. *Et vocabant Barnabam Iovem*. Quia (inquit Lyranus) erat ſtaturâ & forte ætate grandior Paulo. Vel (inquit S. Chryſoſtomus) erat vultu pulchrior & Joviali, liberalis, benignus, beneficus. Sicut Juppiter dicitur à juvando (inquit Varro.) Vel quia Barnabas ſuâ ſpecie & gravitate auditores multùm movebat.

verſ 4.

verſ. 5.

IV. Anno Chriſti 61. Barnabas ex Cypro in Italiam veniens populos Inſubres (qui nunc vocantur Mediolanenſes) ad Chriſtum convertit. Iterumque in Cyprum reverſus anno 63. glorioſam pro Chriſto mortem oppetiit. Anno 485. ejus corpus (inquit Uſuardus) tempore Zenonis Imperatoris, ipſo revelante repertum eſt in Inſulâ Cypro cum Evangelio Matthæi, quod ipſe propriâ manu deſcripſerat.

§. 21.

Miſsio Sancti Lucæ Evangeliſtæ.

I. Sanctus Gregorius præfatione in Job cap. 2. S. Epiphanius hæreſi 51. Dorotheus in vitâ S. Lucæ, Mariana & alii cenſent Lucam fuiſſe unum ex 72. Diſcipulis. S. Gregorius ſupra, Theophilactus in cap. 24. Lucæ, Dorotheus, Nicephorus, Metaphraſtes in vitâ Cleophæ. Noſter Sylveira tomo 5. in Evangelia cap. 3. quæſt. 1. num. 6. exiſtimant unum eſſe ex duobus Diſcipulis, quibus Chriſtus in Caſtello Emaus verſ. 13. ſe manifeſtavit fractione panis. Ratio eſt, quia ſocii nomen exprimit, ſuum verò minimè. Ut etiam animadvertit Albertus Magnus. *Alter* (inquit) *iſtius auctor erat libri Lucas, mos enim eſt auctorum ſacræ Scripturæ, quod nomina ſua in ſolemnibus factis non ponunt propter humilitatem*. Quod probat ex Apoſtolo Paulo 2. Corinth. cap. 12. verſ. 2. *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſivè intra corpus, ſivè extra corpus neſcio* Paulus non ſe nominat, quod ipſe ille homo fuerit. Nec contra hoc obſtat quod S. Lucas in exordio ſui Evangelii dicat, *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt*. Licet enim non viderit in principio, vidit poſtea & ultimis temporibus. Scripſit Evangelium, actus Apoſtolorum, ſeu Eccleſiæ infantiâ, in quo præcipua, magisque illuſtria acta circa Evangelii promulgationem & propagationem enarrat. Undè S. Chryſoſtomus acta cognominat librum dogmatum de Spiritu ſancto. Œcumenius Evangelium Spiritus ſancti. Sicut Itali nuncupant Pentecoſten, Paſcha Spiritus ſancti quia ſicut cœteri Evangeliſtæ, ſcribunt Evangelium, ſeu acta Spiritus, & acta Chriſti, ſic Lucas refert Evangelium ſeu acta Spiritus ſancti, ſeu quæ Spiritus ſanctus geſſit in Apoſtolis, & per Apoſtolos. Fuit etiam pictor, Thomas Ferrarius Bononienſis libr. de imagine Beatæ Virginis, & noſter Lezana tomo 2. Annalium noſtri Ordinis ad annum Chriſti 83. ſcribit imaginem Deiparæ à noſtris Patribus collocatâ in Oratorio Carmeli (quæ olim à Sancto Lucâ depicta fuerat, poſtea anno 1160. per quendam devotum Eremitam Euthymium nomine, natione Græcum, & profeſſione (ſecundùm aliquos) Carmelitam è Conſtantinopoli Bononiam) adductam fuiſſe Nicephorus lib. 2. cap. 48. eum appellat egregium Virginis pictorem, qui ipsâ annuente ejus faciem depinxit. *Quia tamen* (inquit noſter Lezana) *plures ejuſmodi ſacra Icones hanc ſibi*

Albertus Magnus.

2. Cor. c. 12. v. 2.

Lezana.

ſibi prærogativam ambiunt, quales ſunt quæ in urbe cernuntur in Baſilicâ S. Mariæ Majoris, in Eccleſiâ Ara cæli dictâ, in S. Mariâ in viâ latâ, in ſanctâ Mariâ rotundâ, in Deiparâ gratiarum appellatâ, in S. Mariâ Novâ, in S. Dominico montis Bagnapolis, in S. Mariâ del popolo, in Monialibus campi Martii, & in Eccleſiâ ſancti Auguſtini Patrum Eremitarum ejuſdem Ordinis, & aliæ extra urbem, magnam & difficilem Provinciam nobis aſſumemus, ſi hanc Bononiæ Imaginem, & prius à Carmeli cultoribus poſſeſſam, ejuſdem Lucæ manu depictam fateamur. Litem tamen dirimit aſſerens non unam, ſed plures depinxiſſe, cui ſuffragantur Ferreolus Locrius in Mariâ lib. 23. cap 147. Joannes Boniſacius lib. 2. hiſtor. Virgin. cap. 10. Caniſius lib. 5. cap. 22. Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ lib. 9. cap. 8. Hermannus Scedelius ætate 6. Hippolytus Marracius in Apoſt Mariæ cap 2. & 16. Nicolaus Dalmatius lib de origine templi ſanctæ Mariæ del populo. Inter has ergò illa cenſeri debet à S. Lucâ depicta, quæ in Carmeli Oratorio olim à noſtris Patribus colebatur. Pro hàc opinione militat, quod Carmelus non diſtabat à Nazareth vel Jeroſolymâ, ubi B. Virgo nata, vel educta fuit. Nec diſtabat ab Antiochiâ, ubi Sanctus Lucas ortus eſt: multò minus à Deiparæ devotione dum viveret. Præfatam illius Imaginem Lucæ penicillo expreſſam Conſtantinopoli fuiſſe reſervatam teſtantur Ferreolus & Bonifacius citati, quod piè credendum eſt, ſicut quod eadem Sanctiſſimæ Matris Effigies à Carmelitis ſibi devotiſſimis in Oratorio Carmeli prius fuerit honorata. In cujus memoriam plura illius exemplaria Romæ extant præſertim in noſtrâ Sacriſtiâ Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ cernuntur cum hâc inſcriptione. *Dei Matris Iconis, à S. Lucâ Evangeliſtâ depicta in primævo illo ſacello Montis Carmeli in honorem ipſius Virginis erecto tempore Apoſtolorum locata, indè Bizantium poſt anno* 1160. *divino monitu per quendam ejuſdem Montis Eremitam Euthymeum nomine Bononiam tranſlata ibidem adhuc miraculis celebris, vera effigies.*

II. Lucam fuiſſe Medicum, Evangeliſtam: imò & Apoſtolum teſtantur S. Chryſoſtomus & OEcumenius in Lucam, Pauli laborum & periculorum comes & cooperator ex ſuffragiis & electione Eccleſiarum fuit, ut innuere videtur Pauli 2. Corinth. cap. 8. verſ. 19. Poſtquam Româ diſceſſit profectus eſt in Orientem, rurſusque in Lybiam petiit, & Thebanos religione Chriſtianâ inſtituit, ſeu (ut ſcribit Epiphanius hæreſi 51.) primò prædicavit in Dalmatiâ, dein in Italiâ, Galliâ, Macedoniâ. Tandem laboribus multis pro Eccleſia ſanctificanda exhauſtus, ſeu (ut Martyrologium Romanum 18. Octobris) multa paſſus pro Chriſti nomine, Spiritu ſancto plenus obiit in Bithynia, anno 69. Cujus oſſa Conſtantinopolim tranſlata ſunt. Martyrio affectum fuiſſe declamat S. Gregorius Nazianzenus orat. in Julianum his verbis. S. Greg. Nazian. *Non victimas pro Chriſto cæſas es reveritus? Non magnos pugiles extimuiſti? Ioannem illum, Petrum, Ioannem, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andræam, Theclam, eos, qui & poſt illos, & ante illos capitis ſui periculo veritatem protexerunt, qui cum igni, & ferro, & belluis, & tyrannis, & præſentibus malis, & denunciatis alacri animo veluti in alienis corporibus, imò quaſi corporis expertes dimicarunt.* S. Gaudentius Epiſcopus Brixianus S. Ambroſio coævus S. Gaudentius. ſermone de dedicat. Eccleſiæ. *Horum quatuor* (inquit) *habemus in præſenti reliquias, qui regnum Dei & juſtitiam prædicantes ab incredulis & impiis occiſi Deo ſemper vivere operationum ſuarum virtutibus demonſtrantur. Ioannes in Sebaſte Paleſtinæ, Thomas apud Indos, Andræas & Lucas apud Parthas Achaiæ civitatem conſummati referuntur.* Illis accinit S. Paulinus Nolæ Epiſcopus.

Hic Pater Andræas, & magno lumine Lucas S. Paulin.
Martyr, & illuſtris ſanguine Nazarius.

Nicephorus lib. 2. cap. 43. paucis vitam, & mortem delineat. *Lucas Antiochia, quæ eſt in Celeſyriâ ortus, Medicus ſimul & Pictor Egregius, Thebis ad Paulum venit, atque ibi nuncio patrio errori remiſſo ad Chriſtum acceſſit, pro corporum curatione animarum medicum factus.* Niceph.

§. 9.

Miſsio Sancti Andreæ.

I. SAnctus Andræas in Scythiâ Europæâ, Epiro, Thraciâ & Achaiâ hâc annorum ſerie Verbum Dei diſſeminavit. De eo ſcribit P. Lezana tomo 2. Annalium noſtri Ordinis edito Romæ typis Maſcardi anno 1650. His verbis. *Ad Chriſti annum* Lezana. *69. referunt aliqui Sancti Andreæ paſſionem & mortem Achaia Prasbyterorum veſtigiis inhærentes, pro quorum hiſtoriæ veritate pugnat Bellarminus lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſect. 1. Hic ergò Beatiſſimas Apoſtolas multis itineribus, converſionibusq́; adlaborans eum Patris in Achaiâ à Proconſale Ægeâ jaberetur Chriſti prædicationem relinquere, ac Diis ſacrificare, reſpondit. Ego omnipotenti Deo, qui anas eſt, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum in altari, cujus carnem poſteaquam omnis populus credentium manducaverit, agnus qui ſacrificatus eſt jugiter perſeveras & vivus. Quamobrem in carcerem actus eſt. Beda, Uſuardus, & Martyrologia 30. Novembris. Baronius ibidem, Gaalterius in Chron. ſæculo 1. & alii. Hæc vel perſtrictim de hoc Apoſtolo omitti à nobis nō debuerunt, eoquod ipſum inter Eliades Eſſenos numerent plures ex noſtris, & exteris, nec ſine fundamento. Quia at (inquit Sophronius homil. de certamine SS. Petri & Pauli, quem ad annum 31. ſequitur Baronius. Andræas cælibem vitam ducens præcurſoris Domini factus eſt diſcipulus. Cælibatus enim velati propria Eſſenorum teſſera (quoad aliquos ſaltem juxta dicta tomo 1 ſub anno 3545 numer. 20. & ſupra in apparatu cap. 1. & Ioannis Baptiſtæ diſcipulos Eſſeni inſtituti caltores fuiſſe ex ipſo textu Ioannis cap. 1. conſtat, ubi dicitur alterâ die iterū ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpitiens Ieſum ambulantē dicit, Ecce Agnus Dei, & audièrunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum. Et poſtea. Erat autem Andræas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant eum. Undè Agnus Dei nomen quod à Ioanne magiſtro didicerat Chriſto aptari, altâ mente reſervaſſe videtur, dum Proconſuli Ægeâ verbis relatis ſe quotidie immolaſſe agnum reſpondit. De hoc chariſſimo Apoſtolo plura Metaphraſtes, Lipomanus Surius & Baronius, &c. Qui Andræam Eſſenis Elianis annumerant, non solū ſunt Palæonydorus, Coria, Beyrelinck quos tomo 1. ſub anno 4065. num. 12. retulimus, ſed & Caſſanate in Carmeli Paradiſo ſtat. 8. ætat. 2. cap. 19. in ſui favorem afferens Gravinam Dominicanum, & Franciſcum Freire Minimum.* Hæc ille. Inſtar Magiſtri in Crucem actus lauream Martyrii adeptus eſt anno 62.

§. 10.

Miſsio S. Jacobi Majoris.

COmpoſito Symbolo ab omnibus Apoſtolis, factáque diviſione anno 37. S. Jacobus Major, Joannis Evangeliſtæ Germanus frater, & Zebedæi filius perrexit in Hiſpaniam evangelizandi causâ, ubi inter præclaras & innumeras converſiones duos famoſos Magos Philetum & Hermogenem Chriſtianæ Religionis ſacris documentis imbuit, reduxque ex Hiſpaniâ Jeroſolymam circa Paſcha, ex Euſebio in Chronico anno 36. ex aliis anno 49. ex Baronio anno 44. & Genebrardo 46. ex aliis anno 45. occiſus eſt ab Herode. Primò ut Herodes Judæos magis ſibi conciliaret. Secundò, quia erat amantiſſimus Judaiſmi, quem Jacobus impugnabat, ut notat Joſephus lib. 19. antiq. cap. 7. Cùm ad Martyrium duceretur ſuum accuſatorem nomine Joſiam ſanctitate & conſtantiâ ita obſtupefecit, ut (inquit ex S. Clemente Euſebius lib. 2. Hiſtoriæ cap. 9.) ipſum ad fidem converterit, ſuique Martyrii comitem effecerit, & teſte Iſidoro paralyticum ſuam opem inclamantem integrè ſanarit. Lucius Dexter in Chronico, Valæus, & alii Scriptores Hiſpani ſcribunt ejus corpus à diſcipulis cœlitus admonitis Joppem I.

Joppem deportatum, & navi impoſitum Iriam Flaviam Gallæciæ civitatem (quæ nunc eſt Compoſtella) fœliciter perveniſſe. Quod huic Apoſtolo cordi fuerit, ut fides à ſe diſſeminata in Hiſpaniâ illibata ſubſiſteret, ex hoc patet, quod eam poſtea ab infidelium infeſtationibus liberarit maximè à Mauris & Saracenis. Undè Reges Hiſpaniæ Catholici cognominantur, & meritò, tum ob perſeverantem conſtantiam in fide, tum etiam quia per Indias Orientales & Occidentales Regum ſtudio fides Chriſtiana longè latèque propagata eſt. Vocatur Jacobus Major, non quod eſſet altero ſenior, ſed (inquit Toſtatus quæſt. 33.) Primò ratione vocationis, fuit enim poſt Petrum & Andræam eodem die vocatus cum fratre Joanne, Matthæi c. 4. verſ. 21. Secundò ob ſingularem cum Chriſto familiaritatẽ, fuit enim unus ex tribus vocatis à Chriſto ad participationem magnorum arcanorum Matthæi cap. 17. verſ. 1. & cap. 26. verſ. 27. Tertiò, quia prior omnibus Apoſtolis pro Chriſti fide martyrio coronatus eſt, Act. cap. 12. verſ. 2. Anno 44.

§. 11.

Miſſio Sancti Joannis Evangeliſtæ.

1. Sanctus Joannes Apoſtolus Chriſti fuit Apoſtolus, Evangeliſta, Propheta, ut patet ex Apocalypſi quam conſcripſit, Patriarcha, quia diutius cœteris Apoſtolis vivens fuit omnium fidelium communis Pater, baſis & columen. Undè S. Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis de eo ſcribit, quod *totas Aſiæ fundavit, rexitq; Eccleſias.* Fuit etiam Martyr, primò quia Chriſto cruci affixo aſſiſtens cunctos ejus dolores & agones mortis per compaſſionem, ac intimum amorem ſuſtinuit. Secundò quia Romæ ab Imperatore Domitiano in dolium ferventis olei fuit immiſſus, eſto miraculosè evaſerit illæſus. Undè Polycrates apud Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 13 ſcribens Victori Romano Pontifici. *Hic (inquit) accedit Ioannes qui ſuper pectus Domini recubuit, qui ſacerdos fuit, qui laminam* Euſebius *auream geſtavit, qui Martyr, Doctor extitit, qui tandem Epheſi morte conſopitus.* De laminâ, quam in fronte geſtavit S. Joannes quaſi coronam Epiſcopatus inſigne, aſtipulatur Sanctus Hieronymus de Scriptoribus Eccleſ. in Polycrate, & Nicephorus lib. 2. cap. 44. aliquas hiſtorias præcipuâ notâ dignas referemus. Epiphanius hæreſi 30. ſcribit quod Ebionẽ & Cherinthum Hereſiarchas negantes Chriſti divinitatem, & Baſilidem negantem Chriſti humanitatem, & veram ejus carnem S. Joannes Apoſtolus & factis & verbis confutavit. Factis, dum balneum eorum ingredi noluit anno Chriſti 74. dicens. *Fratres egrediamur hinc, nè cadat balneum, & pereamus cum Ebione, qui intus eſt in balneo, propter ipſius impietatem.* Scriptis, dum in ſuo Evangelio, & in primâ ſuâ epiſtolâ docet Chriſtum fuiſſe verum Deum, & verum hominem, & qui id negant eſſe Antichriſtos. Undè (inquit S. Ignatius epiſt. ad Philadelp. Tertullianus lib. de præſcript. Epiphanius hæreſi 27. 28. & 30 S. Hieronymus de viris illuſtribus in Joannem. Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 27.) notant quod S. Joannes hortatur ut concupiſcentiæ & peccati, quaſi operum Diaboli turpitudinem fugientes Chriſtum mediatorem, quaſi lucem & ducem ſalutis ſequamur per veram fidem, ſpem, ſeu fiduciam & charitatem. S. Auguſtinus tract. 122. idem cenſet, additque lib. de fide & operibus cap. 14. S. Joannem cum S. Petro confutaſſe errorem Simonis Magi.

II. Anno 92. S. Joannes vinctus mittitur Epheſo Romam a Proconſule ad Domitianum Imperatorem quaſi reus impietatis, ubi ante Portam Latinam miſſus in dolium ferventis olei integer & illæſus exivit, inquit Tertullianus lib. de præſcript. cap. 26. Quare Domitianus eum relegat in inſulam Pathmos. Anno 97. ibi exul pro Chriſto meruit ab eo accipere Apocalypſim, ſivè revelationem eorũ

quæ futura erant in Eccleſiâ, & orbe, præſertim in fine mundi, ut iis fideles à fide metu perſecutionum, vel blandiloquentiâ Ebionis, Cherinthi, aliorumque hæreticorum aberrantes aut vacillantes in eâdem confirmaret, ac roboraret eos & eorum poſteros, ad inſtantes octo generales Eccleſiæ perſecutiones à totidem Imperatoribus concitandas, conſtanti animo ſuſtinendas. Ipſe enim ex omnibus Apoſtolis ſolus ſuperſtes & grandęvus, quaſi fidelium Pater & Patriarcha molem Eccleſiæ, veluti familiæ ſibi Deo commiſſæ ſuâ auctoritate, ſapientiâ & ſanctitate, quaſi Atlas ſuſtinebat, inquit Irenæus lib. 5. in fine, Baronius & alii. Anno 98. S. Joannes certans cum Apollonio, Thyanæo, Thaumaturgo mortuum ſuſcitavit, aliaque miracula patravit in fidei & fidelium confirmationem, ita Euſebius lib. 5. cap. 17. Sozomænus lib. 7. cap. 26. Baronius cum aliis, Lucius Dexter in chronico anno 100. addit quod Zoticus Epheſi ab eo converſus & Symphoroſa cum filiis in Italiam reverſi Martyres occubuerunt.

III. Anno 99. reverſus ex Pathmos ab Aſiæ Epiſcopis, & multarum Eccleſiarum legationibus ſalutatus poſt indictum jejunium publicum, & Supplicationes ſcripſit Evangelium, & quaſi filius tonitrui è cœlo veniens illud ſic auſpicatus eſt. *In principio erat verbum, &c.* Inquit ſanctus Hieronymus præfatione in Evangelium Matthæi. Addit Baronius poſt Metaphraſtem, quod ſcripturus Evangelium inſtar Moyſis aſcendit montem, ibique elevatis manibus, mentem fuiſſe a ſenſibus abſtractam. Tandem fuit Epheſi annum agens 97. Et obiit anno Chriſti 101. poſtquam Chriſti fideles ad charitatem fraternam frequenter & ſeriò exhortatus eſt.

§. 12.

Miſſio Sancti Thomæ.

I. Sanctus Thomas Hebraicè idem eſt ac geminus, dicitur etiam Dydimus Græcè, quod idem ſignificat, & meritò, quia virtus & probitas in eo multiplici fervore geminata eſt. Poſtquam in Parthiâ & Indiâ ulteriore, extremiſque oceani Orientalis receſſibus fidem Chriſti diſſeminavit anno 75. apud eoſdem Indos Martyrio affectus eſt, Religionis Chriſtianæ veritatem proprio cruore obſignans.

§. 13.

Miſſio S. Jacobi Minoris.

I. Anno 63. juxta Euſebium in Chronico, S. Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Jacobo, Baronium & alios, S. Jacobus frater Domini & primus Jeroſolymorum Epiſcopus Chriſtum conſtanter prædicans a Judæis è pinnâ templi deturbatur, & fullonis vecte percuſſus orans pro ſuis interfectoribus glorioſum obit Martyrium, cùm 29. annis ſanctiſſimè illam Eccleſiam gubernaſſet, ejus necem mox ulciſcente Numine Judæa cœpit variis caſibus & prodigiis ultimi excidii exagitari, ut teſtatur Origenes lib. 1. contra Celſum, Euſebius lib. 2. cap. 22. noſter Lezana tomo 1. annalium Anno à creatione mundi 4019. numer. 1. & 3. ait poſt Serarium Boulducum, & Munozium hunc S. Apoſtolum fuiſſe Inſtituti Rechabitici & Eſſeni, & conſequenter Eliani & Prophetici Ordinis de eo Euſebius lib. 2. cap. 22. poſt Clementem Alexandrinum, & Hegeſippum, hæc ſcribit, & Lezana tomo 2. Annal. Anno Chriſti 63. *Jacobus ab utero Matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, animalium carnibus ſe abſtinuit, novaculâ caput ejus nunquam raſum fuit, neque corpus oleo perunctum, aut balneis lotū.* Huic

Huic uni licebat in ſancta ſanctorum ingredi, veſtibus enim utebatur non laneis, ſed linteis dumtaxat, in templum ſolus intrare ſolitus erat, atque ibi genibus humi poſitis, pro populi peccatis veniam poſtulare. Cujus genua, quod tam aſſiduè, tum ad Deum auguſtè ſanctèque adorandum, tum ad veniam precibus populo expoſcendam, procumbebat, Cameli inſtar tuberculis contractis obdurue-
Euſebius *runt. Qui propter ſingularem juſtitiæ præſtantiam juſti & Obliæ (quod Latinè populi præſidium dici poteſt & juſtitia) nomen, ſicut Prophetæ de eo memorant, invenit, &c.* Infra ſubdit. *Proindè Scribæ & Phariſæi Iacobo ſupra pinnam templi collocato cœperunt exclamare & dicere O Iuſte, cui meritò omnes debemus fidem adjungere, quoniam populus Ieſum Crucifixum imitando aberravit, Tu idcircò nobis commonſtra, quod ſit oſtium Ieſu Crucifixi. Qui clarâ voce ſic reſpondit. Quid me interrogatis de Ieſu filio hominis, ipſe ſedet in cœlo à dextris magnæ virtutis & potentiæ Dei, & in nubibus cæli venturus eſt.* His auditis in ejus mortem conſpirarunt Scribæ & Phariſæi. *Nam* (inquit Euſebius) *cùm multi plenè eſſent perſuaſi, & ob id Iacobi teſtimonium Deum laudibus in cœlum ferrent, dicerentq́, Oſanna filio David, Scribæ & Phariſæi de integro cœperunt ita inter ſe colloqui, malè certè & infæliciter cecidit, ut iſtud teſtimonium noſtrâ operâ Ieſu tribueretur. At conſcenſis gradibus illum dejiciamus præcipitem, ut homines indè perterriti facti nullam fidem ejus doctrinæ adhibeant: tandem ergò adoleſcentes præcipitem Iuſtum dederunt, dixeruntq́ ipſi inter ſe, Iacobum Iuſtum obruere oportere lapidibus. Et quoniam dejectus in præceps non ſtatim mortem obiit, ſed vultu ſurſum ſublato, genibuſq́ flexis, dixit: Obſecro Domine Pater, da illis veniam, neſciunt enim quid faciunt, cœperunt ſaxa in eum conjicere, cumq́ lapidibus obruere pergerent, unus ex Sacerdotibus ex filiis Rechab, filii Rhecabim, qui ſunt Ieremiæ teſtimonio condemnati, voce emiſſâ contentiùs dixit: Quid agitis Iuſtus pro vobis Deum deprecatur.* Ex quibus patet Eliani Inſtituti Profeſſores optimè judicaſſe de nomine Jacobi, quaſi Collegæ ſui. Undè in epiſtolâ ſuâ mentionem idem S. Jacobus facit ſiccitatis triennalis & pluviæ ipſius Eliæ oratione procuratæ. Et Caramuel in Regulam S. Benedicti diſp. 15. num. 170. aſſerit Rechabitas non diſtingui à filiis Prophetarum, quod & fusè oſtendit P. Lezana tomo 1. Annal. & Joannes 44. Patriarch. Jeroſol. lib. de Inſtit. Monach. cap. 17.

§. 14.

Miſſio Sancti Philippi.

I. PHilippum Chriſtus vocavit Joannis cap. 1. verſ. 43. his verbis Ioan. 1
Sequere me. Verſ. 44. *Erat autē* verſ. 43.
Philippus à Bethſaidâ civitate Andreæ verſ. 44.
& Petri. Euſebius Gallicanus homil. in vigiliâ ſancti Andreæ notat, quod *Primus omnium Apoſtolorum Philippus videtur vocatus. Et meritò quidem primus vocatur ille, qui os lampadis interpretatur. Tale namque os tunc omnes receperunt, quando in linguis igneis Spiritus ſanctus ſuper eos deſcendit.* Hic poſtquam in Scythiâ Aſiaticâ, & Phrigiâ Chriſti fidem propagavit anno Chriſti 54. ſecundùm Euſebium in chronico apud Hieropolim Aſiæ civitatem Cruci affixus lapidibus obruitur.

§. 15.

Miſſio S. Bartholomæi.

I. NOmen Bartholomæi ſecundùm Toſtatum quæſt. 35. eſt valdè obſcurum, quia illius nulla fit mentio in Scripturâ. Omiſſis variis hujus nominis etymologiis & interpretationibus, ſufficit dicere cum S. Dionyſio Areopagita lib. de myſticâ Theologiâ cap. 1. Divum Bartholomæum magnam eſſe Theologiā atque Evangelium amplum & magnum. Poſtquam enim in majore Armeniâ & Indiâ citeriore multos Chriſti jugo ſubjecit, tandem anno Chriſti 73 apud Perſas miſſionis ſuæ munere fungens ſecundùm Onuphrium in chronico, excoriatus capite plectitur.

§. 16. *Vo-*

§. 16.

Vocatio & Miſsio S. Matthæi Evangeliſtæ.

I. SAnctus Matthæus in ſuo Evangelio cap. 9. verſ. 9. ſuæ vocationis mentionem facit hoc modo. *Cùm tranſiret indè Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi ſequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum.* Verſio Perſica. *Vidit in domo ſolutionis tributorum.* Ægyptiaca. *In foro ſolutionis.* Græca apud S. Paſchaſium lib. 5. in Matthæum. *In domo tributorum ſeu vectigalium.* S. Chryſoſtomus homil. 31. notat ideò ab Evangeliſtis vocationē Petri, Andreæ, Jacobi, Joannis, & Matthæi commemorari, non autem aliorum Apoſtolorum. *Quia iſti maximè in humili artificio, atque infami verſabantur. Quid enim Publicano pejus, aut piſcaturâ humilius.* Vidit non ſtantem, ſed ſedentem in telonio. *Ad exaggerandum* (inquit S. Paſchaſius lib. 5. in Matthæum.) *cupiditatis ſuæ cumulum ſedentem eum vidiſſe dicitur. Sedebat enim ut Magiſter rapinæ juxta fornacem avaritiæ, æſtuabat concupiſcentiarum caloribus, nec ſtans, ut vinceret, nec abiens ut evaderet, ſed ſedens ut princeps rapinæ miniſtrorum deciperet.* S. Petrus Chryſologus ſermon. 29. *Sedebat utique qui ſtare non poterat pondere cupiditatis oppreſſus, & ipsâ totus concupiſcentiâ fraudis incurvus. Aurum naturâ grave, gravius fit avaritia nimis. Hinc eſt quod plus habentem deprimit, quàm ferentem, & vehementius aggravat corda, quàm corpora. Naſcitur in terrâ profundâ, per quæ ima venarum cæcis diſcurrit anfractibus. Et dum ſuam ſemper repetit ad naturam, cæleſtes animos ad inferna deponit.* Ratio ergò cur non ſtaret, ſed ſederet, eſt, quia totus oppreſſus & incurvus erat pondere avaritiæ. Et tamen ſurgens *ſecutus eſt eum.* Undè S. Paſchaſius ſubdit. *Generoſus jure cenſetur animas, qui tam ſubitò per fidem, quæ magna putaret, & tam facile captus amore melioris vitæ prætermittit.* Quaſi diceret magnum quidem erat Telonium & tamen ad primam Chriſti vocem ipſum relinquit. S. Petrus Chryſologus ſermone 30. conferens paralyticum cum Matthæo ait. *Deterius ſedebat in telonio Publicanus iſte quàm Paralyticus, de quo antea diximus, jacebat in lecto: quia ille carnis patiebatur Paralyſim, iſte mentis: ille jacebat captus carne, ſedebat corpore & animo iſte captivus, quare Publicanus, qui major videtur in crimine, major habetur in munere: nam mox Apoſtolus certâ dignitate præditus eſt, & Paralyticus ſolâ dignus veniâ vix habetur. Vis noſci quare plus conſecutus eſt Publicanus? quia circa Apoſtolum ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia.* Publicanus erat magis reus quàm Paralyticus, & tamen ad majorem dignitatem ſcilicet Apoſtolicam evehitur quàm Paralyticus, è majori caligine tenebrarum emergit ad clariorem lucem.

Matt. 9. verſ. 9.

S. Petrus Chryſol.

Doctores communiter aſſerunt, quod Anno Chriſti 37. Matthæus ſcripſerit Evangelium priuſquam Apoſtoli in ſuas provincias diſcederēt. Scripſit (inquam) ad inſtantiam fratrum, qui ex Judaiſmo erant ad fidem converſi, & quidem Idiomate Hebraico inquit S. Hieronymus in prologo Evangeliorum ad Damaſum Pontificem. Et lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis teſtatur, quod ſuo tempore in Bibliothecâ Cæſarienſi ſervaretur exemplar Evangelii Matthæi linguâ Hebraicâ ſcriptum, & ſe illud deſcripſiſſe. Idem tradunt S. Chryſoſtomus homil. 1. in Matthæum, Euſebius lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 1. & lib. 5. cap. 10. Papias antiquiſſimus Auctor apud eundem Euſebium lib. 3. cap. ultim. Epiphanius hæreſi 51. Dorotheus in Synopſi, noſter S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. 4. S. Auguſtinus lib. 1. de conſenſu Evangeliſtarum Origenes apud Nicephorum lib. 5. cap. 5. Ferculius Epiſc. in Chronic. lib. 5. cap. 4. Theophilactus, Euthymius, S. Thomas, & alii, maximè noſter Sylveira in proemio tomo 1, cap. 3. improbans mentem Cajetani exiſtimantis Matthæū ſcripſiſſe Evangelium ſuum idiomate II.

Græco

Græco, & Salmeronis dicentis à Matthæo ſcriptum linguâ Syriacâ. Evangelium præfato Idiomate ſcriptum, ſecum tulit ad Indos S. Bartholomæus ſecundùm Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 10. S. Hieronymum lib. de ſcript. Eccleſ. S. Barnabas illud propriâ manu deſcripſit, & repertum eſt cum corpore ejus tempore Zenonis Imperatoris; ut teſtatur S. Hieronymus. Idem Evangelium Jeroſolymis editum à Jacobo fratre Domini expoſitum fuiſſe ſcribit S. Athanaſius. Epiphanius hæreſi 51. narrat S. Matthæum ſcripſiſſe ſuum Evangelium ad inſtantiam Apoſtolorum.

III. Ex S. Hieronymo profectus eſt in Æthiopiam, quam provinciam ſortitus fuerat evangelizandæ fidei gratiâ, & Verbum Domini ſequentibus ſignis ibi latiſſimè diſſeminavit. Et Regis puero è morte ad vitam revocato Regem patrem cum uxore, & totam provinciam ad fidem Chriſti convertit: ſed Rege hoc defuncto Hyrtacus quidam regnum obtinuit, qui Iphigeniam prioris Regis filiam ſibi uxorem optabat, Matthæus verò quo auctore virginitatem illa voverat, ut in ſancto virginitatis propoſito perſiſteret, eandem hortabatur. Hyrtacus igitur moleſtiſſimè ferens Iphigeniæ virginitatem conſtanter ſuis votis obſiſtentem, cujus conſilii Matthæum auctorem eſſe noverat ad Altare ſacra facientem cõfodi juſſit; atque ita Beatus Matthæus & Apoſtoli & Evangeliſtæ, Martyriſque coronam adeptus, ad Chriſtum migravit anno Chriſti 77. ſecundùm nonnullos. Matthæum fuiſſe Apoſtolum aſſerunt Sanctus Hieronymus in Abdiam, S. Baſilius & Hilarius in pſalmum 76.

§. 17.

Miſſio Sancti Simonis.

I. SAnctus Simon Cananæus dicitur à Civitate Canâ Galileæ, in quâ natus eſt. Undè aliqui cum Nicephoro lib. 8. cap. 30. & Baronio exiſtimant ipſum eſſe ſponſum in illis nuptijs, Joannis cap. 2. verſ. 1. Et quia Cana Hebraicè ſignificat zelum, ideò hic Apoſtolus vocatus eſt Zelotes, inquit S. Hieronymus, quia & in Canâ natus eſt, magnum habuit zelum honoris Dei & Eccleſiæ ſanctificandæ. Poſtquam ſuum zelum in Ægypto, Africâ, & Mauritaniâ manifeſtavit converſione infidelium anno Chriſti 64. occiſus eſt in Perſide cùm innumerabiles filios etiam Jeſu Chriſto generaſſet, fidemque in vaſtiſſimis & efferatis illis regionibus diſſeminaſſet doctrinâ & miraculis. Denique glorioſo Martyrio Jeſu-Chriſti nomen illuſtravit.

§ 18.

Miſſio Sancti Judæ.

SAnctus Judas Frater Jacobi Minoris, qui frater Domini cognominatus, habuit patrẽ Alphęum ſivè Cleopham, & Matrem Mariam, quæ à Marco cap. 15. verſ. 40. Maria Jacobi nuncupatur. Judas Hebraicè idem eſt quod confeſſio & laus, vel confeſſor & laudator ſcilicet Dei & Chriſti. Videtur hoc nomen accepiſſe à Judâ fortiſſimo & celeberrimo filiorum Jacob Geneſ cap. 49. verſ. 8. I.
Vocatur Zelotes. *Quia* (inquit S. Fulgentius ſermone 9.) *zelavit pro Domino.* S. Fulgentius.
Patuit hæc vox plena zelo & amore Dei, dum Joannis cap. 14. Ioan. 14.
verſ. 22. ait Chriſto morti proximo. verſ. 22.
Domine quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis te ipſum. Cognominatur etiam Thaddæus & Lebbæus; id eſt leoninus, animoſus, à generoſitate & præſentiâ imperterritus. Cor enim eſt ſedes & ſymbolum fortitudinis. Hic ex ſancto Hieronymo, Beda, Euſebio, & aliis, Abagarum Regem Edeſſæ, & Edeſſenos ad fidem convertit. Breviarium Romanum 28. Octobris. Nicephorus lib. 1. cap. 4. & alii tradunt S. Judam prædicaſſe in Arabiâ, Perſide, Meſopotamiâ, Idumæa. De fide eſt ab eo conſcriptam eſſe epiſtolam Judæ, eamque eſſe canonicam cõtra hæreticos Lutherum, Brentium, Kemnitiũ, Centuriatores,

Probatur ex Concilio Tridentino ſeſſione 4. Florentino in epiſt. Eugenii Papæ ad Armenos. Concilio Romano ſub Damaſo, Concilio Laodicenſi epiſt. 58. Carthaginenſi cap. 47. Sancto Hieronymo lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſ. in Judâ: Græcè ſcripſiſſe aſſerit Cornelius in procemio iſtius epiſtolæ, non autem Perſicè. Ratio eſt, quia hanc epiſtolam quaſi encyclicam & univerſalem ſcripſit omnibus fidelibus tam Judæis, quàm Gentilibus toto orbe diffuſis, ideòque nō Perſicè, ſed Græcè, quia tunc Græca lingua erat maximè communis & latiſſimè diffuſa. Origenes in cap. 3. Matthæi ſcribit hanc epiſtolam eſſe brevem, ſed plenam verbis efficacibus Gratiæ cœleſtis. Illa multa dogmaticè aſtruit, ſcilicet Myſterium Trinitatis, Incarnationis, Redemptionis humanæ, diſcrimen inter bonos & malos Angelos, ſtudium pro ſalute hominum, fidem & metum futuri judicii, fugam luxuriæ, blaſphemiæ, inobedientiæ, ſuperbiæ, avaritiæ, odii, doli, adulationis, acceptionis perſonarum, conſtantiam in fide, oratione, charitate, converſione errantium, inſectatione hæreticorum, doxologiâ & laude Dei. Confutat hæreſes Simonis magi, Nicolaitarum, Cherinthi, & mox naſciturorum Gnoſticorum, Ebionis, Menandri, Baſilidis, Saturnini, Valentini, Marcionis, & ſimilium inquit Epiphanius in hæreſi Gnoſticorum. Vide plura apud Cornelium in procemio hujus epiſtolæ. Tandem ſuam Miſſionem ſeu Apoſtolatum glorioſo Martyrio coronavit anno 70. ejuſque corpus & ſancti Simonis Romam delatum, conditum eſt in Baſilicâ S. Petri.

§. 19.

Electio & Miſsio S. Matthiæ.

I. SAnctus Lucas Actor. cap. 4. ſcribit quod Chriſto in cœlum ſublato Apoſtoli, aliique fideles à monte Oliveti reverſi Jeroſolymam centum viginti ſe receperunt in cœnaculum quoddam montis Sion pertinens ad Joannem, cognomento Marcum, ubi morati ſunt diebus decem orationi diu noctuque vacantes, expectanteſque votis ardentibus illapſum Spiritus ſancti, Actor. cap. 1. verſ. 14. S. Petrus hortatus eſt eos ut orationi ſtudioſius incumberēt ad poſtea eligendum in locum Judæ proditoris aliquem, qui omnium actorum Chriſti à baptiſmo Joannis uſque ad Aſcenſionem in cœlum foret conſcius & teſtis, ut reſtaretur & diceret ex S. Chriſoſtomo. *Ecce qui edebat, qui bibebat, qui crucifixus eſt, idem ille reſurrexit.* Apoſtoli, reliquique fideles communi conſenſu nominarunt è toto gremio duos excellentiores in fide, virtute, rerumque Chriſti notitiâ, eos deindè ſeorſum ſtatuerunt, quaſi candidatos Apoſtolatus, ut jacerent ſuper utrumque ſortem Apoſtoli electi deſignativam. Notant Clemens Alexandrinus, Beda & Martyrologium Romanum die 20. Julii, Joſeph (qui cognominabatur juſtus) fuiſſe cum Mathiâ propoſitum, & ambos è numero 72. diſcipulorum, & verſ. 26 quod *Sors cecidit ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.* S. Chryſoſtomus Act. c. 1. verſ. 26.

II. *Matthias* Hebraicè idem eſt, quod *donum Dei*, vel *donatus è Deo*. Quare Beda arbitratur nomen ejus fuiſſe omen, quod ad Apoſtolatum promoveretur. *Matthias* idem ferè nomen eſt, quod *Matthanias* vel *Mathanaas*. Imò a Pagnino vocatur *Mathamach*, geminatâ litterâ *Theu* eſt *Mathathias*, ideſt *Donum Domini*, vel *manifeſtatio Domini.* Et ſimilis fuit Mathathiæ patri Judæ, Jonathæ & Simonis Machabæorum, qui & interfecit ex zelo ducem Antiochi Matthias fuiſſe videtur fuiſſe ipſo inſignior. Beda cum aliis addit *Matthias* Hebraicè idem eſſe quod *parvus De*, quia fuit ultimus Apoſtolorum, juxta illud Chriſti Matthæi cap. 11. verſ. 23. *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & revelaſti ea parvulis.* Omiſſis aliis encomiis quæ ex nominis etymologiâ & interpretatione deduci poſſunt Mat. 11. verſ. 23.

poſſunt, ejus excellentiam & ſanctimoniam melius & probabilius colligemus ex comparatione Matthiæ cum Joſeph ejuſdem Apoſtolatus candidato. *Et ſtatuerunt* (inquit Textus Sacer verſ. 23.) *duos, Ioſeph, qui*
Actor 1. verſ. 23. *vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, & Matthiam.* Cornelius. *Apoſtoli cæteriq; fideles communi conſenſu nominarunt è toto numero duos excellentiores in fide, virtute, rerumq; Chriſti cognitione, eos deindè ſeorſum ſtatuerunt quaſi Apoſtolatus candidatos ut ſuper utrumque jacerent ſortem, quæ Apoſtolum deſignaret. Hæc omnia facta ſunt dirigente S. Petro, qui totius hujus operis fuit choragus.*

III. Matthiæ ſanctimonia apparet primò in eo quod quamvis Joſeph foret Chriſti conſanguineus, utpotè filius Alphæi & Mariæ, tamen ille ad Apoſtolatum loco Judæ aſſumptus eſt. Secundò, licet Joſeph eſſet juſtus, ideſt inſigni juſtitiâ & ſanctimoniâ præditus, æquè ac frater ejus Jacobus, qui cognominatus eſt frater Domini, tamen non eſt ad Apoſtolicam prælaturam evectus, ſed Matthias ad illud regimen aptior judicatus eſt. Tertiò, quamvis Joſeph eſſet frater Jacobi Majoris, Simonis & Judæ, ut multi exiſtimant, & inſinuatur Matthæi cap. 13. verſ. 55. tamen in eum ſors non cecidit, nè cognati cæteris præferri viderentur. Undè conformiter ad hanc electionem ſacri Canones cavent nè in eâdem Eccleſiâ pater & filius ſimul obtineant beneficia, imò plura Capitula nolunt plures fratres admittere in ſuum Canonicorum cœtum. Et Leodii in Monaſteriis S. Jacobi, S. Laurentii Ordinis S. Benedicti non admittuntur etiam cognati, nè fortè inter ſe conſpirent, cœterisque velint dominari, concitentque factiones & ſchiſmata. Quarto, quod electio Matthiæ non caſu & favore humano facta ſit, patet ex his vocibus *& dederunt ſortes.* Syrus. *Conjecerunt ſortes.* Pagninus. *Et dederunt ſortes eorum.* Tigurina Verſio. *Et miſerunt ſortes eorum.* Quo modo & quâ ratione uſi ſunt Apoſtoli in mittendis illis ſortibus incertum eſt, quare omitto Interpretum variam mentem, & dico Deum per ſortem declaraſſe dirigendo ut ſors caderet ſuper Matthiam, juxta illud Proverb.
Proverb. 16. v. 33. Proverb. cap. 16. verſ. 33. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* Vel addendo aliquod ſignum cœleſte, verbi gratiâ, radium, vel aliquod ſimile, quod ſortem comprobaret, ut cenſent Dionyſius Eccleſiaſticæ Hierarchiæ cap. 4. S. Auguſtinus in pſalm. 30 conc. 2. Origenes homil. 23. in Joſue, S. Antoninus, Baronius, Turrianus, Sanchez, & alii. Hoc ſignum cœlitus datum eſt, nè Matthias videretur inferior aliis Apoſtolis à Chriſto electis, quod patet ex oratione Apoſtolorum ſorti præviâ, quâ rogatus eſt Deus, ut magis idoneum deſignaret. Nec dubitari debet quin Deus exaudierit hanc orationem communem Apoſtolorũ & Eccleſiæ, & eos voti compotes fecerit. Quare ſi ſortientes Apoſtolos ſpectes hæc ſors humana fuit, ſi calculum, quem Deus ei adjecit, conſideres fuit divina, ut notat Sanctus Dionyſius, qui hanc ſortem optimã judicat.

IV. Undè hæc non debet cenſeri temeraria, caſualis, vel fortuita, ſed juſta. Primò, quia ambo erant pares exterius. Secundò, quia S. Auguſtinus epiſt. 119. cap. 20. & epiſt. 180. docet ſorte decidendum eſſe, qui Sacerdotes tempore perſecutionis fugere debeant, & qui manere, ut aſſiſtant fidelibus, quod & fieri debet tempore peſtis, & ſimilis neceſſitatis. Tertiò S. Chryſoſtomus & Beda in acta, S. Auguſtinus ſermone de S. Matthiâ, S. Hieronymus in cap. 1. Jonæ, S. Thomas in 2. 2. quæſt. 95. artic. 8. exiſtimant Apoſtolos ante receptionem Spiritus Sancti adhuc rudes & inexpertos id feciſſe more Patrum veteris Teſtamenti, nam lib. 1. Reg. cap. 10. verſ. 20. Saul ſorte creatus eſt Rex, Joſue cap. 7. verſ. 16. Acham deprehenſus eſt ſorte, & cap. 15. ſorte diviſa eſt terra promiſſionis inter 12. tribus. Poſt receptum Spiritum ſanctum Actor. cap. 6 in electione Diaconorum Apoſtoli non ita proceſſerunt. Nunc verò in electionibus Paſtorum & Eccleſiaſticorum jure cano-

nico ſors eſt prohibita, ut patet ex cap. *Eccleſia de ſortilegiis*. in fine. Nam Concilium Tridentinum ſeſſ.24 cap. 18. de reform. imò ex jure naturæ, divino, & humano, civili ad officia & beneficia præſertim habentia curam animarum annexam dignior eligendus eſt. Idem docent D. Thomas, Leſſius de jure & juſtitiâ lib 2.cap.34 dubio 14. Denique ad ejuſmodi electionem ſic Apoſtoli proceſſerunt inſtinctu divino inquit Leſſius ſupra cap. 43 dub. 9. Vide S. Auguſtinum in pſalm. 30. conc. 2. ad illa verba, verſu 19. *In manibus tuis ſortes meæ.* Adde quod Joſeph poſtea creatus eſt Epiſcopus Eleutheropolitanus in Palæſtina, ut teſtatur Dorotheus in Synopſi, & Martyrologium Romanum Sanctorum ſaltis adſcribit 20. Julii. *Eodem die Natalis Beati Ioſeph, qui cognominatus eſt Iuſtus, quem Apoſtoli cum B. Matthiâ ſtatuerunt, &c.*

V. S. Matthias Galilæam, Palæſtinam ſortitus eſt, Sophronius apud S. Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Nicephorus lib. 2. Dorotheus in Synopſi ſcribunt eum etiam in ulteriori Æthiopiâ Evangelium prædicaſſe, de eo S. Antoninus hæc ſcribit. *Fuit in lege Domini doctiſſimus.* Ejus doctrinam teſtantur tria axiomata relata à Clemente Alexandrino, primum lib. 2 Stromatum. *Oportet admirari præſentia*, idest, admirari debemus opera viſibilia Dei, ut ex iis inviſibilium notitiam attingamus, & admirantes in eis contemplemur Dei majeſtatem, potentiam, ſapientiam & bonitatem. Secundum lib. 3. Stromatum. *Si electo vicinus peccavit, peccavit electus. Nam ſi ſe ita geſſiſſet, ut jubet verbum, vel ratio, eius vitam ita vicinus eſſet reveriturus, ut non peccaſſet.* Tertium lib. 7. Stromatum, quod Euſebius etiam citat lib. 3. cap. 29. *Adverſus carnem pugnandum eſt, & in nullo prorſus voluptati eius ac libidini concedendum. Animam verò alendam ſapientia paſtibus, & ſcientia cibis in maius ſemper augendam.* S. Antoninus ejus laudes proſequitur his verbis. *Corpore mundus, animo prudens, in ſolvendis quæſtionibus ſacra Scriptura acutus, in conſilio providus, in ſermocinatione expeditus.* Concludit. *Multorum ſignorum patrator, extenſis in cælum manibus Martyr ſpiritum Deo reddidit.* Martyrologium Romanum refert fuiſſe occiſum in Judæâ à furentibus Judæis. A nonnullis dicitur illi caput abſciſſum fuiſſe. Cornelius in cap. 1. Actuum Apoſt. in fine aſſerit ejus reliquias eſſe Treviris in Eccleſiâ Cathedrali, & ſe eas oſculatum eſſe. Caput ejus ſingulis annis in feſto ipſius oſtenditur Romæ in templo S. Mariæ Majoris, illucque vidi convenire magnum populi concurſum: L. Dexter, & Onuphrius in Chronico tradunt Martyrium S. Matthiæ contigiſſe anno Chriſti 66. Addunt nonnulli eum primò à furentibus Judæis fuiſſe lapidatum, deindè capite truncatum.

Clemens Alexand.

§. 20.

Miſſio Sancti Barnabæ.

I. HUjus nominis ſignificationē ipſe Sacer Textus nobis ſubminiſtrat Actor. cap. 4. verſ. 36. *Ioſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, quod eſt interpretatum filius conſolationis, Levites Cyprius genere.* Non eſt (inquit S. Chryſoſtomus) is qui ab Apoſtolis propoſitus, ut loco Iudæ proditoris ſuccederet. Dicitur Barnabas, ſeu filius conſolationis, quia conſolationem omnibus erat allaturus, quia erat ingens conſolator, plenus conſolatione, tótus conſolatorius. Motivum hujus cognominis dat Textus verſ. 37. *Cum haberet agrum vendidit eum, & attulit pretium, & expoſuit ante pedes Apoſtolorum.* Quæ oblatio maximam Apoſtolis conſolationem, & reliquis fidelibus ædificationem attulit, cuiúſq; exemplum omnes certatim imitati ſunt. Secundò Alexander, ait cum eximiâ manſuetudine, hilaritate, ſuaviloquentiâ, gratiâ, ſanctimoniâ, arte conſolandi miſeros & afflictos præditum fuiſſe. Tertiò ex œcumenio pauperes ſuis mediis & eleemoſynis conſolatus eſt. Undè Barnabas dicitur quaſi *Bar nabi* Hebraicè, ideſt filius

Act. c. 4. verſ. 36.

filius prophetæ. Is enim dicitur Pro-
pheta qui exhortatur & conſolatur.
Hinc (inquit Siracides Eccleſiaſtici
cap. 48. verſ. 27.) Iſaias Propheta
Eccl. 48 verſ. 27. *Conſolatus eſt lugentes in Sion.* Et hic
in perſonâ Chriſti Cap. 61. verſ. 2.
Iſaiæ 61 clamat. *Spiritus Domini ſuper me, &c.*
verſ. 2. *ut conſolarer omnes lugentes, &c* Pag-
ninus in nominibus Hebraicis dedu-
cit Barnabas à *Bar* & *naba*, Hebraicè
idest, *eructavit, emanavit, ſcaturivit,*
ebullivit, prolocutus eſt. Quaſi diceret
filius ebullitionis, eloquii ebullientis,
ſeu ſermone profluus, conſolator.
Nam eloquentiâ & ſermone profluus
erat, gratiá conſolandi & exhilaran-
di pollebat. Alexander Monachus
ſcribit Barnabam natum in Cypro,
ſed educatum Jeroſolymis, ubi cum
cum Stephano & Saulo ſacris litteris
fuit imbutus à Gamaliele, ac de-
mum ad Chriſtum veniſſe unà cum
conſobrino ſuo Joannes, qui cogno-
minatus eſt Marcus. S. Epiphanius
hæreſi 1. Euſebius lib. 3. Hiſtor. cap.
33. & alii, aſſerunt Barnabam fuiſſe
ex 72. Diſcipulis.

II.
Anno Chriſti 42. cùm Antiochiæ
Act. 11. multi ex Gentiliſmo ad Chriſtianiſ-
verſ. 22. mum anhelarent Actor. cap. 11. v. 22.
Pervenit ſermo ad aures Eccleſia, quæ
erat Ieroſolymis, & miſerunt Barnabam
uſque ad Antiochiam. Pondera illam
vocem *miſerunt.* Verſ. 23. *Qui cùm*
verſ. 23. *perveniſſet, & vidiſſet gratiam Dei,*
gaviſus eſt, & hortabatur omnes in pro-
poſito cordis permanere in domino. Ideſt,
cùm vidiſſet, quod Gentiles Antio-
chiæ gratiâ divinâ excitati tam avidè
fidem Chriſti amplecterentur, in eaq;
eſſent conſtantes, devoti & ferven-
tes. Vel cùm videret gratias gratis
datas, verbi gratiâ, donum linguarũ,
prophetiæ, interpretandi ſcripturas,
celebrandi magnalia Dei, &c. à Deo
communicatas Antiocheniſeum fide
& baptiſmo, hortabatur omnes, ut
Jeſu Chriſti fidẽ, amore, gratiâ, Ec-
cleſiâ, ſeu Chriſtianiſmo perſiſterent.
Syrus. *Vt toto corde adhærerent Domi-*
no. Pagninus *Vt propoſito cordis perſe-*
verarent Domino. S. Chryſoſtomus.
S. Chryſoſtomus *Hortabatur omnes cum præconio & lau-*
dibus, & forſan eo quod laudabat &
approbabat turbam, plures convertit.
Virtus enim laudata creſcit. Verſ. 24. verſ. 24.
Quia erat vir bonus & plenus Spiritu
ſancto, & appoſita eſt multa turba Do- verſ. 25.
mino. Verſ. 25. *Profectus eſt autem*
Barnabas Tarſum, ut quæreret Paulum
quem cùm inveniſſet perduxit Antio- verſ. 26.
chiam. Verſ. 26. *Et annum totum con-*
verſati ſunt ibi in Eccleſiâ, & docuerunt
turbam multam: ita ut cognominaren-
tur primùm Antiochia Diſcipuli Chri-
ſtiani. Anno Chriſti 43, ſicut Pla-
tonis Diſcipuli dicuntur Platonici,
ita juxta oraculum Iſaiæ cap. 43. v. 1. Iſaiæ 43
Vocavi te nomine meo. Quia ſcilicet fi- verſ. 1.
dem meam, mores meos, vitam meã
imitâris.

III.
Cap. 13 verſ. 2. Paulus & Barna-
bas juſſu Spiritus ſancti mittuntur ut
gentibus evangelizent, anno 45. or-
dinaturque Barnabas quaſi Apoſtolus
ſeu Epiſcopus ab Antiochenâ Eccle- Act. 13.
ſiâ, ſeu executionem ſui Apoſtolatus verſ. 2.
cum Paulo accipit. *Miniſtrantibus*
autem illis Domino, & jejunantibus dixit
illis, ſegregate mihi Paulum & Barna-
bam in opus ad quod aſſumpſi eos. Per
ſegregationem Cornelius & alii In-
terpretes intelligunt promotionem
ad Apoſtolatum ob inſignem ejus vir-
tutem & zelum, quo omnes ſuas fa-
cultates ad pedes Apoſtolorum po-
ſuerat. Eum Alexander Monachus in
vita ejus his laudibus celebrat. *Bar-*
nabas magnus Eccleſia Orator, Evange-
licæ prædicationis tuba, magna Chriſti
vox, Spiritus ſancti Cythara, divina
gratia plectrum, Chriſti miles robuſtiſſi-
mus, Chriſtiani ovilis dux certus, Dei
Paradiſus, fidei germen, charitatis roſa Alexand.
ſuaviſſima odorem emittens, ſpei flos in- Monach.
corruptus, immortalitatis ramus, mel
diſtillans, patientiæ propugnaculum, &c.
Barnabas Chriſti myſteriorum theſau-
rus, orthodoxorum miniſter, ægrotantiũ
medicus, Chriſtiani gregis cuſtos vigilan-
tiſſimus, gentium dux, Eccleſiarum præ-
co, virtutum cæleſtem odorem ſpiran-
tium roſetum. Chriſti gratiarum ager
fertiliſſimus, Virginitatis margarita,
caſtitatis berillus, temperantiæ gemma,
Chriſtum in ſe loquentem habens, electum
Dei vas, Sanctæ Trinitatis templum.
per *opus* accipit Evangelium ubique
gentium prædicandum, his verbis *ad*
quod aſſumpſi eos, Pagninus. *In auxiliũ*

ſibi prærogativam ambiunt, quales ſunt quæ in urbe cernuntur in Baſilicâ S. Mariæ Majoris, in Eccleſiâ Ara cæli dictâ, in S. Mariâ in viâ latâ, in ſanctâ Mariâ rotundâ, in Deiparâ gratiarum appellatâ, in S. Mariâ Novâ, in S. Dominico montis Bagnapolis, in S. Mariâ del popolo, in Monialibus campi Martii, & in Eccleſiâ ſancti Auguſtini Patrum Eremitarum ejuſdem Ordinis, & aliis extra urbem, magnam & difficilem Provinciam nobis aſſumemus, ſi hanc Bononiæ Imaginem, & prius à Carmeli cultoribus poſſeſſam, ejuſdem Lucæ manu depictam fateamur. Litem tamen dirimit aſſerens non unam, ſed plures depinxiſſe, cui ſuffragantur Ferreolus Locrius in Mariâ lib. 23. cap 147. Joannes Bonifacius lib. 2. hiſtor. Virgin. cap. 10. Caniſius lib. 5. cap. 22. Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ lib. 9. cap. 8. Hermannus Scedelius ætate 6. Hippolytus Marracius in Apoſt Mariæ cap 2. & 16. Nicolaus Dalmatius lib de origine templi ſanctæ Mariæ del populo. Inter has ergò illa cenſeri debet à S. Lucâ depicta, quæ in Carmeli Oratorio olim à noſtris Patribus colebatur. Pro hâc opinione militat, quod Carmelus non diſtabat à Nazareth vel Jeroſolymâ, ubi B. Virgo nata, vel educta fuit. Nec diſtabat ab Antiochiâ, ubi Sanctus Lucas ortus eſt: multò minus à Deiparæ devotione dum viveret. Præfatam illius Imaginem Lucæ penicillo expreſſam Conſtantinopoli fuiſſe reſervatam teſtantur Ferreolus & Bonifacius citati, quod piè credendum eſt, ſicut quod eadem Sanctiſſimæ Matris Effigies à Carmelitis ſibi devotiſſimis in Oratorio Carmeli prius fuerit honorata. In cujus memoriam plura illius exemplaria Romæ extant præſertim in noſtrâ Sacriſtiâ Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ cernuntur cum hâc inſcriptione. *Dei Matris Iconis, à S. Lucâ Evangeliſtâ depicta in primævo illo ſacello Montis Carmeli in honorem ipſius Virginis erecto tempore Apoſtolorum locata, indè Bizantium poſt anno* 1160. *divino monitu per quendam ejuſdem Montis Eremitam Euthymeum nomine Bononiam tranſlata ibidem adhuc miraculis celebris, vera effigies.*

Lucam fuiſſe Medicum, Evangeliſtam: imò & Apoſtolum teſtantur S. Chryſoſtomus & OEcumenius in Lucam, Pauli laborum & periculorum comes & cooperator ex ſuffragiis & electione Eccleſiarum fuit, ut innuere videtur Pauli 2. Corinth. cap. 8. verſ. 19. Poſtquam Româ diſceſſit profectus eſt in Orientem, rurſusque in Lybiam petiit, & Thebanos religione Chriſtianâ inſtituit, ſeu (ut ſcribit Epiphanius hæreſi 51.) primò prædicavit in Dalmatiâ, dein in Italiâ, Galliâ, Macedoniâ. Tandem laboribus multis pro Eccleſia ſanctificanda exhauſtus, ſeu (ut Martyrologium Romanum 18. Octobris) multa paſſus pro Chriſti nomine, Spiritu ſancto plenus obiit in Bithynia, anno 69. Cujus oſſa Conſtantinopolim tranſlata ſunt. Martyrio affectum fuiſſe declamat S. Gregorius Nazianzenus orat. in Julianum his verbis. *Non victimas pro Chriſto cæſas es reveritus? Non magnos pugiles extimuiſti? Ioannem illum, Petrum, Ioannem, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andræam, Theclam, eos, qui & poſt illos, & ante illos capitis ſui periculo veritatem protexerunt, qui cum igni, & ferro, & belluis, & tyrannis, & præſentibus malis, & denunciatis alacri animo veluti in alienis corporibus, imò quaſi corporis expertes dimicarunt.* S. Gaudentius Epiſcopus Brixianus S. Ambroſio coævus ſermone de dedicat. Eccleſiæ. *Horum quatuor* (inquit) *habemus in præſenti reliquias, qui regnum Dei & juſtitiam prædicantes ab incredulis & impiis occiſi Deo ſemper vivere operationum ſuarum virtutibus demonſtrantur. Ioannes in Sebaſte Paleſtinæ, Thomas apud Indos, Andræas & Lucas apud Parthas Achaiæ civitatem conſummati referuntur.* Illis accinit S. Paulinus Nolæ Epiſcopus. 11.

S. Greg. Nazian.

s. Gaudentius.

Hic Pater Andræas, & magno lumine Lucas

Martyr, & illuſtris ſanguine Nazarius.

S. Paulin.

Nicephorus lib. 2. cap. 43. paucis vitam, & mortem delineat. *Lucas Antiochiæ, quæ eſt in Celeſyriâ ortus, Medicus ſimul & Pictor Egregius, Thebis ad Paulum venit, atque ibi nuncio patrio errori remiſſo ad Chriſtum acceſſit, pro corporum curatione animarum medicum*

Niceph.

factus.

factus. Evangelium ſuum Paulo præcipiente ſcripſit, atque ibidem acta Apoſtolorum. Cum Paulo autem Romæ cùm fuiſſet, in Græciam eſt reverſus, plurimoſq; ibi divina doctrina, & cognitionis luce illuſtravit, & tandem à Divini Verbi contemptoribus ex fructifera olea arbore ſuſpenſus, quod aridi ligni, undè crux fieret, copia non eſſet Deo ſpiritum commendavit, cùm octoginta (ut dicitur) annos natus eſſet. Recenſet deindè miracula, quæ ad ejus ſepulchrum fieri ſolent, & de Imaginibus Deiparæ, SS. Petri & Pauli ab eo pictis. Glycas lib. 3. Annalium ſcribit etiam eum in oleâ Martyrium ſubiiſſe, & ex ejus Reliquiis liquorem fluere, quo multi ægroti ſanantur. Cedrenus in compendio hiſtoriæ idem cenſet. Cùm S. Gregorius eſſet Apocriſarius Conſtantinopoli ejus caput Romam detulit, quod in Baſilicâ ſancti Petri videtur.

§. 22.

Miſsio Sancti Marci Evangeliſtæ.

1. Marcus (inquit S. Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis) *Diſcipulus & Interpres S. Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus breve ſcripſit Evangelium, quod cùm Petrus audiſſet, probavit, & Eccleſiæ legendum ſuâ auctoritate dedit. Aſſumpto itaque Evangelio, quod ipſe confecerat, perrexit in Ægyptum, & primus Alexandriæ Chriſtum annuncians conſtituit Eccleſiam tantâ doctrina & vitæ continentiâ, ut omnes ſectatores Chriſti ad ſui exemplum cogeret.* Idem cenſent Baronius ad annum Chriſti 45. Cornelius in Chronotaxi actuum Apoſtolorum. Quibus ſubſcribens noſter Lezana tomo 2. Analium anno 45. num. 4. ait quod poſtquam Petrus Romæ Cathedram conſtituit, fundavitque Romanam Eccleſiam ipſius propagationi ac dilatationi incumbens chariſſimum & ſpiritualem filium, fideliſſimumque comitem Marcum (qui ex Judæâ cum ipſo venerat) mittere decrevit Alexandriam, veluti alterum totius orbis emporium ampliſſimum, quò variæ nationes confluebant & morabantur, ut ſcrib Philo lib. ad Flaccum, & Divus Chryſoſtomus orat. 32. ad ad Alexand. ut Evangelium à ſe compoſitum illis gentibus prædicaret, & Eccleſiam ipſius nomine erigeret, quæ ideò poſt Romanam inter Patriarchales primum locum obtineret. Ita Baronius ad annum Chriſti 45. ex Gelaſio in decreto de lib. Apoccryp.

Quæ S. Marcus ibi operatus ſit ad II.
propagandam & ſanctificandam Eccleſiam hæc accipe ex S. Hieronymo citato lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt. in Marco. *Aſſumpto itaque Evangelio, quod ipſe confecerat, perrexit in Ægyptum, & primus Alexandriæ Chriſtum annuntians conſtituit Eccleſiam tantâ doctrina & vita continentiâ, ut omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Denique Philo diſertiſſimus Iudæorum videns Alexandriæ primam Eccleſiã adhuc Iudaiſantem, quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorum converſione ſcripſit, & quomodò Lucas narrat Ieroſolymæ credentes omnia habuiſſe cõmunia, ſic & illi quod Alexandriæ ſub Marco Doctore fieri cernebat, memoriæ tradidit.* Idem refert Euſebius Cæſarienſis lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap 16 quibus hæc ſubjungit. *Tanta autem refertur multitudo credentium virorum & mulierum primo ingreſſu exemplo ſobrietatis ejus & continentiæ congregata, ut etiam converſatio eorum, qui per ipſum crediderunt, & vitâ totius abſtinentia ac frugi eorum, ſobriaq; convivia librorum memoriæ mandarentur à viro diſertiſſimo Philone.* Expende hæc verba. *Tanta multitudo, &c.* Iterùm audiamus S. Hieronymum in Philone librum de primâ Marci Evãgeliſtæ apud Alexandriam manſione ſcribentem. *Non ſolùm eos ibi, ſed in multis quoque provinciis eſſe commemorans, & habitacula eorum dicens Monaſteria, ex quo apparet talem primam in Chriſtum credentium fuiſſe Eccleſiam quales nunc Monachi eſſe nituntur & cupiunt, ut nihil cujuſquã ſit proprium. Nullus inter eos dives, nullus pauper, patrimonia egentibus dividantur, orationi*

S Hierõ.

Euſebius Cæſar.

orationi vacetur, & pſalmis, doctrinæ quoque & continentia, &c. Quid dici? quid excogitari poteſt ad demonſtrãdam Eccleſiæ ſanctimoniam. Encomia eadem de Marci proceſſu referunt Petrus Damianus, Surius in vita Marci, & ante eos Cedrenus in Claudio.

III. Præcipuos & primos eorum qui à S. Marco ibi converſi ſunt, noſter Lezana ſupra ad annum 45. ſcribit fuiſſe Eſſenos, ſeu Eliani Inſtituti obſervatores Alexandrinos. *Nam* (inquit) *certum eſt Philonem in lib. quod omnis probus ſit liber, & in lib. de vitâ contemplativâ, & in Apolog. Eſſenorum practicorum & Theoreticorum Ægypti & Alexandriæ mores & inſtituta deſcripſiſſe.* Probat ex Euſebio ſupra cap. 6 ex eo quod Philo ſcripſit poſtquam Marcus Alexandrinam Eccleſiam inſtitnit, ex quo ſequitur quod Philo diſcipulorum Marci mentionem fecerit. Idem cenſent Epiphanius hæreſi 20. Cedrenus ſupra dum de converſis Alexandriæ à Marco loquitur, eos vocat. *Eſſenorum moribus & diſciplinâ præclarè prius inſtitutos.* Idem aſſerunt S. Antoninus part. 1. hiſtor. tit. 25. cap. 1. §. 1. Petrus Damianus ſupra, Genebrardus in Chronol. ſub anno Chriſti 139. & alii apud Lezanam ſupra. Sufficiat audire Gravinam (quem Lezana vocat pium & doctum) ille lib. de voce Turturis part. 2. cap. 15. poſtquam dixit Filios Prophetarum continuaſſe uſque ad tempora Apoſtolorum. Subdit. *Succeſſerunt eis illi, qui ſupra Eliæ inſtitutiones aliis ſupererogaverunt, fortè ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro acceptas. Hi fuerunt Eſſeni Sancti Marci Evangeliſtæ poſtea legibus & inſtitutionibus inſtructi vita Monaſtica, præcipui cultores Apoſtolorum prædicatione ad fidem Chriſti inſtructi. Ab his porrò Monachorum agmina in Ægyptum & Palæſtinam deſcendiſſe Doctores & Hiſtorici tradunt.*

Cedren.

IV. Idem Lezana duas rationes affert, ob quas Eſſeni ſeu Eliæ Prophetæ ſequaces tam promptè Chriſti fidem amplexi ſunt. Prima eſt, quia erant Hebræi, ut loco citato & in apparatu cap. 1. oſtendit, & ideò facilius Marco adhæſerunt. Secunda ratio, quia ſigna & prodigia à Marco edita eos, (ut potè in lege doctiores Ægyptiis) Eſſenos facilius moverunt ad fidem amplectendam, quæ ſigna recenſent Procopius Diaconus, Cartophilax & Metaphraſtes apud Surium in vitâ S. Marci. Tertiam rationem ſubminiſtrat Baronius tomo 1. ad annum 64. §. *Verum.* His verbis. *Nam (ſi quod naturâ inſitum eſt,) ut habentium ſymbolum ſit facilius communicatio; quomodo non magis ex his* (ſcilicet Eſſenis) *quàm aliarum ſectarum Iudæis Chriſtiana religio potuit propagari. Sanè quidem omnes ſectas, quæ erant in Palæſtina Chriſtum Dominum aliquando averſatas eſſe, nempè Phariſæos, Saducæos, Herodianos, Samaritas Evangelicâ atteſtatione exploratum habemus. De Eſſenis verò, quod aliquando Domino, vel ejus Apoſtolis, atque Diſcipulis, vel minimum negotii fecerint, nuſquam legitur. imò quò magis hi à Phariſæis & Saducæis diſſentirent, eò facilius Chriſtianis conſenſiſſe, quos illi vehementer averſarentur, facile credi poteſt.* His rationibus addi poteſt, quod Eſſenorum mores piiſſimi forent, Chriſtianæ Religioni ſummoperè conformes, ut idem Lezana oſtendit tomo 1. ad annum mundi 3545. & tomo 2. in apparatu cap. 1.

Baronius

V. Expletæ ſuæ miſſionis mercedem glorioſo Martyrio Marcum promeruiſſe teſtatur Romanum Martyrologium, his verbis. *Primus Alexandriæ Chriſtum annuncians conſtituit Eccleſiam, ac poſtea pro fide Chriſti tentus, funibus vinctus, & per ſaxa raptatus, graviter afflictus eſt. Deinde recluſus in carcere, primò Angelicâ viſitatione confortatus, & dein ipſo Domino ſibi apparente ad cæleſtia regna vocatus eſt octavo Neronis anno.* Addit noſter Lezana ad annum Chriſti 64. Marcum captum fuiſſe ab hoſtibus fidei, (dum quadem die Dominicâ Sacrificium miſſæ celebraret) item reductum in carcerem Chriſto Domino apparente ad certamen iterùm animatum. *Mane facto iterùm ad certamen eductus, & per ſcabra raptatus de catervâ dicente, trahamus bubulum in bubulci ſtabulum, agens Deo gratias, dicensq; in manus*

Martyr. Romani

Lezana.

tuas Domine commendo ſpiritum meum, impolitum eum Deo reddidit, ſepultuſq; honorificè à diſcipulis, anno ſcilicet 64. Hæc Lezana poſt Menologium Græcum, Bedam, Adonem, Nicephorum, Procopium, Metaphraſtem, & alios. Ideò (inquit Strabo lib. 17.) infideles eum trahentes dixerunt *trahamus bubulum, &c.* quia locus Martyrii dicebatur Bucoli, ſeu Bucolum. Quod autem ab Eſſenis ibi ſepultus ſit & ab iis Eccleſia dicata, patet ex actis Petri Alexandrini, & Baronio tomo 3. ad annum 310. Undè S. Antoninus & Petrus Maturus ejus Scholiaſtes vocat eos Bucolinos. Annno 827. Corpus ejus fuit à Mercatoribus tranſlatum Venetias, ubi religioſè colitur.

§. 23.

Miſsiones aliquot Diſcipulorum Domini.

I. Dorotheus, Epiphanius, Euſebius aliquos Chriſti Diſcipulos recenſent, ſed eorum ſtudium improbat Baronius ad annum Chriſti 33. licet incerti ſint. Certum tamen eſt quoſdam plurimùm in Chriſti vineâ excolendâ laboraſſe, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Non eſt tamen dubium, quin Matthias & ſimiles eorum, quæ Chriſtus operatus eſt, teſtes, Chriſti diſcipuli fuerunt. Inter eos exiſtimo cum Baronio ſupra & Dorotheo annumerandum eſſe Ananiam, de quo Actorum cap. 9. verſ. 10. ſcribit S. Lucas.
Act. c. 9. verſ. 10. *Erat autem quidam diſcipulus Domini nomine Ananias & dixit ad illum in viſu Dominus, Anania, At ille ait: Ecce ego Domine.* Verſ. 11. *Et dixit Dominus ad eum, Surge & vade in vicum, qui vocatur rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarſenſem: Ecce enim orat, &c.* *verſ. 11.* Verſ. 17. *Et abiit Ananias, & imponens ei manus dixit, Saule frater Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in viâ quâ veniebas, ut videas, & replearis Spiritu ſancto.* *verſ. 17.* Hac voce, *Diſcipulus*, item *Dominus miſit*, innuit ſe immediatè miſſum à Chriſto. Dorotheus in Synopſi ait eum fuiſſe Epiſcopum Damaſci. Martyrol. Romanum 25. Januarii de eo hæc narrat. *Apud Damaſcum Natalis ſancti Ananiæ, qui eundem Apoſtolum baptiſavit. Hic cùm Damaſci & Eleutheropoli alibique Evangelium prædicaſſet, ſub Liciniò Iudice nervis cæſus, & laniatus, dein lapidibus oppreſſus Martyrium conſummavit.* Martyr. Roman.

II. Alter Diſcipulus eſt Joſeph, quem Apoſtoli *ſtatuerunt cum Matthia* Actor. cap. 1. verſ. 23. Seu (ut Auguſtinus lib. 1. de actis cum Fœlice Manichæo cap. 4.) *Statuit*, ſcilicet Petrus cum Apoſtolis, & per Apoſtolos. Fuit Joſeph frater Jacobi Minoris, ideòque Chriſti conſanguineus, undè inter Matronas Chriſto Crucifixo aſtantes, Matthæi cap. 27. verſ. 56. nominatur *Maria Iacobi, & Ioſeph Mater.* Ratio hujus opinionis eſt, quia fuit conſcius omnium, quæ fecit Chriſtus à ſuo baptiſmate uſque ad ejus Aſcenſionem, ut patet ex verſ. 23. citato. *Act. c. 1. verſ. 23.* *Oportet ergò* (inquit Petrus) *ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioannis, uſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis.* Pro *congregati* Pagninus, & verſio Tigurina legunt *converſati.* Per *quo introivit & exivit inter nos Dominus Ieſus.* Intellige verſatus eſt, ſeu actiones, ſermones aliquos exercuit ad populi converſionem & Eccleſiæ ſanctimoniam, ſeu *intravit & exivit* inſtar ducis ante populum, inſtar paſtoris ante gregem & oves, eas ducens, ſic Moyſes Deuteron. cap. 31. verſ. 2. dicebat. *Non poſſum ultra ingredi & egredi*, ideſt ducere & regere populũ. Subdit Petrus. *Incipiens à Baptiſmate Ioannis, &c.* Indè enim cœpit Evangelium, & apparuerunt geſta Chriſti. Nam Joannes in ſuo Baptiſmate annunciabat omnibus & demonſtrabat Chriſtum, dicens, Joannis cap. 1. verſ. 28. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* *Deuter. 31. v. 2.* Dicit teſtem reſurrectionis, & conſequenter reliquorum myſteriorum, & geſtorum ejus, quæ in reſurrectione, quaſi in ſuo fine, &

ſcopo

ſcopo terminantur, & concluduntur. Nam Chriſtus ideò eſt conceptus, natus, circumciſus, paſſus, mortuus, ut reſurgeret, ac ſuâ reſurrectione peccatum & mortem aboleret, nos ab iis reſuſcitaret juxta illud Rom. cap. 4. verſ. 25. *Qui traditus eſt propter delicta* Rom. 4. verſ. 25. *noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram:* Joſeph æquè conſcius myſteriorum, quæ Chriſtus patravit, ac Matthias, non doluit Matthiam ſibi prælatum, nec Indè in prædicatione ſegnior fuit, ſed æquè ſtrenuè ac alii diſcipuli Chriſti, munus obivit. Utinam Tertullianus, Novatus, &c. noſtroque ſæculo Lutherus & ſimiles non fuiſſent repulſam paſſi ab Epiſcopatu vel officio, ſchiſma vel hæreſim in Eccleſiam non invexiſſent. Joſeph tanto zelo ſalutis animarum procurandæ incubuit, ut (inquit Dorotheus in Synopſi) Epiſcopus Eleutheropolis in Palæſtina creatus ſit. Martyrol. Romanum, quo (maximè in hoc negotio utemur) die 20. Julii eum faſtis Sanctorum aſcribit his verbis. Martyr. Roman. *Natalis Beati Joſeph, qui cognominatus eſt Juſtus, quem Apoſtoli cum Beato Matthia ſtatuerunt, ut locum Apoſtolatus Judæ proditoris impleret; ſed cùm ſors cecidiſſet ſuper Matthiam, ipſe nihilominùs prædicationis & ſanctitatis officio inſerviens, multamque pro Chriſti fide à Judæis perſecutionem ſuſtinens in Judæa victorioſo fine quievit. De quo etiam refertur, quod venenum biberit, & nihil ex hoc triſte propter Domini fidem pertulerit.*

III. De S. Cleopha mentio fit Lucæ cap. 24. *Ecce duo ex illis ibant ipſa die* Luc. 24. (ſcilicet Reſurrectionis Chriſti) *in Caſtellum* verſ. 13. *quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Jeruſalem, nomine Emmaus.* Verſ. 14. *Et ipſi loquebantur ad* verſ. 14. *invicem de his omnibus, quæ acciderant.* Euthym. Euthymius *De Cruce, ſignisq́; horrendis quæ tunc facta erant.* Noſter Sylveira. Sylveira. *Loquebantur de myſteriis fidei, mortis ac paſſionis Chriſti.* Quorum unus vocabatur Cleophas, ut patet verſ. 18. verſ. 18. *Et reſpondens unus, cui nomen Cleophas dixit.* Scilicet Chriſto interroganti, quos conferrent ſermones ad invicem, Hegeſippus coævus Apoſtolis apud Euſebium lib. 3. cap. 10. & 16.

S. Chriſoſtomus, Epiphanius, Theodoretus, Beda, Nicephorus, & alii, quos citat Chriſtophorus à Caſtro in hiſtoriâ B. Virginis ſcribunt Cleopham fuiſſe fratrem Sancti Joſeph Sponſi Deiparæ Virginis, & Patrem SS. Joannis & Jacobi Minoris. Cleopham fuiſſe unum ex ſeptuaginta diſcipulis tradit Helcias Epiſcopus ad Chronicon L. Dexter his verbis. *Alphæus, qui & Cleophas, unus de ſeptuaginta diſcipulis, ut docet S. Hieronymus,* Helcias. *& frater Joſephi Sponſi Beatæ Mariæ Virginis.* Et Beda. *Cleophas unus de Septuaginta duobus diſcipulis Domini fuit, cui poſt reſurrectionem Dominus eunti* Beda. *cum alio diſcipulo in Caſtellum nomine Emmaus, quod Nicopolis nunc dicitur apparuit.* Subdit. *Hunc tradunt in eadem urbe, eademq́; in domo, in quâ menſam quaſi peregrino paraverat, pro confeſſione illius à Judæis occiſum, ubi & glorioſâ memoriâ ſepultum fuiſſe.* Idem affirmat Helcias. *In Caſtello Emmanuente pro Chriſto à Judæis occiditur.* Quod autem pro Eccleſiæ ſanctimoniâ plurimùm laboraverit collige ex nomine. Nam (inquit Pagninus) Græcè, idem eſt quod *gloria omnis*, Vel *Cleophas*, id eſt concionem vel Eccleſiam multiplicans. Quia (inquit Cornelius) Cleophas multos filios & filias, nepotes & neptes dedit Eccleſiæ Chriſti.

§. 24.

Septem primi Diſcipuli Chriſti.

Epiphanius in Panar. hæreſi 21. ſcribit de Chriſto. *Miſit & alios ſeptuaginta duos ad prædicandum, ex quorum numero fuerunt ſeptem viduis Præfecti Stephanus, Philippus, Prochorus Nicanor, Timon, Parmenas & Nicolaus* Et meritò nam Textus habet quod anno 34. poſt Pentecoſtem ob murmur Græcorum contra Hebræos Apoſtoli crearunt ſeptem Diaconos, inter quos præcipuus emicuit Stephanus, Actor. cap. 6 Act. c. 6. verſ. 2. verſ. 2. *Convocantes duodecim multitudinem Apoſtolorum, &c.* Nota particulam I.

culam *diſcipulorum*, & verſ. 3. *Conſi-*
verſ.3. *derate fratre viros ex vobis boni teſti-
monii ſeptem, plenos Spiritu ſancto &
ſapientiâ, quos conſtituamus ſuper hoc
opus.* Vocabula *viros ex vobis*, ſignifi-
cat diſcipulos, *quos conſtituamus, &c.*
quod miniſterium non impediebat
quominus Stephanus primarius Dia-
conus prædicationi Verbi divini, con-
verſioni animarum, Eccleſiæque pro-
pagationi, ac ſanctificationi incum-
verſ.9. beret, nam verſ. 9. *Surrexerunt qui-
dam de Synagogâ, quæ appellabatur Li-
bertinorum & Cyrenenſium, & Alexan-
drinorum, & eorum, qui erant à Ciliciâ,
& Aſiâ diſputantes cum Stephano, &
non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiri-
tui, qui loquebantur.* Cap ſequenti ab
eis accuſatus, ut reus violatæ Legis
Moſaicæ in Concilium ducitur, ubi
cauſam ſuam tanto zelo, tantoque a-
nimi ardore, tam doctè & fusè per-
orat, ut omnes auditores obmuteſcãt.
Nam refricat Hiſtorias Abrahæ,
Iſaac, & Jacob, Moſis & Prophetarum,
qui prænunciaverunt Chriſtum, e-
juſque diſcipulos. Undè ſummâ ani-
mi libertate & ſpiritu in eos invehi-
Act.c.7. verſ.51. tur, Act. cap. 7. verſ. 51. *Durâ* (in-
quit) *cervice, & incircumciſis cordibus
& auribus, vos ſemper Spiritui ſancto re-
ſiſtitis, quem Prophetarum non ſunt
perſecuti Patres veſtri, &c.* Quibus
auditis ſtridentes ac furentes rapiunt
eum, lapidibuſque obruunt. Hoc
triumpho non tantùm cœlum con-
ſcendit, ut in Eccleſiâ triumphante
coronam æternæ beatitudinis perci-
piat, ſed etiam Eccleſiæ militanti lu-
cratus eſt Paulum. S. Auguſtinus lib.
14. de Civit. Dei cap. 9. *Invenimus*
S. Auguſtinus. *Doctorem gentium in fide & veritate,
qui & plus omnibus ſuis Coapoſtolis la-
boravit, & pluribus epiſtolis populos Dei
inſl·uxit. Illum (inquam) verum Ath-
letam Chriſti, doctum ab illo, vinctum
de illo, crucifixum cum illo, glorioſum in
illo, in theatro hujus mundi, cui ſpecta-
culum factus eſt & Angelis, &c.* Et
S. Chryſoſtomus homil. 22. ad popu-
S. Chryſoſtomus lum. *Paulus Apoſtolus gentium Doctor,
Chriſtum in ſe habens loquentem, terre-
ſtris Angelus, & cæleſtis homo recepta-
culum Spiritus ſancti. qui in corpore cor-
ruptibili paradiſum habitavit, zelo in-
comparabilis, charitate magnus, Eccle-
ſiarum Dei ſollicitus curator, orator pie-
tatis, imbecillium deductor, credentium
pronubus, &c.* Si teſte Ambroſio ſer-
mone 18. in pſalm. 118. *Zelo Eccleſia
congregatur.* Nemo zelo Paulum ſu-
perat. Qui (inquit S. Chryſoſtomus
homil. 1. de ejus laudibus) *Terram vi-
delicet ac mare, Græciam ſimulq; Barba-
riam, omnem prorſus, quanta ſub cælo
eſt regionem, quaſi volitans circuivit,
non ſimplici labore, velut in vacuum iti-
nera percurrens, ſed peccatorum ſpinas
pariter evellens, & verbum ſeminans
ubique, fugans errores, veritatem re-
ducens, ex hominibus Angelos faciens,
quinimò ipſos homines quaſi ex dæmoni-
bus in Angelos provehens.* Quæ omnia
in Stephanum referre poſſumus ejus
converſionis auctorem.

Secundus Diaconus eſt Philippus, II.
alius à Philippo Apoſtolo. Tertullia-
nus lib. 2. de Baptiſmo cap. 8. S. Iſi-
dorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 447. &
ſeq. Euſebius lib. 3. hiſtor cap. ultim.
vocant illum Apoſtolum: non quod
fuerit unus è duodecim, ſed quia fuit
Vir Apoſtolicus. Undè Act. cap. 22.
verſ. 8. vocatur Evangeliſta, quia
ſcilicet inſtar Apoſtoli Evangelium
prædicavit, verbi gratiâ cap. 8. verſ. 5.
*Philippus deſcendens in Civitatem præ-
dicabat illis Chriſtum.* Verſ. 6. *Intende-*
bant autem turbæ his, quæ à Philippo
dicebantur unanimiter audientes, &
videntes ſigna, quæ faciebat. Verſ. 7.
*Multi enim eorum, qui habebant ſpiri-
tus immundos clamantes magnâ voce
exibant.* Verſ. 8. *Multi autem Paraly-
tici & claudi curati ſunt.* Verſ. 9. *Fa-
ctum ergò eſt gaudium magnum in illâ
civitate, &c.* Illa miracula patravit in
confirmationem fidei & evangelii
quod prædicabat. De fructu quem fe-
cit & ejus obitu accipe hæc ex Marty-
rologio Romano die 6. Julij. *Cæſareæ
in Palæſtinâ Natalis Beati Philippi,
qui fuit unus de ſeptem primis Diaconis.
Hic ſignis & prodigiis clarus, Samariam*
Martyr. Roman.
*ad fidem convertit, & Candacis Æthio-
pum Reginæ Eunuchum baptizavit, ac
demum apud Cæſaream requievit, juxta
quem tres Virgines ejus filiæ Propheti‍ſſæ
tumulatæ jacent. Nam quarta ejus filia
plena Spiritu ſancto Epheſi occubuit.*
Act. 8. verſ.5. verſ.6. verſ.7. verſ.8. verſ.9.

Sanctus Hieronymus epiſt. 27, ad Euſtochium ſcribit, quod ſuo tempore Ædicula Philippi, & Cellulæ filiarum integræ ſtabant, quas omnes Sancta Paula dum pergeret Jeroſolymam inviſit.

III. Prochorus quem Romanum Martyrologium Sanctum nuncupat die 9 Aprilis his verbis. *Antiochia ſancti Prochari, qui fuit unus de ſeptem primis Diaconis, & fide ac miraculis clarus Martyrio coronatus eſt.* Lucius Dexter ad annum Chriſti 94. ait à Prochoro acta ſancti Joannis fuiſſe conſcripta.

IV. De Nicanore hæc habet Martyrologium Romanum 10. Januarii. *In Cypro beati Nicanoris de ſeptem primis, qui gratiâ fidei & virtute admirandus, glorioſiſſimè coronatus eſt.* Dorotheus in Synopſi ſcribit hunc eodem die, quo S. Stephanus Protomartyr obiit, cum multis occubuiſſe Martyrio ſcilicet anno 34.

V. De Timone etiam in Romano Martyrologio 19. Aprilis hæc leguntur. *Natalis S. Timonis Diaconi de ſeptem primis, qui prius apud Beraam Doctor reſedit, ac deindè verbum Domini diſſeminans venit Corinthum, ibiq; à Iudæis & Græcis (ut traditur) flammis injectus, ſed nihil læſus, dein Cruci affixus Martyrium ſuum implevit.*

VI. Parmenæ mentionem facit Martyrologium Romanum 23. Januarii, ſic *Philippis in Macedoniâ ſancti Parmenæ qui fuit unus de ſeptem primis Diaconis. Hic traditus gratiâ Dei injunctum ſibi à fratribus officium prædicationis plenâ fide conſummans ſub Trajano Martyrii gloriam adeptus eſt.* Quemadmodum Judas ab Apoſtolatu defecit & apoſtatavit, ſic ſeptimus Diaconus nomine Nicolaus à Diſcipulatu Domini. Nam (ut ſcribunt Iræneus cap. 27. Tertullianus lib. de præſcript. cap. cap. 46. Epiphanius hæreſi 25. fuit auctor hæreſis vulgò Nicolaitarum aſſerentium licere fornicari, & promiſcuè abuti fœminis conjugatis. Vel (ut alii contendunt) fuit occaſio. Nicolaum tamen ab hac turpitudine & hæreſi excuſant Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. D. Auguſtinus hæreſi 5. Qui æmulis ejus gnoſticis Nicolai dicta ſiniſtrè exponentibus falsò nomen ejus ſectæ prætexentibus adſcribunt. Ideò autem Apoc. cap. 2. verſ. 6. Deus ait ſe odiſſe facta Nicolaitarum. Vel quia (inquiunt Haymo & Ansbertus) hæretici dicendi ſunt Nicolaitæ, id eſt ſtulti. Nam Nicolaus idem eſt quod populus ſtultus & inſapiens. Vel quia (inquit Joachimus Abbas) Eccleſiaſtici præcipuè Prælati debent odio proſequi luxuriam.

§. 25.

Alii Diſcipuli Chriſti.

Septem enumeratis Chriſti Diſcipulis addit Epiphanius ſupra. *Matthiam, Marcum, Lucam, Iuſtum Barnabam, Apellem, Rufum, Nigrum, & reliquos ſeptuaginta duos.* I.

De Apelle & Lucio hæc Martyrologium Romanum refert 22. Aprilis. II. *Smyrnæ ſanctorum Apellis & Lucii ex primis Chriſti diſcipulis.* Græci in Menologio. Optimâ ratione (inquit Baronius) affirmant Lucium hunc aliũ eſſe à Lucâ Evangeliſtâ, adduntque hunc fuiſſe præfectum Eccleſiæ Laodicenſi: Apellem autem Smyrnenſi. Quibus aſſentitur Dorotheus in Synopſi.

S. Rufi Romanum Martyrologiũ III. mentionem facit, his terminis, 21. Decembris. *Natalis B. Rufi, de quo S. Paulus ad Romanos ſcribit* (ſcilicet cap. 16. verſ. 13.) *ſalutate Rufum electum à Domino*, ſcilicet in Diſcipulum. Dorotheus in Synopſi ſcribit fuiſſe creatum Epiſcopum Thebæorum.

De Nigro nihil vidi, de Matthiâ, IV. & reliquis ſupra diximus. Dorotheus ſanctum Agabum etiam annumerat 72. Diſcipulis, de quo S. Lucas Act. cap. 11, verſ. 27. *In his autem diebus ſupervenerunt ab Ieroſolymis Prophetæ ad Antiochiam.* Verſ. 28. *Et ſurgens unus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in univerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio.* Hujus Agabi meminit Martyrologium Roman, die 13. Februarii, his verbis. *Antiochiæ Natalis Beati Agabi Prophetæ, de quo*

Act. 11. verſ. 27.

verſ. 28.

beatus Lucas in actibus Apoſtolicis ſcribit. Hunc Agabum Eliani Inſtituti ſectatorem & alumnum fuiſſe ſcribit noſter Lezana in annalibus Ordinis noſtri tomo 1. ſub anno mundi 4051 præſertim num. 5. fuiſſeque Chriſti diſcipulum & poſt Chriſti aſcenſum, Divini Verbi prædicationi incubuiſſe teſtantur Petrus Dorlandus in vitâ S. Annæ cap. 6. Onuphrius Maneſchal Barcinonenſis tomo 1. Concionum, in Concione Beatæ Mariæ de Monte Carmeli. Ex noſtris Baptiſta Mantuanus lib. 3. Parthenicea hæc canit.

Incola Carmeli vixit, tandemq; voluto
Mantuanus. *Tempore cum Magno Fidei myſteria*
Paulo
Edidicit.

Lezana ad annum Chriſti 39. num. 8. idem aſſerit, imò eundem Agabum cooperatum fuiſſe ad Oratorium ſeu Sacellum fabricandum in Monte Carmeli Deiparæ Virgini ſacrum oſtendit poſt Joſephum Antiochenum, Armachanum, Trithemium, Olerium & Mantuanum ſupra canentem.

Mariæ primus cum Patribus ædem
Vertice Carmeli poſuit, &c.

Eum enim Deiparæ addictiſſimum fuiſſe idem Lezana probat tomo 1. Annalium ſub anno mundi 4051. num. 4. & tomo 2. ad annum Chriſti 36. n. 25. *Omittendum non eſt nequaquam Deiparæ ſanctiſſimæ, eminentiſſimæ ſanctitati, aut profundiſſimæ humilitati repugnare quod eidem viventi, & forſan præſenti pii noſtri in Carmelo anteſignani ſacram Aram, ſeu Sacellum*
Lezana. *nuncuparint. Cùm enim ex variis, & antiquis hiſtoriarum monumentis compertum ſit eidem Dei Parenti, aliisq; Divis in humanis exiſtentibus ſacras Ædes ſeu Sarcophaga dicata à fidelibus fuiſſe, profectò nè tamen pii filii erga communē Parentem minus devoti eſſent, pium facinus perpetraſſe credibile ſanè eſt. Etenim primò Martham & ſororem ejus Mariam intemerata Deipara adhuc viventi Eccleſiam apud Maſſiliam extruxiſſe Annales Francorum referunt. Et notant Caniſius lib. 5. de Mariâ cap. 23. Vincentius Bellovacenſis lib. 8. Speculi Hiſtorialis cap. 29. Apud Antaradum etiam Inſulam in mari Phœnicio S. Petrum Apoſtolum ædificaſſe Divinæ Virgini adhuc in humanis exiſtenti, in quo primum idem Apoſtolus Miſſæ ſacrificium peregerit ex incolarum fideli traditione acceperunt, qui cum Godefrido in memorabilem illam terræ expeditionem profecti ſunt, litteris commendarunt Marinus Sanutus, Terſellus lib. 3. part. 4. cap. 2. & Iacobus de Vitriaco in Hiſtoriâ Ieroſolymitanâ cap. 46. Iam quis neſcit quam certa, conſtansq; ſit Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ, ac totius cum primis Hiſpaniæ fidelis traditio ſacroſanctam Dei Parentem cùm adhuc in vitâ ſuperſtes eſſet Iacobo Apoſtolo Zebedæi filio in Hiſpaniis prædicanti, & ad ripas amnis Iberi Cæſarauguſtæ oranti ſuper Iaſpideam columnam apparuiſſe, moxque ab eodem Apoſtolo Mariæ monitu ipſi Divæ Deiparæ templum, ſeu ſacellum conſtructum, conſecratumq; fuiſſe, quod nunc dicitur Nueſtra Sennora del Pilar, ac totius orbis veneratione celebratur, ut cuncti Hiſpanicarum annales etiam teſtantur.* Plura ibi, ex quibus patet Agabum ad celebrandam Deiparæ, & conſequenter ad Eccleſiæ ſanctimoniam celebrandam & amplificandā plurimùm concurriſſe.

Nathanael Chriſto valdè charum fuiſſe patet ex utriuſque colloquio Joannis cap. 1. verſ. 45. 46. 47. 48. 49. 50. Is fuit Diſcipulus, non autem Apoſtolus, ita D. Auguſtinus tract. 7. in Joannem, Hugo. S. Bonaventura, S. Thomas. Ex noſtris Sylveira, Lezana in annalibus tomo 2. & alii ab hoc citati. Claudins Roberti ſcribit illum fuiſſe primum Archiepiſcopum Bituricenſem, & eundem cum eo, quem Urſinum vel Urſicinum vocant, fuiſſe etiam Eſſenum, ſeu Eliani inſtituti ſectatorem teſtatur idem Lezana ad annum Chriſti 72. V.

Actorum cap. 13. verſ. 1. ſcribit, quod *Erant in Eccleſiâ, quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen qui erat Herodis Tetrachæ Collactaneus, & Saulus.* De Barnabâ ſupra diſſeruimus, de Simone, qui vocatur Niger à colore atro, ſicut Flavus dicitur apud Romanos à Flavo, Albinus ab Albo, Rufinus à Rufo. De hoc. Martyrologia, VI. Act. 13. verſ. 1.

tyrologia, Hiſtotiæ Eccleſiaſticæ nihil dicunt. Martyrologium Romanum ner. 6. Maii, Beda, Ado, Uſuardus, aiunt quod Lucius eſſet Epiſcopus Cyrenenſis. Quoad Manahem Herodis Tetrarchæ Collactaneum hæc ſcribit Martyrologium Romanum 24. Maii. (Roman. Martyr.) *Antiochiæ Sancti Manahen Herodis Tetrarchæ Collactanei, Doctoris & Prophetæ ſub gratiâ novi teſtamenti in eadem urbe quieſcentis.* Dicitur Collactaneus, ideſt, enutritus, & lacte eodem lactatus quo Herodes Antipas, qui Joannem Baptiſtam juſſit occidi, & Chriſtum veſte albâ indutum irriſit. Nec ejus familiaritas puerilis cum Herode obſtat, quo nimis eſſet inſignis & probus. Nam & lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 3. Abdias erat diſpenſator domus Regis Achab, (*l. 3. Reg. 18 v 3. verſ. 4*) & tamen *Abdias timebat Dominum valdè. Nam* (inquit Textus verſ. 4 Eliæ) *cùm interficeret Iezabel Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas & abſcondit eos quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pavit eos pane & aquâ.* Imò Hebræi, Rupertus, & Lyranus contendunt hunc Abdiam eſſe illum Prophetam, qui eſt quartus inter minores Prophetas. Sanctus Maximinus primus Aquenſis in Galliâ Epiſcopus, quem (inquit Romanum Martyrologium 8. Junii) Domini diſcipulum fuiſſe tradunt aliqui. Hæc de Chriſti diſcipulis.

CAPUT IV.

Diſcipuli Sancti Petri in Paleſtinâ.

I. (*Act. c. 9. verſ. 31.*) ACtorum cap. 9. verſ. 31. ſcribit S. Lucas, quod *Eccleſia per totam Iudæam, Galilæam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione Spiritus ſancti replebatur.* Ideſt (inquit Cornelius anno Chriſti 39. ſeu quinto poſt Stephani Martyrium) Eccleſia particularis non vexabatur, ſed erat libera à perſecutione, creſcebatque numero & virtute fidelium, qui quaſi lapides vivi ædificabant domum Dei, quæ eſt Eccleſia, ideſt fideles ambulabant in timore filiali abſtinentes ab offenſâ Dei, necnon fruebantur conſolatione, exhortatione, & patrocinio Spiritus ſancti. Verſ. 32. *Factum eſt autem ut Petrus, dum pertranſiret univerſos deveniret ad ſanctos, qui habitabant Lyddæ.* (*verſ. 32.*) Ideſt dum tanquam caput fidelium luſtraret omnes, ut paſtor bonus gregem ſuum viſitaret, juxta Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 3. ordinationem & Chriſti Domini verba Joannis cap. 21. verſ. 15. & 16. (*Ioan. 21. verſ. 15.*) *Paſce agnos meos,* Verſ. 17. *Paſce oves meas* (*verſ. 16.*) Ut dux militantis Eccleſiæ pugiles fidei ad prælium animaret. In hoc excurſu duo inſignia patravit miracula. Nam Æneam Paralyticum ab octo annis jacentem in grabato curavit. Deindè venit Saronam, & verſ. 35. tranſiit in Joppem, ubi Tabitham à morte ſuſcitavit, & apud Simonem quendam Coriarium juxta mare moratus eſt, ubi Cornelium Centurionem convertit ad fidem. Notat Lezana ad annum Chriſti 40. & 41. quod ejuſmodi loca maritima & Carmelo propinqua eſſent. Non incongruè noſter Waſtelius in Vindiciis lib. Joannis Jeroſol. lib. de inſtitut. Monachor. cap. 10. hæc ſcribit de Carmeli Eremitis. *Forſitan ſicut per Philippum Samariâ perceperat Verbum Dei, ita etiam per ſupradictos Coadjutores Apoſtolorum fidem receperant Lydda & Ioppe, aliaque loca mari vicina.* (Waſtel.)

II. (Chonic. Roman.) Quæ opinio non eſt nova, ſed fundata in Chronicis Romanorum apud Philippum Ribbotum in ſpeculo ordinis lib. 5. Joannem de Cimineto, Joannem de Malinis, his verbis. *In circumquaque regione adjacente diverſis in locis Catholicè pro fide inſiſtebant.* Clarius Joannes Jeroſolymitanus lib. de inſtitut. Monach. cap. 31. in fine. *Denique eorum multi ea, quæ ab Apoſtolis hauſerunt cæteris effundentes, fidem Chriſti per Phœniciam, Palæſtinam* (Ioannes Ieroſol.) *prædicabant, dilatantes dogma fidei, & moribus vita Monaſtica, converſationem Eccleſiæ Dei inſigniſſimam demonſtrantes.* Notat Ingenioſè Petrus Waſtellus in notis variarum lectionum ad hunc librum Joannis in manuſcriptis ejuſdem operis hæc haberi.

Et

Et cum eis multi eorum, qui audierant Petri verbum, quorum numerus fuit quinque millia hominum. Idem aſſerunt

Ioannes Groſſus.

Joannes Groſſus Generalis in ſuo Viridario clavi 1. dicens quod Carmeli incolæ. *Vnà cum Apoſtolis in multis regionibus fidem Christi conſtanter*

Ioan. de Ciminet.

prædicaverunt. Joan. de Cimineto in ſpeculo Ordinis cap 3. *Perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Evangelici nuncii fideles, ac fidei Chriſtianæ legitimi defenſores effecti ſunt.* Thomas

Thomas Waldenſ.

Waldenſis tomo 1. Doctrinalis Fidei lib. 4. art. 2. cap. 97 poſt citatos Joannem Jeroſolymitanum ſupra, Joſephum Antiochenum infra citandum, concludit. *Nec dedignentur Clerici moderni Monachos Religioſos in Eccleſia Dei coadjutores habere, quos ſancti Dei Apoſtoli dedignari nolebant, cùm tamen præſentes Clerici non ſint ſuis Patribus peritiores, ſed nec ſanctiores Apo-*

Ioannes Soreth.

ſtolis. Venerabilis Joannes Soreth, (cujus præclara monumenta ac inſignia ſuæ charitatis & ſollicitudinis in hoc Conventu Leodienſe, extant in Sacriſtiâ, Bibliothecâ, & libris redituum Conventus) in expoſitione Paræneticâ Regulę noſtrę, de illis hęc effatur. *Iſti etiam vita Apoſtolica formâ prætendentes, ſunt de quibus dicitur Actuum cap. 2. erant in Ieruſalem viri Religioſi habitantes, qui ſe Apoſtolorum conſortio junxerunt poſt Spiritus Sancti repletionem prout aſſerit Ioſephus An-*

Ioann. de Malinis.

tiochenus. Joannes de Malinis Auctor antiquus in Speculo Hiſtoriali cap. 5. *Poſt Aſcenſionem* (inquit) *Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia ipſi Eremitæ in Monte Carmeli ad honorem B. Mariæ Virginis Capellam ſpecialiter conſtruxerant, ubi devotè eidem Virgini Glorioſæ Mariæ ſerviebant, idcircò ejus titulum retinere elegerunt, & tunc Fratres Beatæ Mariæ appellari voluerunt.* Et eodem cap. *Poſt Aſcenſionem Domini cùm in Iudæâ & Samariâ à Chriſti fidelibus ædificaretur Eccleſia, Religioſi Eremitæ de monte Carmeli &c.* Idem referunt Palæonydorus, Petrus Lucius, Correa, Mantuanus, Thomas à Jeſu, Caſſanate, Lezana, Munoſius, aliiq; noſtri Ordinis Hiſtorici, & ſpecialiter vetuſtæ Conſtitutiones noſtri Ordinis V. Joannis Soreth, Nicolai Audet, Joannis Caffardi de Senis, & noviſſimè Gregorii Canalis Generalis part 1. cap. 1. olim rubricâ 1. à Sede Apoſtolicâ, præcipuè Sorethanæ Conſtitutiones à Clemente VII. approbatæ.

Ut his major fides adhibeatur, au- III.
diamus exteros, Joſephus Antiochenus primo ſæculo in ſpeculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ cap. 12. & 72. *Perfectorum* (inquit) *militum*

Ioſephus Antioch.

Chriſti Apoſtolorum Coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi ſolitarii, contemplationi deditì, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſæi ſequaces, qui de Monte Carmelo deſcendentes per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quiq; Virginis Mariæ in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierant. Armachanus apud noſtrum Waldenſem

Armach.

tomo 3. tit 9. cap. 89. *Dicunt fide dignæ Hiſtoriæ à tempore Eliæ & Eliſei qui ſæpius morabantur in monte Carmeli juxta Nazareth, Civitatem Dominæ noſtræ ad tria millia, ſolebant homines devoti ſecretius habitare uſque ad tempora Salvatoris, & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt converſi, &c.* Sigibertus Gemblacienſis relatus à noſtris in Hiſtoriâ Jeroſolymitanâ. *Cum Carmelitæ in ſanctâ pœnitentiâ perſeveraſſent à tempore ſanctorum Eliæ & Eliſei Prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audierint, Qui religioſi fidem Catholicam in Chriſto baptiſati ſunt profeſſi. Deindè perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Evangelicæ nuncii fideles & religionis Chriſtianæ legitimi confeſſores effecti ſunt.*

Sigebet.

CAPUT V.

Miſsiones Virorum Apoſtolicorum qui ad Barbaras Nationes olim directi ſunt.

CUm Deus omnium gentium ſalutem ſummoperè deſideret, I.
eamque nemo aſſequi poſſit niſi

niſi per fidem, teſte Apoſtolo ad Ro-
Rom. 1 verſ. 15. manos cap. 10. verſ. 15. *Quomodò credent ei, quem non audierunt? quomodò autem audient ſine prædicante? quomodò verè prædicabunt niſi mittantur?* Sequitur neminem in exteras nationes prædicationis gratiâ perrexiſſe; nec converſionis opus aggreſſum eſſe niſi foret miſſus. Hanc miſſionem in noſtrâ Hiſtoriâ optimè delineatam deprehendo lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 44. Cùm S. Elias oraret Deum in Carmelo: Primò, *Miſit* (inquit Joannes 44. Patriarcha Jeroſolym.
Ioan. 44. lib. de inſtitut. Monachor. cap. 12.) *Ionam puerum* (ſcilicet inquit idem)
l. 3. Reg. 18. v. 44. *filium mulieris viduæ, cui ligna colligenti in Sareptâ Sidoniorum obviavit, & in cujus domo latuit, dum Rex Achab per omnes gentes & regna eum ad mortẽ perquiri fecit, & hunc puerum Elias reſuſcitavit à mortuis cùm ſuſtentaretur in domo matris illius, quem ob hoc mater ex devotione tradidit Eliæ nutriendũ in diſciplinâ Eccleſiaſticâ vitæ Monaſticæ, & factus Eliæ diſcipulus miniſtravit ei. Hunc* (inquit idem) *Ionam miſit Elias ut de monte proſpiceret ſi aliquis in mari appareret, qui contemplatus ait. Non eſt quicquam. Et rurſum dicit ei Elias revertere ſeptem vicibus, & in unâ vice vidit Jonas nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari, quod cùm Eliæ renunciaſſet, cognovit Elias pluviam grandem tunc deſcenſuram ſuper terram.* Secundò, *Ionas per Eliam miſſus Regi Achab, eam deſideranti indicavit.* Tertiò (inquit idem Patriarcha) *Poſt raptum Eliæ in cælum ab Eliſeo in Ramoth Galaad miſſus unxit Iehu in regem Iſrael ad ulciſcendum necem Prophetarum Eliæ diſcipulorum.* Quartò. *Monitus à Deo Ionas ut in Ninivem pergens prædicaret infra quadraginta dies ſubvertendam, vidit Spiritu ſancto revelante Ninivitas per ſuam prædicationem convertendos ad pœnitentiam, & conſecuturos Dei miſericordiam. Ideò ne falſa videretur eis renunciare renuebat illuc ire, donec in mare dejectus, & à belluâ marinâ devoratus poſt triduum à belluâ in terram revomitur. Qui ſancto revelante Spiritu ſciens converſionem gentium fore ruinam Hebræorum prædicans Ninivitis, ideò de eorum converſione dolebat, quia hâc occaſione ſuum populum Iſrael ruiturum timebat, ſed Dominus oſtendens ei tempus noviſſimæ ruinæ Iſrael nondum veniſſe, juſſit eum ad terram Iſrael redire, & prophetare terminos Iſrael ab introitu Emath uſque ad mare ſolitudinis reſtituendos per Ieroboam Regem Iſrael.*

Alterius miſſionis meminit Eucherius ad illa verba lib. 3. Reg. cap. 19. II.
verſ. 3 *Venitque in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum.* Salianus ad l. 3. Reg. c. 19. v. 3
annum mundi 3127. & ante Chriſtũ 926. notat puerum illum a nonnullis exiſtimari eſſe Jonam, ſeu filium eundem viduæ Sareptanæ. Cur Elias puerum illum dimittit, & quidẽ in Berſabee, ipſe verò pergit in deſertum? Ut oſtendat Sacerdotes ſpeciali titulo Deo aſtrictos eſſe, Prædicatoresque non proprio motu, ſed divini Numinis inſtinctu mittendos ad converſionem gentium. Rectè Eucherius. *Puer Eliæ qui in Berſabee, quæ interpretatur puteus juramenti, dimiſſus eſt, Sacerdotale accipiendum eſt miniſterium, quod in templo Domini in Ieruſalem cultui divino exhibebatur. Deſertũ verò, ad quod viâ unius Dei Elias legitur perveniſſe, & ſub arbore Iuniperi quieviſſe, univerſus accipiendus eſt mundus, qui propter dæmonum culturam in maligno poſitus fuerat, ad quem Dominus relictâ Iudæâ per prædicatores tranſire dignatus eſt. & ibi quaſi dormit, dum per fidem in corde fidelium requieſcit.* Eucheri.
Idem per viam unius diei intelligit unitatem naturæ in tribus perſonis, quam Miſſionarii prædicare debent. *Via unius diei, quam Elias egiſſe legitur unitas intelligenda eſt Trinitatis, quam Evangelica Prædicatio cunctis nationibus introduxit.* Juxta illud Chriſti mandatum Matthæi cap. 28. verſ. 19: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Alludit ad Oraculum Jeremiæ cap. 25. verſ. 4. *Miſit Dominus ad eos Prophetas conſurgẽs diluculo.* Ierem. c. 25. v. 4.
Et cap. 27. verſ. 4. *Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens.* Dicit *diluculo*, Cap. 27. verſ. 4.
& *nocte*, non quod apud Deum ſit dies vel nox, mane vel veſper, ſed ut innuat ſe pro omnium ſalute abſque

intermiſſione vigilare. Trinitas perſonarum quam Chriſtus in nocte, & tenebris gentilitatis verſantibus commodat ſunt tres panes, quorum Chriſtus mentionem facit Lucæ cap. 11. verſ. 5.
S. Auguſtinus. S. Auguſtinus de verbis Domini in Lucam ſerm. 29. *Cibus & panis æternus eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus.* Huic cibo porrigendo ſtudent qui in converſione gentium laborant, & negotium planè divinum operantur juxta illud celebre
Dionyſ. ſancti Dionyſii Areopagitæ. *Omnium divinorum diviniſſimum eſt cooperari Deo in converſione errantium & reductione peccatorum ad ipſum, &c.* Suprà oſtendimus, quid Apoſtoli & diſcipuli immediatè miſſi à Chriſto, & quid operati ſiut. Nunc nonnullos in medium proferemus, qui ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus ad barbaras nationes miſſi ſunt.

§. 1.

Miſsiones Orientis.

I. NOn tantùm Apoſtoli & Diſcipuli Chriſti Domini in varias orbis partes ad infidelium & peccatorum cōverſionem miſſi ſunt, ſed etiam ab iis Apoſtolis, & à Pontificibus Romanis, aliiſque Præſulibus ad eaſdem regiones lapſu temporum
Ioan. 14. verſ. 22. depravatas, aliaſque incultas ſæculis poſterioribus Viri Apoſtolici miſſi ſunt. Poſt Apoſtolorum diviſionem vel obitum montis Carmeli incolas fidem Chriſtianam in omnibus Palæſtinæ regionibus diſſeminaſſe ac foviſſe diximus. Quibus adde Joannem
Ioannes Bonifac. Bonifacium de hiſtoriâ Virginis lib. 2. cap. 2. ubi inter alia. *Neque ſolum* (inquit) *ſe Apoſtolorum benevolos & dociles auditores, ſed etiam adjutores præbuerunt. Et cum ex monte Carmeli deſcendiſſent, Chriſti fidem per Galilaam Samariam & Palæſtinam univerſam conſtantiſſimè prædicaverunt.* Jodocus Clithoveus Doctor Sorbonicus ſer-
Iodocus Clithov. mone de excellentiâ & laudibus Carmelitarum, ait. *Tertiò probatur hujus religionis utilitas eam ob cauſam, quod Adjutrix Apoſtolorum in diſſeminandâ fide & doctrinâ Eccleſiaſticâ, &c.* Franciſcus Carthagena inſignis Auctor Ordinis S. Franciſci tomo 4. homiliâ
Carthag. pro Carmelitis hæc ſubjungit. *Ecce quomodo Chriſtianæ militiæ ſtrenui jam milites effecti ab iis montibus deſcenderunt ut religioſæ vitæ Magiſteria præberent.* Idem ferè habet Laurentius Beyerlinck in Theatro vitæ litterâ K. verbo *Religioſus, Religio.* Quibus arridens noſter Mantuanus lib. 3. Par-
Mantuanus. thenices, hæc canit.

Namq́ ipſi ſeſe mox, ut vulgata ſalutis
Fama fuit, Chriſti magnis junxere miniſtris
Fautores operis ſancti, ſociosq́ laborum.

Addit Arnoldus Boſtius lib. de Patronatu Virginis cap. 2. hos Eliani inſti-
Arnold. Boſtius. tuti alumnos ſanctis Apoſtolis uſque ad mortem collaboraſſe in Evangelicâ doctrinâ diſſeminandâ *Divinæ naturæ nuptiis in Virginalis uteri Capellâ mirificè celebratis, melliflui facti ſunt cæli, & per univerſam terram præ magnitudine lætitiæ proclamata ſunt ſolemnia torneamenta, in quorum proclamatione ſanctiſſimis Chriſti Apoſtolis adhortatu Virgineæ Dei Matris* (*prout Sunamitis illa magna & honorata pro filii reſuſcitatione Carmelum viſitans lucidè præſignarat*) *ſe junxerunt fratres ſui Carmelitæ, induti cum eis virtute ex alto.* Quinam illi fuerint, qui idololatriæ expugnatores fuerint, & Evangelicam fidem cum Apoſtolis propugnarint, recenſet noſter Lezana tomo 2. Annalium Ordinis noſtri ad annum Chriſti 39. numer. 6. ſcilicet Sylla, de quo Act. cap. 15. Martialis S. Petri conſanguineus Saturninus, Frontonus, Nathanael, Enochus de Amathim, Elipidius.

Quod etiam ſacros Chriſtianæ Religionis, & Eccleſiæ ritus & obſervantias docuerint, ſcribit Boulducus lib. II.
de Eccleſiâ poſt legem cap. 12. §. *Iſta autem loca.* Serrarius in Trihær. lib. 3. cap. 17. Lezana tomo 2. Annalium, in apparatu cap. 3. num. 16. Ut candida veſtis quâ renati induuntur, de quâ S. Thomas 3. part. quæſt. 71. art. 3. ad 4. & alii, tali veſte utebantur Eſſeni inquit Lezana tomo 1. ad annum mundi 3515. & 3545. & tomo 2. in apparatu cap. 1. Uſus olei pro infirmis

infirmis ab Elianis etiam (inquir
Boulducus cap. 10.) ſumpſit originẽ.
Idem cap. 11. ait ſignum Crucis
III. ab Elianis procedere, Aquam luſtra-
lem ab Eliſeo delineatam fuiſſe idem
cenſet cap. 11. & Lezana tomo 2.
cap 3. num. 20. Domorum ſacrarum,
ſeu templorum & oratoriorum con-
ſtructionem ab Eſſenis dimanaſſe,
idem Lezana habet cap. 3. numer. 2.
Idem refert num. 22. de Pſalmodiâ,
Lectione ſacræ Scripturæ, Concione
Epiſcopali, ſacrâ refectione, &c. De
viris à fœminis ſeparatim in tem-
plo, num. 23. De loco Clericorum e-
minentiori quàm laicorum, num. 25.
Specialiter quod in monte Carmeli
Eſſeni Oratorium Deiparæ adhuc vi-
venti dedicarint, ſcribunt Joſephus
Antiochenus ſupra, Hugo Cardinalis
Ordinis Prædicatorum agens de Ma-
giſtro Joanne Teutonico in fine
Conſtitutionum ejuſdem Ordinis.
Jacobus Suzatus ejuſdem Ordinis in
hiſtoriâ ſui Ordinis, Ferdinandus de
Caſtello, Renerus Romelinck Car-
thuſianus in faſciculo temporum,
Trithemius Abbas lib. de laudibus
Carmelit. Salianus Societaris Jeſu ad
annum mundi 3139. num. 1. Ægi-
dius Camartus Generalis Minimo-
rum in Eliâ Thesbite cap. 5. ſect. 10.
Albertus Myrçus Antuerpienſis lib. 3.
de origine Ord. Carmel. Armachanus
Hibernus ſerm. habito Avenione an.
1342. & alii. Pręcipuè S. Congregatio
Rituum ſub Paulo V. annó 1609. cui
ſubſcripſit Card. Bellarminus, & ſub
Urbano VIII. anno 1638. cui etiam
ſubſcripſit Cardinalis de Torres in
officio Commemorationis B. Virgi-
nis Mariæ Lectione 4. Matutinali.
Omitto innumeros Scriptores noſtri
Ordinis, quos recenſet Lezana in ap-
paratu cap. 5.
IV. Aliquas Eccleſiæ Orientalis civi-
tates ex hiſtoriâ Eccleſiaſticâ brevi-
ter producamus, quæ Virorum Apo-
ſtolicorũ ſtudio & zelo fidem Chriſti
amplexæ ſunt, & ab infidelium hære-
ticorum erroribus liberatę. Primo oc-
currit Cæſareæ Cornelius Centurio
quem B. Petrus baptizavit, & apud
præfatam urbem Epiſcopali honore
ſublimavit, inquit Roman. Martyr.
2. Februarii. Ex eodem Martyrolo-
gio Romano 28. Novembris, apud
Corinthum S. Soſthenes diſcipulus
B. Pauli Apoſtoli, cujus mentionem
facit idem Apoſtolus Corinthis ſcri-
bens 1. Corinth. cap. 1. Hic ex prin-
cipe ſynagogæ converſus ad Chri-
ſtum ante Gallionem Proconſulem
acriter verberatus præclaro initio fi-
dei ſuæ primordia conſecravit Doro-
theus in Sinopſi tradit eum fuiſſe or-
dinatum Epiſcopum Colophonis. Ex
eodem Martyrologio die 13. Julii in
Macedoniâ B. Silas qui cum eſſet de
primis fratribus, & ab Apoſtolis ad
Eccleſias gentium una cum Paulo &
Barnabâ deſtinatus, prædicationis
officium gratiâ Dei plenus inſtanter
conſummavit, atque in paſſionibus
ſuis Chriſtum clarificans, poſtmo-
dum requievit. Dorotheus eum exi-
ſtimat fuiſſe Epiſcopum Corin-
thiorum. Ex eodem Martyrologio 8.
Aprilis apud Corinthum B. Diony-
ſius Epiſcopus, qui eruditione & gra-
tiâ, quam habuit in verbo Dei, non
ſolùm ſuæ civitatis & provinciæ po-
pulos, ſed & aliarum Provinciarum
& Urbium Epiſcopos epiſtolis erudi-
vit, Romanoſque Pontifices adeò co-
luit, ut eorum Epiſtolas publicè le-
gere in Eccleſiâ diebus Dominicis
conſueverit: claruit autem tempo-
ribus Marci Antonini Veri, & Lucii
Aurelii Commodi, Anno 164.
Epheſi S. Timotheus diſcipulus B. V.
Pauli Apoſtoli, qui ab eodem Apo-
ſtolo Epheſi ordinatus eſt Epiſcopus,
poſt multos pro Chriſto agones cùm
Dianæ immolantes argueret, lapidi-
bus obrutus paulò poſt circa annum
60. obdormivit in Domino. Martyro-
logium Romanum 24. Januarii. Ad-
dit Baronius ante Timotheum Eccle-
ſiam Epheſinam à Paulo, & Joanne
Apoſtolo fuiſſe collectam & erudi-
tam. Undè ad eos S. Ignatius, *Cum
Apoſtolis* (inquit) *in virtute Chriſti
ſemper converſati eſtis Paulo Ioanne, &
fideliſſimo Timotheo.* Idem ſcribens ad
Philadelphos adnumerat eundem Ti-
motheum inter ſanctiſſimos Viros,
qui in virginitate vitam puram tran-
ſegerunt. De Oneſimo idem Marty-
rologium 16. Februarii, Natalis beati

Oneſimi, de quo S. Paulus ad Philemonem ſcribit, quem etiam poſt ſanctum Timotheum Epheſiorum Epiſcopum ordinavit, prædicationisque verbum illi commiſit. Baronius addit paſſum eſſe ſub Trajano Imperatore, & Tertullo Urbis præfecto, anno 102.

VI. Cretæ, S. Titus ab Apoſtolo Paulo Cretenſium Epiſcopus ordinatus, poſt prædicationis officium fideliſſimè conſummatum, beatum finem adeptus ſepultus eſt in Eccleſiâ, ubi à B. Apoſtolo dignus miniſter fuerat conſtitutus, Martyrologium Roman. 4. Januari. Menologium Græcum ſcribit eum natum annos nonaginta quatuor, in pace quieviſſe anno 104.

VII. Athenis, B. Quadratus Apoſtolorum diſcipulus in perſecutione Hadriani Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide & induſtriâ ſuâ congregans librum pro Chriſtianæ Religionis defenſione valdè utilem. & Apoſtolicâ doctrinâ dignum ei porrexit, Rom. Martyrol. 26. Maii anno 172. Idem 4. Octobris S. Hierothæus diſcipulus B. Pauli Apoſtoli. Apud Menologium Græcum S Pater noſter Hierotheus unus è numero Areopagitarum, qui ab Apoſtulo Paulo eſt inſtructus unà cum magno illo Dionyſio, cumque religiosè vixiſſet, migravit ad Dominum anno 108. die 31. Octobris. SS. Ampliatus, Urbanus, & Narciſſus, quorum meminit ſanctus Paulus ad Romanos cap. 16. qui ob Evangelium Chriſti à Judæis & Gentilibus cæſi ſunt. Addit Hyppolitus Martyr libello de 72. Diſcipulis Narciſſum Athenarum, Ampliatum Odyſſæ, Urbanum in Macedoniâ creatos Epiſcopos.

VIII. Theſſalonicæ B. Ariſtarchus diſcipulus & comes individuus B. Pauli Apoſtoli, de quo ipſe ad Coloſſenſes cap. 4. ſcribit. *Salutat vos Ariſtarchus concaptivus meus.* Is ab eodem Apoſtolo Theſſalonicenſium Epiſcopus ordinatus poſt longos agones ſub Nerone coronatus à Chriſto, quievit. Roman. Martyrologium 4. Auguſti. Ex eodem 25. Junii apud Berocam S. Soſipater Diſcipulus B. Pauli Apoſtoli, de eo Paulus ad Romanos cap. 16. Origenes in epiſtolam ad Romanos ait fuiſſe ordinatum Epiſcopum Theſſalonicenſem. Dorotheus tamen aſſerit eum ſediſſe Iconii.

Corinthi SS. Criſpus & Cajus, IX.
quorum meminit Paulus ſcribens ad Corinthios cap. 1. ad Roman. cap. 16. Act. cap. 18. Non eſt dubium quin ambo pro Chriſti fide propugnandâ laboraverint contra Judæos.

Coloſſis, S. Epaphra quem S. Paulus Apoſtolus concaptivum appellat X.
ad Coloſſ. cap 1. & 4. & ad Philemonem. Hic ab eodem Apoſtolo Coloſſis Epiſcopus ordinatus, clarus virtutibus, anno 94. ibidem Martyrii palmam pro ovibus ſibi commendaris virili agone percepit. Cujus corpus Romæ in Baſilicâ S. Mariæ Majoris conditum eſt.

In Helleſponto 6. Septembr. San- XI.
ctus Oneſiphorus Apoſtolorum diſcipulus, cujus meminit S Paulus ad Timotheum 2 epiſt. cap. 1. & 4. ſcribens, qui ibidem unà cum S. Porphyrio juſſu Hadriani Proconſulis acriter verberatus, & à ferocibus equis raptatus anno 56. ſpiritum Deo reddidit. Dorotheus contendit eum fuiſſe Epiſcopum Coroniæ.

3. Novembris ſecundùm idem XII.
Martyrologium anno 56. S. Quartus Apoſtolorum diſcipulus, cujus meminit Apoſtolus ad Romanos cap. 16. Dorotheus in Synopſi poſt Hyppolitum de 72. diſcipulis ait eum fuiſſe Berythi Eccleſ. Epiſcopum ordinatum. Alexandriæ S. Pantænus Vir Apoſtolicus, & omni ſapientiâ adornatus, cui tantùm ſtudii & amoris erga Verbum Dei fuit, ut etiam ad prædicandum Chriſti Evangelium Gentibus, quæ in Orientis ultimis receſſibus reconduntur, fidei & devotionis igne ſuccenſus profectus ſit, ac demum Alexandriã reverſus anno 213. ſub Antonino Caracallâ in pace quievit, ita Romanum Martyrol. 7. Julii.

Hierapoli in Phrygiâ B. Papias ejuſ- XIII.
dem civitatis Epiſcopus, S. Joannis Auditor, & Polycarpi condiſcipulus & ſodalis fuit, Martyrologium Rom. 22. Februarii anno 213. Idem Martyrologium 8. Aprilis facit commemorationem

Digitized by Google

morationem SS. Herodionis, Aſyncriti, Phlegontis, de quibus S. Apoſtolus Paulus anno 58. ſcribit in epiſt. ad Romanos cap. 16. Dorotheus in Synopſi ait Herodionem fuiſſe creatum Epiſcopum Patrarum: At Hyppolitus lib. de 72. diſcipulis teſtatur Herodionem fuiſſe Epiſcopum Tarſi. Dorotheus ſcribit Aſyncritum Hircaniæ, Phlegontem Maratoniæ, Rufum Thebarum. 29. Aprilis Apud Paphū in Cypro S. Tychion diſcipulus beati Pauli, quem idem Apoſtolus in ſuis epiſtolis chariſſimum fratrem & miniſtrum fidelem, & conſervum ſuum in Domino appellat ad Epheſ. cap. 6. ad Coloſſ. cap. 4. & 2. ad Timoth. cap. 4. Dorotheus in Synopſi tradit anno 59. hunc fuiſſe primum Epiſcopum Chalcedonenſem. Philippis in Macedoniâ S. Eraſtus, qui illic à beato Paulo Apoſtolo relictus Epiſcopus anno 58. ibidem Martyrio coronatus eſt, Martyrol. Roman. 26. Julii. Non eſt probabilis opinio Dorothei ſcribentis eum fuiſſe Epiſcopum Paneadis. In eadem Cypro S. Jaſon antiquus Chriſti diſcipulus, Dorotheus ait eum fuiſſe Epiſcopum Tarſenſem ſecundùm Hyppolitum, ſed fuit in Syriâ. Vide Baronium ad 12. Julii.

XIV. 13. Octobris apud Troadem urbem Aſiæ minoris S. Carpus diſcipulus beati Pauli Apoſtoli, anno 59. Græci in Menologio ſcribunt eum fuiſſe unum ex 72. diſcipulis. Hujus Apoſtolus 2. ad Timotheum cap. 4. mentionem facit. Dorotheus in Synopſi aſſerit eum fuiſſe Epiſcopum Beroenſem. Laodiceæ B. Sagar Epiſcopus & Martyr anno 59. qui fuit unus de antiquis diſcipulis Beati Pauli Apoſtoli. Martyrologium Romanum 6. Octobris. Alexandriæ S. Amanus diſcipulus S. Marci, ejuſque in Epiſcopatu ſucceſſor anno 64. clarus miraculis quievit in Domino. Romanū Martyrologium 25. Aprilis. Smyrnæ S. Polycarpus, qui B. Joannis Apoſtoli diſcipulus, & ab eodem ejuſdem civitatis Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ Princeps fuit; poſtea ſub Marco Antonino, & Lucio Aurelio Commodo ſedente Proconſule, & univerſo populo in adverſum eum perſonante igni traditus eſt anno 169. Et cum ab eo minimè læderetur, gladio confoſſus Martyrii coronam accepit, Romanum Martyrologium 26. Januarii, In Perſide Sanctus Benjamin Diaconus, qui cùm Dei Verbum non deſiſteret prædicare anno 421. ſub Ildegerde Rege unguibus Arundinibus acutis confixus & ſpinosâ ſude per alvum tranſmiſsâ Martyrium conſummavit. His addo Moyſem Epiſcopum Venerabilem in Ægypto qui ex Martyrologio 7. Februarii primò in Eremo ſolitariam vitam duxit, deinde petente Mauviâ Reginâ Saracenorum Epiſcopus factus eſt, gentem illam ferociſſimam magnâ ex parte ad fidem convertit, anno 380. & glorioſus meritis in pace quievit. In eodem Martyrolog. 23. Auguſti S. Eutychius Sancti Joannis Apoſtoli diſcipulus ob Evangelii prædicationem in multis Regionibus carceres, verbera & ignes perpeſſus, tandem in pace quievit. Roman. Martyrologiū 24 Auguſti anno 100. Enoch Carmeli montis Anachoretam fuiſſe comitem S. Marci Evangeliſtæ tradunt Sylveſter Marulus in Oceano Religionum, ex noſtris Paleonydorus, Didacus de Coriâ, Saracenus, Petrus Lucius, Caſſanate, Lezana tomo 2. Annalium ad annum 45 numer. 9.

§. 2.

Miſſiones Eccleſiæ Occidentalis.

I. AB Italiâ enarrationem brevem auſpicabimur. Romæ (inquit Martyrologium Romanum 24. Junii.) *Commemoratio Sanctorum plurimorum Martyrum, qui ſub Nerone Imperatore de Vrbis excidio, per calumniam accuſati diverſo mortis genere ab eodem juſſi ſunt ſæviſſimè interfici. Quorum alii ferarum tergis contecti laniatibus canum expoſiti ſunt. Alii crucibus affixi, aliiq; incendio traditi, ut ubi defeciſſet dies in uſum nocturni luminis deſervirent. Erant hi omnes Apoſtolorum diſcipuli, & primitiæ Martyrū*

quas Romana Eccleſia fertilis ager ante Apoſtolorum necem tranſmiſit ad Dominum. Scilicet anno Chriſti 65. Notat Baronins hanc necem contigiſſe triennio ante necem Apoſtolorum, meritòque Nobiles Primitias Romanorum Martyrum nominari. Apoſtolorum diſcipuli vocantur, ut ſcilicet idem munus obirent, quod Diſcipuli Chriſti, de quibus S. Lucas cap. 10. verſ. 1. ſcribit. *Deſignavit Dominus, & alios ſeptuaginta duos, & miſit* Luc. 10. verſ. 1. *illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quò erat ipſe venturus.* Titus Boſtrenſis. *Deſignavit Dominus alios ſeptuaginta duos Diſcipulos.* Noſter Sylveira tomo 3. lib. 5. cap. 18. in Evangelia, ſubdit. Sicut Joannes Baptiſta miſſus eſt à Deo præcurſor ante Chriſti adventum, ut explicatâ lege & prophetiis homines præpararentur ad recipiendum Chriſtũ. Sic Chriſtus hos ſepruaginta duos miſit in omne caſtellum & locum, ut peccatores obſtinaros ſuâ prędicatione præpararent ad pœnitentiam, Chriſtique prædicationem facilius exciperent, ac tali pœnitentiâ apti redderentur ad tanti Domini præſentiam. Deindè, quia non decebat, ut Chriſtus in quolibet pago & loco permaneret, cùm ad myſterium Paſſionis properaret. Idem ferè dicendum cenſeo de præfaris Martyribus, Diſcipulis Apoſtolorum Petri & Pauli.

II. Nonnullos miſſos ab Apoſtolis & aliis Præſulibus in Occidentem ex Martyrologiis & Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ nominatim referemus, ac primò ab Italiâ auſpicabimur. Lucæ in Tuſciâ, B. Paulinus à S. Petro primus ejuſdem civitatis Epiſcopus ordinatus ſub Nerone ad radices montis Peſani poſt multos agones Martyrium ſuum anno 56. cum aliis ſociis conſummavit. Martyrologium Rom. 12. Julii. Fezulis in Tuſciâ S. Romulus Epiſcopus & Martyr, Diſcipulus B. Petri Apoſtoli ab eo miſſus ad prædicandum Evangelium, cùm in multis Italiæ locis annuntiaſſet, rediens Fezulas ſub Domitiano Principe anno 92. Maryrio coronatus eſt. Roman. Martytol. 6. Julii.

III. S. Apollinaris Epiſcopus ab Apoſtolo Petro Romæ ordinatus, & Ravennam miſſus, pro fide Chriſti diverſas & multiplices curas perpeſſus eſt. Poſtea in Æmiliâ Evangelium prædicans plurimos ab idolorum cultu revocavit. Tandem Ravennam reverſus anno 81. ſub Veſpaſiano Cęſare glorioſum Martyrium conſummavit 23. Julii Roman. Martyrolog. Patavii S. Proſdocimus primus ejuſdem civitatis Epiſcopus ab eodem B. Petro ordinatus, ad prædicandum Dei verbum ad prædictam civitatem miſſus. Ubi multis virtutibus & prodigiis corruſcans anno 70. beato fine quievit Martyrologium Romanum 7. Novembris.

IV. Neapoli in Campaniâ S. Aſprem à S. Petro Apoſtolo ab infirmitate curatus, & deindè baptiſatus, ejuſdem civitatis Epiſcopus ordinatus fuit, anno 65. Roman. Martyrol. 3. Auguſti. Catanæ in Siciliâ S. Berillus à B. Petro ordinatus Epiſcopus anno 66. cùm multos Gentilium convertiſſet ad fidem in ultimâ ſenectute quievit in pace. Romanum Martyrologium 21 Martii.

V. Tauromenii in Siciliâ S. Pancratius Epiſcopus Chriſti Evangelium, quod à S. Petro illuc miſſus prædicaverat martyrii ſanguine conſignavit. Rom. Martyr. 3. Aprilis. Græci in ſuo Menologio ſcribunt hunc Antiochenum genere, S. Petrum ſecutũ eſſe, & ab eo Siculis præfectum Epiſcopum. Anno 44.

VI. Syracuſis S. Marcianus anno 44. ab eodem ordinatus Epiſcopus poſt Evangelii prædicationem a Judæis occiſus eſt. Rom. Martyrol. 14. Junii. Arinæ S. Marcus à B. Petro Apoſtolo Epiſcopus ordinatus Æquicolis primus Evangelium prædicavit, & in perſecutione Domitiani anno 9a, ſub Maximo Præſide Martyrii coronam accepit. Romanum Martyrologium 28. Aprilis.

VII. 4. Novembris SS. Philologus & Patrobas S. Pauli Apoſtoli diſcipuli, quorum meminit ad Romanos cap. 16. Dorotheus in Synopſi ſcribit Philologum Sinope, Patrobam Neapoli præfectum eſſe Epiſcopum. At Hippolytus

polytus Martyr lib. de 72. diſcipulis ſcribit creatum fuiſſe Epiſcopum Puteolanum, anno 59.

VIII. Anno 62. S. Anathalon Epiſcopus B. Barnabæ Apoſtoli diſcipulus, in ejus locum Eccleſiæ Mediolanenſis ſucceſſit, Romanum Martyrolog. 25. Septembris. Fuiſſe hoſpitem S. Petri, & ſocium B. Barnabæ in prædicatione Evangelii, & Cenomanum natione inciſa teſtatur inſcriptio vetuſta lapidi juxta ejus imaginem.

Petri hoſpes, ſanctèq; Anathalon, Domne probate,
Atque idem ſocius Barnabæ Apoſtolici,
Qui Mediolani verbi myſteria tradēs,
Te jubet agnatos viſere Cenomanos.
Dum tua membra metu rigidis ſubducta tyrannis
Brixia vicino detinet in loculo.

S. Cajus Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ Mediolanenſis, diſcipulus B Barnabæ Apoſtoli, qui SS. Gervaſium & Proteſtaſium baptizavit anno 70. & multa in perſecutione Neronis paſſus, in pace quievit, Roman. Martyrolog. 27. Septembr.

IX. Aquileæ S. Hermagoras diſcipulus B. Marci Evangeliſtæ, & primus ejuſdem civitatis Epiſcopus, inter miracula ſanitatum, & prædicationis inſtantiam, ac populorum converſionem, plurima genera pœnarum anno 56. expertus, tandem unà cum Fortunato Diacono ſuo diſcipulo capitali ſupplicio perpetuum meruit triumphum, Martyrologium Rom. 12. Julii.

X. Apud Ticinum S. Juventus à beato Hermagora ad eam urbem anno 55 unà cum S. Syro directus eſt, & ambo illic Evangelium prædicantes, & magnis virtutibus & miraculis coruſcantes, urbes vicinas divinis operibus illuſtrantes in Pontificali honore quieverunt in pace. Rom. Martyr. 11. Septembr. de ſancto Syro idem Roman. Martyrologium 9. Decemb. refert fuiſſe primum Papiæ Epiſcopum, qui Apoſtolicis ſignis & virtutibus claruit.

XI. Aſculi in Piceno circa annum 305. S. Æmigdius Epiſcopus & Martyr, à S. Marcello Papâ ordinatus, & illuc ad prædicandum Evangelium miſſus, in confeſſione Chriſti ſub Diocletiano Imperatore Martyrii coronam accepit. Romanum Martyrol: 5. Auguſti.

Bononiæ S. Baſilius Epiſcopus à S. Silveſtro Papâ ordinatus anno 316. creditam ſibi Eccleſiam ſanctiſſimè gubernavit, 6. Martii Martyrologium Roman. XII.

Apud Beneventum S. Barbatus Epiſcopus ſanctitate celebris, Longobardos, & eorum ducem ad Chriſtum convertit, Rom. Maryr. 19. Februar. Notat Baronius eum interfuiſſe Synodo Romæ celebratæ temporibus Agathonis Papæ anno 680. XIII.

Non omittendum exiſtimo S. Angelum Martyrem noſtri Ordinis, patriâ Palæſtinum qui poſt exactum quinquennium in deſerto Quarantanæ, miſſus eſt à Chriſto apparente in Europam, ut Chriſti fidem & Dei Verbum diſſeminaret his verbis. *Satis hic tibi Angele, jam ſatis immoratum eſt, ſatis privato profectui, & contemplationi datum. Ea te celerius præſtare oportet, per quæ à Patre æterno ad gloriam prædeſtinatus, non dubiâ adoptatione vocaris, &c. Plurimis pro revelante Dei voluntate, & veritate tuendâ laboribus perferendis te accingas.* Pro miſſionis Apoſtolicę mercede Martyrium pollicetur, quod in Siciliâ recepit. Nam Leocatam veniens in mediâ cōcione quinies in pectore & capite cōfoſſus pugione à quodam nefario, eo quod ejus ſororem publicè ad agendam pœnitentiam induxiſſet, & à publico inceſtu ad meliorem vitam revocaſſet, ſicque ſuam miſſionem & Catholicam veritatem proprii ſanguinis effuſione firmavit. Romanum Martyrologium 5. Maii, ait quod *Ab hæreticis ob defenſionem Catholicæ Fidei trucidatus eſt.* Molanus ibidem. *In Siciliâ apud oppidum Leocatam, ſeu Achatem Natalis S. Angeli Presbyteri & Martyris, qui de Monte Carmeli prædicationis cauſa divino juſſu veniens cùm multos ad pœnitentiam convertiſſet à quibuſdam impiis hæreticis trucidatus eſt.* Vide plura apud noſtrum Lezanā tomo 4. Annalium noſtri Ordinis ad annum 1219. num. 6. editionis Romę; & alios. XIV. Martyr. Roman. Molanus

§. 3.

Germanica & Belgica Miſsiones.

I. LIndanus, Molanus, & Myræus ſcribunt, quod quamvis ex Martyrologio Romano & aliis. S. Thomas Apoſtolus Parthis, Medis Evangelium prædicans paſſus ſit in Indiá, ac non multò poſt tranſlatus Edeſſam: tamen ſi non perſpicuum, ſaltem à vero alienum nō videri eum Germanis Evangelium prædicaſſe, cùm id in catalogis ſuis atteſtentur Dorotheus Epiſcopus & Martyr, Hieronymus, Sophronius & OEcumenius. Undè in Germaniâ non rara ſunt hujus Apoſtoli Oratoria ut Coloniæ, &c. Imò & Cathedrales Eccleſiæ, Argentinenſis, & ſecundæ hujus Germaniæ Trajectenſis, quæ eum patronum ſuum profitetnt in picturis, in Latinis Lytaniis, & Græcolatinis, in feſtis & in quotidianâ commemotione. Hæc ex Molano. Myræus addit quod in antiquiſſimâ illâ Græcorum Græcolatinâ Litaniâ Germanis inferioribus, maximè ad oſtia Rheni etiānum uſitatâ proximum, ſtatim à SS. Petro & Paulo locum S. Thomas obtinet, ut non immeritò poſt illos primas ipſi veteres Chriſtiani conſecrarint Ædes Argentorati, Ultrajecti, & alibi.

II. Conſtat ex Martyrologio Romano 29. Januarii quod Treviris obierit S. Valerius Epiſcopus, diſcipulus ſancti Petri Apoſtoli. Notat Baronius anno 75. quod ſucceſſit S. Euchario. Item 14 Septembris anno 130. quod è vivis exceſſit S. Maternus etiam B. Petri Apoſtoli diſcipulus, qui Tungrenſes, Colonienſes & Trevirenſes, aliosque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit. Ex eodem 8. Decembris S. Eucharius diſcipulus ſancti Petri Apoſtoli ejuſdem civitatis Epiſcopus. Marianus Scotus lib. 2. ætat 6. anno Chriſti 54. Pontificatus S. Petri Romæ anno 8. Quinam eorum ſedem Trevirenſem occuparint aliis diſcutiendum relinquo. Harigerus Abbas Lobbienſis, Petrus Cluniacenſis, Honorius Auguſtodinenſis, Theophridus Epternacenſis, Ottho Friſingenſis, Fiſen in Hiſtoriâ Leodienſi. Dionyſius & Cornelius in cap. 4. Regum aſſerunt, quod hi tres Petri Diſcipuli, cum paſſim magnâ Divini Numinis contumeliâ divinos honores inferis tribui viderent ac dolerent, ab errore tam flagitioſo ſtudebant inſanos homines revocare, fatigatis ex itinere placuit paululum quieſcere, itineris meliorem partem jam confecerant, quando lætitiam triſtis caſus in Vagionibus obturbavit. Nam Maternum magnæ ſpei adoleſcentem & incenſo Divini amoris ſtudio inflammatum Elegiæ oppidulo febris ardens vivus eripuit. Inexpectato perculſi dolore ſuperſtites ſocii, aliâ fortaſſe de causâ poſtquam humo corpus mandaſſent, ad Petrum Romam rediere. Hoc acerbo funere dejectos filiorum animos piiſſimus Pater, cœleſtisque auxilii confidentiâ erexit, reverti jubet, porrecto ſcipione, quem ubi demortui corpori ſuperpoſuiſſent, ſperarent illius oraculo fidem futuram, qui cùm quatriduanum Lazarum ad vitam revocarit, dixit. *Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora ipſe horum ipſe faciet.* Hac promiſſione recreati Eucharius & Valerius, totum rurſus iter emetiuntur, & Elegiam in Vangiones quadrageſimâ à Materni obitu die perveniunt certi de promiſſionis fide corpus effodi curant, & impoſito Petri baculo ad vitam, atque adeò ad ſuſceptam ſacroſancti Evangelii propagationem, nomine Jeſu-Chriſti revocant, prodigium omnibus ætatibus inauditum, quod ſolidos quadragenos dies jacuerat corpus exanime, vitâ plenum, ſanum, vegetumque ſurgit, ſocios gaudium ingens, Vangiones, quotquot aderant vel audierunt ſtupor inceſſit, qui ubi Divini Numinis potentiam audierunt, eum ſibi colendum propoſuerunt, & ad Eccleſiæ Romanæ utpotè ſanctiſſimæ gremium confluere, rejecta Deorum ſuorum inanitate. Ibi poſtea Chriſtiani Ædem ſacram poſuerunt: & ut facti memoriâ ſupereſſet

nomen reſurrectionis indiderunt. Quantùm Maternus ſociis ſuis prævaleat ſatis innuit Romanum Martyrologium. Quod de Sancto Euchario tantùm hæc effatur: Treviris S. Eucharii diſcipuli B. Petri Apoſtoli, & primi ejuſdem civitatis Epiſcopi. De S. Valerio, Treviris depoſitio B. Valerii Epiſcopi diſcipuli S. Petri Apoſtoli. At de S. Materno hæc pronunciat: Treviris S. Materni diſcipuli B. Petri Apoſtoli, qui Tungrenſes, Colonienſes, Trevirenſes, alioſque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit.

III. De S. Creſcente diſcipulo S. Pauli Apoſtoli 27. Junii Romanum Martyrologium habet. In Galatiâ S. Creſcens diſcipulus B. Pauli Apoſtoli in Gallias tranſitum faciens verbo prædicationis multos ad fidem Chriſti convertit. Rediens verò ad gentem, cui ſpecialiter datus erat Epiſcopus, cùm Galatas ipſos uſque ad finem vitæ ſuæ in opere Domini confirmaſſet, demùm ſub Trajano Martyrium cõſummavit anno 101. Quod per Galatiam intelligatur Gallia probat Serarius in hiſtoriâ Moguntinâ lib. 2. cap. 2. Fuiſſe verò primum Epiſcopum Moguntinum idem Serarius refert ex quodam Manuſcripto lib. 2. cap. 5. his verbis. *Sacroſancta Eccleſia Moguntina tempore B. Petri Apoſtoli Vicarii Chriſti, primùm Catholicæ fidei radiis illuſtrata per Creſcentem B. Pauli Apoſtoli diſcipulum, ipſum primum ſuæ ſedis meruit habere Antiſtitem.* Beda, Ado, & alii teſtantur Creſcentem in Galatiâ & Galliâ Evangelium prædicaſſe, Sedemque Viennenſem & Moguntinam erexiſſe. Idem de Moguntinâ aſſerit Petrus Cluniacenſis lib. 2. epiſt. 1. & alii.

IV. Myræus 21. Decembris ſcribit quoſdam tradere Lucium filium Cyrenæi (qui Chriſto ſub mole Crucis fatiſcenti in illâ geſtandâ vicariam operam præſtitit) præfatum (inquam) Lucium S. Pauli ſectatorem & comitem per Illyricum & Germaniam primùm Ratiſponæ in Bavariâ Evangelii legem promulgaſſe.

V. Addit conſtare ſub annum Chriſti 176. Germanis & Marcomanis, inter quos tunc Boii cenſebantur, lucẽ Chriſtianæ religionis affulſiſſe Marco Aurelio, Antonio Philoſopho Imperatore, cum Chriſtianæ & fulminatricis legionis precibus cœleſtes aquæ ſunt impetratæ, ut Euſebius in Chronico tradit. Hoc porro quibus præconibus ſit factum, ut Chriſti fides per Germaniam & Marcomanos vulgaretur, in obſcuro eſt. Irenæus certè, qui S. Polycarpi diſcipulus fuit, lib. 1. cap. 3. meminit Eccleſiarum in Germaniâ fundatarum. Romanæ Eccleſiæ faſti S. Lucium Britanniæ Regem celebrant, qui à Fugatio & Donatiano S. Eleutherii Papæ Legatis Chriſti ſacris initiatus, relicto patrio ſolo & regno in Germaniam circa annum 182. venit, & Norico, Windeliciâ, Rhætiâ peragratâ, demùm Curiæ Rhætorum beato fine obdormivit, in quâ Abbatia viſitur, ordinis Præmonſtratenſis, ejus nomini inſcripta, ubi & quieſcit. Hæc ille.

Bavaria.

Nihil certius Romano Martyrologio 27. Martii hæc de S. Ruperto proferente: Salisburgi S. Rupertus Epiſcopus & Confeſſor, qui apud Bavaros & Noricos Evangelium mirificè propagavit. Addit Baronius eum floruiſſe temporibus Childeberti II. Regis Francorum & Theodoberti ejus filii. Et in annalibus ad annum Chriſti 580. ſcribit, hoc tẽpore cœptam conſtat Bajoariorum, ſivè Boiorum, aut Bavarorum è Gentiliſmo converſionem ad fidem, annuntiante illis Evangelium Viro ſanctiſſimo Ruperto Epiſcopo Vangionenſi in Galliâ, qui à Bercario loci Comite multa paſſus, ſolumque vertere coactus, eò penetravit cum aliis duodecim Sacerdotibus, quæ quidem cœpta hoc anno Childeberti Regis Francorum ſecundo propagata noſcuntur. Erat tunc Bajoariæ Theodo hujus nominis, cujus converſionem reliqui ei ſubjecti ſecuti, pariter effecti ſunt. Undè factum eſt, ut ipſe Rupertus Bajoariorum Apoſtolus ſit meritò nuncupatus, &c. VI.

Romanum Martyrologium 8. Septembris mentionem facit S. Corbi- VII.

mani primi Civitatis Friſingenſis Epiſcopi, qui à Gregorio II. Pontifice circa annum Domini 730. ordinatus, & ad prædicandum Evangelium miſſus uberes fructus in Galliâ & Germaniâ retulit, ac demum virtutibus & miraculis clarus quievit in pace. Annales Bojorum vocant ſanctos Gumbaldum, & Giſilarium Apoſtolos Bojorum. Item S. Laureatum primum Laureacenſem Epiſcopum eodem titulo celebrant. Bucelinus illi nomen Viri Apoſtolici tribuit.

VIII. Thiemoni nomen Apoſtolici Viri non denegandum exiſtimo, ut potè qui pro fide Catholicâ in Bavariâ propagandâ tantoperè laboravit. Accipe verba Baronii ad annum Chriſti 1090. Contra Henricum III. Imperatorem Altmannus Pataavienſis Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus inter alia, quæ præclarè egit, curavit hoc ipſo anno in Salisburgenſi Metropoli (cujus ipſe Suffraganeus erat) vacante per obitum S. Gebrehardi Archiepiſcopi ſubrogati ſucceſſorem ſanctum alium, nempè Thiemonem Abbatem (cujus extant acta apud Canit. antiq. lect. tom. 4. ab auctore illius temporis collecta,) in quibus de his, quæ idem paſſus eſt ab Henrico pro fide Catholicâ, traditur eum tredecim annis, quibus præfuit bellis, obſidione, gladiis, captivitate, omnia extrema paſſim inſtar S. Athanaſii Alexandrini, nunquam penè liberum corpus, nedum liberam auctoritatem habuiſſe. Ad quem carcere detentum, cùm aliquàndo miſſus ſpiculator gladio caput iteratis ſummo niſu ictibus amputare conaretur, tantùm ſumma cutis vix tenuem ſicut lineam ictus, & quod ſolùm ictus agnoſceretur, accepit. Quod ſignum obduci quamdiu vixit, non potuit. Eodem verò demum anno peregrinatus in terram ſanctam egregiè Martyrio perſunctus obiit, ut habent plura ejuſdem acta.

IX. S. Emmeranus ejus prædeceſſor, non minus Viri Apoſtolici & Chriſti imitatoris nomen meretur. Cùm enim nobili ſtirpe in Aquitaniâ oriundus eſſet, facultatibus optimis affluerct, ac Præſulatu licet invitus frueretur, iis omnibus ſpontè ſe abdicavit, ut apud exteras nationes Chriſtianæ fidei ſemina infidelium mentibus mādaret. Quibus votis ut ſatisfaceret Gallias peragravit, & cum Vitali Sacerdote comite ſuo Germaniam ingreſſus, Ratisbonam Bávariæ Metropolim pervenit, ulterius in Pannoniam profecturus. At Dux Theodo (cui Hunni grati non erant) inſtitit ut in Bavariâ moraretur eam execulturus, ac radicitus idololatriam, aliaque vitia extirpaturus, quod per triennium maximo animarum lucro præſtitit S. Antiſtes urbes, pagos, vicos, privatas ædes excurrens, juxta Chriſti mandatum Lucæ cap. 10. Cùmque univerſas illius regionis latebras luſtraſſet, cœleſtique doctrinâ illuſtraſſet, contigit (inquit Baronius ad annum Chriſti 652.) ut ejuſdem Principis filia Ota Virgo Sigibaldo cuidam cōmixtâ ex ſtupro cōcipiens in vita diſcrimen unà cum juuene adduceretur. Siquidem Emmeranus, ut eos à nece) Chriſti exemplo qui aliena innocens ſuper ſe peccata ſuſcepit) libens volenſque ſibi paſſus illud ſtupri crimen adſcribi. Licet poſtquam nocentem à morte liberaſſet, ſuam innocentiam defenderet, & pro cauſæ cognitione ad Romanum Pontificem unà cum accuſatoribus remitti poſtularet. Nihilominus à Lamberto Theodonis filio cædi juſſus eſt poſt ſingulorum membrorum detruncationem, & oculorum ac linguæ evulſionem truncus relictus, adhuc propheticè nonnulla locutus eſt, ac tandem expiravit, miraculis poſt obitum clariſſimus. Plura apud Sutium & Cyrenum Epiſcopum Ratiſponenſem ei coævum. Martyrologium Romanum 22. Septembris de eo hoc præclarum encomium affert. *Ratiſponæ in Bavaria ſancti Emmerani Epiſcopi & Martyris, qui ut alios liberaret mortem ſaviſſimam Chriſti cauſa patienter tulit.* S. Materni ſucceſſores in Tungrenſi Diœceſi Apoſtolicum munus obeuntes videamus.

Apud Tungrenſes (inquit Romanum Martyrolog. 25. Junii S. Martini Epiſcopi) Molanus, Myræus & alii X.

alii, eum Hasbaniæ Apoſtolum vocant. Et meritò, nam anno 265. ad Epiſcopatum Tungrenſem, ſeu Leodienſem promotus ſtrenuè laboravit ad Hasbanos ad Chriſti & Eccleſiæ jugum adducendos. Nonnulli exiſtimant eum lauream Martyrii adeptum eſſe.

Legia.

XII. Eandem Eccleſiam Tungrenſem regendam ſuſcepit S. Amandus circa annum 628 dum Romæ eximio pietatis fervore limina Apoſtolorum veneraretur, Gallias repetere juſſus eſt à Sede Apoſtolicâ ad ſemen Verbi Divini fœlicibus auſpiciis inſerendum, auxit animos juſſio Principis Apoſtolorum, quod munus Apoſtolicum poſtquam in Galliâ cum maximo animarum lucro exercuit, & Joannes Agnus Tungrorum Epiſcopus diem ultimum obiit, ei ſucceſſit reluctans non laborum metu, quos votis ardentiſſimis Dei causâ expetebat, ſed quia honores averſabatur, Apoſtolicum ſuum zelum demonſtravit, dum non ſolùm apud Tungros, ſed etiam apud Brabantos, Flandros, Alſatios, Germanos, aliósque populos Chriſti Doctrinam longê latèque diſſeminavit. Plura apud Sigebertum, Molanũ, Myræum, Fiſen & alios. Cùm videret in Diœceſi Leodienſi meſſem ampliſſimam, ſed operarios paucos ſanctus Amandus obtinuit à Martino I. Pontifice cooperatores, qui deſignavit peridoneos Landoaldum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Præsbyterum, Amantium Diaconum, Adrianum, Julianum, & alios ſex, quibus ſe comitem adjunxit Vinciana Virgo, Landoaldi ſoror, quæ fraternæ pietatis æmula, patriam ſimul relinquens cum ſanctâ Adeltrude etiam virgine ad fidem pro ſuâ conditione propagandâ. Landoaldi opera tam grata fuit Amando & parentibus S. Lamberti, ut illi ſuam Eccleſiam triennio poſt commendarit, quò facilius in mortalium animos ſacrum Evangelii ſemen ſpargeret. Nam etiam aliis gentibus prædicavit, ut Sclavis circa Danubium. Vaſconibus circa Pireneos, in Flandriâ Gandenſibus, potiſſimum Pabulenſibus. Gandenſes à Mercurii & aliorum idolorum cultu avocavit. Hi verò Lamberti filii ſui pueritiam Chriſtianæ vitæ rudimentis imbuendam commiſerunt Landoaldo, cujus miracula refert molanus 19. Martii, ejuſque & ſociorum mortem Deus multis manifeſtavit prodigiis.

De S. Lamberto Martyre & Epiſcopo Tungrenſi qui obiit anno 698. hæc inter alia ſcribit Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii. Nominatur Apoſtolus Taxandriæ, eo quod continuâ prædicatione & multâ patientiâ ad fidem Chriſti converterit ejus Regionis populum idololatriæ cultu ſordeſcentem, qui nullis civitatibus, ſed pluribus & ſparſis vicis continebatur; hodie Pelandros peculiariter Taxandros nominamus. Sed Hiſtorici generatim Kempinenſes videntur intelligere, ii enim Tungros ferè attingunt. Et ob hanc converſionem Taxandri Leodienſi Eccleſiæ ſubditi fuerunt. Baronius, Molanus, Miræus, Fiſen, & alii. XIII.

S. Hubertus patriâ Aquitanus anno 702. à Sergio Papâ conſecratus, Lamberti ſucceſſor, Ardnenniæ Apoſtolus nuncupatur, quia tantis virtutibus, tantisque talentis cumulatus fuit, ut ea in alios diffuderit, inter quos fuère Brabantii, quos multis gentilium erroribus irretitos in viam ſalutis reduxit. Arduennæ autem Apoſtoli illuſtre nomen ſingulari quodam jure apud poſteros promeruit, quia ſaltus illius potius idololatriâ & ſuperſtitione, quam ſolo horridos excoluit. Periculum non minus leve exortum. His temporibus in Eccleſia tempeſtates, excitatæ potiſſimum in toto Oriente ab Iconoclaſtis, qui ob detractum ſacris imaginibus cultum, ducẽ habentes Leonem Iſauricum Orientis Imperatorem potentiſſimi erant, S. Hubertus ſuam Eccleſiam ab hâc fœce illibatam ſervare ſtuduit. XIV.

S. Amor gente Aquitanus & ſancto Huberto coævus, gradu Diaconus fuit, animadvertens in agro Hasbanio vitioſas ſtirpes non eſſe penitus revulſas, ab iis & vitiorum ſentibus & tribulis immunem reddidit. Beliſæ XV.

Et cum eis multi eorum, qui audierant Petri verbum, quorum numerus fuit quinque millia hominum. Idem aſſe-

Ioannes Groſſus.

runt Joannes Groſſus Generalis in ſuo Viridario clavi 1. dicens quod Carmeli incolæ. *Vnà cum Apoſtolis in multis regionibus fidem Chriſti conſtanter*

Ioan. de Ciminet.

prædicaverunt. Joan. de Cimineto in ſpeculo Ordinis cap 3. *Perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Evangelici nuncii fideles, ac fidei Chriſtianæ legitimi defenſores effecti ſunt.* Thomas

Thomas Walden.

Waldenſis tomo 1. Doctrinalis Fidei lib. 4. art. 2. cap. 97 poſt citatos Joannem Jeroſolymitanum ſupra, Joſephum Antiochenum infra citandum, concludit. *Nec dedignentur Clerici moderni Monachos Religioſos in Eccleſia Dei coadjutores habere, quos ſancti Dei Apoſtoli dedignari nolebant, cùm tamen præſentes Clerici non ſint ſuis Patribus peritiores, ſed nec ſanctiores Apo-*

Ioannes Soreth.

ſtolis. Venerabilis Joannes Soreth, (cujus præclara monumenta ac inſignia ſuæ charitatis & ſollicitudinis in hoc Conventu Leodienſe, extant in Sacriſtiâ, Bibliothecâ, & libris redituum Conventus) in expoſitione Parænecticâ Regulę noſtrę, de illis hęc effatur. *Iſti etiam vita Apoſtolica formâ prætendentes, ſunt de quibus dicitur Actuum cap. 2. erant in Ieruſalem viri Religioſi habitantes, qui ſe Apoſtolorum conſortio junxerunt poſt Spiritus Sancti repletionem prout aſſerit Ioſephus An-*

Ioann. de Malinis.

tiochenus. Joannes de Malinis Auctor antiquus in Speculo Hiſtoriali cap. 5. *Poſt Aſcenſionem* (inquit) *Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia ipſi Eremitæ in Monte Carmeli ad honorem B. Mariæ Virginis Capellam ſpecialiter conſtruxerant, ubi devotè eidem Virgini Glorioſæ Mariæ ſerviebant, idcircò ejus titulum retinere elegerunt, & tunc Fratres Beatæ Mariæ appellari voluerunt.* Et eodem cap. *Poſt Aſcenſionem Domini cùm in Iudæâ & Samariâ à Chriſti fidelibus ædificaretur Eccleſia, Religioſi Eremitæ de monte Carmeli &c.* Idem referunt Palæonydorus, Petrus Lucius, Corea, Mantuanus, Thomas à Jeſu, Caſſanate, Lezana, Munoſius, aliiq; noſtri Ordinis Hiſtorici, & ſpecialiter vetuſtæ Conſtitutiones noſtri Ordinis V. Joannis Soreth, Nicolai Audet, Joannis Caſſardi de Senis, & noviſſimè Gregorii Canalis Generalis part 1. cap. 1. olim rubricâ 1. à Sede Apoſtolicâ, præcipuè Sorethanæ Conſtitutiones à Clemente VII. approbatæ.

III. Ut his major fides adhibeatur, audiamus exteros, Joſephus Antiochenus primo ſœculo in ſpeculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ cap. 12. & 72. *Perfectorum* (inquit) *militum*

Ioſephus Antioch.

Chriſti Apoſtolorum Coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi ſolitarii, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de Monte Carmelo deſcendentes per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quiq; Virginis Mariæ in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierant. Arma-

Armach.

chanus apud noſtrum Waldenſem tomo 3. tit 9. cap. 89. *Dicunt fide digna Hiſtoria à tempore Eliæ & Eliſei qui ſæpius morabantur in monte Carmeli juxta Nazareth, Civitatem Dominæ noſtræ ad tria millia, ſolebant homines devoti ſecretius habitare uſque ad tempora Salvatoris, & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt converſi, &c.* Sigibertus Gemblacienſis relatus à noſtris in Hiſtoriâ Je-

Sigebet.

roſolymitanâ. *Cum Carmelitæ in ſanctâ pœnitentiâ perſeveraſſent à tempore ſanctorum Eliæ & Eliſei Prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audierint, Qui religioſi fidem Catholicam in Chriſto baptiſati ſunt profeſſi Deindè perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Evangelicæ nuncii fideles & religionis Chriſtianæ legitimi confeſſores effecti ſunt.*

CAPUT V.

Miſsiones Virorum Apoſtolicorum qui ad Barbaras Nationes olim directi ſunt.

I. CUm Deus omnium gentium ſalutem ſummoperè deſideret, eamque nemo aſſequi poſſit niſi

niſi per fidem, teſte Apoſtolo ad Romanos cap. 10. verſ. 15. (Rom. 1 verſ. 15.) *Quomodò credent ei, quem non audierunt? quomodò autem audient ſine prædicante? quomodò verò prædicabunt niſi mittantur?* Sequitur neminem in exteras nationes prædicationis gratiâ perrexiſſe; nec converſionis opus aggreſſum eſſe niſi foret miſſus. Hanc miſſionem in noſtrâ Hiſtoriâ optimè delineatam deprehendo lib 3. Regum cap. 18. verſ. 44. Cùm S Elias oraret Deum in Carmelo: Primò, *Miſit* (inquit Joannes 44. Patriarcha Jeroſolym. (Ioan. 44.) lib. de inſtitut. Monachor. cap 12.) *Ionam puerum* (ſcilicet inquit idem) (l. 3. Reg. 18 v. 44) *filium mulieris viduæ, cui ligna colligenti in Sareptâ Sidoniorum obviavit, & in cujus domo latuit, dum Rex Achab per omnes gentes & regna eum ad mortẽ perquiri fecit, & hunc puerum Elias reſuſcitavit à mortuis cùm ſuſtentaretur in domo matris illius, quem ob hoc mater ex devotione tradidit Eliæ nutriendũ in diſciplinâ Eccleſiaſticâ vitæ Monaſticæ, & factus Eliæ diſcipulus miniſtravit ei. Hunc* (inquit idem) *Ionam miſit Elias ut de monte proſpiceret ſi aliquis in mari appareret, qui contemplatus ait. Non eſt quicquam. Et rurſum dicit ei Elias revertere ſeptem vicibus, & in unâ vice vidit Jonas nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari, quod cùm Eliæ renunciaſſet, cognovit Elias pluviam grandem tunc deſcenſuram ſuper terram.* Secundò, *Ionas per Eliam miſſus Regi Achab, eam deſideranti indicavit.* Tertiò (inquit idem Patriarcha) *Poſt raptum Eliæ in cœlum ab Eliſeo in Ramoth Galaad miſſus unxit Iehu in regem Iſrael ad ulciſcendum necem Prophetarum Eliæ diſcipulorum.* Quartò. *Monitus à Deo Ionas ut in Ninivem pergens prædicaret infra quadraginta dies ſubvertendam, vidit Spiritu ſancto revelante Ninivitas per ſuam prædicationem convertendos ad pœnitentiam, & conſecuturos Dei miſericordiam. Ideò ne falſa videretur eis renunciare renuebat illuc ire, donec in mare dejectus, & à belluâ marinâ devoratus poſt triduum à belluâ in terram revomitur. Qui ſancto revelante Spiritu ſciens converſionem gentium fore ruinam Hebræorum prædicans Ninivitis, ideò de eorum converſione dolebat, quia hâc occaſione ſuum populum Iſrael ruiturum timebat, ſed Dominus oſtendens ei tempus noviſſimæ ruinæ Iſrael nondum veniſſe, juſſit eum ad terram Iſrael redire, & prophetare terminos Iſrael ab introitu Emath uſque ad mare ſolitudinis reſtituendos per Ieroboam Regem Iſrael.*

Alterius miſſionis meminit Eucherius ad illa verba lib. 3. Reg. cap. 19. II. verſ. 3 (l. 3. Reg. c. 19. v. 3) *Venitq; in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum.* Salianus ad annum mundi 3127. & ante Chriſtũ 926. notat puerum illum a nonnullis exiſtimari eſſe Jonam, ſeu filium eundem viduæ Sareptanæ. Cur Elias puerum illum dimittit, & quidẽ in Berſabee, ipſe verò pergit in deſertum? Ut oſtendat Sacerdotes ſpeciali titulo Deo aſtrictos eſſe, Prædicatoresque non proprio motu, ſed divini Numinis inſtinctu mittendos ad converſionem gentium. Rectè Eucherius. (Eucheri.) *Puer Eliæ qui in Berſabee, quæ interpretatur puteus juramenti, dimiſſus eſt, Sacerdotale accipiendum eſt miniſterium, quod in templo Domini in Ieruſalem cultui divino exhibebatur. Deſertũ verò, ad quod viâ unius Dei Elias legitur perveniſſe, & ſub arbore Iuniperi quieviſſe, univerſus accipiendus eſt mundus, qui propter dæmonum culturam in maligno poſitus fuerat, ad quem Dominus relictâ Iudæâ per prædicatores tranſire dignatus eſt, & ibi quaſi dormit, dum per fidem in corde fidelium requieſcit.* Idem per viam unius diei intelligit unitatem naturæ in tribus perſonis, quam Miſſionarii prædicare debent. *Via unius diei, quam Elias egiſſe legitur unitas intelligenda eſt Trinitatis, quam Evangelica Prædicatio cunctis nationibus introduxit.* Juxta illud Chriſti mandatum Matthæi cap. 28. verſ. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Alludit ad Oraculum (Ierem. c. 25. v. 4.) Jeremiæ cap. 25. verſ. 4. *Miſit Dominus ad vos Prophetas conſurgẽs diluculo.* Et cap. 27. verſ. 4. (Cap. 27. verſ 4.) *Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens.* Dicit *diluculo*, & *nocte*, non quod apud Deum ſit dies vel nox, mane vel veſper, ſed ut innuat ſe pro omnium ſalute abſque

intermiſſione vigilare. Trinitas perſonarum quam Chriſtus in nocte, & tenebris gentilitatis verſantibus commodat ſunt tres panes, quorum Chriſtus mentionem facit Lucæ cap. 11. verſ. 5. S. Auguſtinus de verbis Domini in Lucam ſerm. 29. *Cibus & panis æternus eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus.* Huic cibo porrigendo ſtudent qui in converſione gentium laborant, & negotium planè divinum operantur juxta illud celebre ſancti Dionyſii Areopagitæ. *Omnium divinorum divinissimum eſt cooperari Deo in converſione errantium & reductione peccatorum ad ipſum, &c.* Suprà oſtendimus, quid Apoſtoli & diſcipuli immediatè miſſi à Chriſto, & quid operati ſiut. Nunc nonnullos in medium proferemus, qui ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus ad barbaras nationes miſſi ſunt.

S. Auguſtinus. Dionyſ.

§ I.

Miſsiones Orientis.

I. Non tantùm Apoſtoli & Diſcipuli Chriſti Domini in varias orbis partes ad infidelium & peccatorum cõverſionem miſſi ſunt, ſed etiam ab iis Apoſtolis, & à Pontificibus Romanis, aliiſque Præſulibus ad eaſdem regiones lapſu temporum depravatas, aliaſque incultas lœculis poſterioribus Viri Apoſtolici miſſi ſunt. Poſt Apoſtolorum diviſionem vel obitum montis Carmeli incolas fidem Chriſtianam in omnibus Palæſtinæ regionibus diſſeminaſſe ac foviſſe diximus. Quibus adde Joannem Bonifacium de hiſtoriâ Virginis lib. 2. cap. 2. ubi inter alia. *Neque ſolum* (inquit) *ſe Apoſtolorum benevolos & dociles auditores, ſed etiam adjutores præbuerunt. Et cum ex monte Carmeli deſcendiſſent, Chriſti fidem per Galilaam Samariam & Palæſtinam univerſam conſtantiſſimè prædicaverunt.* Jodocus Clithoveus Doctor Sorbonicus ſermone de excellentiâ & laudibus Carmelitarum, ait. *Tertiò probatur hujus religionis utilitas eam ob cauſam, quod Adjutrix Apoſtolorum in diſſeminandâ fide & doctrinâ Eccleſiaſticâ, &c.* Franciſcus Carthagena inſignis Auctor Ordinis S. Franciſci tomo 4. homiliâ pro Carmelitis hæc ſubjungit. *Ecce quomodo Chriſtianæ militia ſtrenui jam milites effecti ab iis montibus deſcenderunt ut religioſa vita Magiſteria præberent.* Idem ferè habet Laurentius Beyerlinck in Theatro vitæ litterâ K. verbo *Religioſus, Religio.* Quibus arridens noſter Mantuanus lib. 3. Parthenices, hæc canit.

Joan. 14. verſ. 22. Joannes Bonifac. Jodocus Clithov. Carthag. Mantuanus.

Namq; ipſi ſeſe mox, ut vulgata ſalutis
Fama fuit, Chriſti magnis junxere miniſtris
Fautores operis ſancti, ſociosq; laborum.

Addit Arnoldus Boſtius lib. de Patronatu Virginis cap. 2. hos Eliani inſtituti alumnos ſanctis Apoſtolis uſque ad mortem collaboraſſe in Evangelicâ doctrinâ diſſeminandâ *Divinæ naturæ nuptiis in Virginalis uteri Capellâ mirificè celebratis, melliflui facti ſunt cœli, & per univerſam terram præ magnitudine lætitiæ proclamata ſunt ſolemnia torneamenta, in quorum proclamatione ſanctiſſimis Chriſti Apoſtolis adhortatu Virginea Dei Matris* (*prout Sunamitis illa magna & honorata pro filii reſuſcitatione Carmelum viſitans lucidè præſignarat*) *ſe junxerunt fratres ſui Carmelitæ, induti cum eis virtute ex alto.* Quinam illi fuerint, qui idololatriæ expugnatores fuerint, & Evangelicam fidem cum Apoſtolis propugnarint, recenſet noſter Lezana tomo 2. Annalium Ordinis noſtri ad annum Chriſti 39. numer. 6. ſcilicet Sylla, de quo Act. cap. 15. Martialis S. Petri conſanguineus Saturninus, Frontonus, Nathanael, Enochus de Amathim, Elipidius.

Arnold. Boſtius.

II. Quod etiam ſacros Chriſtianæ Religionis, & Eccleſiæ ritus & obſervantias docuerint, ſcribit Bouldecus lib. de Eccleſiâ poſt legem cap. 12. §. *Iſta autem loca.* Serrarius in Trihær. lib. 3. cap. 17. Lezana tomo 2. Annalium, in apparatu cap. 3. num. 16. Ut candida veſtis quâ renati induuntur, de quâ S. Thomas 3. part. quæſt. 71. art. 3. ad 4. & alii, tali veſte utebantur Eſſeni inquit Lezana tomo 1. ad annum mundi 3515. & 3545. & tomo 2. in apparatu cap. 1. Uſus olei pro infirmis

infirmis ab Elianis etiam (inquit Boulducus cap. 10.) ſumpſit originē.

Idem cap. 11. ait ſignum Crucis
III. ab Elianis procedere, Aquam luſtralem ab Eliſeo delineatam fuiſſe idem cenſet cap. 11. & Lezana tomo 2. cap 3. num. 20. Domorum ſacrarum, ſeu templorum & oratoriorum conſtructionem ab Eſſenis dimanaſſe, idem Lezana habet cap. 3. numer. 2. Idem refert num. 22. de Pſalmodiâ, Lectione ſacræ Scripturæ, Concione Epiſcopali, ſacrâ refectione, &c. De viris à fœminis ſeparatim in templo, num. 23. De loco Clericorum eminentiori quàm laicorum, num. 25. Specialiter quod in monte Carmeli Eſſeni Oratorium Deiparæ adhuc viventi dedicarint, ſcribunt Joſephus Antiochenus ſupra, Hugo Cardinalis Ordinis Prædicatorum agens de Magiſtro Joanne Teutonico in fine Conſtitutionum ejuſdem Ordinis. Jacobus Suzatus ejuſdem Ordinis in hiſtoriâ ſui Ordinis, Ferdinandus de Caſtello, Renerus Romelinck Carthuſianus in faſciculo temporum, Trithemius Abbas lib. de laudibus Carmelit. Salianus Societatis Jeſu ad annum mundi 3139. num. 1. Ægidius Camartus Generalis Minimorum in Eliâ Thesbite cap. 5. ſect. 10. Albertus Myręus Antuerpienſis lib. 3. de origine Ord. Carmel. Armachanus Hibernus ſerm. habito Avenione an. 1342. & alii. Pręcipuè S. Congregatio Rituum ſub Paulo V. anno 1609. cui ſubſcripſit Card. Bellarminus, & ſub Urbano VIII. anno 1638. cui etiam ſubſcripſit Cardinalis de Torres in officio Commemorationis B. Virginis Mariæ Lectione 4. Matutinali. Omitto innumeros Scriptores noſtri Ordinis, quos recenſet Lezana in apparatu cap. 5.

IV. Aliquas Eccleſiæ Orientalis civitates ex hiſtoriâ Eccleſiaſticâ breviter producamus, quæ Virorum Apoſtolicorū ſtudio & zelo fidem Chriſti amplexæ ſunt, & ab infidelium hæreticorum erroribus liberatę. Primo occurrit Cæſareæ Cornelius Centurio quem B. Petrus baptizavit, & apud præfatam urbem Epiſcopali honore ſublimavit, inquit Roman. Martyr. 2. Februarii. Ex eodem Martyrologio Romano 28. Novembris, apud Corinthum S. Soſthenes diſcipulus B. Pauli Apoſtoli, cujus mentionem facit idem Apoſtolus Corinthis ſcribens 1. Corinth. cap. 1. Hic ex principe ſynagogæ converſus ad Chriſtum ante Gallionem Proconſulem acriter verberatus præclaro initio fidei ſuæ primordia conſecravit. Dorotheus in Sinopſi tradit eum fuiſſe ordinatum Epiſcopum Colophonis. Ex eodem Martyrologio die 13. Julii in Macedoniâ B. Silas qui cum eſſet de primis fratribus, & ab Apoſtolis ad Eccleſias gentium unà cum Paulo & Barnabâ deſtinatus, prædicationis officium gratiâ Dei plenus inſtanter conſummavit, atque in paſſionibus ſuis Chriſtum clarificans, poſtmodum requievit. Dorotheus eum exiſtimat fuiſſe Epiſcopum Corinthiorum. Ex eodem Martyrologio 8. Aprilis apud Corinthum B Dionyſius Epiſcopus, qui eruditione & gratiâ, quam habuit in verbo Dei, non ſolùm ſuæ civitatis & provinciæ populos, ſed & aliarum Provinciarum & Urbium Epiſcopos epiſtolis erudivit, Romanoſque Pontifices adeò coluit, ut eorum Epiſtolas publicè legere in Eccleſiâ diebus Dominicis conſueverit: claruit autem temporibus Marci Antonini Veri, & Lucii Aurelii Commodi, Anno 164.

Epheſi S. Timotheus diſcipulus B. V.
Pauli Apoſtoli, qui ab eodem Apoſtolo Epheſi ordinatus eſt Epiſcopus, poſt multos pro Chriſto agones cùm Dianæ immolantes argueret, lapidibus obrutus paulò poſt circa annum 60. obdormivit in Domino. Martyrologium Romanum 24. Januarii. Addit Baronius ante Timotheum Eccleſiam Epheſinam à Paulo, & Joanne Apoſtolo fuiſſe collectam & eruditam. Unde ad eos S. Ignatius. *Cum Apoſtolis* (inquit) *in virtute Chriſti ſemper converſati eſtis Paulo. Ioanne, & fideliſſimo Timotheo.* Idem ſcribens ad Philadelphos adnumerat eundem Timotheum inter. ſanctiſſimos Viros, qui in virginitate vitam puram tranſegerunt. De Oneſimo idem Martyrologium 16. Februarii, Natalis beati

Oneſimi, de quo S. Paulus ad Philemonem ſcribit, quem etiam poſt ſanctum Timotheum Epheſiorum Epiſcopum ordinavit, prædicationisque verbum illi commiſit. Baronius addit paſſim eſſe ſub Trajano Imperatore, & Tertullo Urbis præfecto, anno 102.

VI. Cretæ, S. Titus ab Apoſtolo Paulo Cretenſium Epiſcopus ordinatus, poſt prædicationis officium fideliſſimè conſummatum, beatum finem adeptus ſepultus eſt in Eccleſiâ, ubi à B. Apoſtolo dignus miniſter fuerat conſtitutus, Martyrologium Roman. 4. Januari. Menologium Græcum ſcribit eum natum annos nonaginta quatuor, in pace quieviſſe anno 104.

VII. Athenis, B. Quadratus Apoſtolorum diſcipulus in perſecutione Hadriani Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide & induſtriâ ſuâ congregans librum pro Chriſtianæ Religionis defenſione valdè utilem. & Apoſtolicâ doctrinâ dignum ei porrexit, Rom. Martyrol. 26. Maii anno 172. Idem 4. Octobris S. Hierothæus diſcipulus B. Pauli Apoſtoli. Apud Menologium Græcum S. Pater noſter Hierotheus unus è numero Areopagitarum, qui ab Apoſtolo Paulo eſt inſtructus unà cum magno illo Dionyſio, cumque religiosè vixiſſet, migravit ad Dominum anno 108. die 31. Octobris. SS. Ampliatus, Urbanus, & Narciſſus, quorum meminit ſanctus Paulus ad Romanos cap. 16. qui ob Evangelium Chriſti à Judæis & Gentilibus cæſi ſunt. Addit Hyppolitus Martyr libello de 72. Diſcipulis Narciſſum Athenarum, Ampliatum Odyſſæ, Urbanum in Macedoniâ creatos Epiſcopos.

VIII. Theſſalonicæ B. Ariſtarchus diſcipulus & comes individuus B. Pauli Apoſtoli, de quo ipſe ad Coloſſenſes cap. 4. ſcribit. *Salutat vos Ariſtarchus concaptivus meus.* Is ab eodem Apoſtolo Theſſalonicenſium Epiſcopus ordinatus poſt longos agones ſub Nerone coronatus à Chriſto, quievit. Roman. Martyrologium 4. Auguſti. Ex eodem 25. Junii apud Beroeam S. Soſipater Diſcipulus B. Pauli Apoſtoli, de eo Paulus ad Romanos cap. 16. Origenes in epiſtolam ad Romanos ait fuiſſe ordinatum Epiſcopum Theſſalonicenſem. Dorotheus tamen aſſerit eum ſediſſe Iconii.

Corinthi SS. Criſpus & Cajus, IX.
quorum meminit Paulus ſcribens ad Corinthios cap 1. ad Roman. cap. 16. Act. cap. 18. Non eſt dubium quin ambo pro Chriſti fide propugnandâ laboraverint contra Judæos.

Coloſſis S. Epaphra quem S. Pau- X.
lus Apoſtolus concaptivum appellat ad Coloſſ. cap 1. & 4. & ad Philemonem. Hic ab eodem Apoſtolo Coloſſis Epiſcopus ordinatus, clarus virtutibus, anno 94. ibidem Martyrii palmam pro ovibus ſibi commendatis virili agone percepit. Cujus corpus Romæ in Baſilicâ S. Mariæ Majoris conditum eſt.

In Helleſponto 6. Septembr. San- XI.
ctus Oneſiphorus Apoſtolorum diſcipulus, cujus meminit S. Paulus ad Timotheum 2. epiſt. cap. 1. & 4. ſcribens, qui ibidem unà cum S. Porphyrio juſſu Hadriani Proconſulis acriter verberatus, & à ferocibus equis raptatus anno 56. ſpiritum Deo reddidit. Dorotheus contendit eum fuiſſe Epiſcopum Coroniæ.

3. Novembris ſecundùm idem XII.
Martyrologium anno 56. S. Quartus Apoſtolorum diſcipulus, cujus meminit Apoſtolus ad Romanos cap. 16. Dorotheus in Synopſi poſt Hyppolitum de 72. diſcipulis ait eum fuiſſe Berythi Eccleſ. Epiſcopum ordinatum. Alexandriæ S. Pantænus Vir Apoſtolicus, & omni ſapientiâ adornatus, cui tantùm ſtudii & amoris erga Verbum Dei fuit, ut etiam ad prædicandum Chriſti Evangelium Gentibus, quæ in Orientis ultimis receſſibus reconduntur. fidei & devotionis igne ſuccenſus profectus ſit, ac demum Alexandriā reverſus anno 213. ſub Antonino Caracallâ in pace quievit, ita Romanum Martyrol. 7. Julii.

Hierapoli in Phrygiâ B. Papias ejuſ- XIII.
dem civitatis Epiſcopus, S. Joannis Auditor, & Polycarpi condiſcipulus & ſodalis fuit, Martyrologium Rom. 22. Februarii anno 213. Idem Martyrologium 8. Aprilis facit commemorationem

Google

morationem SS. Herodionis, Aſyncriti, Phlegontis, de quibus S. Apoſtolus Paulus anno 58. ſcribit in epiſt. ad Romanos cap 16. Dorotheus in Synopſi ait Herodionem fuiſſe creatum Epiſcopum Patrarum: At Hyppolitus lib. de 72. diſcipulis teſtatur Herodionem fuiſſe Epiſcopum Tarſi. Dorotheus ſcribit Alyncritum Hircaniæ, Phlegontem Marathoniæ, Rufum Thebarum. 29. Aprilis Apud Paphū in Cypro S. Tychion diſcipulus beati Pauli, quem idem Apoſtolus in ſuis epiſtolis chariſſimum fratrem & miniſtrum fidelem, & conſervum ſuum in Domino appellat ad Epheſ. cap. 6. ad Coloſſ. cap. 4. & 2. ad Timoth. cap. 4. Dorotheus in Synopſi tradit anno 59. hunc fuiſſe primum Epiſcopum Chalcedonenſem. Philippis in Macedoniâ S. Eraſtus, qui illic à beato Paulo Apoſtolo relictus Epiſcopus anno 58. ibidem Martyrio coronatus eſt, Martyrol. Roman. 26. Julii. Non eſt probabilis opinio Dorothei ſcribentis cum fuiſſe Epiſcopum Paneadis. In eadem Cypro S. Jaſon antiquus Chriſti diſcipulus, Dorotheus ait eum fuiſſe Epiſcopum Tarſenſem ſecundùm Hyppolitum, ſed fuit in Syriâ. Vide Baronium ad 12. Julii.

XIV. 13. Octobris apud Troadem urbem Aſiæ minoris S. Carpus diſcipulus beati Pauli Apoſtoli, anno 59. Græci in Menologio ſcribunt eum fuiſſe unum ex 72. diſcipulis. Hujus Apoſtolus 2. ad Timotheum cap. 4. mentionem facit. Dorotheus in Synopſi aſſerit eum fuiſſe Epiſcopum Beroenſem. Laodiceæ B. Sagar Epiſcopus & Martyr anno 59. qui fuit unus de antiquis diſcipulis Beati Pauli Apoſtoli. Martyrologium Romanum 6. Octobris. Alexandriæ S. Amanus diſcipulus S. Marci, ejuſque in Epiſcopatu ſucceſſor anno 64. clarus miraculis quievit in Domino. Romanū Martyrologium 25. Aprilis. Smyrnæ S. Polycarpus, qui B. Joannis Apoſtoli diſcipulus, & ab eodem ejuſdem civitatis Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ Princeps fuit; poſtea ſub Marco Antonino, & Lucio Aurelio Commodo ſedente Proconſule, & univerſo populo in adverſum eum perſonante igni traditus eſt anno 169. Et cum ab eo minimè læderetur, gladio confoſſus Martyrii coronam accepit, Romanum Martyrologium 26. Januarii. In Perſide Sanctus Benjamin Diaconus, qui cùm Dei Verbum non deſiſteret prædicare anno 421. ſub Iſdegerde Rege unguibus Arundinibus acutis confixus & ſpinosâ fude per alvum tranſmiſsâ Martyrium conſummavit. His addo Moyſem Epiſcopum Venerabilem in Ægypto qui ex Martyrologio 7. Februarii primò in Eremo ſolitariam vitam duxit, deinde petente Mauviâ Reginâ Saracenorum Epiſcopus factus eſt, gentem illam ferociſſimam magnâ ex parte ad fidem convertit, anno 380. & glorioſus meritis in pace quievit. In eodem Martyrolog. 23. Auguſti S. Eutychius Sancti Joannis Apoſtoli diſcipulus ob Evangelii prædicationem in multis Regionibus carceres, verbera & ignes perpeſſus, tandem in pace quievit. Roman. Martyrologiū 24 Auguſti anno 100. Enoch Carmeli montis Anachoretam fuiſſe comitem S. Marci Evangeliſtæ tradunt Sylveſter Marulus in Oceano Religionum, ex noſtris Paleonydorus, Didacus de Coriâ, Saracenus, Petrus Lucius, Caſſanate, Lezana tomo 2. Annalium ad annum 45 numer. 9.

§. 2.

Miſſiones Eccleſiæ Occidentalis.

I. AB Italiâ enarrationem brevem auſpicabimur. Romæ (inquit Martyrologium Romanum 24. Junii.) *Commemoratio Sanctorum plurimorum Martyrum, qui ſub Nerone Imperatore de Urbis excidio, per calumniam accuſati diverſo mortis genere ab eodem juſſi ſunt ſeviſſimè interfici. Quorum alii ferarum tergis contecti laniatibus canum expoſiti ſunt. Alii crucibus affixi, aliiq; incendio traditi, ut ubi defeciſſet dies in uſum nocturni luminis deſervirent. Erant hi omnes Apoſtolorum diſcipuli, & primitiæ Martyrū*

quas Romana Eccleſia fertilis ager ante Apoſtolorum necem tranſmiſit ad Dominum. Scilicet anno Chriſti 65. Notat Baronius hanc necem contigiſſe triennio ante necem Apoſtolorum, meritòque Nobiles Primitias Romanorum Martyrum nominari. Apoſtolorum diſcipuli vocantur, ut ſcilicet idem munus obirent, quod Diſcipuli Chriſti, de quibus S. Lucas cap. 10. verſ. 1. ſcribit. *Deſignavit Dominus, & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quò erat ipſe venturus.* Titus Boſtrenſis. *Deſignavit Dominus alios ſeptuaginta duos Diſcipulos.* Noſter Sylveira tomo 3. lib. 5. cap. 58. in Evangelia, ſubdit. Sicut Joannes Baptiſta miſſus eſt à Deo præcurſor ante Chriſti adventum, ut explicatâ lege & prophetis homines præpararentur ad recipiendum Chriſtũ. Sic Chriſtus hos ſeptuaginta duos miſit in omne caſtellum & locum, ut peccatores obſtinatos ſuâ prędicatione præpararent ad pœnitentiam, Chriſtique prædicationem facilius exciperent, ac tali pœnitentiâ apti redderentur ad tanti Domini præſentiam. Deindè, quia non decebat, ut Chriſtus in quolibet pago & loco permaneret, cùm ad myſterium Paſſionis properaret. Idem ferè dicendum cenſeo de præfatis Martyribus, Diſcipulis Apoſtolorum Petri & Pauli.

Luc. 10. verſ. 1.

II. Nonnullos miſſos ab Apoſtolis & aliis Præſulibus in Occidentem ex Martyrologiis & Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ nominatim referemus, ac primò ab Italiâ auſpicabimur. Lucæ in Tuſciâ, B. Paulinus à S. Petro primus ejuſdem civitatis Epiſcopus ordinatus ſub Nerone ad radices montis Peſani poſt multos agones Martyrium ſuum anno 56. cum aliis ſociis conſummavit. Martyrologium Rom. 12. Julii. Fezulis in Tuſciâ S. Romulus Epiſcopus & Martyr, Diſcipulus B. Petri Apoſtoli ab eo miſſus ad prædicandum Evangelium, cùm in multis Italiæ locis annuntiaſſet, rediens Fezulas ſub Domitiano Principe anno 92. Martyrio coronatus eſt. Roman. Martyrol. 6. Julii.

III. S. Apollinaris Epiſcopus ab Apoſtolo Petro Romæ ordinatus, & Ravennam miſſus, pro fide Chriſti diverſas & multiplices curas perpeſſus eſt. Poſtea in Æmiliâ Evangelium prædicans plurimos ab idolorum cultu revocavit. Tandem Ravennam reverſus anno 81. ſub Veſpaſiano Cęſare glorioſum Martyrium conſummavit 23. Julii Roman. Martyrolog. Patavii. Proſdocimus primus ejuſdem civitatis Epiſcopus ab eodem B. Petro ordinatus, ad prædicandum Dei verbum ad prædictam civitatem miſſus. Ubi multis virtutibus & prodigiis corruſcans anno 70. beato fine quievit Martyrologium Romanum 7. Novembris.

IV. Neapoli in Campaniâ S. Aſprem à S. Petro Apoſtolo ab infirmitate curatus, & deindè baptiſatus, ejuſdem civitatis Epiſcopus ordinatus fuit, anno 65. Roman. Martyrol. 3. Auguſti. Catanæ in Siciliâ S. Berillus à B. Petro ordinatus Epiſcopus anno 66. cùm multos Gentilium convertiſſet ad fidem in ultimâ ſenectute quievit in pace. Romanum Martyrologium 21 Martii.

V. Tauromenii in Siciliâ S. Pancratius Epiſcopus Chriſti Evangellum, quod à S. Petro illuc miſſus prædicaverat martyrii ſanguine conſignavit. Rom. Martyr. 3. Aprilis. Græci in ſuo Menologio ſcribunt hunc Antiochenum genere, S. Petrum ſecutũ eſſe, & ab eo Siculis præfectum Epiſcopum. Anno 44.

VI. Syracuſis S. Marcianus anno 44. ab eodem ordinatus Epiſcopus poſt Evangelii prædicationem à Judæis occiſus eſt. Rom. Martyrol. 14. Junii. Atinæ S. Marcus à B. Petro Apoſtolo Epiſcopus ordinatus Æquicolis primus Evangelium prædicavit, & in perſecutione Domitiani anno 92. ſub Maximo Præſide Martyrii coronam accepit. Romanum Martyrologium 28. Aprilis.

VII. 4. Novembris SS. Philologus & Patrobas S. Pauli Apoſtoli diſcipuli, quorum meminit ad Romanos cap. 16. Dorotheus in Synopſi ſcribit Philologum Sinope, Patrobam Neapoli præfectum eſſe Epiſcopum. At Hippolytus

Digitized by Google

polytus Martyr lib. de 72. diſcipulis ſcribit creatum fuiſſe Epiſcopum Puteolanum, anno 59.

VIII. Anno 62. S. Anathalon Epiſcopus B. Barnabæ Apoſtoli diſcipulus, in ejus locum Eccleſiæ Mediolanenſis ſucceſſit, Romanum Martyrolog. 25. Septembris. Fuiſſe hoſpitem S. Petri, & ſocium B. Barnabæ in prædicatione Evangelii, & Cenomanum natione inciſa teſtatur inſcriptio vetuſta lapidi juxta ejus imaginem.

Petri hoſpes, ſanctéq; Anathalon, Domne probate,
Atque idem ſocius Barnaba Apoſtolici,
Qui Mediolani verbi myſteria tradẽs,
Te jubet agnatos viſere Cenomanos.
Dum tua membra metu rigidis ſubducta tyrannis
Brixia vicino detinet in loculo.

S. Cajus Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ Mediolanenſis, diſcipulus B. Barnabæ Apoſtoli, qui SS. Gervaſium & Protaſium baptizavit anno 70. & multa in perſecutione Neronis paſſus, in pace quievit, Roman. Martyrolog. 27. Septembr.

IX. Aquileæ S. Hermagoras diſcipulus B. Marci Evangeliſtæ, & primus ejuſdem civitatis Epiſcopus, inter miracula ſanitatum, & prædicationis inſtantiam, ac populorum converſionem, plurima genera pœnarum anno 56. expertus, tandem unà cum Fortunato Diacono ſuo diſcipulo capitali ſupplicio perpetuum meruit triumphum, Martyrologium Rom. 12. Julii.

X. Apud Ticinum S. Juventus à beato Hermagora ad eam urbem anno 55 unà cum S. Syro directus eſt, & ambo illic Evangelium prædicantes, & magnis virtutibus & miraculis coruſcantes, urbes vicinas divinis operibus illuſtrantes in Pontificali honore quieverunt in pace. Rom. Martyr. 11. Septembr. de ſancto Syro idem Roman. Martyrologium 9. Decemb. refert fuiſſe primum Papiæ Epiſcopum, qui Apoſtolicis ſignis & virtutibus claruit.

XI. Aſculi in Piceno circa annum 305. S. Æmigdius Epiſcopus & Martyr, à S. Marcello Papâ ordinatus, & illuc ad prædicandum Evangelium miſſus, in confeſſione Chriſti ſub Diocletiano Imperatore Martyrii coronam accepit. Romanum Martyrol. 5. Auguſti.

XII. Bononiæ S. Baſillus Epiſcopus à S. Silveſtro Papâ ordinatus anno 316. creditam ſibi Eccleſiam ſanctiſſimè gubernavit, 6. Martii Martyrologium Roman.

XIII. Apud Beneventum S. Barbatus Epiſcopus ſanctitate celebris, Longobardos, & eorum ducem ad Chriſtum convertit, Rom. Martyr. 19. Februar. Notat Baronius eum interfuiſſe Synodo Romæ celebratæ temporibus Agathonis Papæ anno 680.

XIV. Non omittendum exiſtimo S. Angelum Martyrem noſtri Ordinis, patriâ Palæſtinum qui poſt exactum quinquennium in deſerto Quarantanæ, miſſus eſt à Chriſto apparente in Europam, ut Chriſti fidem & Dei Verbum diſſeminaret his verbis. *Satis hic tibi Angele, jam ſatis immoratum eſt, ſatis privato profectui, & contemplationi datum. Ea te celerius præſtare oportet, per quæ à Patre æterno ad gloriam prædeſtinatus, non dubiâ adoptatione vocaris, &c. Plurimis pro revelante Dei voluntate, & veritate tuendâ laboribus perferendis te accingas.* Pro miſſionis Apoſtolicæ mercede Martyriũ pollicetur, quod in Siciliâ recepit. Nam Leocatam veniens in mediâ cõcione quinies in pectore & capite cõfoſſus pugione à quodam nefario, eò quod ejus ſororem publicè ad agendam pœnitentiam induxiſſet, & à publico inceſtu ad meliorem vitam revocaſſet, ſicque ſuam miſſionem & Catholicam veritatem proprii ſanguinis effuſione firmavit. Romanum Martyrologium 5 Maii, ait quod *Ab hæreticis ob defenſionem Catholicæ Fidei trucidatus eſt.* Molanus ibidem. *In Siciliâ apud oppidum Leocatam, ſeu Achatem Natalis S. Angeli Presbyteri & Martyris, qui de Monte Carmeli prædicationis cauſa divino juſſu veniens cùm multos ad pœnitentiam convertiſſet à quibuſdam impiis hæreticis trucidatus eſt.* Vide plura apud noſtrum Lezanã tomo 4. Annalium noſtri Ordinis ad annum 1219. num. 6. editionis Romæ, & alios.

Martyr. Roman.

Molanus

§. 3.

Germanicæ & Belgicæ Miſsiones.

I. LIndanus, Molanus, & Myræus ſcribunt, quod quamvis ex Martyrologio Romano & aliis, S. Thomas Apoſtolus Parthis, Medis Evangelium prædicans paſſus ſit in Indiâ, ac non multò poſt tranſlatus Edeſſam: tamen ſi non perſpicuum, ſaltem à vero alienum nō videri enim Germanis Evangelium prædicaſſe, cùm id in catalogis ſuis atteſtentur Dorotheus Epiſcopus & Martyr, Hieronymus, Sophronius & OEcumenius. Undè in Germaniâ non rara ſunt hujus Apoſtoli Oratoria ut Coloniæ, &c. Imò & Cathedrales Eccleſiæ, Argentinenſis, & ſecundæ hujus Germaniæ Trajectenſis, quæ eum patronum ſuum profitetur in picturis, in Latinis Lyraniis, & Græcolatinis, in feſtis & in quotidianâ commemotione. Hæc ex Molano. Myræus addit quod in antiquiſſimâ illâ Græcorum Græcolatinâ Litaniâ Germanis inferioribus, maximè ad oſtia Rheni etiā nom uſitatâ proximum, ſtatim à SS. Petro & Paulo locum S. Thomas obtinet, ut non immeritò poſt illos primas ipſi veteres Chriſtiani conſecrarint Ædes Argentorati, Ultrajecti, & alibi.

II. Conſtat ex Martyrologio Romano 29. Januarii quod Treviris obierit S. Valerius Epiſcopus, diſcipulus ſancti Petri Apoſtoli. Notat Baronius anno 75. quod ſucceſſit S. Euchario. Item 14 Septembris anno 130. quod è vivis exceſſit S. Maternus etiam B. Petri Apoſtoli diſcipulus, qui Tungrenſes, Colonienſes & Trevirenſes, aliosque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit. Ex eodem 8. Decembris S. Eucharius diſcipulus ſancti Petri Apoſtoli ejuſdem civitatis Epiſcopus. Marianus Scotus lib. 2. ætat 6. anno Chriſti 54. Pontificatus S. Petri Romæ anno 8. Quinam eorum ſedem Trevirenſem occuparint aliis diſcutiendum relinquo. Harigerius Abbas Lobbienſis, Petrus Cluniacenſis, Honorius Auguſtodinenſis, Theophridus Epternacenſis, Ottho Friſingenſis, Fiſen in Hiſtoriâ Leodienſi, Dionyſius & Cornelius in cap. 4. Regum aſſerunt, quod hi tres Petri Diſcipuli, cum paſſim magnâ Divini Numinis contumeliâ divinos honores inferis tribui viderent ac dolerent, ab errore tam flagitioſo ſtudebant inſanos homines revocare, fatigatis ex itinere placuit paululum quieſcere, itineris meliorem partem jam confecerant, quando lætitiam triſtis caſus in Vagionibus obturbavit. Nam Maternum magnæ ſpei adoleſcentem & incenſo Divini amoris ſtudio inflammatum Elegiæ oppidulo febris ardens vivus eripuit. Inexpectato perculſi dolore ſuperſtites ſocii, aliâ fortaſſe de causâ poſtquam humo corpus mandaſſent, ad Petrum Romam rediere. Hoc acerbo funere dejectos filiorum animos piiſſimus Pater, cœleſtiſque auxilii confidentiâ erexit, reverti jubet, porrecto ſcipione, quem ubi demortui corpori ſuperpoſuiſſent, ſperarent illius oraculo fidem futuram, qui cùm quatriduanum Lazarum ad vitam revocarit, dixit. *Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora ipſe horum ipſe faciet.* Hac promiſſione recreati Eucharius & Valerius, totum rurſus iter emetiuntur, & Elegiam in Vangiones quadrageſimâ à Materni obitu die perveniunt certi de promiſſionis fide corpus effodi curant, & impoſito Petri baculo ad vitam, atque adeò ad ſuſceptam ſacroſancti Evangelii propagationem, nomine Jeſu-Chriſti revocant, prodigium omnibus ætatibus inauditum, quod ſolidos quadragenos dies jacuerat corpus exanime, vitâ plenum, ſanum, vegetumque ſurgit, ſocios gaudium ingens, Vangiones, quotquot aderant vel audierunt ſtupor inceſſit, qui ubi Divini Numinis potentiam audierunt, eum ſibi colendum propoſuerunt, & ad Eccleſiæ Romanæ utpotè ſanctiſſimæ gremium confluere, rejectâ Deorum ſuorum inanitate. Ibi poſtea Chriſtiani Ædem ſacram poſuerunt: & ut facti memoriâ ſupereſſet

nomen

nomen reſurrectionis indiderunt. Quantùm Maternus ſociis ſuis prævaleat ſatis innuit Romanum Martyrologium. Quod de Sancto Euchario tantùm hæc effatur: Treviris S. Eucharii diſcipuli B. Petri Apoſtoli, & primi ejuſdem civitatis Epiſcopi. De S. Valerio, Treviris depoſitio B. Valerii Epiſcopi diſcipuli S. Petri Apoſtoli. At de S. Materno hæc pronunciat: Treviris S. Materni diſcipuli B. Petri Apoſtoli, qui Tungrenſes, Colonienſes, Trevirenſes, alioſque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit.

III. De S. Creſcente diſcipulo S. Pauli Apoſtoli 27. Junii Romanum Martyrologium habet. In Galatiâ S Creſcens diſcipulus B. Pauli Apoſtoli in Gallias tranſitum faciens verbo prædicationis multos ad fidem Chriſti convertit. Rediens verò ad gentem, cui ſpecialiter datus erat Epiſcopus, cùm Galatas ipſos uſque ad finem vitæ ſuæ in opere Domini confirmaſſet, demùm ſub Trajano Martyrium cõſummavit anno 101. Quod per Galatiam intelligatur Gallia probat Serarius in hiſtoriâ Moguntinâ lib. 2. cap. 2. Fuiſſe verò primum Epiſcopum Moguntinum idem Serarius refert ex quodam Manuſcripto lib. 2. cap. 5. his verbis. *Sacroſancta Eccleſia Moguntina tempore B. Petri Apoſtoli Vicarii Chriſti, primùm Catholicæ fidei radiis illuſtrata per Creſcentem B. Pauli Apoſtoli diſcipulum, ipſum primum ſuæ ſedis meruit habere Antiſtitem.* Beda, Ado, & alii teſtantur Creſcentem in Galatiâ & Galliâ Evangelium prædicaſſe, Sedemque Viennenſem & Moguntinam erexiſſe. Idem de Moguntinâ aſſerit Petrus Cluniacenſis lib. 2. epiſt. 1. & alii.

IV. Myræus 21. Decembris ſcribit quoſdam tradere Lucium filium Cyrenæi (qui Chriſto ſub mole Crucis fatiſcenti in illâ geſtandâ vicariam operam præſtitit) præfatum (inquam) Lucium S. Pauli ſectatorem & comitem per Illyricum & Germaniam primùm Ratiſponæ in Bavariâ Evangelii legem promulgaſſe.

V. Addit conſtare ſub annum Chriſti 176. Germanis & Marcomanis, inter quos tunc Boii cenſebantur lucẽ Chriſtianæ religionis affulſiſſe Marco Aurelio, Antonio Philoſopho Imperatore, cum Chriſtianæ & fulminatricis legionis precibus cœleſtes aquæ ſunt impetratæ, ut Euſebius in Chronico tradit. Hoc porro quibus præconibus ſit factum, ut Chriſti fides per Germaniam & Marcomanos vulgaretur, in obſcuro eſt. Irenæus certè, qui S. Polycarpi diſcipulus fuit, lib. 1. cap. 3. meminit Eccleſiarum in Germaniâ fundatarum. Romanæ Eccleſiæ faſti S. Lucium Britanniæ Regem celebrant, qui à Fugatio & Donatiano S. Eleutherii Papæ Legatis Chriſti ſacris initiatus, relicto patrio ſolo & regno in Germaniam circa annum 182. venit, & Norico, Windeliciâ, Rhætiâ peragratâ, demùm Curiæ Rhætorum beato fine obdormivit, in quâ Abbatia viſitur, ordinis Præmonſtratenſis, ejus nomini inſcripta, ubi & quieſcit. Hæc ille.

Bavaria.

VI. Nihil certius Romano Martyrologio 27. Martii hæc de S. Ruperto proferente: Salisburgi S. Rupertus Epiſcopus & Confeſſor, qui apud Bavaros & Noricos Evangelium mirificè propagavit. Addit Baronius eum floruiſſe temporibus Childeberti II. Regis Francorum & Theodoberti ejus filii. Et in annalibus ad annum Chriſti 580. ſcribit, hoc tẽpore cœptam conſtat Bajoariorum, ſivè Bojorum, aut Bavarorum è Gentiliſmo converſionem ad fidem, annuntiante illis Evangelium Viro ſanctiſſimo Ruperto Epiſcopo Vangionenſi in Galliâ, qui à Bercario loci Comite multa paſſus, ſolumque vertere coactus, eò penetravit cum aliis duodecim Sacerdotibus, quæ quidem cœpta hoc anno Childeberti Regis Francorum ſecundo propagata noſcuntur. Erat tunc Bajoariæ Theodo hujus nominis, cujus converſionem reliqui ei ſubjecti ſecuti, pariter effecti ſunt. Undè factum eſt, ut ipſe Rupertus Bajoariorum Apoſtolus ſit meritò nuncupatus, &c.

VII. Romanum Martyrologium 8. Septembris mentionem facit S. Corbi-

alii, eum Hasbaniæ Apoſtolum vocant. Et meritò, nam anno 265. ad Epiſcopatum Tungrenſem, ſeu Leodienſem promotus ſtrenuè laboravit ad Hasbanos ad Chriſti & Eccleſiæ jugum adducendos. Nonnulli exiſtimant eum lauream Martyrii adeptum eſſe.

Legia.

XII. Eandem Eccleſiam Tungrenſem regendam ſuſcepit S. Amandus circa annum 628 dum Romæ eximio pietatis fervore limina Apoſtolorum veneraretur, Gallias repetere juſſus eſt à Sede Apoſtolicâ ad ſemen Verbi Divini fœlicibus auſpiciis inſerendum, auxit animos juſſio Principis Apoſtolorum, quod munus Apoſtolicum poſtquam in Galliâ cum maximo animarum lucro exercuit, & Joannes Agnus Tungrorum Epiſcopus diem ultimum obiit, ei ſucceſſit reluctans non laborum metu, quos votis ardentiſſimis Dei causâ expetebat, ſed quia honores averſabâtur, Apoſtolicum ſuum zelum demonſtravit, dum non ſolùm apud Tungros, ſed etiam apud Brabantos, Flandros, Alſatios, Germanos, aliosque populos Chriſti Doctrinam longè latèque diſſeminavit. Plura apud Sigebertum, Molanū, Myræum, Fiſen & alios. Cùm videret in Diœceſi Leodienſi meſſem ampliſſimam, ſed operarios paucos ſanctus Amandus obtinuit à Martino I. Pontifice cooperatores, qui deſignavit perīdoneos Landoaldum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Præsbyterum, Amantium Diaconum, Adrianum, Julianum, & alios ſex, quibus ſe comitem adjunxit Vinciana Virgo, Landoaldi ſoror, quæ fraternæ pietatis æmula, patriam ſimul relinquens cum ſanctâ Adeltrude etiam virgine ad fidem pro ſuâ conditione propagandā. Landoaldi opera tam grata fuit Amando & parentibus S. Lamberti, ut illi ſuam Eccleſiam triennio poſt commendarit, quò facilius in mortalium animos ſacrum Evangelii ſemen ſpargeret. Nam etiam aliis gentibus prædicavit, ut Sclavis circa Danubium. Vaſconibus circa Pireneos, in Flandriâ Gandenſibus, potiſſimum Pabulenſibus. Gandenſes à Mercurii & aliorum idolorum cultu avocavit. Hi verò Lamberti filii ſui pueritiam Chriſtianæ vitæ rudimentis imbuendam commiſerunt Landoaldo, cujus miracula refert Molanus 19. Martii ejuſque & ſociorum mortem Deus multis manifeſtavit prodigiis.

De S. Lamberto Martyre & Epiſcopo Tungrenſi qui obiit anno 698. hæc inter alia ſcribit Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii. Nominatur Apoſtolus Taxandriæ, eo quod continuâ prædicatione & multâ patientiâ ad fidem Chriſti converterit ejus Regionis populum idololatriæ cultu ſordeſcentem, qui nullis civitâtibus, ſed pluribus & ſparſis vicis continebatur; hodie Pelandros peculiariter Taxandros nominamus. Sed Hiſtorici generatim Kempinenſes videntur intelligere, ii enim Tungros ferè attingunt. Et ob hanc converſionem Taxandri Leodienſi Eccleſiæ ſubditi fuerunt. Baronius, Molanus, Miræus, Fiſen, & alii. XIII.

S. Hubertus patriâ Aquitanus anno 702. à Sergio Papâ conſecratus, Lamberti ſucceſſor, Arduenniæ Apoſtolus nuncupatur, quia tantis virtutibus, tantisque talentis cumulatus fuit, ut ea in alios diffuderit, inter quos fuère Brabanti, quos multis gentilium erroribus irretitos in viam ſalutis reduxit. Arduennæ autem Apoſtoli illuſtre nomen ſingulari quodam jure apud poſteros promeruit, quia ſaltus illius potius idololatriâ & ſuperſtitione, quam ſolo horridos excoluit. Periculum non minus leve exortum. His temporibus in Eccleſia tempeſtates, excitatæ potiſſimum in toto Oriente ab Iconoclaſtis, qui ob detractum ſacris imaginibus cultum, ducē habentes Leonem Iſauricum Orientis Imperatorem potentiſſimi erant, S. Hubertus ſuam Eccleſiam ab hâc fœce illibatam ſervare ſtuduit. XIV.

S. Amor gente Aquitanus & ſancto Huberto coævus, gradu Diaconus fuit, animadvertens in agro Hasbanio vitioſas ſtirpes non eſſe penitus revulſas, ab iis & vitiorum ſentibus & tribulis immunem reddidit. Beliſæ XV.

Epiſcopus de obedientiâ ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus exhibendâ conſecravit in Epiſcopũ, remittensque in Germaniam eum commendavit litteris ſuis principibus populisque Germaniæ, tam Chriſtianis, quàm Gentilibus. Illuc appulſus fidem Catholicam mirificè propagavit, præcipuè apud Cattos, ſivè Heſſos, gentilitiam ſuperſtitionem delevit. Thuringios in fide vacillantes, confirmavit. Anno 724 Hæreſes illic ſerpentes repreſſit, mores depravatos correxit, Eccleſias erexit, Monaſteria condidit multis laboribus, ac in extremâ rerum omnium penuriâ. Anno 726. de nonnullis dubiis in rerum Eccleſiaſticarum negotiis occurrentibus Sedem Apoſtolicam conſuluit. Anno 733 emergentem hæreſim unà cum Hæreſiarcha Ermunoldo Apoſtolicâ auctoritate damnat, & ab Eccleſia ejecit. Anno 743. duos novos impoſtores hæreticos damnat. Anno 745. hactenus dumtaxat Germaniæ mancipatus, abſque ullius Sedis deſignatione, Epiſcopatus Moguntinæ ei creditus eſt. Iterùm in Friſiam reverſus à furentibus gentilibus gladio peremptus Martyrium conſummavit cum Eubano, & quibuſdam ſervis Dei. Baronius anno 755. Serarius lib. 3. rerum Moguntinarum.

XIX. Anno 686. Wirtburgi ſivè Herbipoli S. Kylianus Hibernus Monachus à Conone I. Papa *Epiſcopus creatus ad prædicandum Evangelium miſſus cùm multos ad fidem perduxiſſet, unà cum ſociis Colomano Presbytero & Tornano Diacono trucidatus eſt.* Inquit Romanum Martyrologium 8. Julii. Demochares ait horum veneranda corpora per S. Burchardum Epiſcopum elevata, & in Baſilicâ à ſe erectâ eſſe recondita, eundemque à Romano Pontifice impetraſſe, ut iiſdem Sanctis Martyribus honor debitus deferretur. In ejus templi crypta (inquit idem) hi verſus fuerunt ſcripti.

Hi ſunt Herbipolis, qui te docuêre magiſtri
Quâ verum coleres religione Deum;
Impiâ, quos tandem juſſis Geilina necari,
Celavitq́, ſub hunc corpora cæſa locum
Ne turpi ſine laude ſitâ defoſſa jacerent
Corpora Burchardus ſub monumenta locat.

Myræus 1. Martii vocat Suitbertum Epiſcopum Teiſterbandiæ, Weſtphaliæ, Baraviæ, Friſiæ, Boructuariorum, Saxonum, aliorumque Germaniæ populorum Apoſtolum, ſcribitque anno 717. laboribus fractum Werdæ Cæſaris obiiſſe. Eum faſtis Sanctorum adſcripſit Leo III. anno 803.

Daventriâ.

Anno 717. ſub idem tempus Sanctus Lebvenus Daventrenſium Apoſtolus à Browero Liaſuvinus, ſeu Liafvinum dictus. Temporibus Gregorii III. Ultrajectenſis Epiſcopi (inquit Othelgrimus) venit, & alius homo S. Liaſinus ex Anglorum gente Domino vocante adductus. Etenim referebat *Trinâ omnipotentis Dei admonitione* terribiliter ſe exire juſſum, ut illo in loco, & illis gentibus miſeratoris noſtri Evangelium prædicaret. Petiitque à Gregorio demonſtrati ſibi locum divinitus commendatum, gaviſuſque ille de divinâ clementiâ direxit eum in confinium Francorum, & Saxonum juxta fluvium Iſalæ ad locum, qui dicitur Daventre, dans ei comitem & cooperatorem Verbi Dei ſervum Domini Marchellum, & ipſum ex Anglorum gente, à Wilbrodo à puero enutritum: ibi cùm Eccleſiam conſtrueret, & plurimos convertiſſet ad Dominum, ſanctam animam reddens Domino, locum illum ſuo honorificavit corpore. XX.

Anno 717. Eodem tempore in Friſonum converſione operandâ non defuerunt operarii. Nam (Inquit Molanus 14. Julii) Daventriæ Sanctus Marcelinus ſeu Marcellinus fuit inter duodecim primos Friſiæ & Hollandiæ Prædicatores non indiligens. In vitâ Suitberti teſtatur de ſe ipſo, quod ſexaginta quinque annos pro modulo ſuo indeſinenter prædicationibus & converſionibus gentium inſudarit in partibus Trans-iſelanis, Trenta, Tuenta, Oudenſeel, & Daventriâ, ubi Dei providentiâ totum XXI.

ferè populum Chriſto lucratus eſt. Sanctus item Ludgerus in initio epiſtolæ, quam de S. Swiiberti canoniſatione ſcripſit B. Marcelinum nominat excellentem gentilium Prædicatorem, Sacerdotem magnarum virtutum, & prophetici Spiritus plenum, aſſeritque eum ultra ſeptuaginta annos Chriſti Evangelium ferventer Friſonibus prædicaſſe, & magnam Friſiæ partem convertiſſe. Subdit præterea ipſum ob decrepitã ætatem ex Friſiâ ad Trajectenſem Conventum revocatum eſſe; ſed cùm multi in Alden-ſeel & confinibus locis neglectis fidei Sacramentis ad erratica idolorum fana, veluti ad vomitum redirent, ad eos corrigendos ab incolis Chriſtianis repetitum, iterùmque à ſuo Præſule ad eos directum eſſe, quos ſua fructifera prædicatione ad viam veritatis denuò revocavit. Werdenſes in hiſtoria Sancti Ludgeri, vocant virum miræ ſanctitatis, qui Ludgero ſomnium ſuum de tribus acervis, interpretatus eſt ſignificare trium gubernacula plebium, quibus paſtorali ſollicitudine præfuturus erat, eminentem verò locum Epiſcopatum quem adepturus eſt, oſtendere. Poſt obitum tranſlatus eſt Daventriam ad eam Eccleſiam quæ nunc eſt Cathedralis.

Suecia. Dania.

XXII. Anno 833. Romanum Martyrologium 3. Februarii ait S. Anſcharum Epiſcopum Bremenſem, Suecos & Danos ad fidem Chriſti convertiſſe. Myræus ſcribit eum fuiſſe Bremenſem & Hamburgenſem Epiſcopum, aliorumque populorum Septentrionaliũ; & inſtruxiſſe Friſios & Flandros. Molanus vocat præclarum omnium Aquilonarium Apoſtolum. Et cùm Aquilonis regna illuſtraſſet Divini Verbi prædicatione, magno Epiſcoporum & Principum conſenſu conſecratus eſt Archiepiſcopus Danorum, Suecorum, Sclavorum, & omnium Aquilonarium Regionum per manus Drogonis Præſulis Metenſis auctoritate Gregorii IV. anno 833. Sede in Civitate Hamburgenſi conſtitutâ. Exindè (inquit Molanus) creditum ſibi in gentes legationis officium ſtrenuè obivit, captivos redimendo, tribulatos fovendo, domeſticos erudiendo, Barbaros evangelizando. Foris Apoſtolus, intus Monachus, nunquam viſus eſt otioſus. Addit Myræus inſtruxiſſe etiam Friſios & Flandros Friſios quoque adiens (inquit Molanus) caſtigavit eos pro labore Dominicæ Dei. Pertinacius verò agentes cœleſti igne mulctavit. Rembertum puerum in Monaſterio inſtrui curavit, inſtructum reliquæ ſuæ vitæ comitem habuit, & in Pontificali munere ſucceſſorem. Hujus meminit Romanum Martyrologium 4. Februarii. Vexione (inquit Molanus 15. Februarii) in additionibus ad Uſuardum in Dacia. S. Sigfridus Epiſcopus præclaræ ſanctitatis vir, qui Sueciam ad Chriſtum convertit.

Saxonia.

S. Ludgerus Epiſcopus Monaſterienſis Saxonibus Evangelium prædicavit circa annum 800. Romanum Martyrologium. Krantius & alii tradunt dictum eſſe Apoſtolum Saxonũ. Anno 755. In eadem Saxonia ſanctus Willehadus primus Eiſtetenſis Epiſcopus unà cum S. Bonifacio laborãs in Evangelio multas gentes convertit ad Chriſtum. Vixit (inquit Baronius) temporibus Gregorii III. & Zachariæ Romanorum Pontificum circa annũ Domini 750. XXIII.

Ruſsia.

S. Bonifacius Diſcipulus S. Romualdi à Romano Pontifice ad prædicandum Evangelium in Ruſſiam miſſus, cùm per ignem tranſiſſet illæſus, Regemque ac populum baptiſaſſet, à furente Regis fratre necatus, optatam Martyrii coronam accepit, inquit Romanum Martyrologium 19. Junii. Addit Baronius eum vixiſſe temporibus Othonis Imperatoris, cujus erat affinis circa annum Domini milleſimum. XXIV.

Polonia. & Hungaria.

In Pruſſia S. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus & Martyr, Polonis & Hungaris Evangelium prædicavit. Romanum Martyrolog. 23. Aprilis Cromerus lib. 3. de rebus Polonicis refert eum occubuiſſe anno 997. S. Gerardus XXV.

in Pannoniâ Epiſcopus & Martyr anno 1042. vulgò dicitur Hungariæ Apoſtolus. Lezana tomo 3. Annalium contendit eſſe noſtri Ordinis, unde de eo ſolemne officium ſub duplici minori agimus.

Pruſſia

XXVI. S. Bruno Epiſcopus Ruthenorum Evangelium in eâ regione prædicans, ab impiis tentus, manibus, pedibuſq; præciſis capite truncatus eſt, Romanum Martyrologium 15. Octobris. Marianus Scotus in Chronico & Uſpergenſis de eo ſcribunt ad annum Chriſti 1008. Sigebertus ad annum 1009.

Pomerania.

XXVII. Anno 1124. S. Otho Epiſcopus Bambergenſis Pomeranis Evangeliū prædicans, eoſdem convertit ad fidem, Baronius poſt Crantium vocat eum Apoſtolum Pomeraniæ.

Rhetia.

XXVIII. Auguſtæ S. Narciſſus Epiſcopus primus in Rhetiâ Evangelium prædicavit, deindè in Hiſpaniam progreſſus, cùm Gerundæ multos ad fidem converriſſet, idem in perſecutione Aurelianâ cum Fælice Diacono Martyrii palmam accepit Anno 273. Ita Romanum Martyrologium 18. Martii. Notat Baronius eum Auguſtanæ gentis vocari Apoſtolum.

Moravia. Sclavonia.

XXIX. Annò 879. in Moraviâ (inqnit Romanum Martyrologium 9. Martii) SS. Cyrillus & Methodius illarum regionum gentes cum eorum regibus ad fidem Chriſti perduxerunt. Addit Baronius eos fuiſſe nuncupatos Moravorum & Sclavorum Apoſtolos, quamvis Methodio Moravia tribuatur; tamen ex regiſtro Joannis VIII. Papę conſtat etiam miſſum fuiſſe ad gentem Sclavorum, & ex litteris ejuſdem Joannis ad ipſum Regem. Et cùm uberes in Sclavoniâ fructus de Evangelicâ prædicatione colligeret, fuit graviſſimâ perſecutione vexatus, quem idem Pontifex litteris eſt conſolatus.

XXX. Bucelinus ſcribit S. Severum Viennenſem Epiſcopum fuiſſe v rum Apoſtolicum.

XXXI. Quædam hic adjicienda ſunt de Eccleſiâ in Belgio propagatâ. Et occurrit primò S. Eligius Epiſcopus Noviomenſis & Tornacenſis electus anno 646. quem (inquit Myræus 1. Decembris) jure optimo ut Apoſtolum ſuum præcipuo honore venerantur, Cortraci, Aldeburgi, Rodeburgi, Orſtburgi, Brugis, & alibi aras & templa Deo conſecrant, &c. Quamvis ſupra dixerimus S. Willebrordum fuiſſe Friſonum Apoſtolum, Molanus & alii contendunt eum etiã eſſe Holandiæ & Zelandiæ Apoſtolum, ac etiam in Lotharingiâ multos convertiſſe præſertim circa Sylvamducis, & per Campiniam. Nam & Brabantia olim nomine Lotharingiæ fuit comprehenſa. Rurſus fidem prædicavit in Flandriâ. Uſque ad noſtra tempora Trajectenſi Sedi in Flandriâ ſubfuerunt Birſlitani, Hulſtenſes, Axellani, & Halnenſes, ab eodem ad fidem converſi; ſed & Civiæ portus propter ipſius Apoſtolatum Ultrajectenſi Epiſcopo ſubeſt, &c. Noviſſimis ſæculis in Hollandiam miſſos Viros Apoſtolicos nemo dubitat, eos à ſuis Ordinibus potiùs quàm à me referendos exiſtimo. Plura infra de Archiepiſcopatibus Belgicis.

§. 4.

Galliæ Miſſiones.

Archiepiſcopatus Pariſienſis.

HAs ab Archiepiſcopatu Pariſienſi auſpicabor, eaſque & ſubſeqnentes dum referam, ipſiſſimis Martyrologiorum & Auctorum verbis (ut ſupra) ſæpè utar. Anno Chriſti 52. S. Dionyſius prædicatione S. Pauli Apoſtoli ex Areopago Athénienſi ad Chriſti academiam vocatus, & baptiſatus, ab eodem primus Athenienſium Epiſcopus eſt ordinatus. Deindè Romam veniens à beato Clemente Pontifice Romano in Gallias prædicandi causâ directus eſt, & Lutetiam Pariſiorum devenięs, cum Ruſtico Præsbytero & Eleutherio Diacono, ibi cùm per aliquot annos commiſſum ſibi opus fideliter proſequetur, multoſque ad religionę Chriſtianam I.

Christianam converteret: Primò cum ſociis cæſus eſt virgis. Deindè cum in prædicatione Evangelii conſtantiſsimè perſeveraret à Fecennino Præfecto comprehenſus in craticulâ ſubjecto igne immittitur, multiſque aliis ſuppliciis cruciatur. At ea tormentorum genera Dionyſio & ſociis forti ac libenti animo perferentibus, ipſe nonageſimum annum agens cum præfatis ſociis ſecuri percutitur. De quo illud memoriæ proditum eſt, abſciſſum ſuum caput ſuſtuliſſe, & progreſſum ad duo millia paſſuum in manibus geſtaſſe. Quantùm Eccleſiam illuſtrarit, non tantùm dum viveret ſuo exemplo & prædicatione, ſed etiam poſt obitum, patet ex libris planè cæleſtibus, de divinis nominibus, de cœleſti & Eccleſiaſticâ Hierarchiâ, de myſticâ Theologiâ, aliiſque nonnullis. Ejus memoriam Eccleſia celebrat 9. Octobris.

II. Apud Civitatem Meldenſem beatus Sanctinus diſcipulus ejuſdem ſancti Dionyſii Areopagitæ & ab eo ejuſdem Civitatis Epiſcopus conſecratus primus illic evangelium prædicavit, inquit Romanum Martyrologium 22. Septembris, Hincmarus & alii. Aureliæ S. Altinus Sanctorum Saviniani, & Potentiani collega, miſſus à S. Petro, ita noſter P. Leo.

Archiepiſcopatus Lugdunenſis.

III. S. Photinus miſſus à Clemente Romano Pontifice Lugdunenſem Regionem luce Evangelii colluſtravit, Martyriumque ſubiit anno 165. cum S. Diacono, Vetio, Epagatha, Maturo, Pontico, Biblide, Attalo, Alexandro, Blandinâ, & aliis multis, quorum fortia & iterata certamina tempore Marci Aurelii, Antonini, & Lucii Veri epiſtola Eccleſiæ Lugdunenſis ad Eccleſias Aſiæ & Phrygiæ ſcripta recenſet, ita Romanum Martyrologium 2. Junii, Beda, Ado, Uſuardus, & alii. Idem Ado cum Gregorio Turonenſi de gloriâ Martyrum cap. 49. ſcribit tunc Lugduni paſſos fuiſſe quadraginta octo Martyres. S. Irenæus Epiſcopus & Martyr (ut ſcribit S. Hieronymus) beati Polycarpi Smyrnenſis Epiſcopi diſcipulus fuit, & Apoſtolicorum temporum vicinus, is cùm adverſus hæreticos verbis ac ſcriptis plurimùm decertaſſet in perſecutione Severi cum omni ferè civitatis ſuæ populo coronatus eſt glorioſo Martyrio anno 208. Martyrologium Roman. 28. Junii. Sanctus Epiphanius in Pavan. hæreſi 24. & 31. eum appellat ſanctiſſimum priſcumque Epiſcopum Theologum, Succeſſorem Apoſtolorum. In caſtro Divione S. Benignus Præsbyter à beato Polycarpo miſſus in Galliam ad prædicandum Evangelium poſtquam ſub Marco Aurelio Imperatore, à Terentio Judice graviſſimis tormentis multipliciter eſt afflictus, tandem collum ejus vecte ferreo tundi, & corpus lanceâ perforari jubetur anno 181. Martyr. Roman. 1. Novembris. Auguſtoduni S. Martyres Audochius Præsbyter, Thyrſus Diaconus, & Fœlix à beato Polycarpo Smyrnenſi Epiſcopo ab Oriente directi anno 180. & ad docendam Galliam, ibidem flagellis diriſſimè cæſi ac totâ die inverſis manibus ſuſpenſi, & in ignem miſſi, ſed non combuſti, tandem vectibus eorum colla feriuntur, & ita glorioſiſſimo coronantur Martyrio, Rom. Martyr. 24. Octobr.

Archiepiſcopatus Senonenſis.

Apud Senonenſes BB. Sabinianus Epiſcopus & Pontentianus à Pontifice Romano illuc ad prædicandum directi eandem Metropolim confeſſionis ſuæ Martyrio illuſtrarunt. Rom. Martyr. 31. Decembris. Antiſiodori S. Peregrinus primus ejuſdem civitatis Epiſcopus à Xiſto Papâ in Gallias cum aliis Clericis miſſus anno 135. Evangelicæ prędicationis munere expleto capitali ſententiâ damnatus coronam meruit ſempiternam Roman. Martyrolog. 16. Maii. S. Auſtremonius S. Petri Diſcipulus Romanum Martyrologium 1. Novembris anno 546. & primus Avernorum Epiſcopus inquit Molanus ibidem. IV.

Archiepiſcopatus Rhemenſis.

V. S. Xiſtus diſcipulus B. Petri Apoſtoli Roman. Martyrologium 1. Septembris anno 46. ſecundùm Uſuardum & Adonem fuit primus Epiſcopus Rhemenſis, apud Democharem ponitur etiam primus Epiſcopus Sueſſionenſis.

Sueſſionenſis. Anno 258. S. Remigius Rhemenſis gentem Francorum cõvertit ad Chriſtum, & Clodoveum ipſorum Regem ſacro fonte baptiſmatis & fidei ſacramentis initiavit 1. Octobris. Anno 46. Catalani ſanctus Memmius, Civis Romanus à S. Petro illius Civitatis Epiſcopus conſecratus populum ſibi commiſſum ad Evangelii veritatem perduxit, Romanum Martyrol. 5. Auguſti S. Salvius Epiſcopus Ambianenſis, Roman. Martyrologium 11. Januarii anno 511. Vel ſecundùm Molanum in Indiculo Sanctorum Belgii Epiſcopus Engoliſmenſis de Aquitaniâ Provinciâ, ſpargendo Verbi Dei ſemina pervenit cum uno Comite Valencenas in ipſo itinere à quodam tyranno Winegatio juſſu Domini ſui crudeliſſimè in capite ſecuri percuſſus cum ſupradicto Comite Martyrium ſuſcepit.

Archiepiſcopatus Turonenſis.

VI. Apud Cenomanos S. Julianus primus ejuſdem urbis Epiſcopus anno 46. quem S. Petrus illuc ad propagandum Evangelium miſit, Romani. Martyrol 27. Januar.

Archiepiſcopatus Bituricenſis.

VII. Lemovicis S. Martialis Epiſcopus anno 74. unus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis. Demochares tradit hunc nõ tantùm Lemovicenſis Sedis auctorem, ſed & Anicienſis, Ruthenenſis, Arvernenſis, & Mimatenſis erectorem fuiſſe S. Antoninus de ejus miſſione hæc habet 1. part. hiſtor. tit. 6. cap. 22. §. 2. *Venit cum B. Petro Apoſtolo Romam, & per eum miſſus fuit in Galliam, &c.*

Archiepiſcopatus Burdegalenſis.

VIII. Anno 46. S. Fronto Epiſcopus Petragorenſis Diſcipulus B. Petri, magnam illius gentis multitudinem ad Chriſtum convertit, Rom. Martyrologium 25. Octobris. S. Eutropius Epiſcopus Santonenſis, quem S. Clemens Pontificalis ordinis gratiâ conſecratum anno 94. direxit in Gallias, & prædicationis officio peracto colliſo capite victor occubuit. Roman. Martyr. 30. Aprilis.

Archiepiſcopatus Arelatenſis.

IX. S. Trophimus illius Sedis Archiepiſcopus, cujus meminit S. Paulus ſcribens ad Timotheum, ab eodem Apoſtolo ibidem creatus Epiſcopus anno 67. Ex cujus prædicatione (ut Zozimus papa ſcribit) tota Gallia rivulos accepit, Romanum Martyrol. 29. Decembris. S. Lazarus Epiſcopus Maſſilienſis, quem Dominus in Evangelio à mortuis ſuſcitaſſe dicitur, Romanum Martyrolog. 17. Decembr. Non eſt dubium quin cum ſororibus ſuis Marthâ & Mariâ Magdalenâ illam gentem ad fidem converterit, Ita Lezana ad annum 48. num. 5. 7. & 35.

Archiepiſcopatus Aquenſis.

S. Maximinus diſcipulus Domini, Romanum Martyrol. 8. Junii, ibidem & circumquaque officium Apoſtolicum ritè perſolviſſe ex ejus diſcipulatu ſatis colligi poteſt. X.

Archiepiſcopatus Viennenſis.

Primus hujus Sedis Præſul fuit ſanctus Creſcentius, Collega S. Pauli relictus ibi ab eo dum trãſiret In Hiſpaniam, Martyr occubuit ſub Nerone anno 56. Secundus S. Zacharias ſubiit Martyriũ ſub Trajano anno 100. Tertius eſt Adone Viennenſi in chronico eſt S. Martinus, quem Martyrologium Roman. 1. Julii Apoſtolorum diſcipulum nuncupat. Hos & plures ſubſequentes animarum ſaluti, ac infidelium cõverſioni maximè ſtuduiſſe colligi poteſt ex ſocietate quam habuerunt cum Apoſtolis, Ado Vienn. anno 101. XI.

Archiepiſcopatus Narbonenſis.

Ibi S. Paulus Epiſcopus Apoſtolorum diſcipulus (quem tradunt fuiſſe Sergium Paulum proconſulem,) à Beato Paulo Apoſtolo Anno 61. baptiſatus, & cum in Hiſpaniam pergeret apud Narbonam relictus ibidem Epiſcopali dignitate donatus eſt, ubi prædicationis officio non ſegniter expleto clarus miraculis migravit in cœlum. XII.

Archiepiſcopatus Tholoſanus.

S. Saturninus ibi Epiſcopus temporibus Decii in Capitolio ejuſdem urbis à Paganis tentus, atque à ſummâ Capitolii arce per omnes gradus præcipitatus, capite colliſo, excuſſoque cerebro, & toto corpore dilaniato, dignam Chriſto animam reddidit, XIII.

X Roman.

Roman. Martyrol. 29. Novembris. Hunc Saturninum fuiſſe S. Petri diſcipulum probant Moral.s, Marieta, & alii apud Bivarium comment. in Dextrum ad annum Chriſti 76. quod etiam prius fuerit de Eſſenis & Joannis diſcipulis ſuſtinent Palæonydorus lib. 2. cap. 2. Coria in Chronicis Carmelitarum lib. 7. cap. 6. Emmanuel Romanus in addition. Caſſanate in Parad Carmel. tract. 2. art. 2. cap. 11. Quibus arridet S. Antoninus 1. parr. hiſtor. tit. 6. cap. 25. §. 3. his verbis. *Saturninus auditâ famâ Ioannis Baptiſtæ de civitate Patnâ relictis Parentibus venit ad videndum Ioannem Baptiſtam, & viſâ auſteritate vita ejus, & auditâ prædicatione de regno cælorum, adventu Meſsiæ Salvatoris remanſit cum eo ad tempus, ut Chriſtum videre poſſet. Et fuit ille qui cum Andreâ Apoſtolo, cum audiſſet ab eorum Magiſtro Ioanne, Ecce Agnus Dei, ſcilicet demonſtrante Ieſum illuc tranſeuntem, ſecutus eſt Ieſum cum Andreâ.* Diſcipulos autē Joannis fuiſſe ſectatores Eliani inſtituti ſcribit Lezana tomo 1. annalium noſtri Ordinis ſubanno mundi 4052; num. 14. & 15. & tomo 3. ad annum Chriſti 75. num. 2.

Archiepiſcopatus Rhotomagenſis.

XIV. In Pago Vilcaſſino Martyrium paſſi ſunt S. Nicaſius Epiſcopus Rhotomagenſis, Quirinus Præsbyter, Scabiculus Diaconus, & Pientia Virgo ſub Præſide Feſcennino. Romanum Martyrologium 11. Octobris. Addit Baronius S. Nicaſium fuiſſe illuc miſſum à S. Clemente Rom. Pontif. anno 94. Apud Ebroicenſes S. Taurinus Epiſcopus à Beato Clemente Papâ illius Civitatis Epiſcopus ordinatus, Evangelii prædicatione fidem Chriſtianam propagavit, ac multis pro eâ ſuſceptis laboribus, miraculorum gloriâ conſpicuus obdormivit in Domino, Martyrologium Romanum 11. Auguſti.

§. 5.

Miſsiones Belgicæ.

Archiepiſcopatus Cameracenſis.

Anno 630. S. Aubertus Cameracenſis Epiſcopus & Cōfeſſor refulſit Dagoberti inclyti Francorum Regis Sacerdos Chriſti probatiſſimus, ſub quo & per quem Hannonia mirabiliter in Chriſtianâ Religione cœpit florere, ac vigere. Habuit in eâ diſcipulos Landelinum Abbatem Criſpini; Vincentium, Madelegarium Comitem, & Conjugem ſanctiſſimam Waldetrudem. Horum ſanctitati adjunxerunt ſe etiam multi Apoſtolici Prædicatores ex Scotiâ & Galliâ, & ex ipsâ Græciâ ſanctiſſimus Giſlenus, per quas columnas fœlix Hannonia Chriſto Domino incorporata, ac fidei Chriſtianæ initiis imbuta, ita Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii. Anno 406. S. Vindicianus Epiſcopus Attrebatenſis, ſivè Cameracenſis plebem multitudinis numeroſæ celeberrimis prædicationibus convertit ad excipiendam normam melioris vitæ, Molanus in Indiculo. S. Etto Epiſcopus & Confeſſor, Collega S. Furſei venit anno 651. ex Hiberniâ cum aliis multis, ut verbum Dei in Galliis ſeminaret, quievit poſtquam multos fructus Deo fecerat Friſciaci circa Aveſnas Hannoniæ. Molanus in Indiculo. S. Chryſolius Armenius Epiſcopus cū Quintino, Criſpino & aliis ab urbe Româ Gallias cauſâ prædicationis expetiit tempore Diocletiani, ipſeque Chyrſolius Tornaco & aliis Flandriæ locis Chriſti nomen intulit, Molanus in Indiculo. S. Piatus, ſivè Piaton Preſbyter Benvēti finibus ortus, cum beatiſſimis Martyribus Quintino, Lucio, Luciano, Albino, Criſpino & Criſpiano ab urbe Româ cauſâ prædicationis eo petiit in perſecutione, undè in urbe Tornaco plurima multitudo populi ad Chriſtum eſt converſa eruditione ſancti Prædicatoris Piati, quam etiam prædicationem Martyrio ſuo conſignavit, Molanus in Indiculo, Roman;

Roman. Martyrolog. & Myræus 1. Octobris. Anno 523. S. Eleutherius Epiſcopus Tornacenſis & Confeſſor, fuit primùm Tornaci eximius Prædicator. Deindè Chriſtiani videntes ejus eximiam ſanctitarem miſerunt eum Romam, & cum auctoritate regredientem Epiſcopum conſecrari fecerunt. Qui omnibus patuit verus Chriſti Antiſtes, & Religionis Chriſtianæ defenſor, à Paganis, & Hæreticis Arianis multis preſſuris & afflictionibus eſt vexatus, ac in carcerem detruſus, ibique ab Angelo viſitatus, tandem virtutibus & miraculis clarus obiit. De ejus in convertendis animabus zelo & induſtriâ Eccleſia Tornacenſis canit.

Miro modo ſunt converſi
Per hunc cives univerſi.

Ante mortem Tornaci Synodum celebravit contra Acephalos hæreticos, quos (quantum potuit) è Civitate expulit. Septuagenarius læſus graviter in capite, fidei Chriſtianæ profeſſionem emittens, ac orans pro inimicis, Eccleſiæ Sacramentis præmunitus, debitum mortalitatis exſolvit. S. Hillonius ſeu Tilmannus fuit primùm S. Eligii Noviomenſis ac Tornacenſis Epiſcopi miniſter ac diſcipulus ut conſtat ex Andoeno vitæ S. Eligii Scriptore apud Surium. Poſt Abbas factus Solenniaci in territorio Lemovicenſi in Galliâ, ibidem nonagenarius in Domino obdormivit Iſegemli qui pagus Diœceſis Tornacenſis in Flandriâ, Comitatus titulo à Philippo II. Rege Catholico decoratus, viciniſque in locis ut Apoſtolus & Patronus colitur, ita Myræus 7. Januarii. Anno 651. S. Foillanus Hibernus Epiſcopali dignitate inſignitus à Martino Papâ miſſus eſt in Gallias prædicationis gratiâ, ibi cum fidei propagandæ incumberet, à beatiſſimâ Gertrude reverenter & perhumanè ſuſceptus eſt Nivellis Diœceſis Loedienſis, nunc Namurcenſis, undè diſcedens in Sylvâ Cœnobio Nivellano proximâ à Sicariis cæſus eſt cum tribus ſuis Comitibus, quod Martyrium Chriſti milites ſummâ fortitudine ſubierunt, locus Martyrii honorifico Monaſterio Ordinis Præmonſtratenſis poſtea decoratus fuit. Ejus exuviæ Foſſas oppidum Leodienſe quod ab imminentibus calamitatibus ſæpè protexit, aeris intemperiem frugibus avertit tam certò, ut nulla ſit hominum memoria auditum ſitientibus agris imbres denegatos, quando ſacrum B. Martyris Corpus ſacrario eductum colendum plebi proponitur. Molanus, Fiſen, & alii.

Archiepiſcopatus Mechlinienſis.

II. Anno 770. S. Rumoldus ex eâ parte Scotiæ, quæ hodie Hibernia dicitur, deſertis patriâ, parentibus, nobilitate, Archiepiſcopatu Dublinenſi, Romam profectus eſt, indèque habitâ Apoſtolicâ benedictione, juxta Angelicum oraculum Mechliniam venit, ubi orthodoxam fidem & locis vicinis tanto ſtudio & zelo, tantoque proventu plantavit, ut Mechlinienſium Apoſtolus meritò habeatur. Hunc igitur ſtrenuè prædicationis munus obeuntem duo Sicarii anno 770. vulnere capiti inflicto peremerunt. Unum auri cupido, alterum ſancti Præſulis ob commiſſum adulterium reprehenſio ad tanti facinoris perpetrationem ſtimularunt. Corpus ejus Sicarii in aquam demerſerunt: ſed divino deſuper radiante lumine per Adonem Comitem aquis extractum Mechliniæ conditum fuit, Romanum Martyrol. Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii, Myræus 1. Julii.

III. S. Livinus S. Auguſtino primo Anglorum Epiſcopo in Epiſcopatu ſucceſſit, paulò poſt in Archiepiſcopum Scotorum eligitur. At eum hoc munus magno fructu adminiſtraſſet, reliquit Silviano Archidiacono, & Evangelii plantandi causâ inter infideles cum tribus diſcipulis Foillano, Eliâ & Kiliano venit ad Gandenſe Cœnobium, ubi à S. Floriberto Abbate & fratribus humaniter exceptus eùm Bavonem à triennio defunctum magnis coruſcantem miraculis inveniret, triginta continuos dies ſuper ejus ſepulchrum miſſarum ſolemnia celebravit. Indè prædicationis causâ digreſſus, per Flandriæ & Brabantiæ regionem innumeros ad fidem Chriſti verbo, exemplo, & miraculis

 convertit

convertit. At impii homines (quibus pietas & fides Chriſtiana exoſa erat) animadvertentes ſancti Præſulis zelo & ſtudio tantam hominum multitudinem à priſtinis erroribus ac vitiis ad fidem orthodoxam converti, omnibus modis eum perſequi tentarunt. Quare ut viam ad ulteriorem prædicationis operam præcluderent, linguam ejus faucibus extraxerunt, devorandamque canibus expoſuerunt, quæ tamen mox illi reſtituta fuit. Tandem apud Eſcham Flandriæ vicum multis vulneribus lethaliter ſaucium interemerunt, Roman. Martyrologium 12. Novembr. Molanus in Indiculo, Myræus, & alii.

IV. Anno 760. S. Winocus Judicail Britonum Regis filius, & S. Judoci frater, ſpreto mundo ſub S. Bertino Monachus efficitur cum tribus fratribus ſuis Radanoco, Ingenoco, Modoco, cujus veſtigia præ cæteris 150. Cœnobitis proximè aſſecutus ob inſignem pietatem & doctrinâ in Flandriam miſſus eſt ad prædicandum Chriſti evangelium, tandem Cellæ ſive Vormholtani Monaſterii à ſe conſtructi Abbas ſanctiſſimè obiit, Roman. Martyrolog. 6. Novembr. Molanus, Myræus, & alii. S. Hilduardus Epiſcopus multùm apud Flandros anno 740. in Chriſti vineâ excolendâ laboravit ſub duce Magriptio, qui piam viduam (à quâ Hilduardus hoſpitio perbenignè exceptus fuerat) obtruncaverat, variis etiam tormentorum ſuppliciis præfatum Vir Apoſtolicus affectus. At cum pari fidei conſtantiâ in adverſis ſicut & in proſperis lætus eſſet, fidemque Catholicam conſtantiſſimè prædicaret, tandem ipſum Magriptium convertit & baptiſavit, poſt obitum ejus exuviæ tranſlatæ ſunt Tenremondam civitatem ſub Diœceſi Gandenſi ſitam, Myræus 29. Decembr. & Molanus in Indiculo.

V. Anno 1002. S. Macarius Patriarcha Antiochenus, & Armeniæ decus, divino inſtinctu munus Epiſcopale in Eleutherium tranſtulit, & ad ſacra loca viſenda Jeroſolymam petiit, variiſque demum provinciis luſtratis in Belgicam venit, ubi Mechliniæ, Cameraci, Malbodii, Tornaci, verbo & miraculis floruit. Noviſſimè Gandavum profectus in Abbatiâ S. Bavonis per annum moratus, peſte demùm correptus ſanctiſſimè obdormivit, Anno 1615. ſacra ejus oſſa Montes Hannoniæ ad propulſandam luem Epidimicam (quæ tunc ibi ſæviſſimè graſſabatur) delata ſunt magno civium bono, qui tanti beneficii memores eadem in feretro argenteo affabre elaborato anno ſequenti Gandavum magnâ ac ſolenni reverentia, ſolemnitate. Romanum Martyrologium, Surius, Myræus 10 April. Molanus in Indiculo.

Archiepiſcopatus Vltrajectenſis.

VI. Tomo quinto tract. 1. cap. 1. §. 9. num. 4. & hoc capite quoſdam Viros Apoſtolicos, qui in Friſiâ præcipuè Ultraiecti, Daventriæ, &c. & qui plurimum in vineâ Domini excolendâ laborarunt recenſuimus, quibus nonnulli, hic adiiciendi ſunt. Anno 715. S. Egbertus (inquit Molanus in Chronico 24. Aprilis, & in Indiculo ſanctorum Belgii) Monachus, Præsbyter & Confeſſor, omnium hominum ſalutem, infidelium converſionem zelo ardentiſſimo ſitiebat, maximè Friſonum & Saxonum. Electis proindè ſociis ſtrenuiſſimis & ad prædicandum Dei verbum idoneis itineri ſe accinxit. At cum Deo aliter diſponente fuiſſet impeditus miſit duodecim Viros Apoſtolicos inſtar duodecim Apoſtolorum viros in fide conſtantes, quorum nomina ſunt Willebrordus, Switbertus, Acca, Wigbertus, Wilibaldus, Winibaldus, Lebuinus, duo Ewaldi, Wirenſridus, Marcellus, ſeu Marcellinus, qui Ultrajectum appulſi eximio zelo Chriſti fidem diſſeminarunt, multumque animarum lucrum brevi in Friſiâ, Hollandiâ aliiſque locis fecerunt inquit Molanus. Interim in Hiberniâ (inquit Martyrologium Romanum 24. April.) ſanctus Egbertus Præsbyter & Monachus admirandæ humilitatis & continentiæ vit obiit anno ſcilicet 728. ſecundùm Myræum, annum agens nonageſimum ex Molano, ac indubiè Viri Apoſtolici mercedem recepit. Molanus ſcribit die 5. Julii S. Bonifacium

cum

cum ſocio ſuo Eobano multæ millia Friſonum intra breve tempus baptizaſſe. S. Wigbertus cum multis annis in Hybernia anachoretica vitam in magna perfectione egiſſet miſſus in Foſtelandiam diro tormento eſt jugulatus à Rege Rabbodo, coquod Chriſtiani eo loci præfati Wigberti ſuggeſtione delubra Jovis & Foſtæ deſtruxerant, ita Molanus 13. Auguſti poſt Bedam lib. 5. hiſtor. cap. 10. Addit Molanus Foſtelandiam eſſe inſulam in ipſo Friſonum & Danorum confinio conſtitutam.

VII. S. Wilibaldus ex Angliâ cum ſociis ad Chriſti fidem prædicandam, Trajectum appulſus aliquamdiu ibi munus prædicatoris obiit. Sed habitâ Synodo decretum fuit ut nonnulli prædicatores in circumjacentes regiones barbaras mitterentur, quâ occaſione Wilibaldus cum fratre Unebaldo miſſus eſt in Orientalem Franciam: ubi ſenior obiit Epiſcopus Anrearenſis, ſivè Eiſtetenſis, multis clarus miraculis: minor autem Abbas Heidenheimenſis. Molanus 7. Julii. Martyrologium Romanum ait Willebaldum fuiſſe primum Eiſtetenſem Epiſcopum, qui unà cum ſancto Bonifacio in evangelio laborans anno 755. multas gentes convertit ad Chriſtum. Addit Baronius eum fuiſſe temporibus Gregorii III. & Zachariæ Romanorum Pontificū. Apud antiquos Saxones (inquit Romanum Martyrologium 3. Octobris) ſancti Martyres duo Eimaldi, qui cum eſſent Præsbyteri, & Chriſtum ibi prædicare cœpiſſent comprehenſi ſunt à Paganis & occiſi, ad quorum corpora noctu, multa lux diu apparens, & ubi eſſent & cujus eſſent meriti declaravit. Addit Molanus quod dicti fuerunt Niger & Albus à capillorum diverſo colore. S. Werenfridus Trajecti primùm Dei verbum egregiè prædicavit, ſed præcipuè Durenſtadii, cumque populum ad Chriſti fidem convertiſſet, infinitis clarus miraculis tam in vitâ, quàm in morte in pace quievit. Miraculosè in Elſt eſt tumultuatus, ubi & de morbi articularis remediis frequentatur, Molanus 14. Auguſti.

Anno 881. S. Jeron ſivè Hieron genere Scotus, parentibus nobilibus genitus, ſpretis mundi illecebris divinis obſequiis ac ſaluti animarum procurandæ ſe mancipavit. Poſtquā in partibus Friſiæ multos à diverſis erroribus avertit ac liberavit. Danis ac Normanis ſævientibus Nordovici ab impiis capite plexus eſt, corpus Egmondam, qui eſt pagus Hollandiæ in Diœceſi Harlemenſi per Theodoricum II. Comitem tranſlatum eſt. Molanus & Myræus 17. Auguſti.

§. 6.

Hiſpaniæ Miſsiones.

TOmo 4. tract. 1. cap. 1. §. 6. I.
num. 1. diximus ex Romano Martyrologio 15. Maii Torquatum, Cteſiphontem, Secundum, Indaletium, Cæcilium, Heſychium, & Euphraſium Romæ à Sanctis Apoſtolis ordinatos Epiſcopos, & ad prædicandum Verbum Dei in Hiſpanias directos eſſe. Quibus hæc cum Baronio adjicio ex Gregorio VII. Papâ epiſt. ad Alphonſum ſeu Adelphonſum Regem ſcriptâ 14. Calendas Aprilis indict. 12. Anno 45. *Septem Epiſcopos ab urbe Româ ad inſtruendum Hiſpaniæ populos à Petro & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idololatriâ Chriſtianitatem fundavêre & religionem plantavêre, ordinem & officium in divinis cultibus oſtendêre, & ſanguine ſuo Eccleſias dedicavêre.* Noſter Lezana ad annum 45. num. 2. ſcribit eos prius fuiſſe S. Jacobi diſcipulos, poſt cujus obitum Romam petunt, à Beato Petro conſecrati Pontifices ad Meridionales Hiſpaniæ partes, ſcilicet ad Boeticam littoralem prædicaturi revertuntur. De eorum miſſione hæc canit Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis in Hymno.

Urbis Romuleæ jam toga candida
Septem Pontificum deſtina promicat
Miſſos Heſperiæ, quos ab Apoſtolis
Aſſignat fidei priſca relatio.
Hi ſunt perſpicui luminis indices
Torquatus Cteſiphon, vos quoque Iſcius

Hinc Indalecius ſivè Cæcilius
Iuncti Euphraſio, Secundoq́; ſunt.
Hi Evangelicâ lampade præditi
Luſtrant occiduæ partis arentia
Quod ſic Catholicis ignibus ardeant
Vt cedant facibus ſurna nocentia.

Archiepiſcopatus Tarraconenſis.

II. Anno 49. S. Epaphroditus Apoſtolorum diſcipulus à beato Petro Apoſtolo illius civitatis Epiſcopus ordinatus, Romanum Martyrologium 22. Martii. Per diſcipulos Cornelius in epiſt. S. Pauli ad Epheſios cap. 4. verſ. 11. intelligit eos qui Apoſtolis ſubſerviebant in prædicando, quique ſecundùm Theophilactum non ubique circuibant, nec omnia loca peragrabant, ſed hinc indè prædicabant.

Archiepiſcopatus Hiſpalenſis.

III. Anno 50. Italicæ S. Geruntius tempore Apoſtolorum Evangelium in eâ Provinciâ prædicans poſt multos labores in carcere quievit, Romanum Martyrologium 25. Auguſti. S. Leander Hiſpalenſis Epiſcopus nō tantùm Hermelegindum & Reccaredum Viſigothorum Principes, ſed & ipſam gentem ab Arianiſmo ad fidem Catholicam convertit, ut diximus tomo 4. cap. 1. §. 6. interfuit primo Concilio Hiſpalenſi, habuit (inquit Baronius) luculentam orationem de laude Eccleſię & converſione gētis Gothorum ad fidem Catholicā.

Archiepiſcopatus Valentinus.

IV. His ultimis ſæculis prodiit Vincentius Ferrerius Ordinis S. Dominici, qui emiſſis votis & ſtudiis Theologicis laudabiliter peractis, ſtatuit ſibi traditum à Deo talentum animarum lucro eſſe applicandum, Benedictus Papa X. aliis XII. ejus probitate & famâ imbutus Romam accerſitum ſacri Palatii Magiſtrum inſtituit ſibique à confeſſionibus præfecit. Quę omnia, dum ritè obiret febri graviſſimâ correptus eſt, lecto ſic decumbenti Chriſtus Angelorum & beatorum Dominici & Franciſci comitatu ſtipatus apparens eum his verbis affatus eſt. *Conſtans eſto, & quamprimū ex Curiâ Benedicti diſcede, elegi namq́; te in ſingularem Evangelii præconem, volo quod univerſas Hiſpanias, Gallias, in humilitate & paupertate percurras.* Ubi convaluit, Pontificem adiit, eiq́; propoſitam miſſionem expoſuit: à quâ oblatis Epiſcopatibus Valentino, Illerdenſi, imò & purpurâ revocari nequivit. Hanc animi conſtantiam ac zelum animarum Benedictus de conſilio Patrum purpuratorum, diplomate Apoſtolicum legatum creavit, ſic à Deo electus, ac Apoſtolicâ auctoritate munitus in varias regiones monita ſalutis diffudit, nam in Hiſpaniâ citeriore Cataloniam, Valentiam, Arragoniam, Navarram: in ulteriore exceptâ Gallitiâ & Luſitaniâ, omnes urbes, oppida & villas peragravit, Galliam ingreſſus in regione Occitanâ, Delphinatu, Provinciâ, Sabaudiâ, Franciâ, Burgundiâ, Normaniâ, Bituricâ, Averniâ, Flandriâ, Picardiâ, Albiâ, Octaviâ, Britanniâ, Dei verbum diſſeminavit. Italiæ provincias, urbes, pagos luſtravit, lumineque fidei illuſtravit. Ad Inſulas Baleares, Majoricam, Minoricam navigavit cum maximo animarum lucro. Invitatus ab Henrico Rege Anglorum in Angliam, Scotiam, Hiberniam profectus eſt, ibique ſaluti animarum procurandæ vacans ſupra centum millia Chriſtianorum à peccatis ad pœnitentiam, à vitiis ad virtutem revocavit, tantâque verbi efficacia Judæorum pervicaciam arguit, & Saracenorum errores confutavit, ut ingentem ipſorum multitudinem ad fidem perduxerit, ſcilicet Judæorum pluſquam viginti quinque millia, & Saracenorum octo millia; nemini ſancta & ſalubria conſilia denegavit, diſſidentia regna pace compoſuit, populorum jurgia & factiones ſæpiſſimè ſedavit. Unico idiomate Valentino ad diverſas gentes, concionantem, quælibet ſua lingua loquentem audivit, quomodò potuit intelligi ab Italis, Gallis, Anglis, Flandris, non enim poteſt aliquis niſi unam linguam & orationem proferre, inquiunt S. Cyprianus ſermone de Spiritu ſancto, Arator, OEcumenius? Reſpondeo 1. S. Vincentium & Apoſtolos ſubindè unâ linguâ loquentes & concionantes fuiſſe intellectos ab auditoribus variarum linguarum, habuiſſeque hoc donum quaſi duplicatum

catum, Dico ſecundò S. Vincentium & Apoſtolos ſubindè variis linguis eſſe locutos vicîſſim & ſucceſſivè, quod Cornelius in cap. 2. Actorum probat ſex argumentis.

Archiepiſcopatus Toletanus.

V. Luitprandus Othonis ad ſedem Apoſtolicam Legatus, & Berengario II. Italiæ Regi à ſecretis, &c. in fragmentis per Thomam Tamaio de Vargas Philippi IV. Catholici Regis Hiſtoriographum Mantuæ Carpentanorum typis editus ſcribit num. 171. *Magna pars eorum qui diſperſi in perſecutione S. Stephani ad varias partes trajecerant, & ad Hiſpaniam venerant,*

Luitprād *erant ex Monachis Montis Carmeli prædicationibus Chriſti & Apoſtolorum ad fidem converſi, in quibus Elpidius; & ſocii Pontifices à S. Iacobo creati; & poſt Martyres effecti.* Et num. 101. addit S. Elpidium Toletanæ Eccleſiæ Antiſtitem creatum Carmeli Alumnum fuiſſe. *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit.* Illi ſubſcribunt Petrus de Salazar Canonicus Toletanus in Prologo ad Chronicon. Cardinalis Petrus Gonzales de Mendoza. Rodericus Carus in notis ad Chronicon Flavii Dexteri. Anno 301. Franciſcus de Portocarrero Societ. Jeſu in vitâ S. Illefonſi Toletani cap. 8. Hieronymus Higuera ejuſdem Societatis in operibus hiſtoricis manuſcriptis in Bibliothecâ Domus Profeſſæ Toleti, & alii apud Lezanam tomo 2. Annalium ad annum Chriſti 35. numer. 6. & ſeq. probant Elpidium ibi fuiſſe non tantùm fidei Catholicæ, ſed Eliani inſtituti propagatorem. Ratio eſt, quorſum illuc deſtinati Epiſcopi, niſi Evangelicæ prædicationis cauſâ. Martyrologium Romanum 15. Novembris ait, S. Eugenium fuiſſe Epiſcopum Toletanum & Martyrem, ac B. Dionyſii Areopagitæ diſcipulum, qui in Territorio Pariſienſi conſummato Martyrii curſu beato paſſionis coronam percepit à Domino, cujus corpus Toletum poſtea fuit tranſlatum anno 1565. Molanus ad Uſuardum addit eum ordinatum & directum fuiſſe ad prædicandam ſanctiſſimam Trinitatem gentibus. De ejus nobiliſſimâ & auguſtiſſimâ tranſlatione differit Baronius in Additionibus ad Martyrolog. Non omittendus hic S. Idelfonſus ejuſdē civitatis Epiſcopus anno 658. qui Apoſtolus Marianus nuncupari ſolet, non tam ob ſingularem vitæ integritatem, quàm ob ſuſceptam defenſionem adverſus hæreticos, Dei Genitricis Virginitatem impugnantes, ratione cujus ab eâdem candidâ veſte donatus eſt ac demùm ſanctitate celebris in cœlum vocatus. Ita Romanum Martyrologium 23. Januarii. Ex eodem Archiepiſcopatu prodiit inauditum ſanè Apoſtolicum, ac zeli animarum prodigium anno 1527. ſcilicet ex Diœceſi & Civitate Abulenſi Sancta Thereſia, quæ in tenerrimâ adhuc ætate lectis & auditis Martyrum actis, adeò in animarum ſalute procurandâ igne exarſit, ut domo paterna aufugiens in Africam trajecerit, ubi vitam pro gloria Jeſu-Chriſti, animarum ſalute, ac Eccleſiæ ſanctimonia profunderet. Rectè illum zelum hoc metro exprimit Eccleſia,

Regis Superni Nuntia,
Domum paternam deſeris,
Terris Thereſa barbaris
Chriſtum datura aut ſanguinem.

Ardens animarum zelus ac Martyrii deſiderium, eorumque executionem ratione ætatis & ſexus impeditam ſeu præruptam deplorans variis bonis operibus compenſavit, nam infidelium & hæreticorum tenebras perpetuis ſuſpiriis ac lacrymis deflebat, continuas pro Eccleſiæ Chriſtianæ incremento fundebat preces, & ad hoc charitatis officium ſui inſtituti ſectatrices excitare ſatagebat, bonorum ruina ac Eccleſiæ neceſſitates ita animum ejus excruciabant, ut cauſæ erant cur corpuſculum frequentioribus auſteritatibus attereret, tam ardenter deſiderabat Deum ab omnibus amari, coli, & laudari, Eccleſiæq; chariſſimæ ſponſæ terminos ac limites longius proferri, ut illuc omni ejus oratio, abſtinentia, tenerrimæ carnis excoriatio referretur. Sanctâ quadam revelatione verbi divini præcones, omneſq; animabus Deo lucrandis intentos æmulabatur, ipſumq; munus per ſe exequi optabat ſibiq;

ſibiq; communicari cupiebat. Pluris faciebat eos, qui creatori ſuo aliquas animas aberrantes ad Eccleſiæ gremium revocaſſent, & Chriſto lucrari eſſent, quàm qui varia ſupplicia paterentur. Cùmque illorum laboribus compateretur, eorum neceſſitatibus conſulere ſtudebat. Quod ſi hi malè valerent, pro eorum incolumitate Deum enixius orabat, & ab omnibus ſuis Monialibus id charitatis genus præſtari volebat, quo brevi priſtinam valetudinem recuperarent. Si quem verò horum intermori contingeret, deceſſum ejus lacrymis, & teneriore affectu proſequebatur. Deus hunc zelum ſibi gratiſſimum eſſe manifeſtavit dum poſt obitum eam (inquit Ribera lib. 5. cap. 4. lib. 5. cap. 4. vitæ ejus) cuidam Moniali in ſpecie glorioſâ cingulo multis pyropis rutilantibus fulgido accinctam exhibuit. Quam Monialis demirata, & quid tot unionibus exornata zona deſignaret ſciſcitata, audivit hanc zonam illi conceſſam ob ardentem Eccleſiæ & animarum zelum, quo ſemper flagravit.

Archiepiſcopatus Burgenſis.

VI. Anno 450. Palentiæ S. Turibius Epiſcopus Aſturicenſis ope S. Leonis Papæ hæreſim Priſciliani ex Hiſpaniâ penitus profligavit, inquit Romanũ Martyrologium 16. Aprilis, Exſtat inſignis ejuſdem S. Leonis epiſt. 93. ad Turibium Epiſcopum Aſturicenſem conſcriptâ adverſus hæreſim Priſciliani iterùm pullulantem, quâ etiam idem ſcribit de cogendâ Synodo Toletanâ, quâ omnes Priſciliani errores reciſi ſunt.

Pampelonenſis Diœceſis.

VII. Anno 1542. Diœceſis Pampelonenſis edidit S. Franciſcum Xaverium nobili proſapiâ inſignem, ac virtute nobiliorem. Cùm enim Joannes Rex Luſitaniæ aliquot naſcentis Societatis Jeſu viros à Paulo III. Romano Pontifice pro Indiis excolendis poſtulaſſet, Franciſcus animarum zelo incenſus præ aliis eligitur, eò appulſus illicò variarum gentium difficillimis & variis linguis divinitus inſtructus apparuit: imò eum quandoque unico idiomate ad diverſas gentes concionantem, unaquęq; ſuâ linguâ loquentē audivit. Provincias nudis pedibus ſemper obivit, fidem Japoniæ, & ſex aliis Regionibus invexit, multaque hominum centena millia in Indiis Chriſti jugo ſubjecit, magnoſque Principes ac Reges complures ſacro baptiſmate regeneravit. Undè meritò Indiarum Apoſtolus à Romano Martyrologio nuncupatur, & in Collectâ ejus canit Eccleſia. *Deus qui Indiarum gentes B. Franciſci prædicatione & miraculis Eccleſiæ tuæ aggregare voluiſti, &c.*

Archiepiſcopatus Luſitaniæ.

Luitprandus in Fragmentis num. VIII.
255. apud P. Lezanam ſupra ſcribit Exſuvium S. Marci diſcipulum Luſitanis Chriſti fidem annuntiaſſe anno 64. *Eſt autem auctor, qui credat Exſuvium S. Marci diſcipulum poſt ejus mortem prædicaſſe Evangelium Contumcellis in Luſitaniâ.* Lezana notat quod in margine habetur aliàs Caurofoliæ. *Poſtq; rediiſſe ſolum in Cyprum, ubi conſtitutus eſt Archiepiſcopus, maximorum patrator miraculorum dictus eſt propter ejus opera.* Conſtat ex vitâ ſancti Franciſci Xaverii à Turſellino & aliis conſcriptâ Luſitanos ad Indiarum converſionem, multos viros doctrinâ & zelo religionis propagandæ conſpicuos, imò & opes ſubminiſtraſſe.

Archiepiſcopatus Sardaniæ.

Anno 294. Turribus in Sardaniâ IX.
(inquit Martyrologium Romanum 25. Octobris) *Sancti Martyres Protus Presbyter, & Ianuarius Diaconus à S. Caio Papa ad eam inſulam miſſi tempore Diocletiani ſub Barbaro Præſide conſummati.*

India.

De Indiis poſt D. Thomam & alios X.
Apoſtolos ſupra citatos, Romanum Martyrologium nullius Indiarum Miſſionarii mentionem facit, niſi anno 370. *Sancti Frumentii Epiſcopi, qui ibi primum captivus, deinde Epiſcopus à S. Athanaſio ordinatus, Evangelium in eâ Provinciâ propagavit.* Romanum Martyrologium 27. Octobr. Menologium Gręcum pridie Calendas Decembris, Socrates lib. 1. cap. 15. Sozomenus libr. 1. cap. 2. 5.

Theodoretus

Theodoretus lib. 1. cap. 23. & alii. Seriem eorum, qui non tantùm ex Societate Jeſu, ſed etiam ex aliis Ordinibus & Statibus Eccleſiaſticis in vaſtiſſimis Indiarum Orientalium & Occidentalium regionibus & regnis copioſiſſimam animarum meſſem in horrea Eccleſiæ invexerunt, vide in eorum annalibus.

§. 7.

Miſſiones Angliæ.

Archiepiſcopatus Cantuarienſis.

1. Die 15. Martii Rom. Martyrol. meminit *S. Ariſtobuli Apoſtoli, qui curſu prædicationis peracto Martyrium conſummavit.* Eum miſſum fuiſſe in Angliam referunt Menologiũ Græcum, Dorothæus in Synopſ. Lumine fidei Chriſtianæ ferè extincto S. Gregorius Papa pro ſuâ paſtorali ſollicitudine ſpecialiter laboravit ut Angli ad Chriſti jugum & ovile reducerentur. Undè (inquit Romanum Martyrologium 12. Martii) *Ob res præclarè geſtas, atque Anglos ad Chriſti fidem converſos Magnus eſt dictus, & Anglorum Apoſtolus appellatus.* Illuc & præcipuè Cantuariam S. Auguſtinum Epiſcopum unà cum aliis ab eodem Gregorio Papâ miſſum, Chriſti Evangelium prædicaſſe, ibique virtutibus & miraculis glorioſum obdormiiſſe in Domino teſtatur Romanum Martyrologium 26. Maii. De legatione Auguſtini & ſociorum, & eorum prædicatione, miraculis, & Anglorum converſione agit S. Gregorius in regiſtro lib. 5. epiſt. 53. uſque ad 59. lib. 7. epiſt. 112. libr. 9. epiſt. 48. uſque ad 60. epiſt. 71. & lib. 12. in fine, Baronius ad annum Chriſti 596. num. 2. Anno 655. Cantuariæ S. Theodorus Epiſcopus à Vitaliano Papâ in Angliam miſſus doctrinâ & ſanctitate refulſit, Roman. Martyrologium 19. Septembr. Sanctus Mellitus Dorovernenſis Epiſcopus à S. Gregorio in Angliam miſſus Orientales Saxones & Regem ipſum convertit ad fidem. Anno 621. S. Juſtus Epiſcopus cum SS. Auguſtino, Mellito & aliis à Beato Gregorio Papâ ad eam Inſulam miſſus ad prædicandum Evangelium, ibidem ſanctitate celebris in Domino quievit Roman. Martyrol. 10 Novembr.

Archiepiſcopatus Eboracenſis.

II. Idem ad annum 625. num. 3. deſcribit Anglorum Borealium converſionem hac occaſione factam. Præerat Anglis Borealibus Rex Eduvinus gentilis, nuptias appetens Edelburgæ Chriſtianæ Virginis ſororis Eadualdi Cantiorum Regis Chriſtiani: illis hac conditione poſitus eſt, ut eandem conjugem ſuam cum omnibus, qui eam comitarentur cultum religionis Chriſtianæ ſervare permitteret. Miſſus igitur cum ea Paulinus, qui olim à S. Gregorio Papa unà cum Mellito Juſto aliiſq; in Angliam miſſis hoc anno ab eodem Juſto Dorovernenſi Epiſcopo creatus eſt Eboracenſis Epiſcopus, in qua Civitate Eduvinus morabatur. Eodem anno, & ſeq. 626. 634. 635. 640. 644. 653. 697. de ejuſdem fidei propagatione fusè diſſerit de S. Paulino Eboracenſi Epiſcopo, Rom. Mart. 10. Octobr. Ex eâdem Angliâ olim miſſi ſunt Leodium noſtri PP. Carmelitæ ejus Diœceſim verbo & exemplo inſtructuri; ut patet ex cõmendatione Innocentii IV. Papæ ad Henricum ab Gueldriâ Epiſc. & Principem Leodicñ. relatà de verbo ad verbũ in Speculo noſtri ordinis.

§. 8.

Miſſiones Scotiæ.

I. Palladius S.R.E. Diaconus apud Baronium anno 429. numer. 2. fertur, quod Scotos ad Chriſti fidem converterit, & ex munere Apoſtolico eſt Apoſtolus Scotorum nuncupatus. Quod tamen (inquit idem Baronius) ita intelligendum eſt, ut Cœleſtinus Papa primum illis Epiſcopum Palladium ordinaverit, qui Scotos illos, qui adhuc gentilitio ritu vivebant, reddiderit Chriſtianos omneſque ſub uno Paſtore, unoque ovili collegerit: cùm alioqui ipſam Scotiam jam à tempore Victoris Papæ & Martyris Evangeliũ anno 200. ex parte accepiſſe omnes cõſentiant.

§. 9.

Miſsiones Hiberniæ.

I. ANno 429. Palladium S. R. E. Diaconum navigaſſe in Hiberniam, & illic prædicaſſe mandato Cœleſtini Papæ probat Baronius ex Probo in rebus geſtis S. Patritii, nominantis eundem Palladium Archidiaconum Cœleſtini. Cœterùm Palladio morte prævento S. Patritius cœptum ab eo opus abſolvit.

Anno 431. S. Patritius poſtquam aliquot annos ſub diſciplina S. Martini exegit, & à S. Germano Antiſſiodorenſi Epiſcopo ſacris litteris imbutus fuit, vocatus à Deo ad Hibernorum converſionem, non prius illuc ſe contulit, quàm Romam ad Cœleſtinum Papam acceſſerit, accepturus ex more à Sede Apoſtolica ad ejus gentis converſionem Apoſtolatum. Probus ait eum obiiſſe anno 491. ætatis 132. *Et qui vivens* (inquit Baronius) *prædicatione, poſt obitum magis illas regiones miraculis illuſtravit.*

§. 10.

Miſsiones Africæ.

I. ANno 44. Simon Cananæus, qui & Zelotes dictus eſt, in Meſopotamiam profectus illis populis Evangelium annunciavit, ita Beda. Profectum etiam eſſe in Ægyptum, Africam, & Britanniam tradunt Nicephorus lib. 2. cap. 40. Dorotheus in Synopſi. Quos ſequuntur Græci in ſuo Menologio. S. Auguſtinus de unitate Eccleſiæ cap. 15. Salvianus de providentia lib. 7. cōſtanter affirmant Africanos ab Apoſtolis accepiſſe Evangelium. Metaphraſtes die 29. Junii contendit Petrum Apoſtolum poſt ordinatam Eccleſiam Romanam, cœteraſque complures in diverſis locis erectas, tandem veniſſe Carthaginem. S. Auguſtinus epiſt. 162. & S. Gregorius 3. epiſt. 23. videntur affirmare Africanos ſuſcepiſſe Evangelium ab Eccleſiâ Romanâ. Innocentius 1. epiſt. ad Decentſcribit nonniſi à D. Petro miſſos fuiſſe Viros Apoſtolicos, qui gentem illam Evangelio imbuerent.

CAPUT VI.

Primi Tractatus Concluſio, Seu Caput ultimum: quàm Miſsio ſit Deo grata.

EX Præfatis patet quantum ad ſanctimoniam Eccleſiæ promovendam Miſſiones conducant, I.
& quàm grati ſint Deo, qui vitam & ſtudia in hoc opus Apoſtolicum impendunt. Undè D. Thomas 2. 2. quæſt. 188. art. 4. in corpore oſtendit ad ea explenda, quæ ad animarum ſalutem ſpectant convenientiſſimum eſſe aliquas inſtitui Religiones ad Conciones habendas; fideliumq; Confeſſiones excipiendas. Ratio eſt quia convenienter Religio inſtitui poteſt ad opera vitæ activæ, ſecundùm quod ordinatur ad utilitatem proximorum, & ad obſequium Dei, ac conſervationem cultus divini. Magis autem procuratur utilitas proximorum per ea, quæ ſpectant ad animæ ſpiritualem ſalutem, quàm per ea, quæ pertinent ad ſubveniendum corporis neceſſitati, quantò ſpiritualia corporalibus ſunt potiora. Undè eleemoſynæ ſpirituales ſunt potiores corporalibus. Hoc etiam magis pertinet ad obſequium Dei, cui nullum ſacrificium eſt magis acceptum quàm zelus animarum, ut S. Gregorius docet homil. 12. in Ezechielem. Majus eſt etiam ſpiritualibus armis contra errores hæreticorum, & dæmonum tentationes fideles defendere, quàm armis corporalibus populum fidelem tueri, & ideò convenientiſſimum eſt ad prædicandum, & ad alia hujuſmodi, quæ ad animarum ſalutem ſpectant aliquam Religionem inſtitui.

Articulo 5. in corpore concludit II.
conveniens eſſe, ut inſtituantur Religiones, quæ ſtudio bonorum artium & ſcientiarum vacent. Inter cœtera neceſſarium eſt ſtudium litterarum Religioſis inſtitutis ad prædicandum,

&

& alia hujuſmodi exercenda. Undè Apoſtolus ad Timotheum dicit de Epiſcopo (ad cujus officium hujuſmodi actus pertinent) amplectentes eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrinâ ſanâ, & eos, qui contradicunt arguere. Nec obſtat, quod Apoſtoli abſque ſtudio litterarum ad prędicandum ſunt miſſi Quia (ut Hieronymus dicit epiſt. ad Paulinum) *quidquid aliis exercitatio, & quotidiana in lege Dei meditatio tribuere ſolet, hoc illis Spiritus ſanctus ſuggerebat.*

III. Articulo 6. In corpore docet, quod ſummum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ & proximæ ſunt perfectioni Epiſcoporum, ſicut & in aliis rebus fines primorum conjunguntur principiis ſecundorum, ut dicit Dionyſius cap. 7. de divinis nominibus. At tales ſunt quatuor Ordines Mendicantium, & qui cum eis privilegiorum communicationem habent, inquit P. Lezana tomo 1. quæſt. regul. cap. 1. num. 17. & tomo 2. cap. 1. num. 10. & 11. poſt D. Thomam opuſc. 19. cap. 4. cap. 10. & 11. Bannes 1. 2. quæſt. 33. art. 3. Thomam à Jeſu in cap. *non dicatis*; Suarez tomo 4. de Relig. tract. 6. lib. 1. cap. 8. Azorium tomo 1. inſtitut. moral. lib. 13. cap. 1. quæſt. 4. & 5. Sotum de juſtitiâ, quæſt. 2. art. 1. Panormitanum cap. *cauſam*. Probatur ex Concilio Meldenſi cap. 3. Rhotomagenſi cap. *Borchardum*, lib. 1. cap. 88. extravag. ſuper *Cathedra*. §. *final.* eodem tit. juncto cap. *Inter cætera de officio ordinarii*. Secundò, ratione: Mēdicantes ex præcepto charitatis tenentur ſubvenire proximorum ſaluti ſuis lectionibus, concionibus, confeſſionibus, aliorumque Sacramentorū adminiſtratione. Tertiò, quia finis illorum eſt ſalus animarum. Quartò, quia ſunt Coadjutores Epiſcoporum, quorum hoc munus proprium eſt. Quintò, in hoc diſtinguuntur Mendicantes à Monachis, quod illi profiteantur ſtatum vitæ mixtæ, Magdalenam, & Martham imitentur in contemplatione & actione, præſertim in ſalute proximi procurandâ, finis autem Monachorum ſit contemplatio & ſolitudo. Sextò, ex D. Thomâ & Azorio, Mendicantes in civitatibus, & oppidis ſua Monaſteria extruunt, ac proindè civium tumultibus exponuntur, ut faciliùs proximorum ſaluti invigilent, & eorum largitionibus adjuventur: quod non competit Solitariis, qui ex profeſſo ſalutem animarum non procurant, & augent, bonaque ſtabilia in communi poſſidēt. Septimò, magis aſſequuntur finem incarnationis & gradus Apoſtolici, ſcilicet converſionem & ſalutem animarum. Octavò, Undè in ſuis templis multas ſedes confeſſionales, & ſuggeſtus concionarios collocant.

IV. Hunc zelum ſibi gratiſſimum eſſe, eamque Religionem ſanctam ſibique gratiſſimam eſſe innuit Sponſus dum ſponſam ſuam invitat ad curſum & converſionem animarum, Canticor. cap. 2. verſ. 10. *Surge propera mea; columba mea, formoſa mea.* Ghiſlerius in expoſit. 2. *Eccleſia ſanctæ quàm maximè perſuadet ut ad prædicandum Evangelium ſurgat & properet, eam verò ob id in primis formoſa & pulchra dicitur: quia ex eo quod Apoſtoli velociſſimè* Cant. 2. verſ. 10. *ad hoc munus obeundum cucurrerunt pedibus pulchra eſt. Hinc eſt quod apud Iſaiam, dum ejus commendatur pulchritudo haud aliundè commendatur, quàm ex hujuſcemodi pulchritudine pedum. Sic enim dicitur cap. 52. verſ. 3. quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem. Quæ verba Paulus Apoſtolus Rom. cap. 10. verſ. 15. aptans ſic citat. Quam ſpecioſi pedes evangeliſantium pacem, evangeliſantium bona, &c* Differunt tamen Religioſi Societatis Jeſu ab aliis, quod illi ſpeciale votum emittant circa miſſionē ad partes infidelium, ut habetur in bullis Pontificum, & Conſtitutionibus iſtius Societatis. Alii Religioſi minimè. Undè (inquiunt Suarez tomo 4. de religione tractat. 10. lib. 6. cap. 4. num. 4. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 6 cap. 18. num. 1. Noſter Lezana tomo 2. quæſt. regul. cap. 4. num. 10. Religioſi Societatis habent novam obligationem exten-

ſivam ultra reliquos Religioſos, qui vi voti obedientiæ ab ipſis emiſſi tenentur obedire Papæ tanquam ſupremo generali omnium Religionum, ita D. Thomas 2, 2. quæſt. 186. art. 5. ad 3. Bannes 2. 2. quæſt. 11. art. 10. dub. 6. Noſter Lezana tomo 1. quæſt. regul. cap. 4. num. 31. & tomo 2. cap. 4. num. 10 Ratio eſt, quia ſummûs Pontifex eſt ſupremus Generalis omnium Religionum, cùm omnis poteſtas juriſdictionis Generalis & aliorum Prælatorum Religioſorum ab illo deriveтur, atque ita per votum obedientiæ illi ſubduntur.

V. Addunt Thomas à Jeſu tract. 3. de viſitat. Regul. cap. 17. num. 7. Lezana num 31 citato, idem dicendum de S. Congregatione Cardinalium ſuper Regulares, quia fuit ſpecialiter inſtituta à Sixto V. & aliis Pontificibus pro regimine Regularium. Id tamen intelligitur in iis, quæ concernunt regulam, ſed ire in Indias, aliaſque partes infidelium, ad eos cōvertendos non concernit regulam, ſaltem regulariter. Ita Ludovicus Lopez 1. part. inſtruct. cap. 56. Rodriguez tomo 2. cap. 9. num. 5. & tomo 3. quæſt. 19. art. 7. Lezana tom. 1. quæſt. regul. cap. 4. num. 15. & tomo 2. cap. 4 num. 10. Dato etiam, quod in illo caſu ex vi ſuæ inſtitutionis mendicantes tenerentur: quia ex dictis vi ſuæ inſtitutionis ordinantur ad ſubveniendū proximo modo præfato, non tamen eo modo quo PP. Societatis, qui pollicentur ſe profecturos *ſine excuſatione non petito viatico quocumque gentium, &c.* Ita Suarez ſupra cap. 4 num. 22. Sanchez ſupra num. 5. Lezana tomo 2. numer. 10. Reliqui fideles non tenentur obedire Papæ eos mittenti ad verbum Dei ſeminandum in terris infidelium: præcipuè valdè remotis, niſi in caſu raro & ſpeciali, in quo neceſſitas boni communis id exigeret. Ita Sanchez & Lezana jam citati. Eſto quod in illo caſu tenerentur obtemperare Pontifici id præcipienti, hoc non eſſet ex vi voti obedientiæ: ſed ratione juriſdictionis, quam Pontifex habet in illos. Ita Lezana ſupra poſt Suarem.

VI. Quod Carmelitæ etiam ex vi regulæ modo quodam ſpeciali teneantur patet ex cap. 11. *Dominicis quoque diebus, vel aliis ubi opus fuerit de cuſtodiâ Ordinis & animarum ſalute tractetis,* ſcilicet *proximi.* Vide V. P. Joannem Soreth Generalē, Hieron. Gratianum, Thomam à Jeſu Id confirmat revelatio facta S. Cyrillo Generali noſtri Ordinis, cui (ut teſtatur Saracenus in ejus vitâ) & cunctis Carmelitis miſſiones ſuadet his verbis, *Vrbem universū illuſtrate,* nempè verbo & exemplo. Quod S. Propheta Elias habuerit ſpiritum miſſionum patet ex iis, quæ diximus ſupra de miſſionibus Apoſtolicis & earum ſignis. Deindè ex iis, quæ Scriptura prædicit de ſecundo Chriſti adventu. *Ecce* (inquit Deus per Malachiam cap. 4. verſ. 5.) *ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.* (Malach. 4. v. 5.) S Hieronymus, & ex eo Remigius. *Eliam dicit eſſe mittendum, &c* Et mox. *Mittet Dominus in Eliâ, &c.* Quis finis huius miſſionis? Eccleſiæ ſanctimonia. *Et convertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres.* Vel ut Siracides cap. 48. veſ. 10. *Veniet Elias conciliare cor Patris ad filium, & reſtituere tribus Iacob.* Et Chriſtus Matthæi cap. 17. *Elias venturus eſt, & reſtituet omnia.* Ideſt (inquit Cornelius) poſt S. Hieronymum in illum locum, S. Auguſtinum lib. 20. de civit. cap. 9. Toletum cap. 1. Verſ. 17. *Elias cor, ideſt mentem Patrum transferet in filios idem cor, ideſt eundem animum, fidem, deſiderium, &* (Cornel.) *devotionem erga Chriſtum, quam habuerunt eorum Patres, ut eorum filii imitentur, & æmulentur. Quaſi diceret ſuâ prædicatione reſtituet & revocabit fidē & devotionem Patrum Patriarcharum ſcilicet & Prophetarum antiquorū erga venturum Meſſiam in filiis, ideſt in poſteris, ut & ipſi vivâ fide, & ardenti ſtudio Chriſtum quaſi Meſſiam jam præſentem amplectantur. Itaque ignitum erga Chriſtum deſiderium jam multis ſæculis per infidelitatem & ſcelera extinctum accendet in filiis, &c.* Vel ſecundùm S. Hieronymum, Remigium, Rupertum, Elias ſuâ prædicatione & zelo efficiet, ut Judæi in fine mundi imitentur

Digitized by Google

tentur ſuos Patriarchas, ut ſicut ipſi crediderunt, ſperarunt, ſummèque deſiderarunt, & amarunt Chriſtum venturum, ita filii eorum credant, ſpetent, ſummèque deſiderent eum præteritum, imò præſentem. Seu in fine mundi erit cor, ideſt animus, fides, pietas in Chriſtum, quod fuit Patrum, &c. Vel (inquiunt Rabbi David, Rabbi Salomon, Aben Eſra, Vatablus, Arias) Alphonſus à Caſtro innuit Propheta omnes tam Patres quàm filios convertendos ad unam fidem & religionem ſtudio & zelo Eliæ. Vel (ut volunt S. Chryſoſtomus, Euthymius, Theodoretus in cap. 17 Matthæi, S. Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 27.) convertet cor Judæorum ad Chriſtum & Apoſtolos, qui ſunt filii Judæorum, & cor Chriſtianorum ad Judæos. Judæi enim ſunt primi Chriſtiani, & qui Chriſti fidem amplexi ſunt, ſic fides & religio Chriſtiana erit communis Judæis & Gentilibus, ita ut ſint habituri eundem animum, eandem fidem, religionem, eundem Chriſti cultum. Quâ auctoritate illam functionem Apoſtolicam exercebunt? à Deo immediatè acceptâ. *Habebunt* (inquit Cælius Pannonius ibi) *Enoch & Elias auctoritatem, tanquam ab ipſo Deo immediatè conſtituti, qui Eccleſiam Dei tunc moderabuntur juxta vaticinium hujus ſcripturæ, ſicut olim Petrus & cum eo Paulus, Petrus in auctoritate ſedis, Paulus in auctoritate ſermonis.*

VII. De hac mirabili converſione tunc per Eliam & Enoch ejus ſocium ſanctus Joannes Evangeliſta hæc vaticinatur Apoc. cap. 11. verſ. 4. *Hi ſunt duæ olivæ.* Arabica verſio. *Hi ſunt duæ radices olivarum.* Noſter Sylveira ibi in expoſit. *Succulenti, pingues, & fertiles, pleni ac ſpecioſi bonorum operum & fructuum.* Quia (inquit ibi quæſtione 14. numer. 140.) tempore Anti-chriſti, in quo futura eſt in terris magna impietas; & omnium bonorum ſterelitas, has Deus profert olivas uberes, pulchras, fructiferas, atque ſpecioſas, ut ſtent in conſpectu ſuo, ut ſuâ ubertate excludant hominum ſterilitatem, ſuâ pulchritudine turpitudinem, ſuis fructibus opera venenata ac perverſa, atras monſtruoſaſque larvas juxta illud Jeremiæ oraculum cap. 11. verſ. 16. *Olivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocavit Dominus nomẽ tuum* Ierem. c. 11. v. 16 Subdit Sacer Textus. *Et duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.* Idem Sylveira quæſt. 15. ſplendore exempli, luce doctrinæ, ac radiis miraculorum futuri ſunt candelabra. Ut ergò ſepticeps candelabrum in ſancto Templo ad magnificentiam & gloriã Dei, ita Elias & Enoch futuri ſunt in Eccleſiâ candelabra. Et ſanè tempore maximè nubilo & tenebroſo mundo neceſſaria ſunt candelabra ad Dei gloriam, ad exaltationem ac magnificentiam fidei ejus. Id enim præſtabunt quod candelabrum templi præſtabat in ſancto ſanctorum, ubi ob defectum feneſtrarum cùm nulla eſſet ibi lux, multipliciter illud illuminabat. Ita hi duo ſancti multipliciter illuminabunt Eccleſiam exemplo, prædicatione, miraculis, depellentque errorum tenebras, quando ubique erit cœca nox. Illi arridens Rupertus. *Candelabra in quo ſunt? in eo videlicet, quod in illis diebus tam nigris, tam tenebroſis clarâ Prophetiâ ſuâ ſivè Prædicatione lucebunt, ita ut fieri non poſſit, ut in errorem inducatur quiſpiam electorum.* Iterùm Sylveira ſubdit. *Iſti ergò duo teſtes tanquam Legati & Apoſtoli Dei ejus fidem prædicabunt, Eccleſiam reſtituent Iudæis & Gentibus, & dicuntur ſtare à dextris & ſiniſtris, quia undique Eccleſiam Dei defendent, & corroborabunt.*

VIII. Hunc ſpiritum miſſionum ſanctus Propheta Elias in Ordine ſuo Prophetico in ſingulis ſæculis manifeſtavit in Eliſeo ſucceſſore ac immediato ipſius diſcipulo, ut patet ex dictis, in Rechabitis, Aſſidæis, Eſſenis, urgente neceſſitate relinquentibus ſolitudinem tempore antiquæ legis ad procurandam ſalutem animarum, & poſt Chriſti paſſionem, qui (ex dictis ſupra) Eccleſiæ infantiam ad adoleſcentiam ſuis prædicationibus, ſcriptis mirabiliter promoverunt tam in Oriente quam in Occidente, ut fatetur Xiſtus IV. in mari mag no noſtri ordinis. *Xiſtus Epiſcopus, ervus*

Xiſtus .. *ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum attentâ meditatione penſamus, &c. Dignâ memoriâ recenſemus ordinem ipſum & illius perſonas, ſub Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ protectione immediatè exiſtentes, & inter cæteros Regularium Ordinum Profeſſores, in firmamento Eccleſiæ fidei militantis, tanquam Religionis ſpeculum & exemplar ſpeciali charitate fulgentes, ſanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes, fructus quoque uberes, quos dictus ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ in propagatione Religionis & fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, & pooducit, ac in futurum producturum indubitanter ſperamus, &c.* Expende hæc verba. *Vberes fructus quos ſemper hic ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ, &c. hactenus produxit.* Scilicet per Eliam, Eliſeum, Rechabitas, Eſſenos, Eſſæos tum in veteri, tum in novâ lege *productos*: per Angelum, Albertum, Petrum Thomam, Andræam Corſinum, Thomã Waldenſem, Thereſiam, Mariam Magdalenam de Pazzi, & reformationes in Ordine introductas non ſolùm ad reſtaurandam regularem diſciplinam, ſed etiam ad ſubminiſtrandos Eccleſiæ miniſtros, qui Eccleſiæ fidem & ſanctimoniam promoveant.

IX. Accedit Henricus ab Gueldriâ Epiſcopus ac Princeps Leodienſis, qui de hujus Ordinis ubertate ac fæcunditate hæc profert. *Henricus Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis. Dilectis in Chriſto filiis, Priori Fratrum B. Mariæ de Monte Carmeli domus, quæ eſt Leodii, Salutem in Domino ſempiternam. Cùm Ordinis veſtri generoſa plantatio ab antiquo longè lateq; diffuſa laudabilis converſationis odore multos Religioſos, flores ac fructus pretulerit, extendens uſque ad trans mare propagines ſuos, & tam in Civitate Leodienſi noſtris initiata temporibus nondum robuſto conſiſtat in ſtipite: propter quod conſolationis opportuna ita egeat uberibus, irriguiſq; fomentis, Nos veſtris ſupplicationibus grato conſentientes aſſenſu, veſtræq; conſolationis participes eſſe cupientes, ac piè conſiderantes, quod à laude Dei ſilere non debeat lingua carnis.* Cõſequenter dat facultatem fidelium confeſſiones excipiendi, Verbum Dei prædicandi, aliaq; munia exercendi ad ſalutẽ animarum & Eccleſiæ augmentum, ſanctificationem concernentia, ut patet ex verbis præcedentibus *Cùm Ordinis veſtri generoſa plantatio, &c. multos Religioſos flores ac fructus protulerit extendens uſque ad trans mare propagines ejus.* Non tam Monaſteriorum ædificatione quàm Virorum Apoſtolicorum miſſione. Idem expertus quantum fructum eorum prædicationibus populus percipiat, alio diplomate ait. *Authoritate vobis præſentium indulgemus ut populum ad audiendum verbum Dei confluentem ex more ſpiritualibus muneribus ad benè faciendum officioſius invitetis conferendi quadraginta dies indulgentiarum in ſingulis prædicationibus veſtris omnibus, qui ad audiendum acceſſerint, auctoritate, quâ fungimur, omnibus & ſingulis à Priore ſubſtitutis conferimus poteſtatem.*

P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate in 2. 2. D. Thomæ tract. 3. diſp. 8. dubio 6. ſcribit S. Thereſiam Diſcalceatorum familiam inſtituiſſe, ut Eccleſiæ ſubminiſtraret miniſtros ad fidem Catholicam defendendam cõtra tunc pullulantem Calvini & Lutheri hæreſim, cui Apoſtolico officio ſe ſuaſque Moniales conſecraſſet; ſi virginitatis ſexus non obſtitiſſet. Ejus filii Matris zelum imitantes varias miſſiones ad plurimas orbis partes inſtituerunt, ubi mirabilem animarum meſſem colligunt in Europâ, Aſiâ, Africâ, Americâ. Ubi plures Conventus & Reſidentias cum noſtris Patribus Provinciæ Turonicæ pro converſione infidelium habent. In conſtitutionibus ſtrictioris obſervantiæ pro reformatis in Ordine noſtro part. 1. cap. 21. num. 7. ordinatur ut aliquo tempore inſtruantur Studentes in interpretatione Sacræ Scripturæ, in addiſcendis controverſiis, linguis exteris, linguâ præſertim Græcâ & Hebraicâ, aliiſque juxta decretum Sacræ Congregationis de propagandâ fide. Idem obſervatur à Patribus noſtris Diſcalceatis. X.

Pater

P. Philippus à Sanctiſsimâ Trinitate ſupra narrat quod P. Petrus à Matre Dei (cùm Clementis VIII. eſſet Concionator Apoſtolicus) dictum Pontificem inducere ſtuduit ad fundandam Congregationem de fide propagandâ, & ut aliquot ex noſtris Diſcalceatis in Regnum Perſarum ad converſionem infidelium mitteret. Et P. Dominicus à Jeſu Mariâ apud Gregoriũ XV. inſtitutionem de propagandâ conſilio & operâ promovit. Nam multa aureorum millia pro fundandis miſſionum reditibus ex piorum largitionibus collecta huic ſacræ Congregationi contulit. Undè dum vixit huic ſacræ Congregationi cùm Eminentiſſimis Cardinalibus interfuit. Addit P. Philippus quod Alumni ſuæ Congregationis Italicæ ſingulis annis bis ſolenni ritu profeſſionem renovantes unuſquiſque firmum addit propoſitum ad terras infidelium pro eorum converſione ſe iturum. Quod ſi in Eremis aliqui orationi contemplativæ vacent, non impedit quin alii proximorum ſalutem miſſionibus procurent abſque detrimento vitæ contemplativæ.

X. Præfatas miſſiones figuraliter exprimit Regum hiſtoria lib 4. cap. 4. ubi vidua pauperis Prophetæ obærati clamavit ad Eliſeum, opem poſtulans nè filii ſui in ſervitutem à creditore raperentur: nõ ut ſervi aut mancipia, ſed ut famuli & mercenarii, dum debita à parente contracta diſſolverentur. Neq; enim Hebræi ex lege vendebantur, niſi debitum ex delicto eſſet contractũ. Cùmq; Eliſeus intellexiſſet eam nonnihil olei habere apud ſe, quantulum ſufficeret ungendæ ſemel faciei vel capiti, jubet illam plurima vaſa corrogare à vicinis, in eaque infundere oleum ex lecyto ſuo jugiter 4. Reg. c. 4 v. 3. manante, verſ. 3. *Vade, pete mutuò à vicinis tuis vaſa vacua non pauca*, ideſt quandoquidem non habeas vaſa, in quibus capiatur oleum ſufficiens ad ſolvendum debitum, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa valde multa, ſed quot ſunt tibi neceſſaria. Per viduam illã Eucherius accipit Eccleſiam, per Eliſeum Chriſtum, per creditorem diabolum, per vaſa vacua nõ pauca nationes exteras; per oleum, Evangelicam prædicationem & gratiam. *Mulier hæc vidua antiquam, anctorum Patrum, qui ſub lege fuerunt,* Eucher. *ſignificavit Eccleſiam, quæ in adventu Salvatoris à præcepto quaſi à legitimo viro deſtituta, cum duobus ſuperſtitibus filiis, ideſt gemino populo derelicta eſt. Creditor hujus Eccleſiæ diabolus intelligendus eſt, qui humanum genus ante adventum Salvatoris per originale delictum, & quotidiana peccata obnoxium tenebat. Quæ Eccleſia parum olei in vaſculo tenebat, quia gratiam Evangelicæ prædicationis intra litteram legis & prophetiam veteris teſtamenti nondum revelatam apud ſe continebat. Poſtquam verò ad cognitionem veri Eliſei, hoc eſt Salvatoris noſtri pervenire promeruit, ejus conſultu à vicinis ſuis plurima vaſa vacua petiit: quia per Apoſtolorum prædicationem multitudinem credentium ex diverſis gentibus intra domum fidei ad ſe collegit.* Pondera hæc verba. *Per Apoſtolorum prædicationem multitudinem credentium*, non tantum ex gente unâ Judæâ, ſed *diverſis gentibus*, Græcis, Latinis, Gallis, Hiſpanis, Germanis, Anglis, Indis, &c. *intra domum fidei*, ſeu Eccleſiam *ad ſe collegit.* Subditque in confirmationem. *De oleo quoque, quod apud ſe habebat in cætera vaſcula transfudit, quia gratiam ſpiritalem per ora prædicatorum in cunctis gentibus mutavit, de quo oleo, ideſt divinâ gratiâ filios ſuos redemit quia per donum Spiritus ſancti, atque charitatis unctionem à perpetuâ ſervitute peccati ſemetipſam cum cunctis fidelibus liberavit.*

XI. Hanc allegoricam explicationem aliquo modo ſequitur Berchorius in lib. 4. Regum. *Iſta mulier eſt Eccleſia, quæ ſcilicet duos filios, ideſt duos populos habuit, quos creditor diabolus,* Berchor. *quotidie occidere, ſubtrahere & ſubjugare, & per diverſos errores, & per peccatum contendit, & per obligationem viri ſui mortui, ſcilicet Adæ ipſam & ejus filios ſibi per peccatum obligatos aſſeruit, atque duxit. Secundum pro certo iſta edocta ab Eliſeo, ideſt Chriſto, vaſa vacua, ſcilicet ſubditos & fideles, & Patres ſanctos Eccleſiæ primitivæ, qui ſcilicet vacui fuerunt, & pauperes in terrenis*

terrenit, & aliis ſectis per prædicationem mutuò accepit, & modicū olei, ideſt ſcientia, vel doctrina, vel divina ſcientia & gratia uſque ad ſummum implevit ita quod iſta mulier, ideſt Eccleſia de oleo ſcientia, ſanctitatis & gratiæ iſtorum creditori diabolo, & ejus membris hæreticis, & ſatisfecit, & filios fideles de ſuperabundantiâ ſpiritualiter nutrit. Conſtat enim quod ſcientia Pauli & Auguſtini, qui aliquando vaſa vacua fuerunt, ita eſt multiplicata, quod non ſolùm ſuffecit ad malitiam Diaboli & hæreticorum deludendam, & ipſorum objectionibus ſatisfaciendum: imò etiam ſuperabundat ad nos alios, qui reſidui ſumus, in bonis moribus nutriendis Undè iſtis vaſis, ideſt primis Doctoribus poſſumus dicere nos & alii Eccleſia filii, illud Matthæi cap. 25. Date nobis de oleo veſtro quia lampades noſtra extinguuntur. Quâ explicatione innuit homines per Adæ peccatum eſſe diabolo obligatos, Chriſtum verò ſuſcitaſſe Paulum, Auguſtinum, & alios, ſcientiâ divinâ, & gratiâ repletos, qui argumenta ſubminiſtrarunt ad eludendam diaboli malitiam; ad deſtruendam Ethnicorum idololatriam, ad convellenda hæreticorum ſophiſmata, proborumque mores fovendos.

XII. D. Auguſtinus eos viros Apoſtolicos cenſet, qui quærunt *vaſa vacua, non pauca*, ideſt homines & nationes inſtructione, prædicatione Evangelicâ, ac catechiſticâ indigentes, in quos oleum doctrinæ cœleſtis & ſalutaris infundant. Sic enim Eccleſia novis prolibus augetur. Undè Chriſtus Matthæi cap. 13. Marci cap. 4. Lucæ cap. 8. Joannis cap. 12. comparat Verbum Dei ſemini, quod terræ mandatum multam ſegetem generat, cui ſubſcribens Apoſtolus ad Hebræos

Heb. c. 4. verſ. 12.

cap. 4. verſ. 12. *Vivus eſt* (inquit) *& efficax.* Quomodò *vivus & efficax*? ideſt ſermo divinus vivificator eſt, quia *Qui* (inquit Chriſtus Lucæ cap. 8.

Luc. c. 8 verſ. 15.

verſ. 15.) *in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientia.* Syriacus. *Qui corde humili, bonoque audiunt ſermonem & amplectuntur, eduntque fructus in patientiâ.* Beauxamis noſter & Maldonatus cum perſeverantiâ, vitam ſpiritualem & divinam recipiunt. Audi S. Anſelmum ibi.

S. Anſelmus.

Vivus eſt ſermo Dei, ideſt vera vita in ſemetipſo, & ſufficiens ad aliorum vivificationem, & ita vivemus in eo. Sermo Dei, qui prædicavit illam requiem eſt vivus vitâ propriâ, ideſt vita eſt vivificans alios, ideſt tam vivax eſt verbum divinum, ut ſui auditores & ſuſceptores vivere faciat non corporali & caducâ vitâ, ſed ſpirituali, & impaſſibili. Quaſi diceret prædicatio viri Apoſtolici eſt inſtar verborum ſacramentalium, ſicut enim Sacerdos ſubſtantiam panis in ſubſtantiam corporis Chriſti conſecrat: ſic Vir Apoſtolicus auditores ſuos in aliam ſpeciem convertit, nam paganos convertit in fideles, ex hæreticis in Ortodoxos, ex Judæis in Chriſtianos convertit.

XIII.

Ingenioſè Rupertus lib. 7. in Joannem illa verba Joannis cap. 6. verſ. 64

Joan. c. 6. verſ. 64. Rupert.

Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Hac paraphraſi reddit. *Spiritus vivificans, & vita vivent, & verum vita verbum. Hac in pane, de quo dicturus ſum, hoc eſt Corpus meum, & in vino, de quo dicturus ſum. Hic eſt Sanguis meus, inviſibiliter operantur, ut vera Caro mea ſit, & Sanguis meus non mutata ſpecie exteriori: ſicut in ſingulis hominibus ſpiritualiter, ideſt nihilo mutato de extrinſecis corporis accidentibus, hoc agunt, ut membra mea ſint, & de multis fiat una Eccleſia, quæ alio reſpectu corpus meum, plenitudo mea dicatur & ſit.* Quaſi diceret, quemadmodum Sacerdos proferens verba conſecrationis mutat ſubſtantiam panis & vini in verum & reale Corpus & Sanguinem Chriſti. Sic prædicatio Apoſtolica tam æmula eſt Euchariſtiæ, ut Synagogam convertat in Eccleſiam & Corpus Chriſti myſticum. Id innuere videtur Apoſtolus Rom. cap. 15. verſ. 15. *Propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter Chriſti in gentibus, ſanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in ſpiritu ſancto.*

Rom. 15. verſ. 15.

Quid intelligit per hanc vocem *miniſter Chriſti*? Acutè notat Cornelius, non ſcribit *Diaconis*, ſed *Liturgis* à Liturgiâ. Liturgia autem eſt miſſa ſeu

ſacrificium

ſacriſicium. Apoſtolus igitur dum dicit *ſanctificans Evangelium*, id eſt *conſecrans Evangelium*; ita ut dum vir Apoſtolicus inſtar Pauli peccatoribus, hæreticis, infidelibus divini verbi ſemen inſerit, conſecrat. Prædicatio ejus eſt conſecratio, hoſtia ſunt populi qui convertuntur, & fiunt myſticè Corpus Chriſti. Pulchrè Cajetanus. *Nota qualis miniſter praadvertendo quod dictio interpretata ſanctificans non derivatur à ſanctitate, ſed à ſacro, ut ſignificat ſacrum operans, perindè ac ſi dixiſſet ſacrificans Evangelium Dei, itaque ad hoc ſe electum dicit, ut ſic evangelizet in gentibus, ut Evangelium vertat in ſacrificium, quod tunc fit, cùm evangelizamus cum tantâ reverentiâ vitæ & morum, quantâ ad celebrandum fructuosè tantum ſacrificium exigatur.* Quod ſi Chriſtus ſub ipſe rebus pânis non eſt paſſibilis, nec morti obnoxius, ſic Viri Apoſtolici concionem ritè audientes, ita convertuntur, ut fiant impaſſibiles à rebus mundanis, & priſtinis erroribus ita convertuntur, & quaſi vi verborum induunt vitam immortalem. Undè non mirùm ſi Viris Apoſtolicis Eccleſia tantâ conferat privilegia.

Cajetan

TRACTATVS SECVNDVS

DE VIRTUTIBUS ET PRIVILEGIIS VIRORVM MISSIONARIORVM.

CAPUT I.

Romani Pontificis Sanctitas in eo commendatur. quod nunc non minus laboret ad fidem humanis mentibus inferendam ac fovendam, quàm olim.

MIRO orandi ritu uti-
tur S. Elias lib.3. Re-
I. gum cap.18. verſ. 42.
Pronus in terram po-
l.3 Reg. *ſuit faciem ſuam inter*
18.v.42 *genua ſua* Cur ô Eliâ
corpore ſic prono in
terram, & vultu ita inter genua in-
curvato oras? cùm juxta dictum
Poetæ.

Os homini ſublime dedit, cælumq́ tueri
Juſſit, & erectos ad ſydera tollere
vultus.

Cur illum vultum dignum imperio
inter genua abſcondis, totumque
corpus adhuc vegetum deorſum de-
primis? an torrè ad eas loci anguſtias
redactus es, ut infantium morem imi-
tati cogaris, qui in utero materno
concluſi talem corporis compoſitio-
nem & ſitum habent? Non ſanè, ſed
ut oſtendat ſuperiores, & maximè
Pontifices Romanos tanto onere gra-
vatos eſſe, ut vix ſe poſſint erigere ad
vacandum propriis ac neceſſariis ne-
gotiis, adeò ut de iis potius quàm de
aliis dicere liceat illud Job. cap. 9. *Job. c. 9.*
verſ. 13. *Sub quo curvantur qui portant* *verſ 13.*
orbem. Quæ verba D. Gregorius lib. 9. S.Greg.
moralium cap. 13. Superioribus &
Prælatis applicat. *Ipſi etenim orbem por-*
tant, qui curam præſentis ſæculi tolerãt.
Tantorum quippè pondera unuſquiſque
ſuſtinere compellitur, quantis in hoc
mundo principatur. Quis orbem magis
portat? quis curam præſentis ſæculi
ſeu orbis magis tolerat quàm Ponti-
fex Romanus? Quis pluribus præeſt?
quis pluribus principatur? Quot prin-
cipatur, tot ſuſtinet, tot in humeris
ſuis portat: ita ut nemo verius dice-
re poſſit illud Apoſtoli 2. Corinth. *2. Corin.*
cap 1. verſ. 28. *Inſtantia mea quoti-* *c.1.v.28*
diana ſollicitudo omnium Eccleſiarum.
Unuſquiſque noſtrùm illum ſic affa-
ri poteſt lib. 4. Reg. cap. 2. verſ. 12. *l.4 Reg.*
Pater, pater mi, currus Iſrael, & auriga *2. v.12.*
quomodo

Digitized by Google

ejus. Si pater eſt, quomodò currus, quomodò auriga? Pater eſt nomen amoris, auriga nomen ruſticitatis, currus vilitatis. Si ſit Pater nequit eſſe auriga vel currus: quia Pater ſupponitur habere proles, Auriga jumenta, Currus ſarcinas vehendas? Nihil refert Eliſæus vocat Eliam Patrem ſuum aurigam & currum. Ipſemet Rex Joas iiſdem nominibus honoris gratiâ afficit Eliſeum: Iiſdem titulis ſummum Pontificem unuſquiſque noſtrûm affari poteſt, quia non tantum paterno amore Chriſti gregem proſequi debet, ſed etiam illum regere, humeriſque ſuis geſtare, ita ut non eſſet verus & ſanctus Pater, niſi eos quos diligit regeret ac portaret. Huic explicationi favere videtur Drogo Oſtienſis de Sacramento Dominicæ Paſſionis. *Pater mi, Pater mi: O vox affectuoſa! Currus Iſrael & auriga ejus, portat & regit, ſuſtinens & gubernans.* Romanus Pontifex Pater eſt Iſrael & tamen ſervus ſervorum, & tamen currus: quia quotquot ſumus ſuis humeris portat, cùm omnium noſtrûm maximam animi ſollicitudinem gerat, ita ut de illo dicendum ſit quod D. Gregorius lib. 2. in Ezechielem cap. 21. ſcribit de Eliâ. *Quid eſt fratres, quod Elias currus Iſrael & auriga dicitur? niſi quia auriga agitat, currus portat? Doctor ergò quia mores populi per pænitentiam ſuſtinet, & ſacri eloquii verbis docet; & currus dicitur & auriga. Currus quia tolerando portat: auriga quia exhortando agitat: Currus quia mala ſuſtinet: Auriga quia populum bonis admonitionibus exercet.* Quid aliud Pontifex Romanus agit quàm agitare, quàm portare, quàm mores populi per patientiam ſuſtinere, quàm illum ſacri eloquii verbis & admonitionibus inſtruere? Meritò Divus Antoninus 3. part. tit. 22. cap. 8. refert Adrianum III. Pontificem maximum ſolitum dicere. *Romano Pontifice nemo eſt miſerabilior, conditione ejus nulla miſerior. Sponſa eſt Cathedra Romani Pontificis, tantaq; molis ut robuſtiſſimos premat, terat, & comminuat humeros, & benè ſe dicit, non tam nuncupativè, quàm etiam ſubſtantivè ſummum Pontificem, ſervum ſervorum Dei.*

Drogo Oſtienſis

S. Greg.

S. Anton.

Quomodò ſummus Pôtificatus cum ſervitute omnium miſerrimâ cohærere poteſt? potius dicere debuerat ſummum Pontificem eſſe omnium principum Principem? Non fallor (inquit) cùm voco eum ſervum ſervorum Dei. Non nuncupativè, ſed ſubſtantivè illud nomen ei competit, quia non uni vel alteri homini ſervire debet, non debet proſpicere uni atque alteri Provinciæ, vel parti mundi, ſed omnibus.

Id ni fallor innuiſſe videtur textus ſacer lib. 1. Regum cap. 10. verſ. 30. ubi de electione Saulis in Regem agitur. *Cecidit ſors ſuper tribum Benjamin.* Ex quâ ſcilicet Saul erat oriundus. Hebræus apud Cajetanum habet. *Capta fuit tribus Benjamin.* Subjungit *quod fuit capta familia, & quod fuit captus Saul: & certum eſt quod non ſignificatur capta perſonaliter perſona Saul, cum eſſet abſens: & multò minus nec ſit capta tribus aut familia.* Quâ ergò captivitate irretitus fuit Saul? quâ libertate privatus? Non corporali, ſed quaſi civili & ſpirituali, quæ omnem aliam ſervitutem ſuperat: nulla enim major captivitas & ſervitus quàm aliis dominari & imperare; quod de regimine ſpirituali veriſſimû eſt. *Ecce* (inquit Job. cap. 26. verſ. 5.) *gigantes gemunt ſub aquis.* Quid per gigantes intelligis? Superiores, qui quò magis evehuntur, magis onerantur, quò magis dominantur magis ſerviunt. D. Gregorius lib. 17. moral. cap. 12. *Quantò quis altius erigitur, tantò curis gravioribus oneratur; eiſq; ipſis populis mente & cogitatione ſupponitur, quibus ſuperponitur dignitate.* Expende illa verba *quanto quis altius, &c.* Nonnè tantò majoribus titulis honoratur, tantò majorem comitatum habet, tantò ampliores opes cõgregar, tantò auguſtiora palatia habet, tantò plures ad ipſum undique legati confluunt, ut ipſi congratulentur, & ſolita humanitatis, benevolentiæ, & ſubmiſſionis obſequia offerant? minimè, ſed tantò curis gravioribus oneratur. Undè Job rectè præponit iſtam particulam *Ecce*, quaſi diceret, falleris dum exiſtimas iſtum gigantem, iſtud caput Eccleſiæ lætari.

II. 1. Reg. 10. v. 30

Cajetan.

Iob. c. 26 verſ. 3.

S. Greg.

ſibiq; communicari cupiebat. Pluris faciebat eos, qui creatori ſuo aliquas animas aberrantes ad Eccleſiæ gremium revocaſſent, & Chriſto lucrati eſſent, quàm qui varia ſupplicia paterentur. Cùmque illorum laboribus compateretur, eorum neceſſitatibus conſulere ſtudebat. Quod ſi hi malè valerent, pro eorum incolumitate Deum enixius orabat, & ab omnibus ſuis Monialibus id charitatis genus præſtari volebat, quo brevi priſtinam valetudinem recuperarent. Si quem verò horum intermori contingeret, deceſſum ejus lacrymis, & teneriore affectu proſequebatur. Deus hunc zelum ſibi gratiſſimum eſſe manifeſtavit dum poſt obitum eam (inquit Ribera lib. 5. cap. 4. lib. 5. cap. 4. vitæ ejus) cuidam Moniali in ſpecie glorioſâ cingulo multis pyropis rutilantibus fulgido accinctam exhibuit. Quam Monialis demirata, & quid tot unionibus exornata zona deſignaret ſciſcitata, audivit hanc zonam illi conceſſam ob ardentem Eccleſiæ & animarum zelum, quo ſemper flagravit.

Archiepiſcopatus Burgenſis.

VI. Anno 450. Palentiæ S. Turibius Epiſcopus Aſturicenſis ope S. Leonis Papæ hæreſim Priſciliani ex Hiſpaniâ penitus profligavit, inquit Romanū Martyrologium 16. Aprilis. Exſtat inſignis ejuſdem S. Leonis epiſt. 93. ad Turibium Epiſcopum Aſturicenſem conſcriptâ adverſus hæreſim Priſciliani iterùm pullulantem, quâ etiam idem ſcribit de cogendâ Synodo Toletanâ, quâ omnes Priſciliani errores reciſi ſunt.

Pampelonenſis Diæceſis.

VII. Anno 1542. Diœceſis Pampelonenſis edidit S. Franciſcum Xaverium nobili proſapiâ inſignem, ac virtute nobiliorem. Cùm enim Joannes Rex Luſitaniæ aliquot naſcentis Societatis Jeſu viros à Paulo III. Romano Pontifice pro Indiis excolendis poſtulaſſet, Franciſcus animarum zelo incenſus præ aliis eligitur, eò appulſus illicò variarum gentium difficillimis & variis linguis divinitus inſtructus apparuit: imò eum quandoque unico idiomate ad diverſas gentes concionantem, unaquæq; ſuâ linguâ loquentē audivit. Provincias nudis pedibus ſemper obivit, fidem Japoniæ, & ſex aliis Regionibus invexit, multaque hominum centena millia in Indiis Chriſti jugo ſubjecit, magnoſque Principes ac Reges complures ſacro baptiſmate regeneravit. Undè meritò Indiarum Apoſtolus à Romano Martyrologio nuncupatur, & in Collectâ ejus canit Eccleſia. *Deus qui Indiarum gentes B. Franciſci prædicatione & miraculis Eccleſiæ tuæ aggregare voluiſti, &c.*

Archiepiſcopatus Luſitaniæ.

. Luitprandus in Fragmentis num. 255. apud P. Lezanam ſupra ſcribit Exſuvium S. Marci diſcipulum Luſitanis Chriſti fidem annuntiaſſe anno 64. *Eſt autem auctor, qui credat Exſuvium S. Marci diſcipulum poſt ejus mortem prædicaſſe Evangelium Centumcellis in Luſitaniâ.* Lezana notat quod in margine habetur aliàs Caurofoliæ. *Poſtq; rediiſſe ſolum in Cyprum, ubi conſtitutus eſt Archiepiſcopus, maximorum patrator miraculorum dictus eſt propter ejus opera.* Conſtat ex vitâ ſancti Franciſci Xaverii à Turſellino & aliis conſcriptâ Luſitanos ad Indiarum converſionem, multos viros doctrinâ & zelo religionis propagandæ conſpicuos, imò & opes ſubminiſtraſſe. VIII.

Archiepiſcopatus Sardaniæ.

Anno 294. Turribus in Sardaniâ (inquit Martyrologium Romanum 25. Octobris) *Sancti Martyres Protus Presbyter, & Ianuarius Diaconus à S. Caio Papa ad eam inſulam miſſi tempore Diocletiani ſub Barbaro Præſide conſummati.* IX.

India.

De Indiis poſt D. Thomam & alios Apoſtolos ſupra citatos, Romanum Martyrologium nullius Indiarum Miſſionarii mentionem facit, niſi anno 370. *Sancti Frumentii Epiſcopi, qui ibi primum captivus, deinde Epiſcopus à S. Athanaſio ordinatus, Evangelium in eâ Provinciâ propagavit.* Romanum Martyrologium 27. Octobr. Menologium Græcum pridie Calendas Decembris, Socrates lib. 1. cap. 15. Sozomenus lib. 1. cap. 2. 5. X.

Theodoretus lib. 1. cap. 23. & alii. Seriem eorum, qui non tantùm ex Societate Jeſu, ſed etiam ex aliis Ordinibus & Statibus Eccleſiaſticis in vaſtiſſimis Indiarum Orientalium & Occidentalium regionibus & regnis copioſiſſimam animarum meſſem in horrea Eccleſiæ invexerunt, vide in eorum annalibus.

§. 7.

Miſſiones Angliæ.

Archiepiſcopatus Cantuarienſis.

I. De 15. Martii Rom. Martyrol. meminit *S. Ariſtobuli Apoſtoli, qui curſu prædicationis peracto Martyrium conſummavit*. Eum miſſum fuiſſe in Angliam referunt Menologiũ Græcum, Dorothæus in Synopſ. Lumine fidei Chriſtianæ ferè extincto S. Gregorius Papa pro ſuâ paſtorali ſollicitudine ſpecialiter laboravit ut Angli ad Chriſti jugum & ovile reducerentur. Undè (inquit Romanum Martyrologium 12. Martii.) *ob res præclarè geſtas, atque Anglos ad Chriſti fidem converſos Magnus eſt dictus, & Anglorum Apoſtolus appellatus.* Illuc & præcipuè Cantuariam S. Auguſtinum Epiſcopum unà cum aliis ab eodem Gregorio Papâ miſſum, Chriſti Evangelium prædicaſſe, ibique virtutibus & miraculis glorioſum obdormiſſe in Domino teſtatur Romanum Martyrologium 26. Maii. De legatione Auguſtini & ſociorum, & eorum prædicatione, miraculis, & Anglorum converſione agit S. Gregorius in regiſtro lib. 5. epiſt. 53. uſque ad 59. lib. 7. epiſt. 112. libr. 9. epiſt. 48. uſque ad 60. epiſt. 71. & lib. 12. in fine, Baronius ad annum Chriſti 596. num. 2. Anno 655. Cantuariæ S. Theodorus Epiſcopus à Vitaliano Papâ in Angliam miſſus doctrinâ & ſanctitate refulſit, Roman. Martyrologium 19. Septembr. Sanctus Mellitus Dorovernenſis Epiſcopus à S. Gregorio in Angliam miſſus Orientales Saxones & Regem ipſum convertit ad fidem. Anno 621. S. Juſtus Epiſcopus cum SS. Auguſtino, Mellito & aliis à Beato Gregorio Papâ ad eam Inſulam miſſus ad prædicandum Evangelium, ibidem ſanctitate celebris in Domino quievit Roman. Martyrol. 10 Novembr.

Archiepiſcopatus Eboracenſis.

II. Idem ad annum 625. num. 3. deſcribit Anglorum Borealium converſionem hac occaſione factam. Præerat Anglis Borealibus Rex Eduvinus gentilis, nuptias appetens Edelburgæ Chriſtianæ Virginis ſororis Eadualdi Cantiorum Regis Chriſtiani; illis hac conditione potitus eſt, ut eandem conjugem ſuam cum omnibus, qui eam comitarentur cultum religionis Chriſtianæ ſervare permitteret. Miſſus igitur cum ea Paulinus, qui olim à S. Gregorio Papa unà cum Mellito Juſto aliiſq; in Angliam miſſis hoc anno ab eodem Juſto Dorovernenſi Epiſcopo creatus eſt Eboracenſis Epiſcopus, in qua Civitate Eduvinus morabatur. Eodem anno, & ſeq. 626. 634. 635. 640. 644. 653. 697. de ejuſdem fidei propagatione fusè diſſerit de S. Paulino Eboracenſi Epiſcopo, Rom. Mart. 10. Octobr. Ex eâdem Angliâ olim miſſi ſunt Leodium noſtri PP. Carmelitæ ejus Diœceſim verbo & exemplo inſtructuri; ut patet ex cõmendatione Innocentii IV. Papę ad Henricum ab Gueldriâ Epiſc. & Principem Leodicñ. relatâ de verbo ad verbũ in Speculo noſtri ordinis.

§. 8.

Miſſiones Scotiæ.

I. Palladius S. R. E. Diaconus apud Baronium anno 429. numer. 2. fertur, quod Scotos ad Chriſti fidem converterit, & ex munere Apoſtolico eſt Apoſtolus Scotorum nuncupatus. Quod tamen (inquit idem Baronius) ita intelligendum eſt, ut Cœleſtinus Papa primum illis Epiſcopum Palladium ordinaverit, qui Scotos illos, qui adhuc gentilitio ritu vivebant, reddiderit Chriſtianos omneſque ſub uno Paſtore, unoque ovili collegerit: cùm alioqui ipſam Scotiam jam à tempore Victoris Papæ & Martyris Evangeliũ anno 209. ex parte accepiſſe omnes cõſentiant.

Digitized by Google

§. 9.

Miſſiones Hiberniæ.

I. ANno 429. Palladium S. R. E. Diaconum navigaſſe in Hiberniam, & illic prædicaſſe mandato Cœleſtini Papæ probat Baronius ex Probo in rebus geſtis S. Patritii, nominantis eundem Palladium Archidiaconum Cœleſtini. Cœterùm Palladio morte prævento S. Patritius cœptum ab eo opus abſolvit.

Anno 431. S. Patritius poſtquam aliquot annos ſub diſciplina S. Martini exegit, & à S. Germano Antiſiodorenſi Epiſcopo ſacris litteris imbutus fuit, vocatus à Deo ad Hibernorum converſionem, non prius illuc ſe contulit, quàm Romam ad Cœleſtinum Papam acceſſerit, accepturus ex more à Sede Apoſtolica ad ejus gentis converſionem Apoſtolatum. Probus ait eum obiiſſe anno 491. ætatis 132. *Et qui vivens* (inquit Baronius) *prædicatione, poſt obitum magis illas regiones miraculis illuſtravit.*

§ 10.

Miſſiones Africæ.

I. ANno 44. Simon Cananæus, qui & Zelotes dictus eſt, in Meſopotamiam profectus illis populis Evangellum annunciavit, ita Beda. Profectum etiam eſſe in Ægyptum, Africam, & Britanniam tradunt Nicephorus lib. 2. cap. 40. Dorotheus in Synopſi. Quos ſequuntur Græci in ſuo Menologio. S. Auguſtinus de unitate Eccleſiæ cap. 15. Salvianus de providentia lib. 7. cōſtanter affirmant Africanos ab Apoſtolis accepiſſe Evangelium. Metaphraſtes die 29 Junii contendit Petrum Apoſtolum poſt ordinatam Eccleſiam Romanam, cœterasque complures in diverſis locis erectas, tandem veniſſe Carthaginem. S. Auguſtinus epiſt. 162. & S. Gregorius 3. epiſt. 23. videntur affirmare Africanos ſuſcepiſſe Evangelium ab Eccleſiâ Romanâ. Innocentius 1. epiſt. ad Decent. ſcribit nonniſi à D. Petro miſſos fuiſſe Viros Apoſtolicos, qui gentem illam Evangelio imbuerent.

CAPUT VI.

Primi Tractatus Concluſio, Seu Caput ultimum: quàm Miſſio ſit Deo grata.

I. EX Præfatis patet quantum ad ſanctimoniam Eccleſiæ promovendam Miſſiones conducant, & quàm grati ſint Deo, qui vitam & ſtudia in hoc opus Apoſtolicum impendunt. Undè D. Thomas 2. 2. quæſt. 188. art. 4. in corpore oſtendit ad ea explenda, quæ ad animarum ſalutem ſpectant convenientiſſimum eſſe aliquas inſtitui Religiones ad Conciones habendas; fideliumq; Confeſſiones excipiendas. Ratio eſt quia convenienter Religio inſtitui poteſt ad opera vitæ activæ ſecundùm quod ordinatur ad utilitatem proximorum, & ad obſequium Dei; ac conſervationem cultus divini. Magis autem procuratur utilitas proximorum per ea, quæ ſpectant ad animæ ſpiritualem ſalutem, quàm per ea, quæ pertinent ad ſubveniendum corporis neceſſitati, quantò ſpiritualia corporalibus ſunt potiora. Undè eleemoſynæ ſpirituales ſunt potiores corporalibus. Hoc etiam magis pertinet ad obſequium Dei, cui nullum ſacrificium eſt magis acceptum quàm zelus animarum, ut S. Gregorius docet homil. 12. in Ezechielem. Majus eſt etiam ſpiritualibus armis contra errores hæreticorum, & dæmonum tentationes fideles defendere, quàm armis corporalibus populum fidelem tueri, & ideò convenientiſſimum eſt ad prædicandum, & ad alia hujuſmodi, quæ ad animarum ſalutem ſpectant aliquam Religionem inſtitui.

II. Articulo 5. in corpore concludit conveniens eſſe, ut inſtituantur Religiones, quæ ſtudio bonorum artium & ſcientiarum vacent. Inter cœtera neceſſarium eſt ſtudium litterarum Religioſis inſtitutis ad prædicandum,

&

Digitized by Google

& alia hujuſmodi exercenda. Undè Apoſtolus ad Timotheum dicit de Epiſcopo (ad cujus officium hujuſmodi actus pertinent) amplectentes eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrinâ ſanâ, & eos, qui contradicunt arguere. Nec obſtat, quod Apoſtoli abſque ſtudio litterarum ad prędicandum ſunt miſſi Quia (ut Hieronymus dicit epiſt. ad Paulinum) *quidquid aliis exercitatio, & quotidiana in lege Dei meditatio tribuere ſolet, hoc illis Spiritus ſanctus ſuggerebat.*

III. Articulo 6. in corpore docet, quod ſummum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ & proximæ ſunt perfectioni Epiſcoporum, ſicut & in aliis rebus fines primorum conjunguntur principiis ſecundorum, ut dicit Dionyſius cap. 7. de divinis nominibus. At tales ſunt quatuor Ordines Mendicantium, & qui cum eis privilegiorum communicationem habent, inquit P. Lezana tomo 1, quæſt. regul. cap. 1. num. 17. & tomo 2. cap. 1. num. 10. & 11. poſt D. Thomam opuſc. 19. cap. 4. cap. 10. & 11. Bannes 1. 2. quæſt. 33. art. 3. Thomam à Jeſu in cap. *non dicatis*; Suarez tomo 4. de Relig. tract. 6. lib. 1. cap. 8. Azorium tomo 1. inſtitut. moral. lib. 13. cap. 1. quæſt. 4. & 5. Sotum de juſtitiâ, quæſt. 2. art. 1. Panormitanum cap. *cauſam.* Probatur ex Concilio Meldenſi cap. 3. Rhotomagenſi cap. *Borchardum*, lib. 1. cap. 88. extravag. ſuper *Cathedra*, §. *final.* eodem tit. juncto cap. *Inter cætera de officio ordinarii.* Secundò, ratione: Mēdicantes ex præcepto charitatis tenentur ſubvenire proximorum ſaluti ſuis lectionibus, concionibus, confeſſionibus, aliorumque Sacramentorū adminiſtratione. Tertiò, quia finis illorum eſt ſalus animarum. Quartò, quia ſunt Coadjutores Epiſcoporum, quorum hoc munus proprium eſt. Quintò, in hoc diſtinguuntur Mendicantes à Monachis, quod illi profiteantur ſtatum vitæ mixtæ, Magdalenam, & Martham imitentur in contemplatione & actione, præſertim in ſalute proximi procurandâ, finis autem Monachorum ſit contemplatio & ſolitudo. Sextò, ex D. Thomâ & Azorio, Mendicantes in civitatibus, & oppidis ſua Monaſteria extruunt, ac proindè civium tumultibus exponuntur, ut faciliùs proximorum ſaluti invigilent, & eorum largitionibus adjuventur: quod non competit Solitariis, qui ex profeſſo ſalutem animarum non procurant, & augent, bonaque ſtabilia in communi poſſidēt. Septimò, magis aſſequuntur finem incarnationis & gradus Apoſtolici, ſcilicet converſionem & ſalutem animarum. Octavò, Undè in ſuis templis multas ſedes confeſſionales, & ſuggeſtus concionarios collocant.

Hunc zelum ſibi gratiſſimum eſſe, eamque Religionem ſanctam ſibique gratiſſimam eſſe innuit Sponſus dum ſponſam ſuam invitat ad curſum & converſionem animarum, Canticor. cap. 2. verſ. 10. *Surge propera mea; columba mea, formoſa mea.* Ghiſlerius in expoſit. 2. *Eccleſia ſancta quàm maximè perſuadet ut ad prædicandum Evangelium ſurgat & properet, eam verò ob id in primis formoſa & pulchra dicitur: quia ex eo quod Apoſtoli velociſſimè ad hoc munus obeundum cucurrerunt pedibus pulchra eſt. Hinc eſt quod apud Iſaiam, dum ejus commendatur pulchritudo, haud aliundè commendatur, quàm ex hujuſcemodi pulchritudine pedum. Sic enim dicitur cap. 52. verſ. 3. quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem. Quæ verba Paulus Apoſtolus Rom. cap. 10. verſ. 15. aptans ſic citat. Quam ſpecioſi pedes evangeliſantium pacem, evangeliſantium bona, &c* Differunt tamen Religioſi Societatis Jeſu ab aliis, quod illi ſpeciale votum emittant circa miſſionē ad partes infidelium, ut habetur in bullis Pontificum, & Conſtitutionibus iſtius Societatis. Alii Religioſi minimè. Undè (inquiunt Suarez tomo 4. de religione tractat. 10, lib. 6, cap. 4. num. 4. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 6 cap. 18. num. 1. Noſter Lezana tomo 2. quæſt. regul. cap. 4. num. 10. Religioſi Societatis habent novam obligationem extenſivam

IV.

Cant. 2. verſ. 10.

ſivam ultra reliquos Religioſos, qui vi voti obedientiæ ab ipſis emiſſi tenentur obedire Papæ tanquam ſupremo generali omnium Religionum, ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 186. att. 5. ad 3. Banues 2. 2. quæſt. 11. att. 10. dub. 6. Noſter Lezana tomo 1. quæſt. regul. cap. 4. num. 31. & tomo 2. cap. 4. num. 10 Ratio eſt, quia ſummus Pontifex eſt ſupremus Generalis omnium Religionum, cùm omnis poteſtas juriſdictionis Generalis & aliorum Prælatorum Religioſorum ab illo derivetur, atque ita per votum obedientiæ illi ſubduntur.

V. Addunt Thomas à Jeſu tract. 3. de viſitat. Regul. cap. 17. num. 7. Lezana num 31. citato, idem dicendum de S. Congregatione Cardinalium ſuper Regulares, quia fuit ſpecialiter inſtituta à Sixto V. & aliis Pontificibus pro regimine Regularium. Id tamen intelligitur in iis, quæ concernunt regulam; ſed ire in Indias, aliaſque partes infidelium, ad eos cõvertendos non concernit regulam, ſaltem regulariter. Ita Ludovicus Lopez 1. part. inſtruct. cap. 56. Rodriguez tomo 2. cap. 9. num. 5. & tomo 3. quæſt. 19. art. 7. Lezana tom. 1. quaſt. regul. cap. 4. num. 15. & tomo 2. cap. 4 num. 10. Dato etiam, quod in illo caſu ex vi ſuæ inſtitutionis mendicantes tenerentur: quia ex dictis vi ſuæ inſtitutionis ordinantur ad ſubveniendũ proximo modo præfato, non tamen eo modo quo PP. Societatis, qui pollicentur ſe profecturos *ſine excuſatione non petito viatico quocumque gentium, &c.* Ita Suarez ſupra cap. 4 num. 22. Sanchez ſupra num. 5. Lezana tomo 2. numer. 10. Reliqui fideles non tenentur obedire Papæ eos mittenti ad verbum Dei ſeminandum in terris infidelium: præcipuè valdè remotis, niſi in caſu raro & ſpeciali, in quo neceſſitas boni communis id exigeret. Ita Sanchez & Lezana jam citati. Eſto quod in illo caſu tenerentur obtemperare Pontifici id præcipienti, hoc non eſſet ex vi voti obedientiæ: ſed ratione juriſdictionis, quam Pontifex habet in illos. Ita Lezana ſupra poſt Suarem.

Quod Carmelitæ etiam ex vi regulæ modo quodam ſpeciali teneantur patet ex cap. 11. *Dominicis quoque diebus, vel aliis ubi opus fuerit de cuſtodiâ Ordinis & animarum ſalute tractetis,* ſcilicet *proximi.* Vide V. P. Joannem Soreth Generalẽ, Hieron. Gratianum, Thomam à Jeſu Id confirmat revelatio facta S. Cyrillo Generali noſtri Ordinis, cui (ut teſtatur Saracenus in ejus vitâ) & cunctis Carmelitis miſſiones ſuadet his verbis, *Vrbem universũ illuſtrate*, nempè verbo & exemplo. Quod S. Propheta Elias habuerit ſpiritum miſſionum patet ex iis, quæ diximus ſupra de miſſionibus Apoſtolicis & earum ſignis. Deindè ex iis, quæ Scriptura prædicit de ſecundo Christi adventu. *Ecce* (inquit Deus per Malachiam cap. 4. verſ. 5.) *ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.* S Hieronymus, & ex eo Remigius. *Eliam dicit eſſe mittendum, &c.* Et mox. *Mittet Dominus in Eliâ, &c.* Quis finis huius miſſionis? Eccleſiæ ſanctimonia. *Et convertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres.* Vel ut Siracides cap. 48. veſ. 10. *Veniet Elias conciliare cor Patris ad filium, & reſtituere tribus Iacob.* Et Chriſtus Matthæi cap. 17. *Elias venturus eſt, & reſtituet omnia.* Ideſt (inquit Cornelius) poſt S. Hieronymum in illum locum, S. Auguſtinum lib. 20. de civit. cap. 9. Toletum cap. 1. Verſ. 17. *Elias cor, ideſt mentem Patrum transferet in filios idem cor, ideſt eundem animum, fidem, deſiderium, & devotionem erga Chriſtum, quam habuerunt eorum Patres, ut eorum filii imitentur, & æmulentur. Quaſi diceret ſuâ prædicatione reſtituet & revocabit fidẽ & devotionem Patrum Patriarcharum ſcilicet & Prophetarum antiquorũ erga venturum Meſsiam in filiis, ideſt in poſteris, ut & ipſi vivâ fide, & ardenti ſtudio Chriſtum quaſi Meſsiam jam præſentem amplectantur. Itaque ignitum erga Chriſtum deſiderium jam multis ſeculis per infidelitatem & ſcelera extinctum accendet in filiis, &c.* Vel ſecundùm S. Hieronymum, Remigium, Rupertum, Elias ſuâ prædicatione & zelo efficiet, ut Judæi in fine mundi imitentur

VI.

Malach. 4. v. 5.

Corcel.

tentur ſuos Patriarchas, ut ſicut ipſi crediderunt, ſperarunt, ſummèque deſiderarunt, & amarunt Chriſtum venturum, Ita filii eorum credant, ſperent, ſummèque deſiderent eum præteritum, imò præſentem. Seu In fine mundi erit cor, ideſt animus, fides, pietas in Chriſtum, quod fuit Patrum, &c. Vel (inquiunt Rabbi David, Rabbi Salomon, Aben Eſra, Vatablus, Arias) Alphonſus à Caſtro innuit Propheta omnes tam Patres quàm filios convertendos ad unam fidem & religionem ſtudio & zelo Eliæ. Vel (ut volunt S. Chryſoſtomus, Euthymius, Theodoretus In cap. 17 Matthæi, S. Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 27.) convertet cor Judæorum ad Chriſtum & Apoſtolos, qui ſunt filii Judæorum, & cor Chriſtianorum ad Judæos. Judæi enim ſunt primi Chriſtiani, & qui Chriſti fidem amplexi ſunt, ſic fides & religio Chriſtiana erit communis Judæis & Gentilibus, ita ut ſint habituri eundem animum, eandem fidem, religionem, eundem Chriſti cultum. Quâ auctoritate illam functionem Apoſtolicam exercebunt à Deo Immediatè acceptâ. *Habebunt* (inquit Cælius Pannonius ibi) *Enoch & Elias auctoritatem, tanquam ab ipſo Deo immediatè conſtituti, qui Eccleſiam Dei tunc moderabuntur juxta vaticinium hujus ſcripturæ, ſicut olim Petrus & cum eo Paulus, Petrus in auctoritate ſedis, Paulus in auctoritate ſermonis.*

VII. De hac mirabili converſione tunc per Eliam & Enoch ejus ſocium ſanctus Joannes Evangeliſta hæc vaticinatur Apoc. cap. 11. verſ. 4. *Hi ſunt duæ olivæ.* Arabica verſio. *Hi ſunt duæ radices olivarum.* Noſter Sylveira ibi in expoſit. *Succulenti, pingues, & fertiles, pleni ac ſpecioſi bonorum operum & fructuum.* Quia (inquit ibi quæſtione 14. numer. 140.) tempore Anti-chriſti, in quo futura eſt in terris magna impietas; & omnium bonorum ſterilitas, has Deus profert olivas uberes, pulchras, fructiferas, atque ſpecioſas, ut ſtent in conſpectu ſuo, ut ſuâ ubertate excludant hominum ſterilitatem, ſuâ pulchritudine turpitudinem, ſuis fructibus opera venenata ac perverſa, atras monſtruoſaſque larvas juxta illud Jeremiæ oraculum cap. 11. verſ. 16. *Olivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocavit Dominus nomē tuum* Ierem. c. 21. v. 16 Subdit Sacer Textus. *Et duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes* Idem Sylveira quæſt. 15. ſplendore exempli, luce doctrinæ, ac radiis miraculorum futuri ſunt candelabra. Ut ergò ſepticeps candelabrum In ſancto Templo ad magnificentiam & gloriā Dei, Ita Elias & Enoch futuri ſunt in Eccleſiâ candelabra. Et ſanè tempore maximè nubilo & tenebroſo mundo neceſſaria ſunt candelabra ad Dei gloriam, ad exaltationem ac magnificentiam fidei ejus. Id enim præſtabunt quod candelabrum templi præſtabat in ſancto ſanctorum, ubi ob defectum feneſtrarum cùm nulla eſſet ibi lux, multipliciter illud illuminabat. Ita hi duo ſancti multipliciter illuminabunt Eccleſiam exemplo, prædicatione, miraculis, depellentque errorum tenebras, quando ubique erit cœca nox. Illi arridens Rupertus. *Candelabra in quo ſunt? in eo videlicet, quod in illis diebus tam nigris, tam tenebroſis clarâ Prophetiâ ſuâ ſivè Prædicatione lucebunt, ita ut fieri non poſſit, ut in errorem inducatur quiſpiam electorum.* Iterùm Sylveira ſubdit. *Iſti ergò duo teſtes tanquam Legati & Apoſtoli Dei ejus fidem prædicabunt, Eccleſiam reſtituent Judæis & Gentibus, & dicuntur ſtare à dextris & ſiniſtris, quia undique Eccleſiam Dei defendent, & corroborabunt.*

Hunc ſpiritum miſſionum ſanctus VIII. Propheta Elias in Ordine ſuo Prophetico in ſingulis ſæculis manifeſtavit in Eliſeo ſucceſſore ac immediato ipſius diſcipulo, ut patet ex dictis, in Rechabitis, Aſſidæis, Eſſenis, urgente neceſſitate relinquentibus ſolitudinem tèmpore antiquæ legis ad procurandam ſalutem animarum, & poſt Chriſti paſſionem, qui (ex dictis ſupra) Eccleſiæ infantiam ad adoleſcentiam ſuis prædicationibus, ſcriptis mirabiliter promoverunt tam in Oriente quam in Occidente, ut fatetur Xiſtus V. in mari magno noſtri ordinis. *Xiſtus Epiſcopus, ſervus*

ſervorum Dei ad perpetuam rei memo-
Xiſtus 4. *riam. Dum attentâ meditatione penſamus, &c. Dignâ memoriâ recenſemus ordinem ipſum & illius perſonas, ſub Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ protectione immediatè exiſtentes, & inter cæteros Regularium Ordinum Profeſſores, in firmamento Eccleſiæ fidei militantis, tanquam Religionis ſpeculum & exemplar ſpeciali charitate fulgentes, ſanctorumq́ Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes, fructus quoque uberes, quos dictus ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ in propagatione Religionis & fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, & poodueit, ac in futurum producturum indubitanter ſperamus, &c.* Expende hæc verba. *Vberes fructus quos ſemper hic ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ, &c. hactenus produxit.* Scilicet per Eliam, Eliſeum, Rechabitas, Eſſenos, Eſſæos tum in veteri, tum in novâ lege *producit*: per Angelum, Albertum, Petrum Thomam, Andræam Corſinum, Thomã Waldenſem, Thereſiam, Mariam Magdalenam de Pazzi, & reformationes in Ordine introductas non ſolùm ad reſtaurandam regularem diſciplinam, ſed etiam ad ſubminiſtrandos Eccleſiæ miniſtros, qui Eccleſiæ fidem & ſanctimoniam promoveant.

IX. Accedit Henricus ab Gueldriâ Epiſcopus ac Princeps Leodienſis, qui de hujus Ordinis ubertate ac fœcunditate hæc profert. *Henricus Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis. Dilectis in Chriſto filiis, Priori Fratrum B. Mariæ de Monte Carmeli domus, quæ eſt Leodii, Salutem in Domino ſempiternam. Cùm Ordinis veſtri generoſa plantatio ab antiquo longè lateq́; diffuſa laudabilis converſationis odore multos Religioſos, flores ac fructus pretulerit, extendens uſque ad trans mare propagines ſuos, & tam in Civitate Leodienſi noſtris initiata temporibus nondum robuſto conſiſtat in ſtipite: propter quod conſolationis opportunæ ita egeat ubiribus, irriguisq́ fomentis, Nos veſtris ſupplicationibus grato conſentientes aſſenſu, veſtræq́ conſolationis participes eſſe cupientes, ac piè conſiderantes, quod à laude Dei ſilere non debeat lingua carnis.* Cõſequenter dat facultatem fidelium confeſſiones excipiendi, Verbum Dei prædicandi, aliaq; munia exercendi ad ſalutẽ animarum & Eccleſiæ augmentum, ſanctificationem concernentia, ut patet ex verbis præcedentibus *Cùm Ordinis veſtri generoſa plantatio, &c. multos Religioſos flores ac fructus protulerit extendens uſque ad trans mare propagines ejus.* Non tam Monaſteriorum ædificatione quàm Virorum Apoſtolicorum miſſione. Idem expertus quantum fructum eorum prædicationibus populus percipiat, alio diplomate ait. *Authoritate vobis præſentium indulgemus ut populum ad audiendum verbum Dei confluentem ex more ſpiritualibus muneribus ad benè faciendum officioſius invitetis conferendi quadraginta dies indulgentiarum in ſingulis prædicationibus veſtris omnibus, qui ad audiendum acceſſerint, auctoritate, quâ fungimur, omnibus & ſingulis à Priore ſubſtitutis conferimus poteſtatem.*

P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate in 2. 2. D. Thomæ tract. 3. diſp. 8. dubio 6. ſcribit S. Thereſiam Diſcalceatorum familiam inſtituiſſe, ut Eccleſiæ ſubminiſtraret miniſtros ad fidem Catholicam defendendam cõtra tunc pullulantem Calvini & Lutheri hæreſim, cui Apoſtolico officio ſe ſuasque Moniales conſecraſſet; ſi virginitatis ſexus non obſtitiſſet. Ejus filij Matris zelum imitantes varias miſſiones ad plurimas orbis partes inſtituerunt, ubi mirabilem animarum meſſem colligunt in Europâ, Aſiâ, Africâ, Americâ. Ubi plures Conventus & Reſidentias cum noſtris Patribus Provinciæ Turonicæ pro converſione infidelium habent. In conſtitutionibus ſtrictioris obſervantiæ pro reformatis in Ordine noſtro part. 1. cap. 21. num. 7. ordinatur ut aliquo tempore inſtruantur Studentes in interpretatione Sacræ Scripturæ, in addiſcendis controverſiis, linguis exteris, linguâ præſertim Græcâ & Hebraicâ, aliisque juxta decretum Sacræ Congregationis de propagandâ fide. Idem obſervatur à Patribus noſtris Diſcalceatis. X.

Pater

Digitized by Google

P. Philippus à Sanctiſsimâ Trinitate ſupra narrat quod P. Petrus à Matre Dei (cùm Clementis VIII. eſſet Concionator Apoſtolicus) dictum Pontificem inducere ſtuduit ad fundandam Congregationem de fide propagandâ, & ut aliquot ex noſtris Diſcalceatis in Regnum Perſarum ad converſionem infidelium mitteret. Et P. Dominicus à Jeſu Mariâ apud Gregoriũ XV. inſtitutionem de propagandâ conſilio & operâ promovit. Nam multa aureorum millia pro fundandis miſſionum reditibus ex piorum largitionibus collecta huic ſacræ Congregationi contulit. Undè dum vixit huic ſacræ Congregationi cum Eminentiſſimis Cardinalibus interfuit. Addit P. Philippus quod Alumni ſuæ Congregationis Italicæ ſingulis annis bis ſolenni ritu profeſsionem renovantes unuſquiſque firmum addit propoſitum ad terras infidelium pro eorum converſione ſe iturum. Quod ſi in Eremis aliqui orationi contemplativæ vacent, non impedit quin alii proximorum ſalutem miſsionibus procurent abſque detrimento vitæ contemplativæ.

X. Præfatas miſſiones figuraliter exprimit Regum hiſtoria lib. 4. cap. 4. ubi vidua pauperis Prophetæ obærati clamavit ad Eliſeum, opem poſtulans nè filii ſui in ſervitutem à creditore raperentur: nõ ut ſervi aut mancipia, ſed ut famuli & mercenarii, dum debita à parente contracta diſſolverentur. Neq; enim Hebræi ex lege vendebantur, niſi debitum ex delicto eſſet contractũ. Cùmq; Eliſeus intellexiſſet eam nonnihil olei habere apud ſe, quantulum ſufficeret ungendæ ſemel faciei vel capiti, jubet illam plurima vaſa corrogare à vicinis, in eaque infundere oleum ex lecytho ſuo jugiter manante, verſ. 3. *Vade, pete mutuò à vicinis tuis vaſa vacua non pauca*, ideſt quandoquidem non habeas vaſa, in quibus capiatur oleum ſufficiens ad ſolvendum debitum, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa valde multa, ſed quot ſunt tibi neceſſaria. Per viduam illã Eucherius accipit Eccleſiam, per Eliſeum Chriſtum, per creditorem diabolum, per vaſa vacua nõ pauca nationes exteras: per oleum, Evangelicam prædicationem & gratiam. *Mulier hæc vidua antiquam, anctorum Patrum, qui ſub lege vixerunt, ſignificavit Eccleſiam, quæ in adventu Salvatoris à præcepto quaſi à legitimo viro deſtituta, cum duobus ſuperſtitibus filiis, ideſt gemino populo derelicta eſt. Creditor hujus Eccleſiæ diabolus intelligendus eſt, qui humanum genus ante adventum Salvatoris per originale delictum, & quotidiana peccata obnoxium tenebat. Quæ Eccleſia parum olei in vaſculo tenebat, quia gratiam Evangelicæ prædicationis intra litteram legis & prophetiam veteris teſtamenti non revelatam apud ſe continebat. Poſtquam verò ad cognitionem veri Eliſei, hoc eſt Salvatoris noſtri pervenire promeruit, ejus conſultu à vicinis ſuis plurima vaſa vacua petiit: quia per Apoſtolorum prædicationem multitudinem credentium ex diverſis gentibus intra domum fidei ad ſe collegit.* Pondera hæc verba. *Per Apoſtolorum prædicationem multitudinem credentium*, non tantum ex gente unâ Judæâ, ſed *diverſis gentibus*, Græcis, Latinis, Gallis, Hiſpanis, Germanis, Anglis, Indis, &c. *intra domum fidei*, ſeu Eccleſiam *ad ſe collegit*. Subditque in confirmationem. *De oleo quoque, quod apud ſe habebat in cætera vaſcula transfudit, quia gratiam ſpiritalem per ora prædicatorum in cunctis gentibus mutavit, de quo oleo, ideſt divinâ gratiâ filios ſuos redemit quia per donum Spiritus ſancti, atque charitatis unctionem à perpetuâ ſervitute peccati ſemetipſam cum cunctis fidelibus liberavit.* Euchet.

XI. Hanc allegoricam explicationem aliquo modo ſequitur Berchorius in lib. 4. Regum. *Iſta mulier eſt Eccleſia, quæ ſcilicet duos filios, ideſt duos populos habuit, quos creditor diabolus, quotidie occidere, ſubtrahere & ſubjugare, & per diverſos errores, & per peccatum contendit, & per obligationem viri ſui mortui, ſcilicet Adæ ipſam & ejus filios ſibi per peccatum obligatos aſſeruit, atque duxit. Secundum pro certo iſta edocta ab Eliſeo, ideſt Chriſto, vaſa vacua, ſcilicet ſubditos & fideles, & Patres ſanctos Eccleſiæ primitivæ, qui ſcilicet vacui fuerunt, & pauperes in* Berchor.

4. Reg. c. 4. v. 3.

terrenis

terrenis, & aliis ſectis per prædicationem mutuò accepit, & modicũ olei, ideſt ſcientiæ, vel doctrinæ, vel divinæ ſcientiæ & gratiæ uſque ad ſummum implevit ita quod iſta mulier, ideſt Eccleſia de oleo ſcientiæ, ſanctitatis & gratiæ iſtorum creditori diabolo, & ejus membris hæreticis, & ſatisfecit, & filios fideles de ſuperabundantiâ ſpiritualiter nutrit. Conſtat enim quod ſcientia Pauli & Auguſtini, qui aliquando vaſa vacua fuerunt, ita eſt multiplicata, quod non ſolùm ſufficit ad malitiam Diaboli & hæreticorum deludendam, & ipſorum objectionibus ſatisfaciendum: imò etiam ſuperabundat ad nos alios, qui reſidui ſumus, in bonis moribus nutriendis. Undè iſtis vaſis, ideſt primis Doctoribus poſſumus dicere nos & alii Eccleſiæ filii, illud Matthæi cap. 25. Date nobis de oleo veſtro quia lampades noſtræ extinguuntur. Quâ explicatione innuit homines per Adæ peccatum eſſe diabolo obligatos, Chriſtum verò ſuſcitaſſe Paulum, Auguſtinum, & alios, ſcientiâ divinâ, & gratiâ repletos, qui argumenta ſubminiſtrarunt ad eludendam diaboli malitiam, ad deſtruendam Ethnicorum idololatriam, ad convellenda hæreticorum ſophiſmata, proborumque mores fovendos.

XII. D. Auguſtinus eos viros Apoſtolicos cenſet, qui quærunt *vaſa vacua, non pauca*, ideſt homines & nationes inſtructione, prædicatione Evangelicâ, ac catechiſticâ indigentes, in quos oleum doctrinæ cœleſtis & ſalutaris infundant. Sic enim Eccleſia novis prolibus augetur. Undè Chriſtus Matthæi cap. 13. Marci cap. 4. Lucæ cap. 8. Joannis cap. 12. comparat Verbum Dei ſemini, quod terræ mandatum multam ſegetem generat, cui ſubſcribens Apoſtolus ad Hebræos
Heb. c. 4. verſ. 12. cap. 4. verſ. 12. *Vivus eſt* (inquit) *& efficax*. Quomodò *vivus & efficax*? ideſt ſermo divinus vivificator eſt, quia *Qui* (inquit Chriſtus Lucæ cap. 8.
Luc. c. 8 verſ. 15. verſ. 15.) *in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientiâ.* Syriacus. *Qui corde humili, bonoq; audiunt ſermonem & amplectuntur, eduntq; fructus in patientiâ.* Beauxamis noſter & Maldonatus cum perſeverantiâ, vitam ſpiritualem & divinam recipiunt. Audi S. Anſelmum ibi. S. Anſelmus.
Vivus eſt ſermo Dei, ideſt vera vita in ſemetipſo, & ſufficiens ad aliorum vivificationem, & ita vivemus in eo. Sermo Dei, qui prædicavit illam requiem eſt vivus vitâ propriâ, ideſt vita eſt vivificans alios, ideſt tam vivax eſt verbum divinum, ut ſui auditores & ſuſceptores vivere faciat non corporali & caducâ vitâ, ſed ſpirituali, & impaſſibili. Quaſi diceret prædicatio viri Apoſtolici eſt inſtar verborum ſacramentalium, ſicut enim Sacerdos ſubſtantiam panis in ſubſtantiam corporis Chriſti conſecrat: ſic Vir Apoſtolicus auditores ſuos in aliam ſpeciem convertit, nam paganos cõvertit in fideles, ex hæreticis in Ortodoxos, ex Judæis in Chriſtianos convertit.

Ingenioſè Rupertus lib. 7. in Joan- XIII.
nem illa verba Joannis cap. 6. verſ. 64 Ioan. c. 6. verſ. 64. Rupert.
Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Hæc paraphraſi reddit. *Spiritus vivificans, & vita vivens, & verum vitæ verbum. Hæc in pane, de quo dicturus ſum, hoc eſt Corpus meum, & in vino, de quo dicturus ſum. Hic eſt Sanguis meus, inviſibiliter operantur, ut vera Caro mea ſit, & Sanguis meus non mutata ſpecie exteriori: ſicut in ſingulis hominibus ſpiritualiter, ideſt nihilo mutato de extrinſecis corporis accidentibus, hoc agunt, ut membra mea ſint, & de multis fiat una Eccleſia, quæ alio reſpectu corpus meum, plenitudo mea dicatur & ſit.* Quaſi diceret, quemadmodum Sacerdos proferens verba conſecrationis mutat ſubſtantiam panis & vini in verum & reale Corpus & Sanguinem Chriſti. Sic prædicatio Apoſtolica tam æmula eſt Euchariſtiæ, ut Synagogam convertat in Eccleſiam & Corpus Chriſti myſticum. Id innuere videtur Apoſtolus Rom.
cap. 15. verſ. 15. *Propter gratiam, quæ* Rom. 15. verſ. 15.
data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter Chriſti in gentibus, ſanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in ſpiritu ſancto. Quid intelligit per hanc vocem *miniſter Chriſti*? Acutè notat Cornelius, non ſcribit *Diaconis*, ſed *Liturgis* à Liturgiâ. Liturgia autem eſt miſſa ſeu ſacrificium

ſacrificium. Apoſtolus igitur dum dicit *ſanctificans Evangelium*, id eſt *conſecrans Evangelium*; ita ut dum vir Apoſtolicus inſtar Pauli peccatoribus, hæreticis, infidelibus divini verbi ſemen inſerit, conſecrat. Prædicatio ejus eſt conſecratio, hoſtia ſunt populi qui convertuntur, & fiunt myſticè Corpus Chriſti. Pulchrè Cajetanus *Nota qualis miniſter praadvertendo quod dictio interpretata ſanctificans non derivatur à ſanctitate, ſed à ſacro, ut ſignificat ſacrum operans, perindè ac ſi dixiſſet ſacrificans Evangelium Dei, itaque ad hoc ſe electum dicit, ut ſic evangelizet in gentibus, ut Evangelium vertat in ſacrificium, quod tunc fit, cùm evangelizamus cum tantâ reverentiâ vitæ & morum, quantâ ad celebrandum fructuosè tantum ſacrificium exigatur.* Quod ſi Chriſtus ſub ſpeciebus pànis non eſt paſſibilis, nec morti obnoxius, ſic Viri Apoſtolici concionem ritè audientes, ita convertuntur, ut fiant impaſſibiles à rebus mundanis, & priſtinis erroribus ita convertuntur, & quaſi vi verborum induunt vitam immortalem. Undè non mirùm ſi Viris Apoſtolicis Eccleſia tanta conferat privilegia.

Cajetan

Digitized by Google

ejus. Si parer eſt, quomodò currus, quomodò auriga? Pater eſt nomen amoris, auriga nomen ruſticitatis, currus vilitatis. Si ſit Pater nequit eſſe auriga vel currus; quia Pater ſupponitur habere proles, Auriga jumenta, Currus ſarcinas vehendas? Nihil refert Eliſæus vocat Eliam Patrem ſuum aurigam & currum. Ipſemet Rex Joas iiſdem nominibus honoris gratiâ afficit Eliſeum: Iiſdem titulis ſummum Pontificem unuſquiſque noſtrûm affari poteſt, quia non tantum paterno amore Chriſti gregem proſequi debet, ſed etiam illum regere, humeriſque ſuis geſtare, ita ut non eſſet verus & ſanctus Pater, niſi eos quos diligit regeret ac portaret. Huic explicationi favere videtur Drogo Oſtienſis de Sacramento Dominicæ Paſſionis. *Pater mi, Pater mi: O vox affectuoſa! Currus Iſrael & auriga ejus, portas & regis, ſuſtinens & gubernans.* Romanus Pontifex Pater eſt Iſrael & tamen ſervus ſervorum, & tamen currus: quia quotquot ſumus ſuis humeris portat, cùm omnium noſtrûm maximam animi ſollicitudinem gerat, ita ut de illo dicendum ſit quod D. Gregorius lib. 2. in Ezechielem cap. 21. ſcribit de Eliâ. *Quid eſt fratres, quod Elias currus Iſrael & auriga dicitur? niſi quia auriga agitat; currus portat? Doctor ergò quia mores populi per pænitentiam ſuſtinet, & ſacri eloquii verbis docet, & currus dicitur & auriga. Currus quia tolerando portat: auriga quia exhortando agitat: Currus quia mala ſuſtinet: Auriga quia populum bonis admonitionibus exercet.* Quid aliud Pontifex Romanus agit quàm agitare, quàm portare, quàm mores populi per patientiam ſuſtinere, quàm illum ſacri eloquii verbis & admonitionibus inſtruere? Meritò Divus Antoninus 3. part. tit. 22. cap. 8. refert Adrianum III. Pontificem maximum ſolitum dicere. *Romano Pontifice nemo eſt miſerabilior, conditione ejus nulla miſerior. Sponſa eſt Cathedra Romani Pontificis, tantæq; molis ut robuſtiſſimos premat, terat, & comminuat humeros, & benè ſe dicit, non tam nuncupativè, quàm etiam ſubſtantivè ſummum Pontificem, ſervum ſervorum Dei.*

Drogo Oſtienſis

S. Greg.

S. Anton.

Quomodò ſummus Põtificatus cum ſervitute omnium miſerrimâ cohærere poteſt? potius dicere debuerat ſummum Pontificem eſſe omnium principum Principem? Non fallor (inquit) cùm voco eum ſervum ſervorum Dei. Non nuncupativè, ſed ſubſtantivè illud nomen ei competit, quia non uni vel alteri homini ſervire debet, non debet proſpicere uni atque alteri Provinciæ, vel parti mundi, ſed omnibus.

Id ni fallor innuiſſe videtur textus ſacer lib. 1. Regum cap. 10. verſ. 30. ubi de electione Saulis in Regem agitur. *Cecidit ſors ſuper tribum Benjamin.* Ex quâ ſcilicet Saul erat oriundus, Hebræus apud Cajetanum habet. *Capta fuit tribus Benjamin.* Subjungit *quod fuit capta familia, & quod fuit captus Saul: & certum eſt quod non ſignificatur capta perſonaliter perſona Saul, cum eſſet abſens: & multò minus nec ſit capta tribus aut familia.* Quâ ergò captivitate irretitus fuit Saul? quâ libertate privatus? Non corporali, ſed quaſi civili & ſpirituali, quæ omnem aliam ſervitutem ſuperat: nulla enim major captivitas & ſervitus quàm aliis dominari & imperare; quod de regimine ſpirituali veriſſimũ eſt. *Ecce* (inquit Job. cap. 26. verſ. 3.) *gigantes gemunt ſub aquis.* Quid per gigantes intelligis? Superiores, qui quò magis evehuntur, magis onerantur, quò magis dominantur magis ſerviunt. D. Gregorius lib. 17. moral. cap. 12. *Quantò quis altius erigitur, tantò curis gravioribus oneratur; eiſq; ipſis populis mente & cogitatione ſupponitur, quibus ſuperponitur dignitate.* Expende illa verba *quanto quis altius, &c.* Nonnè tantò majoribus titulis honoratur, tantò majorem comitatum habet, tantò ampliores opes cõgregat, tantò auguſtiora palatia habet, tantò plures ad ipſum undique legati confluunt, ut ipſi congratulentur, & ſolita humanitatis, benevolentiæ, & ſubmiſſionis obſequia offerant? minimè, ſed tantò curis gravioribus oneratur. Undè Job rectè præponit iſtam particulam *Ecce*, quaſi diceret, falleris dum exiſtimas iſtum gigantem, iſtud caput Eccleſiæ lætari.

II.

l. 1. Reg. 10. v. 30

Cajetan.

Iob. c. 26 verſ. 3.

S. Greg.

Ecce quomodò præ nimiâ omninm Eccleſiarum ſollicitudine gemit.

III. Quid Chriſti principatu ſublimius? audi ipſum dicentem Matthæi c. 28. verſ. 8. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terrâ.* Proverb. cap. 8. verſ. 15. *Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt.* Audi S. Joannem Apocalyp. cap. 19. verſ. 16. *Habet in veſtimento & in fæmore ſcriptum Rex Regum & Dominus Dominantium.* Et tamen ait Iſaias de ipſo loquens cap. 9. verſ. 6. *Et factus eſt principatus ſuper humerum ejus.* Quorſum ait principatum poſitum eſſe ſuper humerum ejus? Dicere potius debuerat, cuius principatus ſuper caput ejus. Nam diadema quod eſt inſigne regium non humero ſed capiti imponitur, ſceptrum manibus agitatur. *Quis* (inquit Tertullianus lib. 3. adverſus Marcionem cap. 9.) *omnino regum inſigne poteſtatis ſua humero, & non aut capite diadema, aut manu ſceptrum aut aliquam propria veſtis notam? ſed ſolus novus Rex, novorum avorum Chriſtus Ieſus, nova gloriæ & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam humero extulit.* Cur novæ gloriæ poteſtatem & ſublimitatem ſuam Chriſtus humero effert? ut oſtendat ſe eò majoribus oneribus ſubjici, quò pluribus populis præficitur: ut oſtendat Regiam & Pontificiam dignitatem nō eſſe ſtatum quietis, ſed laboris; non eſſe officium leve, ſed jugum graviſſimum. Ingenioſè Oleaſter ad illa verba ſubdit. *O inſenſati filii Adam, imperia, regna, & principatus hujus ſaculi honores eſſe non onera putant, quos puer noſter arguit, qui ſuum principatum quaſi grave onus ſuper humeros gerit. Non ergo pralate ô Princeps, cum ad pralaturam vocaris, te ad honorem vocari putes, ſed ad onus: & ſub prafecturâ tibi gemendum puta, ſicut ſub onere gravi.* Non ait tibi lætandum, ſed gemendum; quia bajulus quò majora onera & graviores ſarcinas ſuis humeris ſentit impoſitas, eò minus gaudet, eò magis gemit, eò magis laborat, eò minus quieſcit.

Matt. c. 28. v. 28
Proverb. 8. v. 15.
Apoc 19 verſ. 16.
Iſaiæ 9. verſ. 6.
Tertull.
Oleaſter

IV. Id innuiſſe videtur Chriſtus Joan. 21. verſ. 15. & ſequentibus ubi ter Petrum interrogat. *Petre amas me.* Cùmq; Petre ingenuè ei reſpondiſſet. *Tu ſcis Domine quia amo te.* Subjungit Chriſtus *Paſce agnos meos, paſce oves meas.* Cur non ait rege Eccleſiam meam: do tibi plenitudinem poteſtatis ſuper omnem Eccleſiam militantem, do tibi univerſalem diſpenſationem & œconomiam theſauri Eccleſiæ. Non (inquit Chriſtus) uti volo hoc loquendi modo, ſed paſce. D. Chryſoſtomus lib. 2. de ſacerdotio cap. 2. ait Petrum à Chriſto deſtinari ad labores, ad vigilias, ad ſudores, ad jejunia, &c. *Paſce*, id eſt *jejunia exerce, ſuper nudam humum dormi, vigila continenter.* Non dicit vigila unâ horâ, unâ nocte, duabus noctibus, &c. ſed continenter. Appoſitè D. Laurentius Juſtinianus tract. de regimine Prælati cap. 16. *Grande prorſus onus negotium multarum vigiliarum, pavendum miniſterium eſt regimen animarum.* Pontificatus Romanus non grande, ſed grandiſſimum prorſus onus, negotium non unius, non multarum, ſed plurimarum, ſed continuarum vigiliarum: totius populi Chriſtiani regimen eſt miniſterium quod ſolo aſpectu, ſolâ cogitatione pavorem incutere debet, Regimen quod Pontifici vix momentum horæ liberum à labore, à vigiliâ concedit, undè Matthæi cap. 26. verſ. 40. Petrum dormientem ita corripit. *Simon dormis non potuiſti unâ horâ vigilare mecum.* Cur potius Petrum quàm duos alios reprehendit? cùm aliis eſſet ſenior, cùm tantùm laboraſſet ac alii? cùm non minùs triſtaretur de futura Chriſti paſſione quàm alii? Cur de ſuperveniente ſomno magis corripitur quàm illi? quia ejus vicarius futurus erat: illum corripit Chriſtus, ut innuat illud ſupremum in Eccleſiâ officium quod illi promiſerat non eſſe quietis & ſomni, ſed vigilantiæ & laboris, ideòque non eſſe quieſcendum, ſed vigilandum, ſed laborandum, ſed ſudandum, ſed ſemper in excubiis ſtandum.

Ioan. 21. verſ. 15.
S. Chryſoſtomus
Laurent. Iuſtinian.
Matt. c. 26. v. 40

V. Sponſa ſuum ſponſum anxiè quærendo tandem occurrit excubiis Civitatis Cantic. cap. 3. verſ. 4. *Invenerunt me vigiles qui cuſtodiunt civitatem.* Qui ſunt iſti vigiles qui ſic civitatem cuſtodiunt, & quæ eſt illa civitas.

Cantic. c. 3. v. 4.

Civitas illa eſt Eccleſia, Cuſtodes ſunt
Dionyſ. *Prælati, Doctores* (inquit Dionyſius) *fidelium quorum eſt cum vigilia cordis cuſtodire ipſos fideles ab infernalibus lupis, à tentationum periculis, à laqueis vitiorum. Vndè per Iſaiam loquitur Dominus cap. 62. Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes. Et Paulus Rom. cap. 12. Qui præeſt in ſollicitudine.* Cùm igitur Petrus omnibus præeſſe debebat, non dormire, ſed vigilare, & fideles ab infernalibus lupis, & tentationum periculis ac laqueis cuſtodire præcipitur. Quia non eſt amplius ſui juris, ſed aliorum ſervus; ideoque ambientibus curam animarum & ſupremas in Eccleſia dignitates verius dicendum eſt illud Regis Antiochi filio ſuo, qui nimis inſolenter ad imperium anhelabat. *An ignoras ô fili, regnum noſtrum non eſſe aliud niſi ſplendidam ſervitutē?* An ignoras tu idiota, qui tuæ familiæ curam gerere neſcis, adminiſtrationem Eccleſiaſticam ſplendidam eſſe non dignitatem, ſed ſervitutem. Plato apud Senecam
Seneca. epiſt. 44. ei arridens. *Neminem Regem dicebat non ex ſervis eſſe oriundum, neminem non ſervum ex Regibus.* Quomodò ait Reges ex ſervis eſſe oriundos, cùm ſola ſervitus etiam capaciſſimos à regiæ dignitatis culmine removeat? niſi enim demonſtret ſe regiâ & liberrimâ ſtirpe natum, ſceptro indignus judicatur. Nihil refert, quot reges ſunt, quot aliis dominantur, ſive regimine politico & civili, ſivè Eccleſiaſtico, nati ſunt ſervi, & quotquot illis ſuccedunt ſervi ſunt, quotquot ad illū ſupremum dignitatis gradum aſcendunt, ad miſerum & ſervilem ſtatum
Petrarch. promoventur. Petracha de Regno & Imperio dialog. 96. *Clariſſimū nomen, ſed duriſſimum officium, dum te ſecurum liberum exiſtimas.* Idem. *Falſa te habet opinio, nunquam minus tu ne in excelſum montem ut ventos & fulmina evaderes aſcendiſti: non legiſti Horatianum illud, ſæpius ventis agitatur ingens pinus: & celſæ graviore caſu decidunt turres, feriuntq; ſummos fulmina montes.* Et recenſitis variis Imperatorum & Regum placitis de imperii & principatus ſervitute, ſubdit. *Totam illam Tyrannorum, & Regum atque Principum ſeriem percunctare, uno tibi ore omnes reſponſum dabunt. Eodem ſe calle ad ruinam atque imperium aſcendiſſe: & tu illic tibi requiem fingis ac ſecuram vitam, ubi omnes periculum & laborem, multi miſerabilem vitæ exitum invenere.* Idem de amiſſo regno dialogo 79. reſpondet conquerenti de amiſſione regiæ dignitatis. *Latentium illa criminum plena erat, interq; dudum ſecus animi, quibuſdam velut aureis nec minus argenteis, quàm fulgidis manicis atque compedibus tenebaris, quibus nunc ſolutus lumine reddito quod fortuna ſuit auferre ſequacibus ſolita eſt.* Et paulò poſt. *Chlamis regia, ſceptrumq; & diadema (credit expertis) ponderoſiſſima rerum ſunt.* Et Infra. *Fœlicitatem miſeram ſeu fœlicem miſeriam dici mavis hanc fateor perdidiſti, ſed utramque ſimul falſam fœlicitatem, veramque miſeriam.* Et aliquot interjectis. *Quieſcite miſeri, benè ſecum agi hi qui reges eſſe deſierunt. Cùm enim dura omnium mortalium, tam duriſſima regum ſors, quorum & vita innocens labori & ſcelerata infamia, atque utraque periculis expoſita, quocumque ſe verterit difficultatum ſcopulos, rerumq; naufragia circa ſe vides.*

Non amplius miror ſi Saul audiens VI.
ſe ad regnum vocari fugam arripuit, *1. 1. Reg.*
& Dominus rogatus ubinam eſſet 10. *v.* 22.
Saul reſpondit lib. 1. Regum cap. 10. verſ. 22 *Ecce abſconditus eſt domi.* Vel melius ad rem noſtram Textus Hebraicus. *Ecce abſconditus eſt in vaſis.* quorſum Saul ſic ſe in vaſis abſcondit? potius Samueli & populo occurrere debuiſſet, quâm ita latere, & ab eorum oculis ſe ſubducere? Quis enim honores oblatos non accipiat, quis è contra infamiam & dedecus non fugiat. Quænam erant hæc vaſa, inter quæ Saul latitare voluit? Erant
ſarcinæ populi. Cajetanus. *Inter ſarcinas populi occultavit Saul.* Cajetan.
Si latendum erat cur ſarcinas quærit? meritò inter ſarcinas latere ſtudet, quia qui ad principatum evehuntur inter ſarcinas ſubditorum quibus præeſſe debent ſe abſcondere contendant, ubi ſe debent exercere. Regnum enim, ſeu principatus ſarcinis plenus eſt. Quot enim ſubditos habet tot ſarcinas

tot onera habet. Non eſt enim mirum ſi Moyſes poſt demandatam ſibi curam totius populi ſic affatur Dominũ, Numer. cap. 11. verſ. 11. *Cur afflixiſti*
Num. 11 verſ. 11. *ſervum tuum, quare non invenio gratiã coram te, & cur impoſuiſti pondus univerſi populi hujus ſuper me? numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, aut genui eam ut dicas mihi porta eos in*
Dionyſ. *ſinu tuo.* Dionyſius. *Cur me famulum tuum permittis ita affligi, ita quod paci interna ac contemplationi vacare non queo, ut opto? quare non habes me ſupportatum ab onere iſto, ut ſæpè rogavi, nec deſideratam tranquillitatem mihi largiris? Cur curam tanta plebis mihi commiſiſti, ex quâ commiſſione mihi incumbit omnium cauſas & importunitates ſufferre, & ſollicitari pro eis.* Oleaſter in illud caput meritò ad Prælatos
Oleaſter. Eccleſiæ digreditur. *Vbi ſunt* (inquit) *Prælati illi, qui nunquàm ſub onere gemunt, qui quotidie onera multiplicant, qui vix ad unam Eccleſiam ſufficiunt; omnes ambire videntur, & nullam per ſe ſed per vicarios adminiſtrant. Qui ſi mali ſunt, quomodò conſcientia tua; ſi verò boni cur non potius ipſi Paſtores. Admonui, neque ſæpius admonuiſſe pigebit, quantum diſtent ſervi Dei à miniſtris principum. Quod iſti nullo pacto volunt in miniſterio habere conſortem, illi verò pro adjutore clamant. Audi S. Eliæ apud Dominum querimoniam lib. 3. Regum cap. 19. Altaria tua ſuffoderunt, Prophetas tuos occiderunt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam.* Cùm onus Pontificis Romani ſit incomparabiliter gravius onere quod Moyſi impoſitum fuit, & quod Prælati moderni in ſe ſuſcipiunt. *Non mirùm ſi nunc æquè ac magis laborent, ſudent, vigilent, quàm quiſque alius, ſi cum vident Prophetas occidi, verbum Dei conculcari, altaria deſtrui, iniquâ factione non tantùm gentilium ethnicorum, ſed etiam malorum Chriſtianorum gemunt, & præ dolore deficit vita eorum.*

VI. Non immeritò D. Chryſoſtomus
S. Chryſoſtomus homil. 29. in epiſt. ad Romanos ait tanta eſſe veri Paſtoris onera, ut cum illis perferendis omninò impar ſit pluries, & majori cum dolore & tolerantiâ Martyrium ſubeat quàm ipſimet Martyres. *Bonus* (inquit) *paſtor, & talis qualem Chriſtus vult eum innumeris componi poteſt Martyribus. Si quidem Martyr ſemel propter ipſum moritur, hic verò millies propter gregem, ſi modò talis eſt paſtor qualem eſſe oportet.* Pondera illa verba, *millies propter gregem, &c.* Cùm autem grex Pontificis Romani ſit numeroſiſſimus, totam Eccleſiam militantem, quanta quanta eſt comprehendit, toties pro illa deficit & moritur, quoties aliquid ſiniſtri unicuique illorum contingit. Quod D. Bernardus probare videtur epiſt. 42. ad Henricum Archiepiſco- S. Bernardus.
pum Senonenſem. *Si tentatio eſt vita cujuſque hominis ſuper terram, quantis periculis patet vita Pontificis, cui omnium neceſſe eſt ferre tentationes.* Non tantùm eorum qui ſunt Romæ, ſed & in Galliâ, Hiſpaniâ, Germaniâ, Poloniâ, &c. & qui ſub paganorum, & hæreticorum jugo opprimuntur.

Quare nè ſub tantis oneribus cum VII.
æterno animæ ſuæ diſpendio Pontifices ſuccumbant, imitentur Eliſeum; ſicut enim Eliſeus Eliæ ſucceſſor eſt, ita Pontifex Romanus verus Petri ſucceſſor eſt. Itaque Eliſeus antequam Provinciæ ſibi demandatæ onus in ſe ſuſciperet ait. lib. 4. Reg. c. 2. verſ. 10. l. 4. Reg. 2. v. 10.
Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus. Omiſſis variis hujus duplicis ſpiritus expoſitionibus, conſtans opinio omnium eſt Eliſeum gratiam aliquam ſublimem poſtulaſſe, maximè qualis fuit in Eliâ, ut acutè obſervat Gloſſa Gloſſa Interlin.
interlinearis. *Duplex ſpiritus tuus, ideſt Spiritus tui largitio.* Fiat mihi æqualis gratiæ infuſio, quandoquidem eandem curam animarum in me ſuſcipiam, idem onus ſuſcipiam, tam latè extendatur mea juriſdictio, tot habeam hoſtes quàm tu. Imò divinam opem implorandam eſſe ſpecialiter teſtatur Elias qui ſuæ legationi, exercitio officii prophetalis, & curæ totius Synagogæ ſibi demandatæ præmittit orationem, divinique Numinis invocationem, lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 1. *Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto*, ideſt quem invoco, quem l. 3. Reg. 17. v. 1.
precor.

Et certè ſi familiare fuit Poetis VIII.
olim ſpecialem Numinum ſuorum

opem

opem implorare antequam aliquod opus aggrederentur, ut patet ex Homero initio Odyſſeæ.

Homer. *Dic mihi Muſa virum, &c.*

Ovidio Metam.

Ovidius. *Dii cœptis aſpirate meis.*

Virgilio.

Virgilius. *Muſa mihi cauſas memora.*

Claudia. Claudiano.

Dii mihi ſacrarum penetralia pandite rerum.

Imò & Oratoribus ſatis vulgare fuit, ut patet ex Cicerone lib. de divinatione, ubi ſic cum Cæcilio Oratore loquitur. *Tu horum nihil cogitas, nihil* Cicero. *metuis, nihil laboras. Et ſiquid ex vetere aliquâ oratione Iovem ego optimum maximum, &c. aut aliquid ejuſmodi ediſcere poteris, præclarè te paratum in judicium venturum arbitraris.* Idem oratione pro Murænâ. *Quæ precatus ſum à Diis immortalibus, &c. eadem precor ab iiſdem immortalibus ob ejuſdē hominis conſulatum, unà cum ſalute obtinendum.* Et oratione pro Rabirio. *Ab Iove Opt. Max. cæteriſq́; Diis, Deabusq́; immortalibus, quorum ope & auxilio multò magis hæc Reſpublica, quàm ratione hominum conſilio gubernatur pacem ac veniam peto, ab iis, ut hodiernum diem & ad hujus ſalutem conſervandam, & ad rempublicam conſtituendam illuxiſſe videantur.* Livius refert Conſules Romanos ſuis orationibus ad populum habendis Deorum invocationem præmiſiſſe. *Ita concione ad-* Livius. *vocatâ, cùm ſolenne carmen precationis, quod præfari priuſquam populum alloquantur magiſtratus ſolent peregiſſet Conſul, ita cœpit.* Plinius junior initio Plinius. ſui panegyrici. *Benè* (inquit) *ac ſapienter majores noſtri inſtituerunt, ut quemadmodum rerum agendarum ita dicendi initium à precationibus caperetur, quod nihil ſcitè eſſe, nihil providenter homines ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicarentur.* & paulò poſt. *Aptum, piumq́; eſt te Iuppiter Opt. Max. antea conditorem, nunc conſervatorem imperii noſtri precari, ut mihi digna conſule; digna ſenatu, digna principe contingat oratio ea.* Ipſi etiam Reges priuſquam Concionem ad populum haberent Deos ſuos precabantur, ut canit Virgilius lib. 11. Æneid.

Precatus Divos ſolio Rex infit ab alto. Virgilius.

Ipſimet Hiſtorici res geſtas narraturi Deos ſuos invocabant: ſic Valerius Valerius Maxim. Maximus in Prologo. *Iovem Opt. Max. imploro.* Si (inquam) Poëtis, Oratoribus, Regibus, Hiſtoricis piaculum erat ſui officii exercitium, aggredi abſque præviâ Deorum ſuorum invocatione. A fortiori id præſtari debent & ſolent, qui aliorum & maximè totius Eccleſiæ præfecturam, ejuſque exercitium aggrediuntur. Sic Eliam feciſſe Textus Sacer innuit dum Deo ſe præſentem exhiberet priuſquam Achabum alloquatur, & pœnas ſiccitatis ac famis triennalis prænunciet. Sic Eliſeus lib. 4. Regum cap. 3. verſ. 15. antequam vaticinetur. L. 4. Reg. 3. v. 15. *Adducite* (inquit) *mihi Pſaltem: cumque caneret facta eſt ſuper eum manus Domini.* Sic Daniel ſpeciale patientiæ divinæ munus ſibi infundi poſtulat quod illi conceditur cap. 6. verſ. 3. Spiritus Domini amplior erat in illo. Theodoretus oratione 6. in Danielem. *Nam iis* (inquit) *quibus* Theodoretus. *ad vitam civium inſtituendam magiſtratus mandatur, etiamſi pietatis expertes fuerint, quoddam tamen ſapientiæ munus ad ſubjectum ſibi populum gubernandum divinitus conceditur.* Inſtent ergò Prælati & Pontifices, ut illud ſapientiæ munus ſibi communicetur, quo expeditiores & prudentiores efficiantur ad populum ſibi ſubjectum ritè gubernandum. Ad hanc gratiam maturius impetrandam publicas preces, aliaque pietatis opera Romanus Pontifex fundi præcipit, ut patet in Jubilæo univerſali, quod ſtatim à ſuâ promotione ubique promulgari & celebrari mandat.

IX. Quidam arbitrantur modernos Pontifices vix indigere ſpeciali Dei beneficio, & nunc quaſi mercedem laborum recipere, quos primis ſæculis Pontifices ſubierunt: primos laboraſſe, modernos quieſcere, illos ſudaſſe & ſanguinem profudiſſe, hos deliciis affluere; illos plantaſſe, ſerviviſſe, hos fructus & meſſem uberrimam colligere; illos in cryptis & ſpecubus latitaſſe, hos in palatiis magnificentiſſimis habitare; D. Petrum Cathedram Romæ ſummis ſtudiis

Digitized by Google

ſtudiis collocaſſe, hos verò quaſi otioſos, quietos omnis laboris & ſollicitudinis expertes eſſe. Sed ſi horum aulas intimius penetrent, deprehendent ſub apparatu illo, magnificentiori quidem quàm primis temporibus, non minores imò aliquando plures pati vigilias & ſudores, quàm tempore Petri, minus inter utramque aurem dormire, quàm dum Eccleſia in ſuis cunabulis vagiret, Actor. cap. 12. verſ. 6. *Erat Petrus dormiens*, Quæ verba ponderans D. Chryſoſtomus hom. 26 in acta. *Vide* (inquit) *Petrum dormientem & nequaquam in mentis agone conſtitutum illâ ipsâ nocte (quâ Herodes producturus erat eum) dormiebat.* Nunc verò cur ſummi Pontifices tantis excubiis ſervati, tanto ſatellitio cincti non ita ſecurè dormiunt? quia eorum vita fortè minus tuta eſt inter fideles quàm Petri, & aliorum inter tyrannos & gentiles. Vel quia horum Pontificum mens majori anxietate torquetur. Nam D. Petrus tantùm habebat paganiſmum & peccatum eradicandum: At moderni Pontifices agrum dominicum pluribus aliis zizaniis plenum vident, nam non ſolam idololatriam, ſolum peccatum extirpare debent, ſed & Atheiſmum, Alcoraniſmum, Judaiſmum, Hæreſim, Schiſma, Machiaveliſmum, &c. Tunc verbum unum, exhortatio una, Catechiſmus unus, miraculum unum ad converſionem populorum ſufficiebat: nunc frequentiſſimæ conciones, innumera miracula, vix unum atque alterum ad meliorem frugem reducere poſſunt. Tunc ortas difficultates inter primos Chriſtianos D. Petrus & Apoſtoli unicâ epiſtolâ, uno Concilio componebant: nunc non epiſtolæ tantùm, ſed & legationes frequentiſſimæ mittuntur, Orationes 40. Horarum, indulgentiæ, Jubilæi, Proceſſiones ſolennes, &c. inſtituuntur ad conciliandos aliquorum principum animos, ſed ut plurimùm infructuosè, imò quaſi oleum immiſſum igni eorum animos ad bellum magis inflammare videntur. Sacroſanctum Concilium Tridentinum pro quo perficiendo tamdiu & tantopere inſudatum eſt, vix extra Statum Eccleſiaſticum alicubi quoad ſingulas Seſſiones & Canones Sanctiſſimos receptum eſt: non dicam à Principibus, ſed ab ipſiſmet Eccleſiaſticis, qui bonis & reditibus Eccleſiæ gaudere volunt, ſed ejus Statutis & Canonibus minimè obtemperare; imò pudet illos habitum Eccleſiaſticum geſtare, quod non mediocriter ſanctorum Pontificum animum cruciat.

Act. 12. verſ. 6. S. Chryſoſtomus

V. Meritò adhuc D. Petrus dormiebat, quia Eccleſia ita erat unita, licet ex diverſis nationibus coacta, ut *Multitudinis* (inquit D. Lucas Actor. cap. 4 verſ. 32.) *credentium erat cor unum & anima una.* At vix de unâ Diœceſi, de uno ordine Religioſo audeat nunc quis dicere, *eſt cor unum & anima una, &c.* Ad hanc unionem introducendam quot Romæ Congregationes, quot Gymnaſia, quot Tribunalia, quot decreta fiunt, quot Jubilæi promulgantur, quot Indulgentiæ conceduntur: & tamen diſſidia, aliaque vitia ex inferni faucibus quotidie de novo evomuntur. Tanta erat olim Chriſtianorum erga Petrum obſervantia, ut Actor. cap. 12. verſ. 5. Cùm *ſervabatur in carcere oratio fiebat ſine intermiſſione in Eccleſia ad Deum pro eo.* D. Chryſoſtomus homil. 26. *Oratio continua fiebat.* Non dicit ab uno atque altero, ſemel atque iterùm fiebat, ſed continua, optimè ſubjicit. *Audite quomodò affecti erant erga præceptores. Non comminantur, non tumultuati ſunt: ſed ad preces converſi, Præſidium revera inexpugnabile, ad illud confugiebant. Non dicebant, humilis ego, nihili homo pro illo orarem? quoniam dilecto erat, nihil tale cogitabant.* Nunc verò tantùm abeſt ut ad perſonam & ad authoritatem Pontificiam fovendam & propugnandam fideles conſpirent, quin potius ab eo zelo & affectu nonnulli procul aberant.

Act. c. 4. verſ. 32. *Act. 12. verſ. 5.* S. Chryſoſtomus

XI. Pontifex Romanus (qui quaſi Paſtor gregi, Pater familiæ ſuæ ſtudioſiſſimè invigilat) audiens Arcam Domini ſic à Philiſtæis captam non triſtabitur, non tabeſcet ejus ſpiritus? imò ſanè hoc unicum curatum Apoſtolicatum argumentum proferam quod nullus Pontifex annos D. Petri

attigiſſe

attigiſſe legatur. Viſi ſunt uno & eodem anno ſcilicet 1590. ſucceſſivè in Cathedrâ Petri ſedere tres Pontifices Xiſtus V. Urbanus VII. & Gregorius XIV. Anno 1591. Innocentius IX. poſt 30 dies obiit, & nè ab Annaliſtis & Hiſtoricis ſcripta hic accumulem, nullus eſt qui morte etiam naturali defunctus annum vigeſimũ quintum in Pontificatu attigerit. Urbanus VIII. S. Leo, S. Sylveſter proximè accedunt: proximius Adrianus I. qui ſedit annos viginti tres, menſes decem, & dies ſedecim, & obiit anno 795. ex Baronio & aliis. Undè cùm Pontifex inauguratur ob tot annorum experientiam inter alios ritus, illi prædicitur. *Beatiſſime Pater annos Petri non videbis.* Cur eorum vita tantillo temporis ſpatio præſcribitur? non enim omnes ad Pontificatum evehuntur anno 70. ætatis. Deindè eſto quot ſunt qui annum 94. & 96. attingunt, maximè qui honoribus, divitiis, & deliciis undique affluunt; & omni curâ & ſollicitudine animum liberum habent? Quod ſi Romano Pontifici hæc omnia humanæ vitæ commoda ſuppetunt, quomodò tam multi in flore & in vegetâ ætate deceſſerunt, antequam annum 60. attigiſſent. Cur horum Pontificum, qui non ferro, veneno, alioque modo violento intereunt vita brevior eſt, vitâ S. Petri? Fortè dicet aliquis hanc vitæ brevitatem refundendam eſſe in divinam providentiam, quæ regimen univerſalis Eccleſiæ ita diſponit: alius reſpondebit hoc fieri ob honorem D. Petri, qui primus Pontifex Romæ ſedit, ut quemadmodum illos tempore, & meritis antecedit, ita pluſquam illi in Pontificatu ſedeat. Alius verò, ut Pontifices in tanto dignitatis apice conſtituti humiliter ac modeſtè ſe componant, honores temporales contemnant, & ad cœleſtes ac æternos ſtudioſius anhelent. Alius, ut attentâ brevitate tantæ dignitatis & officii excitentur ad fortiter & continuò heroica virtutum opera exercenda. Lorinus in epiſt. 2. D. Petri cap. 1. verſ. 14. ait id fieri, ut homines minus appetant ſublime illud Eccleſiæ faſtigium, in quo certum eſt non diu victuros.

XII. Sed crediderim ideò Pontifices annos Petri non attingere, quia tanta illis cura incumbit tum ad fovendam & propagandam religionem, tum ad fideles inter ſe conciliandos, tum ad impediendos Turcarum & Hæreticorum incurſus in terras Eccleſiæ ſubditas, tum ad alia flagella avertenda ut vix ſemel quietam noctem ducere poſſint. Quot Alexander VII. ex quo ad ſummum Pontificatum aſſumptus eſt breviſſimo tempore mœroris argumenta habuit. Præter Poloniam à Sueco inopinatè occupatam, Regnum Candiæ ex parte devaſtatum, aliaſque afflictiones, ob ſimilia bella, quas ſilentio prætereo, nonnè in Italia tria flagella in ipſis ſui Pontificatus auſpiciis ſeu incunabulis expertus eſt? Nonne in propriam urbẽ annonæ caritas, & peſtilentia ab hominum memoriâ non viſa, non audita introducta eſt, quæ eam ferè devaſtavit, ad quæ avertenda quàm ſtudioſè laboravit, Hiſtoricis deſcribendum relinquo. Quid mortem Clementis IX. maturavit? nonnè Candia capta, &c. Undè illud Apoſtolicum effari poteſt. Roman. cap. 9. verſ. 1. & 2. *Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientiâ meâ in Spiritu ſancto, quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo.* Rom. 9. v. 1. & 2. D. Anſelmus ibi. Ego exiſtens in corpore Chriſti (ſcilicet ut caput illius) *Dico vobis veritatem puram, quod non mentior ſicut nonnulli; qui dum vera loquuntur intermiſcent falſa, & quia nonnulli vera loqui videntur, qui non ita habent in corde; adjungo me veritatem ore proferre: quia etſi vos non creditis, mea tamen conſcientia teſtis eſt, quia verum dico: & teſtatur hoc non in ſuâ authoritate, ſed in Spiritu ſancto, qui facit eam hoc teſtari. De hoc dico tam firmam veritatem, quia triſtitia eſt mihi non exigua, ſed magna & dolor non horarius ſed continuus cordi meo.* S. Anſelmus. Expende illa verba, *triſtitia magna, dolor continuus cordi meo.* Item in hæc verba prorumpere poterat, Corinth. cap. 11. verſ. 28. & ſequentibus. *Præter illa, quæ extrinſecus ſunt*

inſtantia mea quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum quis firmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego 2.Cor. c. 11.v.28 *non uror?* S. Ambroſius. S. Ambr. *Hoc ideo* (inquit) *proſequitur ut oſtendat quâ curâ commiſſam ſibi Eccleſiam tueatur & regat.* S. Anſelmus. D. Anſelmus fuſius ad rem noſtram. *Præter illa mala, quæ exterius in corpore tolero, angit me quotidiana inſtantia mea quæ nec unâ horâ remittitur. Et quæ eſt illa ſollicitudo ſimul omnium Eccleſiarum? quia quotidie inſto ſollicitudini ſalutis omnium qui ſunt in univerſis Eccleſiis. Verè magnam de his ſemper gero ſollicitudinem. Nam quis fidelium infirmatur in fide, vel in conſiſtentia, vel in actione, & ego non compatior illi, & condeſcendo, ut poſſim infirmitati ejus quam velut meam doleo, adhibere medicinam? & quis ſcandalizatur, id eſt pedibus actionum offendit, ut curſus boni operis ejus retardetur, vel etiam ipſe cadat in culpam, ſine aliquo errore turbetur fides ejus, & ego zelo Dei non inflammer? Valdè enim mens mea cruciatur igne ſpiritualis zeli, dum infirmos quoſque æterna deſerere, & temporalibus delectari conſpicit. Uror ſicut aurum ad purgationem igne vi doloris, quoniam affectus iſte magis purgat, quia de charitate venit, &c. Non uror tanquam iraſcens peccantibus, ſed tanquam dolens pro illis, &c.*

XIII. Omittere non poſſum S. Chryſoſtomi (qui ubique excellit) hujus loci elegantem & opportunam paraphraſim hom. 25. in 2. epiſt. ad Corinthios. *Si nihil extrinſecus accidiſſet,* S. Chryſoſtomus *ſatis bellorum intus erat, fluctus reciproci, cumuli curarum, prælia cogitationum. Nam ſi qui uni ſoli domui præeſt ac miniſtros habet & diſpenſatores, ac curatores, ſæpè præ curis neque reſpirat: tametſi intra domum nemo obturbet. Qui autem non unius domus, ſed civitatum ac populorum, & gentium, ac totius orbis curam gerit, & pro tantis negotiis, & tot invadentibus ſolus exiſtens, ac tanta ferens, & tam ſollicitus fuit? ſed ſollicitus fuit ſimpliciter. Addit etiam magnitudinem curæ dicens, quis infirmatur & non infirmus ſum? Non dixit communico mæſtitia, ſed quaſi in ipſo eſſem, & in ipſa infirmitate ſic conturbor & commoveor, quis offenditur & ego non uror? Vide quanta excellentia doloris, quomodo apparet uſtionem nominans accendor, uror, inquit, quod certè maximum eſt. Nam illa quidem, licet ſint violenta, reſedunt tamen ſtatim & voluptatem habent immarceſſibilem, hoc autem eras, quod tribulabat ipſum, & augebat, & ſauciabat ejus mentem, quod in ſingulis infirmis hæc pateretur, quicumque illi eſſent. Non enim de majoribus quidem dicebat, minores autem deſpiciebat: ſed etiam abjectum inter neceſſarios ponat. Ideo dicebat, quis infirmatur, quiſquis fuerit, & quaſi ipſe eſſet Eccleſia quæ in toto orbe ſic in ſingulis dolebat membris.* Expende illa verba. *quiſquis fuerit.* Item. *ſic in ſingulis dolebat membris.* Quia verò probatio charitatis & zeli eſt exhibitio operis; ut oſtendat ſe non tantùm diligere & compati infirmis mente, in fide, in virtute, ore, in verbis, ſed etiam in corpore operum executione, dicere poteſt cum Apoſtolo 2. Corinth. cap. 12. verſ. 15. 2.Cor c. 12.v.15 *Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos, nec enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. Ego autem libentiſſimè impendar, & ſuper impendar ipſe pro animabus veſtris.* Quaſi diceret (inquit D. Anſelmus.) S. Anſelmus. *Conſuetudo eſt, ut carnales parentes filiis ſuis theſaurizent, ſpirituales verò parentes dignum eſt ut à filiis ſuis accipiant ſumptus. Sed Apoſtolus in tantùm probat ſe nolle accipere ut transferat cauſam carnalis Patris ad Spiritualem, ut non ſolum accipiat ab eis: ſed ſi fieri poſſit ipſe eis tribuat. Parentes (inquit) debent filiis ſuis theſauros præparare, ſed ego non ſolum theſauros, ſed & me ipſum paratus ſum impendere. Tanto enim affectu charitatis erga vos moveor, quod non invitus, ſed libentiſſimè impendam vobis vel carnalia vel ſpiritualia bona, & poſt omnia, ſi opus fuerit ego ipſe ſuperimpendar pro animabus veſtris ut moriar pro ſalute animarum veſtrarum.* Id Pontifices Romani ad litteram præſtant, nam reditus Eccleſiaſticos non tantùm publico Eccleſiæ dominio & bono propugnando & fovendo impendunt, ſed etiam privatis infirmorum commodis & ſanitati proſpiciunt. Hujus rei teſtes ſunt tempore belli & peſtis, principes

Chriſtiani

Chriſtiani ac Magiſtratus contra hoſtes fidei militantes. Teſtes ſunt pauperes, infirmi; teſtes publicæ & privatæ infirmorum ædes, quibus adjuvandis tam ſpiritualibus quam corporalibus ſubſidiis paterna ac ſancta ſollicitudo patuit, quæ eloquentiſſimorum Oratorum ac Scriptorum ſtylo immortalitati æternæque memoriæ commendari meretur. Undè concludere poſſumus cum D. Anſelmo ſupra in cap. 11. epiſt. 2. ad Corinthios. *Penſemus cujus charitatis ſit, plus de utilitate proximorum, quàm de ſuâ afflictione curare. Penſemus cujus laboris ſit uno eodemq; tempore foris adverſa tolerare & intus infirma protegere. In ſe ſuum contemnit vulnera corporis & in aliis ſanat vulnera cordis.* Quid dico cordis, imò & cordis & corporis. Quis igitur non ingenuè fateatur modernos Pontifices tantùm pro Eccleſiâ laborare, ſudare, triſtari, & mœrore confici, quantùm primorum ſœculorum Patres.

S. Anſelmus.

XIV. Id Deus innuiſſe videtur libr. 3. Regum cap. 18. verſ. 10. Elias in ſpeluncâ Montis Oreb latitās, ſic Deum affatus eſt *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam ut auferant eam.* Quid adhæc Dominus ſeu Angelus. *Et ait, Egredere & ſta coram Domino.* Ideſt deſere iſtas latebras, iſtas ſpeluncas. *Et ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum.* Quaſi diceret Eliæ conquerenti, quod templa diruta, altaria deſtructa forent, Cultus Divinus deficeret, vix ullum virtutis exercitium fieret, vix aliquod religionis, pietatis & ſanctitatis veſtigium reſtaret & appareret, Deus reſpondit non minus laborandum in reparandis & renovandis fanis & aris, reformandis moribus quàm olim in illis ædificandis ac formandis. Imò magis allaborandum. Quomodò lex primitus data eſt? Quomodò Deus fœdus cum populo ſuo olim inivit? Quomodò illum allocutus eſt dum in Sina Moyſi apparuit? Inter tonitrua, fulgura, & quaſi totius inter naturæ voragines cælum concutitur, quaſi totus orbis jamjam perire deberet. Exod. cap. 19. v. 16. *Et ecce cæperunt audiri tonitrua & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, &c.* Ibi fit mentio tonitrui, fulguris & nubium. Quid in reſtauratione legis fit? quid accidit? eadem ferè prodigia, imò majora. Audi Textum Sacrum lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 11. *Et ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubvertens montes & conterens petras ante Dominum.* In Sina audiuntur quidem tonitrua, micant quidem fulgura, nubes denſiſſimæ operiunt montes: at in Oreb Spiritus grandis & fortis non tantùm concutit, ſed ſubvertit, ſed conterit montes. Undè hoc diſcrimen? quia tempore Moyſis tantùm agebatur de formatione hominis ſpiritualis, & fundatione Synagogæ: At tempore Eliæ de reformatione ejuſdem Synagogæ laboratur, ideoque majora ſigna patranda ſunt, majores conatus adhibendi ſunt: adeò ut hic adduci poſſint illa verba D. Bernardi ſerm. 19. in Cantic. *Multum laboravit in eo Salvator; nec in omni fabricâ mundi, tantùm laboris fabricationis author aſſumpſit: ille dixit & facta ſunt. At verò hic & in dictis ſuis ſuſtinuit contradictionem, & in factis obſervatores, & in tormentis exprobratores.* Quaſi diceret ubi major dolor, major contradictio, majora opprobria, &c. major impugnatio, ibi major labor ac impetus, major dolor, major moleſtia. Deus verò in ſuis miniſtris majorem nunc experitur renitentiam in reparandâ, & reformandâ Eccleſiâ, in pravis fidelium moribus corrigendis, in virtutibus in animos noſtros inſerendis. Id totum præclarè exprimit Vates Regius pſalmo 28. verſ. 4. ubi de fundatione primâ Eccleſiæ ita vaticinatur. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Titelmannus ſic elucidat. *Vox iſta Domini non fuit infirma, impotens, ſed magna admodum virtutis, potens valdè & efficax ad operandam converſionem multorum populorum, ad penetrandũ intima cordium. Vox iſta Domini in magnificentia apparuit*

3. Reg. 19. v. 10

Exod. 19 verſ. 16.

3. Reg. 19. v. 11

S. Bernardus.

Pſal. 28. verſ. 4.

Titelmā.

virtute ſignorum atque prodigiorum ſequentium confirmata, & mirum in modum glorificata, factaq; hac confirmatione nimium credibilis. Et Pſalm. 47.
Pſal 47. verſ. 6. verſ. 6. *ibi dolores ut parturientis, in ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.* Ideſt (inquit idem Titelmannus) *Apprehendit eos dolor vehemens contritionis & pœnitentiæ quaſi admodum parturientis, qui & maximus eſt: & tamen admodum utilis: ut potè per quem homo in vitam ſpiritualem regeneratur in ſpiritu violento & valido. Tu benè contrivisti divitias & ſuperbiã gentium atque populorum, ea magnâ virtute & efficaciâ, illos ab infidelitate & vitiis ſuis averſos ad te feciſti converti: eoſq; tibi potenter ſubjugaſti. Inſuper & gentium idola ex auro nobili, cujuſmodi à Tharſis per naves afferebantur, facta. Item & auro multo, ac pretioſis ornatibus onuſta ad modum navium ex Tarſis advehentium multas divitias, tu contrivisti, & confringi feciſti per virtutem & efficaciam Spiritus ſancti, qui per os ſanctorum Apoſtolorum tuorum magno impetu flans illa de ſuâ gloriâ deturbavit, & proſtravit in terram.* Verſ. 7.
verſ. 7. Vates Regius proſequitur. *Sicut audivimus, ſic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri, Deus fundavit eam in æternum.* Idem Titelmannus. *Ecce Domine jam vidimus impleta omnia quæcumq; prædicta audivimus in lege & Prophetis de tempore adventus tui, & ædificationis novæ Eccleſiæ tuæ. Et ſicut audivimus ea ventura, ita jam in temporis plenitudine datum eſt nobis ea impleta conſpicere in Eccleſiâ ſanctâ, quæ eſt civitas Domini Dei Salvatoris noſtri, quam ædificavit velut à fundamentis, quamque ſtabilivit, & in ſoliditate ſuâ conſtituit ſuper firmiſſimam petram ipſe Deus, & non homo: ita ut in ſempiternum non poſſit cadere, neque deficere, adverſus quam nec portæ inferi poſſent prævalere.* Plura in annotationibus ejuſdem. Caſſiodorus ad
Caſſiod. eadem verba. *Tremor apprehendit eos ibi dolores ut parturientis, &c.* Ait dolorem iſtum eſſe gravem, ſed tamen utilem, ſtrepitumque ac commotionem eſſe vehementem, ſed tamen efficacem, quandoquidem habeat animarum converſionem ſibi conjunctam. *Gravis* (inquit) *dolor eſt, ſed quia parturientis audivimus, fructum indè putemus confeſſione humili naſciturum.* Quod Oraculum completum fuiſſe teſtatur ex S. Luca Act. cap. 2. Act. c. 2.
verſ. 2. *Et factus eſt repentè de cælo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis. Hujus verò flatus cæleſtis, qui fuit inſtar ſpiritus vehementis tam efficaciter & potenter operatus eſt, ut totam domum repleverit. Et totam domum replevit*, ideſt omnium animos concitavit, & cõmovit: ita ut ex totâ illâ congregatione nullus qui nõ fuerit vehementer concuſſus. Nam ſtatim Petrus egrediens in publicum prodiit, & primâ concione plurima hominum millia ad fidem convertit. verſ 2.

At verò quando reparanda ac reformanda Eccleſia quoad mores, quando ſanctitatem remiſſam intendere oportet, majori ſtrepitu, majori vehementiâ opus eſt, quæ tamen minus operatur. Quando homo ſpiritualis noviſſimis his temporibus avitæ charitati & virtuti reſtituendus eſt nõ minus laboris impendendum eſt, & tamen cum minori fructu Deus Eccleſiæ virtutem quaſi duplicat & auget, quæ tamen minorem fructum reportat. Quod Job optimè animadvertit cap. 10. verſ. 16 *Reverſuſq; mirabiliter me cruciat.* Cur ait *reverſus*? alludit ad primam miſſionem Spiritus ſancti, ad primam Eccleſiæ fundationem, ad primam hominis ſpiritualis generationem: quæ quidem facta eſt cum aliquâ vehemẽtiâ. *Vox Domini in virtute, In ſpiritu vehementi, tanquã ſpiritus vehementis.* Sed hic poſterior adventus Spiritus ſancti, hæc Eccleſiæ Sanctæ reformatio, hæc ſpiritualis hominis regeneratio fit cum majori impetu & vehementiâ, & tamen minorem fructum colligit, quia majorem renitentiam & oppoſitionem reperit. Optimè D. Gregorius lib. 11. XV. Job. 10. verſ. 16.
moral. cap. 24. *Omnipotens Deus, undè mentem noſtram viſitans ad amorem ſuum erigens, indè hanc per lacrymas gravius affligit, ac ſi apertè dicat relinquendo me nequaquam afficis: quia inſenſibilem reddis; ſed cùm reverteris crucias: quia dum te inſinuas, mihimet quam ſis lugendus demõſtras.* Quomodò S. Greg.

demonſtras?

demonſtras ? quia quemadmodum
homo quando priori ſanitati &, vitæ
reſtituendus eſt debent illi propinari
pharmaca amara, applicari ignis &
ferrum: quia illa regeneratio, ac cu-
ratio eſt magis laborioſa quàm prima
generatio, & tamen minus eſt utilis
& efficax. Sic dum cortupti mores cu-
randi ſunt, ſpiritu vehementiori opus
eſt, major conatus adhibendus eſt.
Talem conatum adhibuit Elias, non
enim tantùm verbis uſus eſt, ſed etiã
l 3. Reg. ferro & igne, lib. 3. Regum cap. 18.
18. v. 19 verſ. 19 ignem è cælo impetrat, ut
holocauſtum devoret, Pſeudopro-
phetas Baal ad torrentem Ciſon de-
let, ut populum claudicantem in
duas partes, in cultum Dei recto tra-
mite incedere faciat.. Suo etiam im-
perio bis ignem è cœlo emittit ſuper
duos quinquagenarios, ſed infru-
ctuosè: lib. 3 Regum cap. 17. verbo
ſuo inducit famem, terram areſacits
ut eleganter notat S. Chryſoſtomus
homil. de Petro & Eliâ. *Vix dum exie-*
rat ſermo Eliæ, cùm ſubitò cælum aneum
S. Chry- *factum eſt, idemq́; ſermo in terra viſcera*
ſoſtomus *tanquam febris incubuit, & ſtatim ex-*
aruerunt omnia, &c. Tempore Anti-
Chriſti ignis ex ore ejus egredietur,
Apoc. 11 Apocal. cap. 11. verſ. 5. *Et ſi quis vo-*
verſ. 5. *luerit eos nocere* (ideſt Eliam & Enoch)
ignis exiet ex ore eorum: Et ſi quis vo-
luerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.
Ita ut Eliæ illud Jeremiæ cap. 23. v. 14.
Ierem. c. effari liceat. *Numquid non verba mea*
23. v. 14 *ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conte-*
rens petram. Et cap. 5. verſ. 14. *Ecce*
c. 5. v. 14 (ait Deus) *do verba mea in ore tuo in*
ignem & populum iſtum in ligna, &
vorabit eos. Quomodò ignis verba
ſunt? quia ſcilicet ejus ſermones non
tantùm aures ferire poſſunt, ſed &
mentes illuminare, divinoque amore
inflammare, ac omnes impietatis nè
dum paleas, ſed & trabes, & ferrum
abſumere & ſaxa duriſſima conterere
poſſunt. Adeò ut Elias terram Iſrael
verius quam olim Pericles Græciam
concutere poſſit ignitis ſuis ſermoni-
bus: de eoque dici poſsit quod olim
S. Greg. S. Gregorius Nazianzenus de ſancto
Nazian. Baſilio cecinit.

Sermo tuus tonitru vitaq́; fulmen
erat.

Quod clarè exprimit Eccleſiaſticus Eccli 48
cap. 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi* verſ. 1.
ignis, & verbum ipſius quaſi facula ar-
debat. Græcus. *Ut lampas urebat ejus*
ſermo. Scilicet ut illâ aduſtione homi-
nes converteret, ſicut contigiſſe legi-
mus in Duce Naamanes, de quo So-
phronius in Prato ſpirituali cap. 155.
Naamanes Saracenorum Dux prædam Sophrõ.
egit maximam, in quâ adoleſcentem
Chriſtianum formoſiſsimum per manus
trium militum abducebat. Videns hoc
Abbate Iordane commota ſunt viſcera
ejus, vel eò maximè quod adoleſcens ille
ejus opem expoſceret, & ſe eripi de hoſtiũ
manibus plorans deprecaretur. Iordanes
petens, tertiò repulſam paſſus eſt, nec
oblato pretio retineri potuit. Non poſſu-
mus, inquiunt dimittere, Sacerdoti enim
noſtro promiſimus, ſi quid pulchrum
caperemus id ei oblaturos, ut de ſuo
ſacrificium offerret. Tu itaque ſenex,
vade, alioquì ſi moram feceris cervicem
tibi amputabimus. Dubius tunc quid
ageret ſenex proſtratus in terram dixit,
Salvator noſter Chriſte Deus ſalvum fac
ſervum tuum, repentè Dæmon tres illos
milites invaſit. Quo authore ipſi ſe in-
vicem gladiis confoderunt: hâcque opè
divina adoleſcens eorum manus evaſit.
Quâ ultione territus Naamanes ſcele-
ratiſsimus & flagitioſiſsimus ad ſacrum
Baptiſma acceſsit, & Veneris ſtatuam
non auratam ſed auream prorſus igne
liquefactam pauperibus diſtribuit, ac
ſimul omnes ſuos ad fidem adduxit. Idem
præſtare intendebat Elias ſuo ſermo-
ne igneo ut paleas vitiorum populi
& laxeum cor Achabi ad verum Dei
cultum adduceret. Ejuſdem Eliæ
ſermonẽ fuiſſe & fore quaſi gladium
acutum innuit S. Joannes loco citato
Apocalyp. *Interficiet*, adeo ut illud
Iſaiæ pronunciare poſsit cap. 49.
verſ. 2. *Poſuit os meum quaſi gladium*
acutum, in umbra manus ſuæ protexit Iſaiæ. c.
me, & poſuit ſicut ſagittam electam in 49. v. 2.
pharetrâ ſuâ abſcondit me. Illius gladii
meminit Apoſtolus Hebræor. cap. 4. Heb. c. 4.
verſ. 12. *Vivus eſt ſermo Dei & efficax,* verſ. 12.
& penetrabilior omni gladio ancipiti,
&c. Quod ejus verbum non tantùm
gladio, ſed etiam ſagittis ſit ſimile,
teſtatur Vates Regius pſalm. 44. v. 6. Pſal 44.
Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent. verſ. 6.

 &

& pſalm. 119. verſ. 4. *Sagittæ potentis*
acutæ cum carbonibus deſolatoriis. Ver-
Hieron. bum illud *deſolatoriis*, Hebræus habet
Rethamen. Quod D. Hieronymus ver-
tit *Iuniperorum.* Quam metaphoram
explicant Septuaginta *Carbones juni-*
perorum eſſe valdè ſolidos & aptiſſimos
ad incendendum & deſolandum, id eſt ad
humiliandos & conterendos populos. Sic
viſo igne cœlitus emiſſo in ſacrificiū
l. 3. Reg. 18. v. 39. Eliæ lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 39.
Omnis populus cecidit in faciem ſuam.
Et ait, *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus*
ipſe eſt Deus. Viſâ nece Pſeudoprophe-
tarum nonnihil etiam commotus eſt,
tamen quàm parum ignis & ferrum
profuerit patet ex eo quod poſt ignē
cœleſtem in ſacrificium immiſſum,
poſt cædem Baalitarum quæ cap. 18.
contigerunt, Elias cap. 19. verſ. 10.
l. 3. Reg. 19. v. 10 conqueritur. *Quia dereliquerunt pa-*
ctum tuum filii Iſrael: Altaria tua
deſtruxerunt, prophetas tuos occiderunt
gladio. Id eſt Filii Iſrael obſervantiam
legis & avitam religionem deſerue-
runt, altaria in divinum cultum olim
à parentibus extructa ſubverterunt,
& in montibus ac lucis innumera alia
excitarunt ad impias idolis victimas
offerendas: Prophetas quoque tanto
odio proſequuntur, ut quotquot re-
pererunt eos irremiſſibiliter trucida-
runt. Sed fortè ignis qui duos quin-
quagenarios ſubitò abſumpſit, eorum
mores corriget, & ad meliorem vi-
vendi formam revocabit? Minimè.
Poſtquam enim lib. 4. Regum cap. 1.
illos ignis cœleſtis devoravit. Cap. 2.
l. 4 Reg. cap. 1. ejuſdem libr. cùm Eliſeus ejus diſci-
pulus, *Aſcenderet per viam pueri par-*
Cap. 2. *vi egreſſi ſunt de civitate & illudebant*
ei dicentes, Aſcende Calve, aſcende
Calve. Undè tanta in pueris illis pe-
tulantia? Plurimi Interpretes ac Pa-
tres aiunt inſolentem illam puero-
rum turbam fuiſſe emiſſam à paren-
tibus. Audi S. Auguſtinum ſerm. 204.
de tempore. *Rem* (inquit) *parentibus*
S. Auguſtinus. *inſtigantibus feciſſe pueri contumelioſi*
credendi ſunt. Neque enim illi clamarēt,
ſi ſuis parentibus diſpliceret. Quaſi di-
ceret, illud eſt naturale filiis, ut pa-
rentum moribus imbuantur, opere-
renturque impunè, quæ impunè à
parentibus fieri percipiunt, ſuiſque
oculis ferè obvia ſunt. Sic pueri illi
videntes Eliam, Eliſeum, alioſque
paſſim parentum ſuorum ludibrio
exponi, idem ſibi licitè fieri poſſe
arbitrati ſunt. Quod iſta ludibria pue-
rilia non tantùm in Eliſeum, ſed
etiam in Eliam dirigentur, expreſsè
habet S. Juſtinus quæſt. 80. ad Or-
thodoxos ubi illud *Aſcende Calve*, ſic
explicat. *Proſcindenda* (inquit) *per*
detractionem Eliæ aſſumptionis gratia S. Iuſtin.
proferebant, perindè ac ſi dicerent, ab-
ripiat te quoque ſpiritus & in juga mon-
tium, invia & inacceſſa abjiciat, quem-
admodum illum abjecit, ut itidem à te
liberemur, ſicut ab illo liberati ſumus.
Ecce quam parvas radices fecerit Eliæ
prædicatio, & miraculum ignis toties
cœlitus emiſſi.

Nunc eodem igne inflammantur XVI.
corda Pontificum, Prælatorum, &
Concionatorum: eandem aciem ha-
bent eorum verba, ita ut dum illis
thiara imponitur, vel litteræ dimiſ-
ſoriales conceduntur, illis tacitè pro-
ferantur hæc verba Vatis Regii pſal.
44. verſ. 4. *Accingere gladio tuo ſuper* Pſal. 44. verſ. 4.
femur tuum potentiſſimè. Quaſi diceret
cùm poteſtatem tantam, & regimen
univerſale totius Eccleſiæ ſuſcipis,
etiam gladium ad penetranda corda
obduratiſſima ſuſcipe. Accipe Titel-
manni de Verbo Incarnato, ſeu de
ejus Vicariis, & Viris Apoſtolicis elu-
cidationem. *Aſſume verbum ſanctum*
tuum quod prædicaturus es mundo, quod
penetrabilius eſt omni gladio ancipiti,
in quo tanquam in gladio electo caput et
amputaturus ſerpentis antiqui, qui
hactenus ſponſam ſub vanitate detinuit.
Id munus indefeſsè perſolvit Ponti-
fex Romanus, & multi Epiſcopi: Et
verò quot Miſſionarii, quot Concio-
natores ex omnibus Ordinibus?
quot Catechiſtæ quotidie creantur?
quot Collegia, quot Seminaria, quot
Scholæ Dominicales de novo quoti-
die inſtaurantur? ut avitam primo-
rum Chriſtianorum devotionem &
ſanctitatem primævo ſplendori Pon-
tifices reſtituant? Quot libri, ſeu
potiùs quot volumina eorum juſſu,
nutu, & approbatione componun-
tur? non tantùm ad convellenda hæ-
reticorum dogmata, quæ hâc tem-
peſtate

Digitized by Google

peſtate ex faucibus inferni prodie-
runt in Germaniâ, in Galliâ, in An-
gliâ, in Belgio, & alibi: Sed etiam
ad pravos mores extirpandos. Adeò
ut ad Pontifices hæc Jeremiæ verba
Jerem. 1. dirigi poſſint cap. 1. verſ. 8. *Nè timeas*
verſ. 8. *à facie eorum, quia tecum ego ſum, ut*
eruam dicit Dominus. Verſ. 9. *Et miſit*
verſ. 9 *Dominus manum ſuam & tetigit os meũ,*
& dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba
mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie, &c.
Cornelius. *Ecce, ideſt vide, attende,*
Cornel. *ſcilicet ad quam dignitatem, ad quod*
faſtigium te eveho ex loco humili; ex
ſtatu & conditione vili, conſtitui te ho-
die, ſeu conſtituo te totius Eccleſiæ Prin-
cipem & Rectorem ſuper gentes & regna.
Non tantùm ut uni Provinciæ domi-
mineris, ut in uno regno potentiam
tuam exerceas, puta in Judæâ, ſed in
omnibus Nationibus, *ut evellas*. ideſt
ut radicitus deleas omnes fidei & vir-
tutis hoſtes. *Quia* (inquir D. Grego-
S. Greg. rius 3. part. Paſtoral. 35.) *niſi perverſa*
deſtrueret ædificare viriliter recta non
poſſet. Quia niſi ab auditorum ſuorum
cordibus ſpinas vani amoris evelleret ni-
mirum fruſtra in eis ſanctæ Prædicationis
verba plantaret. Quaſi diceret, vis
ſcire quantùm jam inſudare debeant
Pontifices? Conſule Concilia OEcu-
menica, conſule Jus Canonicum,
quæ non tantùm ſanctæ Prædicatio-
nis officium commendant, prava
dogmata condemnant, virtutem
docent: ſed omnium vitiorum ſpi-
nas de cordibus hominum extirpare
conantur. Sed Deus bone quàm par-
vum fructum reportant.

§. I.

Ejuſdem Argumenti Proſecutio.

1. **D**E Summis Pontificibus nunc
dicendum occurrit quod Di-
S. Greg. vus Gregorius Nazianzenus
Nazian. in Apologetico. *Facilius eſt rudi ad-*
huc animæ, ac inſtar ceræ nondum ſigna-
tæ veritates imprimere, quàm circum-
ſcriptis jam quaſi litteris hoc eſt peſtife-
ris opinionibus ſuperducere quæ vera
ſunt. Hoc verò tempore quot peſti-
feris opinionibus, quot erroribus,
quot ſceleribus Chriſti imago noſtris
cordibus olim impreſſa deformata
eſt. Quantis animalium, vel potiùs
dæmonum figuris imbura, quantùm
inſudandum eſt, ut priori nitori, ac
pulchritudini reſtituantur, ac in Dei
amicitiam redeant? Olim unius Apo-
ſtoli unius, aliquot Chriſti Diſcipulo
rum ſub Petro capite labor & ſtudium
ſufficiebat ad univerſi orbis cõverſio-
nem. Romam Urbem tibi ob oculos
proponas, quæ tempore Chriſti om-
nium errorum, omnis idololatriæ,
aliorumque vitiorũ erat Athenæum.
Hic (inquit S. Leo ſermone in natali
Apoſtolorum Petri & Pauli.) *Con-*
culcandæ Philoſophiæ opiniones, hic S. Leo.
diſſolvendæ erant terrenæ ſapientiæ va-
nitates, hic confutandi dæmonum cultus,
hic omnium ſacrilegiorum impietas de-
ſtruenda, ubi diligentiſſimâ ſuperſtitione
habebatur collectum, quidquid uſquam
fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad
omnes illas ſpinas eradicandas quod
ſtudium? quas machinas adhibet
Deus? Duos tantùm deſtinat Apo-
ſtolos Petrum & Paulum *Ad hanc*
(inquit idem Leo) *Urbem tu Beatiſſime*
Apoſtole Petre venire non metuis, &
conſorte gloriæ tuæ Paulo Apoſtolo, a-
liarumq; adhuc Eccleſiarum ordinatio-
nibus occupatam, ſylvam iſtam fremen-
tium beſtiarum & turbulentiſſimæ pro-
funditatis oceanum cõſtantior quàm ſu-
pra mare gradereris ingrederis. Et pau-
lò poſt ejus prædicationis fructum ſic
exprimit. *Nec dubius de proventu operis,*
aut de ſpatio tuæ ignarus ætatis trophæũ
Crucis Romanis arcibus inferebas. Allu-
dit ad victores qui captæ civitatis for-
talitiis & turribus inſignia ſua appli-
cant: ita ut de illo triumpho Roma-
næ Urbis verius dicere poſsimus,
quàm quæ Theodoretus quæſt 96. in
Joſue refert de Jericho primâ Palæ-
ſtinæ urbe, cujus mœnia abſque mag-
no armorum impetu, abſque im-
menſis machinis, ſed ſolo tubarum
cantu funditus corruerunt, Joſue cap.
6. verſ. 20. *Igitur omni populo vocife-* Joſue. 6. verſ. 20.
rante, & clangentibus tubis poſtquam
in aures multitudinis vox ſonitusq; in-
crepuit muri illicò corruerunt. Hæc Theodoretus.
Theodoretus; *Patefecit eis potentiam*
ſuam

ſuam in urbe primâ capien là ſine armis, ſine machinis, quæ diſſoluta eſt ſolo tubarum ſonitu: ut cùm in acie vincerentur, agnoſcerent ſe ſuccumbendi dediſſe occaſiones nempè divinas leges contemnentes,.

II. Vel Petri victoria ſimilis eſſe videtur illi, de quâ lib. 3. Regum cap. 20. verſ. 1. (*l. 3. Reg. 20. v. 1.*) ubi cùm Benadab Rex Syriæ bellum indixiſſet Achabo, & numeroſum exercitum congregaſſet, ac triginta duos Reges in auxilium advocaſſet, illę omnes phalanges profligatæ ſunt non æqualibus armis, ſed omninò diſparibus. Nam paucorum puerorum collegit exercitum, qui innumeras illas hoſtium cohortes penitus delevit. Verſ. 19 *Egreſſi ſunt* (*verſ. 19.*) *pueri Principum provinciarum primâ fronte.* Verſ. 20. *Et percuſſit unuſquiſque* (*verſ. 20.*) *virum qui contra ſe veniebat, fugeruntque Syri.* Quomodò pauci pueri tantùm exercitum veteranorum militum ſuperare potuerunt? quid per pueros illos intelligis? Petrum, Apoſtolos, primosque Chriſti diſcipulos. Audi Lyranum. (Lyranus.) *Iam Deo ſignificante per paucos Apoſtolos nihile pueri. firmiores totius mundi potentiam Chriſti imperio ſubmittendam.* Nonnè meritò exclamare poſſumus cum Moyſe (*Deuter. c. 32. v. 30*) Deuteron. cap. 32 verſ. 30. *Quomodo perſequatur unus mille, & duo fugent decem millia?* Quomodò duo Apoſtoli Petrus & Paulus Romanum Imperium, quod erat errorum emporium ſuperarunt? quomodo tam pauci Apoſtoli ignobiles, idiotæ tantam peccatorum ſtragem fecerũt? ac ut ait Apoſtolus 1. Corinth. cap. verſ. 27. (*1. Corin. 1. v. 27.*) *Quæ ſtulta ſunt elegit Deus ut confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, ut ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret.* (S. Anſelmus.) D. Anſelmus hæc verba ſic reddit. *Stulta mundi elegit Deus, ideſt ineruditos liberalibus diſciplinis, & omninò (quantùm ad doctrinas ſæculi pertinet) imperitos Grammaticâ, non armatos Dialecticâ, piſcatores fecit ſuos Prædicatores, &c. Pauperes & impotentes elegit Deus, ut per eorum virtutem ſuperet & erubeſcere faciat potẽtes homines, &c. Elegit in hoc mundo plebeios, & abjectos qui nihil eſſe videbantur, ut ea quæ ſunt ideſt magna putabantur vincendo humiliares.* Idem conſequenter oſtendit quod eligendo pauperes, plebeios, & indoctos non repudiavit divites, doctos & nobiles: ſed ideò primò pauperes, &c. vocavit, nequiſquam vocationem & debitum muneris Apoſtolici exercitium ſibi, ſuæ proſapiæ, ſuæ opulentiæ, ſuis juribus, ſuæ ſcientiæ, & lumini naturali attribueret. *Elegit* (inquit) *ergò indoctos, infirmos, ignobiles & pauperes: non quia reliquit ſapientes, firmos, nobiles & divites: ſed ſi ipſos elegiſſet, merito ſapientiæ, vel potentiæ, ſeu natalium, aut divitiarum ſuarum ſibi eligi viderentur; atque inflati de his rebus ſalutem humilitatis nõ reciperent. Si enim primò ſapientes elegiſſet, doctrina eorum merito elegiſſe illos putaretur, & ita eorum ſcientia laudaretur, & laus gratiæ minueretur Si potentes elegiſſet, videretur eos merito dignitatis eorum elegiſſe. Et ſimiliter divites merito divitiarum. Et ideò iſtos, qui de ſemetipſis in ſemetipſis poterant gloriari, non quidem omiſit, nec contempſit; ſed aliquantulum diſtulit, & illos primò eligere maluit, qui nihil in ſeipſis habebant undè gloriari poſſent. Quia nimirùm ad prædicandum tales venire debuerant qui de laude propriâ nihil haberent, ut tantò ſolius veritatis cognoſceretur eſſe quod agerent, quantò & apertè cerneretur, quia ad hoc agendum per ſe idonei non fuiſſent: tales ergò primitus elegit, ut per eos humiliaret cæteros, & ad fidem adduceret.* Pondera illa verba, *quia ad prædicandum tales venire debuerant, &c.* Cur Petrus & alii piſcatores, homines idiotæ, plebei, infirmi, pauperes non tantùm primitias Apoſtolatus habuerunt: ſed etiã uberiorem meſſem reportarunt? Cur unus illorum plures Provincias Chriſto lucratus eſt, quàm Doctores Prælati pagos, qui tamen cum nobilitate, divitiis, robore conjunctam humilitatem & virtutem habent? Unus Apoſtolus ſufficiebat ad inſtruendum & convertendum numerum 20000. hominum. Nunc in unâ Civitate ſunt centum Concionatores, mille Confeſſarii, & paucos admodum ad ſanctiorem vitam revocant, una

Apoſtoli

Apoſtoli concio in menſe ſufficiebat ad excitandas mentes ad amorem Dei, dilectionem proximi, & ad contemptũ mundi. Nunc ſingulis Dominicis & Feſtis, ſingulis diebus Adventus, Quadrageſimæ, & octavis Corporis Chriſti Pariſiis & alibi in omnibus ferè templis ad jactum lapidis à ſe diſtitis habentur Conciones, & tamẽ tam parvum fructum referunt Concionatores. In omnibus ferè Civitatibus ſunt quotidiè Indulgentiæ plenariæ: imò qualibet lectione Roſarii, vel decadis eaſdẽ indulgentias virtute Apoſt. Medalliis, &c. applicatas lucrari poſſunt; & tamen ambitio, avaritia, invidia, odium, aliaq; vitia ita regnant, hominumque mentes ita occupant, ac ſi omni divino auxilio forent deſtitutæ. Undè hoc? numquid idem Evangelium prædicatur; imò magis authoritatibus Patrum, Conciliorũ decretis explanatum, miraculis confirmatum, &c. Sunt enim nunc innumera volumina, innumeri Scriptores Sacri, Morales, Scholaſtici, Scripturæ Interpretes, &c. & tamen tam paucas animas Deo lucrantur Prælati. Sufſecit ſolum Petri verbum & nutus,

Act c. 4. verſ. 3. Actor cap. 4. verſ. 3. *Et tamen multi eorum qui audierant verbum crediderunt.* Nunc innumera ſunt Pontificũ placita, innumera ab ipſis inſtituta & approbata Ordinum, Religionum, Congregationum Genera, Collegia, Templa fundata, & tamen peccatores obturdeſcunt, cœcutiunt, obdureſcunt, & in ſuâ nequitiâ obſtinati perſiſtunt.

III. Naſcentis, & adoleſcentis Eccleſiæ

Cantic. c. 8. v. 8. diſcrimen ſic exprimit Sponſus Cant. cap. 8. verſ. 8. *Soror noſtra parva eſt & ubera non habet.* Quæ eſt illa Sponſa, quæ caret mamillis? D. Anſelmus.

S. Anſelmus. *Eſt Eccleſia de Iudæis quæ dicitur Soror, quia & de eâdem carne & cohæres Chriſti, cum Chriſto ut noviter converſa eſt parvula, adhuc tenera in fide; & ubera, ideſt doctrinam non habet ex ſe: & ideò niſi auxilium ei præbeamus legem dilectionis ferre non poterit.* Vel potius uberibus carere dicitur, quia pauculos libros, raras Conciones, Exhortationes, Catechiſmos primitiva Eccleſia habebat: & tamen ad unius Apoſtoli Concionem quot millia hominum converſa ſunt? quot regna Apoſtolicâ monitiunculâ virtutem amplexa ſunt, idola contriverunt? pauci illi meſſores & agricolæ quot rura, ſeu potiùs regna non ſeminaverunt? quam meſſem breviſſimo tempore non collegerunt? Totus mundus in maligno poſitus erat ubique templa, altaria idolis ædificata erant: ubique dæmonibus ſacrificabatur, ubique vitium regnabat; ita ut idem toti univerſo contigiſſe videretur, quod olim Civitati Samariæ lib. 4. Regum cap. 6. 24. *Congregavit Benadab Rex* *l. 4. Reg. 6. v. 24.*
Syriæ univerſum exercitum ſuum, & aſcendit, & obſidebat Samariam. Ideſt omnes vires ſuas undequaque conſcripſit, & Samariam (quæ erat caput Regni Iſraelitici obſedit) & omni ſubſidio humano ita privavit, ut verſ. 25 *verſ. 25.*
Facta eſt fames magna in Samariâ, & tamdiu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini 80. argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinque argenteis. Fame tam dirâ & obſcœnâ afflicti fuerunt Samaritani, ut in illius fidem coacti fuerint veſci iis, quæ naturaliter abhorremus, & quæ vix contingere poſſumus, vel intueri abſque nauſeâ. Quid fœtidius & ſordidius cadaveribus & ſtercore? & tamen illa erant obſeſſorum alimenta. Imò erãt venalia, & quidem magno pretio. quid magis à naturâ alienum, quàm carnibus humanis veſci? & tamen ipſæ matres proles ſuas præcipuè lactantes parvulos, quos maximè diligere debuerant, poſtquam eas propriâ manu mactaverunt, earum carnibus veſci non erubuerunt. Verſ. 29. *Coximus filium meum & comedimus.* *verſ. 29.*
Deus tamen per Eliſeum Prophetam promiſit illam civitatem liberandam à fame, quæ ipſam urgebat & obſidione hoſtili, quâ uſque ad deſperationem premebatur. Quomodò? quibus auxiliis? non multo exercitu, non armorum conflictu, ſed ſubitaneo ſtrepitu excito, qui tantum pavorem in Syrorum exercitum immiſit, ut ſuſpicantes exteras copias adveniſſe in obſeſſorum ſubſidium ſtatim fugam arripuerint relinquentes in caſtris omnia, quæ tulerant ad victum

neceſſaria, lib. 4 Regum cap. 7. verſ. 6 *l. 4. Reg. c. 7. v. 6* *Si quidem Dominus ſonitum audiri fecerat in Caſtris Syriæ curruum & equorum, & exercitus plurimi: dixeruntq; ad invicem, ecce mercede conduxit adverſum nos Rex Iſrael, Reges Hethæorũ, & Ægyptiorum, & venerunt ſuper nos.* *verſ. 7.* Verſ. 7. *Surrexerunt ergò & fugerunt in tenebris & dereliquerunt tentoria ſua & equos & aſinos in caſtris, fugeruntq;, animas tantùm ſuas ſalvare cupientes.* Ideſt Deus tanto terrore percuſſit Syros per ſonitum ingentem quaſi novi exercitus equitum ac curruum cum omni apparatu militari de novo advenientis in auxilium obſeſſorum, ut indilatè fugam arripuerint, vitæ ſuæ tantùm conſulentes, non curantes equos, aſinos, ſarcinas, aliaque victus, veſtitus, & ornamenti neceſſaria. Sic univerſus orbis à dæmonibus, idololatriâ, aliiſque ſceleribus non tantùm obſeſſus, ſed poſſeſſus erat, tantâque fame divinorum chariſmatum homines premebantur, ut animalia etiam obſcœna colerent, ab iiſque quaſi diis vitæ ſuæ ſubſidia poſtularent. Quomodò Deus orbem iſtâ tyrannicâ obſidione, ſeu potius diuturnâ dæmonis ac vitiorum poſſeſſione liberavit? Quomodò iſtam dæmonum & vitiorum multitudinem in fugam convertit? quomodò profligavit? non ferro, non jaculis frequentibus, non divitum opulentiâ, non humanis Peripateticorum rationibus: ſed tantùm pauperum, idiotarum, ignobilium, & infirmorum Apoſtolorum impolito & incompoſito ſono.

IV. Vates Regius id clariſſimè inſinuat *Pſal. 18. v. 3. & 4* pſalmo 18. verſ. 3 & 4. *Non ſunt loquelæ, neque ſermones quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit ſonus eorum & in fines terræ verba eorum.* Titellmannus. *Uſque adeò* *Titelmã.* *verbum iſtud prædicationis eorum celerrimè pervolavit omnia, ut non ſint ulla loquelarum genera, neque idiomata ulla ſermonum in quibus non audita ſint aut fuerint voces prædicationis atque annunciationis eorum. Itemque nulli fuerint homines cujuſcumque linguæ idiomatis, cujuſcumque loquelæ ad quos non pervenerit illorum ſublimium prædicatorum inſtructio. Quemadmodum non eſt ulla gens neque populus ad quos non pertingat Cælorum corporalium illuminatio, influxus & multiplex operatio. In omnes partes terræ pervenit vox Evangelicæ prædicationis ipſorum, & in omnes fines orbis terrarum pervenerunt ſermones eorum, quibus magnalia Dei annunciaverunt. Pervenit (dico) vox prædicationis eorum in Orientem, Occidentem, Meridiem & Septentrionem ubique fructificans & creſcens, Domino, cujus gloriam prædicabant iter ipſorum dirigente.* Pondera illa prima, & ultima verba, *uſque adeo verbum iſtud prædicationis eorum celerrimè pervolavit omnia, &c. ubique fructificans & creſcens; &c.* Quaſi diceret, licet Apoſtoli forent impotentes, idiotæ, infirmi, ignobiles abſque uberibus, abſque armis, ſine ullâ magnatum commendatione: imò omnibus odioſi, ſtatim dæmones in fugam verterunt, fructuſque uberrimos in omnium mentibus cujuſcumque conditionis & ſtatus eſſent fecit. Nunc verò Eccleſia ubera habet & quidem (inquit Sponſus cap. 4. verſ. 2.) *Meliora ſunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis.* Ea ipſa Sponſa cap. 8. verſ. 10. ait. *Ubera mea ſicut turris.* Et tamen vix aliquis eam debito honore proſequitur, debito amore oſculari deſiderat. Vocat, clamat, Cantic. cap. 1. verſ. 1. *Oſculetur me oſculo oris.* *Cant. c. 1 verſ. 1.* D. Anſelmus. *Doctrina Evangelica quæ eſt dulcis refectio & ſuavis ſicut lac, melior eſt doctrina Philoſophorum quæ non nutrit, ſed inebriat, & ſuperbire facit recipientes, ducitq; tandem ad interitum. vel per vinum accipiamus intellectum carnalem veteris teſtamenti.* *S. Anſelmus.* Et tamen vix paucis dulcis iſta refectio, omnium iſtud lac placet, vix quiſquam in hæc verba prorumpit Cantic. cap. 1. verſ. 13. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera meá commorabitur,* Ideſt (inquit D. Anſelmus) *In intimo amore meo.*

Olim dicebant homines cum Job. V. cap. 14. verſ. 15. *Voca me, & ego reſpondebo tibi, operi manuum tuarum porrige dexteram.* *Iob. c. 14 verſ. 15.* Item in hæc verba prorumpebant Cantic. cap. 1. verſ. 4. *Cant. c. 1 verſ. 4.* *Trahe me poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum, introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus & lætabimur*

memores

memores uberum tuorum ſuper vinum.
S. Anſel. D. Anſelmus hæc verba ſic premit *Trahe me*, cur potius non ait voca me, quandoquidem prima gratia, non tractio, ſed vocatio propriè paſſim nominetur? Reſpondet. *Propriè dicit trahe, quia quaſi quadam violentiâ. Videtur enim fieri violentia ubi corpus natum in peccatis à peccatis liberatur.* Quaſi diceret, ô amantiſſime & ſuaviſſime ſponſe, trahe me tuæ vocis & gratiæ violentiâ. Cur poſtquam dixit *Trahe me poſt te*, ſubjicit *curremus*, cur non potius *curram*? ideſt videbis quomodò cum ſodalibus meis quaſi ſuſpenſis & abreptis præ ſummâ flagrantiâ aromatum tuorum curremus. Quò? D. Anſelmus. *Curremus tecum, ideſt laborabimus tecum obtinere gaudiũ nuptiarum poſiti & fundati in prædicatione & famâ tuâ qua nos attrahit, non enim pigritando & ſegniter agendo perveniemus ad illud cœleſte bravium.* Nunc verò non tantùm trahi debent homines, ſed quaſi violentiam pati. quamvis enim ubique ſint Indulgentiæ, Jubilæi frequentiſſimi, &c. tamẽ ut fideles currant debet illis quaſi vis inferri. Quod miratur D. Bernardus ſermon. 21. in Cantic. *Quid? Sponſa*
S.Bernar. *nè ergò neceſſe habet trahi, & hoc ad Sponſum.* Hinc meritò exclamat. *Quàm pauci poſt te ô Domine Ieſu, ire volunt? ut eant, ut currant debet Sponſus divinus illos trahere per metus internos, per exhortationes, per exempla, per miracula, &c. excitare, &c. Et tamen adhuc pigritant, nec pedem movent. Etſi ubera Eccleſiæ nunc ſint quaſi*
Cant. c. 8 *murus, quaſi turris.* Canticor. cap. 8.
verſ. 10. verſ. 10. Ideſt Eccleſia licet ſit munita fortiſſimis propugnatoribus, Doctoribus in omni ſcientiarum genere & maximè in ſcripturę explanatione, in cœleſtium & divinorum cognitio-
S. Anſel. ne verſatiſſimis. S. Anſelmus. *Quidam ſunt in me, qui ſicut murus, aliorum defenſio ſunt in me, ideſt Doctores ſancti, qui ſunt inexpugnabiles, & invincibiles in doctrinis ſuis.* Tamen quàm multi adhuc hæſitant? quàm multi ad tantùm lumen cœcutiunt, ad tot arma infirmiores ſunt, ad tantam virtutem reddunt impotentiores, ad tot ſonos obſurdeſcunt. Apoſtoli poſtquam diem catechiſandis rudibus impenderant, aliquam partem noctis operi manuum ſuarum applicabant. Nunc verò Pontifices, Prælati, Doctores, Viri Apoſtolici totos dies & noctes ducunt in ſtudiis & elucidationibus divinorum myſteriorum, ut magis proſint animarum converſioni, ſed fruſtra.

Quàm collum Eccleſiæ nunc ſit VI.
forte Sponſus innuit Cantic. cap. 4. Cant. 4.
verſ. 4. *Sicut turris David collum tuum* verſ. 4.
quæ ædificata eſt mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium. Quid per collum Sponſæ intelligis? Sanctos Pontifices, Prælatos, Doctores. Quid quæſo Pontifices, &c. commune habent cum turre David ſeu arce Sion? de quâ lib. 2. Regum cap. 5. l. 3. Reg.
verſ. 7. *Cepit autem David arcem Sion, hæc eſt civitas David.* c. 5. v. 7.
Scilicet quam ipſe David majori munimento firmavit, ſtructura tam eminenti, tam pulchrâ & forti, ut toti poſteritati locum admirationis reliquerit. Sed cur dicitur eſſe plena clypeis, & munita ſcutis? Pagninus ex Hebræo tranſtulit. *Ad docendum tranſeuntes.* Quaſi diceret, hæc Turris David ideò ita Pagninus
munita eſt, ut viatores & tranſeuntes inſtruat, & quaſi Athæneum & magiſterium, quod alios docet: Illius cuſtodes ſunt Prælati, Doctores, & Concionatores; illius Præfectus eſt ſummus Pontifex, qui omnes nos docent, nos inſtruunt, quomodo hoſtium noſtrorum inſidias deflectere debeamus, & eorum conatibus reſiſtere, eoſque ſuperare. D. Anſelmus. *Sancti, per quos deſcendunt ſcriptura ad inferiores habent, &c. Officia colli,* S. Anſel.
ſuntq́, ſicut turris ideſt defenſio aliorum ad eos contingentium, in quâ habitat, & militat verus David. Quæ turris eſt ædificata cum propugnaculis id eſt firmis & optimis ſententiis, quibus procul pellant inſultantes inimicos. Mille clypei ſunt innumerantes circa collũ. Habent illi propugnacula, prodeuntes verò ad bella, accipiunt ab illis, qui collum ſunt, univerſas ſententias quibus ſe protegant, & hoc dicit per mille clypeos; & accipiunt per alias ſententias quibus devincant alios, & ſibi attrahant. Et hoc eſt quod ſupponit. *Omnis armatura*

fortium. Quis Dæmon, quod peccatum non ſuccumbat ad tantas munitiones, ad tantas res? quæ nullibi deficiunt, ubique reperiuntur, paratæ ſunt, etiam in ipſo Eccleſiæ thalamo reperiuntur.

VII. Cantic. cap. 3. verſ. 7. *En lectulum*
Cant. c. 3 verſ. 7. *Salomonis ſexaginta ambiunt ex fortiſſimis Iſrael omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, &c.* Deus bone qualis unius lectuli ambitus! Atrium regium uni committitur armato militi, hujus autem cœleſtis Salomonis lectulum non unus, non viginti, ſed *ſexaginta ex fortiſſimis Iſrael.* Hebræus *De potentioribus Iſrael.* Quidquid ergò potentiæ, quidquid fortitudinis poteſt excogitari, in iſtis excubiis reperitur. Undè non dicit lectulum ambiri à tyronibus, inexpertis, & parum exercitatis, ſed à lectiſſimis, robuſtiſſimis & excellentiſſimis. *ad bella doctiſſimi.* Gilbertus ſerm. 16. in Cantic. hæc
Gilbert. verba ponderans. *Uberior* (inquit) *hic commoratur cuſtodia, quia uberior eſt gratia lectuli.* Quis eſt iſte lectulus? eſt Cathedra Petri, in quâ ſedet Summus Pontifex. Cur lectulum Salomonis ais eſſe Petri Cathedram? in lectulo ſomnus capitur Ovidius lib. 1.
Ovidius. Metamorph.

At medio thorus eſt Ebeno ſublimis in antro
Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis, &c.

Ex eâdem Cathedrâ docetur. Quare ſola inter omnes Sedes Romanas ſapientiſſima eſt? quia in eâ ſedet Rex Salomon, Sapientia increata, Spiritus Sanctus, Vicarius Chriſti, qui ſolus ſemper laborat, nunquam quieſcit licet in lectulo ſeu ſede Petri ſit, errare nequit in fide, & decretis morum, utpotè cui Deus ſpecialiter aſſiſtit, advigilat, cujus oraculis omnes fideles acquieſcere debent. Matthæi
Matt. c. 16. v. 18 cap. 16. verſ. 18. *Super hanc petram* (inquit Chriſtus) *ædificabo Eccleſiam meam.* Undè Apoſtolus 1. ad Timo-
1. Tim. 3 v. 15. theum cap. 3. verſ. 15. Vocat eam baſim, fulcrum firmiſſimum veritatis cœleſtis. *Eccleſia Dei vivi Columna & firmamentum veritatis.* Quomodò firmamentum vocatur, Cornelius ibi. *Eſt firmamentum veritatis tam activum quàm paſſivum: Eccleſia enim in fide & veritate firmatur à Deo per ineffabilem aſſiſtentiam Spiritus ſancti à Chriſto promiſſam, ac per eam fideles omnes activè confirmat.*
Cornel. Quomodò confirmat? Idem Cornelius. *Per ſuos ſcilicet Paſtores, Epiſcopos, & maximè per ſuum caput, quod eſt Romanus Pontifex, Petri Succeſſor, hujus Cathedra inexpugnabilis & inconcuſſa, qua alios in ſanctitate firmat.* Meminit Sanctus Ambroſius epiſt. 82. alludens ad ru- S. Ambr.
brum, in quâ Moyſes vidit Dominū. *Utrumque ad Moyſen à Domino dictum eſt, ubi ſtas terra ſancta eſt, & tu hic ſta mecum, hoc eſt mecum ſtas ſi ſtas in Eccleſiâ? ipſe enim locus eſt ſanctus, ipſa terra fæcunda ſanctitatis & opima virtutum meſſibus: Sta ergò in Eccleſiâ, ſta ubi apparui, ibi ego tecum ſum: ubi eſt Eccleſia, ibi firmiſſima ſtatio tua mentis eſt, ibi fundamentum animi tui, ubi de rubo apparui.* Ecce quomodò Eccleſia paſſivè ſit firmamentum, & corroboretur à Spiritu ſancto per Pontificem Romanum pro quo Chriſtus fatetur ſe oraſſe Lucæ cap. 22. verſ. 32. *Petre rogavi pro te ut non deficiat fides tua.* Luc. 22. verſ. 32.
Quaſi diceret licet Imperatores, Reges omnes totius orbis, omnes inferorum phalanges tuam fidem, tuam ſedem impugnare, & concutere ſtudeant: licet ſæviſſimæ tempeſtates, venti omnes conglobati illam ſedem illam navem ſubmergere conentur. *Nunquam mergitur illa ratis.* Sanctus Chryſoſtomus orat. 2. contra Judæos S. Chryſoſtomus
Quod enim bella adverſus Eccleſiam concitata ſunt? quot exercitus inſtructi? quot non afflictionum, & vindictæ genus excogitatum, ſartagines, catapulta, lebetes, fornaces, lacus & præcipitia; beſtiarum dentes, maria & proſcriptiones, aliaque innumera tormentorum genera, neque dictis memoranda, neque factis toleranda? atque hæc non tantùm ab extraneis, verum etiam à noſtris domeſticis, &c. Et in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus. *Vaticinia omnia docent veritatis ipſius fortitudinem. Nam conſtat Eccleſia ſolida & ſtabilis, ac invicta, florens, & fulgens, & in dies magis, ac magis vigens, creſcens, & plus roboris ſumens, etc.* Et paulò ante loquens

de

de Apoſtolis, & maximè de Petro, ejuſque ſucceſſoribus. *Hoc potuerunt nudi illi & calceis carentes, unâ veſte amicti perq; univerſum orbem currentes: habebant enim adjutricem & commilitantem junctam virtutem ejus, qui dixerat ſuper Petram ædificabo Eccleſiam meam. Numera quot Tyranni ab illo tempore adverſus ipſam inſtruxerant acies, quot graviſsimas perſecutiones moverant: quomodò toto priore tempore quando novitia erat fides, & nuper plantata, teneraq; hominum mentes, Gentiles regnabant Tiberius, Cajus, Nero, Weſpaſianus, & Titus, & poſt illum omnes uſque ad B. Conſtantini tempora, & omnes illi alii minus, alii ſæpius infeſtabant Eccleſiam. Infeſtabant tamen omnes.* Et mox. *Veruntamen inſidia & machinationes illa omnes levius, quàm aranearum tela diſcerpta ſunt. Et ea quibus nos invadebant, & quibus inſidiabantur citius fumo diſſoluta, pulvere præterierunt infirmiora. Magnum enim nobis numerum Martyrum impleverunt, immortaleſq; illos Eccleſiæ theſauros reliquerunt: & columnas, & turres, & eos qui non ſolùm viventes, ſed & mortui poſteris magna utilitatis materia facta ſunt. Vides prædictionis robur, Et porta inferi non prævalebunt adverſus eam. Ab his & de futuris crede, quod nullus obſiſtet. Si enim cum ex paucis conſtaret ac tot bella, tot pugna ubique committerentur non prævaluerunt neque obſtiterunt: multò magis cùm univerſum orbē, & omnem locum, & montes, & colles, & valles, & terram, & mare, & gentes omnes, quæ ſub cælo ſunt comprehenderit, Parum eſt, quidquid reliquum eſt, præſertim ſublatis templis, altaribus, idolis, omnibuſq; feſtis & ſacrificiis, & fumo & in odore, & prophanis conventibus. Quo pacto ergò tale, atque tantum negotium, tot munitum obſtaculis finem habere potuiſſet, nam clarum veritati teſtificantem, niſi divina quadam, & invicta virtus fuiſſet, quæ & hoc prædixiſſet & perfeciſſet.* Quæ oracula & promiſſiones ſtabilitatis Eccleſiæ debent ſpecialiter, imò unicè intelligi de Eccleſiâ Romanâ, ut oſtendit S. Irenæus lib. 3. cap. 3. & alii.

VIII. Quod etiam Eccleſia ſit firmamentum activum, audi D. Anſelmum in illa verba citata Canticorum. *Sexaginta, &c. Per ſexaginta* (inquit) *habimus perfectos in decem præceptis, fortes ideò dicit, quia humiles ſunt, & potentes reſiſtere adverſariis: & hi omnes ſunt electi virorum qui vident Deum: & omnes hi ſunt tenentes verbum Dei, omneſq; benè ſciunt illo gladio percutere.* Cur verò nominentur ad bella fortiſſimi, ſic exponit. *Hic datur nobis intelligi, quod paſtores eſſe, qui cum habeant divinam ſcientiam interius, ſciant etiā convenienter exponere prædicando unicuique ſecundùm modum ſuum verbum Dei.* Ecce quomodò Eccleſiam, quomodo Sedem Romanam fortiſſimi ambiunt, ſcilicet Cardinales, Epiſcopi, Paſtores, Doctores, Religioſi, &c. Sed quomodò Eccleſia adhuc infans, & puerilibus faſciis amicta tantos impetus toleravit, & tamen tunc tantos progreſſus fecit, nunc verò tam tarda eſt in lucro & progreſſu animarū? quomodò D. Petrus aliique Apoſtoli quaſi David haſta, gladio, clypeo carentes, ſed ſolà fundâ paſtorali, ſolis lapidibus ſcilicet Chriſti virtute, qui eſt *lapis quem reprobaverunt*, & tamen angularis Eccleſiæ pſalm. 117. verſ. 2. & ad Epheſios cap. 2. verſ. 20. Turrim carneam concupiſcentiæ, idololatriæ, & iniquitatis ſolo æquarunt? quomodò Apoſtoli quaſi infantes lactantes, ideſt parvi proſapiâ & publicis officiis carentes religionem toto orbe diſſeminarunt, promulgarunt & perfecerunt? De quibus David Pſalm. 8. verſ. 2. vaticinatus eſt. *Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem propter inimicos tuos ut deſtruas inimicum & ultorem.* Quæ verba Bellarminus ita explanat. *Per infantes & lactantes poſſunt intelligi homines humiles & parvuli in oculis ſuis, & imperiti ſcientiarum ſæcularium, quales fuerunt Prophetæ & Apoſtoli, & ingens numerus Monachorum & Virginum, nec non verè puerorum, qui in tenerâ ætate adeo perfectè cognoverunt gloriam Dei & admirabile nomen ejus ut pro ipſo mortem oppetere non dubitarint. In hoc ſenſu allegavit Dominus hunc Pſalmum in Evangelio nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem, Matthæi cap. 21. Inimici autem*

S. Anſelmus.

Pſal. 8. verſ. 2.

Bellarm.

dicuntur ſapientes hujus mundi, & defenſores ipſorum, qui quamvis Deum cognoverunt, non ſicut Deum glorificaverant ideo inſipientes facti ſunt, ut Apoſtolus docet ad Romanos cap. 1. Quod dicitur ut deſtruas, in Hebræo eſt ut quieſcere facias. Sed ſenſus idem, nam nō loquitur Pſalmus de deſtructione perſonæ, ſed ſapientia, juxta illud Iſaiæ perdam ſapientiam ſapientum, & illud Apoſtoli 1. Corinth. cap. 1. Stultam fecit Deus ſapientiam hujus mundi. Cur inquam Eccleſia infans per Apoſtolos, & maximè D. Petrum, tunc omni naturali & humano auxilio deſtitutum, &c. tam ſalutiferum in orbe, & maximè Romæ fructum producit, nunc verò tam exiguus fructus tot Viri Apoſtolici & Pōtifices reportant? Nonnè ſummo Pontifici moderno, Prælatis, Doctoribus, &c. modernis æquè ac Petro & Apoſtolis dictum

Joan. 15. verſ. 16. eſt Joannis cap. 15. verſ. 16. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos ut eatis, fructum afferatis.* Quaſi diceret, elegi vos, ut ſitis mei Vicarii. Legati, Nuntii, ut eatis in orbem terrarum, & fructum fidei Chriſtianæ in omnibus nationibus producatis?

IX. Ideò Apoſtoli, & præcipuè Petrus, ſemen Verbi inſerentes uberiorem meſſem collegerunt, quàm modò Pontifices & Prælati: quia non tot ſaxa, tot obices repererunt, quàm nunc. De Chriſto in primitivâ Eccleſiâ vocante homines per Apoſtolos, ſic eleganter diſſerit S. Leo ſermon. 9.

S Leo. de Paſſione. *Trepidationem diſcipuli foris poſiti divino vidit intuitu, & paventis animum mox ut reſpexit erexit, & in fletus pœnitudines excitavit.* Ecce quomodò unus Chriſti aſpectus Petrum peccatorem convertit. Idem pluries præſtitit per Apoſtolos, & tamen idem Chriſtus nobis in ſacris Altaribus exhibitus, toties vocat, toties per innumeros Concionatores, Doctores, Interpretes, exempla, immenſa ſcriptorum volumina loquens non auditur: ad ejus vocem homines obſurdeſcunt, & manent immoti: undè hoc? Cur nunc Eccleſia ad virilem ætatem provecta, fortior & vegetior facta, ſæpè tamen inutiliter laborat, ac Romanus Pontifex non auditur? Provenit ex eo quod ejus laboribus, ſtudiis, vigilantiæ, mandatis toties repetitis homines ex pravâ & quaſi habituali conſuetudine illis nō acquieſcunt, licet ſingulis diebus vocet nos, & velit nos congregare, quēadmodum gallina congregat pullos ſuos & nolumus. In naſcente Eccleſiâ Petrus cum Jona clamabat. *Adhuc 40. dies & Ninive ſubvertetur*, & illico ad vocem ejus omnes ad pœnitentiā convolarunt. *His auditis* (inquit ſanctus Chryſoſtomus homil. de Jonâ)

Ninivitæ auditum nulli contemptui manciparunt, ſed verba prolata ſuis cordibus intimarunt, & ſtatim viri atque fœminæ, ſervi & domini, ſenes & juvenes, judices & miniſtri, graves & pueri, uno concurſu, unâ mente, unâ lamentatione ad auxilium jejunii convolarunt. Sed & ipſa animalia hujus miniſterii tenebantur obſequio: ubique ſaccus, ubique cinis, ubique lacrymæ, ubique gemitus. Nam & ipſe qui tenebat imperii poteſtatem excelsâ ſede derelictâ, regali pompâ renunciatâ indutus cilicio, capiti cinerē impoſuit, & ſic valuit civitas liberari. Et res totius admirationis gerebatur: Cilicio purpura cedebat ambitio, & cinis diadematis obruebat ornamentū. S. Chryſoſtomus. Nunc verò tot Prophetarum oracula clamant, tot Sanctorum exempla, tot Apoſtolorum documenta, tot Martyrum pro Chriſto perpeſſa ſupplicia, tot Confeſſorum ſuſpiria, tot Doctorum ſcripta, tot Virginum illibata vita, & inconcuſſa puritas, & maximè tot Pontificum authoritate congregata & approbata Concilia, tot diplomata, tot dogmata; & tamen quaſi adamante duriores ſunt homines: illos quaſi oves aberrantes & ferè perditas nominatim vocat, & magis ab eo recedunt. Id patet in Judæis, quorum ad unicam prædicationem Petri multa millia converſa ſunt ad fidem, at qui nunc Romæ morantur ad tot miracula cæcutiunt, at tot prædicationes hebdomadales, &c. obdureſcunt.

CAPUT II.

Pontificis Romani ſtudium in mittendis Viris Apoſtolicis, ut extirpent Idololatriam, Hæreſim, & Schiſma, ejus ſanctitatem prædicat.

I. l. 3. Reg. 18. v. 43 ELias Propheta peracto Sacrificio in monte Carmelo, cæſiſq; Baalitis ad torrentem Ciſon lib. 3. Regum cap. 18. mittit puerum ſuum (quem Toſtatus in lib. 3. Reg. cap. 18. quæſt 35. & alii exiſtimant eſſe filium Mulieris Sareptanæ, ex devotione ſibi datum) mittit inquam dicens verſ. 43. *Aſcende & proſpice contra mare.* Septuaginta. *Aſcende, & perſpice viam maris.* Paraphraſis Chaldæa. *Aſcende nunc & proſpice ad viam occidentis.* Caietanus. *Aſcende quæſo & reſpice contra viam maris.* Vatablus. *Aſcende quæſo & ſpecta verſus mare.* Cur mittit ad mare, ſeu ad occidentem, an ut ejus fluxum & viã conſideret? Quid per illud mare & occidentem intelligit? quid per viam maris vel occidentis innuere vult? Intelligit, mundum in quo ſunt multiplices hoſtes, ac mille antractus, S. Auguſtinus. mille ſcopuli, & vitæ pericula. S. Auguſtinus lib. 2. de civitate cap. 10. *Mille nocendi, fallendiq; artes interponunt.* D Hieronymus epiſt. 1. ad Heliodorum de laudibus vitæ ſolitariæ. Hieron. *Quaſi nuper naufragio ejectus in littus doctus nauta timidâ navigaturis voce denuncio, nolite credere, nolite eſſe ſecuri, licet in modum ſtagni ſuſum æquor arrideat. Licet vix ſumma jacentis elementi ſpiritu terga criſpentur, magnus hic campus montes habet, intus eſt hoſtis, expedite rudentes, vela ſuſpendite, crux antennæ figitur in frontibus, tranquillitas iſta tempeſtas.* Hinc D. Cyprianus lib. de mortalitate paulò poſt S. Cyprianus. principium de hujus maris æſtu ſic loquitur. *Quid aliud in mundo quàm pugna adverſus diabolos quotidie geritur? quàm adverſus jacula ejus, & tela conflictationibus aſſiduis dimicatur? cum avaritiâ nobis, cum irâ, ambitione, congreſſio eſt, cum carnalibus vitiis, cum illecebris ſæcularibus aſſidua & moleſta luctatio eſt. Obſeſſa mens hominis, & undique diaboli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit, ſi avaritia proſtrata eſt exurgit libido, ſi libido compreſſa eſt ſuccedit ambitio, ambitio contempta eſt, ira exaſperat, inflat ſuperbia, vinolentia invitat.* Undè S. Auguſtinus ſerm. 17. de verbis ait S. Auguſtinus. in iſto mari mundi innuere nihil aliud eſſe quam continuis & ſucceſſivis tempeſtatibus agitari. Sic enim loquitur paulò poſt principium. *Quid eſt vivere niſi diu torqueri? quid eſt aliud vivere, niſi malos dies malis diebus addere?* Idem in Soliloquiis cap. 16. *Hoc eſt continuum ſtudium ejus, hoc unicum deſiderium ejus, ut animas devoret quas ſive dormiamus, ſive vigilemus, ſive comedamus, ſive quodcumque opus operemur, omnibus diebus inſtat die ac nocte fraudibus & artibus, nunc palam, nunc occultè ſagittas venenatas contra nos dirigens ut interficiat animas noſtras.* Quod unico verbo præcinit Pſaltes pſalm. 37. verſ. 13. *Dolos tota die meditabantur.* Caſſiodorus in pſalm. 44. *Mari juſtè comparatur hic mundus quia falſitatibus amarus eſt, fluctibus diabolicis quatitur, vitiorum tempeſtatibus commovetur.*

Idem mundus occidenti aſſimilatur: quia ſecundùm S. Hieronymum II. in illa verba Eccleſiaſt cap 1. verſ. 14 Eccli 1. verſ. 14. *Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole, & ecce univerſa vanitas eſt & afflictio ſpiritus.* Subdit. *Recogitans omnia pertranſire, & mundum ſuo fine ſeneſcere, ſolumq; Deum illud ſemper eſſe quod fuerit, compellor dicere non ſemel, ſed bis vanitas* Hieron. *vanitatum & omnia vanitas.* D. Auguſtinus ſuper epiſt. Joannis. *Mundus* S. Auguſtinus. *tranſit & concupiſcentia ejus. Quid vis? utrum amare temporalia, & tranſire cum tempore, an Chriſtum amare, & in æternum vivere?* Idem in ſermonibus. *Ecce ruinoſus eſt mundus & ſic amatur,* S. Gregorius in homiliis. *Ecce mundus qui diligitur fugit.* Imò ipſe Ari- S. Greg. ſtoteles lib 4. Phyſicorum. *Omnia quæ* Ariſtotel. *ſub cælo ſunt, tabeſcunt, ſeneſcunt, & ſordeſcunt ſub tempore.* Mittit ergò Elias puerum ſuum, ut proſpiciat contra mare ſeu occidentem: non ut illum

illum proſpiciens delectetur, ſed ut contemnat: ſeu potius ut ibi navigantes vocet, & ab ejus fluctibus liberet, ac ad portum ſalutis verbi divini prædicatione deducat. Dionyſius.
Dionyſ. *Boni Prælati in altâ conſideratione ſe figunt ad conſiderandum pertinentia ad communem ſalutem, & concernentia Dei honorem: & mittunt pueros ſuos, ideſt Vicarios ſuos, & Prædicatores, ac inferiores Miniſtros ad proſpiciendum contra mare, ideſt ad intuendum hoc ſæculum nequam inſtar maris amarum, inquietum, & magnum: an ſcilicet in hominibus mundanis ſit aliquid gratiæ ſpiritualis, quæ per nubeculam deſignatur. Ad quos gratiâ deſtitutos non ſufficit ſemel miſiſſe, ſed ſepties mittitur per omne tempus durationis vitæ eorum, quamdiu eſt ſpes emendationis ipſorum, pro quorum converſione interim orat fidelis ac fervidus paſter.* Hæc explicatio exprimit continuam ſollicitudinē Romani Pontificis, qui inceſſanter mittit Viros Apoſtolicos, ut non tantum vitiis: ſed Atheiſmo, idololatriæ, hæreſi, ſchiſmati bellum inferant, & homines errantes in mari hujus mundi & tenebris diabolicæ ſectæ obvolutos ad gremium Eccleſiæ reducant. Hujus miſſionis meminit Vates Re-
Pſ. 105 & 106. gius pſalmo 105. & 106. *Congrega nos de nationibus.* Noſter Incognitus, ſeu Michael de Bononiâ. *Scilicet ad locum*
Incognitus. *tui cultus, per hoc autem orat Pſaltes, ut Deus ſuos electos in nationibus gentiū contentos ad ovile reducat Eccleſiæ, dicens, Congrega nos de nationibus, ideſt de gentibus. Vndè hic ait gloſſa, Dominus ait alias ego oves habeo, &c. ideſt filios Dei, qui diſperſi erant in gentibus. Vndè Ioannes Evangeliſta cap. 10. ait de Caiphâ qui prophetavit. Expedit ut unus moriatur pro populo, nè tota gens pereat. Hoc autem non dicit à ſemetipſo, ſed cùm eſſet Pōtifex anni illius prophetavit, quia unus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente ſcilicet Iudæorum, ſed ut filios Dei qui erant diſperſi congregaret in unum, ideſt filios Dei diſperſos de gentibus congregaret cum Iudæis, ut fieret unum ovile & unus Paſter. Quæ Congregatio in Scripturâ multiplex reperitur, ſcilicet Congregatio fidelitatis Eccleſiæ, Congregatio charitatis atque gratiæ.* Ad illam Congregationem fidelitatis Eccleſiæ faciendam mittit Pontifex Chriſti Vicarius Viros Apoſtolicos in exteras nationes. Ad congregationem charitatis atque gratiæ ſtabiliendam mittit quotidie Cōcionatores qui modò in templis, modò in vicis, & compitis, modò in ſedibus Confeſſionalibus ſuis exhortationibus & Sacramentorum miniſterio peccatores cum Deo & proximo reconciliant. De primâ miſſione ad mare & occidentem canit Pſaltes
pſalmo 106. verſ. 3. *Congregavit eos à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari.* Pſ. 106. verſ. 3.
Quibus verbis ſubdit noſtèr Incognitus duplicem eſſe congregationem bonam & malam. *Bonâ congregatione nos Chriſtus miſericorditer congregavit. Prima eſt congregatio fidelitatis Eccleſiæ, quâ ſcilicet Chriſtus diverſitatem gentium in unam fidem congregavit, & Eccleſiam. Et iſtam congregationem per Apoſtolos & Prædicatores fieri præcepit, eis præcipiens Matthæi cap. 22. Ite ad exitus viarum & quoſcumque inveneritis, vocate ad nuptias, egreſſi autem congregaverunt quos invenerunt.* Poſtquam explicavit ac deſcripſit illud mare & occidentem, aliaſque mundi partes, moraliter oſtendit Viros Apoſtolicos miſſos fuiſſe ad quatuor mundi plagas, ut ex illis Eccleſiam congregarent. Deindè infra ait. *Quos redemit de manu inimici, aliquos ab ortu ſolis, aliquos ab occaſu, aliquos ab aquilone, & aliquos à mari ſivè ab auſtro. Per mare enim benè intelligitur pars auſtralis, in quo Sol eſt altior: quia per mare ſignificantur ſuperbi ſe in altum elevantes, ſæculares quos tamen reduxit Dominus. Quod oſtendit D. Gre-* S. Greg.
gorius lib. 17. moral. cap. 15. ſuper illo verbo Iob. cap. 26. In fortitudine illius maria aggregata ſunt, dicens: Quid autem maris nomine niſi præſens ſæculum deſignatur in quo corda hominum terrena quærentium, diverſis cogitationum fluctibus intumeſcunt. Qui elatione ſuperbiæ incitati, dum alternâ intentione ſe impetunt, quaſi adverſitates ſe colliduut. Sed in fortitudine illius maria congregata ſunt, quia incarnato Domino diſcordantia ſæcularium corda concorditer credunt. Iam

Petrus

Petrus jam in mare ambulabat, quia nimirùm Christi Prædicatoribus illa quondam tumida corda humili auditu ſubſtracta ſunt. Vndè rectè & in evangelio hujus mundi manſuetudinem ſignavit, quod procelloſa maris aqua Domini pedibus preſſo tumore calcata eſt. Dicit Chriſtum ſeu Deum per Verbum ſuum Incarnatum nos miſericorditer congregaſſe, *miſericorditer congregavit*: quia ſanè magna Dei miſericordia eſt, magna pietas quando per ſuum Vicarium ſeu Pontificem Romanum mittit Prædicatores contra mare, ſeu hujus mundi occidentem, omnesque ejus plagas.

III. Hanc miſſionem miſericorditer factam iterùm colligo ex lib. 3. Reg. cap. 19. verſ. 5. ubi cum Elias dormiret ſub umbra Juniperi. *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit: Surge, comede, &c.* Quid per Eliam dormientem ſub umbrâ juniperi, & Angelum ad ipſum miſſum intelligis? Elias dormiens ſub umbra juniperi eſt figura peccatoris ſub umbra honorum, deliciarum, opum, falſæ religionis ſtertens. Secundùm nonnullos Interpretes ad eum mittitur Angelus Domini non Dei. Quia Deus eſt nomen Judicis, ut paſſim notant Doctores ad cap. 1. verſ. 1. Geneſis. *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Dominus autem nomen miſericordis. Igitur mittitur ad Eliam dormientem non Angelus Dei, ſed Domini: quia quando Prædicatores mittuntur ad mare magnum & ſpatioſum hujus mundi, in quo ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, ſignum eſt non juſtitiæ, ſed miſericordiæ; non vindictæ ſed pietatis. *Bonâ congregatione nos Chriſtus miſericorditer congregavit.* Prædicatio enim eſt actus benignitatis & miſericordiæ divinæ in nos, & actus zeli Pontificii ac ſanctiſſimi: Nam diviniſſimum divinorum eſt operari in ſalutem animarum. Econtra ſignum ſeveritatis & juſtitiæ cœleſtis in nos, cùm divini Verbi Præcones à nobis ſubſtrahuntur. Magno nos beneficio Deus afficit, cùm non tantùm interiori inſpiratione nobis loquitur, ſed etiam externâ Concionatorum ſermone.

3. Reg. 19. v. 5.

Magno nos amore proſequitur, cùm ſuis Sacramentis nos alit & Sanctorũ ſuffrágiis fovet: ſed majori complectitur affectu cùm vult nobis adeſſe Eccleſiaſtes qui nos ſopitos excitent. Econtra vix majus ſupplicium poteſt excogitari, quam divini Verbi carentia. Quomodò Deus olim patefecit ſe in populum ſuum eſſe graviter iratum, & habere parata ſupplicia? Quæ erant illa ſupplicia? non alia quàm divini verbi fames & carentia. Amos cap. 8. verſ. 11. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini.* Iſtâ fame & ſiti immiſsâ, iſto ſupplicio illato quid ſequatur audiamus. Verſ. 13: *In die illa deficient virgines pulchræ & adoleſcentes in ſiti.* D. Hieronymus ſic myſticè explicat. *Deficient virgines, quia verbum Domini non invenient: ex quo intelligimus quando doctrina non fuerit in Eccleſia, perire pudicitiam, caſtitatem mori, obire virtutes, quia non comederunt verbum Domini, quod qui comederit ſaginatus ejus cibo, audiet per Salomonem, Iuſtus comedens ſaturat animam ſuam: anima autem impiorum eſurient.* Sitiebat Elias, & eſurienti Angelus Domini affert cibum & potum, illum reficit, ejus fami & ſiti ſatisfacit. Eſuriunt peccatores, pagani, hæretici, ſchiſmatici reficiuntur, eorumque ſitis extinguitur, quando verbum Dei à Viro Apoſtolico miſſo percipiunt.

Amos 8. verſ. 11.

Hieron.

CAPUT III.

Pontifex ſuam ſanctitatem patefacit dum ſelectos Miſſionarios, ſingularibus virtutibus præditos, & inſtar puerorum ad terras infidelium dirigit.

CUr Elias dicitur miſiſſe puerum, & non virum, ſenem, gigantem, unum ex Achabi Aulicis, vel ex plebe quæ in Carmelo congregata erat? ut oſtendat Miſſionarios debere eſſe pueros, non ætate I.

ſed affectu & virtute. Sic Geneſis cap. Gen. 18. verſ. 17. 18. verſ. 17. Licet Abraham ſenilem ætatem jam attigiſſet tamen Deus vocat illum puerum. Si ſenex erat, quomodò puer? Senex erat ſi annos ſpectes: puer verò ſi innocentiam, ſi alacritatem, ſi rerum mundanarum contemptum, ſi ſanctitatem. S. Ambroſius lib. 2. de Abraham cap. 6. S. Ambr. *Senilis ætatis Abraham ſuperius Scriptura ſignificavit cùm nonaginta & novem proceſſiſſet annos, quomodò nunc puerum dicit, ſed cum immemorem ſenectutis exploratorem indefeſſum, curſu impigrum, ſtandi patientiſſimum, deducendi ſtudioſiſſimum expreſſerit, nónne convenire nomen pueri videtur? Officiis meritò puer dicitur, qui ſenile neſciebat faſtidium, pueritia innocentiam, & obſequium deferebat.* Vocat non ſenem ſed puerum, quia explorator indefeſſus eſt, curſu impiger, ſtandi patientiſſimus, deducendi ſtudioſiſſimus, nulli faſtidioſus eſt, innocens eſt, obſequentiſſimus eſt. Quæ epitheta viri Apoſtolici dotes exprimunt. Nam primò debet eſſe explorator indefeſſus & impiger. Talis erat Elias quem modò vides in Iſrael, modò in Sarepta, modò in deſerto, modò in civitate, modò in Carmelo, modò in aula Achab, modò in Jericho, modò in Galgala, modò in Jordane, &c. Neſcit torpere, neſcit pigreſcere, neſcit ſtare, neſcit leniter incedere: ſed video illum currentem velocius quàm currum Achab. Bonam itineris partem emenſus non retrogreditur. O Virum Apoſtolicum planè fortem! ô mentem humanâ mente celſiorem! Tales ejus exemplo fuerunt Apoſtoli, tales debent eſſe Viri Apoſtolici, nullo loco, nulli perſonæ fuerunt affixi, ſed omnium ſalutem procurare contenderunt; undè vaſtiſſimas regiones peragrarunt, varia maria trajecerunt, remotiſſimas plagas luſtrarunt, barbaras nationes adierunt, loca invia penetrarunt, populos incultos ac rudes inſtruxerunt: denique univerſas provincias emenſi ſunt. Id Chriſtus in ſuâ nativitate videtur innuiſſe Lucæ cap. Luc. 1. verſ. 1. 1. cap. 1. *Exiit edictum à Cæſare Auguſto ut deſcriberetur univerſus orbis.* Græcus. *Exiit placitum à Cæſare ut numeraretur univerſus orbis.* S. Ambr. S. Ambroſius in Lucam, & ſermone de Nativitate. *Vt cenſum profiteretur univerſus orbis.* Arias. *Decretum deſcribi omnem habitatam.* Syriacus. *Vt deſcriberetur univerſus populus poſſeſſionis ejus.* Vatablus. *Evenit autem ut exiret decretum à Cæſare Auguſto ut cenſeretur totus orbis.* Cur Chriſtus naſcitur eo tempore quo deſcribitur, numeratur, cenſetur ſeu profitetur univerſus orbis? Quid Nativitas Chriſti cum iſtâ deſcriptione, cum iſtâ numeratione, & profeſſione commune habet? Tacitè innuit quod quemadmodum imperium toti orbi dominabatur temporaliter, & Cæſar per univerſum orbem ſuos mittebat, ut omnium ſubditorum imperio nomina & cenſus colligerent. Ita Chriſti Evangelium toti dominaretur mundo, totũ orbem peragraret: & ille, ſeu ejus vicarius nullam plagam, nullum locum relinqueret, ad quæ Viros Apoſtolicos non delegaret & fidei Chriſtianæ myſteriis non imbueret. Audi Joannem Geometram in Catenâ Græcâ. *In prophetico ſermone ſolis Iudæis prædicatio regnum Iudæorum deſcribitur. Viſio enim (inquit) quam vidit Iſaias in diebus Oziæ, & Ioathan, &* Ioannes Geomet. *Achaz, qui regnaverunt in Iudæâ, in myſterio autem Evangelij per totum orbem prædicandi deſcribitur imperium Cæſaris qui univerſo orbi imperare videbatur.* Quaſi diceret quemadmodum Cæſar Auguſtus toti orbi dominabatur, ita notitia Evangelii non in uno populo Judaico fieri debebat, ſed in omnes nationes diffundi. Id Regius Vates prædixit pſalm. 18. verſ. 5. *In* Pſal. 18. verſ. 5. *omnem terram exivit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorũ.* Titelmannus ita elucidat, Titelmã. *In omnes partes terræ pervenit vox Evangelicæ prædicationis ipſorum, & in omnes fines orbis terrarum pervenerunt ſermones eorum, quibus magnalia Dei annunciabant. Pervenit vox prædicationis eorum in Orientem, Occidentem, Meridiem & Septentrionem, ubique fructificans & creſcens Domino, cujus gloriam prædicebant, iter ipſorum dirigente, & ſermonem ſequentibus ſignis confirmante.*

II. Miſſionatius ſeu Elias pueri nomen aſſumit, ut præconum patientiam figuret. Puet illatæ ſibi injutiæ ſtatim obliviſcitur, patri ſibi ante irato & percutienti arridet. Item præco Evangelicus Angelus eſſe debet, quia Angelus eum quem in ſui tutelam ſuſcipit nunquam deſerit, licet ſit peſſimus peccator, niſi quoad aliquem effectum & ſecundùm quid, ut docent Theologi, propter obſtinationem, non tamen abſolutè: ſic Deus dicitur peccatorem deſerere ſecundùm aliquid tantùm, quia ſubſtrahit ab eo gratiam, non illum inhabitat, non revocat eum à peccato, exponit illum juſto ſuo judicio, tribulationi: tamen quamvis ſit obſtinatiſſimus & flagitioſiſſimus peccator, quamvis ſit AntiChriſtus filius peccati, filius perditionis illum conſervat, Eliæ & aliorum ſimilium prædicationem, miracula, &c. illi opponit, ita ut nullam deſperandi cauſam habeat, juxta illud D. Auguſtini, & habetur in decret. de pœnitent. diſt. 7. *Nemo. De nemine deſperandũ eſt quamdiu eſt in ſtatu viæ.* Debet verus animarum zelotes Paſtorem Evangelicum imitari. Hic relictis nonaginta novem ovibus in deſerto, quærit unam perditam, non alienis ſed propriis humeris imponit, geſtat, refert ad gregem, & quidem amanter, patienter & hilariter. Tertullianus inter alios hanc paſtoris patientiam lib. de patientiâ cap. 12. optimè animadvertit: *Laborem inquiſitionis patientia ſuſcipit, & humanis advehit bajulus patiens peccatricem derelictam.* Si Deus, & Angelus, & Concionator zeloſus neminem deſerunt, quomodò vocas peccatricem derelictam? derelictam à dæmone non à Deo: à dæmone qui cum ad peccatum inducit multa promittit, cùm in peccatum lapſam videt, eam irridet, eam deſerit, eam omnibus gratiis ſpoliatam inter manus & compedes vitiorũ relinquit.

Tertull.

III. Concionator Apoſtolicus debet eſſe puer & Angelus, ſeu deducendi clientem ſtudioſiſſimus. Puero nihil agilius, Angelo nihil ſtudioſius, nihil vigilantius. S. Auguſtinus in Soliloquiis cap. 27. *Magna cura & vigilanti ſtudio adſunt nobis Angeli omnibus horis, & locis ſuccurrentes & providentes neceſſitatibus noſtris, & ſolliciti diſcurrentes inter nos & te Domine.* Vocat ſollicitos, vigiles, comites, inſeparabiles, providos, auxiliares, agiles in noſtrum commodum. Origenes lib. 5. contra Celſum de eodem Angelorum ſtudio. *Angeli aſcendunt & deſcendunt, perquirunt & curioſè agunt quid in unoquoque noſtrum inveniant quid offerant Deo, vident & perſcrutantur cujuſq; mentem, ſi habeat aliquid ſale, ſi tam ſanctum aliquid cogitet, quod Deo mereatur offerri.* Eandem vigilantiam & ſtudioſitatẽ ſectari debent Præcones Apoſtolici. S. Auguſtinus in pſal. 44. cõparat Miſſionarios Evangelicos Angelis aſcendentibus & deſcendentibus in ſcalâ Jacob, dum explicat hæc verba Joan. c. 1. v. 31. *Amẽ dico vobis videbitis cœlum apertũ & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper filiũ hominis.* Subdit. *Angeli aſcendant & deſcendant per ſcalas illas: fiat hoc in Eccleſia Angeli Dei annunciatores ſunt veritatis: aſcendant & videant, In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Deſcendant & videant, quia verbũ Caro factum eſt & habitavit in nobis. Aſcendant ut erigant magnos, deſcendant ut nutriant parvos. Vide aſcendentẽ Paulum, ſive mente excedimus Deo. Vide deſcendentem, ſivè temperantes ſumus vobis. Vide aſcendentem, ſapientiam loquimur inter perfectos. Vide deſcendentem, lac vobis potum dedi non eſcam, hoc fit in Eccleſiâ.* Tale debet eſſe Viri Apoſtolici ſtudium, modò ſurſum aſcendat, ut divini verbi generationẽ contempletur: modò deorſum deſcendat, ut ejuſdem Verbi incarnationem admiretur: modò aſcendat ut magnates inſtruat: modò deſcendat, ut plebem inſtruat: modò aſcendat per orationem & mentis exceſſum: modò deſcendat per temperantiam, alioſque actus auſteritatis: modò aſcendat inter perfectos de rebus ſublimioribus ſermonem inſtituens: modò deſcendat cum incipientibus quaſi nutrix agens, & prima noſtræ fidei elementa docens. Talis erat Elias: modò aſcendit, ut Regẽ Achab, Regem Ochoziam, & quinquagenarios alloquatur & corripiat; modò

S. Auguſt

Origenes

S. Auguſtinus. Joan. 1. verſ. 38.

deſcendit ut plebem inſtruat. Modò aſcendit, ut nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis, incarnationis, vel B. Virginis figuram intueatur; modò deſcendit ut Baalitas deleat. Modò aſcendit ut ſacrificium offerat, ut filios Prophetarum ad perfectionẽ aſpirantes inſtruat; modò deſcendit in Saptá Sidoniæ, ut mulierem viduam & ejus familiam (quam S. Chryſoſtomus gentilem fuiſſe ait) ab infidelitate ad veram fidem convertat; à qua paſcatur corporaliter, & quam viciſſim tam corporaliter quàm ſpiritualiter paſcat.

IV. Miſſionarius in eo ſtudioſiſſimus eſſe debet, quod more Angelorum propriis commodis cedat, ut alienis proſpiciat. Statim atque Angeli ad noſtram tutelam deſtinantur ſedem Beatorum deſerunt, conſodalium cõſortium derelinquunt, ut nobis invigilent. S. Auguſtinus lib de diligendo Deo. *Magnum æſtimo beneficium, quod Angelum pacis ab ortu nativitatis meæ ad cuſtodiendum uſque in finem meum mihi dediſti: magnas tibi gratias deferre debeo, quod me terra non abſorbuit, non me cœlum fulminavit, non me fulgur combuſſit, non flumina ſubmerſerunt, nec aliâ pœnâ prout dignus eram non afflixiſti.*

S. Auguſtinus.

Et attidens S. Hieronymus in cap. 25. proverb. *Angeli de ſupremâ patriâ deſcendentes in mundum juſtos, vel inter tentationes ſpe cœleſtium roborant, vel finitis tentationum certaminibus ad palmam perpetuæ retributionis inducunt.* De eâdem Angelorum ſollicitudine quâ noſtra propriis commodis præferunt, audi Origenem hom. 80. in cap. 25. Num. *Adeſt unicuique noſtrum, etiam Angelus Domini, qui regat, qui moveat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis & miſerationibus expoſcendis quotidie videat faciem patris.*

S. Hierõ.

Origen.

Quaſi diceret, locus & ſocietas amicorum non mediocriter confert ad beatitudinem accidentalem Angelorum; & tamen noſtri tutelares iſtius beatitudinis incurii ab initio nativitatis ad noſtram cuſtodiam deputantur. De ſupernâ patriâ deſcendunt in mundum, nobis adſunt, non ad horam, ad menſem, ad annum unum, ad decem, ad viginti, &c. ſed uſque in finem. Non uni Civitati, Provinciæ, Regno, ſed mihi, ſed unicuique noſtrum, ut regat, gubernet, moneat, corrigat, tentationum occaſiones divertat, in præliis nos adjuvet. Det miſericordiam imploret. Parùm etiam de hereditate paternâ, quæ ad ipſos devolvitur ſunt ſolliciti Elias, Joannes, &c. cur Angelus vocantur? quia non nummorum ſed animarum lucro inhiant, non cingulu bullis aureis diſtinctum, pretioſiſque gemmis ornatum gerunt, ſed zonâ pelliceâ cincti ſunt: non fluentem ad talos chlamydem auro textili crepatâ geſtant, ſed Elias melotem ſeu exuvias ovinas Joannes camelinas portat Matth. cap. 3 verſ. 4. *Veſtimentum de pilis camelorum,* Marci cap. 1. verſ. 6. *Erat veſtitus de pilis cameli.* Elias cibo mendicato, vel à corvis delato utitur, Joannes veſcitur inſectis & guttis roris. Non mollibus culcitris ſubſtratum lectum ad ſomnum adhibent, ſed ſaxum & nudam humum; non palatia incolunt, ſed abditas ſolitudines. Uno verbo nullum ab auditoribus ſtipendium quærunt, Sic Petrus, Joannes, aliique Evangelicæ fidei præcones ita pauperes erant, ut Actor cap. 3. verſ. 3. Petrus aſſerat. *Argentum & aurum non eſt mihi.* Illis (inquam) non tantùm carebant, ſed etiam nullo modò concupiſcebant. Actor. cap. 20. verſ. 33. *Aurum, aut argentum, aut veſtem nullius concupivi, ipſi ſcitis.* Uno verbo, non ſua quærebant, ſed quæ Jeſu-Chriſti, ſed quæ ad ſalutem animarum conferebant: & tamen omnes ad ipſos currebant, ab omnibus eximii veritatis Doctores habebantur; ab omnibus colebantur, ſuſpiciebantur, timebantur. Elias inſtar omnium erit. S. Chryſoſtomus homil. 1. ad populum Antiochen. *In omnibus* (inquit) *philoſophemur, & nihil nos inopia lædere poterit, quin & maximè adjuvabit, & clariores reddet, & omnibus divitibus copioſiores. Quid enim (dic mihi) Eliâ pauperius? ſed propterea omnes divites vincebat. Quoniam pauper hic erat, ipſam verò paupertatem ex mentis opulentiâ elegit: quoniam enim olim pecuniarum copiam animi ſui magnitudine eſſe putavit inferiorem, nec*

Matt. 3. v. 4.

Act. 20. verſ 33.

S. Chryſoſtomus

philoſophiâ

philoſophiâ ſuâ dignam: ideò tantam paupertatem amplexatus eſt, quod ſe magna præſentia putaſſet, non tantùm melotem poſſediſſet: ſed ita vita vanitatem condemnavit, & tanquam lutum projectum aurum omne deſpexit, ut præter amictum illum nihil amplius poſſideret. Idcircò Rex pauperis indigebat, & ad corpus nihil plus quam melotem habentis hiabat: qui tantùm habebat aurum, ſic ſplendidior trabeâ erat melote, & regalibus aulis juſti ſpelunca. Expende illa verba, *idcircò Rex pauperis indigebat, &c.* Non tantùm Achab, (qui ab omnibus colebatur, timebatur) Eliam colit, ſuſpicit, timet; ſed licet ditiſſimus illo indiget; licet omnes ejus favorem & amicitiam ſibi conciliare contendant, tamen ad Eliam anhelat, hiat. Talis debet eſſe Vir Apoſtolicus, omni avaritiæ labe carere debet. Id innuiſſe videtur Vates Regius pſalm. 11. verſ 7. *Pſal. 11. verſ. 7.* *Eloquia Domini, eloquia caſta*, ideſt pura & defœcata ab omnibus ſordibus avaritiæ. *S. Auguſt.* Audi S. Auguſtinum. *Multi enim prædicant veritatem non caſtè, quia vendunt illam pretio commoditatum hujus ſæculi; de talibus enim dicit Apoſtolus, quod Chriſtum annunciarent non caſtè.* Quomodò non caſtè prædicabant? quia pretio commoditatum Dei verbum vendunt, quia concionantur ſpe lucri, ſpe pecuniarum, honorum, dignitatum. Si nullum ſibi promitterent lucrum, ſi nullam mercedem intenderent non concionarentur. Horum adulterantium ſic verbum Dei *S. Baſil. Seleuc.* meminit S. Baſilius Seleucius vocans eos, *Veritatem nundinantes*. Ideſt mercimonia, negotiationes, contractus facientes pro concione habendâ, adeò ut niſi tot nummi, &c. illis promittantur non habituri ſint, niſi tot conciones; non prolaturi ſint, niſi tot verba. Sic verbum Dei reddunt venale & quæſtuoſum, & auditores ad ſimiles conciones audiendas currentes quaſi ad nundinas currunt. Ejuſmodi Concionatores ſunt ſimiles illis de quibus S. Gregorius Nazianzenus in oratione in laudem S. Athanaſii. *In divinitatis doctrinâ cauponariam exercebant.* Quid ſordidius cauponâ, & arte cauponariâ, & tamen mercenarii Concionatores relicto officio Angelico & Apoſtolico, iſtam ſordidam artem cauponariam exercent. *S. Greg. Nazian.* At Viri Apoſtolici Eliæ, & S. Gregor. Nazianzen. ſimiles eſſe debent. Hic orat. 1. *Non enim pleriſque ſimiles ſumus qui veritatis doctrinam cauponum, ritu adulterant, ut ipſi ex hac cauponatione nonnihil emolumenti capiant omnibus aſſentantur.* Quaſi diceret, non ſumus ſimiles iſtis, qui in illis civitatibus, in illis oppidis, in illis pulpitis concionem habere volunt, ubi majorem nobilium & magnatum concurſum, lautiorem cœnam, prandium, eſculenta, &c. ferè habituros ſperant. Comparat Concionatores, & Cathedras Concionatorias hoſpitibus & cauponis; qui intrantes Civitatem de melioribus hoſpitiis & tabernis ſtudioſè inquirunt, ubi ſunt meliores cibi, magis egregium vinum illuc divertunt. Sic quidam Cõcionatores & prædicaturi verbum Dei de meliori lucro, convivio, &c. inquirunt, & ibi hærent reddentes ſuas conciones quæſtuoſas, cauponarias. Quæ omnia vitia viri Apoſtolici deteſtantur. Sicut pueri nummos non curant, ſicut Angeli qui avaritiæ vitio non laborant, ut docent Theologi 1. part. ubi de peccato Angelorum. Iſtam paupertatem Evangelici Præconis iterum inculcaſſe videtur Pſaltes addens, argentum igne examinatum probatum terræ. Noſter Incognitus ait per iſta verba excludi peccatum avaritiæ. *Excludunt* (inquit) *peccatum avaritiæ quia ſunt argentum purgatum terræ. Hic enim genitivus pro ablativo, more Græco. Vndè eſt ſenſus purgatum terræ, ideſt ſeparatum à terrâ, nihil terrenitatis habens vel docens.* *Incognitus.* *Sic eloquium Chriſti purgatum erat à terrâ, & à terrenis, quando dicebat Matt. cap 6. Nolite theſaurizare vobis in terrâ, quia ſolum divina docet.*

V. Sacra Congregatio generalis de propagandâ fide die 30. Septembris 1652. ad avertendum illud ſordidum avaritiæ vitium à mentibus Miſſionariorum, & ut lucrandis animabus ſtudioſius incumbant, animumque liberiorem habeant, declaravit nullum Miſſionarium Hollandiæ &

Provinciarum Unitarum teneri ad contribuendum aliquid etiam minimum ex eleemoſynis. quovis prætextu vel cauſa præfectis à Sacrâ Congregatione ſeu Superioribus Ordinū ſeu Locorum, & Diœceſium Ordinariis. Et meritò, nam eodem modo licet philoſophari de animarum ſalute procurandâ, ſicut S. Iſidorus Peluſiota epiſt. 182. ſcribit ad Lucam de ferendo judicio, quemadmodum enim hic reus pœna afficere debet, ita Vir Apoſtolicus peccatores corripere.
S. Iſidor. Peluſiota *Illi juſtitiæ videtur eſſe recte, qui opes non concupiſcit, & cujus animæ oculos nullum lucri ſtudium præſtringit. Si enim munera Sapientum oculos excæcent, quomodò inſipientium non excæcabunt? Quemadmodum enim ſi lunei ab unâ parte aurum addideris, ſtatera deorſum vergit, & jugum oſtendit inæquale: pari modo quando is penes quem judicandi poteſtas eſt aurum accipit, nihil rectum vel ſanum judicabit. Qui verò judiciorum finem ipſum juſtum, non verò ſuam ipſius ſtatuit voluntatem, illuc calculum ac judicium ſuum inclinare facit, quo jus & æquum propendere conſpexerit.* Sic Eccleſiaſtes animas ligandi atque ſolvendi poteſtatem habet, quando ad ſolos animos conciliandos anhelat. Quod ſi tantillo avaritiæ vitio laboret *nihil rectum, nihil ſanum judicabit*. Ideſt nullam animam à vitio ad virtutem convertet, nullius ſalutem procurabit. Hinc maximè vituperandi ſunt Religioſi qui cùm ſpontaneam paupertatē ſint profeſſi, tamen omnibus modis corradunt eleemoſynas, & aliorum præripere & ſubripere contendunt. Idem S. Iſidorus epiſt. 183. Alphio Epiſcopo. *Itaque cum nihil poſſidere, & paupertatem maximum eſſe bonum (uti revera eſt) conſtituant, ex alienis tamen damnis & calamitatibus quæſtum faciunt.* De ejuſmodi quæſtuariis & mercenariis concionatoribus, illud Philonis lib. de Gigantibus effari licet.
Philo. *Nonnè in propatulo ſunt probra iſtorum, qui ſe vocant ſapientes, dum ſapientiam vili pretio, tanquam ſub haſtâ in foro venditant: nunc præſenti lucro exiguo, nunc blanditiis ſuaviloquis, nunc pollicitationibus quovis ſomnio vanioribus.* Expende illud *ſub haſtâ in foro venditant*. Ejuſmodi Prędicatores non in foro, ſed in templo, non in loco prophano, ſed ſacro, ſed in ſede veritatis, ſed in altari verbum Dei venditant nunc præſenti lucro exiguo, &c. Quaſi diceret Rex Salomon omnium potentiſſimus, ditiſſimus, auguſtiſſimus tanti facit ſapientiam, ut illam præferat omnibus terræ dominiis & regnis, omnibus gazis plenis auro & gemmis. Sapientiæ cap. 7. verſ. 8. & 9. *Venit in me* Sapien. 7 v. 8. & 9
ſpiritus ſapientiæ, & præpoſui illam regnis & ſedibus; & divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretioſum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Et tamen quidā qui ſolemni voto, divitiis & earum cupiditati renunciarunt, ita ad illas anhelant, ut pecuniam, &c. præferant non tantùm humanæ ſapientiæ (ſecundùm aliquos) Salomoni infuſæ, ſed etiam divinæ. Harum divitiarum lucrum apud ipſos lucro animarum præponderetur, dum illam vili pretio tanquam ſub haſtâ in templo venditant, imò in publicâ Cathedrâ de competenti & congruâ mercede conqueri non verentur.

Quomodò ſi pueri ambitionis labe VI.
carent, ſanè Viri Apoſtolici ab eâ omninò alieni eſſe debēt, & Angelos imitari, qui cum hominum ſaluti procurandæ vacant, nullum ex hoc ſtudio prætendunt honorem, ſed ſolam Dei gloriam, ſolum animarum lucrum, ſolam humilitatem ſectantes inſtar Eliani diſcipuli, quem Textus Sacer non vocat virum, non gigantem, ſed puerum: ſed potius Chriſtum imitantes Matthæi cap. 4. verſ. 5. *Aſſumpſit eum diabolus in ſanctam Civitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi.* Matt. c. 4. v. 5.
Quorſum illum potius ſuper pinnaculum templi, quàm in Palatium Herodis, Pilati, &c. quid per pinnaculum intelligit? Remigius. *Pinnaculum ſedes erat Doctorum.* Collocat Remig.
illum ſuper pinnaculum, ſuper cathedram. Cur dæmon, cui verbum Dei ita eſt exoſum, illum ſuper cathedram collocat? an ut animos obſtinatos Judæorum convertat? an ut

infidelium

infidelium mentes obcœcatas lumine fidei illuſtret? Minimè, ſed ut illum ad complacentiam, ad jactantiam, ad vanam gloriam, ad ambitionem inducat. Audi D. Thomam, ſeu potius Gloſſam apud ipſum. S.Thom. *Ideò duxit eum ſupra pinnaculum cùm vellet eum de vanâ gloriâ tentare, quia in Cathedra doctorum multos deceperat inani gloriâ, & ideò putavit iſtum poſitum in ſede magiſterii inani gloriâ extolli poſſe.* Callidiſsimus Dæmon aliquos ad comparandam ſcientiam aliquando inducit, alios ad ſcientiæ acquiſitæ oſtentationem faciendam in Academiis, in cathedrâ Moyſis, in aliis publicis conſeſsibus, non ut ſalutem animarum promoveat, ſed ut ipſum Doctorem, à viâ ſalutis, ad barathrum perditionis præcipitet. Quomodo Adam ipſe corruit. Nam *Angelus* (inquit ſanctus Bernardus ſermone 4. de Aſcenſione Domini.) S. Bernardus. *præcipitatus aſcendens montem ſuperbia, homo montem ſcientiæ. Eritis (inquit) ſicut Dii, ſcientes bonum & malum. Nihil inveniunt tam vile, undè nõ velint montem elevare ſcientiæ. Nec laborem reputat tantùm, ut poſſit aliquibus doctior reputari: ſic ædificant Babel, Sic putant ad Dei ſe perventuros ſimilitudinem, ſic concupiſcunt quod non expedit, quod expedit omittentes. Poteſtatis ambitio angelum fælicitate privavit angelica, ſcientia appetitus hominẽ immortalitatis gloriâ ſpoliavit.*

VII. Hinc D. Gregorius lib. 31. moralium cap. 17. monet, ut qui ſcientiam ſibi comparant, vel illâ utuntur ab ambitione & inani gloriâ prorſus abſtineant. S. Greg. *Vniuſcujuſque electi anima, cum adipiſcendis doctrinæ ſtudiis elaborat, mentem ſollicitè contra certamen arrogantiæ præparet.* Quaſi diceret, ſe muniat clypeo humilitatis, qui in publicum procedit, etiamſi animarum ſaluti invigilet. Hoc munimen accepit Elias, hoc clypeo Joannes ſe armavit, ſpiritus & virtutis Eliæ hæres maximè dum in publicum proceſſit ut Dei adventum prædicaret, animaſque ad pœnitentiam induceret. Cùm enim Sacerdotes eum urgerent quis eſſet, quandoquidem prædicaret, & tantus populi concurſus ad ipſum confluerec. An Meſſias? an Elias? an aliquis Propheta? Quamvis inſignibus titulis decoratus eſſet, tamen negativè reſpondit *non ſum*. Cur non affirmativè dicis te eſſe hominem, & quidem miſſum à Deo? juxta illud Joannis cap. 1. verſ 6. *Fuit homo miſſus à Deo.* Ioan. c. 1. verſ. 6. Cur non dicis te eſſe filium Zachariæ Sacerdotis? Lucæ cap. 2. Cur non ais te eſſe Angelum quoad vitæ puritatem? Lucæ cap. 7. verſ. 27. *Ecce ego mitto Angelum meum?* Cur non aſſeris te eſſe Eliam quoad ſpiritum, quoad virtutem & Præcurſoris officium? Lucæ cap. 2. verſ. 17. *Ipſe præibit in ſpiritu & virtute Eliæ?* Luc. c. 7. verſ. 27. Cur non dicis te omnium exemplar, Joannis cap. 5. verſ 33. *Ipſe erat lucerna ardens & lucens?* Cur non ais te eſſe omnibus digniorem & Deo gratiorẽ, Matthæi cap. 11. verſ. 11. *Inter natos mulierum non ſurrexit major Ioanne Baptiſtâ?* Quomodò dicis *non ſum*, cum Chriſtus dicat te eſſe Prophetam & pluſquam Prophetam? Nihil refert Matthæi cap. 3. *Non ſum*, vel ſi aliquid ſim, ſum tantùm vox. *Ego vox clamantis.* Clemens Alexandrinus exhortatione ad gentes vertit. *Ego vox clamans.* Audi noſtrum Sylveiram tomo 1. lib. 3. quæſt. 17. Sylveira. *Poterat Ioannes ſe multis titulis nominare quod eſſet filius Zachariæ, Doctor, Præco, ac Præcurſor Chriſti: his tamen omiſſis de ſe tantùm ait quod ſit vox.* Et infra. *Si quid amplius ſit, fatetur ſe non eſſe dignum ut ſolvat calceamenta Chriſti.* Idem quæſt. 19. *D. Ioannes ad tantum apicem dignitatis evectus eſſet, & in tam ſublimi loco conſtitutus, tamẽ propriæ humilitatis cognitionem non perdidit.* Et paulò poſt. *In nullo enim faſtigio dignitatis cognitio propriæ vilitatis perdenda eſt. Sic Apoſtolus quamvis ſit à Chriſto ordinatus ut portet nomen ejus coram gentibus & nationibus, &c.* Tamen 1. Corinth cap. 15. verſ. 9. ait de ſe ipſo. 1. Corin. 15. v. 9. *Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus.* Quaſi reſponderet cum D. Gregorio lib. 7. regiſtri c. 30. S. Greg. *Nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus honor eſt honor univerſalis Eccleclesiæ, meus honor eſt fratrum meorum ſolidus vigor.* Vel potiùs ſecundùm

ſanctum

ſanctum Anſelmum in illum locum Apoſtoli. *Minimus tempore non dignitate, minimus humilitate non operatione: minimus in me magnus in Domino, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus; quia ex præcedente vitâ meâ nihil boni habeo, ſed multa mala me feciſſe reminiſcor, pro quibus eram dignus pœnâ, non Apoſtolicâ gratiâ; quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei Apoſtolicam. Iſte cum cæterorum ſanctorum ſollicitudinem in prædicatione robuſtius laborando tranſcenderet ut ab elatione ſe premeret, & vires ſuas in humilitatis gremio nutriret: crudelitatis ſuæ non immemor, aliorum Apoſtolorum innocentiam contemplatus, ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Ecce quomodò Apoſtolus vilis apparet in oculis ſuis. Undè concludit idem Anſelmus. *In cujus verbis quid aliud quàm duritia noſtra mentis accuſatur.* Non tantùm Apoſtolus, non tantùm Joannes Baptiſta, non tantùm Elias, non tantùm puer quem mittit Elias, non tantùm noſter Angelus Tutelaris, non tantùm Chriſtus humilitatem docent, ſed ipſemet Deus. S. Iſidorus Pelufiota epiſt. 339. ad Setenum Tribunum. *Si omnia quæ divina puraq; illi naturâ attribuuntur, nomina ipſam conditionis humanæ menſuram, & termines longè tranſcendant, ſi in eo certè quod naturæ noſtræ conſentaneum, & in quo poſſumus Deum nos maximè imitari. Ecquid autẽ eſt illud? Humilis de vobis ipſis ſenſus & humilitas. Quid enim huic ſimile hebemus, quod nos etiã arrogantes poteſt reddere & jactabundos.* Quaſi diceret ſi ſcintillam ſcientiæ, & ſapientiæ habemus, Deus ſcientiſſimus & ſapientiſſimus eſt: Eſt enim ſcientiarum Dominus, in eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, & ita de aliis attributis: & tamen ineffabilis, imò incomprehenſibilis eſt, nec vult cognoſci perfectè, ſed tantùm obſcurè. *Ex parte* (inquit Apoſtolus) *nos verò cùm nihil ſimile habeamus ita arrogantes ſumus, ita jactabundi, ut omnia nobis debere exiſtimemus.* Idem S. Iſidorus concludit. *Cur igitur in eo, quod ex naturæ neceſſitate ſumus,*

S. Anſel.

S. Iſidor.

non imitabimur eum, qui cum in formâ Dei eſſet ſemetipſum exinanivit & humiliavit. Omnem itaque, qui contra & præter naturam noſtram eſt faſtum & ſuperbiam repudiantes humilitatem, appetè naturæ noſtræ coexiſtentem, eiq; congruentem & propriam exerceamus. Hoc intentum indubiè habuit Sacra Congregatio de propagandâ fide dum anno 1630. 15. Junii referente Eminentiſſimo Cardinale Trivultio declaravit ut Miſſionarii Regulares facilius in diſciplinâ regulari, etiam dum ſunt in miſſionibus, ſuarum Religionum Superioribus, eorumque juriſdictioni, viſitationi & correctioni in omnibus ſint ſubjecti: præterquam in caſu amotionis à miſſione: quæ ab ipſis ſuperioribus fieri nullo modo poteſt, niſi prius conſultâ eâdem Sacrâ Congregatione. Idem decretum de ſubjectione examinatum & probatum fuit à Pontifice 15. Decembris referente Eminentiſſimo Cardinale Ubaldino, & auditis ſententiis Eminentiſſimorum Patrum, hoc Verborum tenore. *Referente Eminentiſſimo Domino Cardinale Bentivolo controverſios quæ inter Regulares Miſſionarios è Sacra Congregatione de propaganda fide conſtitutos, ac eorum ſuperiores ſæpè exoriuntur: Eminentiſſimi Patres illis providere volentes, inprimis decretum aliàs editum de Miſſionariis prædictis, ut ſcilicet ſuit ſuperioribus in omnibus, & per omnia ſubjecti ſint, excepto caſu remotionis eorum à miſſione confirmarunt, &c.*

VIII. Mittendi ſunt etiam Miſſionarii qui ſint quaſi pueri & Angeli ob vitæ innocentiam ac morum integritatẽ. Cur Eliſeus benedictionem ab Eliâ poſtulans non donum vel beneficium aliquod naturale puta ſanitatem, in dicendo facundiam, &c. divitias, vel favorem apud aliquem Magnatem, poſtulat, ſed tantùm duplicem ſpiritum. *Obſecro, ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 9. Quid per duplicem illum ſpiritum intelligit? Janſenius Gandavenſis & noſter Beanxamis in Evangelia volunt per ſpiritum intelligi dona gratiarum quæ ab uno & eodem divino ſpiritu proficiſcuntur. Undè cùm in diverſis ſint

l. 4. Reg. 2. v. 9.

ſint diverſa dona, ille cenſetur habere eundem ſpiritum Eliæ, qui ſimilem gratiam ſpiritus habet, ſimilem vitæ auſteritatem & modum agendi amplectitur. D. Ambroſius ſerm. 2. de Eliſeo per ſpiritum Eliæ intelligit
S. Ambr. ſanctitatem. *Elias cum ſimplicem ſanctitatis haberet ſpiritum Eliſeo duplicem reliquit. Mirum ergò in modum plus Elias gratiæ dimiſit in terris, quàm ſecum portavit ad cælos, & licet ipſe ad altiora totus transferatur corpore, apud filium tamen majore manet ſanctitate.* Sanctus Cyprianus ſermone de Spiritu
S. Cyprianus. ſancto in fine explicat duplicem ſpiritum de ſermone cum operatione virtutis conjuncto. *Eliæ ſpiritum duplicem accipit Eliſeus, non quod in duas ſubſtantias ſpiritus ſit diviſus, & duos propheta ſanctos habuerit ſpiritus: ſed quod populo Chriſtiano, cujus typum Eliſeus gerebat, accepto Spiritu ſancto data ſit poteſtas in opere, & ſermone, & aſcendentem Eliam id eſt Chriſtum pio deſiderio proſecutus fide claruerit, & intellectu, & vitâ, & ſignis, & miraculis fulſerit, & exemplis.* Expende illa verba, *data ſit poteſtas*, non in ſermone tantùm, ſed in opere, & claruerit non tantùm fide & intellectu, ſed etiam vitâ: non tantùm miraculis fulſerit & ſignis, ſed etiam exemplis. Quod variis argumentis probat, ita ut unū ſine altero habere noluerit. Eundem ſequitur Cornelius. Talis ſpiritus & virtus debet eſſe in Miſſionariis, ſcilicet auſteritatis vitæ cum ſermone: uno verbo cum ſancto Ambroſio, cùm ſermo quem prædicant ſit ſanctus debent etiam vitæ ſanctimoniam
S. Auguſtinus. habere. *Non enim* (inquit D. Auguſtinus lib. 8. de Trinitate) *boni atque utilis Sacerdotis eſt, aut tantummodò innocenter agere, aut tantummodò ſcienter prædicare, cùm & innocens ſibi tantùm proficiat, niſi doctus ſit: & doctus doctrinæ authoritate niſi innocens ſit.*

IX. Id figuraliter innuiſſe videtur Moy-
Exod. 29 vers. 16. ſes ritum ſacrificandi inſtituens Exod. cap. 29. verſ. 16. *Sumes pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſque illud elevatum coram Domino & cedet in partem ſuam. Sanctificabiſq; & pectuſculum conſecratum, & armum quem de ariete ſeparaſti, quo initiatus eſt Aaron, & filii ejus, cedentque in partem Aaron & filiorum ejus jure proprio.* Idem habet Levitici cap. 7. verſu 3. *Tenebit manibus adipem hoſtiæ & pectuſculum, &c.* Et cap. 10. verſ. 14. Levit. 7 verſ. 3.
Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, &c. Idem habet Numer. cap. 6. v. 20. cap. 18. verſ. 18. Cur humerum & pectuſculum vult converti in uſum ſacerdotis, quid per armum & pectuſculum vult ſignificare? Alii per pectuſculum facultatem rationalem. Cor enim tegitur corpuſculo: per armum vim operativam. Alii aliud intelligunt: ſed omnes cōveniunt quod in Sacerdote & viro Apoſtolico operatio & virtutum exercitium cum ſermone conjungi debet. D. Hieronymus in cap. 2. Malachiæ. *Voluit Deus, & omnes quidem homines, ſed præcipuè Sacerdotes maculam non habere, & ſive* Hieron.
humerum, ſivè brachium ornare bonis operibus. In pectulo ſignificatur bona cōſcientia, in lingua ſancta confeſſio. Quibus verbis innuit Sacerdotem ſeu divini verbi Præconem præter ſanctam Confeſſionem debere habere exercitium bonorum operum. Idem innuit tomo 3. epiſt. 128. ad Fabiolam de veſte Sacerdotali, ubi explicat quid per pectus, quid per armum intelligendum ſit. *In pectore mundas cogitationes, legis notitiam, dogmatum veritatem; in brachio bona opera & pugnam contra diabolum, & armatam manum, ut quod mente conceperint exemplo probent. Ieſus enim cæpit facere & docere. Actor. cap. 1.* Id probat ex verſione Græcâ & Hebraicâ vocabuli *pectuſculum. Ipſum quoque pectuſculum appellatur* ἐπίθεμα, *id eſt additamentū, ſivè præcipuum & egregium themipha quippè hoc magis ſonat. Ex quo intelligitur juxta illud Malachiæ cap. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore ejus, præcipuum debere eſſe in ſacerdotibus legis ordinariam notitiam, & additamento gratiæ ſpiritualis talem virum inſtitui, qui poſſit contradicentibus reſiſtere, & nihil in ſe ſiniſtri habere operis quod ducat ad tartarum, ſed dextrum brachium & ſeparatum: ut opera ſacerdotis comparatione virtutum ejus à cunctis hominibus ſeparata ſint.* Expende illa verba, *&*

additamento gratiæ talem virum inſtitus, ideſt qui non fugiat, non qui adulетur, non qui ambiat, non qui accumulandis opibus ſtudeat: ſed *qui poſſit contradicentibus*, ſcilicet Schiſmaticis, hæreticis, infidelibus, peccatoribus, tyrannis reſiſtere, & in ſe nihil ſiniſtri operis, ideſt nullum vitioſum opus exerceat: ſed magis virtuoſum quàm reliqui homines. Accedit Dionyſius in cap. 7. Levitici.

Dionyſ. *Per corpuſculum non solùm ſapientia, ſed etiam pietatis compaſsio, & charitatis affectio deſignantur, quæ eſſe debent excellenter in ſacerdote. Similiter fortitudo atque juſtitia quæ per armum dextrum ſignificantur.* Expende illa verba; *quæ eſſe debent excellenter in ſacerdote.* Ideſt debet exercere humilitatẽ profundiſſimam, charitatem ardentiſſimam, non tantùm erga amicos, ſed hoſtes, habere zelum animarum; non tantùm aulæ regiæ, ſed totius regni; non tantùm nobilium, ſed etiam plebeiorum, pauperum; patientiam non tantùm in adverſis, in infirmitatibus, ſed etiam in injuriis, calumniis, &c. Et nè leviter id dixiſſe videatur Deus iterum in veſtibus ſacerdotibus illam operum cum doctrinâ unionem eſſe debere declaravit,

Levit. 8. verſ. 7. Levit. cap. 8. verſ. 7. *Veſtivit Pontificem ſubuculâ lineâ, accingens eum baltheo, & induens eum tunicâ hyacinthinâ, & deſuper humerale poſuit, quod aſtringens cingulo aptavit rationale, quod erat doctrina & veritas.* Quid per ſuperhumerale intelligit, & cur ſuperhumerali aptatur rationale? Per ſuperhumerale operatio, per rationale doctrina intelligitur, ut Sacerdos Miſſionarius debitè officio ſuo fungatur debet doctinam cum operibus conjungere; alioqui etiamſi quotidie ſe eviſceret, & immolet, &c. prædicando, nullum animarum lucrum reportabit. Talia verò opera exercere debet, ut tunicâ hyacinthinâ ſit indutus, ideſt ejus actiones debent eſſe cæleſtes, excellentes, heroi-

Exod. 28 verſ. 28. cæ & cingulo æternitatis ſeu divinæ gloriæ reſtrictæ. Id Exodi cap. 28. verſ. 28. & ſeq. ſignificare videtur. *Stringatur ratione eum annulis ſuperhumerali vittâ hyacinthinâ, ut remaneat juncta fabrefacta, & à ſe invicem rationale, & ſuperhumerale nequeant ſeparari.* Ecce quomodò ſuperhumerale à rationali ſit inſeparabile, quomodò actio cum doctrinâ ſit conjuncta. Cur ait vittâ hyacinthinâ? cur non nigrâ, flavâ vel alterius coloris. Hyacinthus eſt coloris cœleſtis. Cælum terræ & omnibus elementis ſupereminet. Per quod docet noſtras actiones debere eſſe cæleſtes ac ſublimes, cùm ait verſ. 26. *Facies duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis, &c. & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in utroque latere ſuperhumeralis deorſum.* Vult rationali & ſuperhumerali applicari annulos, & quidem aureos, non ligulas, vel annulos argenteos, æneos, ſtanneos, vel alterius metalli, quia per annulos principio & fine carentes communiter æternitas, per aurum divinitas deſignatur. Juxta illud Canticor. cap. 5. verſ. 11. *Caput ejus aurum* Cant. 5. *optimum.* Et illud Apoſtoli. *Caput* verſ. 11. *Chriſti Deus.* Per quod ſignificat ſcientiam & doctrinam Sacerdotum & hominum Apoſtolicorum, qui alios inſtruunt, non tantum debere eſſe cœleſtem, divinam & inducere ad æternitatem, ſed etiam ejus humeros, ſeu actiones æternitatem ac divinitatem ſapere debere, ita ut Deificatæ quodammodo videantur. Eandem doctrinę cum actione conjunctionem commendat Exodi cap. 28. verſ. 33. Exod. 28 *Deorſum ad pedes ejuſdem tunica per* verſ. 33. *circuitum quaſi mala punica facies ex hyacintho, & purpura & cocco bis tincto, & byſſo retortâ, mixtis in medio tintinnabulis, ita ut tintinnabulum ſit aureum, & malum punicum: rurſumq́; tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum.* Et cap. 38. verſ. 25. *Fece-* Cap. 39. *runtq́; tunicam ſuperhumeralis totam* verſ. 25. *hyacinthynam, deorſum ad pedes mala punica, ex hyacintho, purpurâ, vermiculo, ac byſſo retortâ, & tintinnabula de auro puriſſimo quæ poſuerunt inter mala granata in extremâ parte tunicæ per gyrum.* Cur è veſtimenti ſacerdotalis fimbria pendent malo granata & tintinnabula per circuitum? Quid per tintinnabula vult intelligi. D. Ambroſius ad cap. 31. Proverb. ſeu expendens

S.Ambr. pendens illa verba Apoſtoli 1. Corinth. c. 13. v. 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velus as ſonans aut cymbalum tinniens*, ait per cymbalum ſeu tintinnabula intelligi ſcientiam abſque charitate. *Non lapis, ſed æs, ſed cymbalum, non fulget ſed tinnit.* Alii explicant de operibus quæ linguam & ſermonem conformem doctrinæ habere debent.

S. Greg. D. Gregorius lib. 1. regiſtri cap. 4. *Veſtimento adjuncta erant tintinnabula, ut vita viam, cum linguâ ipſa quoque opera clament.* Quomodò opera clamare poſſunt, cum voce & linguâ careant? Clamant cùm benè vivimus, cùm converſatio noſtra eſt conformis legi divinæ: cum quod prædicant Viri Apoſtolici exemplo probant. Rectè S. Gregorius Nazianzenus in vitâ Moyſis.

S. Greg. Nazian. *Talaris veſtis hyacinthina virtutis indicium eſt, quia totùs tegi debet, & tintinnabula aurea malis punicis intercepta, tum recta fidei, tum probatæ vitæ.* Licet Textus de ſolo Pontifice & Prælatis intelligatur & conſequenter ejus explanatio tamen etiam Miſſionariis applicari poſſunt.

X. Nam ſi Sponſi mentem audias intelliges etiam in Viris Apoſtolicis illam conjunctionem doctrinæ cum bonâ vitâ eſſe neceſſariam,

Cantic. c. 2. v. 7. Cantic. cap. 2. verſ. 7. *Adjuro vos filia Jeruſalem per capreas, cervosq; camporum.* Idem repetit cap. 3. verſ. 5. Quid per capreas & cervos camporum intelligit? Viros Apoſtolicos qui totum orbem percurrunt, ut divinum Verbum annuntient? Cur duobus illis animalium generibus potius comparantur, quàm aliis? Quid per capreas intelligit? quid per cervos accipit? Per capreas intelligit veram & orthodoxam doctrinam, per cervos fugam mali. D. Gregorius homil. 13. in Cantica.

S.Greg. *Duo etenim ſunt, quæ hominem cum Deo conjungunt, opinio non errans & vita pura, atque ab omni vitio aliena. Alterum per capreas ſignificatur, quæ ſine errore cernunt: alterum per cervos, qui fugandi & abſumendi ſerpentes vim habent.* Debet ergò Vir Apoſtolicus non tantùm ſine errore docere, ſed etiam debet fugare omnia vitia, debet ducere vitam ab omni vitio alienam. Rationem affert ſanctus Hieronymus in cap. 7. Matthæi ad illa verba Chriſti. Hieron.

Nõ omnis qui dicit Domine, Domine, &c. Subdit *Non enim ſatis eſt integritas fidei, ſi turpiter vivãt, & integritatem doctrinæ malis operibus deſtruant. Utrumque Dei ſervis neceſſarium eſt, ut opus ſermone & ſermo operibus comprobetur.* Hanc veritatem magis premit in cap. 2. epiſt. ad Titum. *Nam qui impudicus eſt, quamvis diſertus, ſi ad caſtitatem audientes cohortetur, ſermo ejus infirmus eſt, & auctoritatem non habet cohortandi. Et è contrario quamvis ſit ruſticanus & tardus ad loquendum, ſi caſtus fuerit, exemplo ſuo homines poteſt ad vitæ ſimilitudinem impellere.* Audiant hoc Doctores erudiriſſimi & eloquentiſſimi, qui ſæpiſſimè mirantur cur Concionatores mediocris litteraturæ tantum lucrum animarum reportent, ſe autem nè quidem unam animam convertere, licet per Quadrageſimam, & per annum integrum concionentur. Cauſa eſt, quia ſic ruſticus in modo dicendi, tardus ad loquendum benè vivit, & linguâ vitæ & morum plus movet quàm eloquentiâ ipsâ. Congruè ad hoc Theophilus Alexandrinus in epiſt. 1. Paſchali comparat doctrinam ſine bonâ operatione, ſeu bonâ vitâ non ornatam, nomini ſine verbo quod perfectam orationis ſententiam formare non poteſt: dicat quis aurum, argentum, gemmæ, Angelus, Cœlum, Deus, &c. nullam orationem componet, niſi conjungat illa aliquibus verbis.

Quid erat Joannes Baptiſta? *Vox clamantis in deſerto*, ſeu *vox clamans*, nunquam ullum baptizaſſet, nullum ad pœnitentiam induxiſſet, niſi ſermones ſuos, exhortationes ſuas, exemplo confirmaſſet. S. Chryſoſtomus homil. 3. operis imperfecti de Joanne Baptiſtâ, ita loquitur. XI.

S. Chryſoſtomus *Teſtimonium verborum ejus nequaquã fuiſſet idoneum niſi eum mirabilis vitæ inſtitutio commendaſſet.* Verbum Eliæ quaſi facula ardebat, quare ardebat? quia ſermones ſuos vitæ integritate comprobabat. Idem D. Chryſoſtomus homil. 1. in acta. *Nihil enim Doctore frigidius*

qui verbis dumtaxat philoſophatur, neque enim hoc Doctoris eſt, ſed hiſtrionis & hypocrita. Quaſi diceret, ſi Elias non duxiſſet vitam doctrinæ correſpondentem, non fuiſſet ignis, ſed glacies, verbum ipſius non arſiſſet quaſi facula, ſed frigidũ fuiſſet ſicut glacies, ſicut aqua gelu concreta, non fuiſſet propheta ſed hypocrita, non prędicator ſed hiſtrio. Lucifer virtute urendi carens ex Angelo factus eſt dæmõ, ex orientali regione ubi charitas æſtuat amandatus eſt ad plagam aquilonarem & frigidam. Melliſluè Sanctus Bernardus ita eum affatur ſerm.
S.Bernar. 3. de verbis Iſaiæ. *Habuiſti* (inquit) *miſer lucem, ſed ardorem non habuiſti: bonum erat tibi, ſi ignifer magis eſſet quàm Lucifer, nec tam immoderato appetitu lucendi, ut eras frigidus ipſe, frigidam quoque eligeres regionem. Dixiſti enim, ſedebo in lateribus aquilonis. Ignẽ venit Chriſtus mittere in terras, & quid vult niſi ut ardeat? Quanto melius Ioannes Baptiſta, nam & ipſe lucifer fuit, ille erat lucerna ardens & lucens, tantò utique clarius, quantò amplius fervet: tantò verius, quantò minus appetit lucere. In igne (inquies) fervor & ſplendor, ſed fervor ei quodam modo ſubſtantialior videtur. Primum quære fervorem, nec dubium quin & ſplendor adjiciatur tibi: alioquin in vanum laboras, quia vacuus ſplendor ſine fervore.*

XII. Deus igitur habere non vult mini-
Pſ. 103. ſtros, & Miſſionarios niſi urant pſal-
verſ. 4. mo 103. verſ. 2. *Qui facis Angelos tuos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem urentem.* Quid per Angelos intelligit? Nuntios, Miſſionarios, ut ſuam legationem & miſſionem debitè perſolvant, quid agit Deus? facit eos ignem urentem, vult ut igne charitatis ardeant. Noſter Incognitus. *Notandum quod Angelus eſt nomen officii, non natura: & ſpiritus eſt nomen natura non officii. Vndè Angelus idem eſt quod Nun-*
Incognit. *cius: undè ſubſtantia ſeparata intellectuales ſemper ſunt ſpiritus, ſed non ſemper Angeli; ut Michael ſemper eſt ſpiritus, ſed non eſt Angelus, niſi quando à Deo ad aliquod miniſterium mittitur, Vndè eo quod eſt, ſpiritus eſt. Ex eo autem quod agit Angelus eſt. Illos ergò beatos ſpiritus ad libitum Deus facit Angelos, cùm ipſos ad aliqua negotia mittit. Hoc apertè ponit Gregorius in homil. de Angelis, dicens, Angelorum vocabulum nomen eſt officii non natura. Nam ſancti illi cæleſtis patria ſpiritus ſemper quidem ſpiritus ſunt, ſed ſemper Angeli vocari nequaquam poſſunt. Tunc enim ſolùm ſunt Angeli, cùm per eos aliqua nunciantur. Gracè enim Angeli Nuncii dicuntur. Archangeli verò ſummi Nuncii. Eſt ergò ſenſus, qui facis ſpiritus beatos Angelos tuos, ſcilicet ad libitum tuum, non quod facias Angelos eſſe ſpiritus; ſed facit quod ſpiritus efficiantur Angeli, ideſt Nuncii, quia eos ad libitum mittit.* Et cur addit *& miniſtros tuos ignem urentem.* Tres affert explicationes. Prima eſt. *Ex eo vult oſtendere, quod Deus in poteſtate ſuâ non ſolùm habet ſpiritus minores, & inferiorum ordinum, ſed etiam ſuperiores & ipſos ſuperiores, quando vult Angelos ſervos, ideſt Nuncios facit. Nam primus & ſupremus Ordo Spirituum Beatorum eſt Seraphim. Ille autem ordo per ignem urentem ſignificatur, quia Seraphim interpretatur incendium; & tamen ſpiritus illius ordinis facit quandoq; Angelos. Vndè Iſaia cap. 6. dicitur, Volavit ad me unus de Seraphim, qui ſunt ſuperior ordo: & hoc eſt quod ait, & miniſtros ſuos ignem urentem, ideſt ipſos Seraphim, qui dicuntur ignis urens ad libitum ſuum facis miniſtros tuos & nuncios.* Altera explicatio eſt. *Et miniſtros tuos ignem urentem, ad oſtendendum quod Deus elemento ignis utitur ad votum, quia ſpiritus beatos & nuncios ſuos aliquando mittit in formâ ignis; quia frequenter legitur Angelos in elemento ignis apparuiſſe, ut Moyſi in Rubo ardente Exodi cap. 3. Qui Angelus tamen ibi vocatur Deus, quia Dei perſonam repraſentabat. Item lib. 4. Regum cap. 2.* l. 4 Reg. c. 2. v. 11.
verſ. 11. in tranſlatione Elia, qua facta eſt miniſterio Angelico, apparuit currus igneus, & equi ignei, qui nihil aliud erant quàm beati Angeli. Item lib. 4. Regum cap. 6 verſ. 17. Apparuit mons plenus equorum & curruum igneorum l. 4 Reg. 6. v. 17.
in circuitu Eliſei, quia (ut ait D. Hieronymus) tunc ad defenſionem Eliſei deſcenderant ſancti Angeli. Tertia ratio, ſeu potius hujus ſecunda explicatio mo-

ralis

Google

ralis. *Per hoc autem vult Pſalmiſta intelligere, quod Deus Prædicatores ſuos (qui Angeli in Scriptura dicuntur) facit ſpiritus, ideſt ſpirituales, quos igne charitatis inflammat. Vndè iſtum textum ad iſtud propoſitum exponit Gregorius lib. 1 Moral cap. 3. dicens, Scriptum eſt, qui facis Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem urentem. Angeli quippè, ideſt nuncii in ſacro eloquio nonnunquam prædicatores vocantur, ſicut per Prophetam dicitur, Malachiæ cap. 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam & legem requirunt de ore ejus, quia Angelus Dei eſt. Omnipotens ergò Deus Angelos ſuos ſpiritus facit, quia Prædicatores ſuos ſpiritales efficit & ardentes ſpiritus, qui alios igne charitatis incendunt & conſumunt ſcoriam vitiorum.* Quaſi diceret Deus non tantùm efficit ſuos Prędicatores Angelos, legatos, nuncios, miſſionarios; ſed igne charitatis accendit. Si enim linguis Angelorum loquantur, charitatem autem non habeant, nihil ſunt, facti ſunt æs ſonans, aut cymbalum tinniens, ut alios convertant, & igne charitatis accendant, in aliis ſcoriam peccatorũ conſumant, debent ipſi charitate inflammari, debent in ſe ſcoriam omnium peccatorum adurere.

XIII. Remig. Altiſiod. Huic explicationi arridere videtur Remigius Altiſiodorenſis. *In hoc magnificaberis vehementer, quia Angelos tuos, ideſt miniſtros tuos, vel legatos facis eſſe ſpiritus, ideſt ſpirituales, quia non corpori ſerviunt, ſed ſpiritu fervent in Domino, & miniſtros tuos ignem urentem, quia interius flammâ charitatis ardent, & in aliis deſideria incentiva incendunt.* Quaſi diceret, Deus ideò magnificaberis vehementer: quia Viri Apoſtolici non ſerviunt cupiditatibus corporeis, quia interius flammis charitatis incenſi ſunt: & ex hoc alios etiam ad amorem Dei incendunt: ita ut nullum in Eccleſia fructum & progreſſum facerent, nullum converterent, niſi ipſi eſſent in vita & moribus probatiſſimi. Hâc verò charitate præſuppoſitâ, verſ. 4. ait. *Fundaſti terram ſuper ſtabilitatẽ ſuam.* Quando? & quid per terram intelligit? quid per illam ſtabilitatem. Per terram intelligit, Eccleſiam militantem. Noſter Incognitus citatus. *Quia* (inquit) *Eccleſia ſuper Chriſtum fundata, per Martyres fuit roborata, & per ſanctos Doctores illuminata, ut ſic fulta à veritate inclinari non poſſet.* Quare non dicit *per Doctores illuminata*, ſed *per ſanctos Doctores?* Quia ſanctitas Doctoris plurimùm confert ad animarum converſionem & Eccleſiæ propagationem. Quod poſtquam probavit authoritate S. Gregorii lib. 9. moral. cap. 6. tandem concludit. *Extenſis cælis Dominus formavit Arcturum, quia in honorem deductis Apoſtolis in cæleſti converſatione firmavit Eccleſiam.* Expende illa verba *deductis Apoſtolis*. Quaſi diceret, miſſis Apoſtolis qui pro honore & gloriâ Dei pugnarunt Eccleſiam ſuam formavit in omni virtutum genere, quando illi non tantùm ſermone & verbis, ſed etiam factis & exemplis prædicarunt. Nam (ut animadvertit Verricelli tractatu de Apoſtolicis Miſſionibus) Apoſtoli nomen non merentur illi, qui tantùm verbo, abſque ſanctiſsimæ vitæ exemplo Chriſtum infidelibus annuntiant. Nam inutiliter operantur, cùm illum ſermonibus prædicent, quem factis negant; imò neque tunc tenentur infideles ſic prædicanti credere, quia tunc fides non illis probabiliter proponitur, ut notat Victoria relectione 1. de Indis num. 37. & 38. Quare Apoſtoli nomen ſupponit mores Apoſtolicos, curam & ſollicitudinem Apoſtolicam, juxta illud Apoſtoli Actor. cap. 20. verſ. 21. *Nocte & die non ceſſavi cum lacrymis monens unumquemque veſtrum.* Unde hoc nomen Apoſtoli, cum eximiam laudem contineat nulli viventi dandum, ſed iis qui miris virtutum exemplis poſt multos pro Chriſto agones non ſine aliquâ ſanctitatis famâ obierunt, juxta illud S. Maximi homil. 59. *Nè laudaveris hominem in vitâ ſuâ, tanquam ſi diceret, lauda poſt vitam, magnifica poſt conſummationem.*

Michael de Bonn.

S. Maxim.

XIV. Dicitur Elias miſiſſe puerum, quia Vir Apoſtolicus puerum & Angelum in eo imitari debet quod quemadmodum puer ſeu juvenis eſt indolis calidæ & ferventis, & Angeli ſeu miniſtri Dei apud Pſalmiſtam citatum

qui verbis dumtaxat philoſophatur, neque enim hoc Doctoris eſt, ſed hiſtrio-nis & hypocrita. Quaſi diceret, ſi Elias non duxiſſet vitam doctrinæ correſ-pondentem, non fuiſſet ignis, ſed gla-cies, verbum ipſius non arſiſſet quaſi facula, ſed frigidũ fuiſſet ſicut glacies, ſicut aqua gelu concreta, non fuiſſet propheta ſed hypocrita, non prędica-tor ſed hiſtrio. Lucifer virtute uren-di carens ex Angelo factus eſt dæmõ, ex orientali regione ubi charitas æ-ſtuat amandatus eſt ad plagam aqui-lonatem & frigidam. Melliſluè San-ctus Bernardus ita eum affatur ſerm.
S.Bernar. 3. de verbis Iſaiæ. *Habuiſti* (inqnit) *miſer lucem, ſed ardorem non habuiſti: bonum erat tibi, ſi ſignifer magis eſſes quàm Lucifer, nec tam immoderato ap-petitu lucendi, ut eras frigidus ipſe, fri-gidam quoque eligeres regionem. Dixiſti enim, ſedebo in lateribus aquilonis. Ignẽ venit Chriſtus mittere in terras, & quid vult niſi ut ardeat? Quanto melius Ioannes Baptiſta, nam & ipſe lucifer fuit, ille erat lucerna ardens & lucens, tantò utique clarius, quantò am-plius fervet: tantò verius, quantò minus appetit lucere. In igne* (*inquies*) *fervor & ſplendor, ſed fervor ei quodam modo ſubſtantialior videtur. Primum quare fervorem, nec dubium quin & ſplendor adjiciatur tibi: alioquin in va-num laboras, quia vacuus ſplendor ſine fervore.*

XII. Deus igitut habere non vult mini-
Pſ. 103. ſtros, & Miſſionarios niſi urant pſal-
verſ. 4. mo 103. verſ. 2. *Qui facis Angelos tuos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem urentem.* Quid per Angelos intelligit? Nuntios, Miſſionarios, ut ſuam lega-tionem & miſſionem debitè perſol-vant, quid agit Deus? facit eos ignem urentem, vult ut igne charitatis ar-deant. Noſter Incognitus. *Notandum quod Angelus eſt nomen officii, non na-turæ: & ſpiritus eſt nomen naturæ non*
Incognit. *officii. Vndè Angelus idem eſt quod Nun-cius: undè ſubſtantiæ ſeparatæ intelle-ctuales ſemper ſunt ſpiritus, ſed non ſemper Angeli; ut Michael ſemper eſt ſpiritus, ſed non eſt Angelus, niſi quando à Deo ad aliquod miniſterium mittitur. Vndè eo quod eſt, ſpiritus eſt. Ex eo au-tem quod agit Angelus eſt. Illos ergò beatos ſpiritus ad libitum Deus facit Angelos, cùm ipſos ad aliqua negotia mittit. Hoc apertè ponit Gregorius in homil. de Angelis, dicens, Angelorum vocabulum nomen eſt officii non naturæ. Nam ſancti illi cæleſtis patriæ ſpiritus ſemper quidem ſpiritus ſunt, ſed ſemper Angeli vocari nequaquam poſſunt. Tunc enim ſolùm ſunt Angeli, cùm per eos ali-qua nunciantur. Græcè enim Angeli Nuncii dicuntur, Archangeli verò ſum-mi Nuncii. Eſt ergò ſenſus, qui facis ſpi-ritus beatos Angelos tuos, ſcilicet ad li-bitum tuum, non quod faciat Angelos eſſe ſpiritus; ſed facit quod ſpiritus effi-ciantur Angeli, ideſt Nuncii, quia eos ad libitum mittit.* Et cur addit *& mi-niſtros tuos ignem urentem.* Tres affert explicationes. Prima eſt. *Ex eo vult oſtendere, quod Deus in poteſtate ſuâ non ſolùm habet ſpiritus minores, & infe-riorum ordinum, ſed etiam ſuperiores & ipſos ſuperiores, quando vult Angelos ſervos, ideſt Nuncios facit. Nam pri-mus & ſupremus Ordo Spirituum Beato-torum eſt Seraphim. Ille autem ordo per ignem urentem ſignificatur, quia Sera-phim interpretatur incendium; & ta-men ſpiritus illius ordinis facit quan-doq; Angelos. Vndè Iſaiæ cap. 6. dicitur, Volavit ad me unus de Seraphim, qui ſunt ſuperior ordo: & hoc eſt quod ait, & mi-niſtros ſuos ignem urentem, ideſt ipſos Seraphim, qui dicuntur ignis urens ad libitum ſuum facis miniſtros tuos & nun-cios.* Altera explicatio eſt. *Et miniſtros tuos ignem urentem, ad oſtendendum quod Deus elemento ignis utitur ad vo-tum, quia ſpiritus beatos & nuncios ſuos aliquando mittit in formâ ignis; quia frequenter legitur Angelos in elemento ignis apparuiſſe, ut Moyſi in Rubo ar-denti Exodi cap. 3. Qui Angelus tamen ibi vocatur Deus, quia Dei perſonam re-præſentabat. Item lib. 4. Regum cap. 2.* l. 4 Reg.
verſ. 11. in tranſlatione Eliæ, quæ facta c. 2. v. 11.
eſt miniſterio Angelico, apparuit currus igneus, & equi ignei, qui nihil aliud erant quàm beati Angeli. Item lib. 4. Regum cap. 6 verſ. 17. Apparuit mons
plenus equorum & curruum igneorum l. 4 Reg.
in circuitu Eliſei, quia (ut ait D. Hiero- 6. v. 17.
nymus) tunc ad defenſionem Eliſei deſcen-derant ſancti Angeli. Tertia ratio, ſeu potius hujus ſecunda explicatio mo-

ralis

ralis. *Per hoc autem vult Pſalmiſta intelligere, quod Deus Prædicatores ſuos (qui Angeli in Scriptura dicuntur) facit ſpiritus, ideſt ſpirituales, quos igne charitatis inflammat. Vndè iſtum textum ad iſtud propoſitum exponit Gregorius lib. 1 Moral cap. 3. dicens, Scriptum eſt, qui facis Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem urentem. Angeli quippè, ideſt nuncii in ſacro eloquio nonnunquam prædicatores vocantur, ſicut per Prophetam dicitur, Malachiæ cap. 2. Labia Sacerdotis cuſtodiant ſcientiam & legem requirunt de ore ejus, quia Angelus Dei eſt. Omnipotens ergò Deus Angelos ſuos ſpiritus facit, quia Prædicatores ſuos ſpirituales efficit & ardentes ſpiritus, qui alios igne charitatis incendunt & conſumunt ſcoriam vitiorum.* Quaſi diceret Deus non tantùm efficit ſuos Prędicatores Angelos, legatos, nuncios, miſſionarios; ſed igne charitatis accendit. Si enim linguis Angelorum loquantur, charitatem autem non habeant, nihil ſunt, facti ſunt æs ſonans, aut cymbalum tinniens, ut alios convertant, & igne charitatis accendant, in aliis ſcoriam peccatorũ conſumant, debent ipſi charitate inflammari, debent in ſe ſcoriam omnium peccatorum adurere.

XIII. Remig. Altiſiod. Huic explicationi arridere videtur Remigius Altiſiodorenſis. *In hoc magnificaberis vehementer, quia Angelos tuos, ideſt miniſtros tuos, vel legatos facis eſſe ſpiritus, ideſt ſpirituales, quia non corpori ſerviunt, ſed ſpiritu fervent in Domino, & miniſtros tuos ignem urentem, quia interius flammâ charitatis ardent, & in aliis deſideria incentiva incendunt.* Quaſi diceret, Deus ideò magnificaberis vehementer: quia Viri Apoſtolici non ſerviunt cupiditatibus corporeis, quia interius flammis charitatis incenſi ſunt: & ex hoc alios etiam ad amorem Dei incendunt: ita ut nullum in Eccleſia fructum & progreſſum facerent, nullum converterent, niſi ipſi eſſent in vita & moribus probatiſſimi. Hâc verò charitate præſuppoſitâ, verſ. 4. ait. *Fundaſti terram ſuper ſtabilitatē ſuam.* Quando? & quid per terram intelligit? quid per illam ſtabilitatem. Per terram intelligit, Eccleſiam militantem. Noſter Incognitus citatus. *Quia* (inquit) *Eccleſia ſuper Chriſtum fundata, per Martyres fuit roborata, & per ſanctos Doctores illuminata, ut ſic fulta à veritate inclinari non poſſit.* Quare non dicit *per Doctores illuminata*, ſed *per ſanctos Doctores*? Quia ſanctitas Doctoris plurimùm confert ad animarum converſionem & Eccleſiæ propagationem. Quod poſtquam probavit authoritate S. Gregorii lib. 9. moral. cap. 6. tandem concludit. *Extenſis cælis Dominus formavit Arcturum, quia in honorem deductis Apoſtolis in cæleſti converſatione firmavit Eccleſiam.* Expende illa verba *deductis Apoſtolis*. Quaſi diceret, miſſis Apoſtolis qui pro honore & gloriâ Dei pugnarunt Eccleſiam ſuam formavit in omni virtutum genere, quando illi non tantùm ſermone & verbis, ſed etiam factis & exemplis prædicarunt. Nam (ut animadvertit Verricelli tractatu de Apoſtolicis Miſſionibus) Apoſtoli nomen non merentur illi, qui tantùm verbo, abſque ſanctiſsimæ vitæ exemplo Chriſtum infidelibus annuntiant. Nam inutiliter operantur, cùm illum ſermonibus prædicent, quem factis negant; imò neque tunc tenentur infideles ſic prædicanti credere, quia tunc fides non illis probabiliter proponitur, ut notat Victoria relectione 1. de Indis num. 37. & 38. Quare Apoſtoli nomen ſupponit mores Apoſtolicos, curam & ſollicitudinem Apoſtolicam, juxta illud Apoſtoli Actor. cap. 20. verſ. 21. *Nocte & die non ceſſavi cum lacrymis monens unumquemque veſtrum.* Unde hoc nomen Apoſtoli, cum eximiam laudem contineat nulli viventi dandum, ſed iis qui miris virtutum exemplis poſt multos pro Chriſto agones non ſine aliquâ ſanctitatis famâ obierunt, juxta illud S. Maximi homil. 59. *Nè laudaveris hominem in vitâ ſuâ, tanquam ſi diceret, lauda poſt vitam, magnifica poſt conſummationem.*

Michael de Bonn.

S. Maxim.

XIV. Dicitur Elias miſiſſe puerum, quia Vir Apoſtolicus puerum & Angelum in eo imitari debet quod quemadmodum puer ſeu juvenis eſt indolis calidæ & ferventis, & Angeli ſeu miniſtri Dei apud Pſalmiſtam citatum

ſunt quaſi ignis urens. Sic debet Vir
Apoſtolicus cum magno zelo ac fer.
vore invehi In peccatores ad inſtar
l.3. Reg. Eliæ, qui lib. 3. Regum cap. 19. ver-
19.*v.*10 ſu 10. *Zelo* (inquit) *zelatus ſum pro*
Domino. Seu ut lib. 1. Machab. cap. 2.
Machab. verſ. 58. *Elias dum zelat zelum legis*,
*lib.*1. *c.*2. ideſt ſtudioſiſſimè, ac ferventer, Ejuſ-
*v.*58. modi enim geminatio zelo zelare au-
get vim: Sic de Phinée eodem cap. 2.
Zelo zelando accepit teſtamentum Sa-
Iudith 9 *cerdotii æterni*. Judith cap. 9. verſ. 3.
*verſ.*3. *Zelaverunt zelum tuum* Quod expli-
Zachar. cate videtur Zacharias cap. 1. verſ 14.
1. *v.*14. *Zelatus ſum Ieruſalem zelo magno*. Lu-
*Luc.*22. cæ cap. 22. verſ. 15. *Deſiderio deſidera-*
*verſ.*15. *vi*, ideſt valdè deſideravi. Oſee cap. 1.
Oſee c. 1. verſ. 6. *Oblivione obliviſcar. Ego vim*
*verſ.*6. *faciam, ut non recorder, ut am-*
plius in memoriam non redeat. Threnor.
cap. 1. verſ. 2. *Plorans ploravit*, ideſt
multas & uberrimas lacrymas fudit.
Oſee cap 1. verſ. 2 *Fornicans fornicabitur*, ideſt cum magno cupiditatis
incentivo. Quomodò zelum com-
mendas cùm ſit cum irâ conjunctus?
ira autem vitioſa ſit. Reſpondet San-
ctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus orat.
11. eſſe iram, ſed iram ſanctam &
Baſilius Seleuc. piam, ſed venerabilem & auguſtam.
O ira pietatis plena! ô lingua quæ cælum
frænas! ô Domini in homines charitas!
ſervo permittit res conditas gubernet,
reveritus ſiquidem eſt ardorem pietatis,
& Eliæ creatura habenas permiſit. Ideſt
tantùm abeſt ut ille zelus Elianus
Deo diſpliceat, quinimò ei gratus eſt
maximè ei placet, illumque ita reve-
retur, ut illius intuitu det Eliæ pote-
ſtatem ſuper creaturas *Compulſus* (in-
quit idem) *Eliæ poteſtatem facit Deus,*
miſerans quidem eos, qui dignè puniun-
tur: reveritus tamen Propheta zelum.
Ad Eliæ & Phinees zelum imitandū
S. Gregorius homil. 15. in Ezechie-
lem Viros Apoſtolicos provocat. *Re-*
ctitudinis zelo contra vitia accendimur
S. Greg. *Phinees ante oculos educatur, qui cor-*
ruentes gladio transfigentes caſtitati po-
pulum reddidit, & iram Dei iratus
placavit. Quomodò iram Dei ipſe
Phinees iratus placaſſe dicitur? cùm
ira verbis lenioribus mitigetur? pla-
catus eſt Deus irâ piâ, ſanctâ zelotis
Phinees. Idem Sanctus poſtquam va-
ria produxit exempla virorum zelo-
ſorum concludit. *Qui tamen omnes &*
patientia longanimitate mites & Zelo
rectitudinis ferventes fuerunt, verbi
prædicatione divites ſimul & miſericor-
diâ largi. Quibus verbis oſtendit be-
nignitatem cum fervore & irâ in ho-
mine zeloſo eſſe conjunctam. Hunc
zelum Phinees imitatus eſt Apoſtolus S. Chryſoſtomus
ut ſcribit D. Chryſoſtomus homil. 8.
de ejuſmodi laudibus *Paulus alter*
Phinees impietatem Iudæorum atque
gentium quaſi fornicationem mentium
uno mucrone fidei confodiens ſuos hoſtes
putans qui Dei ſunt inimici.

Huic zelo Phinees Chriſti charita- XVI.
tem comparat S. Cyrillus Jeroſoly-
mitanus Catecheſi 13. *Si Phinees Zelo* S. Cyrill. Jeroſol.
ductus, & tollens de medio turpitudinis
factorem placavit iram Dei; Ieſus non
alium tollens, ſed ſeipſum, tradens in
pretium, nunquid iram Dei contra ho-
mines non diſſolvet? Non pudeat itaque
nos Crucis Salvatoris, ſed in eâ potius
gloriemur. Imò S. Ambroſius in pſal-
mum 118. oſtendit zelum ita con- S. Ambr.
ferre ad converſionem animarum, ut
illo ſecluſo ſicut populus in vitia cor-
ruit: Sic illo poſito à vitiis ad ſalutē
revocatur. *Zelo fidei populus gentilium*
vitam ſibi acquiſivit æternam, quam
negligentiâ, atque deſidiâ Iudæorum po-
pulus amiſit. Ille populus qui erat eru-
ditus in lege, nullum fidei habebat ar-
dorem. Contulit ſe zelus ad gentes, cujus
tanta eſt gratia, ut electionis prærogа-
tivam vicerit, & eruditiſſimus indu-
ſtriam ſuperarit. Denique zelus appre-
hendens populum incruditum fecit eſſe
meliorem. Quibus verbis innuit ze-
lum non tantùm neceſſarium eſſe ad
converſionem animarum: ſed etiam
ut ipſæ in ſalutis exercitio perſeve-
rent. Idem S. Ambroſius in eundem
Pſalmum. *Ad vitam zelus eſt præcepta*
ſervare, & amore nominis ejus cuſtodire
mandata, ut fecit Phinees. Quotquot
ſunt zeloſi Miſſionarii ac divinæ legis
propugnatores, & obſervatores, tot
ſunt Phinees, tot Eliæ. Quid dico
Eliæ & Phinees imitatores? imò Ipſius
Dei. Idem S. Ambroſius loco citato.
Zelus Dei vita eſt: Zelum habuit Elias,
& ideo raptus ad cælum eſt. Quomodò
zelus dicitur vita Dei? Theologi
1. parte

1. parte docent Verbum procedere à Patre per cognitionē naturæ divinæ, attributorum tam notionalium quam eſſentialium, creaturarum non tantùm futurarum ſed & poſſibilium. Item omnes ferè ſuſtinent cum Divo Thomâ intelligere formaliter eſſe vitam Dei. Sed quamvis plurimi docent Spiritum ſanctum procedere ex amore naturæ divinæ perſonarum & attributorum, imò & creaturarum: tamen nemo aſſerit amorem eſſe vitam Dei. Quomodò ergò zelus qui eſt quædam amoris ſpecies ſeu ramus dicitur eſſe vita Dei, niſi fortè identicè? Quemadmodum de aliis attributis dici poteſt quod miſericordia ſit juſtitia. Non ſic *Zelus Dei vita eſt*, quia nihil gratius, nihil acceptabilius eſſe poteſt Deo, quàm ſaluti animarum incumbere: ita ut Deus quodammodò mortuus videatur quando anima aliqua perit, at verò reviviſcere cenſetur, cùm aliqua anima convertitur, ita ut de illo tunc dicere liceat illud Geneſis cap. 45. verſ. 27. quod de Jacob audiente Joſephum filium ſuum vivere & regnare in terrâ Ægypti. *Revixit ſpiritus ejus.* Vel zelus dicitur vita Dei juxta illud Joannis cap. 3. verſ. 16. *Sic Deus dilexit mundum ut filium ſuum unigenitum daret.* Ideſt tanto animarum zelo flagravit, ut filium ſuum unigenitum, conſubſtantialem, & eâdem vitâ ſubſtantialiter viventem miſerit in mundum, ut nos vivificaret, & à morte, peccatique captivitate redimeret. Vel zelus dicitur vita Dei, quia ſecundùm S. Chryſoſtomum homil. 4. in Joannem ad illa verba Joannis cap. 1. verſ. 4. *In ipſo vita erat*, Nomen vitæ pro curâ & ſollicitudine noſtræ ſalutis accipitur. *Nomen vitæ hic non ſolùm conditionis eſt, ſed providentiæ.* Scilicet ſupernaturalis. Ita ut Dei vitam is non incongruè concipiat, qui ejus zelum & providentiam ſupernaturalem, quâ nobis amantiſſimè providet, & liberaliſſimè beneficit concipit: undè quodammodò Deus non viveret, ſi media ſupernaturalia ad ſalutem nobis non provideret, vel non amaret nos. Id innuiſſe videtur Tertullianus Apologetici cap. 47.

Gen. 45. verſ. 27.

Joan. 3. verſ. 16.

S. Chryſoſtomus

Epicurei aſſerunt otioſum & inexercitum, & ut ita dicam neminem hominibus. Quaſi diceret, ſi Deus (ut volunt Epicurei) hominum notitiam, amorem, curam, zelum non haberet, eſſet nemo: non viveret eſſet impotens, & conſequenter non eſſet Deus. Vivit enim ut nobis vivat, potens eſt, non ut otietur, non ut abſque exercitio ſit, ſed ut omnipotentiam ſuam parcendo maximè & miſerando manifeſtet. Vel zelus dicitur vita, ideſt Chriſti ſeu Dei hominis, quia ideò Verbum naturam humanam aſſumpſit, non mortuam ſed viventem, ut Deus homo homines vivificaret ſuo zelo qui ceſſare nequit à curâ & ſollicitudine noſtræ ſalutis, quod innuiſſe videtur Joannis cap. 14. verſ. 6. *Ego ſum via, veritas & vita.* Quomodò eſt veritas & vita, ſi eſt via? Quomodò via, ſi eſt vita & veritas, &c. Nam ſe toto differunt. Si eſt via quâ creaturæ incedunt quomodò veritas quæ eſt conformitas, &c. quomodò vita maximè humana, quæ organa requirit? ſi merè intellectualis, ſeu ſpiritualis voluntatem & intellectum quaſi individuos comites habet? Dicitur via, veritas & vita ſimul, quia eſt in perpetuo quodammodò motu, ut vitam veram (quæ eſt gratia) nobis communicet: ſemper incedit ut noſtram ſalutem procuret. De ſinu Patris venit in uterum Virginis, de utero Virginis in præſepium; de præſepio in templum; de templo in Synagogam, de Synagogâ in cœnaculum, de cœnaculo in hortum, in Crucem, in tumulum, &c. De cælo in terram, in Bethleem, de Bethleem in Jeruſalem, de Jeruſalem in Nazareth, de Nazareth in deſertum, de deſerto ad Jordanem, de Jordane in Galilæam, &c. Et hoc ut vitam veram & rectam doceat: ut ſternat viam, quæ ducit ad vitam Joannis cap. 10. verſ. 10. *Veni* (inquit Chriſtus) *ut vitam habeant.* Talis eſſe debet Vir Apoſtolicus in motu continuo, ut humanæ ſaluti proſpiciat, non ſemel ſed iterum atque iterùm uſque ad finem vitæ, ad finem mundi. Non debet ſalutis animarum procurandæ ſibi terminum præſcribere. Sic Pontifex Romanus omni

Tertull.

Joan. 14. verſ. 6.

Cap. 10. v. 10.

omni tempore, omni ſœculo, adhuc nunc laborat ut non tantùm in Europam, ſed in Africam, in Aſiam, in Americam Viri Apoſtolici mittantur: nullam partem mundi affectat, ſed omnium hominum ſaluti & converſioni indiſcriminatim invigilat quaſi alter Elias mittit pueros Apoſtolicos, ideſt Viros, non ſemel, ſed ſepties, ideſt ſemper, ut proſpiciant cōtra mare quantum quantum eſt, ideſt in Oriente, Occidente, Septentrione, Meridie animarum ſaluti adlaborent, tur. Romanus Pontifex inter cœteras rationes ideò eſt ſucceſſor Petri, ideò totius orbis curam gerit, eique omnium Eccleſiarum paſtoralis ſollicitudo demandata eſt à Chriſto, quia non rectè providiſſet Chriſtus ſuæ Eccleſiæ niſi uni totius orbis converſio cōpeteret. Et ut docet Vericelli tractat, de Apoſtolicis Miſſionibus quæſt. 2. Summus Paſtor non benè ſuo muneri ſatisfaceret, ſi non deſtinaret aliquos Miſſionarios, quibus ex officio infidelium converſio incumberet. *Facilè enim* (inquit) *negliguntur ea, ad quæ quis ex officio non tenetur.* Hæc autem ſollicitudo Apoſtolicâ totius orbis nomen Sanctiſſimi illi promeretur.

CAPUT IV.

Miſſionarius præluceat exemplo.

1\. QUamvis ſupra de hoc argumento & ſubſequentibus aliquid dixerimus, tamen hic fuſius diſſerere ſtatui. Cùm Propheta Eliſeus iter faciēs de Carmelo in Jericho, vel in Galgala, vel in Bethel de more tranſiret per Sunam, quæ erat urbs de tribu Iſſachar, quædam mulier inſignis tam virtute quàm divitiis perſuaſit Viro ut præpararetur cœnaculum, ubi Propheta tranſiens hoſpitio exciperetur, ac inter aliam ſupellectilem mentionem facit candelabri lib. 4. Regum cap. 4 verſ. 10. *Ponamus ei lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrum.* Quid per candelabrum ſpecialiter intelligit? *Lucem prædicationis* (inquit Hugo Cardinalis,) Probaturque ex illo Exodi cap. 25. verſ. 31. *Facies & candelabrum ductile ex auro mundiſſimo.* Idem. *In auro ſapientia, in puriſſimo triplex munditia deſignatur, quæ requiritur in Prædicatoribus, ſcilicet cordis, oris, & operis. Hæc ergò neceſſe eſt ut habeamus in domo noſtrâ, ſi volumus quod nobiſcum maneat Eliſeus.* Ad illud candelabrum videtur alludere Deus, nam per Ezechielem cap. 3. verſ. 17. vocat Prælatum ac virum Apoſtolicum ſpeculatorem. *Speculatorem dedi te domui Iſrael.* Septuaginta *Inſpectorem.* Chaldæus, *Doctorem* Quaſi diceret, Divini Verbi Præco ſpeculari ac monere debet quod ſecundus Chriſti adventus inſtar furis malè cautos peccatores opprimet. Hunc ſpeculatoris proſpectū Sapiens Cantic. cap. 7. verſ. 4. comparat Naſo. *Naſus tuus ſicut turris libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.* Nam Miſſionarii ac viri Apoſtolici eâ pollere debent providentiâ & diſcretione ut diſtinguant bonum à malo, & fragrantiam orthodoxæ doctrinæ à fœtore hæreticos. Comparantur verò turri, quia eorum converſatio debet eſſe ſemper in cælis, & in celſiſſimo virtutis libano conſiſtere, ut Eccleſiam à malignorum ſpirituum incurſibus defendant. *Hoc quippè ſignificat, quod turri aſſimilantur, quæ eſt contra Damaſcum: cum Damaſcus interpretatur ſanguinis potus, vel ſanguinis oculus & dæmones animarum noſtrarum ſanguinem ſitiant.*

l. 4. Reg. c. 5. v. 10

Exod 25 verſ. 31.

Ezech. 3 verſ. 17.

Cant. c. 7 verſ. 4.

Ghiſlei.

II\. S. Gregorius homil. 11. in Ezechielem, Ezechielis oraculum explicat, non tantùm de vigilantiâ, & verbi divini prædicatione, ſed etiam de vitæ perfectione ac munditiâ cordis & operis. *Speculatoris vita & alta ſemper debet eſſe, & circumſpecta, nè terrenarum rerum amore ſuccumbat: alta ſit, nè occulti hoſtis jaculis feriatur. Ex omni latere circumſpecta. Neque enim ſpeculatori ſufficit, ut altè vivat, niſi & loquendo aſſiduè ad alta auditores ſuos pertrahat, eorumq; mentes ad amorem cœleſtis patriæ loquendo ſuccendat. Quod tunc rectè agit, cum lingua ejus ex vitâ arſerit. Nam lucerna quæ in ſe non ardet,*

S. Greg.

ardet, eam rem cui ſupponitur non accendit. Ponderent hæc ultima verba Viri Apoſtolici, & caveant magis ſtudere lenocinio verborum, quam reformationi vitæ ſuæ & morum.

III. Cur Joannes Bapriſta Joannis cap. 5. verſ. 35. nuncupatur à Chriſto *Lucerna ardens & lucens*? Vel ſecundùm S. Ambroſium *Lucerna ardens & illuminans*? Reſponder S. Bernardus ſermone de S. Joanne Baptiſta, & notat. *Non ait lucens & ardens: quia in Ioanne ex fervore ſplendor, non fervor prodiit ex ſplendore. Sunt enim, qui non eò lucent quia fervent; ſed magis fervent ut luceant. At iſti non planè fervent charitatis ſpiritu, ſed magis ſtudio vanitatis.* Multi vanitatis amatores ſunt, qui videntur exterius fulgere, tamen interius ardore carēt. Et in iſtis ſplendor non provenit ex fervore, ſed ex affectu vanitatis. At in Joanne, ut in viro perfecto & Apoſtolico fulgor procedebat ex ardore charitatis intrinſeco & ſanctimoniâ vitæ. Ideòq; prius ardens quàm lucens nuncupatur. Erat lucerna ardens, &c.

Ioan. 5. verſ. 35.

IV. Hujus argumenti præclaram ideam nobis ſubminiſtrat Patris Eliæ hiſtoria apud Eccleſiaſticum cap. 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Vatablus legit. *Et ſermo ejus inſtar facis flagravit.* Hugo Cardinalis. *Prius* (inquit) *oportet ut homo ſit ignis, ut in ſe ardeat antequam verbum illius alios comburat ac inflammet.*

V. S. Gregorius lib. 7. Regiſtri cap. 32 ait S Joannem & quemliber alium Virum Apoſtolicum debere ardere & lucere, ut oſtendatur illum eſſe verum divini verbi præconem, qui ardet per cœleſte deſiderium, & lucet per verbum & exemplum. *Lux gregis flamma eſt paſtoris. Decet enim Dominicum ſacerdotem moribus & vitâ clareſcere, quatenus in eo tanquam in vita ſua ſpeculo plebs commiſſa & eligere quod ſequatur, & videre poſſit quod corrigat.* Expende illa verba *decet moribus & vitâ clareſcere.* Ideſt non debet eſſe candelabrum quod verbo tantùm luceat omnibus, qui ſunt in Eccleſia Dei, ſed etiam corde & opere.

S. Greg.

VI. Cur ad Chriſti Natalitia publicanda cœlitus mittuntur Angeli, Lucæ cap. 2. verſ. 13. *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium & dicentium* Verſ. 14. *Gloria in excelſis Deo, &c*? Quia Angeli cum nullis carnis illecebris & voluptatibus illici poſſint Deus cenſuit eos idoneos ut ſuo exemplo alios ad Dei cultum & laudem adducant. Rectè S. Ambroſius ſermone 7. *In quo facto moraliter movemur, ut uno fratre legente vel docente, vel quodlibet opus bonum agente multitudo fidelium in laudem Dei prorumpat, & ad imitandū bonum quod cernit aſſurgat.* Exodi cap. 25. verſ. 31. Deus præcepit Moyſi, ut faciat candelabrum ex auro puriſſimo *Facies candelabrum ex auro mundiſſimo* Quia debet prius lucere vitæ & morum probitate. *Doctrina* (inquit S. Gregorius) *cum omni imperio docetur, quando prius agitur quàm dicatur. Nam doctrina ſubſtrahit fiduciam quando conſcientia præpedit linguam.* Et S. Chryſoſtomus homil. 3. operis imperfecti in Matthæum. *Clerici nullam debent habere maculam, neque in verbo, neque in cogitatu, neque in facto, neque in opinione; quia ipſi ſunt pulchritudo Eccleſiæ, & ſi mali fuerint totam deturpant Eccleſiam.*

Exod 25 verſ. 31.

VII. Cur Chriſtus miſſurus Apoſtolos extersit pedes illorum Joannis cap. 13. verſ. 4. *Surgit à cœnâ & ponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum præcinxit ſe.* Verſ. 15. *Deinde mittit aquam in pelvim & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.* Ammonius in Catenâ Græcâ. *Per attactum mundavit pedes in præparationem Evangelii.* Ut ſcilicet illos præpararet & diſponeret ad ritè & fructuosè prædicandum, juxta illud Roman. cap. 30. verſ. 15. *Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, Evangelizantium bona.* Quaſi diceret qui prædicaturi ſunt Evangelium, ac in viam virtutis alios inducere volunt, debent eſſe puri & mundi ab omni fœce peccati, mundique ac ſplendidi apparere, alioqui ſi verbo dumtaxat doceant & non, facto id eis continget quod ait S. Chryſoſtomus homil. 23. in Matthæum. *Si benè*

Ioan. 13 verſ. 4.

Rom. 19 verſ. 15.

S. Chryſoſtomus

vixeris & benè docueris omnium judex eris: ſi malè vixeris & benè docueris tui ſoius. Nam benè docendo populũ inſtruis, ſed malè vivendo doces Deum, quomodò debeat ſe condemnare. Idem ſermoe de compunctione. *Grandis eſt condemnatio componenti ſermonem, vitã verò ſuam negligenti.*

VIII. Ejuſmodi Præcones ita affatur David ore ſuo Prophetico pſalmo 49. verſ. 16. *Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum.* Verſ. 17. *Tu verò odiſti diſciplinam; & projeciſti ſermones meos retrorſum.* Pulchrè Titelmannus ita elucidat. *Quâ fronte? quâ audaciâ, tu ô prævaricator impiè, &c. tu aſſumis teſtamentum meum in os tuum, & illud tuo contaminato ore, & pollutis labiis alios doceas, cum intus tu ipſe plenus ſis omni ſpurcitiâ & immundiciâ: Quomodò (inquam) tu iſta audes, cùm ipſam rectam diſciplinam id eſt bonam vitæ ac morum inſtitutionem habeas exoſam, utq; te ipſum ſecundùm eam ſtudens componere, neque eam in aliis amans, tametſi eam ore ad quæſtum, vel ad gloriam prædices, & verbum atque præcepta mea projeciſti poſt tergum tuum, non poſuiſti ea ante oculos, ut obſervares: ſed abjeciſti ab oculis tuis, ut non videres, neque ambulares ſecundùm ea, propter quod & ego te projiciam à facie meâ, & à conſpectu meo in æternum.*

Pſal 49. *verſ.* 16. *verſ.* 17. Titelmã.

IX. Eandem exprobrationem ita explicat Dionyſius. *Quomodò audes prædicare verbum Dei, aliosq; docere, quod tu ipſe non facis. Et legem Dei ſanctam & immaculatam proferre præſumis per os tuum pollutum. Hoc enim Chriſtus per Iſaiam dixit: Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me, in vanum colunt me. Hanc quoque ipſam Scripturã allegat Chriſtus, Verus Deus Phariſæos increpans, & dicens. Benè prophetavit de vobis Iſaias, Populus hic labiis me honorat, Matth. cap. 15. Vndè in Eccleſiaſt. dicitur cap. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* Intra *Tu verò ô peccator, odiſti inſtructionem & correptionem ac debitam pœnam pro tuis exceſſibus, ſicq; de numero eorum es, de quibus ſcriptum eſt, Amos cap 5. Odio habuerunt corripientem. Quo contra Salomon monet Proverb. cap. 3. Diſciplinã Domini fili mi non abjicias, & nè deficias, cùm ab eo corripieris. Qui iterùm ait cap. 13. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam, qui autem acquieſcit arguenti glorificabitur. Et alibi cap. 15 Qui abjicit diſciplinam deſpicit animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus poſſeſſor eſt cordis. Idem autem eſt periculum deſpicere diſciplinam Prælati & Dei, quoniam Prælati ſunt Dei Vicarii, &c.*

Dionyſ.

Non minus ingenioſè Joannes Baptiſta Folengius dicens quod Felinus *juſtitias meas*, intelligit *ſtatuta mea*. Alius ex Hebræo *legem meam*. Paraphraſtes *conſtitutiones meas*. Nam (inquit) *Hæc omnia idem ſignificant, legem ſcilicet divinam, quam poſtea teſtamentum appellat Vates, hoc eſt fœdus illud æternum cum Deo percuſſum, quo homo ſe vi fidei per Evangelium ſervatum iri credat. Iuſtitia quippè noſtra à Deo gratis per fidem, quæ ſumma eſt Divinæ legis, originem habet. Sunt enim qui juſtitias meas, cæremonias meas vertunt, non quod ab ipſis mortalium juſtitia, quæ à fide eſt proficiſcatur: ſed quia hæ noſtram in Deum fidem, ut valent, teſtentur, modò à pio animo ac religioſo peragantur. Verùm quia omnia, quæ ſunt Dei atque ad ejus cultum ſpectant munda omninò eſſe debent & pura, utpotè animarum candorem ſecum afferentia, eam ob rem ab animis juxta & corporibus optimè purificatis & mundis tractare illa debent; ſecus verò ab arroganti corde ac ſuperbo, quæ eſt lethalis animæ peſtis. Addo & à corpore libidinum maculis inquinato contrectari, doceriq; maximum eſt ſcelus Quare non immeritò, qui talis eſt à Deo hic arguitur. Quare (inquit) tu, hoc eſt, quâ fronte, tu immundus, tu impurus, tu inquinatus meas audes enarrare conſtitutiones, quæ mundæ naturâ ſunt, puræ & caſtæ. Cur & nominare quidem multò magis edocere meum, quod cum meis pepigi fœdus præſumis? Tu me polluto illo ore, quod maledictione & amaritudine plenum eſt, incircumciſisq; labiis meam non erubeſcis prædicare legem, meumq; teſtamentum, quod ſanctum eſt, ſanctosq; proindè ſuos eſſe buccinatores & vult, & præcipit divulgare. Ridiculum planè alios ad morum culturã*

X. Foleng.

atque

atque ornatum inſtruis. Tu prædicas nõ furandum & furaris, non ſcortandum & ſcortaris. Infra. *Tu qui exteros doces te ipſum non doces, tu qui omnem odiſti correctionem, meaq; poſt tergum projeciſti verba, tam temerario auſus es imperio meam proferre legem. cæteriſq; benè vivendi normam præſcribere, cùm tu ea in parte qua mortalium fugis oculos malè vivas, imò prorſus mortuus ſis.*

XI. Ex his Davidicis verbis noſter Michael de Bononia dubitat an Concionator malæ vitæ prohibendus ſit à publicâ prædicatione, & conſequenter à publicâ lectione verbi Dei in Eccleſia. Videtur enim quod non, quia à bono opere nemo prohiberi debet. At ex verbis Prophetæ *Peccatori autē dixit Deus, &c.* Reſpondet, quod ſecundùm aliquos opera ſunt in triplici differentia, ut opera miſericordiæ & pœnitentiæ. Quædam ſunt remedii, ut ſumptio Euchariſtiæ; quædam ſunt dignitatis, ut prædicare, legere, vel regere. A primis nullus debet prohiberi quantumcumque malus. Quia etſi in peccato facta non ſint meritoria: ſunt tamen diſpoſitiva ad

Dionyſ. gratiam. Sic (inquit Dionyſius ibi) *Horas Canonicas melius eſt perſolvere, quàm omittere à quocumque peccatore ad horas obligato. Nam non perſolvendo mortaliter peccat, tanquam contra præceptum Eccleſiæ agens, non autem mortaliter peccat, ſi eas extra gratiam exiſtens perſolvat. Quia non eſt ſpeciale præceptum de perſolutione horarum in ſtatu ſalutis ſeu gratiæ, ſicut eſt ſpeciale præceptum de celebratione & adminiſtratione Sacramentorum Chriſti ac verbi divini in ſtatu ſalutis: ita ut quotieſcumque Sacerdos aliquod Sacramentum Chriſti indignè diſpenſat, mortaliter peccat.* Idem aſſerit noſter Mi-

Michael de Bon. chael de Bononiâ de ſuſceptione Euchariſtiæ. *Quia* (inquit) *ſalibus non remedium conferent, ſed damnationem.* Tranſit ad tertios. *Qui in notorio peccato, ſunt arcendi nè ſcandalizetur populus, ſi autem peccatum ipſorum ſit occultum, non ſunt arcendi propter utilitatem audientium. Quàmvis unum ſit clarum, ſcilicet quod quilibet irreverenter tractans verbum Dei graviter peccat: tamen dubium, ſcilicet quod eſſet exiſtens in peccato mortali, vel mala vita minus malum vel majus peccatum an prædicare, vel à prædicatione ceſſare.* Et ad hoc declarandum reſpondet Magiſter Gerardus tertio quodlibeto ſuo multiplicem ponens diſtinctionem. Prima, tali Prædicatori aut prædicare ſibi incumbit ex officio ſuo, ut puta quia eſt Epiſcopus, vel Curatus, & ſic ex officio ſibi incumbit in Eccleſiâ ſuâ verbum Dei prædicare, alibi autem non. Vel hoc ſibi competit ex privilegio, vel commiſſione illius cui incumbit ex officio. Tunc enim poteſt, ſed non obligatur. Ita diſtinguendum eſt de peccato ſuo: aut eſt populo, cui debet prædicare publicū & notorium, aut occultum & ſecretum. Item diſtinguendum eſt ex parte audientium: *Quia aut indigent & ſunt diſpoſiti ad audiendum, aut non indigent, vel non ſunt diſpoſiti ad audiendum.* Quam difficultatem reſolvit tribus concluſionibus

Quam ſit commendatior ac laudabilior vita Præconis Evangelici eloquentiâ vanâ innuit Minutius Fœlix in Octavio, ubi Cæcilium Ethnicum ita affatur. *Si vobiſcum Chriſtiani parentur, quamvis in nonnullis diſciplina noſtra minor, multò tamen meliores deprehendimur. Vos enim adulteria prohibetis & facitis, nos uxoribus ſolummodò viri naſcimur. Vos ſcelera admiſſa punitis, apud nos & cogitare peccare eſt. Vos conſcios timetis, nos etiam conſcientiam ſolam, ſine quâ eſſe non poſſumus. Denique de veſtro numero carcer exæſtuat, Chriſtianus ibi nullus niſi aut reus ſuæ religionis aut profugus.* Quibus verbis non verbis ſed exemplis infideles ad veram religionem converti, & peccatores ad melius vitæ inſtitutum reverti, religioſa converſio plures à ſuperſtitione removet, & morum potius quàm verborum elegantia in viâ virtutis inducit. XII. Minutius Fœlix.

Unicum Miſſionarium in medium producamus, S. Matthæus cap. 3. verſ. 4. de Joanne Baptiſta hæc effatur. *Habebat veſtimentum de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, eſca autem illius erant locuſtæ & mel ſilveſtre.* Et Marcus cap. 1. v. 6. *Erat Ioannes veſtitus pilis cameli &* XIII. Matt. c. 3. v. 4.

*Zonâ pelliceâ circa lumbos ejus. & locu-
ſtas & mel ſylveſtre edebat.* Syriacus.
*Cibus autem ejus erant locuſtæ & mel
agreſte.* Ægyptiacus. *Cibus ejus erant
cicadæ.* Cur veſtis Joannis erat potiùs
ex pilis camelorum, quàm aliorum
animalium? quia ſecundùm S. Chry-
ſoſtomum homil. 10. in Matthæum,
S. Paſchaſium lib. 2. in Matthæum,
Bedam, S. Thomam, Albertum Mag-
num, Dionyſium erat habitus miræ
ac extraordinariæ pœnitentiæ. Qui-
bus arridet S. Anſelmus. *Erat ille ha-
bitus pœnitentiæ dum cilicio camelino*
S. Anſelmus. *indutus eſſet, & cibos ſylveſtres comede-
ret.* Seu ut oſtenderet ſe Prophetæ
Eliæ ſectatorem eſſe (inquit Toſtatus
quæſt. 29. in cap. 3. Matthæi.) Quor-
ſum tantam in victu & veſtitu auſte-
ritatem ambo amplectuntur? Reſ-
S Maxim. pondet S. Maximus homil. 2. in Na-
tivitate S. Joannis Baptiſtæ. *Vt incre-
patarus hominum mala, nullam penitus
haberet, vel in veſte vel in epulis volup-
tatem.* Et S. Paſchaſius ſupr. *Exhibet
Ioannes vivendo, quod docet, ut omnes
inſtruat Doctores in ſe priùs damnare, à
quibus & alios cohibent, atque operibus
expedire quæcumque noverint, ut agan-
tur.* Hanc fructuoſæ Prædicationis
idæam nobis proponit noſter S. Cy-
rillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3.
S. Cyrill. Jeroſol. *Videt hominem hujus gratia ducem elegit
nihil omninò poſſidentem, ſolitudinis ſtu-
dioſum, ſed non inhumanum, locuſtas
manducantem anima, melle veſcentem,
& dulciora melle, utilioraq́; loquentem.*
Quaſi diceret, ut ſuos auditores ad
cœleſtem contemplationem efferret
animalculis alatis veſcebatur. Ut ſe
totum affabilem, benignum ac hu-
manum exhiberet mel comedebat.
Vel (inquit S. Hieronymus ad Alga-
ſiam quæſt. 1.) ejuſmodi alimentis
utitur. *Quia omnis prædicatio falſa ſe-*
Hieron. *ctatur lucra, & gloriam quærit huma-
nam. Aſſerit eum camelorum veſtitum
pilis nulli poſſe adulationi ſuccumbere.
Et qui locuſtis veſcitur ac melle ſylveſtri,
nec opes, nec alias delicias quærere, rigi-
dâque & auſterâ vitâ aulas vitare pala-
tii.* Ut ſe verum divini Verbi Præco-
nem oſtenderet præfatum vitæ & ve-
ſtitus modum aſſumpſit, oſtendens
ſe omninò eſſe alienum ab omnibus
lenociniis & adulationibus, faciliuſ-
q́ue auditorum vitia & morum cor-
riperet.

XIV. Undè omnis Regio illa tanto deſi-
Matt. 3. verſ. 5. derio eum videndi, audiendi, allo-
quendi incenſa erat, Ut (inquit ſan-
ctus Matthæus cap. 3. verſ. 5.) *Tunc
exibat ad eum omnis Hieroſolyma, &
omnis Iudæa, & omnis Regio circa Iorda-
nem.* Marcus verſ. 5. *Et egrediebatur
ad eum omnis Iudææ Regio, & Hieroſoly-
mitæ univerſi.* Hanc hiſtoriam ita ex-
S. Nilus. planat S. Nilus in Aſcetico. *Ioannes
quidem Baptiſta in ſolitudine verſaba-
tur, & civitates ipſa cum hominibus ad
eum confluebant, qui ſericis veſtibus in-
duebantur ad zonæ pelliceæ ſpectaculum
concurrebant, ſubdiò incommodè mane-
re non recuſabant, qui domos auratas
incolebant, omnia illis erant tolerabilia.
Nam videndi viri cupiditas omnem mo-
leſtiæ ſenſum abſtergebat.* Fructum præ-
dicationis exprimit his verbis S. Mat-
verſ. 6. thæus verſ. 6. *Et baptiſabantur ab eo
in Iordane confitentes peccata sua.* Sy-
riacus. *Poſtquam peccata ſua fuerant
confeſſi.* Toſtatus quæſt. 54. ſcribit.
Toſtatus *Quod omnes ad præſentiam ſanctitatis
Ioannis ſe peccatores confitebantur ac
dicebant.* S. Cyrillus catech. 3. *Oſten-
debant vulnera, deinde Ioannes ponebat
medicamenta.* Obiter ſubdit noſter
Sylveira tomo 1. in Evangelia lib. 3.
num. 88. quod hæc confeſſio non e-
rat in remiſſionem peccatorum, ſed
tantùm diſpoſitionem ad illam, &
ut homines ad Sacramentalem Con-
feſſionem paulatim inducerent.

CAPUT V.

Vir Apoſtolicus mortificationi incumbat.

I. Lib. 4. Regum cap. 9. verſ. 1.
fertur, quod *Eliſeus Prophetes
vocavit unum de filiis Propheta-*
l. 4 Reg. 9. v. 1. *rum,* & ait illi; *Accinge lumbos tuos, &
tolle lenticulam olei hanc in manu tuâ,
vadè in Ramoth, Galaad.* Dionyſius
Dionyſ. ait quod Eliſeus dixit. *Accinge lum-
bos ut expeditius eas.* Fuſius Toſtatus
Toſtatus quæſt. 1. *Iſte eſt quidam apparatus ad
currendum. Nam Iudæi habentes veſtes*

pendentes

pendentes uſque ad talos, laxas ſcilicet non colligatas corpori, ſic erant ad currendum nimis impeditiva. Cùm ergò aliquis debebat veleciter currere, debebat accingere lumbos ſuos & decurtare veſtes, eaſq; corpori aſtringere nè percutiendo pedes ambulantes impedirent ambulantem. Sic lib. 4. Regum cap. 4. *Eliſeus mittens Giezi ad ſuſcitandam filium mulieris Sunamitidis, præcepit ei accingere lumbos; imò ad miniſtrandum Chriſtus præcinxit ſe.* Lucæ cap. 17. verſ. 8. ait Herum ſolere cœnaturum dicere miniſtro. *Para quod cœnem & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem & bibam.* Hugo Cardinalis innuit, quod hoc ritu Sacer Textus commendat mortificationem carnis & mentis. *Accingere lumbos ſcilicet carnis & mentis, ſcilicet cingulo caſtimonia tam mentis quàm corporis, prava deſideria conſtringentes, 1. Petri cap. 1. verſ. 13. ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, revelationem Ieſu-Chriſti.*

Hugo Cardin.

II. Rationes verò cur cingulum ſit ſymbolum caſtitatis, hæ ſunt. Prima, quia cingulum reſtringit lumbos, & conſequenter libidinem, quæ habet originem in lumbis. Secunda, quia caſtitatem ſervare eſt actus eximiæ fortitudinis. Hinc Chriſtus Lucæ cap. 12. verſ. 35. ait. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Ideſt carnis & mentis luxuriam per contemptum coarctate & refrænate. S. Gregorius homil. 13. in Evangelia. *Lumbos ſuccingere eſt luxuriam ab affectu refrænare. Lumbos verò mentis ſuccingere eſt banc etiam à cogitatione reſtringere.* Beda. *Succingit lumbos mentis, qui hanc ab impurâ cogitatione reſtringit. Et qui mente & corpore caſtus Domini adventum expectat, meritò quando revelatur, ſperat.* Philippus Abbas cap. 16. libr. in Cantica. *Motus fluxas reſtringere forti cinctorio caſtitatis, baſis quædam eſt ſolida, & initium ſanctitatis.* Fuſius ſanctus Petrus Chryſologus ſermone 23. *Cincti caſtitatis baltee, quod eſt inſigne militia Chriſtianæ, fluxa carnis detruncemus ignaviam.* Et ſermone 24. *Dixiſſe ſuffecerat, eſtote præcincti, cur lumbos potiſſimùm nominat? cur tanta jubentis reverentia lumborum facit mentionem? Quaris quare? quia in lumbis eſt tota corporis cauſa, ex lumbis tota carnis negotia ſuſcitantur: in lumbis tota eſt humani lapſus, humanæ fragilitatis occaſio. Indè venit quod virtutis ignaros reddit, efficit ſegniores. Hic eſt ergò quod principaliter lumbos noſtros aſtringi jubet, balteum caſtitatis & totam carnis noſtræ pendulum, fluidum, reſolutum, conſtringi mandat continentiæ Zonâ virtutis, ut carne ſuccinctâ liber, velox, expeditus noſtræ mentis reddatur inceſſus.*

Luc. 12. verſ. 2.
S. Greg.
Beda.
Philipp. Abbas
S. Petrus Chryſol.

III. S. Fulgentius ſermone de lumbis præcingendis hanc caſtimoniam mentis & corporis commendat cunctis virtutis tyronibus & alumnis. *Omnis Chriſtianus præcinctos habeat lumbos, ut fugiat libidinem.* Hanc corporis & mentis continentiam Viris Apoſtolicis neceſſariam eſſe probè ſciens dæmon eos in lumbis lædere ſæpiſſimè contendit, Job. cap. 4. verſ. 10. & 11. *Ecce Behemot, quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet, fortitudo in lumbis ejus, & virtus ejus in umbilico ventris ejus.* Acutiora arma quæ in viris Apoſtolicis jaculatur dæmon ſunt carnalis luxuriæ veneno intoxicata, quæ in ipſum jaculatorem retorquere debent. S. Gregorius homil. 13. in Evangelia. *Lumbos præcingimus cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus.*

S. Fulgentius
Iob. 40. v. 10. 11.

IV. De Eccleſiaſte ſub nomine mulieris fortis ait Sapiens Proverb. cap. 31. verſ. 17. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos.* Hebræus, *Cinxit in fortitudine lumbos ſuos.* Septuaginta. *Præcincta fortiter lumbum ſuum.* Symmachus. *Solidavit.* Aquila. *Induravit, calloſq; obducere fecit.* Vatablus. *Fortiter lumbos ſuos accingit.* Abeneſra. *Renes ſuos illa ſuccinxit, quaſi robore ſeſe inſtruxerit.* S. Auguſtinus ſerm. 45. cingulo hujus heroinæ intelligit mortificationem & caſtitatem. Nam ſecundùm Medicos in lumbis eſt origo ſeminis & luxuriæ. Tunc igitur Viri Apoſtolici lumbos accingunt in fortitudine, cùm carnis concupiſcentias fortiter reſtringunt & cohibent. Hinc Beda *Actio boni operis* (præcipuè in Viro Apoſtolico) *Domino acceptabilis eſſe non valet, ſi non fluxa luxuria quis,*

Proverb. 13. v. 17.

prius à mente & à carne reſtringat.

V. Pſal. 17. v. 36.

Idem de Eccleſia, ſeu ejus miniſterio & propagationi vacantibus canit Regius Cantor pſal. 17. verſ. 36. *Deus qui præcinxit me virtute ad bellum, & poſuit immaculatam viam meā.* Noſter Michael de Bonnoniâ.

Michael de Bonn.

Quid ſignificat aliquem præcinctum eſſe, niſi munditiam carnis habere. Hæc enim virtus mirabiliter reſiſtit hoſtibus noſtris ſpiritualibus. Eccleſia ergo ſe fortem oſtendens ad reſiſtendum diabolo dicit Deus, qui præcinxit me virtute ſcilicet caſtitatis & munditiæ. Et quod de virtute caſtitatis loquatur, ſubdit: Et poſuit immaculatam viam meam. Et nota quod præcingi debemus quadruplici zonâ triplici virtute. Prima eſt zona aurea, quæ præcingit pectus de iſta eſt munditia mentalis puritatis, & quâ dicitur Apoc. cap. 1. Quod Ioannes vidit ſimilem filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zonâ aureâ. Secunda eſt zona linea, quæ præcingit ventrem. Hæc eſt temperantia cōtra ſuperfluas commeſſationes: de quâ dicitur Ioannis cap. 13. Quod Ieſus ſurgit à cœnâ, & cùm accepiſſet linteum præcinxit ſe, &c. Vide temperantiam; quia ſurgit à cœnâ. Tertia eſt Zona pellicea, quæ præcingit lumbos, & hæc eſt memoria noſtræ mortalitatis, quæ ponitur ad lumbos contra noxias carnis delationes, & hac præcinctus Elias lib. 3. Regum, & Ioannes Baptiſta Matthæi cap. 3. habebat zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Quarta eſt zona funea, & hæc præcingit renes. Et hæc eſt pœnitentia rigida auſteritatis, de qua dicitur Iob. cap. 12. Præcingit fune renes eorum. Iſtâ ergò multiplici virtute Deus ſuos fideles præcingit, dum puritatem carnis & mentis contra hoſtis verſutias tribuit. Et nota, quod meritò iſta puritas ſivè caſtitas hìc virtus dicitur. Quia dicit præcinxit me virtute, quia ſine illâ nulla alia virtus exiſtit, ut oſtendit Gregorius lib. 21. Moral. cap. 3. Nulla enim bona ſunt cætera, ſi occulti judicis teſtimonio non approbantur: omnes quippè virtutes in conſpectu conditoris vicariâ ope ſe ſublevant, & quia una virtus ſivè alia, vel nulla eſt omninò, vel minima, niſi viciſſim ſuâ conjunctione fulciantur. Si enim vel caſtitatem humilitas deſeret, vel humilitatem caſtitas relinquat, apud amatorem humilitatis & munditiæ prodeſſe quid poteſt, vel ſuperba caſtitas, vel humilitas inquinata, &c.

Sapiens citato cap. 13. verſ. 24. V I.
ſubjicit. *Sindonem fecit, & vendidit &* Proverb.
cingulum tradidit Chananæo. Septua- 31. v. 24
ginta. *Sindones texuit & tradidit Phœnicibus, zonas autem & vendidit Chananæis.* Pagninus. *Linteum fecit, & vendidit, & cingulum tradidit negotiatori.* Armena verſio apud Abagarum habet. *Fecit anima ſua cingulum, & ſibi zonam ſivè cingulum.* Quaſi diceret; vis ſcire quare Deus Eccleſiam in ſponſam elegit, & cur quidam Viri Apoſtolici tantum ſpiritualem progreſſum faciant? Quia eorum carò per continentiam coarctatur. Scire vis cur portæ inferi non prævaleant adverſus eam, quare ejus Prælati ac Viri Apoſtolici ſint tam conſtantes; audi S. Leonem ſerm. 1. de Quadrageſimâ. *Succinxit enim lumbos balteo caſtitatis & calceavit pedes vinculis pacis, quia & diſcinctus miles facile ab impedimentis vincitur. & non calceatus facile à ſerpente mordetur.* Cum ſindone igitur & cingulo vir Apoſtolicus ab hoſtibus fidei inſuperabilis efficitur: ita ut de eo illud Martialis lib. 4. Epigram. 19. canere liceat.

S. Leo.

Martial.

Ridebis ventos hoc munere tectus &
imbres:
Non ſic in Tyriâ ſindone tutus eris.

Cur Levitici cap. 8. Deus prohibuit nè Sacerdotes ad tabernaculum vel aras accederent abſque balteis & femoralibus, ſeu niſi ipſo die à mulieribus abſtinuiſſent, ita ut teſte S. Auguſtino quæſt. 85. in Leviticum, qui cum mulieribus coierant ipſo die immundi erant uſque ad veſperam, nec poterant illo die incenſum offerre? quia ſcilicet & Synagogæ & Eccleſiæ mortificatio mentis & corporis maximè neceſſaria erat. Origenes homil. 4. in Leviticum notat, quod *Dominus præcepit, ut campeſtri lineo præcingatur* Origenes
Sacerdos. Et in Evangelio ait ſint lumbi veſtri præcincti, campeſtri lineo præcingitur, vel femoralibus utitur, qui luxuriam fluxæ libidinis cingulo reſtrinxit caſtitatis, ante omnia Sacerdos, qui

divinis

divinis aſſiſtit altaribus caſtitate debet accingi. Hinc dum Sacerdos veſtibus ſacris induitur ſumendo cingulum ait. *Præcinge me Domine cingulo ſanctæ fidei, & zonâ juſtititia & caſtitatis in lumbis meis, &c.* Quod per cingulum lumborum non tantùm mortificatio carnis, ſed etiam mentis accipiatur innuit Apoſtolus (Ephes. 6. verſ. 14.) ſcribens Epheſiis cap 6. verſ. 14. *State ergò ſuccincti lumbos veſtros in veritate.* (Dionyſ.) Dionyſius. *Præſtate in virtutibus fixi, ſuccincti cingulo in lumbos veſtros, in quibus viget luxuria. Ideſt carnis concupiſcentias refrænate continenter vivendo, Lucæ cap. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, hos lumbos præcinxit, Iob. cap. 31. Pepigi (inquiens) fœdus cum oculis meis, ut nè cogitarem quidem de virgine: ſic autem accingite in veritate, ideſt veraciter coram Deo, non ſimulatoriè coram hominibus ſicut hypocrita.* (S Thom.) D. Thomas lect. 4. in illud cap. notat prius nobis præcipi, ut præcingamur, quàm ulla arma ſuſcipiamus: *Quia in bello ſpirituali prius eſt neceſſe concupiſcentias carnis reſtringere ſicut vicinus hoſtis eſt prius vincendus hoc autem fit per reſtrictionem lumborum, in quibus viget luxuria.*

VII. Quod verò non tantùm mortificationi carnis ſed etiam mentis Vir Apoſtolicus vacare debeat. Audi Principem Apoſtolorum 1. epiſt. cap. 1. (1. Petr. 1. verſ. 13.) verſ. 13. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrii perfectè ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam in revelationem Ieſu Chriſti.* Quid intendit per hæc verba. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, &c.* Poteſtnè ſubſtantiâ ſpiritualis ab aliquâ vi corporea cujuſmodi eſt cinctorium cohiberi? Scio quoſdam Theologos docere omnes damnatos in inferno, quaſi in ergaſtulo detineri. At hic non eſt eadem ratio: certum enim eſt, quod juſtorum viatorum animæ & voluntates nullis vinculis coarctentur, ſed maximâ ſpiritus liberalitate fruantur. S. Gregorius ait quod per hoc cinctorium mentis refrænatio affectionum carnalium intelligenda ſit. (S. Greg.) *Per Moyſen* (inquit lib. 21. moral. cap. 2.) *Luxuria perpetrata per auctorem mundstia, luxuria cogitata damnatur, ideò 1. Petri cap. 1. Succincti lumbos mentis veſtræ. lumbos enim carnis ſuccingere eſt luxuriam ab affectu refrænare. Lumbos verò mentis ſuccingere eſt hanc etiam à cogitatione reſtringere. Hinc qui Ioannem alloquitur zonâ aureâ ſuper mamillas cinctus eſſe perhibetur, quia teſtamenti novi munditia cordis etiam luxuriam frænat. Et benè Zona aurea, quia qui ſuperna Patria civis eſt, non timore ſupplicii, ſed amore charitatis immunditiam deſerit.* Cur præter exteriorem munditiem etiam interiorem expoſtulat Apoſtolus? cur lumborum etiam ſpiritualium cingulum ſumi præcipit? reſpondet S. Auguſtinus lib. de mendacio cap. 71. (S Auguſtinus.) *Nulla pudicitia corporis niſi ab integritate animi pendeat, quia diruptâ carne neceſſe eſt etiam intacta videatur.* Et Caſſianus collation. 12. cap. 2. *Ad perfectionem puritatis caſtimoniæ corporalis ſola non ſufficit, niſi etiam mentis addatur integritas.* (Caſſian.) Et hæc eſt ratio cur Chriſtus, Eliſeus, Apoſtolus præcipiunt accingi lumbos.

VIII. Vel ut moralis expoſitio litterali ſit magis conformis, dicendum eſt lumbos eſſe præcingendos, ut expeditius Vir Apoſtolicus iter commiſſi ſibi muneris percurrat. (S. Chryſoſtomus) S. Chryſoſtomus homil. 23. *Non de ſenſibili balteo dicit, Nam omnia hoc loco intelligibiliter ac ſpiritualiter dicit. Et vide quomodo ordine progrediatur, primùm balteo cingit mentem, quid eſt hoc qui enim perfluit, quique concupiſcentiis reſolutus eſt, & ſenſus habet humi projectos, per balteum reſtringens, non permittit ut veſtibus complectentibus impediatur; ſed ſolutis pedibus illum ad curſum liberum reddit.* Idem Os Aureum alludens ad id quod Exodi cap. 12. fertur de Hebræis, qui præcincti comedebant Paſcha. *Et nos calceati, & nos præcincti comedere debemus. Quamobrem, ut & nos ad egreſſum & ad peregrinandum ex hoc ſæculo parati ſimus, nemo eorum, qui hoc Paſchate veſcimur ad Ægyptum reſpiciat, ſed ad cœlum, ad cœleſtem Ieruſalem: propterea præcinctus, propterea calceatus comedit ut diſcat quamprimùm hoc Paſchate veſci operis, peregrinandum tibi, iterque faciendum*

ciendum. Duo verò innuit, & quod egredi oporteat ex Ægypto, & quod in Ægypto manentes deinceps non alio loco futuri ſunt, quàm ipſi alieni Philippenſ. cap. 3. Noſtra enim (inquit) converſatio eſt in cœlis. Et quod per omnem vitam parati eſſe debemus, ut vocati non cunctemur moram nectentes, ſed dicamus paratum cor meum. Paulus ſanè dicere potuit, qui nihil ſibi conſcius erat: ego verò, qui multo tempore ad reſipiſcentiã opus habeo dicere, non poſſum. Quod autem hoc præcingi animæ ſit vigilantis, audi Deum ipſo illi dicentem Iob. cap 38. Sed accinge inſtar Viri lumbos tuos, tu verò reſponde mihi. Et rurſus ad Prophetas omnes hoc dicit Deus. Et ad Moyſem etiam atque ipſe accinctus apparet in Ezechiele: imò verò & Angeli nobis præcincti apparent tanquam milites eſſent militibus enim ex eo quod quod accincti ſunt generosè ſtandi virtus eſt.

S. Petrus Chryſologus ſermone 24. S. Petrus Chryſol. *Quod & diſcurſus expeditos reddas & faciat obſequentes.* Item. *Conſtringenda eſt caro continentiæ cingulo, nè effuſa vitiis, ac toto peccatorum gravata pondere ſuperius ac cœleſtibus inſiſtere non poſſit inceſſibus.* Hoc cingulo caſtitatis mens viri Apoſtolici ita incedit, ita currit, ita volat, ut pertingat uſque ad ipſam ſedem Angelorum, de quibus Apoſtolus ad Hebræos cap. 1. v 14. *Nonnè omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capient ſalutis.* Hanc cum Angelis affinitatem quoad officium miſſionale contrahi per caſtimoniam Caſſian. docet Caſſianus lib. de ſpiritu fornicationis cap. 6. *Nulla virtute tam propriè homines æquantur Angelis quàm caſtitate.* S. Bernardus ſermone 2. de altitudine & baſſitudine cordis. *Vita cœlebs, vita cœleſtis & Angelica incorruptio facit proximum eſſe Deo.* Quæ verba intelligenda ſunt non tantùm de incorruptione corporali, ſed etiã de ſpirituali.

CAPUT VI.

Vir Apoſtolicus ſeu Verbi Divini Præco agat quod prædicat.

IDem argumentum aggredior. S. Eliſeus lib. 4. reg. c. 9. v. 1. dixit uni ex filiis Prophetarũ. *Tolle lenticulam olei hanc in manu tua.* Paraphraſis Chaldaica, *Accipies vas olei in manu tuâ.* Dionyſius. *Vas illud continens oleum.* Vatablus, *Accipe vaſculum olearum in manum tuam.* Quid per lenticulam intelligit? & cur vaſculum appellatur. *Lenticula eſt quoddam vas parvum* (inquit Toſtatus) *in quo continetur oleum, quo linitur.* Hugo Cardinalis illud moraliter intelligit de Viris Apoſtolicis. *Lenticulo ſignificat ſacram Scripturam, in quâ oleum ideſt gratia continetur. Per manus ſignificatur opus, ideſt dicitur eis, ut ſacram Scripturam quam prædicant, opere impleant.* Id Apoſtolus inſinuat ſcribens Romanis cap. 15. verſ. 15. *Audacius vobis ſcripſi Fratres ex parte tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter Ieſu-Chriſti in gentibus ſanctificans Evangelium gratia Dei, ut fiat oblatio gentium accepta.* Quid intelligit per vocem hanc *ſanctificans*? Poteſtnè Apoſtolus ſanctificare Evangelium Dei; quod Spiritus ſancti inſtinctu & dictamine exaratum eſt? in quo eſt juxta oraculum Davidicum pſal. 18. verſ. 8 *Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium fidele ſapientiam dans parvulis.* Origenes vertit *annuncians.* Si eſt *annuncians* quomodò dicitur *ſanctificans*? Quia qui legem Domini annunciat, ut alios convertat & ſanctificet, debet ſanctitati ſtudere. Origenes lib. 1. in epiſt. ad Romanos. *Cùm offerebat hoſtia Pontifex, proſpicere debebat num aliquam haberet maculam: ita qui verbum Dei annunciat curare debet nè qua in magiſterio culpa naſcatur, ſed ſemetipſum primò immolet, ſe primùm vitiis jugulet, ut ſua prius peccato membra mortificet,*

I. — l. 4. Reg. c. 9. v. 1. — Toſtatus — Hugo Cardin. — Rom. 15 verſ. 15. — Pſal. 18. verſ. 8. — Origen.

mortificet, ut non ſolùm doctrinâ, ſed & vita exemplo diſcipulorum ſalutem oblationem acceptam faciat Deo. Ideò autem propriam mortificationem & mactationem vult præmitti, quia *facilius* (inquit) *devota mentes ad benefaciendum exemplis quàm ſermonibus excitantur.* Non dicit facilè, ſed *facilius* Concionator humilis humilitatem & vanitatis cõtemptum, facilius ſobrius & temperans ſobrietatem & temperantiam, facilius patiens & benignus patientiam & benignitatem perſuadet, &c.

II. Undè S. Baſilius in regulis fuſius
S. Baſil. diſput. 43. ſcribit. *Convenit, ut qui aliis præeſt illud Apoſtoli teneat, exemplum, eſto fidelium, vitamq́ ſuam exercendorum Domini mandatorum præbeat evidentiſſimam.* S. Gregorius præfatione in libros dialogorum. *Ad amorem patriæ cæleſtis plus exempla quàm prædicamenta ſuccendunt.* Non minus ingenioſè
S. Athan. S. Athanaſius exhortans Monachos. *Vita jubeat, lingua perſuadeat, quia plus authoritatis geſtas exemplum, & ingerit appetentiam ſui morum levis formatio.* Quaſi diceret, exemplum eſt quædam lex, quæ promulgata noſtris aſpectibus placidius ac efficacius nos movet ad reformandos mores, quàm verborum elegantia. Id innuiſſe videtur S. Parens Elias lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 10. ubi trajecto Jordane, & pallio uſus pro cymba dixit diſcipulo ſuo Eliſeo pe-
L. 4. Reg. c. 2. v. 10 tenti duplicem ſpiritum. *Rem difficilem poſtulaſti, attamen ſi videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiiſti: ſi autem non videris non erit.* Cur Propheta pollicetur duplicem ſpiritum, ſi attentius ipſum aſcendentem intueatur. Quia (inquit Galfridus) *Semper gratiam auget diſcipulorum vir-*
Galfrid. *tus patefacta priorum, & dum in eis videns, quæ amulentur, ampliora ipſi incrementa virtutum, & deſiderant & merentur.*

III. Doctor Gentium hoc Eliano zelo incenſus Titum exhortans ad animarum ſalutem efficaciter procurandam hoc unicum documentum præſcribit
Tit. c. 2. verſ. 7. cap. 2, verſ. 7. *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrinâ, in integritate & gravitate.* Græca verſio habet. *In omnibus te ipſum præbe typum, formam, exemplar.* Quaſi diceret, peccatoribus perfectiora virtutum lineamenta Viri Apoſtolici imprimuntur dum ſectantur, quàm dum audiuntur. Pulchrè Theophilactus ibi. *Publica inſtitutio, exemplarq́ vir-* Theoph.
tutis tua vita ſplendor ſit, ſeu imago quadam & veluti archetypus omnibus propoſitus, qui aliquid imitari volent, eorum in ipſo bona conſpexerint. Non minus acutè citatum locum Apoſtoli S. Hilar.
explicat S. Hilarius lib. 8. de Trinitate. *In omnibus te ipſum bonorum factorum præbens exemplum, docentem cum veneratione verbum ſuum.* Quid eſt docere cum veneratione? eſt prædicatam virtutem opere firmare & exemplo: qui enim tantùm ore ſuadet, non ſuadet cum veneratione, ſed cum contemptu doctrinæ. Imò (inquit S. Gregorius lib. 22. moral. cap. S. Greg.
17. *Qui præſunt, & mali operis exempla ſubjectis præbent, eorum vitam gladio ſua pravitatis extinguunt.* Id eſt non tantùm contemnunt verbum, quod prædicant, ſed etiam ſunt homicidæ ſuorum auditorum.

Quantum hunc prædicandi modũ IV.
Deus deteſtetur declarat per Ezechie- Ezec 34 verſ. 18.
lem cap 34. verſ. 18. *Cùm puriſſimam aquam biberitis, reliquam pedibus veſtris turbabatis.* Verſ. 19 *Et oves meæ hiis conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur, & quæ pedes veſtri turbaverant, hæc bibebant.* Quæ eſt illa puriſſima aqua, quam paſtores bibunt? quæ eſt illa aqua puriſſima, poſtea turbida, quâ oves reficiuntur, ſeu potius inficiuntur? Aqua puriſſima eſt verbum Dei, aqua turbata & pedibus conculcata eſt idem verbum Dei, quod blaſphematur & conculcatur pravo prædicantium exemplo, eorumque ſcelerato vivendi modo. Accipe verba S. Gregorii part. 1. pa- S. Greg.
ſtoralis curæ cap. a *Aquam puriſſimam paſtores bibunt cùm veritatem rectè intelligunt: ſed eandem aquam pedibus conculcare eſt ſcientiam malè vivendo corrumpere, quam turbatam oves bibunt, cùm ſubditi non verba, quæ audiunt, ſed quæ conſpiciunt opera pravitatis imitantur.* Idem lib. 22. moral. cap. 17. *Paſtores aquis turbidis oves*

potant, dum mala vitæ exemplo doctrinam ſuam turbant.

V. Levitici cap. 13. verſ. 34. de leproſis loquens. *Quicumque* (inquit) *maculatus fuerit leprâ, & ſeparatus eſt ad ad arbitrium ſacerdotis.* Verſ. 45. *Habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum.* Quorſum ordinat, ut veſtimenta ſint diſſuta, caput nudum, & os dumtaxat contectum? ſanè præſtaret ut veſtimentis aſſutis caro foret tecta, & caput pileo opertum, quàm os? non (inquit) volo, ut os ſit veſte contectum.

Lev. 13. verſ. 44. verſ. 45.

Origenes homil. 8. in illum librum hoc præceptum opportunè explicat. *Quid eſt hoc, quod omnes corporis partes nudas habere præcipitur, & os ſolum operire jubetur? Nonnè palam eſt, quod ei, qui in lepra peccati eſt clauditur ſermo, & os, ut fiducia ſermonis, dicendi auctoritas excludatur, quia qui ſeipſum non docuit, docere alium non poteſt.* Non dicit, non eſt dignus, non meretur alium docere, juxta illud pſalmi 49. verſ. 16. *Peccatori autem dixit Deus, vt quid enarras juſtitias meas, &c.* S. Auguſtinus ibi. *Videte Fratres cum quo tremore iſta dicamus: aſſumimus verbum Dei por os noſtrum, & prædicamus vobis eruditionem & juſtitias Dei. Et quid dicit peccatori Deus, vt quid tu prædicas. Prohibet ergò Prædicatores peccatores.* Et infra oſtendit quomodò prius operari debeant prædicatores, quæ ipſi prædicant. *Quæcumque dicis & qui vis te audiri, prior tu audi, & dic, quod dicit in alio Pſalm. 84. verſ. 9. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Audiam & caſtigem corpus meum, & in ſervitutem ſubjiciam, nè fortè aliis prædicans ipſe reprobus inveniar. Vt quid tu enarras juſtitias meas? vt quid non prodeſt tibi? admonet illum vt audiat, non vt deponat prædicationem, ſed vt aſſumat obedientiam, &c.* Pſaltes proſequitur. *Projeciſti ſermones meos retrorſum.* Idē Auguſtinus. *Quæ dicuntur per te, projicis poſt te, projicis ſermones meos poſt te, vt non videantur à te.* Ad hanc explanationem accedit Dionyſius? *Quomodò prædicare audes verbum Dei, aliosq; docere quod tu non facis, Legem Dei ſanctam & immaculatam proferre præſumis per os tuum pollutum.*

Origenes

Pſal. 49 verſ. 16.

S. Auguſtinus.

Dionyſ.

Quantam meſſem colligunt Superiores & Magiſtri dum exemplo præmonſtrant quod docent, ſcribit Seneca epiſt. 94. *Nulla res magis animis honeſta inducit, dubioſque, & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum virorum converſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aſpici frequenter. Occurſus me hercule ſapientum juvat, & eſt aliquid, quod ex magno viro, vel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim quemadmodum proſit, ſicut illud intelligam profuiſſe. Minuta quædam (vt ait Phædon) animalia cùm mordent, non ſentiuntur: adeò tenuis illis & fallens in periculum vis eſt. Tumor indicat morſus, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in converſatione virorum ſapientum eveniet, non deprahendes quemadmodum, aut quando tibi proſit, profuiſſe deprahendes Quorſum (inquit) hæc pertinet? Æquè præcepta bona, ſi ſæpè tecum ſint, profutura quàm bona exempla.* Quæ verba maximè de Miſſionario intelligenda ſunt. Propono enim omnia, & quælibet virtutis incitamenta, nulla efficaciùs movent ad pietatem, nulla vivacius ad Dei cultum & religionem orthodoxam, nulla Eccleſiæ ſanctitatem magis propagant, quam Virorum Apoſtolicorum ſocietas & exemplum. *Plus* (inquit S. Proſper lib. 1. de vitâ contemplativâ cap. 17) *Fideles Catholici bonis exemplis quàm luculentis verbis ſolent proſpicere, eaq;, & ſumma, perfectaque doctrina, quàm converſatio ſpiritualis oſtenderet, non quam inanis ſermo jactarit.*

Seneca.

S. Proſp.

VI. Tertullianus tanti illud facit, ut lib. de exhortatione caſtitatis cap. 4. quaſi prophetiæ donum cenſendum eſſe exiſtimet. *Planè habent in operibus prophetia efficaciam virtutum ac documentorum linguam.* Quomodò viri Apoſtolici opera prophetare, & quidem efficaciter poſſunt? quomodò actiones, cùm ſint elingues linguas habere dicuntur? quomodò ſilendo poſſunt efficaciter perſuadere? quid prophetare poſſunt? quæ documenta dare? non ſcientiarum, ſed virtutum

Tertull.

quas

quas ita proponunt, ita perſuadent, *vt nulla res animos magis honeſtâ imbuit, &c.* Eiuſmodi documenta, quæ ab exemplo procedunt, ſunt quaſi oracula. Nam quemadmodum olim vaticinia diuinæ potentiæ effectus prænunciabant, ita nunc exempla diuinæ miſericordiæ operationes prædicunt. Hoc prophetiæ dono viri Apoſtolici & Prælati imbui debent

Luc 4 verſ. 25. Lucæ cap 4 verſ. 24. *Multa viduæ erant in diebus Eliæ.* Qui ſunt illi dies Eliæ? An forte quia nomen Eliæ idem eſt ac ſol ut teſtatur S. Chryſoſtomus tomo 1. ſerm. de Aſcenſione Eliæ. Vel forte quia aliqui dies ab Elia fuerunt producti? Abſit, nam productionem dierum ſoli Deo attribuit Sacer Textus Geneſis cap. 1. Scio quidem verba Joſue ſolem ſtetiſſe: at nullum diem ab eo, vel à quovis alio productum ſatis patet. Per dies Eliæ Chriſtus intelligit bona exempla, ſeu bona opera quorum ſingula ſunt quaſi luminaria, quæ ſpectantibus illuceſcunt magis eoſque attrahunt ad verum Dei cultũ quàm verborum facundia. Sic Eliſeus ſuis virtutum radiis ac exemplis expulsâ idololatriæ ac peccatorum caligine lucidiſſimos dies efficiebat iis, qui ejus virtutes intuebantur & æmulabantur. De ejuſmodi virtutibus Euſebius Emiſſenus homilia in illa verba

Matt. c. 5. v. 14. Euſebius Emiſſen. Matthæi cap. 5. verſ. 14. *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi, ait magis operando quàm loquendo proficitis, quia maior eſt ſplendor operis quàm ſermonis.* Quaſi diceret, ſi viri Apoſtolici velint ut cæleſtia ſidera, in lux fidei multis animabus infidelitatis tenebris offuſis appareat, non impendant integros dies ac noctes prolixis ſermonibus, non deducant doctrinam ſuam longis verborum ambagibus, ac ratiocinationibus, ſed verbis opera intexant: imò plus temporis operibus impendant quàm ſermonibus, *quia magis o-*

S. Ambr. *perando, &c.* Melliſluè S. Ambroſius lib. 4. in Lucam. *Multa viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, non quia Eliæ dies fuerunt, ſed in quibus operatus eſt, aut quia dies favebant illis, qui in ejus operibus lucem videbant gratiæ ſpiritualis & convertebantur ad Dominum.*

Quibus verbis videtur comparare opera Eliæ cum operibus Dei, & quemadmodum ſex dies creationis dicuntur opera Dei, & Vates Regius canit Pſalm. 73. verſ. 18. *Tuus eſt dies, tua eſt nox, tu fabricatus es auroram & ſolē.* Sic Chriſtus vocat, opera Eliæ dies, quia quoties Elias operabatur, toties lumen emittebat in ſpectatores ſui. *Novus dies favebat illis, qui in ejus operibus lucem videbant, &c.* quâ illuſtrati convertebantur ad Dominum.

VII. Huic explicationi arridet Siracides Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Seu potius ſurrexit Elias quaſi ſol, & verbum ipſius quaſi dies. Ita ut quot verba proferebat tot prodigia edebat, quot opera eliciebat, tot dies producebat. De eo effari licet quod Plato de Homero. Eccl. 48 verſ. 1.

Nihilo aliud Homerus quàm ſolem dicit. & oſtendit eſſe auream catenam; quia dum ſol mundum ſuo curſu ambit ac luſtrat, omnia ſalva ſunt, & conſervantur, tum quæ apud Deos ſunt, tum quæ apud homines. Elias nihilo aliud quàm ſolem dicit, quia ubi apparet, ubi ſuo exemplo luceſcit, ibi operatur, & ita operatur ut ſalutem mortalibus procuret & augeat. Qualis debet eſſe vir Apoſtolicus? inſtar ſolis, ſemper moveri, ſemper lucere, nunquam ab illuſtratione ceſſare debet, ſuis operibus exempla virtutum exercere debet, ita ut de eo populus canere queat cum Poeta. Plato.

Dulces & candidi dies fulſere mihi. Non tantùm opera, ſed etiam colloquia omni fœce & caligine peccati & ſenſualitatis carere debent quemadmodum ſol, ſoliſque radii puriſſimi ſunt juxta illud Martialis lib. 8. Martial.

Hybernis objecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fæce diem.

Adeò ut verè dicere liceat quod olim Mamertinus adulatoriè de Maximiano Cæſare in Paneg. ſcripſit. *Neque illud progreſſio fiat, nec itineris confectio, nec ſolitis adminiculis uſa properatio. Quis ſimili conatu equus, aut velivola navis, divinus quidam impetus fuit quo repente in eundem locum ab utroque ſolis adverſo fine veniſtis; ipſos ſiquidem, quos præmiſeratis nuncios reliquiſti, ipſam* Mamert.

ipſos qua vos conata eſt prævenire famã prævenisti, ut cæteri homines fortaſſe crediderint diurna vobis & nocturna curricula, utraque mundi lumina commodaſſe. Quaſi diceret, quemadmodum ſol diem producit, luna noctem illuminat, ſic Vir Apoſtolicus omni tempore lucere debet, ſivè tempore proſperitatis, ſivè adverſitatis: ſivè tempore pacis, ſivè perſecutionis: ſivè tempore ſanitatis, ſivè infirmitatis, ſivè domi, ſivè foris; ita ut *homines credant diurna illis & nocturna curricula utraque mundi luminaria commodaſſe.* Sicut enim luminare majus præeſt diei, luminare minus præeſt nocti Geneſis cap. 1. verſ. 16. Sic Vir Apoſtolicus omni tempore lucere debet.

VIII. Teſte experientiâ Sol velociſſimè ſcilicet 24. horis univerſum cœli circulum conficit, circumcurrit, & ſingulis horis tantùm ſpatii obiit, ac ſi avis ſepties totam terram circumvolaret. Inter alia encomia quæ Judith. cap. 4. verſ. 11. Sacer Textus tribuit Sollicitudini Eliakim, hoc eſt. *Tunc* Judith 4 verſ. 11. *Eliackin Sacerdos Domini magnus circuivit omnem Iſrael, allocutusq́; eſt eos.* Quaſi diceret diurna illi & nocturna curricula utraque mundi lumina cõmodavit. Cur non ait Textus *Eliakim circuivit omnem Iſrael*, omiſſis illis particulis *Sacerdos Domini magnus?* Quia ille verè Sacerdos Domini eſt: ille magnus coram Domino qui inſtar Solis non unam partem terræ perambulat & illuſtrat, ſed totam, non ſemel & iterùm, ſed ſemper. Undè ait *circuivit*, ſeu girat circũeundo, quo rotando, quo currendo principio & fine carens, nullum ſibi finem præfigit, ceſſit. Id innuere videtur Lyranus. *Ponitur hujus Eliakim diligentia verbo & facto cum dicitur circuivit* Lyranus *omnem Iſrael, ut ex præſentiâ ſua & verbo proprio magis excitaret populum, quàm ſolo ſcripto.* Quaſi diceret, Sanctus Petrus Thomas noſtri Ordinis, S. Vincentius Ferrerius Ordinis Prædicatorum, S. Thomas de Villâ-Novâ Ordinis S. Auguſtini, S. Antonius de Paduâ Ordinis S. Franciſci, S. Xaverius Societatis Jesu, & innumeri illorum & aliorum ordinum alumni Sacerdotis Domini magni nomen non ſibi comparaſſent, & Viri Apoſtolici encomium non promeruiſſent, niſi imitatores extitiſſent Apoſtoli Pauli, qui Roman. cap. 15. verſ. 19. tanto zelo incenſus fuit, *Ut* (inquit) *ab Ieruſalem per circuitum uſque ad Illyricũ repleverim Evangelium Christi.* Expende hæc verba *ab Ieruſalem per circuitum ad Illyricum.* Inter quæ loca ſunt hæ Regiones mediæ Arabia, Damaſcum, Antiochia, Seleucia, Cyprus, Pamphilia, Piſidia, Licaonia, Syria, Cilicia, Phrygia, Galatia, Myſia, Troas, Achaia, Epirus, & aliæ, quas omnes fide Christi illuſtrans & charitate inflammans paucis annis pervaſit, & ab Illyrico in Italiam & Hiſpaniam per Galliam Narbonenſem eas Provincias perluſtravit. Undè meritò tota Eccleſia, totiusque Orbis Doctorem indigitat, atque antonomaſticè Apoſtolum nominat *Deus qui univerſum mundum ſancti Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti, &c.* Cui arridens S. Chryſoſtomus homiliâ 2. de laudibus Pauli. *Tanquam pennatus totam docendo pervolavit orbem.* Idem homil. 4. *Etenim homo ignobilis, abjectus & circumforaneus, qui artem* S. Chryſoſtomus *exercebat in pellibus, in tantùm virtute progreſſus eſt, ut vix triginta annorum ſpatio Romanos, & Perſas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Æthyopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorſus humanum genus ſub jugum mitteret veritatis.* Idem addit. *Sicut radiis ſolis orientibus fugantur tenebræ, feræ latitant, recondunt ſe fures & latrones: ſic prædicatione fulgente & Evangelium diſſeminante Paulo fugabatur error, veritasq́; remeabat: idololatria, ebrietates, commeſſationes, ſtupra, adulteria, aliaque dictu fœda defecerunt, atque conſumpta inſtar ceræ ignis vapore pereuntis, & inſtar palearum quæ ſubito cremantur incendio.* Undè meritò dici poteſt quod Siracides ſcribit de noſtro Protoparente Eliâ. *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Verſio. *Verbum ipſius quaſi fax urebat.* Illi tota Eccleſia acclamare poteſt cum Eliſeo ad Eliam lib. 4. Regum l. 4 Reg. cap. 2. verſ. 11. *Pater mi, Pater mi,* 2. v. 11.

currus

currus Iſrael & Auriga ejus. Tu ſolus univerſum orbem quaſi Pater charitatis viſceribus, voce, animoq; complexus, tanquam Auriga Sacri Evangelii curru in cœlum ſubvexiſti. Hanc indefeſſam diligentiam, ardentiſſimumque zelum, vitamque exemplarem ſuis Apoſtolis commendat Chriſtus Matthæi cap. 5. verſ. 16. *Sic*

Matt. 5. verſ. 16. *luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Non ait *ſic luceat lux veſtra*, vt audiant veſtra colloquia, legant ſcripta veſtra: ſed *vt videant opera veſtra.* Hugo de clauſtro animæ lib. 3. *Id verè ex hoc*

Hugo Cardin. *fit, cùm apparet miſericordia in affectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modeſtia in cohabitatione, patientia in tribulatione.*

§. I.

Ejuſdem Argumenti Proſecutio.

I. Plautus. PLautus in Trucul. docet quod etſi magnum Dei donum ſit verbi facundia, ac dicendi gratia, tamen ad perſuadendum bona vita oratoris prævalet. *Sine virtute argutum civem habeam pro præfica.* Præfica doloris expers ad dolorem alios impellit. Nam (inquit eloquentiæ Co-

Cicero. ryphæus lib. 3. de Oratore.) *Vetus illa doctrina eadem videtur, & rectè faciendi, & bene dicendi magiſtra: neque disjuncti Doctores, ſed iidem erant vivendi Præceptores atque dicendi.* Quaſi diceret, qui alios bonis moribus imbuere volebant adhibebant illis magiſtros non tantùm eloquentes, ſed etiam probos; qui eos docerent non tantùm verbis, ſed etiam factis: nam in Doctoribus opera à verbis ſeparare non debent. *Verus enim Orator* (ut definit Marcus Cato) *eſt vir bonus dicendi peritus.* Cur addit vir bonus? Quid viri bonitas cum dicendi peritiâ ac facundiâ commune habet? tanta & tam magna eſt inter eas connexio, ut menſura eloquentiæ ſit bona vita, bonus vir eſt bonus orator; quò melior vir eò melior orator; optimus vir eſt orator diſertiſſimus, rationem afferre videtur Horatius.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem, (*bus.*

Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fideli-

Id eſt, aliquis elatâ voce clamet, vociferetur, eviſceret uſque ad ſputum ſanguinis, ſi ejus facundiã non comitetur probitas, nunquam auditores ad virtutem efficaciter provocabit, habeat ſagittas deauratas, eas nunquã vibrare poterit ac auditorum mentes ferire, nec ad meliorem vitam provocare.

Quàm pulchrè optimum Oratorem deſcribit epiſt. 10. Seneca: eo- II. Seneca. quod *Mores ille non verba compoſuit, & animis ſcripſit, iſta non auribus.* Sic nonnullos Oratores Evangelicos videmus, qui orationem concinnatam ad populum habent, ſed non utilem. Alios, qui minùs eleganter, ſed magis fructuoſam. Undè hoc? quia illi non mores ſed verba componunt. Hi èconttra fucum in oratione, ſententiarum gravitatem quærunt; ſed non exactam morum compoſitionẽ, & hic orandi modus Deo maximè diſplicet. Quia (inquit S. Chryſoſtomus homil 72. ad populum.) *Non ſibi tantùm Chriſtianum ſatiſfacere* S. Chryſoſtomus *vult Deus Fratres: verùm & alios ædificare, non tantùm per doctrinam, verùm & per vitam & per converſionem, &c.* Idem docet S. Ambroſius ſerm. 72. expendens illa verba Chriſti Matthæi cap. 5. *Qui fecerit & docuerit, ſic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Quibus ſubjicit. *Audis ergò quoniam* S. Ambroſ. *præcedit factum, ſubſequitur doctrina. Ceſſantibus enim verbis hoc ipſum decet hominem opus optimum, dum videtur, quod etſi voce aures non excitet virtute tamen corda compungit. Quis enim bonum factum videns non gaudeat, miretur, imitetur, ac veluti tacito magiſtro utens ejus exemplo doceatur? Dictis ergò facta præcedunt, imò ſine factis dicta nihil proſunt. Nam ideò & Dominus fieri voluit, ſic doceri, non ſine bono opere verborum inutilis eſſet, & ſuperſtitioſa jactatio. Melius ergò docemur facto quàm voce. Denique Sancti Martyres etſi voce tacent, factorum virtuti nos edocent, etſi linguâ ſilent, Martyrii*

 paſſione

paſſione perſuadent. Vndè quamvis diſertus orator facundiâ ſuâ me edoceat, id tamen quod utile eſt mihi, melius diſco exemplo, quàm aſſeveratione verborum. Varro evidentiſſimum docendi genus eſt ſubjectio populorum.

III. Huic eleganti ac mellifluo Doctori Vates Regius accinit pſalmo 44. v. 2. *Sagitta tua acuta populi ſub te cadent.* (Pſal. 44. verſ. 2.) Noſter Michael de Bononia hujus oraculi varias explanationes adducit, duas duntaxat poſtremas proferam. (Michael de Bonn.) *Non incongruè per ſagittas ſignificantur Apoſtoli. Sagitta enim ſecundùm Rabanum dicitur à ſagaci jactu, quia ſagaciter jacitur, ſic Apoſtoli ſagaciter & prudenter ſunt emiſſi. Vndè & Apoſtoli miſſi interpretantur Roman. cap. 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur. Tam ſagaciter verò miſſi ſunt à Chriſto Sagittario, inter infinita obſtacula, ut quoſcumque vellet vulneraret in corde, Actor. cap. 13. Et crediderunt quotquot præordinati erant, &c. Vndè Auguſtinus de ipſis loquens dicit: Inter maledicta & opprobria: inter contumelias, graviſſimasq; perſecutiones, & crudeles pœnas non ſunt deterriti à prædicatione ſalutis humanæ: tanto fremitu offenſionis humanæ & debilitatis quodammodo cordibus duris, atque introductâ pace juſtitiæ, ingens in Eccleſia Chriſti gloria conſecuta eſt, ſagitta ejus quaſi viri fortis.* Quaſi diceret, Apoſtoli ſuâ patientiâ, aliiſq; virtutibus, quibus *inter maledicta & opprobria &c.* emicuerunt, *ingens in Eccleſia Chriſti gloria ſecuta eſt.* Id confirmat explicatione alterâ. Secundò, *Apoſtoli ſagittis comparantur propter compoſitionem. Sagitta enim componitur ex ligno rectiſſimo, quod pennis involutum aptatur & ferro armatur. Sic & Apoſtoli erant quaſi lignum rectiſſimum, Proverb. cap. 15. Lingua placabilis lignum vitæ. Aptati erant pennis virtutum, Iſaiæ cap. 40. Aſſument pennas & aquilæ, &c. Erant etiam armati ferro, cujus virtute penetrabant obſtantia & illaſi manebant. Ferrum Chriſtus erat, Dan. cap. 2 Ferrum omnia domat, & ideò de ipſis nunc benè dicitur, Sagitta tua acuta, &c. pſal. 119. Sagitta potentis acuta.* Expende illa verba *aptati erant pennis virtutum.* Quarum defectu nulla corda penetraſſent.

IV. Id eleganter deducit Princeps eloquentiæ lib. 2. de oratore. (Cicero.) *Non mehercule unquam apud judices aut dolorē, aut miſericordiam, aut invidiam, aut odium excitare dicendo volui quin ipſe in commovendis judicibus, iis ipſis ſenſibus ad quos illos adducere vellem, præmoverer. Neque enim facilè eſt perficere, vt iraſcatur ei, cui tu velis judex, ſi tu ipſe id lentè ferre videaris. Neque vt oderit eum, quem tu velis niſi te ipſum flagrantem odio ante viderit. Neque ad miſericordiam adducetur niſi ei, tu ſigna doloris tui verbis, ſententiis, voce, vultu, collacrymatione denique oſtenderis.* Id probat à ſimili. *Vt enim nulla materies tam facilis ad exardeſcendum eſt, quæ niſi admoto igni ignem concipere poſſit, ſic nulla mens eſt tam ad comprehendendam vim Oratoris parata, quæ poſſit incendi, niſi ipſe ad eam inflammatus & ardens acceſſeris.*

V. Cur olim tintinnabula veſtibus ſacerdotalibus Exodi cap. 28. verſ. 33. & cap. 39. verſ. 25. ut ſupra diximus appendi juſſit? Quid cum Sacerdotis ac promulgantis legem tintinnabula commune habent? Hoc ritu innuere voluit divinæ legis promulgatorem, ac Evangelii præconem, non tantùm verbis & ore, ſed etiam factis; imò toto corpore, totis corporis partibus, veſtibus loqui debere. Audi S. Hieronymum epiſt. ad Fabiolam. (Hieron.) *Tanta debet eſſe ſcientia & eruditio Pontificis Dei, vt & greſſus ejus, & motus, & univerſa vocalia ſint. Veritatem mente concipiat, & toto eam habitu reſonet, & ornatu: ut quidquid agit, quidquid loquitur doctrina ſit populorū, abſque tintinnabulis enim, & diverſis coloribus, & gemmis, floribusq; virtutum, nec ſancta ingredi poteſt, nec nomen Antiſtitis poſſidere.* Non vult verba vocalia, ſed inceſſum, motum, cibum, porum, &c. Nam (inquit S. Auguſtinus lib. 4. de doctrinâ Chriſtianâ cap. 27) (S. Auguſtinus.) *Vt obedienter audiatur concionator quantacumque granditate dictionis, majus pondus habet vita docentis.* Et S. Chryſoſtomus homil. 5. in epiſt. 2. ad Theſſal. (S. Chryſoſtomus) *Magis debet eſſe Doctor vita quàm ſermonis.* S. Gregorius lib. 1. regiſtri epiſt. 24. (S. Greg.) *Ideò in inceſſu ſacerdos*

habet

habet tintinnabula, ut vita viam cum linguæ ſonitu, ipſa quoque bona opera ſacerdotis clamēt: diciturq́, mala punica jungite, quaſi dicat Per omne, quod dicitis unitatē fidei teneatis. Quaſi diceret (inquit Beda) ſicut malum punicum uno cortice multa grana complectitur, ſic multifariam virtutum operationem uno characteris munimine vir Apoſtolicus tegere debet.

VI. Id probè noverat S. Propheta Elias lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 15. ubi agitur de converſione Mulieris Sareptanæ (quam S. Chryſoſtomus & nonnulli alii gentilem fuiſſe arbitrantur.) Elias zelum ſuum & charitatem omnium virtutum operatione reſonantem habebat: nam verbis ſuis & colloquiis opera & exempla adhibuit. *Et comedit* (inquit Sacer Textus) *ipſe & illa & domus ejus tota*? Cur ait *comedit ipſe, &c.* quia eam convertere ad veri Dei cultum intendebat cum totâ familiâ, ideò voluit cum ipſa comedere. Numquid ſufficiebat eam inſtruere, & catechiſare verbis, quorſum coram illa comedit? quid comeſtio illius aſpectui expoſita conferre poterat ad ejus converſionem, quandoquidem gratiâ dicendi polleret? Plurimùm. Hoc enim facto innuere voluit in viro Apoſtolico omnia vocalia eſſe debere: tunc demùm fructuosè prædicaturum ſi opera verbis conjungantur. Pulchrè Lyranus *Per hoc oſtenditur, quod Prædicator Evangelii, qui per Eliam ſignificatur (ut prædictum eſt) in domibus hoſpitum debet eſſe tam exemplaris vitæ, quod filii hoſpitum, ideſt opera eorum mortua videantur in comparatione ad opera Prædicatorum.* Ideò S. Propheta primus comedit, ut ſuo exemplo doceat, quomodò ſit parcè comedendum; quomodò ab aliis opera exteriora exercenda ſint. Ipſe primus exercet, quomodò frugaliter & parcè vivendum ipſe primus frugalem vitam inſtituit. *Quia magis debet eſſe doctor vitæ quàm ſermonis.*

Lyranus.

VII. Id (ni fallor) innuere videntur

Eccli. 48 verba ſæpius citata Eccleſiaſtici cap.

verſ. 1. 48. verſ. 1 *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Cur non ait, & verbum ipſius quaſi facula lucebat? Ut oſtendat virum Apoſtolicum debere exempla verbis conjungere. Sic Moyſes Deuteronomii cap. 33. verſ. 2. Moyſes ait. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus, &c. in dextra ejus ignea lex.* Verſ 3. *Dilexit populos, &c.* Quid per legem igneam intelligit? Reſpondet Oleaſter. *In dextra ejus ignea lex,* Ideſt, *duæ tabulæ, quibus erat ſculpta lex: quæ quidem tabulæ igne erant opertæ.* Quaſi diceret, quemadmodum in tabulis illis quas Deus dabat Hebræis erat ignis, ſic in vitis Apoſtolicis & Miſſionariis voluit legem divinam ab eis promulgandam conjunctam eſſe operationi, noluit populos ab eis inſtrui, niſi charitatis igne ſuccēſis, juxta illud *Flammeſcat igne charitas, accendat ardor proximos.* Huic explicationi favet oraculum Ezechielis cap. 10. verſ. 2. cui Deus mandavit. *Imple manus tuas prunis, & effunde ſuper civitatem.* Cur ardentes prunas è foco potius manibus quàm forcipe ſumendas præcipit Prophetæ, ut eas ſuper populum effundat? Reſpondet ibi Hugo Cardinalis Divini Verbi Præconem ad efficaciter docendum debere prius igne charitatis incendi, quàm alios doceat. *Qui prius in ſanctorum exemplis prunas ignis ſumpſerit, ideſt ardorem charitatis concepit, talis poteſt ignem effundere poſtea ſuper civitatem, ideſt ardenter prædicare ad plebem, & eam accendere ad amorem, qui enim non ardet, non accendit* Verbis ſuis & diſcurſibus eviſceret ſe Concionator, nullum fructum reportabit, ſi ipſi deficiat vita exemplaris. Unde de Joanne Baptiſta Eliæ diſcipulo Chriſtus ait Joannis cap. 5. verſ. 35. *Ille erat lucerna ardens & lucens.* S. Ambroſius in pſalmum 118. ſermon. 13. *Ille erat lucerna ardens & illuminans.* Cur non ait, dumtaxat erat lucens, ſed præmittit *ardens*? Egregiè reſpondet S. Chryſoſtomus homil. 3. in imperfecto de eodem Joanne. *Teſtimonium verborum ejus nequaquam fuiſſet idoneum niſi eum mirabilis vitæ inſtitutio commendaſſet.* Et S. Bernardus ſermone de Joanne Baptiſtâ. *Audite quid de Joanne loquatur. Ipſe erat lucerna ardens & lucens. Eſt enim tantùm lucere.*

Deuter. c. 33. v. 2. verſ. 3.

Oleaſter

Ezech. c. 10. v. 2.

Hugo Cardin.

Joan. 5. verſ. 35.

S. Chryſoſtomus

S. Bernardus.

Zonâ pelliceâ circa lumbos ejus, & locuſtas & mel ſylveſtre edebat. Syriacus. *Cibus autem ejus erant locuſtæ & mel agreſte.* Ægyptiacus. *Cibus ejus erant cicadæ.* Cur veſtis Joannis erat potiùs ex pilis camelorum, quàm aliorum animalium? quia ſecundùm S. Chryſoſtomum homil. 10. in Matthæum, S. Paſchaſium lib. 2. in Matthæum, Bedam, S. Thomam, Albertum Magnum, Dionyſium erat habitus miræ ac extraordinariæ pœnitentiæ. Quibus arridet S. Anſelmus. *Erat ille habitus pænitentiæ dum cilicio camelino* S. Anſelmus. *indutus eſſet, & cibos ſylveſtres comederet.* Seu ut oſtenderet ſe Prophetæ Eliæ ſectatorem eſſe (inquit Toſtatus quæſt. 29. in cap. 3. Matthæi.) Quorſum tantam in victu & veſtitu auſteritatem ambo amplectuntur? Reſ- S. Maxim. pondet S. Maximus homil. 2. in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ. *Vt increpaturus hominum mala, nullam penitus haberet, vel in veſte vel in epulis voluptatem.* Et S. Paſchaſius ſupr. *Exhibet Ioannes vivendo, quod docet, ut omnes inſtruat Doctores in ſe priùs damnare, à quibus & alios cohibent, atque operibus expedire quæcumque noverint, ut agantur.* Hanc fructuoſæ Prædicationis idæam nobis proponit noſter S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3. S. Cyrill. Jeroſol. *Vides hominem hujus gratiæ ducem elegit nihil omninò poſſidentem, ſolitudinis ſtudioſum, ſed non inhumanum, locuſtas manducantem animæ, melle veſcentem, & dulciora melle, utilioraq; loquentem.* Quaſi diceret, ut ſuos auditores ad cœleſtem contemplationem efferret animaleulis alatis veſcebatur. Ut ſe totum affabilem, benignum ac humanum exhiberet mel comedebat. Vel (inquit S. Hieronymus ad Algaſiam quæſt. 1.) ejuſmodi alimentis utitur. *Quia omnis prædicatio falſa ſe-* Hieron. *ctatur lucra, & gloriam quærit humanam. Aſſerit eum camelorum veſtitum pilis nulli poſſe adulationi ſuccumbere. Et qui locuſtis veſcitur ac melle ſylveſtri, nec opes, nec alias delicias quærere, rigidâque & auſterâ vitâ aulas vitare palatii.* Ut ſe verum divini Verbi Præconem oſtenderet præfatum vitæ & veſtitus modum aſſumpſit, oſtendens ſe omninò eſſe alienum ab omnibus lenociniis & adulationibus, faciliusque auditorum vitia & morum corriperet.

XIV. Undè omnis Regio illa tanto deſiderio cum videndi, audiendi, alloquendi incenſa erat, Ut (inquit ſanctus Matthæus cap. 3. verſ. 5.) *Tunc exibat ad eum omnis Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis Regio circa Iordanem.* Matt. 3. verſ. 5. Marcus verſ. 5. *Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ Regio, & Hieroſolymitæ univerſi.* Hanc hiſtoriam ita explanat S. Nilus in Aſcetico. S. Nilus. *Ioannes quidem Baptiſta in ſolitudine verſabatur, & civitates ipſa cum hominibus ad eum confluebant, qui ſericis veſtibus induebantur ad zonæ pelliceæ ſpectaculum concurrebant, ſubdiò incommodè manere non recuſabant, qui domos auratas incolebant, omnia illis erant tolerabilia. Nam videndi viri cupiditas omnem moleſtiæ ſenſum abſtergebat.* Fructum prędicationis exprimit his verbis S. Matthæus verſ. 6. *Et baptiſabantur ab eo in Iordane confitentes peccata tua.* verſ. 6. Syriacus. *Poſtquam peccata ſua fuerant confeſſi.* Toſtatus quæſt. 54. ſcribit. *Quod omnes ad præſentiam ſanctitatis Ioannis ſe peccatores confitebantur ac dicebant.* Toſtatus. S. Cyrillus catech. 3. *Oſtendebant vulnera, deinde Ioannes ponebat medicamenta.* Obiter ſubdit noſter Sylveira tomo 1. in Evangelia lib. 3. num. 88. quod hæc confeſſio non erat in remiſſionem peccatorum, ſed tantùm diſpoſitionem ad illam, & ut homines ad Sacramentalem Confeſſionem paulatim inducerent.

CAPUT V.

Vir Apoſtolicus mortificationi incumbat.

I. Lib. 4. Regum cap. 9. verſ. 1. fertur, quod *Eliſeus Propheta vocavit unum de filiis Prophetarum,* l. 4 Reg. 9. v. 1. & ait illi; *Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tuâ, vadè in Ramoth, Galaad.* Dionyſius Dionyſ. ait quod Eliſeus dixit. *Accinge lumbos ut expeditius eas.* Fuſius Toſtatus Toſtatus. quæſt. 1. *Iſte eſt quidam apparatus ad currendum. Nam Iudæi habentes veſtes*

pendentes

pendentes uſque ad talos, laxas ſcilicet
non colligatas corpori, ſic erant ad cur-
rendum nimis impeditiva. Cùm ergò ali-
quis debebat velociter currere, debebat
accingere lumbos ſuos & decurtare ve-
ſtes, eaſq; corpori aſtringere nè percu-
tiendo pedes ambulantes impedirent am-
bulantem. Sic lib. 4. Regum cap. 4.
Eliſeus mittens Giezi ad ſuſcitandum fi-
lium mulieris Sunamitidis, præcepit ei
accingere lumbos; imò ad miniſtran-
dum Chriſtus præcinxit ſe. Lucæ cap.
17. verſ. 8. ait Herum ſolere cœna-
turum dicere miniſtro. *Para quod cœ-*
nem & præcinge te, & miniſtra mihi,
donec manducem & bibam. Hugo Car-
dinalis innuit, quod hoc ritu Sacer
Hugo Cardin. Textus commendat mortificationem
carnis & mentis. *Accingere lumbos*
ſcilicet carnis & mentis, ſcilicet cingulo
caſtimoniæ tam mentis quàm corporis,
prava deſideria conſtringentes, 1. *Petri*
cap. 1. *verſ.* 13. *ſuccincti lumbos mentis*
veſtræ ſperate in eam, quæ offertur vobis
gratiam, revelationem Ieſu-Chriſti.

II. Rationes verò cur cingulum ſit
ſymbolum caſtitatis, hæ ſunt. Prima,
quia cingulum reſtringit lumbos, &
conſequenter libidinem, quæ habet
originem in lumbis. Secunda, quia
caſtitatem ſervare eſt actus eximiæ
fortitudinis. Hinc Chriſtus Lucæ
cap. 12. verſ. 35. ait. *Sint lumbi veſtri*
Luc. 12. verſ. 2. *præcincti.* Ideſt carnis & mentis luxu-
riam per contemptum coarctare &
S. Greg. refrænare. S. Gregorius homil. 13. in
Evangelia. *Lumbos ſuccingere eſt luxu-*
riam ab affectu refrænare. Lumbos verò
mentis ſuccingere eſt hanc etiam à cogi-
tatione reſtringere. Beda. *Succingit*
Beda. *lumbos mentis, qui hanc ab impurâ co-*
gitatione reſtringit. Et qui mente &
corpore caſtus Domini adventum expe-
ctat, meritò quando revelatur, ſperat.
Philipp. Abbas Philippus Abbas cap. 16. libr. in Can-
tica. *Motus fluxus reſtringere forti*
cinctorio caſtitatis, baſis quædam eſt ſo-
lida, & initium ſanctitatis. Fuſius ſan-
S. Petrus Chryſol. ctus Petrus Chryſologus ſermone 23.
Cincti caſtitatis balteo, quod eſt inſigne
militiæ Chriſtianæ, fluxa carnis de-
truncemus ignaviam. Et ſermone 24.
Dixiſſe ſuffecerat, eſtote præcincti, cur
lumbos potiſſimùm nominat? cur tanta
jubentis reverentia lumborum facit men-
tionem? Quæris quare? quia in lumbis
eſt tota corporis cauſa, ex lumbis tota
carnis negotia ſuſcitantur: in lumbis
tota eſt humani lapſus, humanæ fragili-
tatis occaſio. Indè venit quod virtutis
ignaros reddit, efficit ſegniores. Hic eſt
ergò quod principaliter lumbos noſtros
aſtringi jubet, balteum caſtitatis & to-
tum carnis noſtræ pendulum, fluidum, re-
ſolutum, conſtringi mandat continentiæ
Zonâ virtutis, ut carne ſuccinctâ liber,
velox, expeditus noſtræ mentis reddatur
inceſſus.

S. Fulgentius ſermone de lumbis III.
præcingendis hanc caſtimoniam men- S. Fulgentius
tis & corporis commendat cunctis
virtutis tyronibus & alumnis. *Omnis*
Chriſtianus præcinctos habeat lumbos,
ut fugiat libidinem. Hanc corporis &
mentis continentiam Viris Apoſtoli-
cis neceſſariam eſſe probè ſciens dæ-
mon eos in lumbis lædere ſæpiſſimè
contendit, Job. cap. 4. verſ. 10. & 11.
Ecce Behemot, quem feci tecum, fænum
quaſi bos comedet, fortitudo in lumbis Iob. 40. v. 10. 11.
ejus, & virtus ejus in umbilico ventris
ejus. Acutiora arma quæ in viris Apo-
ſtolicis jaculatur dæmon ſunt carna-
lis luxuriæ veneno intoxicata, quæ
in ipſum jaculatorem retorquere de-
bent. S. Gregorius homil. 13. in E-
vangelia. *Lumbos præcingimus cùm*
carnis luxuriam per continentiam coar-
ctamus.

De Eccleſiaſte ſub nomine mulie- IV.
ris fortis ait Sapiens Proverb. cap. 31. Proverb.
verſ. 17. *Accinxit fortitudine lumbos* 13. v. 17.
ſuos. Hebræus, *Cinxit in fortitudine*
lumbos ſuos. Septuaginta. *Præcincta*
fortiter lumbum ſuum. Symmachus.
Solidavit. Aquila. *Induravit, calloſq;*
obducere fecit. Vatablus. *Fortiter lum-*
bos ſuos accingit. Abeneſra. *Renes ſuos*
illa ſuccinxit, quaſi robore ſeſe inſtruxe-
rit. S. Auguſtinus ſerm. 45. cingulo
hujus heroinæ intelligit mortificatio-
nem & caſtitatem. Nam ſecundùm
Medicos in lumbis eſt origo ſeminis
& luxuriæ. Tunc igitur Viri Apoſto-
lici lumbos accingunt in fortitudine,
cùm carnis concupiſcentias fortiter
reſtringunt & cohibent. Hinc Beda
Actio boni operis (præcipuè in Viro
Apoſtolico) *Domino acceptabilis eſſe*
non valet, ſi non fluxa luxuria quis

prias à meate & à carne reſtringat.

V. Idem de Eccleſia, ſeu ejus miniſterio & propagationi vacantibus canit Regius Cantor pſal. 17. verſ. 36. *Deus qui pracinxit me virtute ad bellum, & poſuit immacalatam viam meã.* Noſter Michael de Bonnoniâ. *Quid ſignificat aliquem pracinctum eſſe, niſi munditiam carnis habere. Hac enim virtus mirabiliter reſiſtit hoſtibus noſtris ſpiritaalibas. Eccleſia ergo ſe fortem oſteadent ad reſiſtendum diabolo dicit Deus, qui pracinxit me virtute ſcilicet caſtitatis & manditia. Et qaod de virtate caſtitatis loquatar; ſubdit: Et poſuit immaculatam viam meam. Et nota quod pracingi debemas qaadruplici zonâ triplici virtute. Prima eſt zona aurea, qaa pracingit pectus de iſta eſt munditia mentalis puritatis, & qaâ dicitur Apoc. cap. 1. Quod Ioannes vidit ſimilem filio hominis veſtitum podere, & pracinctum ad mamillas zonâ aureâ. Secanda eſt zona linea, qua pracingit ventrem. Hac eſt temperantia cõtra ſaperfluas commeſſatianes: de qaâ dicitur Ioannis cap. 13. Quod Ieſus ſurgit à cœnâ, & cùm accepiſſet linteam pracinxit ſe, &c. Vide temperantiam; quia ſurgit à cœnâ. Tertia eſt Zona pellicea, qua pracingit lumbos, & hac eſt memoria noſtra mortalitatis, qaa ponitur ad lumbos contra noxias carnis delationes, & hac pracinctus Elias lib. 3. Regam, & Ioannes Baptiſta Matthai cap. 3. habebat zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Qaarta eſt zona funea, & hac pracingit renes. Et hac eſt pœnitentia rigida auſteritatis, de qaa dicitur Iob. cap. 12. Pracingit fune renes eorum. Iſtâ ergò maltiplici virtute Deus ſuos fideles pracingit, dum paritatem carnis & mentis contra hoſtis verſutias tribuit. Et nota, qaod meritò iſta puritas ſivè caſtitas hìc virtas dicitar. Quia dicit pracinxit me virtute, qaia ſine illâ nulla alia virtas exiſtit, ut oſtendit Gregorias lib. 21. Moral. cap. 3. Nulla enim bena ſunt cætera, ſi occulti judicis teſtimonio non approbantar: omnes quippè virtates in conſpectu conditoris vicariâ ope ſe ſublevant, & quia una virtas ſivè alia, vel nulla eſt omninò, vel minima, niſi viciſſim ſuâ conjunctione fulciantur. Si enim vel caſtitatem humilitas deſeret, vel humilitatem caſtitas relinquat, apud amatorem humilitatis & manditia prodeſſe quid poteſt, vel ſuperba caſtitas, vel humilitas inquinata, &c.*

Pſal. 17. v. 36.

Michael de Bonn.

V I. Sapiens citato cap. 13. verſ. 24. ſubjicit. *Sindonem fecit, & vendidit & cingulum tradidit Chananao.* Septuaginta. *Sindones texait & tradidit Phœnicibus, zonas autem & vendidit Chananais.* Pagninus. *Linteum fecit, & vendidit, & cingulum tradidit negotiatori.* Armena verſio apud Abagarum habet. *Fecit anima ſua cingulam, & ſibi zonam ſivè cingulum.* Quaſi diceret, vis ſcire quare Deus Eccleſiam in ſponſam elegit, & cur quidam Viri Apoſtolici tantum ſpiritualem progreſſum faciant? Quia eorum caro per continentiam coarctatur. Scire vis cur portæ inferi non prævaleant adverſus eam, quare ejus Prælati ac Viri Apoſtolici ſint tam conſtantes; audi S. Leonem ſerm. 1. de Quadrageſimâ. *Succinxit enim lumbos balteo caſtitatis & calceavit pedes vinculis pacis, quia & diſcinctus miles facile ab impedimentis vincitur, & non calceatus facile à ſerpente mordetur.* Cum ſindone igitur & cingulo vir Apoſtolicus ab hoſtibus fidei inſuperabilis efficitur: ita ut de eo illud Martialis lib. 4. Epigram. 19. canere liceat.

Proverb. 31. v. 24

S. Leo.

Martial.

Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres:

Non ſic in Tyriâ ſindone tutus eris.

Cur Levitici cap. 8. Deus prohibuit nè Sacerdotes ad tabernaculum vel aras accederent abſque balteis & femoralibus, ſeu niſi ipſo die à mulieribus abſtinuiſſent, ita ut teſte S. Auguſtino quæſt. 85. in Leviticum, qui cum mulieribus coierant ipſo die immundi erant uſque ad veſperam, nec poterant illo die incenſum offerre? quia ſcilicet & Synagogæ & Eccleſiæ mortificatio mentis & corporis maximè neceſſaria erat. Origenes homil. 4. in Leviticum notat, quod *Dominus pracepit, ut campeſtri lineo pracingatur Sacerdos. Et in Evangelio ait ſint lumbi veſtri pracincti, campeſtri lineo pracingitur, vel femoralibus utitur, qui luxuriam fluxæ libidinis cingulo reſtrinxit caſtitatis, ante omnia Sacerdos, qui*

Origenes

divinis

divinis aſſiſtit altaribus caſtitate debet accingi. Hinc dum Sacerdos veſtibus ſacris induitur ſumendo cingulum ait. *Præcinge me Domine cingulo, ancla fidei, & zonâ juſtitiæ & caſtitatis, in lumbis meis, &c.* Quod per cingulum lumborum non tantùm mortificatio carnis, ſed etiam mentis accipiatur innuit Apoſtolus

Ephef. 6. verſ. 14. ſcribens Epheſiis cap 6. verſ. 14. *State ergò ſuccincti lumbos veſtros in*

Dionyſ. *veritate.* Dionyſius. *Præſtate in virtutibus fixi, ſuccincti cingulo in lumbos veſtros, in quibus viget luxuria. Ideſt carnis concupiſcentias refrænate continenter vivendo, Lucæ cap. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, hos lumbos præcinxit, Iob. cap. 31. Pepigi (inquiens) fœdus cum oculis meis, ut nè cogitarem quidem de virgine: ſic autem accingite in veritate, ideſt veraciter coram Deo, non ſimulatoriè coram hominibus ſicut hypo-*

S Thom. *crita.* D. Thomas lect. 4. in illud cap. notat prius nobis præcipi, ut præcingamur, quàm ulla arma ſuſcipiamus: *Quia in bello ſpirituali prius eſt neceſſe concupiſcentias carnis reſtringere ſicut vicinus hoſtis eſt prius vincendus hoc autem fit per reſtrictionem lumborum, in quibus viget luxuria.*

VII. Quod verò non tantùm mortificationi carnis ſed etiam mentis Vir Apoſtolicus vacare debeat. Audi Principem Apoſtolorum 1. epiſt. cap. 1.

1. Petr. 1. verſ. 13. verſ. 13. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrii perfectè ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam in revelationem Ieſu Chriſti.* Quid intendit per hæc verba. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, &c.* Poteſtnè ſubſtantiâ ſpiritualis ab aliquâ vi corporea cujuſmodi eſt cinctorium cohiberi? Scio quoſdam Theologos docere omnes damnatos in inferno, quaſi in ergaſtulo detineri. At hic non eſt eadem ratio: certum enim eſt, quod juſtorum viatorum animæ & voluntates nullis vinculis coarctentur, ſed maximâ ſpiritus liberalitate fruantur S. Gregorius ait quod per hoc cinctorium mentis refrænatio affectionum carnalium intelligen-

S. Greg. da ſit. *Per Moyſen* (inquit lib. 21. moral. cap. 2.) *Luxuria perpetrata per auctorem munditiæ, luxuria cogitata damnatur, ideò 1. Petri cap. 1. Succincti lumbos mentis veſtræ. lumbos enim carnis ſuccingere eſt luxuriam ab affectu refrænare. Lumbos verò mentis ſuccingere eſt hanc etiam à cogitatione reſtringere. Hinc qui Ioannem alloquitur zonâ aureâ ſuper mamillas cinctus eſſe perhibetur, quia teſtamenti novi munditia cordis etiam luxuriam frænat. Et benè Zona aurea, quia qui ſuperna Patriæ civis eſt, non timore ſupplicii, ſed amore charitatis immunditiam deſerit.* Cur præter exteriorem munditiem etiam interiorem expoſtulat Apoſtolus? cur lumborum etiam ſpiritualium cingulum ſumi præcipit? reſpondet S. Auguſtinus lib. de mendacio cap. 71. *Nulla pudicitia corporis* S Auguſtinus.

niſi ab integritate animi pendeat, quia diruptâ carne neceſſe eſt etiam intacta videatur. Et Caſſianus collation. 12. cap. 2. *Ad perfectionem puritatis caſtimoniæ corporalis ſola non ſufficit, niſi* Caſſian.

etiam mentis addatur integritas. Et hæc eſt ratio cur Chriſtus, Eliſeus, Apoſtolus præcipiunt accingi lumbos.

Vel ut moralis expoſitio litterali VIII.

ſit magis conformis, dicendum eſt lumbos eſſe præcingendos, ut expeditius Vir Apoſtolicus iter commiſſi ſibi muneris percurrat. S. Chryſoſto- S. Chryſoſtomus

mus homil. 23. *Non de ſenſibili balteo dicit, Nam omnia hoc loco intelligibiliter ac ſpiritualiter dicit Et vide quomodo ordine progrediatur, primùm balteo cingit mentem, quid eſt hoc qui enim perfluit, quiq; concupiſcentiis reſolutus eſt, & ſenſus habet humi projectos, per balteum reſtringens, non permittit ut veſtibus complectentibus impediatur; ſed ſolutis pedibus illum ad curſum liberum reddit.* Idem Os Aureum alludens ad id quod Exodi cap. 12. fertur de Hebræis, qui præcincti comedebant Paſcha. *Et nos calceati, & nos præcincti comedere debemus. Quamobrem, ut & nos ad egreſſum & ad peregrinandum ex hoc ſæculo parati ſimus, nemo eorum, qui hoc Paſchate veſcimur ad Ægyptum reſpiciat, ſed ad cœlum, ad cœleſtem Ieruſalem: propterea præcinctus, propterea calceatus comedit ut diſcat quamprimùm hoc Paſchate veſci operis, peregrinandum tibi, iterq; faciendum*

eiendum. Duo verò innuit, & quod egredi oporteat ex Ægypto, & quod in Ægypto manentes deinceps non alio loco futuri ſunt, quàm ipſi alieni Philippenſ. cap. 3. Noſtra enim (inquit) converſatio eſt in cœlis. Et quod per omnem vitam parati eſſe debemus, ut vocati non cunctemur moram nectentes, ſed dicamus paratum cor meum. Paulus ſanè dicere potuit, qui nihil ſibi conſcius erat: ego verò, qui multo tempore ad reſipiſcentiã opus habeo dicere, non poſſum. Quod autem hoc præcingi anima ſit vigilantis, audi Deum, ſ'e illi dicentem Iob. cap. 38. Sed accinge inſtar Viri lumbos tuos, tu verò reſponde mihi. Et rurſus ad Prophetas omnes hoc dicit Deus. Et ad Moyſem etiam atque ipſe accinctus apparet in Ezechiele: imò verè & Angeli nobis præcincti apparent tanquam milites eſſent militibus enim ex eo quod quod accincti ſunt generosè ſtandi virtus eſt. S. Petrus Chryſologus ſermone 24.

S. Petrus Chryſol. *Quod & diſcurſus expeditos reddat & faciat obſequentes.* Item. *Conſtringenda eſt caro continentiæ cingulo, nè effuſa vitiis, ac toto peccatorum gravata pondere ſuperius ac cœleſtibus inſiſtere non poſſit inceſſibus.* Hoc cingulo caſtitatis mens viri Apoſtolici ita incedit, ita currit, ita volat, ut pertingat uſque ad ipſam ſedem Angelorum, de quibus Apoſtolus ad Hebræos cap. 1. v 14. *Nonnè omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capient ſalutis.* Hanc cum Angelis affinitatem quoad officium miſſionale contrahi per caſtimoniam

Caſſian. docet Caſſianus lib. de ſpiritu fornicationis cap. 6. *Nulla virtute tam propriè homines æquantur Angelis quàm caſtitate.* S. Bernardus ſermone 2. de altitudine & baſſitudine cordis. *Vita cœlebs, vita cœleſtis & Angelica incorruptio facit proximum eſſe Deo.* Quæ verba intelligenda ſunt non tantùm de incorruptione corporali, ſed etiã de ſpirituali.

CAPUT VI.

Vir Apoſtolicus ſeu Verbi Divini Præco agat quod prædicat.

I. IDem argumentum aggredior. S. Eliſeus lib. 4. reg. c. 9. v. 1. dixit uni *l. 4. Reg. c. 9. v. 1.* ex filiis Prophetarũ. *Tolle lenticulam olei hanc in manu tua.* Pataphraſis Chaldaica, *Accipies vas olei in manu tuâ.* Dionyſius. *Vas iſtud continens oleum.* Vatablus. *Accipe vaſculum olearum in manum tuam.* Quid per lenticulam intelligit? & cur vaſculum appellatur. *Lenticula eſt quoddam vas parvum* (inquit Toſtatus) *in quo continetur oleum, quo linitur.* *Toſtatus* Hugo Cardinalis illud moraliter intelligit de *Hugo Cardin.* Viris Apoſtolicis. *Lenticulo ſignificat ſacram Scripturam, in quâ oleum ideſt gratia continetur. Per manus ſignificatur opus, ideſt dicitur eis, ut ſacram Scripturam quam prædicant, opere impleant.* Id Apoſtolus inſinuat ſcribens Romanis cap. 15. verſ. 15. *Audacius* *Rom. 15 verſ. 15.* *vobis ſcripſi Fratres ex parte tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter Ieſu-Chriſti in gentibus ſanctificans Evangelium gratia Dei, ut fiat oblatio gentium accepta.* Quid intelligit per vocem hanc *ſanctificans*? Poteſtnè Apoſtolus ſanctificare Evangelium Dei; quod Spiritus ſancti inſtinctu & dictamine exaratum eſt? In quo eſt juxta oraculum Davidicum *Pſal. 18. verſ. 8.* pſal. 18. verſ. 8. *Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium fidele ſapientiam dans parvulis.* Origenes vertit *annuncians.* Si eſt *annuncians* quomodò dicitur *ſanctificans*? Quia qui legem Domini annunciat, ut alios convertat & ſanctificet, debet ſanctitati ſtudere. Origenes lib. 1. in epiſt. ad Romanos. *Cùm offerebat* *Origen.* *hoſtia Pontifex, proſpicere debebat num aliquam haberet maculam: ita qui verbum Dei annunciat curare debet nè qua in magiſterio culpa naſcatur, ſed ſemetipſum primò immolet, ſe primùm vitiis jugulet, ut ſua prius peccato membra mortificet,*

mortificet, ut non ſolùm doctrinâ, ſed & vita exemplo diſcipulorum ſalutem oblationem acceptam faciat Deo. Ideò autem propriam mortificationem & mactationem vult præmitti, quia *facilius* (inquit) *devota mentes ad benefaciendum exemplis quàm ſermonibus excitantur.* Non dicit facilè, ſed *facilius* Concionator humilis humilitatem & vanitatis cõtemptum, facilius ſobrius & temperans ſobrietatem & temperantiam, facilius patiens & benignus patientiam & benignitatem perſuadet, &c.

II. S Baſil. Undè S. Baſilius in regulis fuſius diſput. 43. ſcribit. *Convenit, ut qui aliis præeſt illud Apoſtoli teneat, exemplum, eſto fidelium, vitamq; ſuam exercendorum Domini mandatorum præbeat evidentiſſimam.* S. Gregorius præfatione in libros dialogorum. *Ad amorem patriæ cœleſtis plus exempla quàm prædicamenta ſuccendunt.* Non minus ingenioſè S. Athanaſius exhortans S. Athan. Monachos. *Vita jubeat, lingua perſuadeat, quia plus authoritatis geſtat exemplum, & ſugerit appetentiam ſui morum levis formatio.* Quaſi diceret, exemplum eſt quædam lex, quæ promulgata noſtris aſpectibus placidius ac efficacius nos movet ad reformandos mores, quàm verborum elegantia. Id innuiſſe videtur S. Parens Elias lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 10. ubi trajecto Jordane, & pallio uſus pro cymba dixit diſcipulo ſuo Eliſeo petenti duplicem ſpiritum. *l. 4. Reg. c. 2. v. 10* *Rem difficilem poſtulaſti, attamen ſi videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiiſti: ſi autem non videris non erit.* Cur Propheta pollicetur duplicem ſpiritum, ſi attentius ipſum aſcendentem intueatur. Quia (inquit Galfridus) *Semper gratiam auget diſcipulorum virtus patefacta priorum, & dum in eis vident, quæ æmulentur, ampliora ipſi incrementa virtutum, & deſiderant & merentur.* Galfrid.

III. Doctor Gentium hoc Eliano zelo incenſus Titum exhortans ad animarum ſalutem efficaciter procurandam hoc unicum documentum præſcribit cap 2, verſ. 7. *Tit. c. 2. verſ. 7.* *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrinâ, in integritate & gravitate.* Græca verſio habet. *In omnibus te ipſum præbe typum, formam, exemplar.* Quaſi diceret, peccatoribus perfectiora virtutum lineamenta Viri Apoſtolici imprimunt dum ſectantur, quàm dum audiuntur. Pulchrè Theophilactus ibi. *Publica inſtitutio, exemplarq; virtutis tua vita ſplendor ſit, ſeu imago quadam & veluti archetypus omnibus propoſitus, qui aliquid imitari volent, eorum in ipſo bona conſpexerint.* Theoph. Non minus acutè citatum locum Apoſtoli explicat S. Hilarius lib. 8. de Trinitate. S Hilar. *In omnibus te ipſum bonorum factorum præbens exemplum, docentem cum veneratione verbum ſuum.* Quid eſt docere cum veneratione? eſt prædicatam virtutem opere firmare & exemplo: qui enim tantùm ore ſuadet, non ſuadet cum veneratione, ſed cum contemptu doctrinæ. Imò (inquit S. Gregorius lib. 22. moral. cap. 17. S.Greg. *Qui præſunt, & mali operis exempla ſubjectis præbent, eorum vitam gladio ſuæ pravitatis extinguunt.* Ideſt non tantùm contemnunt verbum, quod prædicant, ſed etiam ſunt homicidæ ſuorum auditorum.

IV. Quantum hunc prædicandi modũ Deus deteſtetur declarat per Ezechielem cap 34. verſ. 18. *Ezec 34 verſ. 18.* *Cùm puriſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbabatis.* Verſ. 19 *Et oves meæ his conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur, & quæ pedes veſtri turbaverant, hæc biberant.* Quæ eſt illa puriſſima aqua, quam paſtores bibunt? quæ eſt illa aqua puriſſima, poſtea turbida, quâ oves reficiuntur, ſeu potius inficiuntur? Aqua puriſſima eſt verbum Dei, aqua turbata & pedibus conculcata eſt idem verbum Dei, quod blaſphematur & conculcatur pravo prædicantiũm exemplo, eorumque ſcelerato vivendi modo. Accipe verba S. Gregorii part. 1. paſtoralis curæ cap 2 S. Greg. *Aquam puriſſimam paſtores bibunt cùm veritatem rectè intelligunt: ſed eandem aquam pedibus conculcare eſt ſcientiam malè vivendo corrumpere, quam turbatam oves bibunt, cùm ſubditi non verba, quæ audiunt, ſed quæ conſpiciunt opera pravitatis imitantur.* Idem lib. 22. moral. cap. 17. *Paſtores aquis turbidis oves*

potant, dum malæ vitæ exemplo doctrinam ſuam turbant.

V. Levitici cap. 13. verſ. 34. de lepro- *Lev. 13. verſ. 44. verſ. 45.* ſis loquens. *Quicumque* (inquit) *maculatus fuerit leprâ, & ſeparatus eſt ad ad arbitrium ſacerdotis.* Verſ. 45. *Habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum.* Quorſum ordinat, ut veſtimenta ſint diſſuta, caput nudum, & os dumtaxat contectum? ſanè præſtaret ut veſtimentis aſſutis caro foret tecta, & caput pileo opertum, quàm os? non (inquit) volo, ut os ſit veſte contectum. Origenes homil. 8. in il- *Origenes* lum librum hoc præceptum opportunè explicat. *Quid eſt hoc, quod omnes corporis partes nudas habere præcipitur, & os ſolum operire jubetur? Nonnè palam eſt, quod ei, qui in lepra peccati eſt clauditur ſermo, & os, ut fiducia ſermonis, dicendi auctoritas excludatur, quia qui ſeipſum non docuit, docere alium non poteſt.* Non dicit, non eſt dignus, non meretur alium docere, juxta illud *Pſal. 49 verſ. 16.* pſalmi 49. verſ. 16. *Peccatori autem dixit Deus, ut quid enarras juſtitias meas, &c.* *S. Auguſtinus.* S. Auguſtinus ibi. *Videte Fratres cum quo tremore iſta dicamus: aſſumimus verbum Dei por os noſtrum, & prædicamus vobis eruditionem & juſtitias Dei. Et quid dicit peccatori Deus, ut quid tu prædicas. Prohibet ergò Prædicatores peccatores.* Et infrà oſtendit quomodò prius operari debeant prædicatores, quæ ipſi prædicant. *Quæcumque dicis & qui vis te audiri, prior tu audi, & dic, quod dicit in alio Pſalm. 84. verſ. 9. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Audiam & caſtigem corpus meum, & in ſervitutem ſubjiciam, nè fortè aliis prædicans ipſe reprobus inveniar. Ut quid tu enarras juſtitias meas? ut quid non prodes tibi? admonet illum ut audiat, non ut deponat prædicationem, ſed ut aſſumat obedientiam, &c.* Pſaltes proſequitur. *Projeciſti ſermones meos retrorſum.* Idē Auguſtinus. *Quæ dicuntur per te, projicis poſt te, projicis ſermones meos poſt te, ut non videantur à te.* Ad hanc explanationem accedit Dionyſius? *Quomodò prædicare audes verbum Dei, aliosq; docere quod tu non facis. Legem Dei ſanctam & immaculatam proferre* *Dionyſ.* *præſumis per os tuum pollutum.* Quantam meſſem colligunt Superiores & Magiſtri dum exemplo præmonſtrant quod docent, ſcribit Seneca epiſt. 94. *Seneca.* *Nulla res magis animis honeſta inducit, dubioſque, & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum virorum converſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aſpici frequenter. Occurſus me hercule ſapientum juvat, & eſt aliquid, quod ex magno viro, vel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim quemadmodum proſit, ſicut illud intelligam profuiſſe. Minuta quædam (ut ait Phædon) animalia cùm mordent, non ſentiuntur: adeò tenuis illis & fallens in periculum vis eſt. Tumor indicat morſus, & in ipſo tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in converſatione virorum ſapientum eveniet, non deprahendes quemadmodum, aut quando tibi proſit, profuiſſe deprahendes. Quorſum* (inquit) *hoc pertinet? Æquè præcepta bona, ſi ſæpè tecum ſint, profutura quàm bona exempla.* Quæ verba maximè de Miſſionatio intelligenda ſunt. Propono enim omnia, & quælibet virtutis incitamenta, nulla efficaciùs movent ad pietatem, nulla vivacius ad Dei cultum & religionem orthodoxam, nulla Eccleſiæ ſanctitatem magis propagant, quam Virorum Apoſtolicorum ſocietas & exemplum. *Plus* (inquit S. Proſper lib. 1. de vitâ con- *S. Proſp.* templativâ cap. 17.) *Fideles Catholici bonis exemplis quàm luculentis verbis ſolent proſpicere, eaq; & ſumma, perfectaque doctrina, quàm converſatio ſpiritualis oſtenderet, non quam inanis ſermo jactarit.*

VI. Tertullianus tanti illud facit, ut lib. de exhortatione caſtitatis cap. 4. *Tertull.* quaſi prophetiæ donum cenſendum eſſe exiſtimet. *Planè habent in operibus prophetiæ efficaciam virtutum ac documentorum linguam.* Quomodò viri Apoſtolici opera prophetare, & quidem efficaciter poſſunt? quomodò actiones, cùm ſint elingues linguas habere dicuntur? quomodò ſilendo poſſunt efficaciter perſuadere? quid prophetare poſſunt? quæ documenta dare? non ſcientiatum, ſed virtutum

quas

quas ita proponunt, ita perſuadent, *ut nulla res animos magis honeſta ini duit, &c.* Ejuſmodi documenta, quæ ab exemplo procedunt, ſunt quaſi oracula. Nam quemadmodum olim vaticinia divinæ potentiæ effectus prænunciabant, ita nunc exempla divinæ miſericordiæ operationes prædicunt. Hoc prophetiæ dono viri Apoſtolici & Prælati imbui debent

Luc. 4 verſ. 25. Lucæ cap 4 verſ. 24. *Multa viduæ erant in diebus Eliæ.* Qui ſunt illi dies Eliæ? An fortè quia nomen Eliæ idem eſt ac ſol ut teſtatur S. Chryſoſtomus tomo 1. ſerm. de Aſcenſione Eliæ. Vel fortè quia aliqui dies ab Elia fuerunt producti? Abſit, nam productionem dierum ſoli Deo attribuit Sacer Textus Geneſis cap. 1. Scio quidem verba Joſue ſolem ſteſiſſe: at nullum diem ab eo, vel à quovis alio productum ſatis patet. Per dies Eliæ Chriſtus intelligit bona exempla, ſeu bona opera quorum ſingula ſunt quaſi luminaria, quæ ſpectantibus illuceſcunt magis eoſque attrahunt ad verum Dei cultũ quàm verborum facundia. Sic Eliſeus ſuis virtutum radiis ac exemplis expulsâ idololatriæ ac peccatorum caligine luciſſimos dies efficiebat iis, qui ejus virtutes intuebantur & æmulabantur. De ejuſmodi virtutibus Euſebius Emiſſenus homiliâ in illa verba

Matt. c. 5. v. 14. Euſebius Emiſſen. Matthæi cap. 5. verſ. 14. *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi, ait magis operando quàm loquendo proficitis, quia maior eſt ſplendor operis quàm ſermonis.* Quaſi diceret, ſi viri Apoſtolici velint ut cæleſtia ſidera, ut lux fidei multis animabus infidelitatis tenebris offuſis appareat, non impendant integros dies ac noctes prolixis ſermonibus, non deducant doctrinam ſuam longis verborum ambagibus, ac ratiocinationibus, ſed verbis opera intexant: imò plus temporis operibus impendant quàm ſermonibus, *quia magis o-*

S. Ambr. *perando, &c.* Mellifluè S. Ambroſius lib. 4. in Lucam. *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, non quia Eliæ dies fuerunt, ſed in quibus operatus eſt, aut quia dies favebant illis, qui in ejus operibus lucem videbant gratiæ ſpiritualis & convertebantur ad Dominum.* Quibus verbis videtur comparare opera Eliæ cum operibus Dei, & quemadmodum ſex dies creationis dicuntur opera Dei, & Vates Regius canit Pſalm. 73. verſ. 18. *Tuus eſt dies, tua eſt nox, tu fabricatus es auroram & ſolẽ.* Sic Chriſtus vocat, opera Eliæ dies, quia quoties Elias operabatur, toties lumen emittebat in ſpectatores ſui. *Novus dies favebat illis, qui in ejus operibus lucem videbant, &c.* quâ illuſtrati convertebantur ad Dominum.

VII. Eccli. 48 verſ. 1. Huic explicationi arridet Siracides Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Seu potius ſurrexit Elias quaſi ſol, & verbum ipſius quaſi dies. Ita ut quot verba proferebat tot prodigia edebat, quot opera eliciebat, tot dies producebat. De eo effari licet quod Plato de Homero.

Plato. *Nihilo aliud Homerus quàm ſolem dicit. & oſtendit eſſe auream catenam; quia dum ſol mundum ſuo curſu ambit ac luſtrat, omnia ſalva ſunt, & conſervantur, tum quæ apud Deos ſunt, tum quæ apud homines.* Elias nihilo aliud quàm ſolem dicit, quia ubi apparet, ubi ſuo exemplo luceſcit, ibi operatur, & ita operatur ut ſalutem mortalibus procuret & augeat. Qualis debet eſſe vir Apoſtolicus? inſtar ſolis, ſemper moveri, ſemper lucere, nunquam ab illuſtratione ceſſare debet, ſuis operibus exempla virtutum exercere. debet, ita ut de eo populus canere queat cum Poeta.

Dulces & candidi dies fulſere mihi.

Non tantùm opera, ſed etiam colloquia omni fœce & caligine peccati & ſenſualitatis carere debent quemadmodum ſol, ſolisque radii puriſſimi ſunt juxta illud Martialis lib. 8. Martial.

Hybernis objecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fæce diem.

Mamert. Adeò ut verè dicere liceat quod olim Mamertinus adulatoriè de Maximiano Cæſare in Paneg. ſcripſit. *Neque illud progreſſio fiat, nec itineris confectio, nec ſolitis adminiculis uſa properatio. Quis ſimili conatu equus, aut velivola navis, divinus quidam impetus fuit quo repente in eundem locum ab utroque ſolis adverſo fine veniſtis; ipſos ſiquidem, quos præmiſeratis nuncios reliquiſti,*

ipſos qua res conata eſt prævenire famã prævenisti, ut cæteri homines fortaſſe crediderint diurna vobis & nocturna curricula, utraque mundi lumina commodaſſe. Quaſi diceret, quemadmodum ſol diem producit, luna noctem illuminat, ſic Vir Apoſtolicus omni tempore lucere debet, ſivè tempore proſperitatis, ſivè adverſitatis: ſivè tempore pacis, ſivè perſecutionis: ſivè tempore ſanitatis, ſivè infirmitatis, ſivè domi, ſivè foris; ita ut *homines credant diurna illis & nocturna curricula utraque mundi luminaria commodaſſe.* Sicut enim luminare majus præeſt diei, luminare minus præeſt nocti Geneſis cap. 1. verſ. 16. Sic Vir Apoſtolicus omni tempore lucere debet.

VIII. Teſte experientiâ Sol velociſſimè ſcilicet 24. horis univerſum cœli circulum conficit, circumcurrit, & ſingulis horis tantùm ſpatii obiit, ac ſi avis ſepties totam terram circumvolaret. Inter alia encomia quæ Judith. cap. 4. verſ. 11. Sacer Textus tribuit Sollicitudini Eliakim, hoc eſt. *Tunc* Judith 4 verſ. 11. *Eliackin Sacerdos Domini magnus circuivit omnem Iſrael, allocutusq; eſt eos.* Quaſi diceret diurna illi & nocturna curricula utraque mundi lumina cõmodavit. Cur non ait Textus *Eliakim circuivit omnem Iſrael*, omiſſis illis particulis *Sacerdos Domini magnus?* Quia ille verè Sacerdos Domini eſt: ille magnus coram Domino qui inſtar Solis non unam partem terræ per ambulat & illuſtrat, ſed totam, non ſemel & iterùm, ſed ſemper. Undè ait *circuivit*, ſeu girat circũeundo, quo rotando, quo currendo principio & fine carens, nullum ſibi finem præfigit, ceſſit. Id innuere videtur Lyranus. *Ponitur hujus Eliakim diligentia verbo & facto cum dicitur circuivit* Lyranus *omnem Iſrael, ut ex præſentiâ ſua & verbo proprio magis excitaret populum, quàm ſolo ſcripto.* Quaſi diceret, Sanctus Petrus Thomas noſtri Ordinis, S. Vincentius Ferrerius Ordinis Prædicatorum, S. Thomas de Villâ-Novâ Ordinis S. Auguſtini, S. Antonius de Padua Ordinis S. Franciſci, S. Xaverius Societatis Jesu, & innumeri illorum & aliorum ordinum alumni Sacerdotis Domini magni nomen non ſibi comparaſſent, & Viri Apoſtolici encomium non promeruiſſent, niſi imitatores extitiſſent Apoſtoli Pauli, qui Roman. cap. 15. verſ. 19. tanto zelo incenſus fuit, *Ut* (inquit) *ab Ieruſalem per circuitum uſque ad Illyricũ repleverim Evangelium Chriſti.* Expende hæc verba *ab Ieruſalem per circuitum ad Illyricum.* Inter quæ loca ſunt hæ Regiones mediæ Arabia, Damaſcum, Antiochia, Seleucia, Cyprus, Pamphilia, Piſidia, Licaonia, Syria, Cilicia, Phrygia, Galatia, Myſia, Troas, Achaia, Epirus, & aliæ, quas omnes fide Chriſti illuſtrans & charitate inflammans paucis annis pervaſit, & ab Illyrico in Italiam & Hiſpaniam per Galliam Narbonenſem eas Provincias perluſtravit. Undè meritò tota Eccleſia, totiusque Orbis Doctorem indigitat, atque antonomaſticè Apoſtolum nominat *Deus qui univerſum mundum ſancti Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti, &c.* Cui arridens S. Chryſoſtomus homiliâ 2. de laudibus Pauli. *Tanquam pennatus totam docendo pervolavit orbem.* Idem homil. 4. *Etenim homo ignobilis, abjectus & circumforaneus, qui artem* S. Chryſoſtomus *exercebat in pellibus, in tantùm virtute progreſſus eſt, ut vix triginta annorum ſpatio Romanos, & Perſas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Æthyopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorſus humanum genus ſub jugum mitteret veritatis.* Idem addit. *Sicut radiis ſolis orientibus fugantur tenebræ, feræ latitant, recondunt ſe fures & latrones: ſic prædicatione fulgente & Evangelium diſſeminante Paulo fugabatur error, veritasq; remeabat: idololatria, ebrietates, commeſſationes, ſtupra, adulteria, aliaque dictu fœda defecerunt, atque conſumpta inſtar ceræ ignis vapore pereuntis, & inſtar palearum quæ ſubito cremantur incendio.* Undè meritò dici poteſt quod Siracides ſcribit de noſtro Protoparente Eliâ. *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Verſio. *Verbum ipſius quaſi fax urebat.* Illi tota Eccleſia acclamare poteſt cum Eliſeo ad Eliam lib. 4. Regum *l. 4 Reg.* cap. 2. verſ. 11. *Pater mi, Pater mi,* *2. v. 11.*

currus

currus Iſrael & Auriga ejus. Tu ſolus univerſum orbem quaſi Pater charitatis viſceribus, voce, animoq; complexus, tanquam Auriga Sacri Evangelii curru in cœlum ſubvexiſti. Hanc indefeſſam diligentiam, ardentiſſimumque zelum, vitamque exemplarem ſuis Apoſtolis commendat Chriſtus Matthæi cap. 5. verſ. 16. *Sic*

Matt 5. verſ. 16. *luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Non ait *ſic luceat lux veſtra*, vt audiant veſtra colloquia, legant ſcripta veſtra: ſed *vt videant opera veſtra.* Hugo de clauſtro animæ lib. 3. *Id verè ex hoc*

Hugo Cardin. *fit, rùm apparet miſericordia in affectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modeſtia in cohabitatione, patientia in tribulatione.*

§. I.

Ejuſdem Argumenti Proſecutio.

I. Plautus. PLautus in Trucul. docet quod etſi magnum Dei donum ſit verbi facundia, ac dicendi gratia, tamen ad perſuadendum bona vita oratoris prævalet. *Sine virtute argutum civem habeam pro præfica.* Præfica doloris expers ad dolorem alios impellit. Nam (inquit eloquentiæ Co-

Cicero. ryphæus lib. 3. de Oratore.) *Vetus illa doctrina eadem videtur, & rectè faciendi, & bene dicendi magiſtra: neque disjuncti Doctores, ſed iidem erant vivendi Præceptores atque dicendi.* Quaſi diceret, qui alios bonis moribus imbuere volebant adhibebant illis magiſtros non tantùm eloquentes, ſed etiam probos; qui eos docerent non tantùm verbis, ſed etiam factis: nam in Doctoribus opera à verbis ſeparare non debent. *Verus enim Orator* (ut definit Marcus Cato) *eſt vir bonus dicendi peritus.* Cur addit vir bonus? Quid viri bonitas cùm dicendi peritiâ ac facundiâ commune habet? tanta & tam magna eſt inter eas connexio, ut menſura eloquentiæ ſit bona vita, bonus vir eſt bonus orator; quò melior vir eò melior orator; optimus vir eſt orator diſertiſſimus, rationem afferre videtur Horatius.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem, (*but.*

Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fideli- Ideſt, aliquis elatâ voce clamet, vociferetur, eviſceret uſque ad ſputum ſanguinis, ſi ejus facundiâ non comitetur probitas, nunquam auditores ad virtutem efficaciter provocabit, habeat ſagittas deauratas, eas nunquã vibrare poterit ac auditorum mentes ferire, nec ad meliorem vitam provocare.

II. Seneca. Quare pulchrè optimum Oratorem deſcribit epiſt 10. Seneca: eo quod *Mores ille non verba compoſuit, & animis ſcripſit, iſta non auribus.* Sic nonnullos Oratores Evangelicos videmus, qui orationem concinnatam ad populum habent, ſed non utilem. Alios, qui minùs elegantem, ſed magis fructuoſam. Undè hoc? quia illi non mores ſed verba componunt. Hi è contra fucum in oratione, ſententiarum gravitatem quærunt, ſed non exactam morum compoſitionẽ, & hic orandi modus Deo maximè diſplicet. Quia (inquit S. Chryſoſtomus homil 72. ad populum.) *Non*

S. Chryſoſtomus *ſibi tantùm Chriſtianum ſatisfacere vult Deus Fratres: verùm & alios ædificare, non tantùm per doctrinam, verùm & per vitam & per converſionem, &c.* Idem docet S. Ambroſius ſerm. 72. expendens illa verba Chriſti Matthæi cap. 5. *Qui fecerit & docuerit, ſic magnus vocabitur in regno cælorum.*

S. Ambr. Quibus ſubjicit. *Audis ergò quoniam præcedit factum, ſubſequitur doctrina. Ceſſantibus enim verbis hoc ipſum decet hominem opus optimum, dum videtur, quod etſi voce aures non excitet virtute tamen corda compungit. Quis enim bonum factum videns non gaudeat, miretur, imitetur, ac veluti tacito magiſtro utens ejus exemplo doceatur? Dictis ergò facta præcedunt, imò ſine factis dicta nihil proſunt. Nam ideò & Dominus fieri voluit, ſic doceri, non ſine bono opere verborum inutilis eſſet, & ſuperſtitioſa jactatio. Melius ergò docemur factò quàm voce. Denique Sancti Martyres etſi voce tacent, factorum virtute nos edocent, etſi linguâ ſilent, Martyrii*

habet tintinnabula, ut vita viam cum linguæ ſonitu, ipſa quoque bona opera ſacerdotis clamēt: diciturq́, mala punica jungite, quaſi dicas. Per omne, quod dicitis unitatē fidei teneatis. Quaſi diceret (inquit Beda) ſicut malum punicum uno cortice multa grana complectitur, ſic multifariam virtutum operationem uno characteris munimine vir Apoſtolicus tegere debet.

VI. Id probè noverat S. Propheta Elias lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 15. ubi agitur de converſione Mulieris Sareptanæ (quam S. Chryſoſtomus & nonnulli alii gentilem fuiſſe arbitrantur.) Elias zelum ſuum & charitatem omnium virtutum operatione reſonantem habebat: nam verbis ſuis & colloquiis opera & exempla adhibuit. *Et comedit* (inquit Sacer Textus) *ipſe & illa & domus ejus tota*? Cur ait *comedit ipſe, &c.* quia eam convertere ad veri Dei cultum intendebat cum totâ familiâ, ideò voluit cum ipſa comedere. Numquid ſufficiebat eam inſtruere, & catechiſare verbis, quorſum coram illa comedit? quid comeſtio illius aſpectui expoſita conferre poterat ad ejus converſionem, quandoquidem gratiâ dicendi polleret? Plurimùm. Hoc enim facto innuere voluit in viro Apoſtolico omnia vocalia eſſe debere: tunc demùm fructuosè prædicaturum ſi opera verbis conjungantur. Pulchrè Lyrânus *Per hoc oſtenditur, quod Prædicator Evangelii, qui per Eliam ſignificatur (ut prædictum eſt) in domibus hoſpitum debet eſſe tam exemplaris vitæ, quod filii hoſ-*

Lyranus.

pitum, ideſt opera eorum mortua videantur in comparatione ad opera Prædicatorum. Ideò S. Propheta primus comedit, ut ſuo exemplo doceat, quomodò ſit parcè comedendum; quomodò ab aliis opera exteriora exercenda ſint. Ipſe primus exercet, quomodò frugaliter & parcè vivendum ipſe primus frugalem vitam inſtituit. *Quia magis debet eſſe doctor vitæ quàm ſermonis.*

VII. Id (ni fallor) innuere videntur

Eccli. 48 verſ. 1.

verba ſæpius citata Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 1 *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Cur non ait, & verbum ipſius quaſi facula lucebat? Ut oſtendat virum Apoſtolicum debere exempla verbis conjungere. Sic Moyſes Deuteronomii cap. 33. verſ. 2. Moyſes ait. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus, &c.*

Deuter. c. 33. v. 2. verſ. 3.

in dextra ejus ignea lex. Verſ 3. *Dilexit populos, &c.* Quid per legem igneam intelligit? Reſpondet Oleaſter.

Oleaſter

In dextra ejus ignea lex, Ideſt, *duæ tabulæ, quibus erat ſculpta lex: quæ quidem tabulæ igne erant opertæ.* Quaſi diceret, quemadmodum in tabulis illis quas Deus dabat Hebræis erat ignis, ſic in viris Apoſtolicis & Miſſionariis voluit legem divinam ab eis promulgandam conjunctam eſſe operationi, noluit populos ab eis inſtrui, niſi charitatis igne ſuccēſis, juxta illud *Flameſcat igne charitas, accendat ardor proximos.* Huic explicationi favet oraculum Ezechielis cap. 10. verſ. 2. cui Deus mandavit. *Imple manus tuas*

Ezech. c. 10. v. 2.

prunis, & effunde ſuper civitatem. Cur ardentes prunas è foco potius manibus quàm forcipe ſumendas præcipit Prophetæ, ut eas ſuper populum effundat? Reſpondet ibi Hugo Cardinalis Divini Verbi Præconem ad efficaciter docendum debere prius igne charitatis incendi, quàm alios doceat.

Hugo Cardin.

Qui prius in ſanctorum exemplis prunas ignis ſumpſerit, ideſt ardorem charitatis concepit, talis poteſt ignem effundere poſtea ſuper civitatem, ideſt ardenter prædicare ad plebem, & eam accendere ad amorem, qui enim non ardet, non accendit Verbis ſuis & diſcurſibus eviſceret ſe Concionator, nullum fructum reportabit., ſi ipſi deficiat vita exemplaris. Unde de Joanne Baptiſta Eliæ diſcipulo Chriſtus ait Joannis cap. 5. verſ. 35. *Ille erat lucerna ardens & lucens.*

Joan. 5. verſ. 35.

S. Ambroſius in pſalmum 118. ſermon. 13. *Ille erat lucerna ardens & illuminans.* Cur non ait, dumtaxat erat lucens, ſed præmittit *ardens*? Egregiè reſpondet S. Chryſoſtomus homil. 3. in imperfecto de eodem Joanne.

S. Chryſoſtomus

Teſtimonium verborum ejus nequaquam fuiſſet idoneum niſi eum mirabilis vitæ inſtitutio commendaſſet. Et S. Bernardus ſermone de Joanne Baptiſtâ.

S. Bernardus.

Audite quid de Joanne loquatur. Ipſe erat lucerna ardens & lucens. Eſt enim tantùm

lucere,

Ceſſit immanis tibi blandienti
Ianitor aula
Cerbèrus, quamvis furiale centrum
Muniant angues caput ejus atque
Spiritus teter ſanieſq; manet
Ore trilingui.
Quin & Ixion Tytioſq; vultu
Riſit invito, riſit urna paullum
Sicca dum grato Danai puellas
Carmine mulces.

Scio quod Propertius lib. Eleg. Orpheum alloquens attribuat illius eloquentiæ vim cicurandi feras, ſiſtendi fluvios, &c.

Propert. *Orphee te tenuiſſe feras & concita dicunt*
Flumina, Thracia detinuiſſe lyrâ.
Saxa Cytharonis Thebas agitata per artem (ferunt.
Sponte ſuâ in muri membra coiſſe

Scio laudari Orpheum, eoquod ſuo inſtrumento muſico non tantùm homines iratos lenierit, impetum hominum cohibuerit: ſed etiam pari facilitate ſaxa moverit. Addit Horatius in arte Poëticâ de eodem, quod hominum agreſtium mores permutavit.

Horatius *Sylveſtres hominum ſacer, interpreſq; Deorum (pheus.*
Cædibus & victu fœdo deterruit Or-

Quibus accinit Seneca in Hercule furente canens ab eo non tantùm Cerberum infernalem in ſui admirationem attractum, ſed etiam cuncta inferorum ſupplicia ſuſpenſa.

Seneca. *Immites potuit flectere cantibus*
Vmbrarum Dominos, & prece ſupplici
Orpheus Eurydicem dum recipit ſuam,
Quæ ſylvas & aves, ſaxaq; traxerat
Ars, quæ præbuerat fluminibus moras;
Ad cujus ſonitum conſtiterant feræ
Mulcet non ſolitis vocibus inferos
Et ſurdis reſonat clarius in locis.

Virgilius lib. 4. Georgic. de eodem.

Virgilius. *At cantu commotæ Erebi de ſedibus imis*
Vmbræ ibant tenues, ſimulachraq; luce carentum (ma lethi
Quin ipſa ſtupuere domus, atque inti-
Tartara, Cæruleoſq; implexa crinibus angues,
Eumenides tenuitq; inhians tria Cerberus ora.

Non minus ſuaviter Ovidius lib. 2. Faſtorum.

Ovidius. *Quod mare non novit, quæ neſcit Aiona tellus.*
Carmine currētes ille tenebat aquas.
Sæpè ſequens agnam lupus, eſt à voce retentus, (lupū.
Sæpè avidum fugiens reſtitit agna
Sæpè canes leporeſque unâ jacuere ſub umbrâ,
Et ſtetit in ſaxo proxima cerva leæ.

Et lib. 10. Metamorph. fab. 2.

Talia dicentem, nerveſq; ad verba moventem (undam
Exangues flebant animæ, nec Tantalus
Captavit refugam, ſtupuitq; Ixionis orbis. (vacarunt
Nec carpſere jecur volucres, Vrniſq;
Belides, inq; tuo ſediſti ſiſiphe ſaxo.
Tum primum lacrymis victarum carmine fama eſt (conjux
Eumenidum maduiſſe genas, nec regia
Suſtinet oranti, nec qui regit ima negare, &c.

Non minorem in Amphione poteſtatem fuiſſe canit Silius Italicus lib. 11. belli Italici. (hæc

Silius Ital. *Hæc Amphionio vallabāt pectine The-*
Hæc ſacer aggeribus per ſe cadente vocatis,
Juſſit in immenſum cantatas ſurgere turres.

Cui accinit Propertius lib. 3. eleg.

Propert. *Saxa Cytheronis Thebās agitata per artem*
Sponte ſuâ in muri mēbra coiſſe ferunt.

Et Horatius in Poëticâ.

Horatius *Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis (blandâ*
Saxa movere ſono teſtudinis, nec prece
Ducere quò vellet.

Arion non tantùm æſtum maris ſui cantus ſuavitate temperavit, immanes beſtias nativâ feritate exuit, ſed etiam ipſos piſces naturaliter indociles humanis nutibus aſſuefecit. Undè Silius Italicus.

Silius Ital. *Altera turbatum plectro moderata profundum, (formâ*
Et tenuit Phocas, & in omni Prothea
Traxit & æquoreo portavit Ariona dorſo.

At hæc fabuloſa ſunt, nequaquam agreſtes hominum mores formare potuiſſent, niſi prius ſuos compoſuiſſent. Quod ſi eloquentia ſuada & flexamina

nuncupetur, quod auditoribus ſuis
ſuadeat quidquid voluerit, & reni-
tentes hominum animos flectat in
quam partem voluerit, juxta illud
Ciceronis lib. 2. de oratore. *Tantam*
Cicero. *vim habet omnium regina rerum oratio,*
ut non ſolùm inclinantem erigat, ſtan-
tem inclinet: ſed etiam adverſantem
& repugnantem quò velit inducat, &
Euripid. *deducat unde velit.* Et Euripides. *Ora-*
culum, quidquid evertit ferum, evertit
ſermo.

X. Tamen certum eſt primam orato-
ris partem eſſe virtutem, quâ ſi careat,
nihil, aut parùm proderit, etſi De-
moſthenem, Hortenſium, Cicero-
nem dicendi facundiâ ſuperet. Rectè
Petrarcha dialogo de eloquentiâ ſcri-
bit. *Verus orator, hoc eſt eloquentiæ ma-*
giſter, niſi vir bonus eſſe non poteſt.
Petrarch. Quod paulò poſt probat ex ipſis Ca-
tone & Cicerone. *Definitiones in men-*
tem redeant, quarum altera Catonis,
Ciceronis eſt altera. Ille ait orator eſt
vir bonus dicendi peritus; iſte autem ni-
hil eſt inquit aliud eloquentia, niſi co-
pioſè loquens ſapientia. Ex his vides ad
oratoris atque eloquentiam atque boni-
tatem & ſapientiam exigi. Conſequen-
ter oſtendit quid ſit in oratore verbo-
rum copia abſque virtute, ſcilicet
eſt multiloquium, non eloquentia.
Unde concludit. *Tu ergò ſi Oratoris no-*
men, & eloquentiæ veram laudem quæ-
ris, virtuti & ſapientiæ primùm ſtude.
S. Greg. Cui arridens S. Gregorius lib. 6. mo-
ral. *Ille benè dicendi facundiam percipit*
qui ſinum cordis per rectè vivendi ſtudia
extendit, nec loquentem præpedit, cùm
vita linguam antecedit. Hinc oppor-
tunè Virgilius lib. 1. Æneid. canit ad
comprimendam populi ſeditionem
electum fuiſſe Oratorem, qui non
tam verbo, quam vitę exemplo po-
pularem motum componeret.

At veluti magno populo cùm ſæpè co-
orta eſt
Virgilius. *Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus*
Iamque faces & ſaxa volant, furor arma
miniſtrat,
Tum pietate gravem, ac meritis ſi
fortè virum quem
Conſpexere ſilent, arrectiſque auribus
aſtant, *(mulcet.*
Ille regit dictis animos & pectora

Expende hæc verba, *Tum pietate gra-*
vem, &c. Ille regit dictis. Quaſi dice-
ret quamvis adſint oratores, ille ta-
men *regit animos & pectora mulcet,*
qui pietate gravis & meritis eſt. Ra- Seneca.
tio eſt, quia ex Seneca ſupra. *Nulla*
res magis animos honeſta induit, & in
pravum inclinabiles revocat, quàm bo-
norum virorum converſatio.

Hujus argumenti præclaram figu- XI.
ram nobis ſubminiſtrat Textus Sacer
Joſue cap. 3. verſ. 17. populo Iſrael
pergenti in terram promiſſionis ob-
ſtiterunt vehementes & deciduæ a-
quæ Jordanis: at ad præſentiam arcæ
fœderis fluere deſtiterunt, & quaſi
judicio pollerent in unum coierunt,
ut populus greſſu libero, & ſicco pede
Jordanis alveum percurreret. Spe-
cialiter animadverte, quod ſtatim at-
que Sacerdotes acceſſerunt ad fluviū,
hic ſtetit, ſuaſque undas cohibuit,
Sacerdotes qui portabant arcam fœderis
Domini ſtabant ſuper ſiccam humum in Iosue 6.
medio Iordanis accincti, omniſque populus verſ. 17.
per arentem alveum tranſibat. Et ver-
ſu 16. præcedenti, *Steterunt aquæ deſ-* verſ. 16.
cendentes in loco uno, & adinſtar mon-
tis intumeſcentes apparebant procul ab
urbe. Septuaginta. *Concretio una rece-*
dens longè, valdè vehementer. Cajeta-
nus ex Hebræo. *Conſtiterunt aquæ,*
quæ deſuper deſcendebant, & aſſurrexe-
runt in acervum procul valdè ab Adom
urbe, de quo refluxu canit Vates Re-
gius pſal. 113. verſ. 3. *Quid eſt tibi*
mare quod fugiſti, & tu Iordanis quia
converſus es retrorſum. Janſenius. *Mare*
rubrum, quaſi præſentiam divini numi-
nis in Iſrael ſenſiſſet, atque ob eam per-
territum fuiſſet, mox ſectum eſt aquis
delabentibus: ſimiliter & Iordanis po-
ſtea aquis contra naturam redeuntibus
quaſi ſi fugiſſent perterrita. Stephanus
Cantuarienſis lib. Allegoriarum in Stephan.
Joſue ſubdit. *Nota, quod cùm eſſent Sa-* Cantuar.
cerdotes in Iordane ſtarent: quia cùm
Sacerdotes bonis inſiſtunt operibus popu-
lus in bono perſeverat, motuſque om-
nes inordinatos paſſionum refrænat.
Sacerdotes & Viri Apoſtolici ſeu
Pręlati geſtantes arcam Domini imi-
tentur, undè Berchorius libr. 6.
moralitatum cap. 2. *Dum Sacerdotes,* Berchor.
ideſt Viri Apoſtolici & Prælati ſub arca
teſtamenti

teſtamenti Chriſto per devotionem & orationem aſſiſtunt, populi ſubditorum aquarum fluxus, & ſæculi periculum non incurrunt: ſed dum iſti de fluvio exeunt, tunc aqua iſta ad curſum communem & ſolitum revertuntur, quâ per eorum pœnitentiam arcebantur. Multùm enim proficit præſentia bonorum in ſtatu periculi. Ipſorum enim meritis quandoque prohibentur aquæ tentationũ & tribulationum, qui ſi præſentes non fuerint ſtatim fluent. Quod à fortiori intelligendum eſt de viris Apoſtolici-
S Chryſoſtomus cis. *Nihil enim* (inquit S. Chryſoſtomus homiliâ 72. ad populum.) *Sic in veritatis viam inducit, ſicut integritas vitæ. Neque enim alii ita verbis noſtris intendunt, ſicut his, quæ à nobis geruntur. Et ut diſcas quod hæc ita ſe habeant licet in infinitum verbis philoſophemur, & de tolerantiâ diſſeramus, niſi cadente tempore hanc exhibeamus per opera, non tantùm proderit ſermo, quantùm nocebit actus. Si verò ante verba & poſt virtutem per opera præſtemus digni cenſebimur fide illâ commonentes, quâ per actionem etiam implemus. Nam & Chriſtus & hos beatos vocavit, dicens, qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Conſidera quomodò prius actionem poſuerit, & poſtea verba, præcedente enim actione, licet doctrina non ſequatur, poſſunt opera bona luce clarius docere in nos reſpicientes.*

XII. Econtra *Nullum* (inquit S. Grego-
S. Greg. rius homiliâ 17. in Evangelia) *puto Fratres charìſſimi ab aliis majus præjudicium, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando quos ad aliorum correctionem poſuit, dare ſe exempla pravitatis cernit, quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus.* Nonnè Prælatus ille, Paſtor, Vir Apoſtolicus compeſcit? nonne corripit? teſtantur ejus conciones frequentes, quibus in peccata populi perpetuò invehũtur. Eſto, non cenſentur prædicare ſaltem fructuosè, quia ipſi perpetrant quotidie, quæ in aliis reprehendunt, & ideò abſque fructu prædicant. Undè meritò S, Iſidorus Peluſiota epiſt. 265. ad Eliam Diaconum concludit vitam ſanctam & bonos mores eſſe primam oratoris partem ad perſuadendum; priusque incumbit Viro Apoſtolico benè agere, quàm benè docere. In Doctore videre oportet, non ſolum quid dicat, ſed quid faciat, ut apud
auditores docilitatem inveniat. *Omnis* S Iſidor. Peluſiotâ
quippe ſermo cum opere deſtitutus non modo inane & vanum quid eſſe videtur, ſed auctori quoque ſuo in dedecus & opprobrium cedit, atque is præſertim qui ab expoſitoribus & profeſſoribus in cathedra profertur. Nam quo amplius eum exornare & polire hi conantur, eo minus ei omnes credunt: quinimò ridiculum eum eſſe arbitrantur, quapropter eos decet facere & docere, ſi verò nolunt, nè dicant omninò. Quibus ultimis verbis prohibetur Divinum verbum prædicari ab his, qui nequiter vivunt, quia nõ poteſt perſuaderi regnum cœlorũ ab his qui nequiter vivunt, & patere, benè operãtibus, ſi præcones ea operantur, quæ à cælo avocẽt, & ad barathrũ deducant.

Quare idem S. Iſidorus Peluſiota XIII.
epiſt. 4. ad Zoſimum Præsbyterum concludit. *Perſuadendum auditoribus bone Vir, ipſis operibus eſſe regnum Dei, ejuſq; deſiderium audientibus ingerendum. Perſuadentur autem ſi quæ regño cælorum digna ſunt docentem agere obſervent; ſi verò ſupplicio digna, ut tu ſoles, committens de regno philoſophetur, quis quæſo apud auditores fidem inveniat? Idem enim facit, ac ſi quis rei cujuſdam amore rem adamare ſe auſcultantibus ſuadeat, quàm in rerum natura non eſſe auditores jam ante perſuaſiſſimum habent.* Quaſi diceret, vitioſus virtutem prædicans, ſicut rem non exiſtentem in rerum naturâ, vel ens chymericum commendat: quia virtus nequit debitè & fructuosè commendari, niſi prius in mente præconis ſit radicata: ſi enim ejuſmodi radix deficiat, præco factus eſt *os ſonans aut cymbalum tinniens.* 1. Corinth cap. 13: Si autem ad prædicationem accedat bona vita præconis, concio in altiſſimam arborem, & auguſtiſſimum ædificium exurget, plusque proficièt, quàm ſi inaudita miracula perpetraſſet, quia boni mores concionatoris ſunt inſtar miraculorum.

Pulchrè S. Chryſoſtomus homil. XIV.
11. in Matthæum. *Siquidem ſacerdos* S. Chryſoſtomus
eſt, docens, & doctrinam ſuam bonæ vitæ

quaſi miraculis factis commendet. Non vult adhiberi aliam dicendi gratiam, alia miracula, alia motiva credibilitatis quàm probos mores, quam inculpatæ & ſanctæ vitæ exemplum: eoquod hæc miracula majora ſunt, quam cœcitatis, ſurditatis, lepræ, & aliorum morborum curatio: imò quam ipſa reſurrectio mortuorum. Audi S. Gregorium libr. 3. Dialog.
S. Greg. cap. 17. *Si inviſibilia penſamus, nimirum conſtat, quia majus eſt miraculum prædicationis verbo, atque orationis ſolatio, peccatorem convertere, quàm carne mortuum reſuſcitare.* Non ait aſcendit ad miraculum reſurrectionis, æquale eſt illi, ſed majus: datque rationem efficacem hujus propoſitionis. *In iſta reſuſcitatur iterùm moritura, in illa verò anima in æternum victura.* Inter omnia miracula corporea reſurrectio mortuorum primum locum obtinet, ſi ergò divini verbi cōcio illam mortuorum reſurrectionem ſuperat, cui myſterio aſſimilabitur? Conſecrationis Corporis Chriſti, Joannis cap. 6. verſ. 64. Chriſtus ait Apoſtolis. *Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt.* Ideſt verba
Ioan. 6. verſ. 64. quæ inter prædicandum locutus ſum vobis ipſis, ſpiritus & vita ſunt, quo loquendi modo alludere videtur ad verba Sacramentalis conſecrationis. Quemadmodum enim per hæc: *Hoc eſt corpus meum*, convertitur ſubſtantia panis in ſubſtantiam Corporis Chriſti, ſic verbum prædicationis Evangelicæ procedens à Viro Apoſtolico ſcientiâ & virtute prædito efficit ut homines prius infideles & peccatores fideles & Chriſti membra cōvertantur, ut ex illis fiat unum corpus Chriſti myſticum & una Eccleſia. Appoſitè & doctiſſimè Rupertus lib. 7. in Joannem. *Spiritus vivificans, &*
Rupert. *vita vivens, & verum vitæ verbum, hæc in pane de quo dicturus ſum, Hoc eſt Corpus meum, & in vino de quo dicturus ſum, Hic eſt ſanguis meus, inviſibiliter operantur, ut vera caro mea ſit, & ſanguis meus non mutatâ ſpecie exteriori, ſicut & in ſingulis hominibus ſpiritualiter, ideſt nihilo mutato extrinſecis corporis accidentibus, hoc agunt, ut membra ſint, & de multis una fiat Eccleſia, quæ alio reſpectu corpus meum, plenitudo mea dicatur & ſit.* Compatat verba prædicationis Apoſtolicæ verbis conſecrationis, & auditores materiæ Euchariſtiæ, atque per prædicationem produci corpus myſticum Chriſti, ſicut per conſecrationem ejuſdem corpus reale ponitur ſub ſpeciebus. Vel Chriſtus ait *Verba quæ ego loquor, &c.* Quia ſicut verba conſecrationis producunt panem vitæ Joann. cap. 6. verſ. 35. verſ. 48. & verſ. 51. *Ego ſum panis vita.* Sic ſermo Evangelicus eſt vivus. Hebr. cap. 4. verſ. 12. Heb. c. 4.
Vivus eſt ſermo Dei & efficax. Quomodò dicitur *vivus*? Hugo Cardinalis verſ. 12.
ab effectu, quia vivificat, Joann. cap. 6. verſ. 64. *Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt.* Et Vates Regius pſalm. 118. verſ. 50. *Eloquium tuum vivificavit me.*

Hanc Verbi Divini & Sacramenti analogiam teſtantur, quæ Sacer Textus proclamat de utriuſque miniſtro. XV.
Nam Romanis cap. 15. verſ. xv. Apoſtolus ſcribit. *Propter gratiam, quæ* Rom. 15 verſ. 15.
data eſt mihi, ut ſim miniſter Chriſti in gentibus ſanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in Spiritu ſancto. Singula paulò attentius expendamus. Primò ſcribit ſibi datam fuiſſe gratiam à Deo, ut ſit miniſter Chriſti in gentilibus. Quid eſt miniſtrari Chriſto in gentilibus? Eſt verbum Dei diſſeminare, ut patet ex ſequentibus. Quo nomine illud miniſterium exprimit? nomine miſſæ, nomine ſacrificii, nomine oblationis. Græcus enim loco miniſter habet Liturgus, ideſt ſacrificans. Undè liturgia, ideſt miſſa, ſacrificium. Cur ſe præconem à Deo inſtitutum exprimit per nomen liturgus, cùm ritus qui ſervantur in miſsâ ſunt valdè diverſi ab iis, quos vir Apoſtolicus obſervat, ut ſatis patet? quia tam mirabilis eſt divini verbi prædicario, & tam propè accedit ad auguſtiſſimum Miſſæ ſacrificium, ut miniſtri utriuſque eodem nomine inſigniantur, imò amborum actio idem nomen ſortiatur. Quomodò nuncupatur actio Sacramentalis, quâ panis & vinum in Corpus & ſanguinem Chriſti convertuntur? Conſecratio. Quomodò

modò vocatur actio, quâ Evangelium Chriſti annunciatur? Conſecratio *Sanctificans Evangelium Dei*. Quaſi diceret, conſecrans ut vertit S. Auguſtinus. Quid facit Eccleſiaſtes per prædicationem verbi divini? offert gentes, immolat auditores non materialiter, ſed ſpiritualiter. *Vt fiat oblatio gentium accepta & ſanctificatio in Spiritu ſancto.* Quaſi diceret (inquit Cornelius) ad hoc ſum ſacerdos myſticus, puta Præco Evangelii, ut nimirùm per meam prædicationem gentiles placeant Deo & ſanctificentur per Spiritum ſanctum. Itaque quaſi victima munda & acceptiſſima Deo offerantur & conſecrentur (inquit S. Auguſtinus) ipſique deindè opera ſancta, quaſi victimas offerant. Ex hoc eòdem & Græco patet hic eſſe illuſtrem metaphoram, vel potiùs allegoriam petitam ex victimarum immolatione. Eſt enim hic ſacrificiũ ipſa gentium cõverſio & oblatio Deo. Victimæ ſunt ipſæ gentes converſæ & oblatæ Deo. Sacerdos eſt Apoſtolus Paulus, & quivis Præco Evangelii: Conſecratio eſt ipſa conſecratio Evangelii, quâ gentes convertuntur & Deo ſanctificantur. Ignis quo Deo incenduntur & comburuntur eſt Spiritus Sanctus, inquiunt S. Chryſoſtomus & Theophilactus.

XVI. Cajetanus ingenioſè & appoſitè ad inſtitutum noſtrum animadvertit, quod *ſanctificans* non derivetur à ſanctitate, ſed à ſacro, ſignificatque ſacrum operans, perindè ac ſi dixiſſet, *Sacrificans Evangelium Dei*. Itaque dicit ſe ad hoc electum, ut ſic evangeliſet in gentibus, ſeu ut Evangelium vertat in ſacrificium. *Quod tunc fit, cum Evangeliſans cum tantâ reverentiâ vitæ & morum quantâ ad celebrandum fructuosè tantum ſacrificium exigitur.* Cajetan. Expende illa verba *quod tunc fit, &c.* quaſi diceret ut divini verbi prædicatio ſacrificii locum teneat, & auditores convertantur in corpus myſticum Chriſti, quemadmodum ſubſtantia panis & vini conſecratione in ſubſtantiam realem Corporis & Sanguinis Chriſti tranſmutatur: ita debet Eccleſiaſtes eam vitam degere, debet iis inſtrui, qui requiruntur, ut tantum prædicationis *ſacrificium* utiliter peragatur, ſeu eadem vitæ puritate nitere debet in prædicatione Evangelii & productione corporis myſtici Chriſti, quæ in productione realis Corporis Chriſti. *Vide* (inquit Cornelius) *quâ puritate, religione & ſtudio Concionatores aliiq; ſimiles tractare debeant ſuas conciones, ſuaq; munia circa proximorum ſalutem obire, nimirùm ac ſi ſacrificarent, & ſacris (ut reipsâ faciunt) operentur.* Cornel.

XVII. Quæ eſt illa puritas in Miſſionario Evangelico requiſita? planè Angelica. Cantor Regius pſalmo 77. verſ. 25 *Panem Angelorum* (inquit) *manducavit homo*. Per panem quidam litteraliter manna, alii myſticè Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum intelligunt. At quomodò id dici poteſt cùm illo non veſcantur Angeli, nec ab illis conficiatur, imò nec ab iis miniſtretur? *Pſal. 77. v. 25.* S. Bonaventura ait nomine Angelorum accipiendos eſſe Sacerdotes. *Panem Angelorum manducavit homo, ſcilicet, Sacerdotum.* S. Bonaventura. Cur Sacerdotes Angeli nuncupantur? quia ad arcana divina annuncianda optimi quique Angeli deputantur. Sic ad auguſtiſſimum Miſſæ ſacrificium celebrandum, ac divini verbi diſpenſationem & œconomiam faciendam in miniſtris Angelica planè puritas deſideratur. In cujus rei figuram S. Germanus diſſerens de veſtibus ſacerdotalibus ait. *Presbyteri ad imitationem Seraphicarum Poteſtatum ſtolis vice alarum contecti ſunt.* Quid per alas intelligis? rerum ſublimium contemplationem ac exercitium. S. Hieronymus in cap. 6. Iſaiæ hæc de Seraphinis effatur. *Alas habere dicuntur propter velocitatem & in cuncta diſcurſum: ſeu quia in altioribus commorantur.* Hieron. Ita Sacerdotes ac divini verbi præcones in officii uſu ſtolis utuntur, ut ſignificetur ad quantam morum probitatem contendere debent, ut Corpus tum reale, tum myſticum Chriſti producant.

XVIII. Levitici cap. 16. verſ. 17. ſtatuitur, *Nullus hominum erit in tabernaculo, quando Pontifex ſanctuarium ingreditur.* *Levit. c. 16. v. 17.* Cur Pontifice ingrediente non debet homo adeſſe, aliàs præter

Google

homines poterant ad Sacerdotium, Pontificatum provehi? Minimè. Ibi erit homo, & nullus hominum. Erit homo quoad naturam, nullus homo erit quoad animalem modum vivendi, ſed erit Angelus quoad morum & vitæ integritatem. Rectè S. Cyrillus Alexandrinus in cap. 6. Levitici.
S. Cyrill. *Non eris homo, ſed tanquam Angelus Dei cùm ingredietur Pontifex intra velamen, ſive unus cum Domino ſpiritus fiat, ſivè per reſurrectionis gloriam in Angelorum ordinem tranſeat non erit homo.* Vocat Sacerdotem Angelum, quia cum Domino per charitatem & vitæ integritatem unus ſpiritus effici debet.

XIX. Propheta Malachias cap. 1. verſ. 17.
Malach. 1. v. 17. non incongruè ait. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirēt de ore ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Quaſi diceret, ratio propter quam labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, divinamque legem promulgant, eſt, quia Sacerdos Angelus Domini eſt. Quomodò Angelus Domini eſt? Optimè reſpondet S. Hieronymus.
Hieron. *Angelus id eſt nuncius Domini, Sacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei & hominum ſequeſter eſt, ejuſque ad populum nunciat voluntatem.* Fuſius
Dionyſ. Dionyſius. *Ad Sacerdotum officium pertinet congruo tempore doctrinam legis divinæ plebi proponere, & ſcientiam ſalutarem in aliis conſervare: ideò in pectore ſummi ſacerdotis fuerat rationale, in quo doctrina & veritas ponebatur, quia Sacerdos doctus eſſe debet, & præco veritatis divinæ, & legem requirent ſubditi & vulgares ex ore ejus. Vndè dicit Apoſtolus ad Titum oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, amplectentem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrina ſanâ, & eos, qui contradicunt, arguere: quia nuncius Domini eſt. Quemadmodum enim divinus Dionyſius docet infimum ordinis inferioris & ſupremum ordinis ſuperioris magnam habent mutuò convenientiam & nomen unius transfertur ad aliud. Cùm enim in cœleſti Hierarchia ordo Angelorum ſit infimus, & in Eccleſiaſticâ Hierarchiâ ordo ſacerdotum ſit ſummus, Angeli & Sacerdotes in multis communicant. Ita ut Sacerdotes Angeli nuncupentur, quoniam inter populum & Deum mediando, & ea quæ Dei ſunt hominibus nunciando, atque ſpiritualem & Angelicam vitam in carne ducendo Angelicum exercent officium, ideò Apoc. cap. 1. Epiſcopi ſeptem Eccleſiarum in Angelis appellantur.* Quibus verbis innuit Sacerdotes, Eccleſiaſtes, Viros Apoſtolicos Angelos nominari: tum quia divina hominibus nunciant, Angelicumque officium exercent. tum quia vitam Angelicam agunt. Quod confirmat articulo ſequenti, ubi refert ſenſum myſticum. *His verbis deſcribit Deus qualis eſſe debeat Sacerdos, ſcilicet ut fideliter timeat Deum, & legem divinam ſemper habens in corde & ore, nullo maculetur mendacio, nec impietate turbetur aut dolo, ſed cum pace & juſtitia coram Altiſſimo vivens cæteros præſertim ſibi commiſſos ſemper totis viribus ab impietate avertere ſatagat.* Eodem ſenſu citatum oraculum explicat Aloyſius Novarinus lib. 2. Sacrorum Electorum cap. 22. num. 497. Aloyſius Novarin. *Rectè Sacerdotes Angeli dicuntur ob vitæ puritatem ac caſtimoniam. Verè Angeli, ſi Angelicè vivant. Nam ſi (quod abſit) luxuriæ ſe mancipent & libidinibus proſtituant, dæmones evadunt. Vndè Vgo Carenſis poteſt (inquit) dici quod Sacerdos vertens ſe ad luxuriam eſt diabolus incubus.* Quibus idem Novarinus ſubdit. *Totus ad hæc verba inhorreat, qui in hujuſmodi ſcelus delapſus eſt, & ad caſtitatis vexillum redeat.* Idem Ugo Carenſis notat Apoſtolum 1. Corinth. cap. 11. verſ. 10. præcepiſſe fœminis ut propter Angelos caput velent in Eccleſiâ. 1. Corin. 11. v. 10
Propter quos Angelos? Reſpondet. *Propter Sacerdotes, nè in ejus faciem inſpicientes invitentur ad libidinem.* Idem cenſent S. Ambroſius, S. Anſelmus, S. Thomas.

Hoc ſenſu S. Parens Elias Angelus XX.
nuncupatur. Audi doctiſſimū Cammartum lib. de geſtis Eliæ cap. 12. Cāmart.
Non eſt prætereundum nomen Angeli non ſemper accipi pro eo, qui natura ſpiritualis eſt, ſed pro eo qui officium aliquod Angelicum exercet. Non eſt novum Spiritui ſancto, ait Tertullianus adverſus Iudæos cap. 9. appellare eos, quos miniſtros ſuæ virtutis Deus præfecit. Quo

ſenſu

ſenſu Gregorius in Evangelia monet) Angelum non naturæ ſed officii nomen eſſe. Si ergò quæritur an Elias ſit Angelus officio? affirmativè reſpondemus. Propheta enim, & quicumque veræ pietatis alumni Angelorum nomine cenſentur in ſcripturis, ob eorum maximam cum Deo familiaritatem. In terrâ quidem ait Clemens Alexandrinus lib. 7. Strom. Initio res eſt præſtantiſsima, qui eſt maximâ in Deum pietate. In cœlo autem res eſt præſtantiſsima Angelus, qui loco propius & jam purius eſt æternæ & beatæ vitæ particeps. Et infra ex Tertulliano libr. adverſus Judæos cap. 9. (Tertull.) *Sicut & Præcurſorem Chriſti Ioannem Angelum nuncupat ſpiritus dicens, ex perſonâ Patris Malachiæ cap. 3. verſ. 1. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Nec novum eſt Spiritui ſancto Angelos appellare eos, quos miniſtros ſuæ virtutis Deus præfecit.* Idem Cammartus Infra. (Camart.) *Quid quod etiam Ioannes Baptiſta Chriſti Domini voce Angelus dicitur. Quod ſi Præcurſor Domini, qui in Eliæ ſpiritu & virtute venturus erat Angelus meritò dictus eſt, qui fieri poterit, ut ipſum nomen Eliæ denegemus. Erit igitur Angelus officio & dignitate. Vel quia illi ſæpenumero apparuit, magnâ cum eo familiaritate uſus, ipſumq; vitæ ſimilitudine referens, &c.* Scilicet puritate vitæ & morum. Paulò poſt. *Vel certè, quia nihil Elias proferebat, quin Angelico miniſterio firmaretur, ut ex hiſtoriâ illius conſtat. Iſidorus de ortu & interitu Prophetarum auctor eſt Malachiam Prophetam dictum fuiſſe Angelum, quia quæcumque prædicabat confeſtim Angelo de cœlo adveniente firmabantur. Idipſum Eliæ contigiſſe non eſt dubitandum.* Ex quibus manifeſtè ſequitur eum qui Angelorum munus debitè & fructuosè vult exercere, eius vitam & mores ſectari & exercere debet, huius defectu nunquam debitum & fructuoſum præconis officium exercebit.

XXI. Id ni fallor intendiſſe videtur Apoſtolus ad Galat. cap. 1. verſ. 8. (Galat. 1. verſ. 8.) *Sed licet nos aut Angelus de cœlo evangeliſet vobis præter quam quod evangeliſavimus vobis, anathema ſit.* Cur addit Angelus de cœlo? Suntnè aliqui Angeli de terrâ evangeliſantes? ita. Quinam ſunt? Prædicatores, qui Angeli dicuntur, non naturâ, ſed dignitate officii, ſed vitæ & morum probitate. S. Chryſoſtomus ibi. (S Chryſoſtomus) *Non temerè dixit Angelus de cœlo: nam ſanè dixit de cœlo quoniam ſacerdotes quoque dicti ſunt Angeli, nè quis exiſtimaret de his Angelis verba fieri, additâ particulâ de cœlo, ſuper nos virtutes indicavit.* Ideſt, indicavit eſſe alias in terrâ virtutes Angelicas, & alias in cœlo. Cum igitur virtutes Angelicę, quæ ſunt in terrâ in dignitate officii miſſionis, legationis & nunciaturæ ſint æquales ſpiritibus cœleſtibus, etiam in moribus debent illis aſſimilari, ita ut ad Eccleſiaſticos, Prælatos, Miſſionarios dicendum ſit cum Iſaiâ cap. 58. verſ. 1. *Clama nè ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* (Iſaiæ 58. verſ. 1.) Cur potiùs præcipit tubâ canere, quàm altero inſtrumento? Reſpondet Sanchez & alii, quod inter omnia inſtrumenta muſicæ nullum minus aduletur quàm tuba, quâ utuntur milites in caſtris. Nam non ſuſpendit animum ut lyra, non delectat ut cythara, non detinet ut organum, non ſenſus abripit, nec ad plauſum & voluptatem modulatur ut alia inſtrumenta, ſed ut claſſicum vocat ad arma & accendit, terrorem cauſat, & animum confirmat. Sic vox Viri Apoſtolici debet eſſe inſtar tubæ, debet potiùs excitare dormientem, quam excitare expergefactum, quàm ad ſomnum provocare, ideſt peccatorem gravi ſomno & ſopore peccatorum correptum evigilare, & ad cilicia, flagella, aliaque pœnitentiæ opera, quibus cœlum expugnatur, & hoſtilia vitia proculcantur, quàm adulatoria inſtrumenta ſumere juxta illud Joelis cap. 2. verſ. 1. *Canite tuba in Sion, ululate in monte ſancto meo; conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit dies Domini.* (Ioel. c. 2. verſ. 1.) Et verſ. 15. *Canite tuba in Sion, ſanctificate jejunium, vocate cœtum.* Sed hanc metaphoram magis premit Viegas in cap. 1. Apocal. ſect. 23. animadvertens, quod *tuba non ſolùm ori imponitur, ſed etiam manibus tenetur. Ita etiam Con-*

cionator

cionator debet Evangelium quod in ore habet, manu, id eſt operatione fulcire, quo ſenſu intelligendum eſt illud Iſaiæ: Quaſi tuba exalta vocem tuam. Quare meritò Petrus Cellenſis ſermone 45. in Synodo, Sacerdotes & verbi divini præcones his verbis affatur. *Quantâ dignitate, ordine & officio aliis ſumus altiores, tantâ in conſpectu Dei ſumus deſpectiores, ſi dignitati indigna converſatio contradicit, ſi ordini inordinata vita obloquitur, ſi officii noſtri munditiam vitæ incontinentia impugnat.* Vel ejuſmodi Præconibus applicare licet illud Poetæ.

Ingens magnetis ſit vis licet, haud tamen ille
Omnia, ſed ferri pondera ſola trahit.
Vi quadam occulta ferrum grave tollit in altum,
Cùm tamē haud ullâ ſuſtineatur ope.
Æthereâ ſic non quiſquis demittit in auram
Verba Dei, fructū protinus indè capit.
Sed probus ac pietate gravis, qui robore nixus
Inferius nullo tendit ad aſtra levis.

CAPUT VII.

Viri Apoſtolici ſeu Miſſionarii veſtis ſit ſimplex, &c.

I. Lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 7. Rex Ochozias interrogās nuncios ſuos reverſos inconſulto
l. 4 Reg c. 1. v. 7. idolo Belzebuth ait. *Cujus habitus eſt vir ille qui occurrit vobis?* Verſ. 8. *At*
verſ. 8. *illi dixerunt vir piloſus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus. Qui ait Elias Theſbites eſt.* Cur ex inculto iſto externo corporis habitu, capite intonſo, barbâ & cæſarie prolixâ, melote, ſeu pelle ovinâ vel caprinâ, zonâ pelliceâ ſeu corio non apparato, ſed adhuc piloſo, uno verbo, ex iſtâ exteriori figurâ Rex Ochozias concluſit, Elias Theſbites eſt? quia (S. Ambroſius lib. de Elia cap. 10.) *Plerumque in turbatiore inceſſu proditur motus a-*
S. Ambr. *nimorum, vultus intentior quidam cogitationis ſuæ arbiter, & tacitus mentis interpres.* Infra. *Index facies plerumque conſcientiæ, & quidam tacitus ſermo mentis.* Idem ferè habet toto cap. 18. lib. 1. offic. aliqua dumtaxat ejus verba in medium proferam. *Speculum mentis plerumque in verbis refulget.* Infra. *Et in ipſo nutu, motu, geſtu, inceſſu tenenda verecundia: habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur. Hinc homo cordis noſtri abſconditus, aut levior aut jactantior, aut turbidior, aut contra gravior, & conſtantior, & purior, & interior æſtimatur. Itaque vox quædam eſt animi corporis motus.* Sanctus Bernardus lib. de modo benè vivendi fusè oſtendit, quantum exterior corporis figura, geſtus, inceſſus, S. Bernardus.
ſermo interiorem animi ſtatum exprimat. Proindè concludit. *Soror in Chriſto amabilis profeſſionem tuam habitu & inceſſu demonſtra, ſit in ingreſſu tuo ſimplicitas, ſit in inceſſu honeſtas, nihil dedecoris, nihil laſcivia, nihil petulantia, nihil inſolentiæ, nihil levitatis in inceſſu tuo appareat, geſtus corporis ſignum eſt mentis, corporis geſtu animus proditur.* Specialiter quod amictus morum noſtrorum conſtitutionem indicet teſtatur Clemens lib. 1. cap. 15. Politico Chriſti. *Amictus indicat qualis ſit morum noſtrorum conſtitutio.* Mentis laſciviam cultior amictus de- Clemens
nunciat, frugalis verò animi mores optimè compoſitos ſignificat. Omitto præclaras auctoritates S. Gregorii Nazianzeni de Juliano, S. Auguſtini tomo 1. in regulis ad ſervos Dei Bedæ in proverbiis, Ariſtotelis in Phyſiognomiâ cap. 6. 9. & 10. Ciceronis lib. 3. de Oratore.

Cùm Rex Ochozias audivit Eliam II.
à communi hominum victu, veſtitu, &c. alienum eſſe judicavit non eſſe hominem peccatorem ſed probum, non ſervum & mancipium ſed dominum, nō plebeium ſed omnipotentē, non peccatorum tenebris obvolutum ſed quaſi ſtellam matutinam in medio nebulæ, & quaſi lunam plenam in diebus ſuis lucentem, & quaſi refulgentem in Synagogâ ſeu templo Dei. Hoc Apoſtolus præclarè explicat ad Hebræos cap. 11. verſ. 37. *Circuie-* Heb. 11.
runt in melotis, in pellibus caprinis, verſ. 37.
egentes, anguſtiati, afflicti. Ideſt anguſtiâ & mœrore oppreſſi ratione perſecutionis. Quem locū D. Thomas

&

& alii dicunt eſſe intelligendum de Eliâ. Qualis verò ſit Elias conſtitutus in tali ſtatu, figurâ & amictu corporis ſubjungit Apoſtolus verſ. 38. verſ. 38. *Quibus dignus non erat mundus.* Gagnæus. *Mundo, mundaniſque omnibus longè ſuperiores erant.* Theophilactus. *Si univerſam mundi ſtructuram cum hominibus, qui in eo ſunt opponas hiſcè, non invenies tamen quid illis dignitate reſpondeat.* Clarius Haymo. *Mundi nomine poſſunt accipi omnia, quæ continentur in cælo & in terra, aurum, videlicet, argentum, gemma, atque omnia pretioſa, & ipſi inſuper reprobi amore rerum mundanarum decepti, iſtis ergò Sanctis non erat dignus mundus, hoc eſt ſi totus redigeretur ſub pretio, non poterat uni illorum rectè comparari, neque etiam ſi omnia illa in pretium dari potuiſſent, talem aliquem virum emere poterant.* Cur igitur noſter Thesbites mundo & omnibus mundanis longè ſuperior exiſtat, & nihil ſit in hoc mundi univerſi ambitu contentum, quod ejus dignitatem adæquet, nihil (inquam) in cœlo & in terrâ ſit, quod poſſit ei in valore, pretio & æſtimatione comparari, vel quo poſſit emi. Non mirùm eſt ſi Scriptura ei imponat nomen *Elias*, ideſt *Deus Domini*, vel *Deus meus Dominus*, vel *potens eſt Deus ipſe*, vel *fortis Dominus*, vel *Sol.* Qemadmodum enim creatura reſpectu Dej nihil, vel parum eſt. Undè Job. cap. 4. verſ. 17. *Nunquid homo* Iob. c. 4. verſ 16. *Dei comparatione juſtificabitur.* Et cap. 25. verſ. 4. *Nunquid juſtificari poteſt poteſt homo, aut apparere mundus natus* Cap. 25. verſ. 4. *de muliere.* Et cap. 22. verſ. 2. *Nunquid cõparari poteſt homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientia.* Iſaiæ c. 64. v. 6. *Quaſi pannus menſtruatæ univerſa juſtitia noſtra.* Et S. Auguſtinus lib. ad Oroſiũ cap. 6. *Cujus participatione juſti ſunt ejus comparatione nec juſti ſunt.* Iſaiæ cap. 40. verſ. 15. *Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ. Ecce inſulæ quaſi pulvis exiguus, & libanus non ſufficiet ad ſuccendendum, & animalia non ſufficient ad holocauſtũ, omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputata ſunt ei.* Forerius. *Pluſquam nihilum reputata ſunt.* Cornelius ſubdit Cornel. *Si nihilũ cum ente quolibet creato conferas, minus illud ab eo diſtat, cùm utrumq; ſit finitum (finiti autem à finito diſtantia ſit finita) quam diſtat ens quodlibet: imò totus mundus à Deo, hujus enim infinita eſt diſtantia. Deus enim in infinitum omnia entia creata tranſcendit, ac proindè ab iis non tantùm negativè, ſed & poſitivè diſtat in infinitum, cùm ens à nihilo poſitivam diſtantiam habeat finitam. Sicut enim ens eſt finitum, ſic etiam ejus oppoſitum puta non ens ſivè nihil finitum eſt. Eſt enim negatio, vel privatio entis finiti. Nihil ergò per ſe, & quaſi poſitivè eſt finitum: quia minus habet eſſe quam ens. Nullum enim habet eſſe, eſtq; nihil prorſus, negativè tamen nihil eſt aliquo modo infinitum, quia negat omne ens, omnesq; res etiamſi illæ eſſent infinitæ: negat ergò infinita quæ ſunt, vel eſſe poſſunt. ſed poſitivè eſt finitum, ac finitè tantùm diſtat ab ente creato & finito. Sin autem nihilum coram Deo cõferas, nil à Deo magis diſtare poteſt, quàm nihilum.* Cum igitur creaturæ reſpectu Dei ſint quaſi nihilum, & Deus illis omnibus ſuperior exiſtat; nulloque modo illis adęquari & comparari queat. Sequitur Eliam (qui *Deus ipſe, &c.* dicitur) ſuperioritate, dignitate, valore, pretio eſſe ſuperiorem tòto mundo, quamvis ſit hirſutâ veſtè amictus.

III. Non abſque myſterio S. Joannes Apocal. cap. 11. verſ. 3, differens de ejus cum Enoch miſſione ſecundâ Apoc. 1. verſ. 13. mentionem facit veſtis ejus. *Amicti ſaccis.* Arabicus. *Induentur ciliciis.* Ideò (inquit noſter Sylveira ibi quæſt. 13, num. 97) *Elias habitu pœnitentiæ utebatur, cùm Achabum ac populum exhortaretur, ad illam Enoch ut dicitur Eccleſiaſtici cap. 44. tranſlatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam. Meritò ergò ſaccis induuntur. Nam Cõcionator verba ſalutis annuncians & pœnitentiam perſuadens non ſolùm ſermone ſed etiam opere, quod prædicat exhibeat. Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 3. Verba vitæ non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus nunciemus, abſit quod lingua operibus contradicat. D. Hieronymus epiſt. 2. ad Nepotianum. Delicatus magiſter ait, qui pleno ventre de jejuniis diſputat, accuſare avaritiam & latro*

poteſt. Sacerdotis Chriſti mens manuſq; concordent, ſalutariſq; concionatorum oratio, ſi cùm pœnitentiam aliis ſuadent ipſi ſaccis induantur. Quod Eliſeus etiã pellicea ac inculto veſtimento uteretur patet lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 13. *Levavit pallium Eliæ.* Dionyſius. *Vt illo pallio veſtiretur.* Quibus iterùm ſubjicit Sylveira. *Hac enim lege vixit Senatus Propheticus, ut monitis pœnitentiæ vim adderet habitu pœnitentis.* Cui arridet S. Hieronymus in cap. 13. Zachariæ num. 4. *Hic erat Prophetarum habitus, ut quando populum ad pœnitentiam provocabant cilicio induerentur.*

IV. Matth. cap. 3. v. 4. audio Joannem in deſerto populum ad pœnitentiam exhortari, & altè buccinare, dicens. *Pœnitentiam agite appropinquavit regnum cælorum, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.* Undè Joannes tantâ in cõcionando auctoritate pollet? reſpondet Sacer Textus. *Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, eſca autem ejus erat locuſtæ & mel ſylveſtre. Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, &c.* S. Chryſoſtomus notat hunc Chriſti præcurſorem habuiſſe veſtimentum, non de lanâ levi, vel ſerico ſumptuoſo, ſed rude & aſperum, ut auſteræ vitæ indicium: quia Dei ſervis & maximè legis Evangelicæ præconibus non convenit veſtis ad carnis delectationem, ſed ad tegendam nuditatem, ut ad pœnitentiam tam opere quàm verbo hortaretur. *Poſtquam* (inquit Os Aureum homil. 3. in imperfecto.) *oſtendit Ioannes, quia ipſe eſt vox clamantis in deſerto, prudenter ipſe Evangeliſta ſubjunxit; ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum, &c. In quo oſtenditur qua ſit vita ipſius. Nam ipſe quidem teſtificabatur de Chriſto, vita autem ejus de ipſo. Nemo enim poteſt eſſe teſtis alterius idoneus, niſi fuerit ſuus.* Veſtis piloſa, ſeu cilicium Joanni auctoritatem conciliabat, ſicut Joannes ſuo teſtimonio auctoritatem Chriſti propugnabat, & animas peccatorum in viam veritatis exemplo ſuo inducebat. S. Remigius. *Sub hoc autem habitu veſtimentorum, & vilitate ciborum oſtendit ſe peccata totius generis humani deflere.* Seu (ut Rabanus Maurus in citatum locum Matthæi.) *Poteſt & habitus & victus Ioannis qualitatem internæ converſationis exprimere: Nam auſterioribus utebatur indumentis, quia vitam peccantium increpavit.* Quaſi diceret; Joannes auſterum vitę modũ init non tantùm in victu, ſed etiam in veſtitu, ut illo armatus laxiorem vivendi licentiam debellaret. Et ſanctus Chryſoſtomus ſupra. *Habebat Ioannes veſtem non mollem neque delicatam, ſed cilicinam, gravem, & aſperam, & conterentem corpus, potiùs quàm foventem, ut de virtute animæ ejus ipſe habitus corporis loqueretur.* Quaſi diceret, victus frugalitas vocalis eſt, veſtitus aſperitas loquax eſt, ac ejus excellentiam ſupra dignitatem regiam: imò ſupra id omne quod in mundo eſt, prædicat.

S. Chryſoſtomus

S. Chryſoſtomus

s. Remig

V. S. Baſilius Seleucius ſermone de Joanne Baptiſta, qui ſpiritu & virtute Elias erat egregiè confirmat, dum in perſonâ Regis Herodis ſaltatricem puellam, ſic affatur. *Ego dimidiatum regnum pollicebar, tu ergo caput Ioannis toto regno meo longè pretioſius, quodq; ſceptris meis clarius emicat, ac dignitate meâ longè eſt excellentius.* Ecce quanti æſtimetur ab homine impudico, impio, perdito. Caput Joannis exangue pluris æſtimatur ab Herode quam totum ſuum regnum, cenſetur clarius ſceptris ejus, excellentius ejus regiâ dignitate. Quanti fieret illud caput ſi foret animatum, ſi ex ore ejus, ſi ex linguâ ejus diſerta audirentur hortamenta ad pœnitentiam & compunctionem inducentia, ſi ejus manus digito agnum Dei demonſtrans inſpiceretur, ſi pedes nudi ſpinis tranſverberati mundi divitias proculcantes viderentur. Si dorſum contemnens purpuram obtutibus objiceretur, ſi denique totum corpus ſolis æſtu aduſtum, camelorum exuviis tectum, more ferarum herbis agreſtibus nutritum adhuc in ſolitudine delitęſcens inviſeretur. Certè non ſuo diademate, non toto regno excellentiorem Joannem Herodes proclamaret, ſed toto mundo. Non aſſereret eum humanam vel Angelicã

Baſilius Seleuc.

ſed

ſed planè divinam agete vitam. Non Joannem, ſed Eliam, ſed Deum ſortem eſſe fateretur. Cùm olim Eliam nudum, vel animalium exuviis amictum, abſtemium, inter tot carnis illecebras caſtiſſimum, humanis paſſionibus imperantem, carnem ſpiritui ſubjicientem, in cœlis converſantem, divinâ charitate ſuccenſum, Baalitarum fana deſtruere, eorum ſacrificos gladio delere, Dei veri altaria reparare homines viderent, non hominis, ſed Dei nomen promereri exiſtimarunt, cùm verò Deus eſſet, non naturâ, ſed gratiâ, ſed zelo. Cum inter tot hujus vitæ difficultates impaſſibilis, inter tot mortis diſcrimina immortalis, inter tot carnis illecebras caſtiſſimus perſiſteret, cùm non tantùm ſibi & diſcipulis, non tantùm populo Judaico, ſed ipſis quoque regibus; elementis, cæleſtibus orbibus dominaretur.

V I. Idem de Joanne Baptiſtâ Chriſti Præcurſore licet philoſophari. Sanctus Chryſoſtomus homil. 2. in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ oſtendit quod partus Elizabeth ſit opus naturæ, ſed generatio ſit opus ſupra naturam. *Quandoquidem* (inquit) *peperit ut mulier, ſed ſupervenit gratia ſancti Spiritus, & genuit ſupra naturam. Erat enim miraculum, quod fiebat à Ioanne, & non tantùm habebat paterni generis, quantùm Dei verbi.* Sic cujuſlibet Viri Apoſtolici verba humana quidem ſunt quoad ſubſtantiam, ſed Divina quoad modum: nam nuditas ſeu veſtis aſpera, mortificationes carnis, contemptus mundi, corporis neglectus, receſſus in ſolitudinem, ab homine quidem procedunt, ſed à Deo moventur: ita ut cum S. Auguſtino illis effari liceat. *Illo feror quocumque feror.* Vel cum Lucano lib. 2.

S. Chryſoſtomus

Iuppiter eſt quodcumque vides, quocumque moveris.

Itèm. *Iovis omnia plena*

Vel cum Virgilio lib. 6. Æneidos.

Spiritus intus alit, totumque diffuſa per artus (miſcet.
Mens agitat molē, & magno ſe corpore

Item.

Igneus eſt illis vigor & cæleſtis origo.

Vel cum Ovidio lib. 1. Metam.

Hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum.

Vel denique cum Manlio lib. 4.

In dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtro.

Aratus Poeta olim dixit, quod anima noſtra ſit *divinæ particula auræ.* Id verius de Eliâ, de Joanne Baptiſtâ, viriſque Apoſtolicis ab omni rerum temporalium affectu defœcatis effari poſſumus: in iis enim divinitatis characteres impreſſi reperiuntur. Hinc fit ut ille Achabum, Jezabelem, & populum tam liberè & audacter redarguat: hic Herodem, illi infidelitatis & peccatorum vinculis illaqueatos.

Non tantùm Viris Apoſtolicis, ſed etiam nonnullis Heroinis hanc corripiendi libertatem inditam fuiſſe Sacer Textus teſtatur. Cùm Bethulia gravi obſidione premeretur, ac aquę penuriâ cives areſcerent, nec potentiſſimo Holofernis exercitui reſiſtere valerent. Miſera plebs de deditione agere cœpit cum Ozia Principe militiæ, qui re ferè deſperatâ, tandem populari petitioni acquievit, cap. 8. verſ 9. Judith. *Hæc cùm audiviſſet, quoniam Ozias promiſiſſet; quod tranſacto quinto die traderet civitatem, miſit ad Præsbyteros Habri & Charmi.* Verſ. 10. *Et venerunt ad illam, & dixit illis, quid eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, ut tradat Civitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vobis adjutorium.* Verſ. 11. *Et qui eſtis vos qui tentatis Dominum?* Verſ. 12. *Non eſt iſte qui miſericordiam provocet, ſed qui potius iram excitet & furorem accendat.* Verſ. 13. *Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diē conſtituiſtis ei, &c.* Quęrunt Interpretes, an Judith ſe prudenter geſſerit advocando in domum ſuam Præsbyteros, alioſque civitatis Proceres? Cur potius ad eorum ædes ſeu ad domum civicam, vel Senatum Eccleſiaſticum non ſe contulit? imò quâ authoritate illos corripit, atque Deum tentaſſe? Eſto tentaverint, erat nè mulieris illos primates de ſuâ & civium ſalute ſollicitos tã acriter corripere? an hujus mulieris viduę arbitriũ præferendum erat Senatus & Oziæ

VII.

Judith. 8. verſ. 9.
verſ. 10.
v. 11.
verſ. 12.
verſ. 13.

populi Pripcipis conſilio? Quomodò tam pacatè Senatores illi mœrore affecti privatæ mulieris correptionem excipiunt? quomodò illicò ejus monitis acquieſcunt, quomodò decretum Senatorum tam ſubitò emendant? Undè tanta verbis fœmineis energia? Ex optimâ vivendi ratione, ex auſteritate, quia inculpatè & irreprehenſibiliter ſe gerebat. Nam (inquit Sacer Textus eodem cap. 8. verſ. 5.) *Et in*

verſ. 5. *ſuperioris Domus ſua fecit ſibi ſecretum*

verſ. 6. *cubiculum, in quo cum puellis clauſa morabatur.* Verſ. 6. *Et habens ſuper lumbos ſuos cilicium jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter ſabbatha & Neomenias & feſta domus Iſrael.* Exaſperabat cilicio teneram carnem, membraque delicata ſacco operiebat, hóc eſt tantæ auctoritatis ac fiduciæ in corripiendo fundamentum. De eâ ſimili modo philoſophandum eſt, quo S. Maximus homiliâ 2. de Joanne

S. Maxim. Baptiſtâ loquitur. *Veſtimentum habens de pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, ut increpaturus* (increpaturus) *hominum mala nullam penitus haberet, vel in veſte vel in epulis voluptatem.* Ecce quomodò in cilicii amictu, in abſtinentiæ & jejunii incdiâ, in corporis maceratione aſſiduâ nacta eſt intrepidam corripiendi auctoritatem ac damnandi effœminatam Præſidis & Procerum mollitiem, liberandiq; Bethuliam ab obſidione hoſtili & gentili.

VIII. Sic S. Parens Elias terram Iſrael idololatriæ, intemperantiæ, luxuriæ aliarumque impietatum ſordibus fœdaram frugali menſa, amictuque invenuſto ac inculto purgavit, Regem Achabum & populum objurgavit, cælorumque claves comparavit, ut Lucæ cap. 4. verſ. 25. teſtatur Chriſtus. *In veritate dico vobis multæ viduæ*

Luc. 4 verſ. 25. *erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum annis tribus & men-*

S. Chryſoſtomus *ſibus ſex, &c.* S. Chryſoſtomus in catenâ. *In diebus Eliæ, quando clauſum eſt cælum ipſe quidem terreſtris Angelus, cæleſtis homo, qui nec tectum, nec menſam, nec amictum habebat, clavem cælorum gerit in linguâ.* Ideſt linguâ ſuâ, quaſi clave cælos claudit & aperit, hominum pectora ad impietatē ulteriuſ excogitandam claudit, ad gratiā Dei impetrandam & recipiendam diſponit. Ut Miſſionarius proſit, debet ipſe præire, & facere quod docet. Id innuere videtur S. Joannes Apoc. cap. 1. verſ. 10. *Audivi* (inquit) *poſt*

me vocem magnam tanquam tubæ, &c. Apoc. 1. verſ. 10.

Verſ. 12. *Et converſus ſum, ut viderem* verſ. 12.

vocem, quæ loquebatur mecum. Syriacus, *Et converti me ad videndum vocem illam:* Cur ait quod converſus eſt, ut videret vocem: cùm vox non videatur ſed audiatur? quid per tubam intelligit? Virum Apoſtolicum cujus vox & auditur & videtur. Auditur per verba, videtur per exempla, auditur Prælatus & Concionator, cùm id quod ore pronuntiat pater in opere. Ingenioſè Hugo Cardinalis. *Talis* Hugo

enim vox Prædicatoris debet eſſe qui vi- Cardin.

deatur, quando quod dicit ore oſtendit opere. Et tunc talis vox multùm eſt efficax, nec vacua revertitur. Econtra eſt inefficax & vacua revertitur dum Prædicator non præſtat quod perſuadet. Rectè Seneca epiſt. 109. *Nullos pejus mereri de omnibus mortalibus judico, quàm qui aliter vivunt, quàm vi-*

dendum eſſe præcipiunt, exempla enim Seneca.

inutilis diſciplinæ circumferunt. Non magis mihi prodeſt quiſquam talis præceptor quàm gubernator in tempeſtate nauſeabundus. Tenendum eſt rapiente fluctu gubernaculum, luctandum cum ipſo mari, eripienda ſunt vento tela. Quid me poteſt adjuvare rector navigii attonitus & vomitans? Non eſt loquendum ſed gubernandum. Idem lib. de vitâ beatâ cap. 7. ſcribit non admittendā excuſationem & jactantiam eorum, qui oppoſitum operantur ejus, quod docent.

Quantum Deus exoptet operum IX.

cum prædicatione conjunctionem Ierem. c.

innuit Textus Sacer, dum ait Deum 16 v. 13.

in manibus Prophetarum loqui. Jeremiæ cap. 16. verſ. 3. *Verbum quod locutus eſt Dominus ad Ieremiam Prophetā.* Septuaginta vertunt. *Quæ locutus Dominus in manu Ieremiæ.* Olympiodorus hunc loquendi modum ſic ad mentem noſtram expendit in Catenâ Græcâ apud Ghiſlerium. *Dicitur Deus in manu loqui Prophetarum: quia omnia quæcumq; facienda audiebant Prophetæ,*

faciebant

Digitized by Google

faciebant, manu enim operatio ſignificatur.

Agg. c. 1. verſ. 1. c. 2. v. 2. Zachar. c. 1. v. 7. Malach. c. 1. v. 1.

Sic Aggæi cap. 1. verſ. 1. dicitur. *Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ.* Idem cap. 2. verſ. 2. Zachariæ cap. 7. verſ. 7. *Nunquid non ſunt verba quæ locutus eſt Dominus in manu Prophetarum priorum.* Malachiæ cap. 1. verſ. 1. *Onus verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ.* Nunquid ad aures verba pertinent, quomodò in manibus facta dicuntur? dicendum potiùs videbatur Verbum quod factum eſt in ore Aggæi, &c. Seu verbum quod miſſum eſt per linguas Prophetarum. Verborum & ſermonum officia non eſt manus ſed lingua. Scio mutos manibus loqui, Prophetæ quibus Deum loquebantur non erant muti, ſed Præcones verbi Dei. Reſpondet Caſſianus collatione 11. cap. 4. Scripturam hâc formulâ loquendi uti, ut oſtendat virtutem à Concionatoribus prius exercendam, quàm

Caſſian

prædicandam.: alioqui *nunquam erit efficax inſtituentis auctoritas, niſi eam affectu operis ſui cordi affixerit audientis.*

X. Id innuere videtur Sapiens Cantic.

Cant. c. 4. verſ. 2.

4. verſ. 2. ubi ſponſus chariſſimam ſuam ita affatur. *Dentes tui ſicut greges tonſorum, quæ aſcenderunt de lavacro.* Id eſt Viri Apoſtolici ac Prædicatores doctrinæ fluentis ſe immerſerunt; at ſteriles nō fuerunt, quin potius ovium gregi ſimiles. *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* Aloyſius Novarinus lib. 1. Sacrorum Electorū ſect. 10. num. 695. *Tales Doctores ſunt qui dum in doctrina fluentis verſantur à ſpirituali bonorum operum partu ſteriles non ſunt, ſed quà bonò exemplo, quà doctrinâ fœcundi verba vertunt in opera.* Quibus hæc verba S. Auguſti-

S. Auguſt

nus ſubjungit in Pſalm. 3. *De his dentibus Eccleſiæ dicitur, dentes tui ſicut grex detonſarum aſcendentes de lavacro, quæ omnes geminos pariunt, & ſterilis non eſt in illis. Hi ſunt qui rectè præcipiunt, & quemadmodum præcipiunt, ita vivunt.* Cur ait oves illas fœcundas cùm detonſæ ſint? Quid velleris deciſio ſpectat ad fœtus gemellos? Significat ad ſpiritualem ſobolem edendam Viros Apoſtolicos prius incumbere debere mortificationi ac omnis luxus contemptui. Illi enim ſteriles ſunt, qui ſermone facundi ſunt, ſed opere infœcundi. Qui verba quæ à Deo acceperunt, & ad auditores dirigunt, ipſi prius opere cōplent. Dum in veſtium luxum invehuntur, ipſimet ab illo abſtinent. Quod olim Tertullianus lib. de cultu fœminarum cap. 6. mulieribus Chriſtianis dicebat, id potius ad Miſſionarios ſpectare videtur. *Ergò primò ut lenones & proſtitutores veſtitus & cultus nè in vos admiſeritis. Tum ſi quas, vel*

Tertull.

divitiarum ſuarum, vel natalium, vel retrò dignitatum ratio compellit, ita Pompatitas pregredi, temperare ſaltē ab hujuſmodi curate. Id eſt cavete nè ullam ad libidinē vel ſcandalum, ſcintillā ſeu illecebram ſubminiſtretis, ſed potiùs contendite ut ex aſpectu veſtium veſtrarum ad contemptum rerum mundanarum provocentur inſtar mulieris, cujus meminit S. Marcus cap. 5. verſ. 28. & 29. dum Chriſtus iret in domum Archiſynagogi, ut filiā propè deſperatam novus è cœlo medicus curaret, mulier, quæ à duodecim annis profluvio ſanguinis laborabat, omniaque ſua in medicos erogaverat, ſed abſque ullo infirmitatis levamento, *ſed magis deterius habebat. Cùm audiſſet de Ieſu, venit in*

Marc. 5. v. 28. verſ. 29. Matt. 9. verſ. 20.

turbā retrò, & tetigit veſtimenta ejus. Dicebat enim, quia ſi veſtimentum ejus tetigero, ſalva ero. Matthæi cap. 9. verſ. 20. *Tetigit fimbriam veſtimenti ejus, dicebat enim intra ſe, ſi tetigero veſtimentum ejus ſalva ero.* Optatus Milevitanus lib. 5. *Mittam manum & tangam fimbriam veſtimenti ejus, & ſana fiam.* Lucæ cap. 8. verſ. 44. *Acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis ejus.* Cur non faciem, manum, ſed veſtem, ſeu veſtis fimbriam ſeu oram tangere ad ſanitatem recuperandam optat? Cur de facto ad ejus contactum convaleſcit. Omiſſis variis reſponſionibus, dico ideò ſolius veſtis mentionem facere, quia Concionator ſuam ſanctimoniam non ore, non vultu, non geſtu in audientium mentibus producit, ſed etiam eam ſolo amictu exteriore perſuadet. *Amictus indicat qualis ſit morum no-*

ſtrorum conſtitutio. Inquit Clemens ſupra. Vir Apoſtolicus virtute prædıtus, hanc exteriori habitu manifeſtabit. *Odor* (inquit Sponſus Cantic.
Cant. 4. verſ. 11. cap. 4. verſ. 11.) *veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* Cur veſtes ſponſæ animadvertit Sponſus ſpargere odorem thuris, & non alterius aromatis? quia qui Dei obſequio, & animarum lucro mancipati ſunt odorem thuris, quod templo ac Divino cultui eſt côſecratum interioris mentis ſanctitatem etiam exteriori habitu diffundere debent. Pulchrè S. Gregorius Nyſſenus homil. 9. *Talis eſt odor veſtimentorum tuorum, ut ſit ſimilis thuri, quod Dei honori eſt dedicatum.* Quibus noſter Sylveira tomo 3. in Evangelia lib. 5. cap. 13. quæſt. 12. nu-
Sylveira. mer. 127. ingenioſè ſubnectit. *Qui enim templo, Dei obſequio, ac religioni ſe devinciunt, ea in uſu habeant indumenta, quæ non alium ſpirent odorem, niſi tantum thuris, ſcilicet Eccleſiæ ac Religionis.*

XI. Proh dolor! multi Eccleſiaſtici, Doctores & Sacerdotes induuntur veſtibus, quæ non ſpirant odorem cœleſtem & ſacrum, ſed terrenum ac prophanum, non Eccleſiæ Chriſti, ſed Synagogæ ſathanæ. Qui ſunt illi? Reſpondet S. Bernardus lib. 2. de conſideratione ad Papam Eugenium, Sacerdos, Doctor, &c. *qui quærit quæ ſua ſunt, ſe cupit honorari non miniſterium.* Seu (inquit idem ad Clerum
S. Bernardus. in Concilio Rhemenſi congregatum) *Miniſtri Chriſti ſunt, & ſerviunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt. Undè hic eſt eis, quem quotidie videmus meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus. Indè aurum in frænis, aurum in ſellis & calcaribus. Plus nitent calcaria, quàm altaria. Indè menſa ſplendida, & cibis & ſcyphis, indè commenſationes & ebrietates, indè cythara & lyra & tibia. redundantia torcularia & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud: indè dolia pigmentaria, indè referta marſupia.* Infra. *Intuere quomodo incedunt nitidi, & ornati, circumamicti varietate tanquam ſponſa procedens de thalamo ſuo. Nonnè ſi quempiam talium repentè eminus procedentem aſpexeris, ſponſam potius p*
bis, quàm ſponſæ cuſtodem? Unde
hanc illis exuberare æſtimes rerum
fluentiam? veſtium ſplendorem,
rum luxuriam, congeriem vaſorum
genteorum & aureorum, niſi de
ſponſæ? Inter hæc, quod illa pauper
inops, & nuda relinquitur, facie
randa, inculta, hiſpida, & exan
Propter hoc non eſt, hoc tempore or
ſponſam, ſed ſpoliare: non eſt cuſtod
ſed perdere: non eſt defendere, ſed
nere: non eſt inſtruere, ſed proſtit
Hæc ſunt verba, quæ mellifluus
ctor ex veritatis fonte deprom
non eſt veritus in publico Epiſc
rum & Sacerdotum conventu p
nunciare.

Ipſe S. Laurentius Juſtinianus Pr
ſul, Venetiarum Patriarcha, libr.
triumphali agone Chriſti cap.
non minus acriter ac nervosè pung
nonnullos Eccleſiaſticos & ſacricl
qui præcones, qui ſimili veſtium lu
deliciantur, aitque ab his Chriſtu
non honorari, ſed illudi. *In veſte*
tiæ illuditur Chriſtus, quoniam
præſunt in Eccleſia pretioſarum veſti *apparatu nitent, & tranſitoriis proſperitatibus delectantur. Nempè Domino teſte, qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Ubi oro mutato habitu illuſus eſt Chriſtus, nonne in domo regis Herodis & Pilati Præſidis. Iam attende Palatia Præſulum, ponunt ſigna ſua, ſericis apparatibus ornantur, pretioſis indumentis induuntur, famulorum vallantur multitudine. Et quod ſine mœrore dici non poteſt, domus, quæ egenorum eſſe receptacula debent, Imperatorum palatia judicantur.* Quanta ſœculorũ lues! hodie à domibus regum, à prophaniſsimis hominibus Viri Eccleſiaſtici, Divini verbi Præcones ſuis veſtibus illudunt & ſpernunt Chriſtum non amplius in domo Herodis, & Pilati, ſed in publicis vicis & compitis, ſed in propriis domibus, ſed in templis divino cultui conſecratis per aſſumptionem veſtis peregrinæ, veſtis hiſtrionicæ, veſtis meretriciæ. Nam (inquit S. Hieronymus ad Euſtochium.) *Omnis his cura de veſtibus ſi benè oleant, &c. tales cùm videris ſponſos magis æſtimato, quàm Clericos.*

Ejuſmodi Clerici non videntur minus bonis Eccleſiaſticis abuti, quàm Hæretici: quomodò verò non illudere Chriſto, ſed ipſum honorare debeant, declarat S. Bernardus lib. 2. de
S.Bernardus. conſideratione. *Honorificabitis autem non cultu veſtium, non equorum faſtu, non amplis ædificiis, ſed ornatis moribus.* Nihil in veſte ſit prophanum, nihil à regiis, nec à meretricibus acceptum oleat; omnia honeſta, omnia Eccleſiaſtica, & digna Dei miniſtro ornamenta ſint, eam pulchritudinem, eum decorem ambiant, quæ Sponſus in ſuâ ſponsâ laudat Cant. cap. 6. verſ. 3.
Cant. c. 6. verſ. 3. *Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Hieruſalem.* S. Petrus Damianus epiſt. 102. ita explicat. *Sicut Hieruſa-*
S. Petrus Damian. *lem, non ſicut Babylon, quàm vidit Ioannes ornatam purpurâ & cocco, & inauratam auro, & lapide pretioſo, & margaritis. Babylonem ſanè diabolus, Hieruſalem inhabitabat Chriſtus, ille luxuriantis amictus varietate, hic aſperis & humilibus.* His igitur Viri Apoſtolici veſtiantur, dicentes cum Apoſtolo 1. ad Timotheum cap 6. verſ. 8. *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſumus.*

CAPUT VIII.

Quam pœnam incurrunt Miſſionarii, præcipuè Religioſi, qui ex aliis Ordinibus accedentes ad Indias Orientales, cæteraſq; Infidelium regiones ut converſioni animarum incumbant, impediunt.

I. QUamvis in illis partibus infidelium Matthæi cap. 9. ver-
Matt. c. 9. v. 37. ſu 37. *Meſſis quidem multa operarii autem pauci.* Græca verſio, *Meſſis quidem copioſa.*
Sylveira. Noſter Sylveira tomo 3. lib. 5. cap. 18 expoſit. 2. num. 48. *Meſſis in præſenti denotat multitudinem populi jam præparatam ad recipiendam Evangelicam doctrinam.* Et quæſt. 8. num. 55. *Sub meſſis phraſi intelligitur populus præparatus ad ſuſcipiendum Evangelium. Illius enim Viri obſervatores per ipſum tanquam per falcem à terrenis cupiditatibus præſcinduntur, nè ampius in terra radices mittant ac habeant.* Meſſores vocantur operarii. *Quia* (inquit)
Cajetanus) *pauci ſunt, qui vitâ & doctrinâ ſtudent ſaluti animarum.* Vel qui Cajetan. etſi vitâ & doctrinâ ſtudeant animarum converſioni: tamen tam pauci ſunt, ut tot regiones nequeant peragrare, tot populos ad pabulum Verbi divini anhelos paſcere queant, attentâ hac uberrimâ Meſſe ac paucitate meſſorum ſuggerit Chriſtus verſu 38. *Rogate ergò Dominum meſſis, ut*
mittat operarios in meſſem ſuam. San- *verſ. 38.*
ctus Hieronymus lib. 2. in epiſt. ad Hieron. Galatas explicans illa verba, *Æmulantur vos non benè.* Subdit. *Precemur Dominum meſſis, ut mittat operarios ad metendum, qui ſpicas populi Chriſtiani, quæ ſtant in Eccleſia futuro tritico præparata metant, colligant, & in horrea comportantes nequaquam perire patiantur,* ſcilicet defectu Prædicationis & Sacramentorum.

At tantùm abeſt, ut quidam Miſ- II.
ſionarii ſubſidium à Domino meſſis, id eſt à Romano Pontifice poſtulent, quin potius accedentes, ut ipſis cooperentur, impedire contendunt, ſæpè cum populi ſcandalo, animarum jacturâ, ac ſtatus Eccleſiaſtici ac Religioſi contemptu & dedecore. Et tamen (inquit Cornelius in cap. 1. epiſt. *1. Corin.*
1. ad Corinth. ad illa verba verſ. 13. *1. v. 13.*
Numquid & in nomine Pauli baptiſati Cornel.
eſtis.) Hæc Regionum & Ordinum varietas ad majorem Eccleſiæ rum decorem, tum fortitudinem, tum unionem inducta eſt. Sic enim caſtra in ſuas legiones diſtributa, ſunt magis decora, fortia & unita. Si enim hac diſtributione carerent, magna in eis eſſet confuſio. Religioſi variorum ordinum uniti ſunt nõ tantùm ſub uno capite ſummo Pontifice in unâ Eccleſia: ſed etiam in eo, quod non in ſtatu laico, vel Eccleſiaſtico, ſed in Religione ſimul omnes. verſantur. Religiones enim in Eccleſia unam quaſi corporis legionem, eamque fortiſſimam conſtituunt. Sicut ergò unius corporis membra inter ſe unita ſunt, & ſicut unius legionis milites magis

Digitized by Google

homines poterant ad Sacerdotium, Pontificatum provehi? Minimè. Ibi erit homo, & nullus hominum. Erit homo quoad naturam, nullus homo erit quoad animalem modum vivendi, ſed erit Angelus quoad morum & vitæ integritatem. Rectè S. Cyrillus Alexandrinus in cap. 6. Levitici.
S. Cyrill. *Non eris homo, ſed tanquam Angelus Dei cùm ingredietur Pontifex intra velamen, ſive anus cum Domino ſpiritus fiat, ſivè per reſurrectionis gloriam in Angelorum ordinem tranſeat non erit homo.* Vocat Sacerdotem Angelum, quia cum Domino per charitatem & vitæ integritatem unus ſpiritus effici debet.

XIX. Propheta Malachias cap. 1. verſ. 17.
Malach. 1. v. 17. non incongruè ait. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirēt de ore ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Quaſi diceret, ratio propter quam labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, divinamque legem promulgant, eſt, quia Sacerdos Angelus Domini eſt. Quomodò Angelus Domini eſt? Optimè reſpondet S. Hieronymus.
Hieron. *Angelus ideſt nuncius Domini, Sacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei & hominum ſequeſter eſt, ejuſque ad populum nunciat voluntatem.* Fuſius Dionyſius.
Dionyſ. *Ad Sacerdotum officium pertinet congruo tempore doctrinam legis divinæ plebi proponere, & ſcientiam ſalutarem in aliis conſervare: ideò in pectore ſummi ſacerdotis fuerat rationale, in quo doctrina & veritas ponebatur, quia Sacerdos doctus eſſe debet, & præco veritatis divinæ, & legem requirens ſubditi & vulgares ex ore ejus. Vndè dicit Apoſtolus ad Titum oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, amplectentem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrina ſanâ, & eos, qui contradicant, arguere: quia nuncius Domini eſt. Quemadmodum enim divinus Dionyſius docet infimum ordinis inferioris & ſupremum ordinis ſuperioris magnam habent mutuò convenientiam & nomen unius transferunt ad aliud. Cùm enim in cœleſti Hierarchia ordo Angelorum ſit infimus, & in Eccleſiaſticâ Hierarchiâ ordo ſacerdotum ſit ſummus, Angeli & Sacerdotes in multis communicant. Ita ut Sacerdotes Angeli nuncupentur, quoniam inter populum & Deum mediando, & ea quæ Dei ſunt hominibus nunciando, atque ſpiritualem & Angelicam vitam in carne ducendo Angelicum exercent officium, idèò Apoc. cap. 1. Epiſcopi ſeptem Eccleſiarum in Angeli appellantur.* Quibus verbis innuit Sacerdotes, Eccleſiaſtes, Viros Apoſtolicos Angelos nominari: tum quia divina hominibus nunciant, Angelicumque officium exercent. tum quia vitam Angelicam agunt. Quod confirmat articulo ſequenti, ubi refert ſenſum myſticum. *His verbis deſcribit Deus qualis eſſe debeat Sacerdos, ſcilicet ut fideliter timeat Deum, & legem divinam ſemper habens in corde & ore, nullo maculetur mendacio, nec impietate turbetur aut dolo, ſed cum pace & juſtitia coram Altiſſimo vivens cæteros præſertim ſibi commiſſos ſemper totis viribus ab impietate avertere ſatagat.* Eodem ſenſu citatum oraculum explicat Aloyſius Aloyſius Novarin.
Novarinus lib. 2. Sacrorum Electorum cap. 22. num. 497. *Rectè Sacerdotes Angeli dicuntur ob vitæ puritatem ac caſtimoniam. Verè Angeli, ſi Angelicè vivant. Nam ſi (quod abſit) luxuriæ ſe mancipent & libidinibus proſtituant, dæmones evadunt. Vndè Vgo Carenſis poteſt (inquit) dici quod Sacerdos vertens ſe ad luxuriam eſt diabolus incubus.* Quibus idem Novarinus ſubdit. *Totus ad hæc verba inhorreat, qui in hujuſmodi ſcelus delapſus eſt, & ad caſtitatis vexillum redeat.* Idem Ugo Carenſis notat Apoſtolum 1. Corinth. cap. 11. verſ. 10. præcepiſſe fœminis ut prop- 1. Corin. 11. v. 10
ter Angelos caput velent in Eccleſiâ. Propter quos Angelos? Reſpondet. *Propter Sacerdotes, nè in ejus faciem inſpicientes invitentur ad libidinem.* Idem cenſent S. Ambroſius, S. Anſelmus, S. Thomas.

Hoc ſenſu S. Parens Elias Angelus XX.
nuncupatur. Audi doctiſſimũ Cammartum lib. de geſtis Eliæ cap. 12. Cāmart.
Non eſt prætereundum nomen Angeli non ſemper accipi pro eo, qui naturæ ſpiritualis eſt, ſed pro eo qui officium aliquod Angelicum exercet. Non eſt novum Spiritui ſancto, ait Tertullianus adverſus Iudæos cap. 9. appellare eos, quos miniſtros ſuæ virtutis Deus præfecit. Quo

ſenſu

ſenſu Gregorius in Evangelia monet Angelum non naturæ ſed officii nomen eſſe. Si ergò quæritur an Elias ſit Angelus officio? affirmativè reſpondemus. Propheta enim, & quicumque veræ pietatis alumni Angelorum nomine cenſentur in ſcripturis, ob eorum maximam cum Deo familiaritatem. In terrâ quidem ait Clemens Alexandrinus lib. 7. Strom. Initio res eſt præſtantiſsima, qui eſt maximâ in Deum pietate. In cælo autem res eſt præſtantiſsima Angelus, qui loco propius & jam purius eſt æternæ & beatæ vitæ particeps.

Tertull. Et intra ex Tertulliano libr. adverſus Judæos cap. 9. *Sicut & Præcurſorem Chriſti Ioannem Angelum nuncupat ſpiritus dicens, ex perſonâ Patris Malachiæ cap. 3. verſ. 1. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Nec novum eſt Spiritui ſancto Angelos appellare eos, quos miniſtros ſuæ virtutis Deus præfecit.* Idem Cammartus Infra.

Câmart. *Quid quod etiam Ioannes Baptiſta Chriſti Domini voce Angelus dicitur. Quod ſi Præcurſor Domini, qui in Eliæ ſpiritu & virtute venturus erat Angelus meritò dictus eſt, qui fieri poterit, ut ipſum nomen Eliæ denegemus. Erit igitur Angelus officio & dignitate. Vel quia illi ſæpenumero apparuit, magnâ cum eo familiaritate uſus, ipſumque vitæ ſimilitudine referens, &c.* Scilicet puritate vitæ & morum. Paulò poſt. *Vel certè, quia nihil Elias proferebat, quin Angelico miniſterio firmaretur, ut ex hiſtoriâ illius conſtat. Iſidorus de ortu & interitu Prophetarum auctor eſt Malachiam Prophetam dictum fuiſſe Angelum, quia quæcumque prædicabat confeſtim Angelo de cælo adveniente firmabantur. Idipſum Eliæ contigiſſe non eſt dubitandum.* Ex quibus manifeſtè ſequitur eum qui Angelorum munus debitè & fructuosè vult exercere, eius vitam & mores ſectari & exercere debet, hujus defectu nunquam debitum & fructuoſum præconis officium exercebit.

XXI. Id ni fallor intendiſſe videtur Apoſtolus ad Galat. cap. 1. verſ. 8. *Sed*

Galat. 1. verſ. 8. *licet nos aut Angelus de cælo evangeliſet vobis præter quam quod evangeliſavimus vobis, anathema ſit.* Cur addit Angelus de cœlo? Suntnè aliqui Angeli de terrâ evangeliſantes? ita. Quinam ſunt? Prædicatores, qui Angeli dicuntur, non naturâ, ſed dignitate officii, ſed vitæ & morum probitate. S. Chryſoſtomus ibi. *Non temerè dixit Angelus de cælo: nam ſanè dixit de cælo quoniam ſacerdotes quoque dicti ſunt Angeli, nè quis exiſtimaret de his Angelis verba fieri, additâ particulâ de cælo, ſuper nos virtute indicavit.* S. Chryſoſtomus Ideſt, indicavit eſſe alias in terrâ virtutes Angelicas, & alias in cœlo. Cum igitur virtutes Angelicę, quæ ſunt in terrâ in dignitate officii miſſionis, legationis & nunciaturæ ſint æquales ſpiritibus cœleſtibus, etiam in moribus debent illis aſſimilari, ita ut ad Eccleſiaſticos, Prælatos, Miſſionarios dicendum ſit cum Iſaiâ cap. 58. verſ. 1. *Clama nè ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* *Iſaiæ 58. verſ. 1.* Cur potiùs præcipit tubâ canere, quàm altero inſtrumento? Reſpondet Sanchez & alii, quod inter omnia inſtrumenta muſicæ nullum minus aduletur quàm tuba, quâ utuntur milites in caſtris. Nam non ſuſpendit animum ut lyra, non delectat ut cythara, non detinet ut organum, non ſenſus abripit, nec ad plauſum & voluptatem modulatur ut alia inſtrumenta, ſed ut claſſicum vocat ad arma & accendit, terrorem cauſat, & animum confirmat. Sic vox Viri Apoſtolici debet eſſe inſtar tubæ, debet potiùs excitare dormientem, quam excitare expergefactum, quàm ad ſomnum provocare, ideſt peccatorem gravi ſomno & ſopore peccatorum correptum evigilare, & ad cilicia, flagella, aliaque pœnitentiæ opera, quibus cœlum expugnatur, & hoſtilia vitia proculcantur, quàm adulatoria inſtrumenta ſumere juxta illud Joelis cap. 2. verſ. 1. *Canite tuba in Sion, ululate in monte ſancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit dies Domini.* *Ioel. c. 2. verſ. 1.* Et verſ. 15. *Canite tuba in Sion, ſanctificate jejunium, vocate cœtum.* Sed hanc metaphoram magis premit Viegas in cap. 1. Apocal. ſect. 23. animadvertens, quod *tuba non ſolùm ori imponitur, ſed etiam manibus tenetur. Ita etiam Concionator*

cionator debet Evangelium quod in ore habet, manu, id eſt operatione fulcire, quo ſenſu intelligendum eſt illud Iſaiæ: Quaſi tuba exalta vocem tuam. Quare meritò Petrus Cellenſis ſermone 45. in Synodo, Sacerdotes & verbi divini præcones his verbis affatur. *Quantâ dignitate, ordine & officio aliis ſumus altiores, tantâ in conſpectu Dei ſumus deſpectiores, ſi dignitati indigna converſatio contradicit, ſi ordini inordinata vita obloquitur, ſi officii noſtri munditiam vitæ incontinentiâ impugnat.* Vel ejuſmodi Præconibus applicare licet illud Poetæ.

Ingens magnetis ſit vis licet, haud tamen ille
Omnia, ſed ferri pondera ſola trahit
Vi quadam occulta ferrum grave tollit in altum,
Cùm tamē haud ullâ ſuſtineatur ope.
Æthereâ ſic non quiſquis demiſit in auram
Verba Dei, fructū protinus indè capit.
Sed probus ac pietate gravis, qui robore nixus
Infertus nullo tendit ad aſtra levis.

CAPUT VII.

Viri Apoſtolici ſeu Miſſionarii veſtis ſit ſimplex, &c.

I. Lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 7. Rex Ochozias interrogās nuncios ſuos reverſos inconſulto
l.4 Reg c.1. v.7. idolo Belzebuth ait. *Cujus habitus eſt vir ille qui occurrit vobis?* Verſ. 8. *At*
verſ. 8. *illi dixerunt vir piloſus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus. Qui ait Elias Theſbites eſt.* Cur ex inculto iſto externo corporis habitu, capite intonſo, barbâ & cæsarie prolixâ, melote, ſeu pelle ovinâ vel caprinâ, zonâ pelliceâ ſeu corio non apparato, ſed adhuc piloſo, uno verbo, ex iſtâ exteriori figurâ Rex Ochozias concluſit, Elias Theſbites eſt? quia (S. Ambroſius lib. de Eliâ cap. 10.) *Plerumque in turbatiore inceſſu proditur motus a-*
S. Ambr. *nimorum, vultus intentior quidam cogitationis ſuæ arbiter, & tacitus mentis interpres.* Infra. *Index facies plerumque conſcientiæ, & quidam tacitus ſermo mentis.* Idem ferè habet toto cap. 18. lib. 1. offic. aliqua dumtaxat ejus verba in medium proferam. *Speculum mentis plerumque in verbis refulget.* Infra. *Et in ipſo nutu, motu, geſtu, inceſſu tenenda verecundia: habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur. Hinc homo cordis noſtri abſconditus, aut levior aut jactantior, aut turbidior, aut contra gravior, & conſtantior, & purior, & interior æſtimatur. Itaque vox quædam eſt animi corporis motus.* Sanctus Bernardus lib. de modo benè vivendi fusè oſtendit, quantum exterior corporis figura, geſtus, inceſſus, S. Bernardus.
ſermo interiorem animi ſtatum exprimat. Proindè concludit. *Soror in Chriſto amabilis profeſſionem tuam habitu & inceſſu demonſtra, ſit in ingreſſu tuo ſimplicitas, ſit in inceſſu honeſtas, nihil dedecoris, nihil laſcivia, nihil petulantia, nihil inſolentia, nihil levitatis in inceſſu tuo appareat, geſtus corporis ſignum eſt mentis, corporis geſtu animus proditur.* Specialiter quod amictus morum noſtrorum conſtitutionem indicet teſtatur Clemens lib. 1. cap. 15. Politico Chriſti. *Amictus indicat qualis ſit morum noſtrorum conſtitutio.*
Mentis laſciviam cultior amictus denunciat, frugalis verò animi mores Clemens
optimè compoſitos ſignificat. Omitto præclaras auctoritates S. Gregorii Nazianzeni de Juliano, S. Auguſtini tomo 1. in regulis ad ſervos Dei Bedæ in proverbiis, Ariſtotelis in Phyſiognomiâ cap. 6. 9. & 10. Ciceronis lib. 3. de Oratore.

Cùm Rex Ochozias audivit Eliam II.
à communi hominum victu, veſtitu, &c. alienum eſſe judicavit non eſſe hominem peccatorem ſed probum, non ſervum & mancipium ſed dominum, nō plebeium ſed omnipotentē, non peccatorum tenebris obvolutum ſed quaſi ſtellam matutinam in medio nebulæ, & quaſi lunam plenam in diebus ſuis lucentem, & quaſi refulgentem in Synagogâ ſeu templo Dei. Hoc Apoſtolus præclarè explicat ad Hebræos cap. 11. verſ. 37. *Circuie-* Heb. 11.
runt in melotis, in pellibus caprinis, verſ. 37.
egentes, anguſtiati, afflicti. Ideſt anguſtiâ & mœrore oppreſſi ratione perſecutionis. Quem locū D. Thomas

Digitized by Google

& alii dicunt eſſe intelligendum de
Eliâ. Qualis verò ſit Elias conſtitutus
in tali ſtatu, figurâ & amictu corporis
ſubjungit Apoſtolus verſ. 38. *Quibus*
verſ. 38. *dignus non erat mundus.* Gagnæus.
Mundo, mundaniſque omnibus longè
ſuperiores erant. Theophilactus. *Si*
univerſam mundi ſtructuram cum ho-
minibus, qui in eo ſunt opponas hiſcè,
non invenies tamen quid illis dignitate
reſpondeat. Clarius Haymo. *Mundi*
nomine poſſunt accipi omnia, quæ conti-
nentur in cælo & in terra, aurum, vi-
delicet, argentum, gemma, atque omnia
pretioſa, & ipſi inſuper reprobi amore
rerum mundanarum decepti, iſtis ergò
Sanctis non erat dignus mundus, hoc eſt
ſi totus redigeretur ſub pretio, non pote-
rat uni illorum rectè comparari, neque
etiam ſi omnia illa in pretium dari po-
tuiſſent, talem aliquem virum emere po-
terant. Cur igitur noſter Theſbites
mundo & omnibus mundanis longè
ſuperior exiſtat, & nihil ſit in hoc
mundi univerſi ambitu contentum,
quod ejus dignitatem adæquet, nihil
(inquam) in cœlo & in terrâ ſit, quod
poſſit ei in valore, pretio & æſtima-
tione comparari, vel quo poſſit emi.
Non mirùm eſt ſi Scriptura ei impo-
nat nomen *Elias*, id eſt *Deus Domini*,
vel *Deus meus Dominus*, vel *potens eſt*
Deus ipſe, vel *fortis Dominus*, vel *Sol.*
Qemadmodum enim creatura reſpe-
ctu Dej nihil, vel parum eſt. Undè
Job. cap. 4. verſ. 17. *Nunquid homo*
Iob. c. 4. *Dei comparatione juſtificabitur.* Et cap.
verſ. 16. 25. verſ. 4. *Nunquid juſtificari poteſt*
poteſt homo, aut apparere mundus natus
Cap. 25. *de muliere.* Et cap. 22. verſ. 2 *Nunquid*
verſ. 4. *cõparari poteſt homo, etiam cum perfecta*
fuerit ſcientia. Iſaiæ c. 64. v. 6. *Quaſi*
pannus menſtruata univerſa juſtitia no-
ſtra. Et S. Auguſtinus lib. ad Oroſiũ
cap. 6. *Cujus participatione juſti ſunt*
ejus comparatione nec juſti ſunt. Iſaiæ
cap. 40. verſ. 15. *Ecce gentes quaſi ſtil-*
la fiſtulæ, & quaſi momentum ſtateræ.
Ecce inſulæ quaſi pulvis exiguus, & li-
banus non ſuffiecet ad ſuccendendum, &
animalia non ſufficient ad holocauſtũ,
omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt
coram eo, & quaſi nihilum & inane re-
putata ſunt ei. Forerius. *Pluſquam ni-*
hilum reputata ſunt. Cornelius ſubdit

Si nihilũ cum ente quolibet creato confe- Cornel.
ras, minus illud ab eo diſtat, cùm utrumq;
ſit finitum (finiti autem à finito diſtantia
ſit finita) quam diſtat ens quodlibet: imò
totus mundus à Deo, hujus enim infinita
eſt diſtantia. Deus enim in infinitum om-
nia entia creata tranſcendit, ac proindè
ab iis non tantùm negativè, ſed & poſi-
tivè diſtat in infinitum, cùm ens à nihilo
poſitivam diſtantiam habeat finitam. Si-
cut enim ens eſt finitum, ſic etiam ejus
oppoſitum puta non ens ſivè nihil fini-
tum eſt. Eſt enim negatio, vel privatio
entis finiti. Nihil ergò per ſe, & quaſi
poſitivè eſt finitum: quia minus habet
eſſe quam ens. Nullum enim habet eſſe,
eſtq; nihil prorſus, negativè tamen nihil
eſt aliquo modo infinitum, quia negat
omne ens, omneſq; res etiamſi illæ eſſent
infinita: negat ergò infinita quæ ſunt,
vel eſſe poſſunt. ſed poſitivè eſt finitum,
ac finitè tantùm diſtat ab ente creato &
finito. Sin autem nihilum coram Deo cõ-
feras, nil à Deo magis diſtare poteſt,
quàm nihilum. Cum igitur creaturæ
reſpectu Dei ſint quaſi nihilum, &
Deus illis omnibus ſuperior exiſtat;
nulloque modo illis adęquari & com-
parari queat. Sequitur Eliam (qui *Deus*
ipſe, &c. dicitur) ſuperioritate, dig-
nitate, valore, pretio eſſe ſuperiorem
tòto mundo, quamvis ſit hirſutá veſtè
amictus.

Non abſque myſterio S. Joannes III.
Apocal. cap. 11. verſ. 3. diſſerens de
ejus cum Enoch miſſione ſecundâ *Apoc. 1.*
mentionem facit veſtis ejus. *Amicti* *verſ. 13.*
ſaccis. Arabicus. *Induentur ciliciis.* Ideò
(inquit noſter Sylveira ibi quæſt. 13,
num. 97) *Elias habitu pænitentia ute-*
batur, cùm Achabum ac populum ex-
hortaretur, ad illam Enoch ut dicitur
Eccleſiaſtici cap. 44. tranſlatus eſt in pa-
radiſum, ut det gentibus pænitentiam.
Meritò ergò ſaccis induuntur. Nam Cõ-
cionator verba ſalutis annuncians &
pænitentiam perſuadens non ſolùm ſer-
mone ſed etiam opere, quod prædicat ex-
hibeat. Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 3.
Verba vita non ſolùm vocibus, ſed etiam
moribus nunciemus, abſit quod lingua
operibus contradicat D. *Hieronymus*
epiſt. 2. ad Nepotianum. Delicatus ma-
giſter ait, qui pleno ventre de jejuniis
diſputat, accuſare avaritiam & latro

poteſt. Sacerdotis Chriſti mens manuſq; concordent, ſalutariſq; concionatorum oratio, ſi cùm pænitentiam aliis ſuadent ipſi ſaccis induantur. Quod Eliſeus etiã pellicea ac inculto veſtimento uteretur patet lib. 4. Regum cap 2. verſ. 13. *Levavit pallium Eliæ.* Dionyſius. *Vt illo pallio veſtiretur.* Quibus iterùm ſubjicit Sylveira. *Hac enim lege vixit Senatus Propheticus, ut monitis pænitentiæ vim adderet habitu pænitentis.* Cui arridet S. Hieronymus in cap. 13. Zachariæ num. 4. *Hic erat Prophetarum habitus, ut quando populum ad pænitentiam provocabant cilicio induerentur.*

IV. Math. cap. 3. v. 4. audio Joannem in deſerto populum ad pœnitentiam exhortari, & altè buccinare, dicens. *Pænitentiam agite appropinquavit regnum cælorum, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.* Undè Joannes tantâ in cõcionando auctoritate pollet? reſpondet Sacer Textus. *Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, eſca autem ejus erat locuſtæ & mel ſylveſtre. Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, &c.* S. Chryſoſtomus notat hunc Chriſti præcurſorem habuiſſe veſtimentum, non de lanâ levi, vel ſerico ſumptuoſo, ſed rude & aſperum, ut auſteræ vitæ indicium: quia Dei ſervis & maximè legis Evangelicæ præconibus non convenit veſtis ad carnis delectationem, ſed ad tegendam nuditatem, ut ad pœnitentiam tam opere quàm verbo hortaretur. *Poſtquam* (inquit Os Aureum homil. 3. in imperfecto.) S Chryſoſtomus *oſtendit Ioannes, quia ipſe eſt vox clamantis in deſerto, prudenter ipſe Evangeliſta ſubjunxit; ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum, &c. In quo oſtenditur quæ ſit vita ipſius. Nam ipſe quidem teſtificabatur de Chriſto, vita autem ejus de ipſo. Nemo enim poteſt eſſe teſtis alterius idoneus, niſi fuerit ſuus.* Veſtis piloſa, ſeu cilicium Joanni auctoritatem conciliabat, ſicut Joannes ſuo teſtimonio auctoritatem Chriſti propugnabat, & animas peccatorum in viam veritatis exemplo ſuo inducebat. S. Remig S Remigius. *Sub hoc autem habitu veſtimentorum, & vilitate ciborum oſtendit ſe peccata totius generis humani deflere.* Seu (ut Rabanus Maurus in citatum locum Matthæi.) *Poteſt & habitus & victus Ioannis qualitatem internæ converſationis exprimere: Nam auſterioribus utebatur indumentis, quia vitam peccantium increpavit.* Quaſi diceret; Joannes auſterum vitę modũ init non tantùm in victu, ſed etiam in veſtitu, ut illo armatus laxiorem vivendi licentiam debellaret. Et ſanctus Chryſoſtomus ſupra. S. Chryſoſtomus *Habebat Ioannes veſtem non mollem neque delicatam, ſed cilicinam, gravem, & aſperam, & conterentem corpus, potiùs quàm foventem, ut de virtute animæ ejus ipſe habitus corporis loqueretur.* Quaſi diceret, victus frugalitas vocalis eſt, veſtitus aſperitas loquax eſt, ac ejus excellentiam ſupra dignitatem regiam: imò ſupra id omne quod in mundo eſt, prædicat.

V. S. Baſilius Seleucius ſermone de Joanne Baptiſtâ, qui ſpiritu & virtute Eliæ erat egregiè confirmat, dum in perſonâ Regis Herodis ſaltatricem puellam, ſic affatur. Baſilius Seleuc. *Ego dimidiatum regnum pollicebar, tu ergo caput Ioannis toto regno meo longè pretioſius, quodq; ſceptris meis clarius emicat, ac dignitate meâ longè eſt excellentius.* Ecce quanti æſtimetur ab homine impudico, impio, perdito. Caput Joannis exangue pluris æſtimatur ab Herode quàm totum ſuum regnum, cenſetur clarius ſceptris ejus, excellentius ejus regiâ dignitate. Quanti fieret illud caput ſi foret animatum, ſi ex ore ejus, ſi ex linguâ ejus diſerta audirentur hortamenta ad pœnitentiam & compunctionem inducentia, ſi ejus manus digito agnum Dei demonſtrans inſpiceretur, ſi pedes nudi ſpinis tranſverberati mundi divitias proculcantes viderentur. Si dorſum contemnens purpuram obtutibus objiceretur, ſi denique totum corpus ſolis æſtu aduſtum, camelorum exuviis tectum, more ferarum herbis agreſtibus nutritum adhuc in ſolitudine deliteſcens inviſeretur. Certè non ſuo diademate, non toto regno excellentiorem Joannem Herodes proclamaret, ſed toto mundo. Non aſſereret eum humanam vel Angelicã

ſed

ſed planè divinam agere vitam. Non Joannem, ſed Eliam, ſed Deum fortem eſſe fateretur. Cùm olim Eliam nudum, vel animalium exuviis amictum, abſtemium, inter tot carnis illecebras caſtiſſimum, humanis paſſionibus imperantem, carnem ſpiritui ſubjicientem, in cœlis converſantem, divinâ charitate ſuccenſum, Baalitarum fana deſtruere, eorum ſacrificos gladio delere, Dei veri altària reparare homines viderent, non hominis, ſed Dei nomen promereri exiſtimarunt, cùm verò Deus eſſet, nòn naturâ, ſed gratiâ, ſed zelo. Cum inter tot hujus vitæ difficultates impaſſibilis, inter tot mortis diſcrimina immortalis, inter tot carnis illecebras caſtiſſimus perſiſteret, cùm non tantùm ſibi & diſcipulis, non tantùm populo Judaico, ſed ipſis quoque regibus, elementis, cæleſtibus orbibus dominaretur.

VI. Idem de Joanne Baptiſtâ Chriſti Præcurſore licet philoſophari. Sanctus Chryſoſtomus homil. 2. in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ oſtendit quod partus Elizabeth ſit opus naturæ, ſed generatio ſit opus ſupra naturam. *Quandoquidem* (inquit) *peperit ut mulier, ſed ſupervenit gratia ſancti Spiritus, & genuit ſupra naturam. Erat enim miraculum, quod fiebat à Ioanne, & non tantùm habebat paterni generis, quantùm Dei verbi.* Sic cujuſlibet Viri Apoſtolici verba humana quidem ſunt quoad ſubſtantiam, ſed Divina quoad modum: nam nuditas ſeu veſtis aſpera, mortificationes carnis, contemptus mundi, corporis neglectùs, receſſus in ſolitudinem, ab homine quidem procedunt, ſed à Deo moventur: ita ut cum S. Auguſtino illis effari liceat. *Illo feror quocumque feror.* Vel cum Lucano lib. 2.

S. Chryſoſtomus

Iuppiter eſt quodcumque vides, quocumque moveris.

Item. *Iovis omnia plena*

Vel cum Virgilio lib. 6. Æneidos.

Spiritus intus alit, totumque diffuſa per artus
Mens agitat molē, & magno ſe corpore (miſcet.

Item.

Igneus eſt illis vigor & cæleſtis origo.

Vel cum Ovidio lib. 1. Metam.

Hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum.

Vel denique cum Manlio lib. 4.

In dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtro.

Aratus Poeta olim dixit, quod anima noſtra ſit *divina particula auræ.* Id verius de Eliâ, de Joanne Baptiſtâ, viriſque Apoſtolicis ab omni rerum temporalium affectu defœcatis effari poſſumus: in iis enim divinitatis characteres impreſſi reperiuntur. Hinc fit ut ille Achabum, Jezabelem, & populum tam liberè & audacter redarguat: hic Herodem, illi infidelitatis & peccatorum vinculis illaqueatos.

VII. Non tantùm Viris Apoſtolicis, ſed etiam nonnullis Heroinis hanc corripiendi libertatem inditam fuiſſe Sacer Textus teſtatur. Cùm Bethulia gravi obſidione premeretur, ac aquę penuriâ cives areſcerent, nec potentiſſimo Holofernis exercitui reſiſtere valerent, Miſera plebs de deditione agere cœpit cum Ozia Principe militiæ, qui re ferè deſperatâ, tandem populari petitioni acquievit, cap. 8. verſ. 9. Judith. *Hæc cùm audiviſſet, quoniam Ozias promiſiſſet, quod tranſacto quinto die traderet civitatem, miſit ad Præsbyteros Habri & Charmi.* Verſ. 10. *Et venerunt ad illam, & dixit illis, quid eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, ut tradat Civitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vobis adjutorium.* Verſ. 11. *Et qui eſtis vos qui tentatis Dominum?* Verſ. 12. *Non eſt iſte qui miſericordiam provocet, ſed qui potius iram excitet & furorem accendat.* Verſ. 13. *Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diē conſtituiſtis ei, &c.* Quęrunt Interpretes, an Judith ſe prudenter geſſerit advocando in domum ſuam Præsbyteros, alioſque civitatis Proceres? Cur potius ad eorum ædes ſeu ad domum civicam, vel Senatum Eccleſiaſticum non ſe contulit? imò quâ authoritate illos corripit, aitque Deum tentaſſe? Eſto tentaverint, erat nè mulieris illos primates de ſuâ & civium ſalute ſollicitos tā acriter corripere? an hujus mulieris viduę arbitriū præferendum erat Senatus & Oziæ

Judith. 8. verſ. 9.

verſ. 10.

v. 11.

verſ. 12.

verſ. 13.

populi Principis conſilio? Quomodò tam pacatè Senatores illi mœrore affecti privatæ mulieris correptionem excipiunt? quomodò illicò ejus monitis acquieſcunt, quomodò decretum Senatorum tam ſubitò emendant? Undè tanta verbis fœmineis energia? Ex optimâ vivendi ratione, ex auſteritate, quia inculpatè & irreprehenſibiliter ſe gerebat. Nam (inquit Sacer Textus eodem cap. 8. verſ. 5.) *Et in* verſ. 5. *ſuperioris Domus ſuæ fecit ſibi ſecretum* verſ. 6. *cubiculum, in quo cum puellis clauſa morabatur.* Verſ. 6. *Et habens ſuper lumbos ſuos cilicium jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter ſabbatha & Neomenias & feſta domus Iſrael.* Exaſperabat cilicio teneram carnem, membraque delicata ſacco operiebat, hoc eſt tantæ auctoritatis ac fiduciæ in corripiendo fundamentum. De eâ ſimili modo philoſophandum eſt, quo S. Maximus homiliâ 2. de Joanne S. Maxim. Baptiſtâ loquitur. *Veſtimentum habens de pilis cameli, & Zonam pelliceam circa lumbos ſuos, ut increpaturus (increpaturus) hominum mala nullum penitùs haberet, vel in veſte vel in epulis voluptatem.* Ecce quomodò in cilicii amictu, in abſtinentiæ & jejunii inediâ, in corporis maceratione aſſiduâ nacta eſt intrepidam corripiendi auctoritatem ac damnandi effœminatam Præſidis & Procerum mollitiem, liberandiq; Bethuliam ab obſidione hoſtili & gentili.

VIII. Sic S. Pater Elias terram Iſrael idololatriæ, intemperantiæ, luxuriæ aliarumque impietatum ſordibus fœdatam frugali menſa, amictuque invenuſto ac inculto purgavit, Regem Achabum & populum objurgavit, cælorumque claves comparavit, ut Lucæ cap. 4. verſ. 25. teſtatur Chriſtus. *In veritate dico vobis multæ viduæ* Luc. 4 verſ. 25. *erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum annis tribus & menſibus ſex, &c.* S. Chry- ſoſtomus. S. Chryſoſtomus in catenâ. *In diebus Eliæ, quando clauſum eſt cælum ipſe quidem terreſtris Angelus, cæleſtis homo, qui nec tectum, nec menſam, nec amictum habebat, clavem cælorum gerit in linguâ.* Ideſt linguâ ſuâ, quaſi clave cælos claudit & aperit, hominum pectora ad impietatẽ ulterius excogitandam claudit, ad gratiã Dei impetrandam & recipiendam diſponit. Ut Miſſionarius proſit, debet ipſe præire, & facere quod docet. Id innuere videtur S. Joannes Apoc. cap. 1. verſ. 10. *Audivi* (inquit) *poſt me vocem magnam tanquam tubæ, &c.* Apoc. 1. Verſ. 12. *Et converſus ſum, ut viderem* verſ. 10. *vocem, quæ loquebatur mecum.* Syriacus, verſ. 12. *Et converti me ad videndum vocem illam.* Cur ait quod converſus eſt, ut videret vocem: cùm vox non videatur ſed audiatur? quid per tubam intelligit? Virum Apoſtolicum cujus vox & auditur & videtur. Auditur per verba, videtur per exempla, auditur Prælatus & Concionator, cùm id quod ore pronuntiat patet in opere. Ingenioſè Hugo Cardinalis. *Talis* Hugo Cardin. *enim vox Prædicatoris debet eſſe qui videatur, quando quod dicit ore oſtendit opere. Et tunc talis vox multùm eſt efficax, nec vacua revertitur.* Econtra eſt inefficax & vacua revertitur dum Prædicator non præſtat quod perſuadet. Rectè Seneca epiſt. 109. *Nullos pejus mereri de omnibus mortalibus judico, quàm qui aliter vivunt, quàm vivendum eſſe præcipiunt; exempla enim* Seneca. *inutilis diſciplinæ circumferunt. Non magis mihi prodeſt quiſquam talis præceptor quàm gubernator in tempeſtate nauſeabundus. Tenendum eſt rapiente fluctu gubernaculum, luctandum cum ipſo mari, eripienda ſunt vento vela. Quid me poteſt adjuvare rector navigii attonitus & vomitans? Non eſt loquendum ſed gubernandum.* Idem lib. de vitâ beatâ cap. 7. ſcribit non admittendã excuſationem & jactantiam eorum, qui oppoſitum operantur ejus, quod docent.

Quantum Deus exoptet operum IX. cum prædicatione conjunctionem Ierem. c. innuit Textus Sacer, dum ait Deum 16. v. 13. in manibus Prophetarum loqui. Jeremiæ cap. 16. verſ. 3. *Verbum quod locutus eſt Dominus ad Ieremiam Prophetã.* Septuaginta vertunt. *Quæ locutus Dominus in manu Ieremiæ.* Olympiodorus hunc loquendi modum ſic ad mentem noſtram expendit in Catenâ Græcâ apud Ghiſlerium. *Dicitur Deus in manu loqui Prophetarum: quia omnia quæcumq; facienda audiebant Prophetæ,*

faciebant

faciebant, manu enim operatio ſignifi-
Agg c. 1. verſ. 1. *catur*. Sic Aggæi cap. 1. verſ. 1. dici-
tur. *Factum eſt verbum Domini in ma-*
c. 2. v. 2. *nu Aggæi Prophetæ*, Idem cap. 2. verſ. 2.
Zachar. c. 1. v. 7. Zachariæ cap. 7. verſ. 7. *Nunquid non*
Malach. *ſunt verba quæ locutus eſt Dominus in*
c. 1. v. 1. *manu Prophetarum priorum*. Malachiæ
cap. 1. verſ. 1. *Onus verbi Domini ad*
Iſrael in manu Malachiæ. Nunquid ad
aures verba pertinent, quomodò in
manibus facta dicuntur? dicendum
potiùs videbatur Verbum quod fa-
ctum eſt in ore Aggæi, &c. Seu ver-
bum quod miſſum eſt per linguas
Prophetarum. Verborum & ſermo-
num officia non eſt manus ſed lingua.
Scio muros manibus loqui, Prophetæ
quibus Deum loquebantur non erant
muti, ſed Præcones verbi Dei. Reſ-
pondet Caſſianus collatione 11. cap.
4. Scripturam hâc formulâ loquendi
uti, ut oſtendat virtutem à Concio-
natoribus prius exercendam, quàm
Caſſian prædicandam: alioqui *nunquam erit*
efficax inſtituentis auctoritas, niſi eam
affectu operis ſui cordi affixerit au-
dientis.

X. Id innuere videtur Sapiens Cantic.
Cant. c. 4. 4. verſ. 2. ubi ſponſus chariſſimam
verſ. 2. ſuam ita affatur. *Dentes tui ſicut greges*
tonſorum, quæ aſcenderunt de lavacro.
Ideſt Viri Apoſtolici ac Prædicatores
doctrinæ fluentis ſe immerſerunt; at
ſteriles nō fuerunt, quin potius ovium
gregi ſimiles. *Omnes gemellis fœtibus,*
& ſterilis non eſt inter eas. Aloyſius
Novarinus lib. 1. Sacrorum Electorū
ſect. 10. num. 695. *Tales Doctores ſunt*
qui dum in doctrina fluentis verſantur
à ſpirituali bonorum operum partu ſte-
riles non ſunt, ſed quà bono exemplo,
quà doctrinâ fœcundi verba vertunt in
opera. Quibus hæc verba S. Auguſti-
S. Auguſt nus ſubjungit in Pſalm. 3. *De his den-*
tibus Eccleſiæ dicitur, dentes tui ſicut
grex detonſarum aſcendentes de lava-
cro, quæ omnes geminos pariunt, & ſte-
rilis non eſt in illis. Hi ſunt qui rectè præ-
cipiunt, & quemadmodum præcipiunt,
ita vivunt. Cur ait oves illas fœcun-
das cùm detonſæ ſint? Quid velleris
deciſio ſpectat ad fœtus gemellos?
Significat ad ſpiritualem ſobolem e-
dendam Viros Apoſtolicos prius in-
cumbere debere mortificationi ac
omnis luxus contemptui. Illi enim
ſteriles ſunt, qui ſermone facundi
ſunt, ſed opere infœcundi. Qui ver-
ba quæ à Deo acceperunt, & ad au-
ditores dirigunt, ipſi prius opere cō-
plent. Dum in veſtium luxum inve-
huntur, ipſimet ab illo abſtinent.
Quod olim Tertullianus lib. de cultu
fœminarum cap. 6. mulieribus Chri-
ſtianis dicebat, id potius ad Miſſio-
narios ſpectare videtur. *Ergò primò ut*
lenones & proſtitutores veſtitus & cultus
nè in vos admiſeritis. Tum ſi quas, vel Tertull.
divitiarum ſuarum, vel natalium, vel
retrò dignitatum ratio compellit, ita
Pompaticas progredi, temperare ſaltē
ab hujuſmodi curate. Ideſt cavete nè
ullam ad libidinē vel ſcandalum, ſcin-
tillā ſeu illecebram ſubminiſtretis, ſed
potiùs contendite ut ex aſpectu ve-
ſtium veſtrarum ad contemptum re-
rum mundanarum provocentur in-
ſtar mulieris, cujus meminit S. Mar-
cus cap. 5. verſ. 28. & 29. dum Chri-
ſtus iret in domum Archiſynagogi; ut
filiā propè deſperatam novus è cœlo
medicus curaret, mulier, quæ à duo-
decim annis profluvio ſanguinis la-
borabat, omniaque ſua in medicos
erogaverat, ſed abſque ullo infirmi-
tatis levamento, *ſed magis deterius ha-*
bebat. Cùm audiſſet de Ieſu, venit in Marc. 5. v. 28.
turbā retrò, & tetigit veſtimenta ejus. verſ. 29.
Dicebat enim, quia ſi veſtimentum ejus Matt. 9.
tetigero, ſalva ero. Matthæi cap. 9. verſ. 20.
verſ. 20. *Tetigit fimbriam veſtimenti*
ejus, dicebat enim intra ſe, ſi tetigero
veſtimentum ejus ſalva ero. Optatus
Milevitanus lib. 5. *Mittam manum*
& tangam fimbriam veſtimenti ejus, &
ſana fiam. Lucæ cap. 8. verſ. 44. *Ac-*
ceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſti-
menti ejus, & confeſtim ſtetit fluxus
ſanguinis ejus. Cur non faciem, ma-
num, ſed veſtem, ſeu veſtis fimbriam
ſeu oram tangere ad ſanitatem recu-
perandam optat? Cur de facto ad ejus
contactum convaleſcit. Omiſſis va-
riis reſponſionibus, dico ideò ſolius
veſtis mentionem facere, quia Con-
cionator ſuam ſanctimoniam non
ore, non vultu, non geſtu in audien-
tium mentibus producit, ſed etiam
eam ſolo amictu exteriore perſuadet.
Amictus indicat qualis ſit morum no-

ſtrorum conſtitutio. Inquit Clemens ſupra. Vir Apoſtolicus virtute præditus, hanc exteriori habitu manifeſtabit. *Odor* (inquit Sponſus Cantic.
Cant. 4. verſ. 11. cap. 4. verſ. 11.) *veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* Cur veſtes ſponſæ animadvertit Sponſus ſpargere odorem thuris, & non alterius aromatis? quia qui Dei obſequio, & animarum lucro mancipati ſunt odorem thuris, quod templo ac Divino cultui eſt cõſecratum interioris mentis ſanctitatem etiam exteriori habitu diffundere debent. Pulchrè S. Gregorius Nyſſenus homil. 9. *Talis eſt odor veſtimentorum tuorum, vt ſit ſimilis thuri, quod Dei honori eſt dedicatum.* Quibus noſter Sylveira tomo 3. in Evangelia lib. 5. cap. 13. quæſt. 12. nu-
Sylveira. mer. 127. ingenioſè ſubnectit. *Qui enim templo, Dei obſequio, ac religioni ſe devinciunt, ea in uſu habeant indumenta, quæ non alium ſpirent odorem, niſi tantum thuris, ſcilicet Eccleſiæ ac Religionis.*

XI. Proh dolor! multi Eccleſiaſtici, Doctores & Sacerdotes induuntur veſtibus, quæ non ſpirant odorem cœleſtem & ſacrum, ſed terrenum ac prophanum, non Eccleſiæ Chriſti, ſed Synagogæ ſathanæ. Qui ſunt illi? Reſpondet S. Bernardus lib. 2. de conſideratione ad Papam Eugenium, Sacerdos, Doctor, &c. *qui quærit quæ ſua ſunt, ſe cupit honorari non miniſterium.* Seu (inquit idem ad Clerum
S. Bernardus. in Concilio Rhemenſi congregatum) *Miniſtri Chriſti ſunt, & ſerviunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt. Undè hic eſt eis, quem quotidie videmus meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus. Indè aurum in frænis, aurum in ſellis & calcaribus. Plus nitent calcaria, quàm altaria. Indè menſæ ſplendida, & cibis & ſcyphis, indè commenſationes & ebrietates, indè cythara & lyra & tibia. redundantia torcularia & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud: indè dolia pigmentaria, indè referta marſupia.* Intra. *Intuere quomodò incedunt nitidi, & ornati, circumamicti varietate tanquam ſponſa procedens de thalamo ſuo. Nonnè ſi quempiam talium repentè eminus procedentem aſpexeris, ſponſam potius putabis, quàm ſponſæ cuſtodem? Vndè verò hanc illis exuberare æſtimes rerum affluentiam? veſtium ſplendorem, menſarum luxuriam, congeriem vaſorum argenteorum & aureorum, niſi de bonis ſponſæ? Inter hæc, quòd illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida, & exanguis. Propter hoc non eſt, hoc tempore ornare ſponſam, ſed ſpoliare: non eſt cuſtodire, ſed perdere: non eſt defendere, ſed exponere: non eſt inſtruere, ſed proſtituere.* Hæc ſunt verba, quæ mellifluus Doctor ex veritatis fonte deprompta, non eſt veritus in publico Epiſcoporum & Sacerdotum conventu pronunciare.

Ipſe S. Laurentius Juſtinianus Præſul, Venetiarum Patriarcha, libr. de triumphali agone Chriſti cap. 15. non minus acriter ac nervosè pungit nonnullos Eccleſiaſticos & ſacri eloquii præcones, qui ſimili veſtium luxu deliciantur, aitque ab his Chriſtum non honorari, ſed illudi. *In veſte toties illuditur Chriſtus, quoniam qui* Laurent. Iuſtinian *præſunt in Eccleſia pretioſarum veſtium apparatu nitent, & tranſitoriis proſperitatibus delectantur. Nempè Domino teſte, qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Vbi oro mutato habitu illuſus eſt Chriſtus, nonne in domo regis Herodis & Pilati Præſidis. Iam attende Palatia Præſulum, ponunt ſigna ſua, ſericis apparatibus ornantur, pretioſis indumentis induuntur, famulorum vallantur multitudine. Et quod ſine mærore dici non poteſt, domus, quæ egenorum eſſe receptacula debent, Imperatorum palatia judicantur.* Quanta ſœculorũ lues! hodie à domibus regum, à prophaniſsimis hominibus Viri Eccleſiaſtici, Divini verbi Præcones ſuis veſtibus illudunt & ſpernunt Chriſtum non amplius in domo Herodis, & Pilati, ſed in publicis vicis & compitis, ſed in propriis domibus, ſed in templis divino cultui conſecratis per aſſumptionem veſtis peregrinæ, veſtis hiſtrionicæ, veſtis meretriciæ. Nam (inquit S. Hieronymus ad Euſtochium.) *Omnis his cura de veſtibus ſi benè oleant, &c. ſales cùm videris ſponſos magis æſtimato, quàm Clericos.*
Ejuſmodi

XII.

Ejuſmodi Clerici non videntur minus bonis Eccleſiaſticis abuti, quàm Hæretici: quomodò verò non illudere Chriſto, ſed ipſum honorare debeant, declarat S. Bernardus lib. 2. de
S. Bernardus. conſideratione. *Honorificabitis autem non cultu veſtium, non equorum faſtu, non amplis ædificiis, ſed ornatis moribus.* Nihil in veſte ſit prophanum, nihil à regiis, nec à meretricibus acceptum oleat; omnia honeſta, omnia Eccleſiaſtica, & digna Dei miniſtro ornamenta ſint, eam pulchritudinem, cum decorem ambiant, quæ Sponſus in ſuâ ſponsâ laudat Cant. cap. 6. verſ. 3.
Cant. c. 1 verſ. 3. *Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Hieruſalem.* S. Petrus Damianus epiſt. 102. ita explicat. *Sicut Hieruſa-*
S. Petrus Damian. *lem, non ſicut Babylon, quàm vidit Ioannes ornatam purpurâ & cocco, & inauratam auro, & lapide pretioſo, & margaritis. Babylonem ſanè diabolus, Hieruſalem inhabitabat Chriſtus, ille luxuriantis amictus varietate, hic aſperis & humilibus.* His igitur Viri Apoſtolici veſtiantur, dicentes cum Apoſtolo 1. ad Timotheum cap. 6. verſ. 8. *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſumus.*

CAPUT VIII.

Quam pœnam incurrunt Miſſionarii, præcipuè Religioſi, qui ex aliis Ordinibus accedentes ad Indias Orientales, cæteraſq; Infidelium regiones ut converſioni animarum incumbant, impediunt.

I. QUamvis in illis partibus infidelium Matthæi cap. 9. ver-
Matt. c. 9. v. 37. ſu 37. *Meſſis quidem multa operarii autem pauci.* Græca verſio, *Meſſis quidem copioſa.*
Sylveira. Noſter Sylveira tomo 3. lib. 5. cap. 18 expoſit. 2. num. 48, *Meſſis in præſenti denotat multitudinem populi jam præparatam ad recipiendam Evangelicam doctrinam.* Et quæſt. 8. num. 55. *Sub meſſis phraſi intelligitur populus præparatus ad ſuſcipiendum Evangelium. Illius enim Viri obſervatores per ipſum tanquam per falcem à terrenis cupiditatibus præſcinduntur, nè amplius in terra radices mittant ac habeant.* Meſſores vocantur operarii. *Quia* (inquit
Cajetanus) *pauci ſunt, qui vitâ & doctrinâ ſtudent ſaluti animarum.* Vel qui Cajetan. etſi vitâ & doctrinâ ſtudeant animarum converſioni: tamen tam pauci ſunt, ut tot regiones nequeant peragrare, tot populos ad pabulum Verbi divini anhelos paſcere queant, attentâ hac uberrimâ Meſſe ac paucitate meſſorum ſuggerit Chriſtus verſu 38. *Rogate ergò Dominum meſſis, ut*
mittat operarios in meſſem ſuam. Sanverſ. 38.
ctus Hieronymus lib. 2. in epiſt. ad Hieron.
Galatas explicans illa verba, *Æmulantur vos non benè.* Subdit. *Precemur Dominum meſſis, ut mittat operarios ad metendum, qui ſpicas populi Chriſtiani, quæ ſtant in Eccleſia futuro tritico præparata metant, colligant, & in horrea comportantes nequaquam perire patiantur,* ſcilicet defectu Prædicationis & Sacramentorum.

At tantùm abeſt, ut quidam Miſ- II.
ſionarii ſubſidium à Domino meſſis; ideſt à Romano Pontifice poſtulent, quin potius accedentes, ut ipſis cooperentur, impedire contendunt, ſæpè cum populi ſcandalo, animarum jacturâ, ac ſtatus Eccleſiaſtici ac Religioſi contemptu & dedecore. Et tamen (inquit Cornelius in cap. 1. epiſt. 1. Corin.
1. ad Corinth. ad illa verba verſ. 13. 1. v. 13.
Numquid & in nomine Pauli baptizati Cornel.
eſtis.) Hæc Regionum & Ordinum varietas ad majorem Eccleſiæ tum decorem, tum fortitudinem, tum unionem inducta eſt. Sic enim caſtra in ſuas legiones diſtributa, ſunt magis decora, fortia & unita. Si enim hac diſtributione carerent, magna in eis eſſet confuſio. Religioſi variorum ordinum uniti ſunt nō tantùm ſub uno capite ſummo Pontifice in unâ Eccleſia: ſed etiam in eo, quod non in ſtatu laico, vel Eccleſiaſtico, ſed in Religione ſimul omnes verſantur. Religiones enim in Eccleſia unam quaſi corporis legionem, eamque fortiſſimam conſtituunt. Sicut ergò unius corporis membra inter ſe unita ſunt, & ſicut unius legionis milites magis

magis inter ſe, quàm cum aliâ legione uniti ſunt: ita prorſus Religioſi, qui ad apicem perfectionis contendunt, & arctiori nexu religionis & voti Deo devincti ſunt, arctius quoque ſibi invicem aſtringuntur. Si quis ergò inter eos eſt, qui alteri Ordini detrahit, invidet, impedit hujus varia Religio, hic non Religioſus; imò non Chriſtianus, ſed prophanus eſt, nec ſpiritu Dei, ſed dæmonis agitur. Verus enim Religioſus cum S. Bernardo in Apocal. dicet. *Vnum ordinē opere teneo, cæteros charitate.* Franciſcanus ſum ordine, ſed charitate Dominicanus, Auguſtinianus, Benedictinus, &c. Itaque omnium Ordinū & Religionum Religioſus ſum, unius opere, reliquorum charitate. Quare omnium Religionum bonis lætor, omnium proſpero ſucceſſu gaudeo. nulli invideo: omnes enim mei ſunt, & ego omnium. *Nunquid diviſus eſt Chriſtus*? in diverſis Religioſorum ordinibus? Abſit. Idem enim Chriſtus omnium Religionum eſt inſtitutor, auctor & rector, idque ad majorem earum inter ſe unionem. Quod ergò cauſa eſſe debet majoris unionis, non ſit cauſa turpiſſimæ, Deoque exoſæ diviſionis, nè audiamus illud 1. Corinth. cap. 3 verſ. 3. *Cùm ſit inter vos Zelus & contentio nonne carnales eſtis*? Et Matthæi cap. 20. verſ. 15. *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum.* Si Deo placuit ordines alios aliis addere, novos veteribus in ſubſidium ſubmittere, novam eis gratiam & ſpiritum dare, quis Deum carpat? quis novis invideat? quis Eccleſiam talibus operariis defraudet? Eſto palmam ferant, gaudebo Deum per eos honorari, animasq; plures ſalvari, itaque laborum eorum particeps fiam. Non enim meam, ſed Dei gloriā quæro. Hæc appoſitè Cornelius.

III. Imitentur igitur moderni Miſſionarii Concionatores, qui in fine mundi contra Antichriſtum decertabunt, quamvis enim ex Xiſto IV. in Mari Magno Carmelitarum. *Dum attentâ meditatione, &c.* de Carmelitis dicar.
Xiſtus 4. *Qui ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei & aliorum Patrum, qui montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes, fructus quoque uberes, quos dictus ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ, in propagatione religionis & fidei orthodoxæ hactenus produxit, ac in futurum producturum indubitanter ſperamus.* Tamen illis alii (qui ſupererunt Ordines Religioſi) non detrahent, non invidebunt, nec Eliani inſtituti ſectatores illos viciſſim impedient; ſed omnes Sanctis Legatis Apoſtolicis Eliæ & Enoch aſſociabuntur, & adhærebant, ut unitis armis & viribus contra impiiſſimum AntiChriſtum prælientur, ſuamque legationem propriâ morte, propriique ſanguinis effuſione conſignent. IV.

Ad præfatas contentiones avertendas a modernis Miſſionariis meritò Urbanus VIII. conſtitutione ſuâ 126. prohibuit ſub excommunicatione nō reſervatâ, nè Miſſionarii præcipuè Religioſi impediant alios Religioſis ad Miſſiones Japoniæ, & aliarum Indiarum Orientalium prędicatione; circa quam conſtitutionem notandum primò cum Pelliſſario tract. 1. cap. 2. num. 219. comprehendi omnes Regulares tam ſui Ordinis quàm aliorum. Secundò, ut hæc cenſura incurratur, requiritur aliqua actio poſitiva qua acceſſus impediatur, ſivè id fiat per vim, ſivè per metum, ſivè aliter injuſtè. Non tamen ſufficit, ut quis mandet & conſulat.

§. I.

Miſſionarius prædicet ea, quæ verum ſenſum & Spiritus Sancti mentem continent.

Lib. 3. Regum cap. 22. accerſitur Michæas Propheta, & à Nuncio incitatur, ut ſe Regis Achab voluntati accommodet, & cœterorum Prophetarum ſequatur oracula, qui intereà ſtrennè de corde ſuo prophetabant, adeò ut unius eorum Sedecias cornua ſibi fecerit & capiti impoſuerit, dicens verſ. 11. *His ventilabis Syriam donec deleas eam.* Verſ. 12. *Omnesq; Prophetæ ſimiliter prophetabāt dicentes, aſcende in Ramoth Galaad,* I.

3. Reg. 22 v. 11

verſ. 12.

Galaad, & vade proſperè, & tradet Dominus in manus Regis. His auditis Nuncius, qui ierat, ut vocaret Mi-
verſ. 13. chæam dixit, verſ. 13. *Ecce ſermones Prophetarum ore uno Regi bona prædicant, ſit ergò ſermo tuus ſimilis eorum & loquere bona.* Quàm ſtultè loquitur? ignorat Prophetas non ex ſe, ſed jubente Deo, ſeu inſpirāte loqui, neſcit eſſe dumtaxat Dei organa, & non humanum, ſed divinum nutum & dictamen proferre debere. *Ecce* (inquit Toſtatus quæſt. 7. in illud caput.)
Toſtatus *quàm ſtultè loquebatur iſte Nuncius, putabat enim, quod ex voluntate Michea bonum vel malum, quod eventurum erat, ideòque quod poſſet prænunciare id quod vellet, & non putabat, quia iſta omnia à Deo emanant, & ſi Propheta aliter dicere conetur quàm Deus inſpiret, dictum ſuum inane erit.* Dionyſius in morali ait per Achab deſignari Principes qui veritatem loquentibus indignantur. *Per Achab deſignantur qui veritatem dicentibus & in-*
Dionyſ. *crepantibus indignantur, quales ſunt multi Magnates, & divites ac potentes, de quibus loquitur Iſaias cap. 30. Dicunt videntibus nolite videre, & aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. De talibus fertur in Amos cap. 1. Odio habuerunt corripientem & loquentem perfectè abominati ſunt. O quàm multi nunc tales ſunt, quæ ſi veritas nudè dicatur, & juſta fiat correptio, non emendantur, ſed perſequuntur dicentem. Adulatores autem amant, ac audiunt, ſicut Achab Sedechiam, Prophetasq; Baal, per quos figurati ſunt Prædicatores, Paſtores, & Clerici, qui principibus & majoribus Prælatis blandiuntur, & proſpera ſermocinantur, quærentes illis placere, & propria commoda, promotiones, beneficia obtinere, non penſantes illud S. Hieronymi, nihil gravius in ſacerdote, quàm perſonarum acceptio. Quod Ambroſius quoque fatetur.*

II. Similes ſunt ejuſmodi Principes
l. 1. Reg Eli Sacerdoti, qui lib. 1. Regum cap.
4. v. 16. 4. videns nuncium è bello revertentem ita amicè eum compellat, verſu 16. *Quid actum eſt fili mi?* Cur filium vocas cùm ſit ſervus, & videas miſſum ut enunciet functum belli ſucceſſum? S. Gregorius ibi lib. 3. reſpondet. *Eum filium vocat, à quo* S. Greg.
quid actum fuerit ſcire cupit, ut profectò ille pro impenſo honore adulationis ſervum perverteret veritatis. Principum enim favores ita deliniunt ſubditorū Eccleſiaſticorum mentes, ut viam veritati omninò occludant. Undè Michæas volens Regis voluntati aliquo modo ſatisfacere & veritatem diſſimulare, prius jucunda & proſpera prænunciavit. Verſ. 15. *Aſcende &*
vade proſperè, & tradet eam Dominus in verſ. 15.
manus Regis. Quamvis ſciret ſtragem populo imminere, cur tamen ita deludit Regē proſpera nunciando? quia Principes tantâ gratiâ præditi ſunt, ut nemo velit eorum indignationem & odium incurrere. Etiam vir juſtus quantùm poſſunt abſque Dei offensâ illorum nutum ſequitur, etiam diſſimulando veritatem. *Quoniam* (inquit Theodo-
Theodoretus ibi) *putabat Michaam* retus.
propter odium prædicere ea, quæ erant moleſta, prius dixit ea, quæ erant jucunda. Ut ſcilicet Regis malevoli indignationem & odium coerceret.

At aliter ſe gerunt Prædicatores III.
erga Reges & Principes pios & timoratos. Idem Dionyſius. *Per Ioſaphat*
exprimuntur, qui veros & juſtos Prædi- Dionyſ.
catores, Paſtoresq; diligunt, & requirunt, & verba correptionis ac ſaluberrimæ directionis audiunt patienter, & amplectuntur libenter. Tales demùm juſti ac timorati prædicatores ac præſidentes & amatores fratrum ſignati ſunt per Michaam, qui omni humano timore poſtpoſito, & omni propriorum commodorum affectione ſopitâ conſtantiſſimè dixit. Vivit Dominus quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar: Sic & verè & boni ſapientes loquuntur ac prædicant tempore oportuno quidquid Dominus loquitur in ſcripturis, & quidquid conſcientia dictat, ac ſpiritus ſanctus ſuggerit veritatis. Et ante illum Philo
Philo Carphatius in cap. 5. Cantic. Carph.
Veri Chriſti ſervi & bellatores omnibus obſtare audent pro veritate dicendâ & conſervanda, nihil extimeſcunt, nihil loquuntur ad gratiam, nihil aſſentantur: ſed honeſta omnia ac ſancta & vera prædicant, vitia omnia acerrimè in-

Ii *ſectantur*

ſectantur atque reprehendunt. Vel Regum ac Principum nulls, niſi bonis & Deo placere ſtudent. Hi ſe peccatoribus murum opponunt, ut Propheta monet. Hi reſiſtunt Hæreticis, his ſolius Dei timor eſt ac pavor, hi fortiſſimè pro Chriſto pugnant, & glorioſiſſimè oppetunt. Ab his quàm plurimi convertuntur ad ſponſum, dum ſuorum apertiſſimè moniti, veriſſimèq; convincti, & quanta inde ſupplicia paſſuri ſunt, niſi ſe celeriter corrigant, intelligunt, &c.

CAPUT IX.

Miſſionarii in ſuis Miſſionibus abſtineant à mercimonio.

I. 2. Corin. c 2. v 4. Dionyſ. Apoſtolus ſcribens chariſſimo ſuo diſcipulo Timotheo 2. epiſt. cap 2. verſ. 4. *Nemo* (inquit) *militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Dionyſius hanc Paraphraſim ſubjicit. *Nemo militans Deo, id eſt ad Dei honorem & gloriam, adverſariis veritatis repugnans*, Scilicet Hæreticis, Schiſmatibus, & Paganis. *Contra vitia luctans, & divinis exercitiis ſe immergens, implicat, id eſt involvunt ſe ſæcularibus negotiis, id eſt cauſis & rebus, divitiiſq; mundanis. Per hoc diſtraheretur mens ejus ab illo uno, quod ſolum neceſſarium eſt. Et Clericus* (in-

S. Anſel. quit S. Anſelmus.) *hac ſententia tenetur, ſi enim non contentus ſtipendiis, quæ de altari Domino jubente conſequitur, exercet mercimonia, interceſſiones vendit, viduarũ libenter munera accipit: hic negotiator magis poteſt videri quàm Clericus. Multò minùs autem licet monacho, ut ſit negotiator ſæcularium mercimoniorum, vel implicatus curis ſæcularibus.* Addam, multò minùs licet Monacho Miſſionario, &c. Quare cõcludit hanc definitionẽ eſſe veri Athletę certantis pro idololatriæ, hæreſeos, & vitiorum omnium omnimodâ deletione. *Itaque definitio boni militis Chriſti eſt, quia ſoli Deo, qui dividi non poteſt totus militans, non implicat ſe negotiis ſæcularibus, id eſt non ſe involvit propter terrena lucra, curis & actionibus ſæculi, ſciens ibi multos peccatorum laqueos abſcondi.* Ex quibus patet Religioſum maximè Miſſionarium lucro animarum vacantem debere planè abſtinere à lucro maximè quæ ex negotiatione & mercimonio colligi ſolet.

Salvianus lib. 2. ad Eccleſ. Cathol. II.
ingenioſè elicit, quàm neceſſarium ſit Sacerdoti omnia lucra, omniumque bonorum temporalium cupiditates radicitus extirpare. *Salvator Sacerdotibus non ut cæteris voluntarium,* Salvian.
ſed imperativum officium perfectionis indicit, quid enim laico illi adoleſcenti dixiſſe legimus. Si vis perfectus eſſe vende quæ habes, & da pauperibus. Quid autem miniſtris ſuis? Nolite (inquit) *poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, nec peram in via, &c. Vide quanta ſit in utroque hoc Dei ſermone diverſitas, laico dicitur ſi vis, vende, quæ poſſides: Miniſtro autem, nolo poſſideas.* Prohibentur Sacerdotibus & maximè Religioſis Miſſionariis terrenarum poſſeſſionum curæ, lucra, negotiationes. Quod ſi ſæcularibus damnoſa eſt auri libido, Sacerdotibus manifeſtum exitium & Miſſionariis Religioſis labor planè infructuoſus.

Quàm expeditè illud compleve- III.
rint Petrus & Andræas teſtatur Mattheus cap. 4. verſ. 22. nam vocati à Matt. 4.
Chriſto. *Venite poſt me.* Vatablus. *Se-* verſ. 22.
quimini me. Illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Syriacus. *Illi autem confeſtim retia ſua dimittentes poſt eum iverc.* Varablus. *Relictis illicò retibus.* S. Chryſoſtomus
S. Chryſoſtomus homil. 14. *Perpende verò* (inquit) *fidem & obedientiam vocatorum. Siquidem in medio ipſius operis conſtituti (ſcitis autem quam avida res ſit piſcatio,) cùm illum audiſſent jubentem, nihil diſtulerunt, nihil omninò cunctati ſunt. Non dixerunt revertemur domum, loquemur propinquis: ſed cuncta illicò relinquentes fecerunt, quod Eliſeus ſub Eliâ legitur impleviſſe lib. 3. Reg. cap. 19. verſ. 20.*

Quod Apoſtolus Paulus electus à IV.
Domino, ut evangelizandi gratiâ, univerſum orbem peragraret ad Phi- Philip. 3
lippenſes cap. 3. verſ. 7. ipſe teſtatur. verſ. 7.
Quæ mihi lucra fuerunt arbitratus ſum

propter

propter Chriſtum detrimenta. S. Anſel-
mus & alii carnis excellentias à me
recenſitas & quas olim cùm Judæus
eſſem, in tanto pretio habui, collegi,
ſepoſui quaſi mercator ſua lucra &
raras merces ſolet in pretio habere,
congregare ſeponere: has (inquam)
omnes carnis, ſeu carnalis Judaiſmi
prærogativas poſt cognitam Chriſti
& Evangelii veritatem & dignitatem
pro Chriſto, & propter Chriſtum a-
pud me in nullo ſunt pretio, imò ut
damna ſalutis, ut impedimenta veri-
tatis Evangelicæ ritè & fructuosè an-
nunciandæ reputo. Concludit verſ. 8.
verſ. 8. *Vt Chriſtum lucrifaciam*, ideſt ut ani-
marum lucrum acquiram.

V. Idem ab Eliſeo peractum fuiſſe
patet ex lib. 3. Regum cap. 19. ver-
l. 3 Reg. ſu 19. *Elias reperit Eliſeum filium Sa-*
19 v. 19 *phat arantem in duodecim jugis boûm:*
Et ipſe in duodecim jugis boûm aranti-
bus unus erat, cumq; veniſſet Elias ad
eum, miſit pallium ſuum ſuper eum.
Verſ. 20. *Qui ſtatim relictis bobus cu-*
verſ. 20. *currit poſt Eliam, &c.* Verſ. 21. *Tulit*
verſ. 21. *par boûm & mactavit illud, & in ara-*
tro boûm coxit carnes, &c. Sanctus Ni-
lus in Aſcetico hanc hiſtoriam ex-
S. Nilus. pendens. *Hæc* (inquit) *promptum ani-*
mi ſtudium declarant. Neque enim dixit
vendam inſtrumenta boum, & pruden-
ter diſponam. Neque conſideravit ea, ſi
venderentur, emolumenti poſt allatura,
ſed cùm totus incenſus eſſet cupiditate,
quâ ad Magiſtri neceſſitudinem rapie-
batur, neglexit ea, quæ videntur, & ab
illis ſe tanquam recto propoſito revocan-
tibus ſtuduit explicare. Sciebat enim ſæ-
pè procraſtinationem pœnitentiæ cauſam
Lyranus. *extitiſſe.* Lyranus. *Qui ſtatim relictis*
bobus cucurrit poſt Eliam: volens omni-
nò adhærere ei motus instinctu Spiritus
ſancti. Eum imitari voluit & inſtar il-
lius, ut eſſet *currus Iſrael & auriga eius.*
Bobus omnibus valedixit, negotiiſq;
& negotiationibus humanis nullo
modo ſe applicavit.

VI. Præfatorum exemplo Viri Apoſto-
lici jubentur negotiis ſæcularibus
ita ſe abdicare, & à mercimoniis ab-
ſtinere, ut Urbanus VIII. Conſtitu-
tione ſuâ 126. declaret excommuni-
catos, privatos voce activâ & paſſivâ,
necnon officiis, gradibus, & dignitati-
bus quibuſcumque, & inhabilitate
ad ea, amiſſione mercium & lucro-
rum ex iis perceptorum, quam-
cumque mercaturam, ſeu negotia-
tionem exercerent, ſivè per ſe, ſivè
per alios, ſivè proprio, ſivè Monaſte-
rii, Provinciæ, Ordinis nomine, ſivè
directè, ſivè indirectè, vel alio quo-
vis prætextu, cauſâ vel colore. Et me-
ritò nam dedecet Miſſionarios maxi-
mè Regulares præfata mercimonia &
negotiationes exercere. Ita P. Anto-
nius à Spiritu Sancto tract. 3. diſp. 6.
ſect. 6. §. 14. P. Gabriel de cenſuris
diſput. 1, numer. 142. diſput. 4.
num. 459.

CAPUT X.

Vir Apoſtolicus non excitet plebem ad ſeditionem.

CUm Naboth impiæ Jezabelis I.
machinationibus & conſilio *l. 3. Reg.*
Achabi obrutus fuiſſet lib. 3. *21. v. 17*
Regum cap. 21. verſ. 17. *Factus eſt*
eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbytem, *v. 18.*
dicens. Verſ. 18. *Surge & deſcende in*
occurſum Achab Regis Iſrael qui eſt in
Samariâ. Ecce ad vineam Naboth deſ-
cendit, ut poſſideat eam, & loqueris ad
eum dicens, hæc dicit Dominus, ſurge
& deſcende in occurſum Achab Regis Iſ-
rael qui eſt in Samariâ, ecce ad vineam
Naboth deſcendit, ut poſſideat eam.
Verſ. 19 *Et loqueris ad eum dicens, oc-* *verſ. 19.*
cidiſti inſuper & poſſediſti. Non mitti-
tur Propheta ad populum, ut ei ex-
ponat Achabum eſſe motivum famis,
& ſiccitatis triennalis immiſſæ, ut ip-
ſe innuit cap. 18. verſ. 18. *Non ego tur-* *Cap. 18.*
bavi Iſrael, ſed tu & domus Patris tui, *v. 18.*
qui dereliquiſtis mandata Domini, &
ſecuti eſtis Baalam. Non convocat
iterùm populum ad cultum veri Dei
reverſum, ut ei exponat aviditatem
regiam, quâ Naboth vineam Achab
Jezabelis malitiosâ induſtriâ occu-
pavit tyrannorum more, eumque
quaſi blaſphemum juſſit interfici, ut
hoc audito populus jugum ejus excu-
teret, ſed rectà pergit ad Regem,
eumque ſolito ſuo zelo, his verbis
corripuit. *Occidiſti inſuper & poſſediſti.*

Ii 2 Dionyſius

Dionyſius. *Poſſidere jam vis vineam Naboth, ſicq; de ſcelere tuo reportare vis commodum, & pro illatâ tam enormi injuriâ non ſolum non ſatisfacis, ſed & lucrum conſequeris & auges offenſam, cum tamen nulli debeat ſua iniquitas ſuffragari.* Lorich. Optimè Lorichius ſcribit primò hoc Deum voluiſſe inſinuare, quod Viri Apoſtolici poſſunt quidem Reges corripere, ſed non excitare plebem ad ſeditionem. *Eccleſiaſtes non debet in factiones incitare; imò furorem vulgi debet cohibere: interim tamen ad humilitatem ſuperbos quoſcumque Achabos adigere. Hoc enim facit ad pacem publicam ſtabiliendam non ſeditione pax poteſt ſtatui, ſed ſedulâ correptione.*

II. Rom. 10 verſ. 15. Ejuſmodi Virorum Apoſtolicorũ curſus & miſſiones Apoſtolus vocat ſpecioſas, Roman. cap. 10. verſ. 15. *Quomodo verò prædicabunt niſi mittantur? Sicut ſcriptum eſt, quàm ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona?* Septuaginta, Sanctus Hieronymus, Pagninus, Arias vertunt *Quam pulchri & ſpecioſi pedes.* Tertullianus lib. 4. contra Marcionẽ cap. 13. *Adſum, dum hora eſt in montibus, ut evangelizans auditionem pacis.* Idem lib. 5. cap. 2. *Quam tempeſtivi pedes evangelizantium pacem.* Toletus & alii. *Quam deſiderabiles & concupiſcibiles ſunt pedes evangelizantium pacem.* S. Petr. Chryſol. ſerm. 53. vocat illam pacẽ cœleſte magiſterium. S. Petrus Chryſol. *Pax eſt perfectio ſanctitatis, juſtitiæ regula, Magiſtra doctrinæ, morum cuſtodia, atque in rebus omnibus laudabilis diſciplina.* Brevius & melius Chriſtus ipſe Matthæi cap. 5. verſ. 9. Mat. 5. verſ. 9. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Quid intelligit per pacificos, quibus promittitur illuſtris *filii Dei* appellatio? Sanctus Chryſoſtomus, Theophilactus, Euthymius aiunt eſſe eos, qui quieti & pacati ſunt, & quantùm in ſe eſt alios reconciliant. Seu qui paci ſtudent. S. Hilarius exiſtimat eſſe eos, qui injurias facilè remittunt, ſed melius alii per pacificos accipiunt eos, qui *diſſenſionum auctores non ſunt.* Cur his potius, quàm aliis appellatio filiorum Dei promittitur? ſeu cur Chriſtus non dicit *erunt*? quia plus eſt vocari quàm eſſe. Poteſt enim quis eſſe filius Dei, & talis non vocari. *Pacifici* ergò, ſeu qui *diſſenſionum auctores non ſunt* ad gloriam & honorem pervenient, ut filii Dei vocentur. Acutè Maldonatus Maldon. *Plus quiddam mihi videtur vocari quam eſſe. Significari nempè aliquid eſſe, ut appareat, & omnium ore celebretur. Itaque Beati Pacifici, quia non ſolùm filii Dei erunt, ſed ita erunt, ut mundus ipſe filios Dei confiteri cogatur.* Cui arridens S. Petrus Chryſologus ſupra citatus, *Nec pervenitur ad vocabulum filii Dei, niſi per nomen pacifici* S Petrus Chryſol.

II. Scitum eſt quod columba eſt ſymbolum charitatis & pacis, undè Geneſ. cap. 8. verſ. 11. *Noe dimiſit columbam ex arcâ. At illa venit ad eum ad veſperã portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo.* Columba ſymbolum eſt Spiritus Dei, clementiæ, ex ore ejus non ſeveritas, ſed benignitas, ſed pax procedit, ut canit Arator lib. 2. in acta Apoſtolorum.

Roſtriq; modeſti
Pignus oliva fuit, dilectio ſemper in ore
Fructum pacis habet.

Columba erat Apoſtolus? undè ad Coloſſenſes cap. 3. verſ. 14. *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris.* Coloſſ. 3. verſ. 14. Et verſ. 15. verſ. 15. *Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris in quâ & vocati eſtis in uno corpore, & grati eſtote.* S. Ambroſius ibi. *Hæc eſt, quæ complectitur unitatem. Hæc eſt quæ omnes unum corpus facit.* Quaſi diceret Corpus Chriſti myſticum non formatur, nec creſcit bello, ſeditionibus &c. ſed pace, ſed charitate, ſed zelo, & clementiâ Viri Apoſtolici. Similia habent paſſim, S. Petrus & S. Joannes in ſuis epiſtolis.

Hanc pacem popularem Viris Apoſtolicis Deus inſinuaſſe videtur III. lib. 3. Regum cap. 19. ubi cùm Elias audiret altaria Domini deſtructa, Prophetas interfectos juſſu Jezabelis, conſilio Prophetarum Baal, nutu ipſius Achabi Regis, ſeque relictum ſolum, & ad ſupplicium quæri, Deus præmonuit illum nè plebem relictâ idololatriâ veræ religionis ſectatricẽ incitaret ad ſeditionem cõtra Regem ejuſque jugum excuteret. Nam cum

propheta in ſpelunca ſubſiſteret, tantus illicò excitatus eſt ventus, ut montes ipſos ſubverſurus, & ſaxa contriturus videretur. Vix ventus ille deſierat, cùm terra concuti cœpit ac nutare. Terræ motum excepit incendium, nec in his tribus, ſe præſentem exhibuit Dominus Eliæ, ſed in ſibilo auræ tenuis, verſ. 11. *Ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in ſpiritu Dominus & poſt ſpiritum commotio. Non in cõmotione Dominus. Et poſt cõmotionẽ ignis, non in igne Dominus. Et poſt ignẽ ſibilus auræ tenuis.* Hebræus. *Vox tacita, ſive ſubmiſſa.* Septuaginta addunt. *Et ibi Dominus.* Chaldæus, *Vox canentium in ſilentio.* Quaſi diceret, Vis ſcire quam perſonam Deus agat erga peccatores? non vociferatoris & ſtentôris, ſed cantoris qui ſuaviſſimã vocem emittit, & hoc eſt quodammodo in ſilentio canere. Sic tunc voluit Deus Regem Achab ab Eliâ corripi, ſed non privari regno. Id pulchrè innuit Theodoretus in cap. 2. Cantic. *Elias cùm minas Iezabel admodum formidaret, in ſolitudinem aufugit quærens adjutorem. At ſapiens piorum Magiſter & remunerator apparet ei, & tanquam ignarus fugæ, cauſam exquirit non illudens, ſed docens eum, cur ipſum fugere permiſiſſet, monensq; cùm homo eſſet, & humanis affectionibus tangeretur, ut humanitatem & clementiam coleret.* Etſi Achab regno & vitâ privandus eſſet id non à populo ſeditioſo, ſed à Jehu uncto in Regem Iſrael juſſu divino efficeretur, verſ. 16. *Iehu filiũ Namſi unges regem ſuper Iſrael.* Quod hic non præſtitit, niſi poſtquam Naboth Jezaelitem vineâ privavit. Ut patet lib. 4. Regum cap, 9. verſu 26.

l. 3. Reg. 19. v. 11.

Theodoretus.

V. Sic Viri Apoſtolici potius clementiæ & refrigerantis auræ ſibilum, quàm commotionis popularis violentiam & fervorem adhibeant. Quod ſi Principes gentiles Religionis Chriſtianæ promulgationem impediant, tunc Chriſtianorum Regum opem ab Eccleſia implorari poſſe Tractat. 3. oſtendemus.

CAPUT XI.

Viri Apoſtolici ſint inter ſe Concordes.

I. QUantum ad Eccleſiæ & fidei propagationem conferat Virorum Apoſtolicorum cõcordia in doctrinâ, teſtatus eſt Chriſtus, dum in Cœnaculo ſpeciales preces fudit ad Patrem pro eâ, Joannis cap. 17. verſ. 11. *Pater ſancte ſerva eos in nomine meo, quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut & nos.* Et verſ. 22. *Claritatem quam dediſti mihi dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unũ ſumus.* Ideſt habeant eandem voluntatum conjunctionem, idem ament, idemque ſapiant ſicut nos. Sicut enim cum diſcretione perſonarum in ſacroſancta Trinitate, eſt una eademque natura in tribus Perſonis divinis, & in eis eſt unus, idemque intellectus, una eademque voluntas, una eademque ſapientia, una eademque attributorum conjunctio. Sic rogo ut in diſcipulis meis numero diſtinctis, viventibus in diverſis corporibus ſit unus affectus, una voluntas, unus amor, una omnium ſocietas, eadem doctrina, idem ſenſus, idem judiciũ. *Charitatis* (inquit noſter S. Cyrillus Alexandrinus lib. 11. cap. 20.) *pacis & concordiæ vinculum petit, quod ad ſanctam ſpiritualem credentis unionem perducat, ut naturalis, conſubſtantialisq; in Patre, Filio atque Spiritu ſancto unionis ſimilitudinem imitetur.* Defectu enim hujus unionis non poſſunt eradicari idololatriæ, hæreſes, & peccatum, quod S. Gregorius Nazianzenus illuſtrat exemplo familiari orat. 23. *Si Nauclerus & quidem peritiſſimus eſſem atque hunc effuſum mare in nos ſæviret, ac circum navem æſtuaret, hinc gravi ſeditione vectores laborarent, aliiq; de aliâ re contenderent, atque & ſibi ipſi mutuò & fluctibus obſtreperent, quamdiu tandem ipſe obluctari poſſem ad gubernacula ſedens, ut ſimul & cum mari, & cum vectoribus pugnarem, utq; ex duplici tempeſtate navem ſine periculo eriperẽ.* Quibus opportunè ſubdit,

Ioan. 17. verſ. 11.

verſ. 22.

S. Cyrill.

S. Greg. Nazian.

Quibus etenim omni ratione connitentibus & adjuvantibus, ſalutem tamen cõſequi difficile eſſet iiſdem inter ſe diſſidentibus & confligentibus, qui tandem fieri poſſet, ut navis peſſum non iret.

II. Ad avertendos ejuſmodi fluctus
Luc. 10. & diſcordias idem Chriſtus Lucæ cap.
verſ. 1. 10. verſ. 1. *Diſcipulos ſuos miſit binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quò erat ipſe venturus.* Arias. *Miſit illos per binos in omnem locum, quò futurus erat ipſe venire.* Euthymius *Emiſit illos binos ante conſpectum ſuum.* Binos mittit, ut innuat Verbi Divini Præcones non poſſe aliquod animarum lucrum facere, niſi ſint concor-
S. Greg. des in fide, charitate & doctrinâ. Pulchrè S. Gregorius homil. 17. in Evangelia. *Binos ad prædicandum diſcipulos Dominus miſit, quatenùs hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium ſuſcipere nullatenùs debet.*
Sylveira. Noſter Sylveira tomo 3. in Evangelia lib. 5. cap. 18. quæſt. 7. numer. 42. ſubdit. *Denotatur, quod character ac nota prædicationis Evangelicæ eſt, ut alios Prædicatores diligat. Vis ſcire quem Deus ad prædicandum mittat, conſidera ſi ſuum comprædicantem diligat, ſi enim illum injuriis appetat, ac invidia proſe-*
Sapien. 7 *quatur, talis non eſt Concionator miſſus*
verſ. 13. *à Deo* Sapientiæ cap. 7. verſ. 13. *Sapientiam ſine fictione didici, & ſine invidia communico.* Quid eſt *ſine fictione*, Græcè *ſinè dolo, ſine fuco ſacræ Scripturæ operam dedi, eandemq; abſque invidia hominibus communico; non enim invidiâ tabeſco, quod quiſquam alius ſit ſapientior ac Doctior, majoriq; nominis gloriâ irradiet.* Id confirmat auctori-
Eucher. tate Eucherii in lib. 3. Regum. *Minus quàm inter duos charitas ſtare non poteſt. Vndè Salvator binos ad prædicandũ diſcipulos mittere curavit, ut tacitè doceret eos qui verbum Dei prædicarent, virtutem dilectionis ante omnia opera eſſe tenendam.* Id eſt (inquit idem Sylveira) *Chriſtus Dominus ad doctrinam ſuam prædicandam, non ſingulos aut ternos diſcipulos miſit, ut concordiæ typũ ſecum ferrent.*

III. Id expreſſius docet Apoſtolus Ro-
Rom. 12 man. cap. 12. verſ. 16. *Idipſum invicem*
verſ. 16. *ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos.* Et Philippenſes Philip. 1.
cap. 1. verſ. 27. landat. *Quia ſtatis in* verſ. 27.
uno ſpiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii, Græcè. *Simul certantes.* Divus Chryſoſtomus *Velut Caſtrorum acies ordinata: non enim inter ſe pugnabant, ſed quod vult Paulus, hoc & mutuum inquit vobis auxilium afferte, dum Fides Evangelii in certamine verſatur.* S. Ambroſius. *Certantes ſimul cum fide ipſâ, quæ velut in palæſtra ſit.* Theophilactus. *Vos mutuò adjuvantes in certamine, quod pro fide ſumitur.* S Anſelmus. *Simul omnes totis viribus laborantes ad implendum ea, quæ Fides Evangelica exigit.* Ut hâc concordi charitate, fide, doctrinâ D. Petrus 1. epiſt.
cap. 2. verſ. 15. *Obmuteſcere faciatis* 1. Petr. 2
imprudentium hominum ignorantiam. verſ. 15.
Syrus. *Vt obturetis os ſtultorum illorum qui non norunt Deum.* Seu ut Paulus Roman. cap. 12. verſ. 10. ideò chari-
tatem & concordiam in fide & doctri- Rom. 12
na habere debetis. *Non enim eſt diſtin-* verſ. 10.
ctio Iudæi & Græci, Nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Sicut Deus tam liberalis & munificus eſt, ut copioſè ſuas gratias, ſuaque dona largiatur. Sic vos in eandem fidei, doctrinæ, & charitatis neceſſitudinem coaleſcere debetis, abſque æmulatione, vel perſonarum acceptatione, vel proprii nominis & famæ prælatione.

Hanc Virorum Apoſtolicorum IV.
concordiam figuris variis Deus deli- Gen. 2.
neare voluit, Geneſis cap. 2. verſ. 22. verſ. 22.
Ædificavit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierẽ. Cur Evam ex aliâ materiâ non coagmentavit? Ratio prima eſt, quia cùm ex duobus illis tota natura humana prodire deberet, voluit ut firma & perfecta concordia eſſet inter duos illos progenitores, quam ipſa natura conciliarat. Secundaq; ratio, ut ſicut ex parentibus adeò concordibus natura humana propagata erat, ſic ex concordia Virorum Apoſtol. Eccleſia incrementũ acciperet. Nam (inquit Apoſtolus Epheſ. cap. 5. verſ. 32.) productio generis humani ex Adam & Eva ge-
nerationem adumbrat. V.

Eodem libro Geneſis Joſeph aliam figuram

figuram ſubminiſtrat dum cap. 45. verſ. 24. fratres ad patrem reverterentur hoc unicum illis injunxit. *Nè iraſcemini in viâ.* S. Ambroſius lib. de Joſeph cap. 13. *Quam benè* (inquit) (S. Ambr.) *docet ab iracundiâ præcavendum, quod ea poſſet etiam amantes ſui ſeparare germanos, & maximè in viâ fugiendam diſcordiam, ubi ipſe viandi comitatus debet eſſe inviolabilis, & gratiæ habere conſortium.* Hæc concordia à fortiori commendatur Viris Apoſtolicis, ut fideles ad fidei unitatem excitent. *Nam* (inquit D. Ambroſius lib. de officiis cap. 13.) *Fidem non timor cogit, ſed affectus exhibet.* Fidei propagatio non rixâ, æmulatione, vel aliâ prædicatorum paſsione plantatur, ſed affectu mutuo & concordiâ.

VI. Quando Moyſes & Aaron tanta (Exod. 7. verſ. 5.) prodigia ediderunt? ſceptro non diverſo, ſed eodem, Exodi cap. 7. verſu 9. *Tolle* (inqnit Moyſes & Aaron) *virgam tuam.* Cur non dixit *tolle virgam* meam. Nam illam virgam Deus dederat Moyſi, & non Aaroni, Exodi cap. 4. verſ. 17. *Virgam hanc ſume* (Cap. 4. verſ. 17.) *in manu tua, in quâ facturus es ſigna.* (S. Auguſt.) S. Auguſtinus quæſt. 20. in Exodum reſpondet. *Erat utrique illa virga communis, ut cujuſlibet eorum diceretur.* Quaſi diceret utrerque eandem poteſtatem habebat, eâque utebatur quãdiu in eadem religione, charitate, & doctrinâ concordes erant. Eodem lib. Exodi cap. 20. verſ. 25. Deus præcepit Moyſi ut ſibi ædificaret aram ex lapidibus, quâ arte præparatis? (Cap. 20. verſ. 25.) reſpondet. *Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus, ſi enim levaveris cultum ſuper eo polluetur.* Cur tam exactè ac rigidè prohibet inſtrumentum aliquod ferreum adhiberi? Rabbini apud Maſſium Joſue cap. 8. verſ. 31. reſpondẽt nefas fuiſſe eorum lapidum, qui ad rem tam ſacram eſſent adhibendi aliquas particulas ſcalpello abraſas in terram decidere. Melius reſpondet Theodoretus apud Lipomannum prohibitam fuiſſe applicationem ferri in Altaris conſtructione, ut charitas & concordia inter Dei miniſtros commendaretur, ut ſicut ab altari, ita ab illis exularet ferrum violandæ concordiæ inſtrumentum. *Deus lapides* (Theodoretus.) *cædi prohibebat, ut cædem, & ſanguinis humani effuſionem hoc exemplo vitandam, fugiendamq; doceret.* Eandem legem olim infideles in ſuis ritibus ſuperſtitioſis obſervarunt, ut teſtatur Cicero lib. 2. de legibus. *Æs & ferrum arceto delubris.* Ad immolandum non quemlibet ad Sacerdotium promoveri voluit Deus, ſed ſolum Aaron & filios ejus Exodi cap. 28. verſ. 1. *Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis tuis de medio filiorum Iſrael ut ſacerdotio fungantur mihi.* (Exod. 28 verſ 1.) Cur Aaron, Fratrem & filios fratris ſui in regimẽ & ſocietatem ſacerdotii, non verò alios ex aliis tribubus adhibet? Ut concordiam inter ſacerdotes & Divini Verbi præcones commendet. Opportunè ad noſtrum inientum Beda lib. 3. de Tabernaculo cap. 2. *Quod fratrem ſuum Moyſes, cum filiis in ſacerdotium ordinare præcipitur, quid nobis aliud myſticè commendat, niſi quod omnes, qui officium Doctoris ſortiuntur, tanto debent ſtudio & amore meditationi divinæ legis adhærere, ut quaſi Germanâ videantur cognatione conjuncti.* (Beda.) Quaſi diceret, tunc prædicationes divini verbi mirabilem in mentibus hominum fructum edunt, cùm Viri Apoſtolici conveniunt in charitate, in doctrinâ, nullaque inter eos diſcordia & ſimultas reperitur. Cap. 35. ejuſdẽ libri Exodi verſ. 35. licet ad fabricandum tabernaculum multi idonei eſſent, tamen Deus duos dumtaxat elegit ſcilicet Beſeleel ex tribu Judâ, & Ooliab de tribu Dan. (Cap. 35. verſ. 35.) *Ambos autem erudivit ut faciant opera.* Beſeleel ex tribu Regiâ, Ooliab ex ancillâ. Cur ad eandem dignitatem, & opus eliguntur homines genere tam diſſimiles? Breviter reſpondet Lyranus. *Quia non eſt perſonarum acceptor Deus.* (Lyranus.) In conferendis ſuis favoribus & beneficiis Deus non attendit ad dignitatem, ſed ad mores & vitæ ſanctimoniam, ſeu potiùs dico in fabricando tabernaculo, in propagandâ Eccleſiâ, & religione concordiam in Viris Apoſtolicis eſſe neceſſariò ſervandam.

Numerorum cap. 11. verſ. 17. ad VII. (Num. 11 verſ. 17.) ritè dirimenda negotia civilia & Ec-

cleſiaſtica

cleſiaſtica, Deus ſtatuit ut novi magiſtratus crearentur: in quem finem juſſit congregari Septuaginta ſeniores, Moyſemque his verbis affatus eſt. *Auferam de ſpiritu tuo, tradamq; eis, ut ſuſtentent tecum onus populi, & non ſolus graveris.* Cur de ſpiritu Moyſis cœleſtibus donis cumulato aliquid aſſumit Deus? cùm de promptuario ſuæ infinitatis effundere poſſit majores gratiarum theſauros? ingenioſè reſpondet D. Petrus Damianus in libello gratiſſimo cap. 14. *De ſpiritu Moyſis vires dediſſe Dominus dicitur, ut & ordinatores, & ordinatos unum debere ſpiritum habere perſpicuum doceatur, quatenus rectores Eccleſiæ nequaquam inter ſe diverſè ſentiant, undè ſchiſmata, aut hæreſes peſtilenter emergant, ſed unum omnes concorditer doceant, atque in unitate ſpiritus concorditer vivant.* Expendit potius, ut quilibet Prælatus mediocri ſpiritu ſit, ſed cum aliis concordi, quàm majori, ſed aliis oppoſito: quia res Eccleſiæ & Religionis magis promovent exigui & mediocris ſpiritus cõcordiâ, quàm majoris diſcordiâ.

S Petrus Damian.

VIII. Libros Regum ab unitate auſpicatur Spiritus ſanctus cap. 1. verſ. 1. *Fuit unus de Ramathaim, &c. & nomen Elcana.* Cur Elcana *unus* appellatur? *Quia* (inquit D. Gregorius ibi) *perfectio viri in præconio ponitur unitatis*, unitasque eſt propria juſtorum, ſivè omnes ſimul, ſivè ſinguli capiantur. Id opportunè animadvertit Origenes homil. unicâ in lib. Regum. *De juſtis non ſolùm per ſingulos unus dicitur: verùm & omnes competenter unus dicuntur. Et cur non omnes unus dicantur? quorum cor & anima una eſſe deſcribitur? Unam ſemper omnes ſapientiam meditantur, unum ſapiunt, unum ſentiunt, unum Deum venerantur, unũ Dominum Ieſum Chriſtum confitentur, uno Spiritu Dei replentur.* His verbis innuit quod ſicut Elcana fuit princeps ſeu primus ſuæ familiæ, ita qui in Eccleſia & familiâ Chriſti primatum gerunt, eamque prædicationibus augere & fovere contendunt, debent unam ſapientiam meditari, unum ſapere, unum ſentire, ut ritè unum Deum venereutur, debent non tantùm in cultu divino eſſe concordes; ſed etiam in doctrinâ & ſapientiâ.

l. 1. Reg. c. 1. v. 1.

Origenes

IX. Salomon Rex ſapientiſſimus ſuam domum rectè adminiſtrari cupiens elegit duos Scribas, ſeu duos viros doctos & quidem fratres lib. 3. Regum cap. 4. verſ. 2. *Hi Principes quos habebat, Elihoreph & Achia filii Siſa Scribæ.* Cùm multi Scribæ & docti forent cur potius hos elegit? cur ſuã domum, ſuam familiam, ſuam ditionem gubernandam committit? quia ſunt fratres, Domus enim, familia & provincia in maximum diſcrimen adducitur, cùm vel imperitis, vel diſcordibus committitur. Ut igitur firma ſubſiſtat debet à doctis, & à fratribus gubernari: alioqui ſi alterutrũ deficiat, ille ſtatus ſcindetur, potiuſque corruet, quàm ſubſiſtet. Si ad regimen temporale, & peritia, & concordia gubernantium requiritur, à fortiori ad docendam legem divinam, ad propagandam Eccleſiam & religionem. Si enim Viri Apoſtolici charitatis vinculo non conſtringantur, eorum ſtudia potiùs ad deſtructionem Eccleſię quàm exaltationem ejus dirigentur.

l. 3. Reg. c. 4. v. 2.

X. Idem Salomon templi ampliſſimi fabricam meditans ab eâ cuncta armorum genera removit, omnes miniſtros inermes convocavit, nullis inſtrumentis ferreis uti voluit, lib. 3. Regum cap. 6. verſ. 7. *Malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo cùm ædificaretur.* Varias rationes litterales afferunt Interpretes. Eucherius & Angelomus hanc allegoriam. *Quia hic tundimur adverſitatibus & diſciplinâ veritatis exercemur, ut illic locis juxta meritum congruis diſponamur, & caſtigatione ceſſante ſuo amoris glutino, quoad invicem copulemur, uno impleti ſpiritu perfundamur. Hic enim foris tundimur, ut illic ſine reprehenſione inveniamur. Hic malleus, hic omnia tunſionum reſonant ferramenta: in domo autem Dei nulli ictus audiuntur, quia in æterna patria omnes jam percuſſionum ſtrepitus conticeſcunt.* Illis accinit Eccleſia in dedicatione. *Tunſionibus, preſſuris expoliti lapides ſuis coaptantur locis per manus artificis diſponuntur permanſuri ſacris*

l. 3. Reg. c. 6. v. 7.

Eucher.

ædificiis

ædifitiis. Sed nunc ad intentum placet reſponſio quorundam Rabbinorum apud Maſſium Joſue cap. 8. numer. 31. ideò ferrum ullum ſtructuræ templi non fuiſſe adhibitum, quia ferrum eſt ſymbolum ruinæ, non fabricationis, eſt ſignum diſcordiæ, & non pacis Sic Deus non vult uti operariis factioſis in fabricâ Eccleſiæ in propagatione ſuæ religionis in Indiis aliiſque locis à gentilibus & hæreticis occupatis, ſed adhiberi vult pacificos & concordes non tantùm charitate ſed etiam in doctrinâ. Eodem cap. 6.
l. 3 Reg. 6. v. 23. verſ. 26. Textus Sacer refert, quod *Fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum decem cubitorum altitudinis.* Quid duo illi Cherubim denotant? ſpiritus illi pleni ſapientiâ Divini verbi præcones duo ſunt, quia concordes ſunt in doctrinâ. Idem intendunt ſcilicet Eccleſiæ propagationem, cuſtodiam, &c. Eucherius. *Vniuſcujuſque menſura, & duo Cherubim, quia diſparitas voluntatum ſivè cogitationum nulla eſt.*

XI. Cap. 18. verſ. 30. Id indubiè intendit P. Elias dum cultum divinum reſtituendum, & fidem ferè collapſam reſtituere ſtatuit, incœpit ab arâ, verſ. 30. *Curavit altare Domini quod deſtructum fuerat.* Verſ.
verſ. 31. 31. *Et tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Iſrael.* Ponderá has voces. *Et tulit duodecim lapides, &c.* Non ait curavit inſtrumentis ferreis lapides ſculpi, quadrari, quia noluit in altaris fabricâ Divino Numini conſecrati ulla inſtrumenta belli, & diſcordiæ applicari. *Malleus, & ſecuris, & omne fermentatum* noluit audiri in reparatione altaris & reſtauratione divini cultus in Eccleſia per Carmelum adumbrata. Vult enim Deus ejus operarios eſſe concordes voluntate, fide, & diſciplinâ. Eliſeus ejus diſcipulus hanc unitatem & concordiam ſe ſectari teſtatus eſt, dum ab Eliâ patre ſuo ſpirituali nunquam diſcedere voluit. Nam lib. 4 Regum cap. 2. verſ. 1. *Cùm levare vellet Domi-*
l 4. Reg c. 2. v. 1. *nus Eliam per turbinem in cælum ibant Elias & Eliſeus de Galgalis.* Simultate greſſus, affectus, intentionis & concordiæ. Undè cùm Elias dixiſſet Eli-
verſ. 2. ſeo, verſ. 2. *Sede hic, quia Dominus miſit me uſque in Bethel.* Illi ait Eliſeus, *Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te,* non tantùm corpore, ſed etiam affectu & doctrinâ volo te in omnibus comitari. Verſu 4. Iterùm dixit *Elias ad Eliſeum, ſede hic, quia Dominus miſit me in Iericho. Et ille ait, Vivit Dominus & vivit* verſ. 4.
anima mea, quia non derelinquam te, volo te comitari & adeſſe tuis exhortationibus, & in omnibus tuis opinionibus & doctrinæ inhærere. Verſu 6. Dixit ei Elias, *Sede hic, quia Do-* verſ. 6.
minus miſit me uſque ad Iordané: qui ait, Vivit Dominus, vivit anima tua non te derelinquam. Concludit Textus. *Ierunt ergò pariter.* Verſ. 9. *Cùmq; tranſiſſent Elias dixit ad Eliſeum, Poſtula quod vis vt faciam tibi antequam tollar à te. Dixitq; Eliſeus, obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Non petit ſpiritum alterum, ſed ipſius. Undè Sira- Eccli. 48
cides 48. verſ. 13. ait. *Et in Eliſeo* verſ. 13.
completus Spiritus ejus. Græcus. *Et Eliſeus repletus eſt ſpiritu illius.* Scilicet prædicationis, quia eodem affectu, zelo prædicavit quo Elias. Sicut intrepidè Achabum arguit; ita Eliſeus non eſt veritus offenſam, minas & cædes Regum idololatrarum & impiorum, ſed eis in faciem teſtitit, eoſque redarguit. *In diebus ſuis non pertimuit principem, & potentiâ nemo vicit illum.* Nam vocatus ad caſtra trium Regum, duorum impiorũ, Joram filii Achab, & Regis Edom, ac pii Joſaphat Regis Juda, qui omnes cum exercitibus ſuis ſiti & aquæ penuriâ laborabant, ejus oraculum & auxilium implorarunt. Animosèque reſpondit Joramo l. 4. Reg.
lib. 4. Regum cap. 3. verſ. 14. *Quid* c. 3. v. 14.
mihi, & tibi eſt, vade ad Prophetas Patris tui & Matris tuæ, &c. Elias inſinuavit Eliſeum fore verum ſuum diſcipulum, & ſpiritu ſuo potiturum ſi ipſi ſemper adhæreret, ejus nutum & mentem ſequeretur. cap. 2 verſ. 10. Cap. 2.
Si videris me quando tollar à te erit tibi verſ. 10.
quod petiiſti. S. Bernardus ſermone 6. de Aſcenſione. *Duplicavit ſpiritum viſio abeuntis.* S. Bernardus.

Conſenſus judiciorum, & animorum concordia tam neceſſaria ſunt dirigentibus mentes hominum in viam ſalutis, & ad portum æternæ XII.

vitæ, ut tis deficientibus, nullum progreſſum ſint facturi: imitari enim debent Moyſem & Aaron de quibus Vates Regius pſalm. 76. verſ. 20. canit. *Deduxiſti ſicut oves populum tuum in manu Moyſi & Aaron.* Cur potius dicit *in manu*, quàm in manibus? Reſpondet Origenes homil. 27. in Numeros. *In manu* (inquit) *Moyſi & Aaron eduxit eos Dominus, & non in manibus. Vnum enim opus utriuſque manus eſt, atque una perfectionis expletio.* Quaſi duo illi duces populi Iſraelitici in operando ita eſſent concordes, ut viderentur operati unâ eâdemque manu. Noſter Michael de Bonnoniâ ait, quod hæc *Eductio erat figura eductionis Eccleſiæ de gentibus & infidelibus &c. Per iſtos duos per quos deduxit populum de Ægypto, ſcilicet Moyſem & Aaron vult oſtendere Pſaltes per quos Deus deduxit Eccleſiã de gentilibus, & quo ipſam cõſervat gubernat,* ſcilicet *in manu.* Quamvis ſint multi in Eccleſiâ maximè in Indiâ, in Perſiâ, in Angliâ & aliis Regionibus occupatis ab infidelibus & Hæreticis, ut progeſſum faciant in ſuis miſſionibus, debent eſſe ita concordes in prædicando, & ſalutem animarum operando, ut unâ & eâdem manu uti videantur. Idem Pſaltes probè ſciens quantum malum afferat diſcordia Reipublicæ tam politicæ quàm Eccleſiaſticæ optabat pſalm. 85. verſ. 11. *Lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.* S. Hieronymus *Vnum fac cor meum, nè ſit multiplex & diviſum in plures cultus Deorum.* Omnes homines quid ſunt? membra Eccleſiæ Epheſ. cap. 4. verſ. 25. *Sumus invicem membra.* Et cap. 5. verſ. 30. *Membra ſumus corporis ejus.* Quemadmodum cor in medio corporis conſtituitur, ita in medio populi ſunt Præſules & Viri Apoſtolici, qui ut animent & foveant illum in fide omnem ſciſſuram & ſectam vitare debent. Ad eam animorum & judiciorum unionem Apoſtolus Romanos, ſeu potius Miſſionarios hortatur cap. 15 verſ. 6. *Deus patientiæ & ſolatii det vobis id ipſum ſapere in alterutrum ſecundùm Ieſum Chriſtum, ut unanimes, uno ore honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Cornelius. *Det vobis conſentire, eſſe concordes, tum judicio, tum affectu, eundemque affectum & benevolentiam, & beneficentiam invicem exhibere ſecundùm legem, vitam, exemplum & præſcriptum Chriſti, ſivè prout requirit Chriſtus & Chriſtianiſmus.* Clarius cap. 12. verſ. 16. *Idipſum invicem ſentientes non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.* Eandem mentem, eundem ſenſum habete, mente, animo & ſenſu conſentite. Quid intelligit per hæc verba *Non alta ſapientes?* Id eſt nolite ſupra alios eminere, quaſi ſitis illis prudentiores *Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos.* Origenes. *Nè putetis vos eſſe prudentiores aliis.* Hoc pacto Deum honorificabitis, ejuſque amorem vobis conciliabitis.

Pſ. 776. v. 20.

Incognitus.

Pſal. 85. v. 11.

Rom 15 verſ. 6.

Cornel.

XIII. Id innuit Chriſtus Cant. c. 4. v. 9. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in uno oculorum tuorum* Septuaginta. *Abſtuliſti mihi cor:* Simmachus. *Excitaſti cor meum.* S. Ambroſius ſerm. 16. in Pſalm. 118. *Cor meum cepiſti.* Per oculos ſponſæ (inquit Philo Carpathius) cum aliis intellige Prædicatores & Viros Apoſtolicos. Cur dicit ſe à ſponſâ vulnerari in uno oculorum, & non in pluribus oculis? Galenus lib. 10. de uſu partium cap. 10. docet, quod ſi oculi ſani ſint & non caligantes ob internam unionem non res diverſas, ſed eandem intuentur. Undè Tertullianus lib. 1. cõtra Marcionem cap. 3. *Lippientibus* (inquit) *oculis ſingularis lucerna numeroſa eſt.* Quid per ſponſæ oculos, ſponſus cœleſtis intelligit? Viros Apoſtolicos ſeu Doctores. Cùm innumeros Doctores habeat, & conſequenter oculos, cur ſe uno duntaxat oculo vulneratum aſſerit? quia dum divini verbi Præcones conveniunt iter ſe, idem judicium, eandem opinionem in rebus concernentibus ſuam miſſionem habent, eorum miſſio Deo gratiſſima, & obſequium ei acceptiſſimum eſt. Audi D. Thomam. *Benè cùm ſuperiùs pluraliter dixerit oculos, hic ſingulariter in uno oculo dixit ut per hoc ſanctorum unitas exprimatur.* Quia Deum nulla res magis delectat, quàm Prælatorum & Prædicatorum concordia, quàm judiciorum conſenſus & intentio.

Cant. c 4 verſ. 9.

Tertull.

S. Thom

Hoe

XIV. Hoc modo ſe verè à Deo miſſos teſtantur Baldad Suhites, cur divinam providentiam admiratur? quia res ſublimes concordes animadvertit, Job. cap. 25. verſ. 2. *Qui facit concordiam in ſublimibus.* Quid per ſublimia illa intelligit? quidam accipiunt corpora cœleſtia quę mirâ concordiâ ad harmonicum concentum formandum conſpirant. Alii Angelos, qui omnes concurrunt ad divinum honorem propugnandum. Alii viros perfectos, qui tantâ fruuntur pace, ut caro nullatenus ſpiritui ſe opponat, nec contra illum bellum moveat. At verius alii Prælatos Eccleſiæ accipiũt, qui ſicut lib. 1. Regum cap. 6. verſ. 12. *Ibant in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethſames, & itinere uno gradiebantur pergentes & mugientes, & non declinabant neque ad dextram neque ad ſiniſtram.* Sic Viri Apoſtolici verbum divinum per orbem deferentes. *Uno* (inquir Beda) *eodemq́; fidei & charitatis calle gradiuntur.* Et Hugo Cardinalis. *In uno itinere veritatis concordia inſinuatur, quam debent habere Doctores in docendo, & prædicatores in prædicando.* Id totum confirmat Ezechiel cap. 1. verſ. 7. ubi ait ſe vidiſſe Cherubinos, animadvertitque quod *planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli.* Ita omnes illi Cherubim gradiuntur, ac ſi uno pede niterentur ac incederent, tanta inter eos eſt concordia, ut in quam partem unus inclinat in eandem cæteri deflectant, & ferantur. Ecce qualis oculus, qualis manus, quale cor, qualis pes, qualis planta, Viri Evangelici eſſe debeant.

Iob. 25. verſ. 2.

l. 1. Reg. 6. v. 12.

Beda.

Hugo Cardin.

XV. Meritò Chriſtus Litteras Apoſtolicas hoc ſigillo claudir eaſque ſolas porrigendas tradit Joannis cap. 13. verſ. 35. *In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Syriacus. *In hoc noverit unuſquiſque diſcipulos meos vos eſſe, ſi dilectio fuerit in vobis unius ad alium.* Arabicus. *Si dilectionem habueritis alterius in alterum.* S. Gregorius Nyſſenus. *Ex hos intelligent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi vos amore complectimini mutuo.* Theophilactus. *Si dilectionem habueritis inter vos.* Vatablus & Pagninus. *Per hoc cognoſcent omnes diſcipulos meos, ſi charitatem habueritis inter vos mutuam.* S. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. cap. 24. ait. *Non aliâ coronâ, non aliâ torque atque ſignaculo diſcipulos cognoſci oportere, quàm à vinculo charitatis.* S. Thomas comparat Athletas idololatriam, hæreſim debellaturos militibus regiis. *Quicumque adnumeratur militia alicujus regis, ejus inſignia portare debet. Inſignia autem Chriſti ſunt inſignia charitatis, quicumque ergò vult annumerari militiæ Chriſti, debet charitatis charactere inſigniri.* Brevius Euthymius. *Hic manifeſtus eſt Chriſtiani character hoc planè inſigne. Nam vera dilectio omnium caput eſt virtutum.* Quamvis multæ ſunt virtutes viro Apoſtolico neceſſariæ, tamen ſolius concordiæ & dilectionis mentionem facit D Gregorius lib. 20. moral. cap. 9 ſcribens. *Non in hoc cognoſcetur, quia diſcipuli mei eſtis, ſi ſigna feceritis, ſed ait, ſi dilectionem habueritis ad invicem, apertè indicans, quia veros Dei famulos, non miracula, ſed ſola charitas probat.* Luculentius id explicat Rupertus lib. 11. in Joannem. *Non* (inquit) *in hoc agnoſcent, ſi exterminaveritis facies veſtras, vel ſi longas orationes feceritis, aut certè ſi tubâ præcinente multam eleemoſynam dederitis: quæ & omnia iis ſimilia facere poſſunt hypocritæ conſciâ ſiniſtrâ ſuâ, ſed in hoc cognoſcent, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem quod profectò bono corde poteſt fieri Nec enim aliquod malum. vel violatio præcepti poteſt in eodem corde cohabitare dilectioni.* Aliæ virtutes poſſunt eſſe fictitiæ, ut oratio, jejunium, eleemoſyna, &c. dilectio nequaquam, nullum in ſe defectum patitur.

Ioan. 13. verſ. 35.

S. Cyrill.

S. Thom.

Euthym.

S. Greg.

Rupert.

XVI. Dicet forſan quiſquam inter legatos cœleſtes diſſentionem ortam fuiſſe, quæ uſque ad divini Numinis tribunal deducta & agitata fuit. Daniel. cap. 10, verſ. 13. Angelus tutelaris populi Hæbræi dixit. *Princeps regni Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus.* Angelus miſſus ad cuſtodiam regni Perſarum contendit mecum. Ille ut populus in captivitate retineretur, allegans cum Perſis profuturum. Ego è contra inſtiti, ut dimitteretur propter periculum Apoſtaſiæ à

Dan 10. verſ. 13.

fide. Scio nonnullos exiſtimare, ibi ſermonem eſſe de malo Angelo Perſarum, cui opinioni favere videtur Sancius in Danielem aliquot argumentis à ſe productis. At Salmeron in acta tract. 45. Pererius in Danielem lib. 12. Suarez lib. 6. de Angelis cap. 19. num. 13. Imò ipſe Sancius aſſerunt utrumque Angelum fuiſſe bonum. Quod igitur certamen erat inter eos? quibus armis utebantur? quomodò certabant? non affectu ſed intellectu. Quamvis enim Angeli ſummâ charitate ſe invicem ament, ſintq; ſummè concordes, tamen in quibuſdam rebus, in quibus Deus necdum manifeſtavit ſuam voluntatē, poſſunt velle ſibi invicem contraria. Undè D. Athanaſius in reſponſione ad 31.

S. Athan. ait. *Nè ipſi quidem Angeli inter ſe unquam digladiantur cognoſcentes mutua dilectionis ſpiritualis vinculum.* Hoc igitur Angelicum certamen non abſolutum, ſed conditionatum fuit. Nam utraque pars, licet invicem adverſa, erat abſolutè reſignata in voluntatem & ſententiam Dei: ita Gregorius à Valentiâ 1. part. diſput. 8. de quinto effectu divinæ gubernationis quæſt. 6. puncto 4. Sic ergò Gabriel Deum orat pro ſuis Judæis, ut omnes è Babylone in patriam reduceret, nè Babyloniorum idololatriâ & vitiis inficerentur, ſicut aliquos videbat infici, urbemque & templum reſtaurari curaret juxta ſuas promiſſiones, ut ibi piè, quietè, & ſecurè Deo ſervirent. Quod etiam tam inſtanter poſtulaverat, & aſſiduè Daniel poſtulabat, addens Judæos eſſe populum Dei, gentemque ab eo ex omnibus populis electum, & dilectū, ex quâ Meſſias naſciturus erat, allegabat merita Abrahæ, Iſaac, Jacob, & Moſis, &c. preces Jeremiæ, Ezechielis, Nehemiæ, Jehu, & aliorum viventium. Ex adverſo Angelus Perſarum inſtabat, ut Deus aliquos Judęos relinqueret in Babylone ad Babyloniorum & Perſarum converſionem, & ut hi diſcerent à Judæis unum verum Deum, & ejus cultum. Illud quoque Judæis fore utile, ut potè qui qui adverſis fierent meliores. Patres nonnulli addunt aliā cauſam, ſcilicet Principem Perſarum Gabrieli & Judæis ex zelo juſtitiæ reſtitiſſe, dicens Judæos debere adhuc magis puniri & purgari, eo quod poſt tot beneficia à Deo accepta illis malè vivendo tam ingrati extiterant.

Inſtabis inter Paulum & Barnabam fuiſſe diſſenſionem Actorum cap. 15. XVII.
verſ. 39. *Facta eſt autem diſſenſio, ita ut diſcederent ab invicem, & Barnabas quidem aſſumpto Marco, navigaret Cyprum.* Verſ. 40. *Paulus verò electo Silâ profectus eſt, &c.* Vatablus. *Facta eſt exacerbatio.* Tigurina. *Acris diſceptatio.* Alii. *Animi incitatio.* Act. 15. verſ 35. verſ. 40.

Reſpondeo hanc diſſenſionem non fuiſſe diſcordiam, ſed zelum ſeu actum virtutis. Nam Paulus zelo juſtitiæ aliquando repellebat Marcum peccantem, quem Barnabas miſericordiâ motus videns reſipiſcentem reconciliabat. Sicque ambo ex diverſæ virtutis motivo in diverſas partes recedebant, divino tamen inſtinctu, ut prodeſſent pluribus gentibus à ſe invicem, & à Deo ſeparatis per prædicationem Evangelii. Undè illa diſſenſio non fuit inimica (ſed ut Græcus habet) quædam veluti contentio & æmulatio pro ſalute animarum. Idem enim vocabulū reperitur in epiſtolâ ad Hebræos cap. 10. verſ. 24. quod Interpres Latinus tranſtulit. *Provocationem charitatis.* Undè ibi S. Chryſoſtomus optimè ſubdit. *Utinam & nos tales ſeceſſionem faceremus & ſic ad prædicandum abiremus.* Et S. Hieronymus in Apolog. ad Ruffinum. *Nonnè Apoſtoli ſalvis inter ſe amicitiis diſſenſerunt, cùm Paulus & Barnabas propter Ioannem cognomento Marcum ſtomachati ſunt, & ſeparavit eos navigatio, quos Chriſti Evangelium copulabat.* Separati ſunt ergò Paulus & Barnabas, ut pluribus evangelizarent. Deindè hac diſceptatione & ſeveritate Pauli Marcus ignominiâ affectus, ſuam culpam ignaviæ & inconſtantiæ agnoſcens, animoſior & conſtantior evaſit, cumque poſtea Paulus reaſſumpſit, charumque & fidum comitem habuit. Ut notat S. Chryſoſtomus. Talis enim diſſenſio fuit inter Paulum & Petrum, ut patet ex epiſt. ad Galatas cap. 2. Quare rectè S. Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 11. meritò

S. Chryſoſtomus

Hieron.

meritò invehitur in eos, qui ut ſua
S. Petrus jurgia foveant patronos advocant hos
Damian. Apoſtolos. *Quod utique conſtat non diſcordiæ vitio, ſed divinæ diſpenſationis factum eſſe judicio, ut nimirùm ſancti Apoſtoli tanquam grana tritici, eo ſpargendæ fidei uberiorem meſſem redderent, quo procul eos ab invicem diſſenſionis aura perflaret.*

XVIII. Nec etiam obſtat, quod poſtea inter ſanctiſſimos Doctores graves diſſenſiones ortæ ſint, ſcilicet inter S. Baſilium & Euſebium, ut refert S. Gregorius Nazianzenus orat. 20. num. 51. inter D. Chryſoſtomum & S. Epiphanium teſte Nicephoro lib. 13. cap. 13. Inter D. Hieronymum & Ruffinum, ut patet ex epiſt. S. Auguſtini ad eundem Hieronymum, & inter alios, quos Salmeron tractat. 45. in acta recenſet. Illa enim diſſidia non fuerunt voluntatum, ſed judiciorum, quæ veram amicitiam non lædunt. Vel ſi fuerint voluntatum, non altè penetrarunt ad lædendam charitatem, ſed ad ſtimulandam. Tamen (inquit S. Auguſtinus) hæc jurgia timenda & cavenda ſunt. Ipſe D. Hieronymus epiſt. ad Ruffinũ ait ſe repreſſiſſe aculeos indignationis. *Cùm legiſſem contabui dolore, & obri-*
Hieron. *gui timore*, ſtatimq; pactum init cum Hieronymo, *ſi fieri poteſt, ut inter nos quæramus aliquid, quo ſine amaritudine diſcordiæ corda noſtra paſcantur. Fiat, &c.* Nullus igitur Vir Apoſtolicus ex his diſputationibus anſam & patrocinium ſumat odioſè & invidioſè pugnandi.

§. I.

An & quando obliget præceptum affirmativum confitendi fidem.

Lib. 3. Regum cap. 18. Viſo ig-
I. ne cœleſti abſumente victimâ
l.3. Reg. S. Eliæ Prophetæ populus ex-
18.v.20 clamavit verſ. 20. *Dominus ipſe eſt Deus Dominus ipſe eſt Deus.* Joſephus lib. 8. cap. 13. *Hoc videntes Iſraelitæ ceciderunt in terram & adoraverunt unum Deum Maximum, ſolum, verumq; proclamantes, alios verò fallaciter & ſe vanâ opinione coluiſſe.* Cui ſubſcribens Cajetanus, *Ceciderunt in faciem ſuam adorando ſummum Deum. Ecce fructus in cordibus populi.* Quaſi diceret cultum, honorem, & præconium Deo debitũ ejuſque confeſſionem palam fecerunt, &c. Et quia prius illum cultum ſubſtraxerant, non tantùm negativè ſed etiam privativè & contrariè ſecundùm Suarem tract. de fide diſp. 8. ſect. 2. num. 4. Cardinalem Lugo de fide diſp. 14. ſect. 4. num. 57. Subſtrahitur negativè honor & cultus Dei, quando omittendo confeſſionẽ fidei, Deus ignominiâ non afficitur ſed non tantùm honoratur, quantùm honoraretur, ſi illam fidei confeſſionem emitterem. Ut cum pluribus negantibus fidem coram tyranno publicè interroganti aliquis interrogatus ultrò fidem profiteretur. Tunc maximum Divino Numini afferret incrementũ. Privativè ſubſtrahitur divinus honor, quando quis tyranno publicè interroganti æquivocè reſpondet, vel ſilet, ſic non confitendo fidem Deum afficit injuriâ: quia omittendo illam fidei confeſſionem, tacentis fides exiſtimatur falſa, & talis, de quâ erubeſcit publicè eam profiteri; cùm tunc honor eſſet debitus per cultum exteriorem, & ejuſdem fidei profeſſionem coram tyranno publicè interrogante, & tamen privat. Contrariè ſubſtrahitur honor Deo debitus, quando vel ea negatur, vel de eâ dubitatur per actus externos. Negativè ſubſtractus fuerat honor Deo debitus per Abdiam Regis Achabi OEconomum, quia Baalitis, Jezabele, Achabo negantibus, & coram illis plurimis ex Iſraelitis fidem non profitebatur, ſicque Deum talis honoris incremento privabat.

Non eſt dubium, quin aliqui Iſrae- II.
litæ etiam privativè debitum Deo honorem ſubſtraxerint, Achabo publicè interrogante, vel Jezabele, vel aliquo ex Prophetis Baal, non confeſſi fuerint fidem, ſivè tacendo, ſivè æquivocè reſpondendo, ſicque Deum injuriâ affecerint, quia per talem confeſſionis omiſſionem exiſti-

mabatur fides Dei Iſrael falſa, & talis, quam puderet publicè confiteri, & in illis circumſtantiis debitum honorem Deo reddere per cultum externum, & publicam fidei confeſſionem coram impio Achabo interrogante. De hâc ſubſtractione negativâ loquitur D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. in corpore. *Confiteri fidem non ſemper, neque in quolibet loco eſt de neceſſitate*

S.Thom. *ſalutis, ſed in aliquo loco & tempore, quando ſcilicet per omiſſionem hujus confeſſionis ſubtraheretur honor debitus Deo, aut etiam utilitas proximis impendenda. Puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non eſſet vera, vel alii per ejus taciturnitatem averterentur à fide.* Expende illa verba. *Aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non eſſet vera.* Idem Angelicus Doctor ad ſecundum *In caſu neceſſitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem ſuã aliis propalare.* Ad tertium. *Si turbatio infidelium oriatur de confeſſione fidei manifeſta abſque aliquâ utilitate fidei vel fidelium, non eſt laudabile in tali caſu fidem publicè confiteri, &c. Sed ſi utilitas fidei aliqua ſperetur, aut neceſſitas adſit contemptâ perturbatione infidelium debet homo publicè fidem confiteri.* Pondera illa verba *Si neceſſitas adſit debet homo publicè fidem confiteri.* Neceſſitas autem eſt, quandoquidem ex ſilentio fides putatur falſa. Contrariè Deo honor ſubſtrahitur non confitendo fidem, quando vel ea negatur, vel de eà dubitatur per actus externos. Tali modo filii Iſrael tempore Eliæ honorem Deo ſubſtraxerunt. Nam aliqui fidem veram negarunt, ut patet ex verbis S. Eliæ lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 10. & 14.

3.Reg. 19 v.10 *Zelo Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio.* Septuaginta. *Zelans zelatus ſum Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filii Iſrael, &c.* Vatablus. *Zelo quidem zelatus ſum pro Domino Deo exercituum: quia filii Iſrael fœdus tuum dereliquerũt, aras tuas diruerunt, & Prophetas in gladio occiderant.* Idem in Scholiis. *Mirâ quadam quaſi Zelotypiâ teneor pro Domino, & quaſi ſuſtinerem Dei perſonam, crucior cum video Eccleſiam, qua velut ſponſa eſt, deficere à Deo.* Cajetanus. *Pactum nominat, quia verè pactum fuerat in deſerto ſub monte Sina, de cultu unius ſummi Dei aſpergente ſanguinem Moyſe, &c.* Ad illa verba. *Altaria tua deſtruxerunt.* Subdit. *Erant enim multa altaria in diverſis locis à tempore Abraha uſque ad nunc ad tollendum penitus divinum cultum à regno Iſrael deſtructa erant.* Dionyſius. *Ferventem habui affectionem, indignationẽ & iram contra idololatras ex Dei amore* Diony.
cujus cultum & reverentiam opto affectu ardenti: quia fœdere amicitiæ, quod Deus cum populo Iſrael, & ad obſervantiam decalogi, quem cum proteſtatione dedit per Moyſem, receſſerunt. Lyranus. *Altaria deſtructa fuerant in contemptum Dei & ad exaltationem idololatriæ.* Toſtatus quæſt. 13. *Dereliquerunt legẽ ejus, non colendo ipſum, ſed Baal, & idola alia, &c. Dicitur quod filii Iſrael reliquerunt pactum, quia Iezabel commovit virum ſuum Achab, & ſic induxit totum populum ſub neceſſitate ad colendum Baal.* Omnes conveniunt quod plurimi ex filiis Iſrael à fide defecerunt, & idolis immolarunt. Nam non obſervando Decalogum ad idololatriam ſe converterunt, contra primum & ſecundum ejus præceptũ deſtruxerunt altaria ad divinum cultum penitus abolendum in contemptum Dei, & ad idololatriam exaltandam. Ipſa Dei ſponſa à Deo deficiebat, ſeducto Achabo per Jezabelem univerſus populus erat ſeductus ſub neceſſitatem ad colendum Baal.

Ex quibus infero primò, quod fidelis ſeu Miſſionarius coram Tyranno fidem intrepidè profiteri debet, III.
non tantùm actu externo, ſed etiam interno. Ratio eſt quia in hoc caſu (inquit Duvallius in 22. tract. de fide quæſt. 2. art. 8.) non eſt dubium quin actus internus à quo externa illa profeſſio dependet ad eam facilè & intrepidè declarandã primùm juvet. In his verò caſibus in quibus periculum imminet negandi fidem, non tantùm ad ea quæ sũt per ſe neceſſaria

debemus

debemus attendere: ſed etiam ad ea quæ multùm conducunt, & ſunt utiliſsima; debemus quippè ad iſtud periculum evitandum intutiori quem poſsimus ſtatu nos conſtituere.

IV. Infero ſecundò confeſsionem fidei debere eſſe exteriorem, Ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. art. 1. Patet primò
Pſ. 115. verſ. 1. ex Scriptura pſalm. 115. verſ. 1. *Credidi propter quod locutus ſum.* Roman.
Rom. 10 verſ. 10. cap. 10. verſ 10. *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.* Et verſ. 9 *Si corde credideris & ore confitearis ſalvus eris.* 2. Corinth.
2. Cor. c. 4. v. 13. cap. 4. verſ. 13. *Credimus propter quod & loquimur.* 2. ad Theſal. cap. 1. verſ. 11. Apoſtolus vocat confeſsio-
2 Theſſal. 1. v. 11. nem fidei opus fidei. *Vt impleat opus fidei in virtute*, id eſt *Efficiat ut liberè & conſtanter fidem profiteamur*, (inquit Duvallius ad artic. 1. citatum S. Thomæ.) Patet ſecundò ratione primâ, actus exteriores ſunt propriè & per ſe illius virtutis, ad cujus finem per ſe referuntur & ordinantur. Nam finis eſt illud à quo in moralibus ſpecies dependet, verbi gratia, largitio eleemoſynæ dicitur actus miſericordiæ, quia ordinatur ad eundem finem ſcilicet levamen pauperis ſicut miſericordia. Sed profeſſio fidei exterior ordinatur ad finem ipſius fidei, quæ eſt firmiter adhærere primæ veritati, ſicut exigit ejus dignitas & reverentia, igitur eſt actus illius. Secunda, idem eſt objectum tam materiale, quàm formale confeſsionis fidei & ipſius fidei. Nam veritas myſterii quod eſt objectum materiale fidei interioris eſt etiam objectum materiale ipſius confeſsionis, quatenus ſcilicet eam exterius ſignificamus & profitemur, prout in animo tenemus & concipimus, & divina revelatio, quæ eſt objectum formale ſub quo fidei, eſt etiã formale objectum ejuſdem confeſsionis, igitur confeſsio eſt actus exterior fidei.

V. Dices actus alicujus habitus debet eſſe in eâdem potentiâ, in quâ eſt habitus à quo elicitur, igitur ſi exterior profeſsio fidei elicitur à fide debet eſſe in intellectu, in quo eſt fides. At hoc falſum eſt, quia potius eſt in linguâ corporeâ. *Ore enim* (inquit Apoſtolus) *fit confeſsio ad ſalutem.* Non eſt igitur fidei interioris. Reſpondeo aliquid duobus modis poſſe eſſe actũ alicujus virtutis: primò phyſicè, quatenus nempè phyſicè & realiter ab ipſa producitur, & ſic ſolus aſſenſus interior fidei eſt actus ipſius virtutis fidei. Hic autem reponendus eſt in eadem potentiâ, in qua eſt ipſa virtus. Secundò moraliter, quatenus ordinatur in idem objectum, & in eundem finem, in quem ipſe habitus fertur, quamvis ab eo non procedat immediatè ſed dumtaxat mediatè. Hoc modo profeſsio fidei exterior emanat ab ipſa virtute, cùm habeat idem objectum & eundem finem. At quæ ſic procedunt reponi non debent in eo ſubjecto, in quo eſt habitus. Ita profeſsio fidei ponitur in linguâ, quæ locutionem format, vel in aere proximè adjacente, quando loquimur.

VI. Dices ſecundò illa confeſsione exteriori Deum colimus, igitur eſt potius actus Religionis, quâ Deus colitur quàm fidei. Confirmatur recitatio ſymboli in miſsâ, auditio ſacri, perceptio Sacramentorum ſunt actus exterioris fidei, & tamen hi ſunt actus Religionis ſpectantes ad cultum divinum. Reſpondeo non eſſe abſurdum unum & eundem actum procedere à diverſis virtutibus dum ad fines diverſos ordinatur, ut patet in Martyrio, quod eſt actus fortitudinis, patientiæ, fidei & religionis: in jejunio ab Eccleſia præcepto quod eſt actus abſtinentiæ, obedientiæ & fidei prout exterius exprimit conceptum, quẽ in mente habemus de rebus fidei. Eſt etiam actus religionis, quatenus Deo reverentiam exhibemus.

VII. Dices tertiò negatio fidei non eſt actus infidelitatis interioris, nam ſi quis neget fidem exterius ex metu & puſillanimitate, ut D. Petrus, Marcellinus Papa, & alii, non ideò cenſebitur infidelis, imò cum hac negatione fidem interius ſervabit. Si igitur negatio fidei non ſit actus infidelitatis, nec etiam profeſsio ejuſdem actus fidei interioris. Reſpondent Bannes & Duvallius negationem fidei per ſe ſuaptè naturâ eſſe actum infidelitatis, quamvis per accidens aliquando contingat

tingat, ut is qui fidem negat, fictè loquatur, ſic è contra ſcùm hæreticus fidem confitetur exterius, talis confeſſio per ſe refertur ad fidem, quamvis per accidens ipſe careat fide.

Dices quartò ad veritatem veracitatis ſpectat, ut homo ſe gerat talem exterius & profiteatur, qualis eſt interius. At per confeſsionem fidei homo ſe exhibet fidelem exterius, ut eſt interius, & in mente. Igitur fidei profeſſio erit potius actus veracitatis, quàm fidei. Reſpondent præfati Doctores illam exteriorem confeſsionē prout refertur ad hypocryſim vitandā eſſe actum veracitatis. Si verò fiat ad aſſentiendum in voce Deo revelanti ob ejus auctoritatem, quæ vox eſt ſignum eorum, quæ ſunt in mente, eſt actus fidei, & in hoc nullum eſt inconveniens, cùm actus quilibet poſsit à virtutibus diverſis procedere ſecundùm diverſas conſiderationes.

VIII. Infero tertiò contra Helcheletas apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 28. & Priſcilianiſtas apud S. Auguſt. lib. de hæreſ. c. 28. & lib. cõtra Mendacium cap. 6. non eſſe licitum Miſſionariis, aliiſque fidelibus ad vitam tuendam fidem exterius negare, modò ipſa interius retineatur, falſumque hoc eſſe illud proverbium. *Iura, perjura, ſecretum prodere noli.* Patet primò ex Scripturâ Matthæi cap. 10. verſ. 32. *Qui negabit me coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo qui in cælis eſt.* Syriacus. *Qui abnegaverit me, abnegabo quoque eum.* S. Cyprianus epiſt. 31. *Negabo coram Patre meo & Angelis ejus.* Lucæ cap. 12, verſ. 9. *Qui negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.* Et cap. 9. verſ. 26. *Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cùm venerit in Majeſtate ſuâ.* Cornelius hic. *Qui pudore aut metu regum, principum, tyrannorum, vel parentum, & amicorum meam fidem neget, vel me confiteri non audeat, aut meis legibus obedire vereatur, quaſi eum pudeat humilitatis Crucis, Crucifixi Chriſti, hunc viciſſim Chriſtus erubeſcet.* Et Apoſtolus 2. Corinth. cap. 2. verſ. 12. *Si negaverimus & ille negabit nos.* Hunc metum ſe excuſſiſſe aſſerit idē Apoſtolus Roman. cap. 1, v. 16. *Non erubeſco Evangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, &c.* Ex quibus locis concludo non tantùm licitum eſſe fidem negare, ſed etiam nos teneri eam profiteri, quando res poſtulat. Et licet his locis, non fiat mentio de periculo mortis imminentis, tamen ad eam evadendam id adhuc non licet. Ut patet Lucæ cap. 22. v. 62. ubi cùm Petrus ſe ab imminenti mortis periculo liberaturus Chriſtum negaſſet. *Egreſſus foras flevit amarè.* Cum tamen mente & corde fidem retinuiſſet.

Dices non licere quidem Chriſtum negare (ut fecit Petrus) licitum tamen eſſe negare ſe Chriſtianum, vel Chriſti diſcipulum. Contra præterquam quod Petrus Chriſtum peccaſſe dicatur, negando ſe ex diſcipulis Chriſti eſſe, qui ſe Chriſtianum negat, implicitè & virtute Chriſtum ipſum negat. Nam quantum in ſe eſt Chriſtianam religionem veram eſſe, aut amplectendam negat. Hoc verò eſt negare implicitè Chriſtum, quo tota religio nititur. Vel (quod idem eſt) arguere eum mendacii, & deceptionis, vel talem nullam habuiſſe auctoritatem propagandi fidem & obligandi homines ad eam, quæ omnia funditus evertunt dignitatem, imò & naturam Chriſti. IX.

Inſtar Apoſtoli Pauli tum in veteri, tum in novâ lege Sancti Martyres nunquam induci potuerunt, ut præ timore aut rubore negarent fidem, vel negatæ fidei minimam ſuſpicionē præberent. Sic lib. 2. Machabæorum Eleazarus cap. 6. verſ. 20. *Deſtinavit non admittere illicita propter vitæ amorem.* Verſ. 21. *Hi autem qui aſtabant iniquâ miſeratione commoti propter antiquam viri amicitiam tollentes eum ſecretò, rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, ut ſimularetur manducaſſe, ſicut Rex imperaverat de ſacrificii carnibus.* Verſ. 22. *Ut hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem.* Verſ. 23. *At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenuæ nobilitatis canitiem* X.

l. 2. Mac 6. v. 20.

verſ. 21.

verſ. 22.

verſ. 23.

atque

atque à puero optimæ converſationis actus, & ſecundùm ſancta & à Deo condita legis inſtituta reſpondit citò dicens præmitti ſe velle in infernum. Verſ. 24. verſ. 24. *Non enim ætatis noſtræ dignum eſt (inquit) fingere, ut multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiiſſe ad vitam alienigenarum.* verſ. 25. Verſ. 25. *Et ipſi propter ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur.* Eum imitati innumeri Martyres in lege novâ, inter eos Martyrius Monachus (de quo S. Gregorius Monachus ſcribit) quod Chriſtum ſpecie peregrini leproſi de viâ laſſi, in viâ apparentem, in humeros ſuſtulit, & uſque ad Monaſterium portavit: ſed ita ut pondus non ſentiret: quia portantem ſe portabat. Ibi ergò ſe illi Chriſtus in ſuâ ſpecie exhibens & in cœlum conſcendens, dixit S. Greg. *Martyri, tu me non erubuiſti ſuper terram, ego te non erubeſcam ſuper cælos.*

XI. Meritò S. Cyprianus ſermone de lapſis graviter invehitur in Chriſtianos libellaricos, qui cùm Diis non ſacrificaſſent, nec ſacrificare vellent, à judicibus tamen pecuniâ impetrabāt libellum aliquem; quo eos ſacrificaſſe conſtabat ad vitandum mortis diſcrimen. Metaphraſtes ſcribit S. Sabam videntem nonnullis Chriſtianis carnes idolis non immolatas obtrudi, ut appareret eos ſatisfeciſſe edicto Imperatoris, quo omnes jubebantur immolatis veſci, exclamaſſe. Metaphr. *Qui hos cibos comederit Chriſtianus eſſe non poteſt.* Accedit ratio, negatio fidei eſt mendacium pernicioſum, quo gravem injuriam inferimus primæ veritati revelanti. Nam vel dicimus ejus teſtimonium, ſeu revelationem non eſſe veram: quod eſt contra legē naturalem & divinam: vel ſaltem eam veritatem fidei dogmata non revelaſſe, ſed à quodam fuiſſe conficta, quod manifeſtum mendacium eſt. At qui fidem diſſimulat, vel erubeſcit eſt etiam Deo injurioſus, quia quantùm in ſe detrahit auctoritati & reverentiæ primæ veritatis revelantis, quæ tanta eſt, ut neganda non ſit, neque interius, nec exterius diſſimulari vel ſilere debeat. Undè S. Auguſtinus lib. de fide & Symbolo c. 1. S. Auguſt. *Fides* (inquit) *à nobis exigit officium cordis & linguæ.* Et S. Gregorius Nazianzenus orat. in novam Dominicam. S. Greg. Nazian. *Non eſt in fide utroque poplite claudicandum nec diſpenſatione utendum.*

XII. Nec obſtat quod Cantor Regius pſalmo 14. verſ. 1. petit à Deo. *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in monte ſancto ejus.* Verſ. 3. Reſpondet enim, *Qui loquetur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in linguâ ſuâ.* Quaſi diceret, non prodeſt corde tenere veritatem, ſi eam ore negare præſumpſerit. Notat tamen Duvallius ſupra quæſt. 3. art. 2. in fine, quod olim quidam Chriſtiani Indiis Occidentalibus odioſi erant ob ſummam crudelitatem, & alia mala ab ipſis in illis regionibus perpetrata. Unde apud eos infideles nomē Chriſtiani idem erat quod miles crudelis, rapax, ſceleſtus. Et ſi quis Miſſionarius Religioſus tunc in illis partibus degens fuiſſet interrogatus an foret Chriſtianus, potuiſſet abſque culpâ & citra mendacium reſpondere ſe non eſſe Chriſtianum, ſcilicet ad mentem interrogantium. Nam ſicut in legibus præſtat vim & ſenſum illarum tenere quàm verba, ita in reſponſionibus ad interrogationem ipſius interrogantis mens potius ſpectanda eſt, quàm verba.

XIII. Infero quartò eum contra præceptum confeſſionis peccare, qui dicit ſe Lutheranum, aut Calviniſtam eſſe. Ita Duvallius ſupra art. 2. Ratio eſt, quia hoc ipſo profitetur religionem Catholicam his duabus ſectis è diametro oppoſitam eſſe falſam.

XIV. Infero quintò, quod ſi quis profitendo aliquam religionem neget ſe eſſe Chriſtianum & Catholicum. Item ſi quis affirmet ſe eſſe Catholicum Gallum, & non Romanum, ut plerique in Galliâ, non eſt dubium quin graviter peccet. Ratio Duvallii ſupra eſt, quia non vult cum Eccleſiâ Romanâ, & cum ſupremo totius Eccleſiæ Pontifice & Capite conſentire, ſicque ſe Schiſmaticum, ſi non hæreticum expreſsè profitetur. Quod ſi quis in odium fidei interrogatus à tyranno ambiguè reſpondeat, ita ut

tyrannus exiſtimet eum non eſſe Chriſtianum, ſeu Catholicum, vel ſi quis de ipſius fidei veritate & certitudine rogatus dicat ſe neſcire, peccat mortaliter. Ita Duvallius ſupra. Ratio eſt, quia Patres hanc diſſimulationem tanquam implicitam fidei negationem ſemper reputarunt, ac cenſuerunt. Secundò, quia Martyres tempore ſæviſſimæ perſecutionis diſſimulatione nunquam uti voluerunt. Dices tyrannos non eſſe judices, nec habere jus interrogandi, ergò licet coram eis uti ambiguitate & diſſimulatione. Reſpondeo licet interrogatio tunc non ſit juridica, tamen conſtituit Chtiſtianū in eo ſtatu, ut diſſimulatione & ambiguitate utens injurioſus ſit fidei, & quodammodò implicitè & virtualiter neget fidem. Si quis nō seriò, ſed joco interrogetur, poteſt diſſimulare, ſilere, vel uti aliquâ æquivocatione. Si quis tamen ab homine privato interrogetur in odium religionis Duvallius docet in eo caſu illum non teneri reſpondere, nec peccaturum mortaliter ſilendo ſi abſit ſcandalum. Vel ſi reſpondeat, quid tua intereſt? quid me interrogas? quis te meum judicem conſtituit? aut aliud ſimile. Ratio eſt quia tali reſponſione non videtur aliquid detrahi de primæ veritatis honore, fidei dignitate, vel proximi utilitate. Quia nemo poteſt rationabiliter colligere ſic reſpondentem vel ſilentem non eſſe Chtiſtianum: ſed dumtaxat quod talem interrogationem ſpernat, quod reſpondere nolit, niſi auctoritativè & legitimè interrogatus. Nota tamen eum ita ſe in verbis & factis debere gerere, ut nullam præbeat moralem ſuſpicionem audientibus malè ſentiendi de fide.

XV. Infero ſextò Iſraelitas & nnnc Chriſtianos fuiſſe & eſſe obligatos præcepto confeſſionis fidei nè ſubſtrahatur honor Deo debitus, quando ſubſtrahitur tantùm negativè omittendo. Ita Suarez de fide diſp. 14. ſect. 2. num. 4. Cardinalis de Lngo de fide diſp. 14. ſect. 4 contra Layman lib. 2. tract. 1. quæſt. 11. num. 2. & alibi. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 4. num. 4. Valentia 2. 2. diſp. 1. quæſt. 3 punctu 2. dubio 1. docentes etiam præceptum confeſſionis fidei obligare, quando ex ejus omiſſione ceſſaret magnus aliquis Dei honor, qui ex fidei confeſſione in ipſum Deum redundaret. Patet primò, quia fides, vel charitas non obligat ad procurandum honorem Dei omnibus modis & in omni caſu, & quidem ex omiſſione talis confeſſionis honor Dei apud alios poſitivè non minuitur, ſed ſolùm non augetur quantùm poſſet augeri, ſi profeſſio fidei fieret. Deindè licet multi Martyres ad ſupplicia convolarint, ex quo magnus honor in Deum redundavit, tamen omnes fateri debent eorum confeſſionem fuiſſe de conſilio, non verò de præcepto. Præterea quamvis Deus plurimùm honoretur ex præceptis Evangelicis, juxta illud Philonis lib. de Cherubim & flammeo gladio. *Servire Deo maxima gloriatio.* Non tantùm ipſi ſervienti, ſed & Deo. Tum quia religioſa vita eſt quoddam martyrium ut ſcribit S. Damaſcenus in hiſtoriâ Barlaam cap. 12. S. Bernardus ſerm. 2. de S. Victore Confeſſore, & ſerm. 1. in feſto omnium Sanctorum ubi de voluntariâ paupertate. S. Hieronymus in epiſt. ad Demetriadem cap. 2. ubi de caſtitate. *Habet & pudicitia* S. Hierō.
ſervata ſuum Martyrium. S. Gregorius lib. 35. moral. cap. 10. de obedientiâ ſcribit. *Obedientia victimis præponitur* S. Greg.
quia per victimas aliena caro, per obedientiam voluntas propria mactatur, dum ante Dei oculos repreſſa arbitrii ſui ſuperbia gladio præcepti ſe immolat. De mortificationibus Religioſis S. Ber- S. Bernardus.
nardus ſermone de S. Benedicto aſſerit Confeſſores longa & multimoda traxiſſe martyria. Et ſermone 1. in Octavâ Paſchæ. *Eſt* (inquit) *& Martyrii genus, & quædam effuſio ſanguinis in quotidianâ corporis afflictione, ſic quippè infirmis & puſillis corde neceſſe eſt, ut quem ſemel pro Chriſto ponere non ſufficiunt, ſaltem mitiore quodam, ſed diuturniore martyrio ſanguinem fundāt.* Climac.
Climacus gradu 4. diſſerens de Monachorum obedientiâ & mortificatione. *Hic* (inquit) *cum Martyribus trepudiabit.* Addo quod ingreſſus in religionē & profeſſio vitæ monaſticę,

ſecundus

ſecundus baptiſmus nuncupatur à S. Hieronymo epiſt. ad Paulam de obitu Bleſillæ cap. 2. *Cùm ante quatuor ferè menſes ſecundo propoſiti ſe baptiſmo laverit, &c.* Et epiſt ad Demetriadem cap. 5. *Nunc ſæculum reliquiſti, & ſecundo poſt Baptiſmum gradu iniiſti pactum cum adverſario tuo, dicens, renuncio tibi Diabole, & ſæculo tuo, & pompæ tuæ, & operibus tuis.* Quod eadem vita Religioſa Dei gloriam accumulet teſtatur S. Baſilius de laude vitæ ſolitariæ, à quo *arx ſpiritualis* nuncupatur. Idem ait *Solitaria vita cæleſtis doctrinæ ſchola eſt & divinarum artium diſciplina.* Item. *Eremus eſt paradiſus deliciarum*, S. Damianus ſerm. 59. *Verè Clauſtrum eſt Paradiſus.* Sanctus Gregorius Theologus orat. 6. *Generis noſtri primitiæ, columna, fidei corona, egregium Eccleſiæ complementum.* Et tamen Religioſa vita non eſt præcepta, ſed perſuaſa. Ex quo ſequitur id quod maximum divinæ gloriæ affert incrementum, non eſſe præceptum, nec conſequenter fidei confeſſionem.

S. Hierō. — S. Baſil. — S. Petrus Damian. — S. Greg. Nazian.

XVI. Infero ſeptimò Iſraelitas fuiſſe & nunc Chriſtianos eſſe obligatos ad fidei confeſſionem, videntes privativè ſubſtrahi honorem Dei ex omiſſione confeſſionis, ſeu quando fides afficitur ignominiâ, non confitendo, non profitendo illam, ſcilicet quando coram fideli infideles irrident & contemnunt fidem, templa demoliuntur, aras deſtruunt, imagines lacerant, myſteriis noſtris illudunt, vel aliquod aliud perpetrant in contemptum Religionis, ut tempore Eliæ faciebant prophetæ Baal, & qui erant ab eis ſeducti. Tunc fideles erant & nunc ſunt obligati præcepto affirmativo ad fidem confitendam, & laudibus celebrandam, quamvis non ſperetur ex hoc infidelium converſio, vel eorum ceſſatio à fidei noſtræ irriſione, contemptu. Ratio eſt, quia per noſtram confeſſionem Eccleſia & Religio Chriſtiana ſuum honorem recuperat, vel conſervat: ſicut quando coram eo, qui detrahit de Petro Petrum laudas, famam ejus & honorem propugnas, ita per confeſſionem fidei in ſimili caſu honor Deo debitus conſervatur. Ut docet S. Thomas 2. 2. quæſt. 3. art. 2. ad 3. Cardinalis de Lugo diſp. 14. ſect. 4. num. 63. Caſtro Palaus tomo 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 13. num. 6. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 4. num. 5. Coninck. Differunt tamen Sanchez & Coninck quod ille lib. 2. ſummæ cap. 34. numer. 15. dicat Martyrium eſſe in præcepto quando toleratur ad vitandas blaſphemias. Hic verò ſuſtineat magnificare fidem, & profiteri ſine periculo mortis eſſe de præcepto: ſed ubi imminet periculum mortis eſſe in conſilio. Ratio eſt quia obligatio non eſt adeò ſtricta ad infidelium peccata impedienda, & corripiendos eos, qui fidem contemnunt. Quia omittit tantùm infructuoſam correctionem, non autem fidem erubeſcit: quemadmodum erubeſceret, qui à tyranno publicè interrogatus de fide ſuâ, cum taceret, & Chriſtum virtualiter negaret. Favet decretum Sacræ Congregationis S. R. E. univerſalis Inquiſitionis coram Urbano VIII. anno 1630.

XVII. Quod ſi fidelis probabiliter credat infideles blaſphemos ad majores blaſphemias provocandos, iſte fidelis nō tenetur eos corripere. Undè ſi quis quærat cur Elias à correctione verbali abſtinuit triennio & amplius? Nonnè primo & ſecundo anno eundem zelum & eandem prædicandi occaſionem habebat? Reſpondeo ideò abſtinuiſſe, quia prævidebat quod ſuâ objurgatione Achab magis provocaretur ad blaſphemias evomendas. Si enim fames illa triennalis illos non movet, ut S. Chryſoſtomus animadvertit tomo 1. homil. 2. de Eliâ his verbis. *Proh dolor! nulla ex pœnâ correctio, & quaſi adverſis hominum malitia provocaretur, ſic creſcit quotidie quod puniatur, amant pœnam, ſupplicium diligunt, & nolunt recordari, ut vivant, nolunt corrigi ut evadant, & quaſi frugem mentis ſterilitas areſecerit & ſiccitas, ſic areſcente terrâ aruerunt & hominum corda.* Quod etiam ante illam famem populus non moveretur correptione verbali, audi Metaphraſtem apud Surium die 1. Auguſti. *Atra nox orbem terrarum oppreſſerat*

S. Chryſoſtomus

Itaque omnes in tenebris illos offundebant, erat orbis terrarum naufragium non aquarum, ſed intemperantiæ: propulſatâ enim intemperantiâ incontinentia
Metaphr. *ipſa dominabatur, virtus expellebatur, & vitia tanquam res legitima colebantur, colles, montes, ſaltus, via atque aer tenebris contegebantur. Itaque offuſcato ſolo cœlum erat caliginoſum. Omnis natura propter idolorum cultum coinquinabatur. Ergò tanquam in nocte aliquâ omnes ambulabant, rebus creatis non tanquam creatis animum adhibentes. Videbant lapidem, & tanquam Deum adorabant: videbant ligna & illa ſimiliter colebant. Altiſſima igitur nox illos depreſſos tenebat, cùm Creatorem deſpicerent, & res creatas venerarentur: In tam multis tenebris ſolus Elias virtutis lucernam tenens, & tanquam in quodã montis vertice, in ſapientiæ faſtigio ſedens virtutis quidem faciem præferebat, ſed ſplendorem præferens nihil tamen eos juvabat, eoquod earum mens tenebris oppreſſa erat, & idololatriæ ſceleribus detinebatur. Excandeſcebat igitur Elias animo diſſecabatur, lamentabatur, & multis verbis alios ab erroribus revocabat, ſed nemo tamen illum loquentem audiebat, precabatur, ſed nemo illi obtemperabat.* Expende hæc verba, *Sed nemo loquentem audiebat. Nemo illi obtemperabat.* Fame morientes parvuli, tabeſcentia animalia clamabant, & ad eorum clamorem populus obſurdeſcebat. *Nulla ſicut ex verbis Eliæ ſic ex pœnâ nulla correctio, &c.* Itaque ſi illo toto triennio Elias comparuiſſet, & aliquam exhortationem ad populum habuiſſet potius ad blaſphemias & impietates illum provocaſſet, quam ad reſipiſcentiam.

XVIII. Hinc meritò Siracides Eccleſiaſtici cap. 15. verſ. 7. ait. *Cùm interrogaveris*
Eccli. 15. verſ. 7. *corripe juſtè.* Id eſt commenſura correctionem verbis, tempori, perſo-
S. Ambr. nis. S. Ambroſius libr. 1. de Viduis. *Menſura oneris pro menſurâ debet eſſe geſtantis, alioqui impoſitio oneris fit ruina ubi vectoris infirmitas eſt, nam & infantium fauces ſtrangulat eſca robuſtior.* Quaſi diceret, peccator poteſt uno tempore geſtare pondus correctionis, alio non. Qui vult alium corripere, temporis & perſonæ debet habere rationem. Nam uno tempore habet ſtomachum virilem, alio puerilem, qui nihil guſtare & digerere poteſt. De hâc menſurâ ſeu perſonarum diſcrimine. S. Gregorius lib. 1. Paſtoralis ſcribit, *Non eadem cunctis exhortatio congruit, ſæpe namq; aliis officiunt, quæ aliis proſunt, &c. Panis qui vitam fortium roborat, parvulorum necat.* Comparat correctionem pani & perſonis, quæ corriguntur, ſeu hominibus, quorum alii leues, alii pueri, alii viri ſunt. Aliis cibus ſolidus congruit, aliis levis, aliis qui ſtomachum fortem, omnis cibi & digeſtionis capacem, aliis qui ſtomachum ita delicatum habent, ut vix ullum cibum capere poſſint. Undè pro diverſitate indolis & temperamenti diverſa ciborum genera, & eſculenta porrigenda ſunt: alii ſunt, quibus etiam dieta & abſtinentia magis congruit quàm ullus cibus.

D. Joannes Evangeliſta optimè XIX.
verſatus erat in diſcretione ſpirituum Apoc. 1.
quare non eundem cibum omnibus verſ. 14.
præſcribebat, non eodem correctionis medicamento utebatur, ſed uno dum uni, altero dum alteri. Apocal.
cap. 1. verſ. 14. *Scribe ſeptem Eccleſiis* verſ. 20.
quæ ſunt in Aſia, Epheſo, Smyrnæ, & Pergamo, Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphia, & Laodiceæ. Quomodò ſcribit? utitur nè eodem ſtylo ſcribens omnibus? minimè, ſed diverſo. Verſu 20. *Septem ſtellæ ſunt ſeptem Angeli Eccleſiarum, & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.* Quomodò ſcribit Angelo ſeu Epiſcopo Epheſi? cap. 2.
verſ. 1. *Hæc dicit Dominus qui tenet ſep-* Cap. 2.
tem ſtellas in dextra ſua, qui ambulat verſ. 1.
in medio candelabrorum aureorum, ſcio opera tua & laborem, &c. Epiſcopo
Smyrnæ verſ. 9. *Et Angelo Eccleſiæ* verſ. 9.
Smyrnæ ſcribe. Hæc dicit primus & noviſſimus, qui fuit mortuus & vivit, ſcio tribulationem tuam & paupertatem. Epiſcopo Pergami verſ. 12. *Et Angelo*
Pergami Eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit qui verſ. 12.
habet rompheam ex utraque parte acutam, &c. Epiſcopo Thyatiræ verſ. 18.
ſcribe. *Hæc dicit filius Dei, qui habet*
oculos tanquam flammam ignis, & pedes v. 18.
ejus ſimiles aurichalco. Epiſcopo Sardis cap. 3. verſ. 1. *Hæc dicit Dominus,*

qui

qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem
vers. 7. *ſtellas.* Epiſcopo Philadelphiæ. *Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clavem David, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Epiſcopo Laodiceæ
vers. 14. verſ. 14. *Hæc dicit Dominus amen, teſtis fidelis, & verus, qui eſt principium creaturæ Dei.* Cur S. Joannes omnibus illis Epiſcopis ſcribens vario loquendi modo utitur? nunquid omnes ſunt Angeli, ſeu Epiſcopi? nunquid omnes habent curam animarum? nunquid omnes iiſdem dotibus, ſeu talentis debent eſſe præditi? Cur igitur diverſo ſcribendi genere utitur ſanctus Evangeliſta. S. Hieronymus in prologo epiſt. ad Epheſios reſpondet.
Hieron. *Quia in unoquoque eorum, vel ſpecialia vitia reprehendit, vel virtutes probat.* Quaſi diceret, pro alio & alio modo reprehendenda ſunt vitia, alio & alio modo laudandæ virtutes, alio modo carpitur ſuperbia & ambitio, alio avaritia & prodigalitas, alio ira & tyrannis, &c. Alio encomio celebratur humilitas & contemptus mundi, alio effertur liberalitas & paupertas voluntaria, alio benignitas & amor inimicorum.

XX. Quod confirmat exemplo Apoſtoli Pauli. *Apoſtolus Paulus per ſingulas Eccleſias vulneribus medetur illatis, nec ad inſtar imperiti medici uno collyrio omnium oculos vult curare.* Non tantùm erga diverſos alio & alio collyrio utitur: ſed etiam erga eundem. Non tantùm circa diverſos morbos, ſed etiam circa eundem. Nam uno tempore medicamenta leniora proſunt, quæ altero obeſſent. Uno tempore igne, ferro, aliiſque ſeverioribus curantur remediis morbi & vulnera, quæ alio tempore potiùs ingraveſcerent. Aliquando medicus ſuo ſilentio & abſentiâ plus prodeſt, quàm multâ loquacitate vel eloquentiâ.
S. Greg. S. Gregorius ſupra citatus. *Penſare Doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, & quantùm loquatur: ſi enim unum eorum deſeruit, locutio oportuna erit.* Ideſt ut aliquis debitè corripiat debet in correptione has omnes circumſtantias obſervare, & modos adhibere: alioqui uno illorum deficiente plus nocumenti, quàm emolumenti correctio allatura eſt. Audiamus ejus explicationem. *Quid loquatur, ut juxta Pauli vocem ſermo noſter in gratiâ ſale ſit conditus. Cui loquitur, quia ſæpè increpationis verbum, quod hæc admittit perſona, altera non admittet. Quando loquitur, quia ſæpè etſi differtur increpatio poſtmodùm benignè recipitur, & nunquam langueſcit, ſi hoc, quod ante proferri debuit tempus amiſerit. Qualiter loquatur, nam ſæpè verba, quæ hunc ad ſalutem revocant, alium vulnerant. Quantùm loquatur, nè ſi ei qui multa ferre non valet, verbum increpationis longius trahimus, auditorem noſtrum ad faſtidium revocamus.* Etſi ſingula hæc aurea verba ponderari mereantur, tamē his tantùm hæreo, *Quando loquatur, &c.* Hanc circumſtantiam exactiſſimè obſervavit S. Elias, nam tempore quo fames duravit minùs populū ad pœnitentiam moviſſet quam fames: imò potius ad nova flagitia provocaſſet, ac in majorē pervicaciam corruiſſet: ſic exemplo tanti Prophetę Eccleſiaſtes nō debet infidelem blaſphemū corrigere, ſi probabiliter credat eum ad graviora peccata, majoreſque blaſphemias provocandum. Ita Caſtro-Palaus tomo 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 13. num. 6. Vericellis tract. de miſſionibus Apoſtolicis, tit. de fide quæſt. 7. ſect. 2.

Aliam animadverſionem facit Cardinalis de Lugo diſp. 14. ſect. 4. n. 63. XXI.
Non omnis (inquit) *actus infidelitatis nobis præſentibus obligat nos ad diſſimulandū, ſeu non tacendū, neque id ad erubeſcentiam fidei nobis imputatur, ſed ex rei gravitate, & aliis circumſtantiis pēſandum hoc eſt, an ſit talis, tantuſq; fidei contemptus, ut ipſum ſilentium & diſſimulatio ſit contra reverentiam, quam fidei & veritati divinæ debemus.* Suarez diſp. 14. ſect. 2. num. 7. Caſtro ſupra docent etiam privativè divinum honorem ſubſtrahi ex omiſſione confeſſionis, quando infideles exiſtimarent fidem Catholicam eſſe falſam, niſi eam noſtrâ confeſſione confirmaremus, ſeu quando eadem fides, religio, ſeu divinitas notabilem jacturam, detrimentum, vel diminutionem acciperet: tunc enim fidelis ad confeſſio-

Lugo Cardin.

nem immittendam obligaretur, nè Deus tali honore ſibi debito privaretur. Quamvis ex ea confeſſione nulla converſio alicuius infidelis ſperaretur id patet in Eliâ Prophetâ, qui ſacrificium in Carmelo offerre debuit, & ſuam fidem omnibus profiteri, ut Dei Iſrael divinitatem eſſe veram, Baalis autem falſam eſſe patefaceret, ut de facto patefecit, licet nullius Baalitæ converſionem ſperaret, vel alicujus è populo Iſraelitico reſipiſcentiam. A fortiori Elias, & quivis alius fidelis obligatur ad fidei confeſſionem, ſi per eam alii fideles inſtruantur & doceantur, ſeu corroborentur in fide, & infidelium inſultatio reprimatur. Ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. ad 2. *Dicendum* (inquit) *quod in caſu neceſſitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem ſuam aliis propalare, vel ad inſtructionẽ aliorum fidelium, ſivè confirmationem, vel ad reprimendum infidelium inſultationem, ſed aliis temporibus inſtruere homines de fide non pertinet ad omnes fideles.* Idem docet quæſt. 124. art. 3. in concluſione, ubi oſtendit quomodò Martyrium ſit actus virtutis, imò etiam perfectiſſimæ. *Martyrium* (inquit) *ſi comparetur ad fortitudinem non eſt actus maximæ perfectionis, ſi verò cõparetur ad charitatem qua homines ad illud impellit maxima eſt perfectionis.* Quod fusè probat in corpore. Illi ſubſcribunt Navarrus cap. 11. num. 40. Sylveſter verbo *Martyrium*, Sanchez lib. 2, cap 54. num. 15. Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. num. 7. Et Coninck de fide diſp. 15. dubio 4. num. 79. ubi appoſitè ad tactum Eliæ hæc ſcribit. *Quando alicujus externa confeſſio eſt neceſſaria, vel valdè utilis ad aliquorum converſionem (quod maximè accidit) quando quis eſt magnæ auctoritatis apud aliquos infideles, aut minus firmos in fide, præſertim ſi hi aliàs crederentur fidem ob metum tormentorum, aut ſimilem ob cauſam negaturi: talis tunc tenetur profiteri fidem non ratione charitatis quâ tenetur aliorum ſaluti conſulere, ſed etiam ratione virtutis fidei cujus honor exigit, ut eam non modò in nobis, ſed in aliis quantùm poſſumus promoveamus.* Externum ſanctiſſimi Prophetæ Eliæ confeſſionem per illud publicum ſacrificium in Carmelo fuiſſe neceſſarium patet, quia erat valdè utilis ad Iſraelitarum ſeductorum converſionem ad fidem & aliorum vacillantium confirmationem. De vacillatione patet ex his verbis lib. 3 Regum cap. 18. verſ. 21. *Vſquequo claudicatis in duas partes.* l. 3. Reg. 18. v. 21 Cõfirmationem in fide teſtantur hæc verba, verſ. 39. *Cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait. Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* verſ 39. Quod Elias eſſet magnæ auctoritatis, tum apud Regem Achab infidelem, tum apud populum vacillantem vel minus firmum in fide conſtat ex cõvocatione totius populi & Baalitarum in Carmelum, quæ juſſu regis ad nutum Eliæ facta eſt. Quod fecerit illam congregationem populi, & fidei confeſſionem ex motivo & affectu charitatis & fidei innuunt illa verba lib. 3. Reg. cap. 19. verſ. 10. & 14. *Zelo Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum.* l. 3 Reg. 19 v. 10 & 14.

XXII. Quando contrariè ſubſtrahebatur honor debitus Deo, Elias erat obligatus ad præceptum confeſſionis fidei, quia tunc publicè fidem negabant aliqui, quandoquidem ipſa altaria & templa deſtruerent, ut conſtat ex illis verbis lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 10. & 14. *Quia dereliquerunt pactum filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio.* Non dicit quia dereliquerunt pactum tuum Baalitæ, altaria tua deſtruxerunt, quia Deus nõ fecit pactum cum Baalitis & infidelibus, ſed cum populo Iſrael per Moyſem, ut notant Dionyſius, Hugo Cardinalis, Lyranus, Cajetanus, Toſtatus & alii. Igitur ipſimet Iſraelitæ altaria deſtruxerant, &c. Quod alii de ea per actus externos dubitarent, aſſerit Elias ſupra. *Vſquequo claudicatis in duas partes, &c.*

§. 2. Quando

§. I.

Quando Fidei Confeſſio non obligat, ſed potiùs nocet.

1. PEccatum eſt ultrò confiteri fidem abſque juſtâ causâ, & fidei hoſtes provocare. Ita Divus Thomas 2. 2. quæſt. 3. art 2. ad 3. Suarez de fide quæſt. 14. ſect. 3. num. 2. Coninck de fide diſp. 15. num. 96. Caſtropalaus tomo 3. tract. 17. diſp. 2, puncto 1. num 1. 3. Baldellus tomo 2. tomo 4. diſp. 17. num. 22. Villalobos tomo 2. tract. 1. diffic. 5. num. 5. Navarrus cap. 11. Angelus verbo *fides* num. 8. Sylveſter quæſt. 5. numer. 8. Tabiena quæſt. 7. Armilla numer. 7. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 4. Toletus lib. 4. ſummæ cap. 2. numer. 4. Layman lib. 3. tract, 3. part. 3. cap. 1. num. 6. Ludovicus Lopez in primâ parte inſtructorii conſcientiæ cap. 41. Vetiſelli tract. de Apoſt. miſſion tit. 1, *de fide*, quæſt. 9. ſect. 1. Raynaudus de Martyre per peſtem part. 2. cap 5. num. 8. Patet primò ex hiſtoria Eliæ, non enim ſæpius hoſtes veræ fidei ad ſingulare certamen provocavit, ſed tantùm ſemel, ſcilicet lib. 3. Regum cap. 18. Cur non alia? cùm adhuc eſſent idololatræ, ut patet lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 2. 3. 6. 16. ubi fit mentio Regis Ochoziæ, qui cùm infirmaretur cõſuluit Beelzebub Deum Accaron? Quia tunc non expediebat iterùm confiteri ſolemni confeſſione. Deindè oſtenderat ſufficienter veram Dei Iſrael divinitatem, & fidei ſuæ profeſſionem per ignem cœlitus emiſſum, qui abſumpſit duos quinquagenarios. Denique Chriſtus videtur ultroneam illam cõfeſſionem ſine juſtâ causâ prohibere Matthæi cap. 7. verſ. 6. *Nolite ſanctum dare canibus,*
Matt. 7. verſ. 6. *neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, nè fortè conculcent eas pedibus ſuis, & converſi diſrumpant vos.* Per porcos intelliguntur infideles coram quibus promiſcuè confeſſio & prædicatio fidei non eſt facienda, nec myſteria propalanda.
Caietan. Cajetanus. *Prohibitis malis judicum ac correctorum, prohibet mala diſpenſantium ſacra myſteria duabus metaphoris. Altera, nè detis ſanctum canibus, nè converſi diſrumpant vos. Altera, non mittatis margaritas veſtras ante porcos, nè fortè conculcent eas pedibus ſuis. In primâ prohibetur ſanctum, hoc eſt, quod Dei eſt dari canibus, hoc eſt impugnatoribus veritatis: Canis enim inter omnia animalia habet vocem latratus ſui ad ſolam abjectionem; & propterea ii quorum ſtudium ac officium eſt clamare ad repellendum, ad impugnandum, ad contradicendum canes appellantur. In ſecundâ prohibetur margaritas veſtras, hoc eſt id quod noſtrũ eſt; pretioſum tamen, mitti ante porcos, hoc eſt homines, non ſolùm carentes notitiâ margaritarum, ſed etiam immerſos terreno luto, quales inter cætera animalia videmus porcos. Et hujus quidem ſecundæ metaphoræ inconveniens clarum eſt, ſcilicet nè fortè porci conculcent margaritas veſtras pedibus ſuis. Poteſt enim facile evenire hoc inconveniens, etſi non neceſſariò evenit, quia poſſent aliò divertere, propterea dicitur fortè, à quo etiam caſu non eſtis immunes à culpâ; quia quantùm in vobis ſunt expoſuiſtis margaritas periculo conculcationis.* Expende hæc ultima verba *In quo etiam caſu non eſtis immunes à culpâ. &c.* Proſequitur. *Prima metaphoræ inconveniens latet, nam non apparet. Non videmus canes converti ad diſrumpendũ nos, ex eo quod damus eis ſanctum panem aut cibum, ſicut videmus porcos conculcare margaritas ſi mitterentur ante illos? Penſentur verba Textus. Non dicitur ſanctum panem, neque ſanctas carnes, neque ſanctum cibum Quodcumq; enim horum ſonaret compoſitum ex cibo & ſanctitate. Sed dicitur ſanctum ſine additione aliquâ, hoc eſt mundum ac elevatum ab uſu. non ſolùm brutorum animalium, ſed etiam humano: nam ſanctũ ſignificat mundum, competens tamen uſui divino, ac per hoc incompetens uſui canum: itaque dando canibus rem incompetentem uſui canum, nonobſtante, quod ſit tanta excellentia, ſcilicet quod ſit ſancta, præbetur materia canibus cõvertendi ſeipſos ad diſrumpendum vos: Videmus enim quod canes vacantes ſibi ipſis, ſeu occupati in aliis, ſi invitantur dando eis aliquid inutile ipſis, irritantur*

quandoq;

quandoq; adverſus illos, qui rem illam illis jecerint. Quamvis hoc non ſemper eveniat: propter quod in Textu apponitur fortè. Eſt itaque metaphora inconveniens(nè fortè converſi canes ad jactũ rei ſanctæ, hoc eſt competentis Deo non canibus, irritationis materiâ acceptâ, nullâ habitâ ratione doni ſancti diſrumpant vos ab invicem ſeparando, vel frangendo morſu. Intentum autem per hanc metaphoram eſt, quod ſancta Dei myſteria, vt ſecreta Trinitatis, Verbi Incarnationis, Eucharistiæ & ſimilia, non declaremus impugnatoribus veritatum. Minus dixi, nam prævidit Ieſus impoſſibile eſſe Scriptoribus & Prædicatoribus occultare hæc canibus, & manifeſtare aliis, & propterea dixit, non detis canibus, hoc eſt ex intentione non detis canibus. Secus autem quando ex neceſſitate panduntur ſacra canibus, quando ſcilicet in communi docere oportet, & inter eos ſunt aliqui impugnatores veritatis: vel quando neceſſitas impugnantium urget, ut aperiamus ipſis occultiora ſancta. Tunc enim non agitur contra hoc præceptum, quia prohibetur voluntaria, non neceſſaria datio ſancta canibus, quæ hic non intervenit, quia non ipſis canibus, ſed Eccleſiæ daretur ſanctum præſentibus canibus. Periculum autem manifeſtum indè imminet ſcilicet nè fortè ſtudioſi ad contradicendum ex prædicato ſancto, ubi quieſcebant vertantur ad diſrumpendum vos ſchiſmaticis & hæreticis documentis fabricata ſuper audita ſancta. Sic enim Arius converſus diſrupit nos auditis myſteriis Trinitatis ignotis & inutilibus ſibi, & ſic de aliis ſimilibus. Sic Elias non pluries ſacrificavit, quia tanti myſterii datio non debebat eſſe voluntaria ſed neceſſaria, nè fortè Baalitæ quaſi canes converſi dogmatibus ſuis impiis Eliæ nomen & religionem dirumperent. Idem ſecundæ metaphoræ intentum explicat. *Vt non exponamus pretioſa nobis Eccleſiaſtica ſacramenta hominibus, qui illa non cognoſcunt, qui non æſtimãt, qui terrenis ſunt dediti, quorum animus ſolis terrenis paſcitur, ne affectibus, malâq; vitâ conculcent illa. An non margarita mittuntur ante porcos quando paſſim Sacramentum Ordinis, ſacræ Religionis aut Caſtitatis profeſſio, Sacerdotia, & id genus alia pretioſa apud Eccleſiam exhibentur hominibus ſolâ cupiditate hac ſubeuntibus. Teſtatur conſequens conculcatio tam pretioſorum ordinum, ſtatuum graduum, atque officiorum, quàm utinam non videremus ex cænoſis ſtudiis eorum ſic eſſe, inter ea etiam profeſſio & poſtulatio fidei non minus prohiberetur utpote ſuperflua. & nullo modo quandoque utilis.* Brevius Dionyſius id explicat. *Nolite pura & immaculata myſteria fidei, profunda & ſecretiſſima Chriſtianæ ſapientiæ, vel Sacramenta Eccleſiæ propalare, ſeu tradere irrationabilibus, ſeu inſanis hæreticis, vel cæteris infidelibus; aut indoctis, impœnitentibus, & paſſionatis hominibus, de quibus dicit Apoſtolus Philip. cap. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem. Neque mittantur pretioſiſſima dona cæleſtium gratiarum vobis conceſſa ante homines carnales, de quibus Paulus ad Titum cap. 1. Malæ beſtiæ ventres pingues. Hinc Dionyſius lib. 1. Myſtica Theologia cap. 1. ait, Vide nè quis indoctorum hæc videat, qui in ſenſibus detinentur. Iſti omninò indigni & incapaces ſunt prædictorum bonorum, quoniam teſte Apoſtolo 1. Corinth. cap. 2. Carnalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia eſt enim illi, hoc eſt quod in Iſaia cap. 8. habetur. Quem docebit Dominus ſcientiam, & quem intelligere faciet? Ablactatos, à lacte avulſos ab ubere. Hinc & Apoſtolus 1. Corinth. cap. 2. Sapientiã (inquit) loquitur inter perfectos nè intellectu & affectu prædicta bona contemnant, irrideant, condemnent, & converſi non à malo ad bonum, ſed à malo in pejus, vel corporaliter ad vos converſi proſequantur, impugnent, vel occidant vos.* Ideſt nè ex tali confeſſione accipiant occaſionem blaſphemias blaſphemiis accumulandi, vos proſequendi, impugnandi, vel occidendi vos, quàm fidem Chriſti amplexandi.

Sic Spiritus Sanctus probibet diſſeminari Judæis Antiochenis verbum Dei Actorum cap. 13. verſ. 46. quia non modo verbum Dei recipiebant, ſed pedibus etiam conculcabant, convitiis Apoſtolos afficiebant & diſcerpere conabantur, mortemque minabantur. *Videntes turbas blaſphemantes* II.

dicendo quod Ieſus Nazarenus non eſſet
Act. 13. *verus Chriſtus, tunc conſtanter Paulus*
verſ.4. *& Barnabas dixerunt. Vobis oportebat*
primùm loqui regnum Dei, ſed quoniam
repellitis illud, ecce convertimur ad gen-
tes. Dionyſius. *Obſtinato animo veritati*
ti Evangelica contradicendo, Textus
Sacer, *Sic enim præcepit nobis Dominus.*
Dionyſius. *Vt Iudæis obſtinatis relictis*
procedamus ad gentes. Scilicet more
Eliæ, qui lib. 3. Regum cap. 17. vidẽs
Judæorum obſtinationem juſſu Dei,
receſſit ad torrentem Carith, verſ. 3.
l.1. Reg. *Et factum eſt Verbum Domini ad eum di-*
17. v.3. *cens, Recede hinc, & vade contra Orien-*
tem, & abſcondere in Torrente Carith,
qui eſt contra Iordanem. Eodem præ-
cepto divino verſ. 9. mittitur in Sa-
verſ.9. reptam Sidoniorum. *Factus eſt ſermo*
Domini ad eum, dicens. Surge & vade
in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi,
&c. Quaſi diceret convertere ad gen-
tes, quia Iſraelitæ indigni ſunt ut eis
annunties verbum Dei. Sunt quaſi
canes quibus ſanctum dare non opor-
tet. Sunt quaſi ſues quibus margaritas
exponere non debes. quia indigni,
incapaces prædictorum bonorum, in-
tellectu & affectu prædicta bona con-
temnunt, irrident, condemnant, & à
malo in pejus convertuntur, imò te
perſequuntur, impugnant & occide-
re volunt, ut ait Abdias lib. 3 Regum
cap. 18. verſ. 20. *Vivit Dominus*
Cap. 18. *Deus tuus quia non eſt gens aut reg-*
verſ.20. *num in quo non miſerit Dominus meus*
te requirens.

III. Ex quibus colligo S. Eliam tunc
maluiſſe fugam capere, & latere cum
aliis Prophetis quam inutiliter prædi-
care verbum Dei & martyrio ſe offer-
Hebr 11 re, quod factum laudat Apoſtolus
verſ.37. Hebræor. cap. 11. verſ. 37. *Circuierũt*
in melotis, in pellibus caprinis, egentes,
anguſtiati, afflicti, quibus dignus non
erat mundus, in ſolitudinibus errantes,
in montibus, & ſpeluncis, & in cavernis
terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei pro-
bati. D. Anſelmus. *Sic probati ſunt in*
fide conſtantes. Id totum fusè explicat
D. Thomas in illam epiſtolam lect. 8.
Melota eſt veſtis facta de pilis camelo-
S. Thom. *rum ut quidam dicunt. Vel melius, quod*
Taxus habet, pellem hirſutam de quo fit
veſtis, quæ dicitur melota pellis caprina
cum hoc quod eſt hirſuta eſt etiam vilis.
Et hæc dicitur de Eliâ lib. 4. Reg. cap. 1
quod erat vir piloſus & zonâ pelliceâ
accinctus renibus. Et de talibus veſtibus
dicit Auguſtinus in libr. de ſermone Do-
mini, quod poteſt eſſe in tali veſte inten-
tio mala, ſi quis utatur ad vanam glo-
riam. Bona autem ſi ad contemptum
mundi & macerationem carnis; præci-
puè autem qui profitetur ſtatum pœniten-
tiæ, debet oſtendere ſigna profeſsionis;
Et ideò licet eis uti talibus veſtibus non
tamen ad oſtentationem. Et ſic utebantur
Prophetæ, quantùm autem ad ſtatum
perſonæ egentes, quia carebant divitiis,
in quo præfigurabant ſtatum perfectionis
novi teſtamenti. de quo dicitur Matth.
cap. 19. Si vis perfectus eſſe, vende om-
nia quæ poſsides. Et hoc fuit ſpecialiter
de Eliâ, qui paſtus fuit à corvis, & à
muliere viduâ, lib. 3. Regum cap 17.
Pſalmo 87. Pauper ego ſum in laboribus.
Item pſalmo 69 Egenus & pauper ego
ſum. Item anguſtiati, ſicut patet de Eliâ
qui fugit à facie Iezabel, lib. 3. Regum
cap. 19. Et de David qui fugit Abſalon.
lib. 2. cap. 15. Item Afflicti labore cor-
porali, ſicut de Eliâ qui dormivit laſſus
ſubter unam juniperum. Et ſubdit, &c.
In ſolitudinibus, quantùm ad locum,
quia propriam manſionem non habebant
ſed errabant in ſolitudinibus, & in mon-
tibus, & in ſpeluncis, & in cavernis ter-
ræ, quæ ſunt loca apta ad contemplatio-
nem & pœnitentiam. Iſta patent de Da-
vid lib. 2. Regum cap. 22. & 23. & de
Eliâ lib. 3. Regum cap. 19. Deinde cùm
dixit, Et hi omnes, Oſtendit quod eis di-
latæ ſunt promiſsiones, & ne putetur
quod hoc fuerint propter defectum deme-
riti, ideò ſecundò deſignat rationem il-
lius dilationis, ubi dicit quod hi omnes
teſtimonio fidei probati inventi ſunt,
ideſt per fidem habent teſtimonium quod
ſunt probati, ideſt approbati à Deo 2. Co-
rinth. cap. 10. Non enim qui ſe ipſum
commendat ille probatus eſt, ſed quem
Deus commendat, Sapient. cap. 3. Tan-
quam aurum in fornace probavit. Ea-
dem ferè habent Hugo Cardinalis,
& alii.

Quibus ſubſcribit Arboreus cum VI.
modico diſcrimine, nam exiſtimat per Arboreus
melotem pellem ovillam intelligi.
Meloti ſignificat pellem ovillam, quâ

mabatur fides Dei Iſrael falſa, & talis, quam puderet publicè confiteri, & in illis circumſtantiis debitum hono rem Deo reddere per cultum externum, & publicam fidei confeſſionem coram impio Achabo interrogante. De hâc ſubſtractione negativâ loquitur D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. in corpore. *Confiteri fidem non ſemper, neque in quolibet loco eſt de neceſſitate ſalutis, ſed in aliquo loco & tempore,*
s.Thom. *quando ſcilicet per omiſſionem hujus confeſſionis ſubſtraheretur honor debitus Deo, aut etiam utilitas proximis impendenda. Puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non eſſet vera, vel alii per ejus taciturnitatem averterentur à fide.* Expende illa verba. *Aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non eſſet vera.* Idem Angelicus Doctor ad ſecundum *In caſu neceſſitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem ſuã aliis propalare.* Ad tertium. *Si turbatio infidelium oriatur de confeſſione fidei manifeſta abſque aliquâ utilitate fidei vel fidelium, non eſt laudabile in tali caſu fidem publicè confiteri, &c. Sed ſi utilitas fidei aliqua ſperetur, aut neceſſitas adſit contemptâ perturbatione infidelium debet homo publicè fidem confiteri.* Pondera illa verba *Si neceſſitas adſit debet homo publicè fidem confiteri.* Neceſſitas autem eſt, quandoquidem ex ſilentio fides putatur falſa. Contrariè Deo honor ſubſtrahitur non confitendo fidem, quando vel ea negatur, vel de eâ dubitatur per actus externos. Tali modo filii Iſrael tempore Eliæ honorem Deo ſubſtraxerunt. Nam aliqui fidem veram negarunt, ut patet ex verbis S. Eliæ lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 10. & 14.
l.3.Reg. 19 v.10 *Zelo Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio.* Septuaginta. *Zelans zelatus ſum Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filii Iſrael, &c.* Vatablus. *Zelo quidem zelatus ſum pro Domino Deo exercituum: quia filii Iſrael fœdus tuum dereliquerũt, aras tuas diruerunt, & Prophetas in gladio occiderunt.* Idem in Scholiis. *Mirâ quadam quaſi Zelotypiâ teneor pro Domino, & quaſi ſuſtinerem Dei perſonam, crucior cum video Eccleſiam, quæ velut ſponſa eſt, deficere à Deo.* Cajetanus. *Pactum nominat, quia verè pactum fuerat in deſerto ſub monte Sina: de cultu unius ſummi Dei aſpergente ſanguinem Moyſe, &c.* Ad illa verba. *Altaria tua deſtruxerunt.* Subdit. *Erant enim multa altaria in diverſis locis à tempore Abrahæ uſque ad nunc ad tollendum penitus divinum cultum à regno Iſrael deſtructa erant.* Dionyſius. *Ferventem habui affectionem, indignationẽ* Dionyſ.
& iram contra idololatras ex Dei amore cujus cultum & reverentiam opto affectu ardenti: quia fœdere amicitiæ, quod Deus cum populo Iſrael, & ad obſervantiam decalogi, quem cum proteſtatione dedit per Moyſem, receſſerunt. Lyranus. *Altaria deſtructa fuerant in contemptum Dei & ad exaltationem idololatriæ.* Toſtatus quæſt. 13. *Dereliquerunt legẽ ejus, non colendo ipſum, ſed Baal, & idola alia, &c. Dicitur quod filii Iſrael reliquerunt pactum, quia IeZabel commovit virum ſuum Achab, & ſic induxit totum populum ſub neceſſitate ad colendum Baal.* Omnes conveniunt quod plurimi ex filiis Iſrael à fide defecerunt, & idolis immolarunt. Nam non obſervando Decalogum ad idololatriam ſe converterunt, contra primum & ſecundum ejus præceptũ deſtruxerunt altaria ad divinum cultum penitus abolendum in contemptum Dei, & ad idololatriam exaltandam. Ipſa Dei ſponſa à Deo deficiebat, ſeducto Achabo per Jezabelem univerſus populus erat ſeductus ſub neceſſitatem ad colendum Baal.

Ex quibus infero primò, quod fidelis ſeu Miſſionarius coram Tyranno fidem intrepidè profiteri debet, III.
non tantùm actu externo, ſed etiam interno. Ratio eſt quia in hoc caſu (inquit Duvallius in 22. tract. de fide quæſt. 2. art. 8.) non eſt dubium quin actus internus à quo externa illa profeſſio dependet ad eam facilè & intrepidè declarandã primùm juvet. In his verò caſibus in quibus periculum imminet negandi fidem, non tantùm ad ea quæ sũt per ſe neceſſaria

debemus

debemus attendere : ſed etiam ad ea quæ multùm conducunt, & ſunt utiliſsima; debemus quippè ad iſtud periculum evitandum in tutiori quem poſsimus ſtatu nos conſtituere.

IV. Infero ſecundò confeſſionem fidei debere eſſe exteriorem, Ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. art. 1. Patet primò
Pſ. 115. verſ. 1. ex Scriptura pſalm. 115. verſ. 1. *Credidi propter quod locutus ſum.* Roman.
Rom. 10 verſ. 10. cap. 10. verſ. 10. *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Et verſ. 19 *Si corde credideris & ore confitearis ſalvus eris.* 2. Corinth.
2. Cor c. 4 v. 13. cap. 4. verſ. 13. *Credimus propter quod & loquimur.* 2. ad Theſſal. cap. 1.
2 Theſſal 1. v. 11. verſ. 11. Apoſtolus vocat confeſſionem fidei opus fidei. *Vt impleat opus fidei in virtute*, ideſt *Efficiat ut liberè & conſtanter fidem profiteamur*, (inquit Duvallius ad artic. 1. citatum S. Thomæ.) Pater ſecundò ratione primâ, actus exteriores ſunt propriè & per ſe illius virtutis, ad cujus finem per ſe referuntur & ordinantur. Nam finis eſt illud a quo in moralibus ſpecies dependet, verbi gratia, largitio eleemoſynæ dicitur actus miſericordiæ, quia ordinatur ad eundem finem ſcilicet levamen pauperis ſicut miſericordia. Sed profeſſio fidei exterior ordinatur ad finem ipſius fidei, quæ eſt firmiter adhærere primæ veritati, ſicut exigit ejus dignitas & reverẽtia, igitur eſt actus illius. Secunda, idem eſt objectum tam materiale, quàm formale confeſſionis fidei & ipſius fidei. Nam veritas myſterii quod eſt objectum materiale fidei interioris eſt etiam objectum materiale ipſius confeſsionis, quatenus ſcilicet eam exterius ſignificamus & profitemur, prout in animo tenemus & concipimus, & divina revelatio, quæ eſt objectum formale ſub quo fidei, eſt etiã formale objectum ejuſdem confeſſionis, igitur confeſſio eſt actus exterior fidei.

V. Dices actus alicujus habitus debet eſſe in eâdem potentiâ, in quâ eſt habitus à quo elicitur, igitur ſi exterior profeſsio fidei eliciatur à fide debet eſſe in intellectu, in quo eſt fides. At hoc falſum eſt, quia potius eſt in linguâ corporeâ. *Ore enim* (inquit Apoſtolus) *fit confeſsio ad ſalutem.* Non eſt igitur fidei interioris. Reſpondeo aliquid duobus modis poſſe eſſe actũ alicujus virtutis: primò phyſicè, quatenus nempè phyſicè & realiter ab ipſâ producitur, & ſic ſolus aſſenſus interior fidei eſt actus ipſius virtutis fidei. Hic autem reponendus eſt in eadem potentiâ, in qua eſt ipſa virtus. Secundò moraliter, quatenus ordinatur in idem objectum, & in eundem finem, in quem ipſe habitus fertur, quamvis ab eo non procedat immediatè ſed dumtaxat mediatè Hoc modo profeſsio fidei exterior emanat ab ipsa virrute, cùm habeat idem objectum & eundem finem. At quæ ſic procedunt reponi non debent in eo ſubjecto, in quo eſt habitus. Ita profeſsio fidei ponitur in linguâ, quæ locutionem format, vel in aere proximè adjacente, quando loquimur.

VI. Dices ſecundò illa confeſsione exteriori Deum colimus, igitur eſt potius actus Religionis, quâ Deus colitur quàm fidei. Confirmatur recitatio ſymboli in miſsâ, auditio ſacri, perceptio Sacramentorum ſunt actus exterioris fidei, & tamen hi ſunt actus Religionis ſpectantes ad cultum divinum. Reſpondeo non eſſe abſurdum unum & eundem actum procedere à diverſis virtutibus dum ad fines diverſos ordinatur, ut patet in Martyrio, quod eſt actus fortitudinis, patientiæ, fidei & religionis: in jejunio ab Eccleſiæ præcepto quod eſt actus abſtinentiæ, obedientiæ & fidei prout exterius exprimit conceptum, quẽ in mente habemus de rebus fidei. Eſt etiam actus religionis, quatenus Deo reverentiam exhibemus.

VII. Dices tertiò negatio fidei non eſt actus infidelitatis interioris, nam ſi quis neget fidem exterius ex metu & puſillanimitate, ut D. Petrus, Marcellinus Papa, & alii, non ideò cenſebitur infidelis, imò cum hac negatione fidem interius ſervabit. Si igitur negatio fidei non ſit actus infidelitatis, nec etiam profeſsio ejuſdem actus fidei interioris, Reſpondent Bannes & Duvallius negationem fidei per ſe ſuaptè naturâ eſſe actum infidelitatis, quamvis per accidens aliquando con-

tingat

Google

tingat, ut is qui fidem negat, fictè loquatur, ſicècontra, cùm hæreticus fidem confitetur exterius, talis confeſſio per ſe refertur ad fidem, quamvis per accidens ipſe careat fide.

Dices quartò ad veritatem veracitatis ſpectat, ut homo ſe gerat talem exterius & profiteatur, qualis eſt interius. At per confeſsionem fidei homo ſe exhibet fidelem exterius, ut eſt interius, & in mente. Igitur fidei profeſſio erit potius actus veracitatis, quàm fidei. Reſpondent præfati Doctores illam exteriorem confeſsionē prout refertur ad hypocryſim vitandā eſſe actum veracitatis. Si verò fiat ad aſſentiendum in voce Deo revelanti ob ejus auctoritatem, quæ vox eſt ſignum eorum, quæ ſunt in mente, eſt actus fidei, & in hoc nullum eſt inconveniens, cùm actus quilibet poſsit à virtutibus diverſis procedere ſecundùm diverſas conſiderationes.

VIII. Infero tertiò contra Helcheſeitas apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 28. & Priſcilianiſtas apud S. Auguſt. lib. de hæreſ. c. 28. & lib. cōtra Mendacium cap. 6. non eſſe licitum Miſſionariis, aliiſque fidelibus ad vitam tuendam fidem exterius negare, modò ipſa interius retineatur, falſumque hoc eſſe illud proverbium. *Iura, perjura, ſecretum prodere noli.* Patet primò ex Scripturâ Matthæi cap. 10. verſ. 32. *Qui negabit me coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo qui in cælis eſt.* Syriacus. *Qui abnegaverit me, abnegabo quoque eum.* S. Cyprianus epiſt. 31. *Negabo coram Patre meo & Angelis ejus.* Lucæ cap. 12, verſ. 9. *Qui negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.* Et cap. 9. verſ. 26. *Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cùm venerit in Majeſtate ſuâ.* Cornelius hic. *Qui pudore aut metu regum, principum, tyrannorum, vel parentum, & amicorum meam fidem neget, vel me confiteri non audeat, aut meis legibus obedire vereatur, quaſi eum pudeat humilitatis Crucis, Crucifixi Chriſti, hunc viciſsim Chriſtus erubeſcet.* Et Apoſtolus 2. Corinth. cap. 2. verſ. 12. *Si negaverimus & ille negabit nos.* Hunc metum ſe excuſſiſſe aſſerit idē Apoſtolus Roman. cap. 1. v. 16. *Non erubeſco Evangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, &c.* Ex quibus locis concludo non tantùm licitum eſſe fidem negare, ſed etiam nos teneri eam profiteri, quando res poſtulat. Et licet his locis, non fiat mentio de periculo mortis imminentis, tamen ad eam evadendam id adhuc non licet. Ut patet Lucæ cap. 22. v. 62. ubi cùm Petrus ſe ab imminenti mortis periculo liberaturus Chriſtum negaſſet. *Egreſſus foras flevit amarè.* Cum tamen mente & corde fidem retinuiſſet.

Dices non licere quidem Chriſtum negare (ut fecit Petrus) licitum tamen eſſe negare ſe Chriſtianum, vel Chriſti diſcipulum. Contra præterquam quod Petrus Chriſtum peccaſſe dicatur, negando ſe ex diſcipulis Chriſti eſſe, qui ſe Chriſtianum negat, implicitè & virtute Chriſtum ipſum negat. Nam quantum in ſe eſt Chriſtianam religionem veram eſſe, aut amplectendam negat. Hoc verò eſt negare implicitè Chriſtum, quo tota religio nititur. Vel (quod idem eſt) arguere eum mendacii, & deceptionis, vel ſaltem nullam habuiſſe auctoritatem propagandi fidem & obligandi homines ad eam, quæ omnia funditus evertunt dignitatem, imò & naturam Chriſti. IX.

Inſtar Apoſtoli Pauli tum in veteri, tum in novâ lege Sancti Martyres nunquam induci potuerunt, ut præ timore aut rubore negarent fidem, vel negatæ fidei minimam ſuſpicionē præberent. Sic lib. 2. Machabæorum Eleazarus cap. 6. verſ. 20. *Deſtinavit non admittere illicita propter vitæ amorem.* Verſ. 21. *Hi autem qui aſtabant iniquâ miſeratione commoti propter antiquam viri amicitiam tollentes eum ſecretò, rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, ut ſimularetur manducaſſe, ſicut Rex imperaverat de ſacrificii carnibus.* Verſ. 22. *Ut hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem.* Verſ. 23. *At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenuæ nobilitatis canitiem* X. l. 2. Mac 6. v. 20. verſ. 21. verſ. 22. verſ. 23.

atque

atque à puero optima converſationis actus, & ſecundùm ſancta & à Deo condita legis inſtituta reſpondit citò dicens præmitti ſe velle in infernum. Verſ. 24.
verſ.24. *Non enim ætatis noſtræ dignum eſt (inquit) fingere, ut multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiiſſe ad vitam alienigenarum.* Verſ. 25.
verſ 25. *Et ipſi propter ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur.* Eum imitati innumeri Martytes in lege novâ, inter eos Martyrius Monachus (de quo S. Gregorius Monachus ſcribit) quod Chriſtum ſpecie peregrini leproſi de viâ laſſi, in viâ apparentem, in humeros ſuſtulit, & uſque ad Monaſterium portavit: ſed ita ut pondus non ſentiret: quia portantem ſe portabat. Ibi ergò ſe illi Chriſtus in ſuâ ſpecie exhibens & in cœlum conſcen-
S. Greg. dens, dixit *Martyri, tu me non erubuiſti ſuper terram, ego te non erubeſcam ſuper cælos.*

XI. Meritò S. Cyprianus ſermone de lapſis graviter invehitur in Chriſtianos libellaricos, qui cùm Diis non ſacrificaſſent, nec ſacrificare vellent, à judicibus tamen pecuniâ impetrabãt libellum aliquem; quo eos ſacrificaſſe conſtabat ad vitandum mortis diſcrimen. Metaphraſtes ſcribit S, Sabam videntem nonnullis Chriſtianis carnes idolis non immolatas obtrudi, ut appareret eos ſatisfeciſſe edicto Imperatoris, quo omnes jubebantur immolatis veſci, exclamaſſe. *Qui hos cibos comederit Chriſtianus eſſe non po-*
Metaphr *teſt.* Accedit ratio, negatio fidei eſt mendacium pernicioſum, quo gravem injuriam inferimus primæ veritati revelanti. Nam vel dicimus ejus teſtimonium, ſeu revelationem non eſſe veram: quod eſt contra lcgẽ naturalem & divinam: vel ſaltem eam veritatem fidei dogmata non revelaſſe, ſed à quodam fuiſſe conficta, quod manifeſtum mendacium eſt. At qui fidem diſſimulat, vel erubeſcit eſt etiam Deo injurioſus, quia quantùm in ſe detrahit auctoritati & reverentiæ primæ veritatis revelantis, quæ tanta eſt, ut neganda non ſit, neque interius, nec exterius diſſimulari vel ſilere debeat. Undè S. Auguſtinus lib. de fide & Symbolo c. 1. *Fides* (inquit) S. Auguſt.
à nobis exigit officium cordis & linguæ. Et S. Gregorius Nazianzenus orat. in S. Greg.
novam Dominicam. *Non eſt in fide u-* Naziau.
troque poplite claudicandum nec diſpenſatione utendum.

Nec obſtat quod Cantor Regius pſalmo 14 verſ. 1. petit à Deo. *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in monte ſancto ejus.* Verſ. 3. Reſpondet enim, *Qui loquetur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in linguâ ſuâ.* Quaſi diceret, non prodeſt corde tenere veritatem, ſi eam ore negare præſumpſerit. Notat tamen Duvallius ſupra quæſt. 3. art, 2, in fine, quod olim quidam Chriſtiani Indiis Occidentalibus odioſi erant ob ſummam crudelitatem, & alia mala ab ipſis in illis regionibus perpetrata. Unde apud eos infideles nomẽ Chriſtiani idem erat quod miles crudelis, rapax, ſceleſtus. Et ſi quis Miſſionarius Religioſus tunc in illis partibus degens fuiſſet interrogatus an foret Chriſtianus, potuiſſet abſque culpâ & citra mendacium reſpondere ſe non eſſe Chtiſtianum, ſcilicet ad mentem interrogantium. Nam ſicut in legibus præſtat vim & ſenſum illarum tenere quàm verba, ita in reſponſionibus ad interrogationem ipſius interrogantis mens potius ſpectanda eſt, quàm verba. XII.

Infero quartò eum contra præceptum confeſſionis peccare, qui dicit ſe Luthetanum, aut Calviniſtam eſſe. Ita Duvallius ſupra art. 2. Ratio eſt, quia hoc ipſo profitetur religionem Catholicam his duabus ſectis è diametro oppoſitam eſſe falſam. XIII.

Infero quintò, quod ſi quis profitendo aliquam religionem neget ſe eſſe Chriſtianum & Catholicum. Item ſi quis affirmet ſe eſſe Catholicum Gallnm, & non Romanum, ut plerique in Galliâ, non eſt dubium quin graviter peccet. Ratio Duvallii ſupra eſt, quia non vult cum Eccleſiâ Romanâ, & cum ſupremo totius Eccleſiæ Pontifice & Capite conſentire, ſicque ſe Schiſmaticum, ſi non hæreticum expreſsè profitetur. Quod ſi quis in odium fidei interrogatus à tyranno ambiguè reſpondeat, ita ut XIV

ſecundus baptiſmus nuncupatur à S. Hieronymo epiſt. ad Paulam de obitu Bleſillæ cap. 2. (S. Hieró.) *Cùm ante quatuor ferè menſes ſecundo propoſiti ſe baptiſmo laverit, &c.* Et epiſt ad Demetriadem cap. 5. *Nunc ſæculum reliquiſti, & ſecundo poſt Baptiſmum gradu iniiſti pactum cum adverſario tuo, dicens, renuncio tibi Diabole, & ſæculo tuo, & pompæ tuæ, & operibus tuis.* Quod eadem vita Religioſa Dei gloriam accumulet teſtatur S. Baſilius de laude vitæ ſolitariæ, à quo *arx ſpiritualis* nuncupatur. (S. Baſil.) Idem ait *Solitaria vita cæleſtis doctrinæ ſchola eſt & divinarum artium diſciplina.* Item. *Eremus eſt paradiſus deliciarum.* S. Damianus ſerm. 59. (S Petrus Damian.) *Verè Clauſtrum eſt Paradiſus.* Sanctus Gregorius Theologus orat. 6. *Generis noſtri primitiæ, columna, fidei corona, egregium Eccleſiæ complementum.* (S Greg. Nazian.) Et tamen Religioſa vita non eſt præcepta, ſed perſuaſa. Ex quo ſequitur id quod maximum divinæ gloriæ affert incrementum, non eſſe præceptum, nec conſequenter fidei confeſſionem.

XVI. Infero ſeptimò Iſraelitas fuiſſe & nunc Chriſtianos eſſe obligatos ad fidei confeſſionem, videntes privativè ſubſtrahi honorem Dei ex omiſſione confeſſionis, ſeu quando fides afficitur ignominiâ, non confitendo, non profitendo illam, ſcilicet quando coram fideli infideles irrident & contemnunt fidem, templa demoliuntur, aras deſtruunt, imagines lacerat, myſteriis noſtris illudunt, vel aliquod aliud perpetrant in contemptum Religionis, ut tempore Eliæ faciebant prophetæ Baal, & qui erant ab eis ſeducti. Tunc fideles erant & nunc ſunt obligati præcepto affirmativo ad fidem confitendam, & laudibus celebrandam, quamvis non ſperetur ex hoc infidelium converſio, vel eorum ceſſatio à fidei noſtræ irriſione, contemptu. Ratio eſt, quia per noſtram confeſſionem Eccleſia & Religio Chriſtiana ſuum honorem recuperat, vel conſervat: ſicut quando coram eo, qui detrahit de Petro Petrum laudas, famam ejus & honorem propugnas, ita per confeſſionem fidei in ſimili caſu honor Deo debitus conſervatur. Ut docet S. Thomas 2. 2. quæſt. 3. art. 2. ad 3. Cardinalis de Lugo diſp. 14. ſect. 4. num. 63. Caſtro Palaus tomo 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 13. num. 6. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 4. num. 5. Coninck. Differunt tamen Sanchez & Coninck quod ille lib. 2. ſummæ cap. 34. numer. 15. dicat Martyrium eſſe in præcepto quando toleratur ad vitandas blaſphemias. Hic verò ſuſtineat magnificare fidem, & profiteri ſine periculo mortis eſſe de præcepto: ſed ubi imminet periculum mortis eſſe in conſilio. Ratio eſt quia obligatio non eſt adeò ſtricta ad infidelium peccata impedienda, & corripiendos eos, qui fidem contemnunt. Quia omittit tantùm infructuoſam correctionem, non autem fidem erubeſcit: quemadmodum erubeſceret, qui à tyranno publicè interrogatus de fide ſuâ, eam taceret, & Chriſtum virtualiter negaret. Favet decretum Sacræ Congregationis S. R. E. univerſalis Inquiſitionis coram Urbano VIII. anno 1630.

XVII. Quod ſi fidelis probabiliter credat infideles blaſphemos ad majores blaſphemias provocandos, iſte fidelis nõ tenetur eos corripere. Undè ſi quis quærat cur Elias à correctione verbali abſtinuit triennio & amplius? Nonnè primo & ſecundo anno eundem zelum & eandem prædicandi occaſionem habebat? Reſpondeo ideò abſtinuiſſe, quia prævidebat quod ſuâ objurgatione Achab magis provocaretur ad blaſphemias evomendas. Si enim fames illa triennalis illos non movet, ut S. Chryſoſtomus animadvertit tomo 1. homil. 2. de Eliâ his verbis. (S. Chryſoſtomus) *Proh dolor! nulla ex pœnâ correctio, & quaſi adverſis hominum malitia provocaretur, ſic creſcit quotidie quod puniatur, amant pœnam, ſupplicium diligunt, & nolunt recordari, ut vivant, nolunt corrigi ut evadant, & quaſi frugem mentis ſterilitas areſecerit & ſiccitas, ſic areſcente terrâ aruerunt & hominum corda.* Quod etiam ante illam famem populus non moveretur correptione verbali, audi Metaphraſtem apud Surium die 1. Auguſti. *Atra nox orbem terrarum oppreſſerat*

Itaque omnes in tenebris illos effundebant, erat orbis terrarum naufragium non aquarum, ſed intemperantiæ: propulſatâ enim intemperantiâ incontinentia Metaphr. *ipſa dominabatur, virtus expellebatur, & vitia tanquam res legitima colebantur, colles, montes, ſaltus, ventique aer tenebres contegebantur. Itaque offuſcato ſole cælum erat caliginoſum. Omnis natura propter idolorum cultum coinquinabatur. Ergò tanquam in nocte aliquâ omnes ambulabant, rebus creatis non tanquam creatis animum adhibentes. Videbant lapidem, & tanquam Deum adorabant: videbant lignum & illa ſimiliter colebant. Altiſſima igitur nox illos depreſſos tenebat, cùm Creatorem deſpicerent, & res creatas venerarentur: In tam multis tenebris ſolus Elias virtutis lucernam tenens, & tanquam in quodã montis vertice, in ſapientiæ faſtigio ſedens virtutis quidem ſui eam præferebat, ſed ſplendorem præferens nihil tamen eos juvabat, eoquod eorum mens tenebris oppreſſa erat, & idololatriæ ſceleribus detinebatur. Excandeſcebat igitur Elias animo diſſecabatur, lamentabatur, & multis verbis alios ab erroribus revocabat, ſed nemo tamen illum loquentem audiebat, precabatur, ſed nemo illi obtemperabat.* Expende hæc verba, *Sed nemo loquentem audiebat. Nemo illi obtemperabat.* Fame morientes parvuli, tabeſcentia animalia clamabant, & ad eorum clamorem populus obſurdeſcebat. *Nulla ſicut ex verbis Eliæ ſic ex pœnâ nulla correctio, &c.* Itaque ſi illo toto triennio Elias comparuiſſet, & aliquam exhortationem ad populum habuiſſet potius ad blaſphemias & impietates illum provocaſſet, quam ad reſipiſcentiam.

XVIII. Hinc meritò Siracides Eccleſiaſtici cap. 15. verſ. 7. ait. *Cum interrogaveris corripe juſtè.* Ideſt commenſura correctionem verbis, tempori, perſonis. S. Ambroſius libr. 1. de Viduis. *Menſura oneris pro menſurâ debet eſſe geſtantis, alioqui impoſitio oneris fit ruina ubi vectoris infirmitas eſt, nam & infantium fauces ſtrangulat eſca robuſtior.* Quaſi diceret, peccator poteſt uno tempore geſtare pondus correctionis, alio non. Qui vult alium corripere, temporis & perſonæ debet habere rationem. Nam uno tempore habet ſtomachum virilem, alio puerilem, qui nihil guſtare & digerere poteſt. De hâc menſurâ ſeu perſonarum diſcrimine. S. Gregorius lib. 1. Paſtoralis ſcribit, *Non eadem cunctis exhortatio congruit, ſæpè namq; aliis officiunt, quæ aliis proſunt, &c. Panis qui vitam fortium roborat, parvulorum necat.* Comparat correctionem pani & perſonis, quæ corriguntur, ſeu hominibus, quorum alii ſenes, alii pueri, alii viri ſunt, Aliis cibus ſolidus congruit, aliis levis, aliis qui ſtomachum fortem, omnis cibi & digeſtionis capacem, aliis qui ſtomachum ita delicatum habent, ut vix ullum cibum capere poſſint. Undè pro diverſitate indolis & temperamenti diverſa ciborum genera, & eſculenta porrigenda ſunt: alii ſunt, quibus etiam dieta & abſtinentia magis congruit quàm ullus cibus.

Eccl. 15. verſ. 7. S. Ambr.

D. Joannes Evangeliſta optimè verſatus erat in diſcretione ſpirituum quare non eundem cibum omnibus præſcribebat, non eodem correctionis medicamento utebatur, ſed uno dum uni, altero dum alteri. Apocal. cap. 1. verſ. 14. *Scribe ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, Epheſo, Smyrnæ, & Pergamo, Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.* Quomodò ſcribit? utitur nè eodem ſtylo ſcribens omnibus? minimè, ſed diverſo. Verſu 20. *Septem ſtellæ ſunt ſeptem Angeli Eccleſiarum, & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.* Quomodò ſcribit Angelo ſeu Epiſcopo Epheſi? cap. 2. verſ. 1. *Hæc dicit Dominus qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio candelabrorum aureorum, ſcio opera tua & laborem, &c.* Epiſcopo Smyrnæ verſ. 9. *Et Angelo Eccleſiæ Smyrnæ ſcribe. Hæc dicit primus & noviſſimus, qui fuit mortuus & vivit, ſcio tribulationem tuam & paupertatem.* Epiſcopo Pergami verſ. 12. *Et Angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit qui habet rompheam ex utraque parte acutam, &c.* Epiſcopo Thyatiræ verſ. 18. ſcribe. *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes ejus ſimiles aurichalco.* Epiſcopo Sardis cap. 3. verſ. 1. *Hæc dicit Dominus,* XIX.

Apoc. 1. verſ. 14. verſ. 20. Cap. 2. verſ. 1. verſ. 9. verſ. 12. v. 18.

qui

qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem
verſ. 7. *ſtellas.* Epiſcopo Philadelphiæ. *Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clavem David, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Epiſcopo Laodiceæ
verſ. 14. verſ. 14. *Hæc dicit Dominus amen, teſtis fidelis, & verus, qui eſt principium creaturæ Dei.* Cur S. Joannes omnibus illis Epiſcopis ſcribens vario loquendi modo utitur? nunquid omnes ſunt Angeli, ſeu Epiſcopi? nunquid omnes habent curam animarum? nunquid omnes iiſdem dotibus, ſeu talentis debent eſſe præditi? Cur igitur diverſo ſcribendi genere utitur ſanctus Evangeliſta. S. Hieronymus in prologo epiſt. ad Epheſios reſpondet.
Hieron. *Quia in unoquoque eorum, vel ſpecialia vitia reprehendit, vel virtutes probat.* Quaſi diceret, pro alio & alio modo reprehendenda ſunt vitia, alio & alio modo laudandæ virtutes, alio modo carpitur ſuperbia & ambitio, alio avaritia & prodigalitas, alio ira & tyrannis, &c. Alio encomio celebratur humilitas & contemptus mundi, alio effertur liberalitas & paupertas voluntaria, alio benignitas & amor inimicorum:

XX. Quod confirmat exemplo Apoſtoli Pauli. *Apoſtolus Paulus per ſingulas Eccleſias vulneribus medetur illatis, nec ad inſtar imperiti medici uno collyrio omnium oculos vult curare.* Non tantùm erga diverſos alio & alio collyrio utitur: ſed etiam erga eundem. Non tantùm circa diverſos morbos, ſed etiam circa eundem. Nam uno tempore medicamenta leniora proſunt, quæ altero obeſſent. Uno tempore igne, ferro, aliiſque ſeverioribus curantur remediis morbi & vulnera, quæ alio tempore potiùs ingraveſcerent. Aliquando medicus ſuo ſilentio & abſentiâ plus prodeſt, quàm multâ loquacitate vel eloquentiâ.
S. Greg. S. Gregorius ſupra citatus. *Penſare Doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, & quantùm loquatur: ſi enim unum eorum deſernis, locutio oportuna erit.* Ideſt ut aliquis debitè corripiat debet in correptione has omnes circumſtantias obſervare, & modos adhibere: alioqui uno illorum deficiente plus nocumenti, quàm emolumenti correctio allatura eſt. Audiamus ejus explicationem. *Quid loquatur, ut juxta Pauli vocem ſermo noſter in gratiâ ſale ſit conditus. Cui loquitur, quia ſæpè increpationis verbum, quod hæc admittit perſona, altera non admittet. Quando loquitur, quia ſæpè etſi differtur increpatio poſtmodùm benigne recipitur, & nunquam langueſcit, ſi hoc, quod ante proferri debuit tempus amiſerit. Qualiter loquatur, nam ſæpè verba, quæ hunc ad ſalutem revocant, alium vulnerant. Quantùm loquatur, ne ſi ei qui multa ferre non valet, verbum increpationis longius trahimus, auditorem noſtrum ad faſtidium revocamus.* Etſi ſingula hæc aurea verba ponderari mereantur, tamẽ his tantùm hæreo, *Quando loquatur, &c.* Hanc circumſtantiam exactiſsimè obſervavit S. Elias, nam tempore quo fames duravit minus populũ ad pœnitentiam moviſſet quam fames: imò potius ad nova flagitia provocaſſet, ac in majorẽ pervicaciam corruiſſet: ſic exemplo tanti Prophetę Eccleſiaſtes nõ debet infidelem blaſphemũ corrigere, ſi probabiliter credat eum ad graviora peccata, majoreſque blaſphemias provocandum. Ita Caſtro-Palaus tomo 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 13. num. 6. Vericellis tract. de miſſionibus Apoſtolicis, tit. de fide quæſt. 7. ſect. 2.

Aliam animadverſionem facit Cardinalis de Lugo diſp. 14. ſect. 4. n. 63. XXI.
Non omnis (inquit) *actus infidelitatis nobis præſentibus obligat nos ad diſſimulandũ, ſeu non tacendũ, neque id ad erubeſcentiam fidei nobis imputatur, ſed ex rei gravitate, & aliis circumſtantiis pẽſandum hoc eſt, an ſit talis, tantuſq; fidei contemptus, ut ipſum ſilentium & diſſimulatio ſit contra reverentiam, quam fidei & veritati divinæ debemus.* Suarez diſp. 14. ſect. 2. num. 7. Caſtro ſupra docent etiam privativè divinum honorem ſubſtrahi ex omiſſione confeſſionis, quando infideles exiſtimarent fidem Catholicam eſſe falſam, niſi eam noſtrâ confeſſione confirmaremus, ſeu quando eadem fides, religio, ſeu divinitas notabilem jacturam, detrimentum, vel diminutionem acciperet: tunc enim fidelis ad confeſſio- Lugo Cardin.

nem imittendam obligaretur, nè Deus tali honore ſibi debito privaretur. Quamvis ex ea confeſſione nulla converſio alicujus infidelis ſperaretur id patet in Eliâ Propheta, qui ſacrificium in Carmelo offerre debuit, & ſuam fidem omnibus profiteri, ut Dei Iſrael divinitatem eſſe veram, Baalis autem falſam eſſe patefaceret, ut de facto patefecit, licet nullius Baalitæ converſionem ſperaret, vel alicujus è populo Iſraelitico reſipiſcentiam. A fortiori Elias, & quivis alius fidelis obligatur ad fidei confeſſionem, ſi per eam alii fideles inſtruantur & doceantur, ſeu corroborentur in fide, & infidelium inſultatio reprimatur. Ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. ad 2. *Dicendum* (inquit) *quod in caſu neceſſitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem ſuam aliis propalare, vel ad inſtructionẽ aliorum fidelium, ſivè confirmationem, vel ad reprimendum infidelium inſultationem, ſed aliis temporibus inſtruere homines de fide non pertinet ad omnes fideles.* Idem docet quæſt. 124. art. 3. in concluſione, ubi oſtendit quomodò Martyrium ſit actus virtutis, imò etiam perfectiſſimæ. *Martyrium* (inquit) *ſi comparetur ad fortitudinem non eſt actus maximæ perfectionis, ſi verò cõparetur ad charitatem quæ homines ad illud impellit maximæ eſt perfectionis.* Quod fusè probat in corpore. Illi ſubſcribunt Navarrus cap. 11. num. 40. Sylveſter verbo *Martyrium*, Sanchez lib. 2. cap 54. num. 15. Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. num. 7. Et Coninck de fide diſp. 15. dubio 4. num. 79. ubi appoſitè ad factum Eliæ hæc ſcribit. *Quando alicujus externa*
Coninck *confeſſio eſt neceſſaria, vel valdè utilis ad aliquorum converſionem (quod maximè accidit) quando quis eſt magnæ auctoritatis apud aliquos infideles, aut minus firmos in fide, præſertim ſi hi aliàs crederent ur fidem ob metum tormentorum, aut ſimilem ob cauſam negaturi: talis tunc tenetur profiteri fidem non ratione charitatis quâ tenetur aliorum ſaluti conſulere, ſed etiam ratione virtutis fidei cujus honor exigit, ut eam non modò in nobis, ſed in aliis quantùm poſſumus promoveamus.* Externum ſanctiſſimi Prophetæ Eliæ confeſſionem per illud publicum ſacrificium in Carmelo fuiſſe neceſſarium patet, quia erat valde utilis ad Iſraelitarum ſeductorum converſionem ad fidem & aliorum vacillantium confirmationem. De vacillatione patet ex his verbis lib. 3 Regum cap. 18. verſ. 21. *Vſquequo claudicatis in duas partes.* l. 3. Reg. 18. v. 21
Cõfirmationem in fide teſtantur hæc verba, verſ. 39. *Cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* verſ. 39. Quod Elias eſſet magnæ auctoritatis, tum apud Regem Achab infidelem, tum apud populum vacillantem vel minus firmum in fide conſtat ex cõvocatione totius populi & Baalitarum in Carmelum, quæ juſſu regis ad nutum Eliæ facta eſt. Quod fecerit illam congregationem populi, & fidei confeſſionem ex motivo & affectu charitatis & fidei innuunt illa verba lib. 3. Reg. cap. 19. verſ. 10. & 14. *Zelo Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum.* l. 3 Reg. 19 v. 10 & 14.

XXII. Quando contrariè ſubſtrahebatur honor debitus Deo, Elias erat obligatus ad præceptum confeſſionis fidei, quia tunc publicè fidem negabant aliqui, quandoquidem ipſa altaria & templa deſtruerent, ut conſtat ex illis verbis lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 10. & 14. *Quia dereliquerunt pactum filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio.* Non dicit quia dereliquerunt pactum tuum Baalitæ, altaria tua deſtruxerunt, quia Deus nõ fecit pactum cum Baalitis & infidelibus, ſed cum populo Iſrael per Moyſem; ut notant Dionyſius, Hugo Cardinalis, Lyranus, Caietanus, Toſtatus & alii. Igitur ipſimet Iſraelitæ altaria deſtruxerant, &c. Quod alii de ea per actus externos dubitarent, aſſerit Elias ſupra. *Vſquequo claudicatis in duas partes, &c.*

§. 2. Quando

Digitized by Google

§. I.

Quando Fidei Confeſsio non obligat, ſed potiùs nocet.

1. PEccatum eſt ultrò confiteri fidem abſque juſtâ causâ, & fidei hoſtes provocare. Ita Divus Thomas 2. 2. quæſt. 3. art 2. ad 3. Suarez de fide quæſt. 14. ſect. 3. num. 2. Coninck de fide diſp. 15. num. 96. Caſtropalaus tomo 3. tract. 17. diſp. 2, puncto 1. num 1, 3. Baldellus tomo 2. tomo 4. diſp. 17. num. 22. Villalobos tomo 2. tract 1. diffic. 5. num. 5. Navarrus cap. 11. Angelus verbo *fides* num. 8. Sylveſter quæſt. 5. numer. 8. Tabiena quæſt. 7. Armilla nnmer. 7. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 4. Toletus lib. 4. ſummæ cap. 2. numer. 4. Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. num. 6. Ludovicus Lopez in primâ parte inſtructorii conſcientiæ cap. 41. Vetiſelli tract. de Apoſt. miſſion tit. 1, *de fide*, quæſt. 9. ſect. 1. Raynaudus de Martyre per peſtem part. 2. cap 5. num. 8. Patet primò ex hiſtoria Eliæ, non enim ſæpius hoſtes veræ fidei ad ſingulare certamen provocavit, ſed tantùm ſemel, ſcilicet lib. 3. Regum cap. 18. Cur non alia? cùm adhuc eſſent idololatræ, ut patet lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 2. 3. 6. 16. ubi fit mentio Regis Ochoziæ, qui cùm infirmaretur cōſuluit Beelzebub Deum Accaron? Quia tunc non expediebat iterùm confiteri ſolemni confeſſione. Deindè oſtenderat ſufficienter veram Dei Iſrael divinitatem, & fidei ſuæ profeſſionem per ignem cœlitus emiſſum, qui abſumpſit duos quinquagenarios. Denique Chriſtus videtur ultroneam illam cōfeſſionem ſine juſtâ causâ prohibere Matthæi cap. 7. verſ. 6. *Nolite ſanctum dare canibus,* Matt. 7. verſ. 6. *neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, nè fortè conculcent eas pedibus ſuis, & converſi diſrumpant vos.* Per porcos intelliguntur infideles coram quibus promiſcuè confeſſio & prædicatio fidei non eſt facienda, nec myſteria propalanda. Caietan. Cajetanus. *Prohibitis malis judicum ac correctorum, prohibet mala diſpenſantium ſacra myſteria duabus metaphoris. Altera, nè detis ſanctum canibus, nè converſi diſrumpant vos. Altera, non mittatis margaritas veſtras ante porcos, nè fortè conculcent eas pedibus ſuis. In primâ prohibetur ſanctum, hoc eſt, quod Dei eſt dari canibus, hoc eſt impugnatoribus veritatis: Canis enim inter omnia animalia habet vocem latratus ſui ad ſolam abjectionem; & propterea ii quorum ſtudium ac officium eſt clamare ad repellendum, ad impugnandum, ad contradicendum canes appellantur. In ſecundâ prohibetur margaritas veſtras, hoc eſt id quod noſtrū eſt, pretioſum tamen, mitti ante porcos, hoc eſt homines, non ſolùm carentes notitiâ margaritarum, ſed etiam immerſos terreno luto, quales inter cætera animalia videmus porcos. Et hujus quidem ſecundæ metaphora inconveniens clarum eſt, ſcilicet nè fortè porci conculcent margaritas veſtras pedibus ſuis. Poteſt enim facile evenire hoc inconveniens, etſi non neceſſariò eveniat, quia poſſent aliò divertere, propterea dicitur fortè; à quo etiam caſu non eſtis immunes à culpâ, quia quantùm in vobis ſunt expoſuiſtis margaritas periculo conculcationis.* Expende hæc ultima verba *In quo etiam caſu non eſtis immunes à culpâ, &c.* Proſequitur. *Prima metaphora inconveniens latet, nam non apparet. Non videmus canes converti ad diſrumpendū nos, ex eo quod damus eis ſanctum panem aut cibum, ſicut videmus porcos conculcare margaritas ſi mitterentur ante illos? Penſentur verba Textus. Non dicitur ſanctum panem, neque ſanctas carnes, neque ſanctum cibum. Quodcumq; enim horum ſonaret compoſitum ex cibo & ſanctitate. Sed dicitur ſanctum ſine additione aliquâ, hoc eſt mundum ac elevatum ab uſu non ſolùm brutorum animalium, ſed etiam humano: nam ſanctū ſignificat mundum, competens tamen uſui divino, ac per hoc incompetens uſui canum: ita quod dando canibus rem incompetentem uſui canum, nonobſtante, quod ſit tanta excellentia, ſcilicet quod ſit ſancta, prebetur materia canibus cōvertendi ſeipſos ad diſrumpendum vos. Videmus enim quod canes vacantes ſibi ipſis, ſeu occupati in aliis, ſi invitantur dando eis aliquid inutile ipſis, irritantur*

quandoq;

quandoq; adverſus illos, qui rem illam illis jecerint. Quamvis hoc non ſemper eveniat: propter quod in Textu apponitur fortè. Eſt itaque metaphora inconveniens, nè fortè converſi canes ad jactũ rei ſanctæ, hoc eſt competentis Deo non canibus, irritationis materiâ acceptâ, nullâ habitâ ratione doni ſancti diſrumpant vos ab invicem ſeparando, vel frangendo morſu. Intentum autem per hanc metaphoram eſt, quod ſancta Dei myſteria, ut ſecreta Trinitatis, Verbi Incarnationis, Euchariſtia & ſimilia, non declaremus impugnatoribus veritatum. Minus dixi, nam prævidit Ieſus impoſſibile eſſe Scriptoribus & Prædicatoribus occultare hæc canibus, & manifeſtare aliis, & propterea dixit, non detis canibus, hoc eſt ex intentione non detis canibus. Secus autem quando ex neceſſitate panduntur ſacra canibus, quando ſcilicet in communi docere oportet, & inter eos ſunt aliqui impugnatores veritatis: vel quando neceſſitas impugnantium urget, ut aperiamus ipſis occultiora ſancta. Tunc enim non agitur contra hoc præceptum, quia prohibetur voluntaria, non neceſſaria datio ſancta canibus, quæ hic non intervenit, quia non ipſis canibus, ſed Eccleſiæ daretur ſanctum præſentibus canibus. Periculum autem manifeſtum indè imminet ſcilicet nè fortè ſtudioſi ad contradicendum ex prædicato ſancto, ubi quieſcebant vertantur ad diſrumpendum vos ſchiſmaticis & hæreticis documentis fabricata ſuper audita ſancta. Sic enim Arius converſus diſrupit nos auditis myſteriis Trinitatis ignotis & inutilibus ſibi, & ſic de aliis ſimilibus. Sic Elias non pluries ſacrificavit, quia tanti myſterii datio non debebat eſſe voluntaria ſed neceſſaria, nè fortè Baalitæ quaſi canes converſi dogmatibus ſuis impiis Eliæ nomen & religionem dirumperent. Idem ſecundæ metaphoræ intentum explicat. *Vt non exponamus pretioſa nobis Eccleſiaſtica ſacramenta hominibus, qui illa non cognoſcunt, qui non æſtimãt, qui terrenis ſunt dediti, quorum animus ſolis terrenis paſcitur, ne affectibus, malâq; vitâ conculcent illa. An non margarita mittuntur ante porcos quando paſſim Sacramentum Ordinis, ſacra Religionis aut Caſtitatis profeſſio, Sacerdotia, & id genus alia pretioſa apud Eccleſiam exhibentur hominibus ſolâ cupiditate hæc ſubeuntibus. Teſtatur conſequens conculcatio tam pretioſorum ordinum, ſtatuum graduum, atque officiorum, quàm utinam non videremus ex cænoſis ſtudiis eorum ſic eſſe, inter ea etiam profeſſio & poſtulatio fidei non minus prohiberetur utpotè ſuperflua. & nullo modo quandoque utilis.* Brevius Dionyſius id explicat. *Nolite pura & immaculata myſteria fidei, profunda & ſecretiſſima Chriſtianæ ſapientiæ, vel Sacramenta Eccleſiæ propalare, ſeu tradere irrationabilibus, ſcù inſanis hæreticis, vel cæteris infidelibus; aut indoctis, impœnitentibus, & paſſionatis hominibus, de quibus dicit Apoſtolus Philip. cap. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem. Neque mittantur pretioſiſſima dona cæleſtium gratiarum vobis conceſſa ante homines carnales, de quibus Paulus ad Titum cap. 1. Malæ beſtiæ ventres pingues. Hinc Dionyſius lib. 1. Myſtica Theologia cap. 1. ait, Vide nè quis indoctorum hæc videat, qui in ſenſibus detinentur. Iſti omninò indigni & incapaces ſunt prædictorum bonorum, quoniam teſte Apoſtolo 1. Corinth. cap. 2. Carnalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia eſt enim illi, hoc eſt quod in Iſaia cap. 8. habetur. Quem docebit Dominus ſcientiam, & quem intelligere faciet? Ablactatos, à lacte avulſos ab ubere. Hinc & Apoſtolus 1. Corinth. cap. 2. Sapientiã (inquit) loquitur inter perfectos nè intellectu & affectu prædicta bona contemnant, irrideant, condemnent, & converſi non à malo ad bonum, ſed à malo in pejus, vel corporaliter ad vos converſi proſequantur, impugnent, vel occidant vos.* Ideſt nè ex tali confeſſione accipiant occaſionem blaſphemias blaſphemiis accumulandi, vos proſequendi, impugnandi, vel occidendi vos, quàm fidem Chriſti amplexandi.

II. Sic Spiritus Sanctus prohibet diſſeminari Judæis Antiochenis verbum Dei Actorum cap. 13. verſ. 46. quia non modo verbum Dei recipiebant, ſed pedibus etiam conculcabant, convitiis Apoſtolos afficiebant & diſcerpere conabantur, mortemque minabantur. *Videntes turbas blaſphemantes*

dicendo

dicendo quod Ieſus Nazarenus non eſſet
Act. 13. *verus Chriſtus, tunc conſtanter Paulus*
verſ.4. *& Barnabas dixerant. Vobis oportebat*
primùm loqui regnum Dei, ſed quoniam
repellitis illud, ecce convertimur ad gen-
tes. Dionyſius. *Obſtinato animo verita-*
ti Evangelicæ contradicendo, Textus
Sacer, *Sic enim præcepit nobis Dominus.*
Dionyſius. *Vt Iudæis obſtinatis relictis*
procedamus ad gentes. Scilicet more
Eliæ, qui lib. 3. Regum cap. 17. vidēs
Judæorum obſtinationem juſſu Dei,
receſſit ad torrentem Carith, verſ. 3.
l.1. Reg. *Et factum eſt Verbum Domini ad eum di-*
17. v.3. *cens, Recede hinc, & vade contra Orien-*
tem, & abſcondere in Torrente Carith,
qui eſt contra Iordanem. Eodem præ-
cepto divino verſ. 9. mittitur in Sa-
verſ.9. reptam Sidoniorum. *Factus eſt ſermo*
Domini ad eum, dicens. Surge & vade
in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi,
&c. Quaſi diceret convertere ad gen-
tes, quia Iſraelitæ indigni ſunt ut eis
annunties verbum Dei. Sunt quaſi
canes quibus ſanctum dare non opor-
tet. Sunt quaſi ſues quibus margaritas
exponere non debes, quia indigni,
incapaces prædictorum bonorum, in-
tellectu & affectu prædicta bona con-
temnunt, irrident, condemnant, & à
malo in pejus convertuntur, imò te
perſequuntur, impugnant & occide-
re volunt, ut ait Abdias lib. 3 Regum
cap. 18. verſ. 20. *Vivit Dominus*
Cap. 18. *Deus tuus quia non eſt gens aut reg-*
verſ. 20. *num in quo non miſerit Dominus meus*
te requirens.

III. Ex quibus colligo S. Eliam tunc
maluiſſe fugam capere, & latere cum
aliis Prophetis quam inutiliter prædi-
care verbum Dei & martyrio ſe offer-
re, quod factum laudat Apoſtolus
Hebr. 11 Hebræor. cap. 11. verſ. 37. *Circuierūt*
verſ. 37. *in melotis, in pellibus caprinis, egentes,*
anguſtiati, afflicti, quibus dignus non
erat mundus, in ſolitudinibus errantes,
in montibus, & ſpeluncis, & in cavernis
terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei pro-
bati. D. Anſelmus. *Sic probati ſunt in*
fide conſtantes, Id totum fusè explicat
D. Thomas in illam epiſtolam lect. 8.
Melota eſt veſtis facta de pilis camelo-
S. Thom. *rum ut quidam dicunt. Vel melius, quod*
Taxus habet, pellem hirſutam de quo fit
veſtis, quæ dicitur melota pellis caprina
cum hoc quod eſt hirſuta eſt etiam vilis.
Et hæc dicitur de Eliâ lib. 4. Reg. cap. 1
quod erat vir piloſus & zonâ pelliceâ
accinctus renibus. Et de talibus veſtibus
dicit Auguſtinus in libr. de ſermone Do-
mini, quod poteſt eſſe in tali veſte inten-
tio mala, ſi quis utatur ad vanam glo-
riam. Bona autem ſi ad contemptum
mundi & macerationem carnis; præci-
puè autem qui profitetur ſtatum pœniten-
tiæ, debet oſtendere ſigna profeſsionis:
Et ideò licet eis uti talibus veſtibus non
tamen ad oſtentationem. Et ſic utebantur
Prophetæ, quantùm autem ad ſtatum
perſonæ egentes, quia carebant divitiis,
in quo præfigurabant ſtatum perfectionis
novi teſtamenti. de quo dicitur Matth.
cap. 19. Si vis perfectus eſſe, vende om-
nia quæ poſsides. Et hoc fuit ſpecialiter
de Eliâ, qui paſtus fuit à corvis, & à
muliere viduâ, lib. 3. Regum cap. 17.
Pſalmo 87. Pauper ego ſum in laboribus.
Item pſalmo 69. Egenus & pauper ego
ſum. Item anguſtiati, ſicut patet de Eliâ
qui fugit à facie Iezabel, lib. 3. Regum
cap. 19. Et de David qui fugit Abſalon.
lib. 2. cap. 15. Item Afflicti labore cor-
porali, ſicut de Eliâ qui dormivit laſſus
ſubter unam juniperam. Et ſubdit, &c.
In ſolitudinibus, quantùm ad locum,
quia propriam manſionem non habebant
ſed errabant in ſolitudinibus, & in mon-
tibus, & in ſpeluncis, & in cavernis ter-
ræ, quæ ſunt loca apta ad contemplatio-
nem & pœnitentiam. Iſta patent de Da-
vid lib. 2. Regum cap. 22. & 23. & de
Eliâ lib. 3. Regum cap. 19. Deinde eùm
dixit, Et hi omnes. Oſtendit quod eis di-
lata ſunt promiſsiones, & ne putetur
quod hoc fuerint propter defectum deme-
riti, ideò ſecundò deſignat rationem il-
lius dilationis, ubi dicit quod hi omnes
teſtimonio fidei probati inventi ſunt,
ideſt per fidem habent teſtimonium quod
ſunt probati, ideſt approbati à Deo 2. Co-
rinth. cap. 10. Non enim qui ſe ipſum
commendat ille probatus eſt, ſed quem
Deus commendat, Sapient. cap. 3. Tan-
quam aurum in fornace probavit. Ea-
dem ferè habent Hugo Cardinalis,
& alii.

Quibus ſubſcribit Arboreus cum VI.
modico diſcrimine, nam exiſtimat per Arboreus
melotem pellem ovillam intelligi.
Meloti ſignificat pellem ovillam, quæ

ſancti Viri, ut Eliſeus & qui ſecum diverſabantur, ut carnem ſuam tegerent utebantur. Egentes ſine rebus neceſſariis deſtituti ut Elias & Eliſeus, quos aluerũt muliercula anguſtiati, afflicti, ut Elias qui fugit à facie Iezabel, & David à facie Abſalon, quibus dignus non erat mundus. Mundani indigni erant clariſsimorum & ſanctiſsimorum Patrum conſortio. Non enim ſocietas lucis ad tenebras, nec participatio juſtitiæ cum iniquitate. In ſolitudinibus errantes, & in montibus, & in ſpeluncis, & in cavernis terræ. Ex libris Regum nobis ſatis compertum eſt Eliam & ejus comites ad declinandum ſæviſsimorum Regum furorem ſeſe in ſpeluncis, cavernis & abditioribus terræ locis occultaſſ. Hæc tamen mala temporanea *æquo ferebãt animo*, ſperantes ſe aliquando in auguſtiſſimo Dei Palatio diverſaturos. Et hi omnes teſtimonio *fidei*. Expendens S Anſelmus hanc particulam *probati*, ait idem eſſe quod *in fide conſtantes*. S. Thomas *approbati*. Arboreus *invictiſsimi Dei milites & ſanctiſsimi Patres*. Hugo Cardinalis *Probi inventi*. Dionyſius *Divinitus approbati, commendabilesq; effecti*. Quaſi dicerent, tantùm abeſt, ut ſubſtractio Verbi divini & fuga Deo diſplicuerit, quin potiùs illam Deus approbavit. In illâ fugâ & ſubſtractione probi inveniri meruerunt, & ſe commendabiles reddiderunt, ac reputati ſunt in fide conſtantes, invictiſſimi milites, & ſanctiſſimi. Econtrà, ſi abſque juſtâ causâ ultrò fidem confeſſi fuiſſent, hoſtes provocaſſent, mortis periculo ſe expoſuiſſent, potiusque temerarii, quàm zeloſi reputati fuiſſent, tùm quia ſe expoſuiſſent periculo fidem abnegandi, & provocandi alios ad peccatum.

V. Audi S. Athanaſium Apolog. de fugâ ſuâ. *Nec David exhibuit ſeſe Sauli, neque filii Prophetarum ingeſſerunt ſe Achabo. Id enim erat facere contra Dei præceptum cùm in Scripturâ habeatur, Non tentabis Dominum tuum.* Vocat ejuſmodi prævaricationem, Dei tentationem. Illi aſtipulatur S. Gregorius Nazianzenus orat. 20. *Nè provocemus ſive animarum metu, ſivè ut iis conſulatur qui periculum nobis inferunt.*

S. Athan.

S. Greg. Nazianz.

Loquitur tùm de provocatione ad inutilem fidei confeſſionem audiendam: tùm conſequenter ad perferenda ſupplicia ob talem confeſsionem publicatam promerita. Præfatis verbis oſtendit periculum apoſtaſiæ, quod ſic incurrimus, & anſam, quam damus tortoribus magis peccandi, ut idem innuit oratione 20 *Lex Martyrii hæc eſt, ut nec nos ultro ad certamen accedamus, hac nimirùm ratione tùm perſecutoribus, tùm imbecillioribus athletis conſulentes.* Ibidem. *Lex Martyrii eſt, nè nos ultrò ad certamen accedamus, hoc enim temerarii & præcipitis eſt animi.* S. Clemens Romanus de hâc præcipitis animi temeritate fidei Chriſtianæ periculosâ lib. 5. conſtitut. cap. 5. haec habet. *Admonemur nè prompti ſimus ad objiciendũ nos periculis, eo quod juſsi ſimus orare nè intremus in tentationem.* S Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum cap. 5. docet fideles ſic agentes complices fieri omnium criminum quæ committuntur à Tyrannis. *Si autem, qui hominem Dei interimit, in Deum peccat, is quoque ejus cædis reus tenetur, qui ſe offert judicio.* Brevius S. Petrus Chryſologus ſerm. 151. *Perſecutorem qui provocat, facit.* Scilicet qui abſque juſtâ causâ provocat. Non Eliam dumtaxat hujus fugæ exemplar habemus, ſed ipſum etiam Chriſtum. Origenes tract. 31. in Joannem explicans illa verba Joannis cap. 11. verſ. 54. *Ieſus ergò non jam palam ambulabat apud Iudæos.* Subdit. *Honeſtum quidem eſt, ſi incideris certamen confeſſionem non differre, at non minus quàm hoc honeſtum eſt tali tantæq; tentationi occaſionem dare.* Quaſi diceret, ſi fidelis comprehendatur ab infidelibus & tyrannis, confiteri non erubeſcat, non differat: tamen non ſe ultrò offerat, alioqui ſi hoc fecerit, ſeu ſe ultrò abſque juſtâ causâ objecerit, non exercebit actionem honeſtam & virtuoſam, ſed vituperio dignam: quia ſic agendo dat occaſionem tyrannis, ut pejores evadant. Idem Origenes citatus addit. *Nè nos occaſio ſimus, ut magis peccatores, magisq; impii evadant illi, qui nondum ſanguinem noſtrum reipsâ effudiſſe rei facti ſunt.* Sanctus Gregorius

S. Clem. Roman.

S. Clem. Alexand.

S. Petrus Chryſol.

Ioan. 11. v. 54. Origen.

Nazianzenus orat. 1. in Julianum. S. Greg. Nazian. *Neque Chriſtianos quantumcumque fortes ſua tantùm ſalutis rationem habere oportet, ſed perſecutoribus quoque conſulere, ut quantùm in ipſis eſt ad hoſtile periculum nihil conferant.* Scilicet ad augendum eorum peccatum.

VI. Dum ſic fideles temerè ſe tyrannis offerunt, eos invitant, ut alios fideles in fide imbecilliores, & ſuppliciis perferendis omninò impares proiequantur, & ad apoſtaſiam à fide excitent. S. Petrus Alexand. S. Petrus Alexandrinus can. 9. de lapſis. *Qui ad certamen proſiliunt fratribus peccatorum carbones accenduñt.* Optimè S. Gregorius Nazianzenus orat. in laudem S. Baſilii notat legem martyrii eſſe, ut nos non objiciamus periculo, ut perſecutorum & imbecillium Chriſtianorum ſaluti conſulamus. S. Greg. *Lex Martyrii hæc eſt, ut nos nosmetipſos in periculum ultrò conjiciamus.* Doctor Angelicus 2. 2. quæſt. 3. art. 2. ad 3. illi ſubſcribens docet. S. Thom. *Quod ſi turbatio infidelium oriatur de confeſſione fidei manifeſtâ abſque aliqua utilitate fidei, vel fidelium, non eſt laudabile in tali caſu fidem publicè confiteri. Undè Dominus dicit Matthæi cap. 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque margaritas veſtras ſpargere ante porcos, ne converſi diſrumpant vos. Sed ſi utilitas fidei aliqua ſperetur, aut neceſſitas adſit, contemptâ perturbatione infideliũ, debet homo publicè fidem confiteri. Unde Matthæi cap. 15. dicitur, Quod cùm Diſcipuli dixiſſent Domino, quod Phariſæi audito ejus verbo ſcandalizati ſunt, Dominus reſpondit, ſinite illos turbari: cæci ſunt, duces cæcorum.*

VII. Meritò S. Auguſtinus vituperat eos, qui temerè ſe perſecutoribus offerebant tomo 7. breviculo collationum contra Donatiſtas diei tertiæ cap. 13. ubi ait: S. Auguſtinus. *Lectam fuiſſe Epiſtolã Carthaginẽſis Epiſcopi, in quâ dicebatur eos qui ſe offerentes perſecutionibus non comprehenſi, & ultrò dicerent ſe habere ſcripturas, quas non traderent, à quibus hoc nemo quæſierat diſplicuiſſe Menſario, & ab eis honorandis eum prohibuiſſe Chriſtianos.* Quia ſcilicet ſe expoſuerant periculo tentationis, tyrannos excitarant ad ſævitiam, eiſq; anſam præbuerant perſequendi alios Chriſtianos. Unde Baronius ad annum Chriſti 302. §. 126. 127. ſcribit non omnibus fidelibus, qui ultimo ſupplicio afficiebantur honores Martyrum fuiſſe promiſcuè exhibitos, ſed tantùm quos Menſarius veros Martyres judicabat, *Ad Menſarium, utpotè Carthaginenſem Epiſcopum, & totius Africæ Primatem ſpectaſſe decernere Martyris honores illis, qui in Africâ pro Chriſti fide occumberent.* Meritò idem S. Auguſtinus tomo 2. epiſt. 50. ſcribit. *Quando cultus erat idolorum, ad Paganorum celeberrimas ſolemnitates ingentia turbarum agmina veniebant: Non ut idola frangerent, ſed ut interficerẽntur à cultoribus idolorum. Nam illud ſi acceptâ legitimâ poteſtate facere vellent, ſi quod eis accidiſſet, poſſent habere qualemcumque umbram nominis Martyrum: ſed ad hoc ſolùm veniebant ut integris idolis ipſi perimerentur.* Et paucis interjectis. *Quidam etiam ſe trucidandos armatis viatoribus ingerebant percuſſuros eos ſe, niſi ab eis perimerentur, terribiliter comminantes. Nonnunquam & à judicibus tranſeuntibus extorquebant violentes, ut à carnificibus vel ab officio ferirentur.* Quibus verbis patenter vituperat eos, qui ſe ſpontè offerebant ad ſupplicia perferenda, & tyrannos provocabant, ut ſibi violentam manum inferrent.

VIII. Tantùm abeſt, ut tales Martyrum albo adſcribi mereantur, quin potiùs ex Chriſtianorum catalogo expungendos eſſe, & incidere in hæreſim Circumcellianam cenſet idem S. Auguſtinus, de quibus tomo 6. lib. de hæreſibus cap. 69. hæc refert. *Circumcelliones genus hominum agreſte & famoſæ audaciæ. Non ſolùm in alios immania facinora perpetrando: ſed nec ſibi eadem inſanâ feritate parcendo. Nam per mortes varias maximè præcipitiorũ, & aquarum, & ignium ſeipſos necare conſueverunt, & in iſtum furorem alios, quos potuerunt utriuſque ſexus ſeducere, aliis mortem, niſi fecerint comminantes.* Quaſi diceret, non tantùm incidunt ſe cultris & lanceolis, donec perfundantur ſanguine more Baalitarum, de quibus lib. 3. Regum cap. 18. ſed etiam *mortes varias maximè præcipitiorum*

tiorum,&c. ſeipſos necare conſueverunt. Philaſtr. Philaſtrius eos vocat cirentores. *In Africâ* (inquir) *ſunt qui circnitores dicuntur. Hi circumeunt terras, & quos inveniunt in viâ, eos cognnt ut interficiantur ab illis, dicentes ſe deſiderare Martyrium.* Concilium Elibertinum romo 5. patr. 1. Conciliorum generalium can. 60. damnat, eos qui ultrò idola contemnunt, ut Martyres efficiantur. *Si quis idola fregerit, & ibidē fuerit occiſus, quatenus in Evangelio ſcriptum non eſt, neque invenitur ſub Apoſtolis unquam factum, placuit eum in numero non recipi Martyrum.* Ratio eſt, quia Martyrium non cadir ſub meritum. Licet Martyris Chriſti Athletæ maximum ſpecimen præ ſe ferant, ut egregiè notat S. Ambroſius lib. de Iſaac & animâ cap. 8. Ponderans illa verba Cantic. cap. 8. verſ. 6. Cant. 8. verſ. 6. *Fortis eſt ut mors dilectio.* Quibus ſubdit. *Et & illa mors Martyrum valida,* S. Ambr. *cujus non impar eſt charitas, quæ adæquetur Martyrum paſſioni.*

IX. Tertull. Undè Tertullianus in Scorpiaco adverſus Gnoſticos cap. 6. ſcribit. *Dilectio hominem Martyrem excudit.* Ideſt quemadmodum moneta quando cuditur, imprimit Principis imaginem, valorem metalla dat, vel auget. Ita amor Martyres cudit. Ad quod Martyrium ſponſa anhelans Cantic. cap 8 verſ. 6. clamat. Cant. 8. verſ. 6. *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum.* Concede mihi, ut te in paſſione tuâ poſſim imitari, ut patiar non tantùm in mente, ſed etiam in corpore. Hoc ſignaculum ſibi impreſſum teſtatur Apoſtolus Galatis cap. 6. verſ. 17. *Ego ſtigmata Domini in corpore meo porto.* Ad illud ſignaculum anhelat S. Ignatius epiſt. ad Romanos. S. Ignat. *Ignis, crux, ferarum concurſus, ſectiones, laniena, oſſium diſcerptiones, membrorum conciſiones, totius corporis ſolutio, diaboli tormenta in me veniant, tantummodò ut Ieſum nanciſcar.*

X. Theodoretus. Quod quilibet noſtrum ejuſmodi ſignaculum optare debeat docet Theodoretus in citatum textum Canticorum. *Pone me, &c. Vult ergò Salvator noſter, ut eum pro ſignaculo habeamus, & notam ipſius in omnibus tam dictis quàm factis imprimamus. Sic enim erant numiſmata regia non adulterina, ſed regiam imaginem ferentia.* Tamen quod Martyrium non cadat ſub meritum, docet S. Athanaſius in apolog. de ſuâ fugâ. S. Athan. *Sancti, quia ut homines ignari erant temporis ſibi à Divinâ Providentiâ conſtituti, proindè minimè ſeſe inſidiatoribus ingerebant, cùm non ignorarent id quod ſcriptum eſt, in manibus Dei eſſe ſortes hominum.* Ideſt, ſi Martyrium caderet ſub meritum, ſanè quemadmodum licet nobis omni horâ exercere actus humilitatis, charitatis, & aliarum virtutum, ac illis plurimùm mereri, ſic omni horâ poſſemus nos ad martyrium accingere. At quia à divinâ providentiâ certum tempus martyrio deſtinatum eſt, non debemus illud prævenire, nec noſtris inſidiatoribus nos ultrò objicere abſque peccati periculo. *Nam* (inquit S. Cyprianus lib. de lapſis numer. 43.) S. Cyprianus. *cum corona de Dei dignatione deſcendat, nec poſſit accipi, niſi fuerit hora ſumendi, quiſquis in Chriſto manens interim cedit, non fidem denegat, tempus expectat, qui autem cùm non cederet cècidit, negaturus remanſit.* Clarius S. Petrus Chryſologus ſerm. 152. ubi argumentum deſumit ab innocentibus. S. Petrus Chryſol. *Attendat auditor, attendat ut intelligat Martyrium non conſtare per meritum, ſed venire per gratiam. In parvulis qua voluntas, quod arbitrium, ubi captiva fuit & ipſa natura? De martyrio ergò debemus totum Deo, nihil nobis. Vincere Diabolum, corpus tradere, contemnere viſcera, tormenta expetere, laſſare tortorem, capere de injuriis gloriam, de morte vitam non eſt virtutis humanæ, muneris eſt divini. Ad martyrium qui ſuâ virtute currit, per Chriſtū non pervenit ad coronam.* Tacitè reſpondet difficultati, quæ ab aliquibus proponitur de nonnullis ſanctis, qui Martyribus annumerantur, & tamen videntur ſpontè ad Martyrium properaſſe. Dicendum tamen non cucurriſſe ſuâ virtute, ſed Dei juſſione, & Spiritus ſancti impulſu, ut Sancta Eulalia Martyr, de quâ Prudentius canit.

Aſt ubi ſe furiata lues Prudent.
Excitat in famulos Domini

Chriſti-

Chriſticolaſque cruenta jubet
Thura cremare, jecur pecudis
Mortiferis adolere Diis.
Infremuit ſacer Eulaliæ
Spiritus, ingeniiq; ferox
Turbida frangere bella parat
Et rude pectus anhela Deo
Fœmina provocat arma virûm.

Conſequenter oſtendit quomodò ſtudioſâ parentum curâ non potuerit impediri, quin tyrannos adiret, & eorum in Chriſtianos ſævitiam increparet.

Quæritis ô miſeranda manus
Chriſticolum genus? en ego ſum
Dæmonicis inimica ſacris
Idola protero ſub pedibus
Pectore & ore Deum fateor.
Iſis, Apollo, Venus, nihil eſt
Maximianus & ipſe nihil,
Illa nihil, quia facta manu
Hic manuum, quia facta colit
Frivola utraque & utraq; nihil, &c.
Ergò age tortor, adure, ſeca,
Deinde membra coacta luto,
Solvere rem fragilem facile eſt
Non penetrabitur interior
Excogitante dolore animus.

Poſtquam ad Tyranni minas, ad iteratas parentum & amicorum lacrymas inflexibilem depinxit.

Martyr ad iſta nihil, ſed enim
Infremit, inq; tyranni oculos
Sputa jacit: Simulacra dehinc
Diſſipat, impoſitamq; molam
Thuribulis, pede proſubigit.
Nec mora carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant
Et latus ungula virgineum
Pulſat utrumque, & ad oſſa ſecat.
Eulaliâ numerante notas.

Sancta Apolloniâ Virgo Alexandrina comprehenſa ut combureretur, cùm pauliſper quaſi deliberans ſtetiſſet quid agendum eſſet ex tortorum manibus elapſa alacris ſe in ignem ſibi paratum injecit, ut patet ex ejus Legendâ & Martyrio 9. Februarii, S. Auguſtinus lib. 10. de civit. cap. 26 meminit quarundam virginum, quæ tempore perſecutionis ſe in fluvios miſerunt, ut vitarent eos, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabantur. Jacobus de Vitriaco ſapientiâ ac virtute longè celeberrimus de caſtitate Mulierum Leodienſium hæc ſcribit ad Fulconem Toloſanum Antiſtitem. *In Leodienſis Vrbis devaſtatione compertum eſt, quæ* Iacobus de Vitr.
enim ad ſacras Ædes confugere non potuere in flumen ſeſe præcipitarunt, potiùs mori volentes, quàm caſtitatis jacturam facere. Nonnullæ etiam in cloacas inſilierunt, fœtore extingui malentes quàm prodere virginitatem. At interim benignus Sponſus eâ humanitate curavit ſponſas ſuas, ut in tantâ multitudine nulla prorſus vel vitæ vel caſtitatis acceperit detrimentum. Vnâ ex iis ſanctâ muliere in flumine periculosè laborante duo ex hoſtibus in naviculâ ad eam properarunt, & cùm illam extraxiſſent, volebant turpiter eâ abuti. Sed quid fecit caſta inter lenones, agna inter lupos, columba inter accipitres, maluit iterùm in flumen ſe demergere, quàm corrumpi. Itaque deſiliit ex navi in undas, ſed cum navicula illius ſaltu depreſſa mergeretur, duo illi merſi perierunt, illa verò abſque ullo corporis & animæ damno fluvio obſequente ad littus emerſit. P. Fiſen Societatis Jeſu in Floribus Eccleſiæ Leodienſis part. 1. Pa- Fiſen.
ralip. cap. 3. ſubdit. Scio nonnullis quibus terrena tantummodò ſapiunt cœleſtes illas ſanctarum animarum delicias eſſe deſpectui. Sed eos jam damnavit ipſe Vitriacus, damnabunt ii, quoſcumque divina pietas in ſpiritalis dulcedinis vinariam cellam induxerit.

Noſter P. Lezana tomo 4. Theo- XI.
logiæ tract. 4. de prudentiâ, fortitudine, temperantiâ, & gratiis gratis datis, quæſt. 3. de Martyrio, ex doctrinâ D. Auguſtini, D. Thomæ 2. 2. quæſt. 124. art. 1. ad 2. & in additionibus quæſt. 96. art. 6. ad 6. Cajetani & aliorum ſcribit illas Virgines credi ab Eccleſiâ id egiſſe ex ſpeciali inſtinctu & motione Spiritus ſancti ſupra illas ad exemplum fortitudinis, & ſic earum mortem & martyrium non eſſe regulandum ſecundùm communes regulas. Idem cenſet Baronius ad annum Chriſti 309. de Sophroniâ Romanâ, quæ cùm audiret pro foribus aſtare Maxentii tyranni miniſtros ut eam abducerent ad ſtuprum, conſentiente etiam præ metu marito præfecturam agente, exiguo temporis

ſpatio poſtulato, qno ſe decenter ornaret, cubiculum ingreſſa, gladio ſibi transfixit pectus ac mortua concidit. Aſſerit igitur Baronius, quod Spiritus ſanctus hoc ei latenter præceperit. Sic D. Auguſtinus libr. 1. de Civitate Dei cap. 21. refert de Sampſone. Idem Baronius eodem tomo 5. poſt D. Ambroſium lib. 3. de Virginibus, Menologium Græcum ſcribit quod Pelagia Virgo & Martyr Antiochena, ætatis anno quindecimo videns ſuas ædes à militibus cinctas, ut eam caperent, & Præſidi præſentarent, rogavit eos ut pauliſper expectarenr, donec foret induta, acquieverunt. Illa verſa in Orientem ſecundùm morem ſuum orandi, extenſis manibns, & erectis in cœlum oculis Deum precata eſt, ut non permitteret ſe illi ſatellitio tradi, ſed potiùs illibata moreretur. His dictis è gremio Matris capite ornata, & veſte nuptiali induta è ſublimi tecto domus ſpontè ſe præcipitem dedit, & ſic lenonum manus evaſit. Hanc S. Chryſoſtomns ſæpius laudat. Lipomanus tomo 7. & Surins tomo 3. die 9. Junii. Duas ex S. Chryſoſtomo de eâ orationes referunt. Hujus Mater & Sorores in eodem diſcrimine cõſtitutę, cùm nec perſecutores tam proximos evadere poſſẽt propter fluvium. *Quid veremur* (inquiunt) *ecce aqua, quis nos baptiſari prohibet, eripiat nos aqua, qua regenerare conſuevit. Te igitur rerum Conditor precamur Deus, nè exanimata ſpiritu corpora vel unda diſpergat, nec mors ſeparet funera, quarum vita non ſeparavit affectus, ſed ſit una conſtantia, una mors, una etiã ſepultura.* His dictis, ſuccincto ſinu, ſivè ut pudorem tegerent, nec inceſſum impedirent, conſertis manibus, quaſi choreas ducentes in medium progrediuntur alveum. Mater ſtringens filiarum manus, nè incõſtantia, vel fluctus auferret, in hæc verba prorupit. *Has tibi hoſtias Chriſte immolo.* Sicque obierunt. Harum meminiſſe videtur S. Auguſtinus lib. 1. de Civitate Dei cap. 26. *Quadam ſancta fœminæ tempore perſecutionis, ut inſectatores ſua pudicitia devitarent, in rapturum, atque necaturum ſe fluvium projecerunt, eo modo defunctæ ſunt, earumq́ martyria in Catholicâ Eccleſiâ veneratione celeberrimâ frequentantur.* S August *De his nihil audeo temerè judicare. Virũ enim Eccleſiæ aliquibus fide dignis teſtificationibus, ut earum memoriam ſic honoret divina perſuaſerit auctoritas, & fieri poteſt ut ita ſit.* Non negat ejuſmodi mortes divino inſtinctu contigiſſe. S. Athanaſius in Apolog. ſcribit quaſdam Vigines Alexandrinas (dum Ariani in eas inveherentur) ſe in puteum præcipitaſſe, inſtinctu indubiè divino.

Beata Chriſtina Trudonopolitana XIII. Ditionis noſtræ Leodienſis vitam tot prodigiis ſtupendam egit, nt à poſteris *Mirabilis* appellata ſit. Jacobus à Vitriaco Acconis Epiſcopns, poſtea Cardinalis, Thomas Cantipratanns natione Leodius, Dominicanus, deindè Suffraganens Cameracenſis, ambo S. Mariæ OEgniacenſis, S. Lutgardis, B. Juettæ Clauſæ Loſſenſis, B. Chriſtinæ coætanei, & aliquarum ex iis conſuetudine familiariter uſi, Dionyſius Carthuſianus Richeliæ non procul Trudinopoli natus, Laurẽtius Surius tom. 3. Baronius ad an. 1187. de hâc Chriſtina inſignem mentionẽ faciunt. Cantipratanus hæc de eâ præfatur. Cantipr. *Non temerè dixerim certa me commemoraturum, cùm tot planè teſtes producere liceat in permultis, quæ à me proferentur, quot tum in Vrbe Trudonenſi homines ratione compotes fuerint. Neque enim in angulis & latebris hæc geſta ſunt: ſed planè in luce & oculis plurimorum. Neque tam longa temporum ſpatia interceſſere, ut ea potuerit oblivio abolere, & hominum memoria excludere, cùm ab illius obitu uſque ad hunc diem nonniſi octo anni fluxerint. Et verò quæ nullus mortalium præter ipſam noſſe potuit, ab illis didici, qui ſe illa ex ore ejus percepiſſe teſtati ſunt. Certus autem ſit quiſquis hæc legerit iis me teſtibus fidem adhibuiſſe, à quibus tam longè abfuit fingendi libido, ut vitam potiùs ipſam poſituri fuerint quàm à veritatis tramite deflexuri.* Profitetur etiam ſe potiſsimum niti fide Cardinalis, qui Iacob. à Vitriac. hæc ſcribit. *Quandoq́ ſe volutabat in igne. Nonnunquam hyberno tempore in aqua congelata diu morabatur: inter-*

dum

dum in mortuorum ſepulchro ingredi cogebatur. Fuſius Cantipratēſis cap. 4.
Cantipr. *Cœpit hominum convictum & conſpectum incredibili cum horrore fugere, & ad loca deſerta in arbores ad turrium & templorum, aut aliarum rerum excelſarum faſtigia confugere. Id ejus amici conſpicati, quod putarent eam à malis dæmonibus occupatam, tandem multo labore comprehenſam in vincula ferrea conjecerunt, ubi cùm multas moleſtias, præſertim ex hominum odore, multamq́ penuriam pateretur, nocte quadam divinitus adjuta vinculis & compedibus diſſolutis exivit, fugitque in remotiſſimam ſolitudinem inſtar avium, illic degens in arboribus. Cùmq́ egeret alimento, duriſſimâq́ fame cruciaretur, nullo pacto ad hominum convictum redire voluit, ſed ſola cum Domino manere in deſertis locis, &c. Rurſus à ſuis quæſita, reperta & capta eſt, & ut prius vinculis ferreis conſtricta, ſed fruſtra.* Cap. 5. *Liberata enim iterùm à Domino venit Leodium, ubi ad obvias lati fluminis undas cernunt fœminam, & naturali corpore haud aliter atq́ phantaſtico profundos penetrare gurgites, & ulteriorem ripam abſque ullo ſui detrimento evadere.* Cap. 6. *Ingrediebatur in ardentes clibanos coquendis panibus præparatos, & illis incendiis haud ſecùs atque aliquis ex nobis cruciabatur; ita ut præ anguſtiâ & dolore horrendos clamores ederet, &c. Quando ad manum non erant ejuſmodi furni, in hominum ædibus jactabat ſe in copioſos ignes, vel pedes aut manus tantùm immittebat, tamdiu illic tenens, ut niſi divinò eſſet ſervata miraculo non potuerunt nō in cineres redigi. Interdum deponebat ſe in cacabos plenos bullibulis aquæ uſque mamillas. Vel ſi non eſſent profundi ſatis cacabi uſque ad renes: membra illa quæ in aquam ejuſmodi mergere non poterat, aquâ ferventi perfundens, &c.* Cap. 7. *Sub aquis moſæ fluminis hyberno tempore cùm rigerent omnia gelu crebro, & diu morabatur ſex vel ampliùs diebus perdurans. Accedente autem ad fluvium ſacerdote, qui ejus gerebat curam, eamq́ per Chriſti nomen adjurante cogebatur indè exire. Solebat etiam hyeme ſub molendini rotâ erecta ſtare, ita ut aquâ vertente ſe rotâ in medium verticē, & totum corpus dilaberetur: interdū in aquis natans, ſimul cum illis ferebatur in rotam atque horrendum in modum circumacta cum ipsâ rotâ inſtar eorum, qui illis excarnificabantur contorquebat brachia & crura ſua, &c. Nonnunquam in patibulo inter fures ab illo pendentes ſe ſuſpendebat ad unum aut alterum diem. Sæpè in monumenta mortuorum ingrediebatur lugens illic hominum peccata.* Cap. 9. *Surgebat quandoq́ mediis noctibus, & totius Oppidi Tungrenſis canes in ſe concitans ante illos ipſam inſectantes inſtar feræ cujuſdam curſitabant, ſicq́ per devia & per denſos vepres & ſpineta agitata, adeò ab illis cōpungebatur & lacerabatur, ut nulla ejus corporis pars vulneris expers eſſet. Aliàs ſe ſuâ ſpontè ſpinis & ſentibus compungebat ut toto corpore ſanguinis perfuſa videretur. Multis id nō rarò cernentibus magna fuit admirationi. Undè tanta ſanguinis copia in uno corpore? Nam præter ſui ſanguinis profuſiones ſæpiſſimè permultum ſibi ſanguinis vena ſectione trahebat.* Plura ibi & apud Fiſen. Die 24. Julii. Præfati Auctores ſcribunt eam hæc omnia ſupplicia toleraſſe, ut depravatos ſæculi mores defleret, ac animas è flammis expiatricibus purgatorii liberaret. Corpus ejus ſeptimo anno poſt obitum magnâ deducentis Cleri populique Trudonenſis religione non ſine prodigio expirantis è corpore ſuaviſſimi odoris tranſlatum eſt. Curati item pleriq; ægri ejus apud Deum gratiam teſtatā fecerunt.

Pro eâ & aliis à nobis relatis eandem apologiam facere licet, quam XIV.
olim Tertullianus lib. ad Martyres cap. 4. ubi recenſet quàmplurimos homlnes ſtrenuiſſimos, fortiſſimasq; mulieres qui propriis manibus ſe diverſis ſuppliciis, varioque mortis genere affecerunt. „Longum eſt, ſi „enumerem ſingulos, qui ſe gladio „confecerint animo ſuo ducti. De „fœminis ad manum eſt Lucretia, „quæ vim ſtupri paſſa eſt, cultrum „ſibi adegit in conſpectu propinquo„rum, ut gloriam caſtitati ſuæ pare„ret. Mutius manum ſuam dextram „in arâ cremavit, ut hoc factum, fa„ma haberet. Minus fecerunt Philo„ſophi

litudinem. Nam & frequenter Sacri
Theologi superſubſtantialem & ineffigi-
atam eſſentiam in igne figura deſcribunt
tanquam in igne reperiantur innumera,
ſi ita loqui fas eſt, divini principatus
proprietates, & viſibiles quadam rerum
inviſibilium imagines. Undè ſi Mala-
chias à populo colebatur ut ſanctus
& manſuetus, Elias in pari ævo majo-
ri veneratione habebatur, Undè vo-
catus non Angelus, ſed Deus. *Elias*
(inquit Iſidorus lib. 7.) *interpretatur*
S. Iſidor. *Dominus Deus.* Infra. *Idem & fortis*
Dominus interpretatur. Voluit per
hoc Spiritus ſanctus ſignificare per
ignem, & nomen ipſum Eliæ do-
na & gratias, quibus Eliam abundan-
tiſsimè cumularet juxta illud D Dio-
nyſii loco citato. *Hac autem omnia con-*
ſiderantes illi qui divinâ Sapientiâ pol-
lent, plerumq; ſub ignis imagine
deſcribunt ſuper eſſentiales illas & cæle-
ſtes ſubſtantias, hac nobis radicantes eam
quam cum Deo habent ſimilitudinem,
veramq; divinarum perfectionum imi-
tationem, &c.

II. Elias igitur præmiſsâ pueritiâ &
adoleſcentiâ tam ſanctâ cùm videret
omnia ſancta ab Achabo & Jezabele
proculcari & Prophetas Domini tor-
queri, idem Metaphraſtes. *Zelo divi-*
no repletus Elias talia Achab liberè lo-
Metaph. *quitur lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 2.*
Vivit Dominus Deus exercituum coram
quo ſto, ſi erit his annis ros & pluvia,
niſi per os meum, &c. Quomodò autem
toto illo triennio & ſex menſibus vi-
xerit Elias tum apud viduam Sarep-
tanam, tum in torrente Carith, ex
Joanne Jeroſolymitano Patriarcha
lib. de inſtitut. Monachorum tantùm
Ioan. 44. hæc accipe. *Quoniam ut per puritatem*
caſtitatis, & incorruptionem ſua carnis
aquaretur Angelis, imitatione conver-
ſationis ſeipſum propter Deum virgini-
tate perpetuâ primus hominum ſpontè
decoravit. Qui ſeipſum prorſus abnegans
& voluntati propria abrenuntians, ſem-
per ſuperioris, ideſt Dei voluntatem
promptè ſecutus fuit. Expende illa ver-
ba *ſemper Dei voluntatem promptè ſecu-*
tus, &c. Ideſt nihil proprio motu ag-
greſſus eſt, fecit: ſed quidquid cogita-
vit, fecit, quocumque ivit, cuicum-
que locutus eſt, quæcumque dixit,
hæc omnia dictante Deo ab eo pro-
fecta ſunt. Et probatur ex illis verbis
lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 4. *Abiit*
quocumque ferebat eum voluntas. Sed l. 3. Reg. c. 19. v. 4
melius ad rem noſtram Joannes 44.
loco citato. *Abiit quocumque ferebat*
eum voluntas ſcilicet Dei. Sequitur.
Et fecit juxta verbum Domini, quia ſci-
licet de terra & cognatione ſuâ, & de
domo Patris ſui in ſolitudinem receſſit,
Deo pro ipſo aliud tunc melius providen-
te, ut ſcilicet à morte eriperetur, & ad
perfectionem vita monaſtica traheretur.
Per hæc verba *à morte eriperetur, &c.*
Innuit quod etſi Elias ad martyrium
fuiſſet à Deo deſtinatus tamen tunc
illum ab eo Deus abſtinere voluit,
quia prius ſtatuit illum ad perfectio-
nem vitæ monaſticæ trahere. Et infra.
Fecit juxta verbum Domini, quoniam
nè à Rege inveniretur receſſit nutu Dei,
de terrâ, & de cognatione ſuâ, & de do-
mo patris ſui in ſolitudinem relinquens
de caterò mundanas divitias, non ſolùm
mente, ſed etiam opere, nè per domeſticã
curam, aut per facultates, aut terrenas
poſſeſſiones impediretur à conſecutione
perfectionis vita Monaſtica, ad quem
per Deum tunc vocabatur ipſe. Et infrà
expendens illa verba lib. 3. cap. 17,
verſ. 2. *Vivit Dominus exercituum ante*
cujus verbum ſto. Subdit. *Iure mereba-*
tur ipſe ante celſitudinem divina Maje- l. 3. Reg. c. 17. v. 2
ſtatis ſtare, quia in tanto culmine per-
fectionis greſſum animi fixerat, ut nul-
lus ex mulierum natis fuerit unquam eo
potior in plenitudine perfectionis. Quid
ad iſtam laudem addi poteſt?

Illam perfectionis plenitudinem III.
probat ex verbis Chriſti Matth. c. 11.
v. 11. *Inter natos mulierum nõ ſurrexit* Matt. 11 verſ. 11.
major Ioanne Baptiſta. Subdit Joannes
Patriarcha. *Eliam tamen Ioanni eſſe*
aqualem Angelus Gabriel evidenter te-
ſtabatur, dum Zachariam affatus, Ioan-
nem in ſpiritu & virtute Elia praire
Chriſtum aſſeruit. Cujus Elia cor, dum
in deſerto ex ferventi charitate intra ſe
concaleret & in meditatione ignis divi-
ni amoris exardeſceret, guſtabat fre-
quenter ineffabilem Dei gloriam & ſede-
bat, ideſt quieſcebat in torrente volup-
tatis divina, quo Deus potat diligentes
ſe, dicente Propheta pſalm. 35. Torrente
voluptatis tua potabis eos. Et infra ad

verba. *Et bibebat de torrente.* Subdit. *De aquâ torrentis abſtrahens à vino carnem ſuam, ut animam ſuam transferret ad illam tam ſalutarem ſapientiã de quâ ſcriptum eſt Eccleſ. 2, Torrens redundans fons ſapientiæ. Sic rurſum in ſpiritu raptus tranſibat Elias in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domũ Dei, à cujus ubertate inebriabatur ipſe, & torrente voluptatis ejus potabatur. Hoc itaque prædicto modo prophetalem vitam Monaſticam ducebat Elias in eremo.*

II. Prælibatâ vitâ tam ſanctâ Deus iterùm mittit Eliam ad Achab quem cùm vidiſſet Achab, quam in eum conceperat iram patefecit dicens lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 18. *Tu ne es qui conturbas Iſrael.* Metaphraſtes apud Surium ſupra. *Tu ne es qui perverſis Iſrael.* Cui Propheta reſpondit. *Non ego ſum qui conturbo Iſrael.* Metaphraſtes. *Non ego ſum qui perverto Iſrael, ſed tu & domus Patris tui, qui univerſo Domino & Deo derelicto poſt Baalim (erat hoc execcandum idolum) ambulaſtis, &c.* Eodem lib. 3. Eliam mittere ſtatuit ad Achab tertiò ut ſcelera in perſonam Naboth perpetrata ei improperet, & dignam pœnam imponat: ſed ante vult ut pergat in ſolitudinem & poſt ſuſceptum modicum panis & aquæ jejunet quadraginta diebus & quadraginta noctibus. His peractis mittitur ad Regem Achab, cui in faciem divinam ſententiam pronunciat. Undè tanta animi conſtantia in eo qui antea formidabat? ex jejunio. Undè rectè D. Ambroſius omnes legationes & actiones heroicas Eliæ in ejus jejunium, abſtinentiam & mortificationem refundit libro de Eliâ & jejunio cap. 2. *Magna virtus jejunii. Denique tam ſpecioſa ea eſt militia ut jejunare delectaret & Chriſtum.* Quaſi diceret, ut Chriſtus etiam antequam hominum prima opera objurgaret, idololatriam deſtrueret, in ſolitudinem recedere, & manere ſtatuerit. Etiam Toſtatus quæſt. 5, in cap. 4. Matthæi, & noſter Sylveira in illud cap. quæſt. 4. Tendit Chriſtus in deſertum quia prædicare intendebat, & exemplum dare prædicantibus, ut à populo ſubſtrahant, nè per converſationem contrahant. Deindè quia vita Prædicatoris juxta eſt ex activâ & contemplativâ, contemplatio autem ſolitudinem requirit. Inſuper neceſſe eſt ut Prædicator meditetur die ac nocte, & ideò loca ſolitaria quærat. Idem Sylveira quæſt. 7. loquens de Chriſti jejunio poſt D. Maximum homil. 3. & D. Baſilium homil. 1. de laudibus jejunii, Chriſtũ jejunaſſe more Moyſis & Eliæ quia hoſtem debellaturus, cultumque Dei reſtiturus, & legem novam promulgaturus erat. Iterum Sylveira quæſt. 8. num. 46, ut bellum omnibus vitiis tam Elias quàm Chriſtus inferrent. Sicut enim temporibus Noe ut mundus purgaretur à peccatis diluvium duravit 40. diebus, ſic tot dies impendere voluerunt Chriſtus & Elias ut omnia vitia debellarent. S. Proſper de promiſſionibus part. 1. cap. 7. *Quod 40. diebus & 40. noctibus diluvium factum ſit ſuper terram non tantùm præteriti in hoc numero quantum præſentis temporis animarum diluvium oſtendit, quæ in ſcopulis ſæculi atque gurgite flagitiorum, diverſarumq; voluptatum naufragiis fluctibus ſubmergitur, propter quod 40. diebus Elias, 40. diebus & ipſe Salvator jejunia conſecraſſe monſtratur.* S. Ambroſius hujus Eliani jejunii veritatem fusè proſequitur cap. 2. citato. *Tam valida (ſcilicet virtus jejunii) ut ad cœlum homines elevaret, & ut humanis magis quàm divinis utar exemplis Eliæ jejuno ore vox emiſſa cœlum clauſit ſacrilego populo Iudæorum: Etenim cum à Rege Achab altare eſſet idolo conſtitutum, ad verbum Prophetæ tribus annis & ſex menſibus ros pluvia non cecidit ſuper terram. Digna pœna quæ intemperantiã dignè coerceret, ut cœlum impiis clauderetur, qui terrena polluerant. Dignum etiam ut ad conſummationem Regis ſacrilegi Propheta ad viduam in Sarepta Sidoniæ mitteretur, quæ quoniam devotionem cibo prætulit, meruit ut ariditatis publicæ ſola non ſentiret ærumnam, itaque non defecit hydra polentæ, cum torrentis fluenta deficerent. Quid eius reliqua contexam? Ieiunus filium viduæ ab inferis reſuſcitavit, ieiunus pluvias ore depoſcit, ieiunus ignes de cælo eduxit, ieiunus*

l. 3. Reg 18. v. 18

S. Ambr.

S. Proſp.

S Ambr.

ieiunus curru raptus eſt ad cælum, quadraginta dierum ieiunio divinam acquiſivit præſentiam Non tantùm divinam præſentiam, ſed etiam inexpugnabilem conſtantiam adverſus Achab, ita enim intrepidè alloquitur Achabum, reum rapinæ, homicidii, falſi teſtimonii, & judicii: lib.3 Regum cap. 21. verſ.15. *Hæc*
l. 3. Reg. 21. v. 15 *dicit Dominus Deus, occidiſti inſuper & poſſedisti, &c.*
S. Ambr. S. Ambroſius libr. de Naboth Iezraelita cap. 12. *Rex erat ille, & Rex Samariæ Achab, Elias pauper indigens pane.*

VI. Eundem Eliam Deus mittere vult ad Ochoziam Regem impietate plenum, & contra Eliam inſanientem, tum quia Elias ejus idololatriam impugnabat, tum etiam quia duos quinquagenarios ejus igne cæleſti abſumpſit. Quibus armis illum præmunit? quò ivit Elias? quid fecit? lib. 4.
l. 4 Reg. c. 1. v 9. Regum cap. 1. verſ. 9, *Quinquagenarius aſcendit ad eum, ſedentiq; in vertice montis.* Dionyſius, *Forſan Carmeli ubi orationi & contemplationi erat intentus.* Toſtatus ibi quæſt. 16. *Scilicet Elias ſedebat in vertice Carmeli, quia*
Toſtatus *ibi erat habitatio ſua ſequeſtrata à populis.* Plura de eximiâ ejus ſanctitate vide apud S. Chryſoſtomum tomo 1. tribus homiliis, Baſilium Seleuſium, & alios. Unicum addam S. Ambro-
D. Baſil. Seleuc. ſium de eo lib, 1. de Cain cap, 2. *Victor* (inquit) *paſſionum, nec ullis captus illecebris, qui omnem iſtam ſecundùm corpus habitationem cæleſtis puritate converſationis obduxerat, mentem regens, carnem ſubjiciens, & regiâ quadã authoritate caſtigans, nomine Dei vocatus eſt, ad cuius ſimilitudinem ſe perfectæ virtutis ubertate formaverat.* Dicit nomine Dei, nam (ut dictum eſt) Elias idem eſt quod Dominus Deus.

VII. Non ſolùm illum cõtra Achabum, Ochoziam, ſed etiam contra Antichriſtum pugnaturũ Deus deſtinavit, undè illum adhuc à morte liberum ſervat. Quibus alis illum extulit, & ab hominum ſocietate abſtulit? Divus Ambroſius citatus *Et ideò non legimus*
S Ambr. *de eo, ſicut & de cæteris, quia deficiens mortuus eſt.* Ecce quomodò illum immunem à morte ſervat. Jam videamus ejus aſcenſum & diſceſſum à nobis. S. Ambroſius lib. de Eliâ & jejunio cap. 2. *Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunavit, jejuno ore ſtatuit fluenta Iordanis, & redundantem fluminis alveum repentè ſiccatum, pulverulento tranſmigrat veſtigio Meritò illum dignum cælo divina iudicavit ſententia ut cum ipſo raperetur corpore, quoniam cæleſtem vitam vivebat in corpore, ac ſuperna uſum converſationis exhibebat in terris,* Et cap. 3. *Quid eſt enim ieiunium niſi ſubſtantia & imago cæleſtis? ieiunium refectio animæ.* Ideò ſurſum evehitur, ideò ab hominum conſpectu & ſocietate amovetur, ut humanæ ſalutis hoſtem infenſiſſimum Antichriſtum ſcilicet aggrediatur. *Quoniam cæleſtem vitam vivebat in corpore, ac ſuperna uſum converſationis exhibebat in terris.* Quia cœleſtem imaginem per jejunium acquiſierat. Idem ſanctus Doctor dicit de virginitate ut oſtendat rhedam triumphalem iſtius Prophetæ non fuiſſe inſtructam ſolis rotis abſtinentiæ, jejunii, ſolitudinis, & contemplationis, &c. ſed etiam aliarum virtutum, maximè virginitatis, lib. 1. de virginibus paulòpoſt initium. *Elias nullius corporei coitus fuiſſe peruſtus cupiditatibus invenitur, ideò ergò curru raptus ad cælum, ideò cum Domino apparet in gloriâ, ideò Dominici venturus eſt præcurſor adventus.* Particula *ideò*, denotat quod una ex præcipuis diſpoſitionibus, quæ Eliam reddiderunt dignum officio Præcurſoris, & contra Antichriſtum Athletæ, imò Coriphæi fortiſſimi & conſtantiſſimi fuiſſe vitæ ſanctimoniã, & maximè quia virtute virginitatis excelluit, hæc cum aliis virtutibus evexit, & tranſtulit de ſocietate hominũ mortalium, & immunem à morte tuetur in loco & ſtatu, ubi expectat tempus prælii quod cum infenſiſſimo humanæ ſalutis hoſte committere debet.

Jn quem locum tranſlatus ſit, & VIII.
ubinam ſit alibi dicimus, & videri poteſt noſter Lezana tomo 1. Annalium Carmelitarum anno mundi 3139. num. 8. quomodò adhuc vivat ibidẽ num. 9. an fruatur divinâ viſione numer. 11. & 12. quod verè reſervetur ut veniat contra Antichriſtum bella-

turus paſſim omnes Patres aſſerunt,
maximè S. Ambroſius, S. Thomas,
S Gregorius, S Cyprianus, Richardus
Ansberius, Aretus, Haymo, Diony-
ſius, & alii Expoſitores Eccleſiaſtici
cap. 48. verſ. 10. cap. 11. Apocalypſis
verſ. 4. & 5. & Malachiæ cap. 4. ver-
Malach. ſu 5. Hujus Prophetæ pondera iſta
c. 4 v. 1. verba. *Ecce ego mittam vobis Eliam
Prophetam antequam veniat dies Do-
mini magnus & horribilis.* Cur ait *Ecce
mittam*? quaſi diceret, cùm hoc præ-
curſoris officium non ſit commune,
ſed planè divinum, mittam vobis
hominem cœleſtem & divinum, qui
nunc ſuperſtes eſt, & vivit non vitâ
communi ſed omninò extraordina-
Joan. 44. riâ. Joannes 44. citato cap. 23. *Vivit
ipſe Elias in magnâ quiete carnis & ſpi-
ritus uſque ad tempus Antichriſti.* Sed
tunc in hunc mundum revertetur,
Matt. 17 quemadmodum teſtatur Dominus
dicens, Matthæi cap. 17. *Elias quidem
venturus eſt, & reſtituet omnia.* Divus
Hieron. Hieronymus de illo ſic effatur epiſt.
61. ad Pammachium. *Quod non imi-
tamur ieiunio illi poſſident Dei conſortio
veſcuntur cœleſti pane, & ſaturantur
az. omni verbo Dei, habentes eundem Domi-
num quem & cibum.* Quaſi diceret lon-
gè excellentior eſt eorum vitæ ſtatus
ſtatu innocentiæ Adam, quandoqui-
dem longè meliori cibo veſcantur
quàm Adam & Eva Qualis eſt ille ci-
bus? eſt divina contemplatio, quam
S. Hiernoymus vocat divinum con-
ſortium, & cibum cæleſtem. Undè
S. Epiph. Epiphanius hæreſi 64. vocat illum
cibum ſpiritualem, dicens. *Eos nutri-
vit quodam ſpirituali alimento, cuius
ſuppeditator eſt, qui occulta cognoſcit,
& inviſibilia creavit Deus.* Sanctus
Bernardus illum cibum vocat intel-
lectualem, dilectionem, & fruitionē
S. Bernardus. Dei, ſermone 6. de aſcenſione Domi-
ni. *Enoch raptus, tranſlatus Elias, fœli-
ces planè qui ſoli cum Deo vivunt, ſoli
vacua intelligendo, diligendo, fruendo.*
Suarez tomo 2. in 3. part. quæſt. 59.
art 6 diſp. 55. ſect. 1. ait Enoch &
Eliam eſſe confirmatos in gratiâ, in
bono, ita ut nullum peccatum poſ-
ſint committere. Item nullos pati
motus fomitis. nec corruptionem
corporis, quæ aggravat animam, &
ſenſum deprimat, multa cogitantem,
ut ait Sapiens Sapient. cap. 5. Et mel-
liſluè Sanctus Bernardus loco citato.
Vide plura in commendationē vitæ,
quam nunc ducit Elias apud Suarem
jam citatum, & noſtrum P. Lezanam
ſupra num 13. 14. & 15. & in ſuis cō-
ſultis ubi oſtendit & probat fuſiſſimè
eâ ſanctitate pollere, ut mereatur ab
Eccleſiâ coli & invocari. Videri po-
teſt Suarez ſect. 2. diſputationis ci-
tatæ, ubi de ejus adventu, lucta cum
Antichriſto, & martyrio poſt alios
Interpretes Apocalypſis cap. 11.
differit.

Conſultiſſimum eſt ut ii fideles, XL.
qui cum periculo vitæ tyrānis ſiſtunt,
actus charitatis ſupernaturalis & di-
lectionem Dei ſuper omnia eliciant
ſivè antecedenter, ſivè cōcomitanter
Sic Petrus Cluniacenſis epiſt. contra.
Petrobuſianos ſæpè innuit Martyres
lauream reportare per fidem vivam,
per vivum charitatis actum, & fun-
dari videtur in authoritate Apoſtoli
1. Corinth. cap 13. verſ. 3. *Si tradi-
dero corpus meum, ita ut ardeam, chari-
tatem autem non habuero nihil mihi
prodeſt.* Non dicit ſi tradidero cor-
pus meum ita ut ardeam ex cha-
ritate, illam traditionem corpo-
ris tyrannis, tiam cremationem im-
perante, ſed ait charitatem non ha-
buero ſcilicet concomitantem ſeu
conjunctā. Aliud enim aliquid eſt im-
perari à charitate, aliud habere chari-
tatem conjunctam, concomitantem,
inhærentem. Qui non habet charita-
tem inhærentem conjunctam, adhuc
peccato ejus voluntas inhæret, & ſic
licet ardeat ſine charitate ſibi inhæ-
rente & conjuncta non poteſt lau-
ream martyrii conſequi, quia licet
martyrium imperet ardorem quem
patitur & operetur gratia, tamen ejus
productionem impedit voluntas &
complacentia in peccato, quæ tam-
diu durat, quamdiu non habemus
charitatem. Quia ſecundùm S. Baſi-
lium canone 4. in Matthæum. *Chari-
tas errorum noſtrorum ambitiosa apud
Deum patrona eſt.* Charitas non impe-
rat in martyrio, ſed cum illo conjun- S. Baſil.
cta eſt & pro patiente patrocinatur.
D. Thomas etiam differens de hac
charitate

charitate à Martyribus, & elicita iis
S.Thom. qui ſe tyrannis ſiſtunt 2.2.quæſt.124. art. 2. ad 2 *Martyrium* (inquit) *ut ſit meritorium hoc habet ex charitate, & ideò ſine charitate non valet ſicut & quilibet actus virtutis.* Pondera hæc verba *ex charitate*, item *ſine charitate*, ſcilicet comitante. Duobus enim modis quilibet actus virtutis poteſt dignificari & eſſe meritorius per charitatem. Primò per charitatem imperantem, ſecundò concomitantem. Ut martyrium & alius actus alterius virtutis ſit meritorius, & mereatur de condigno gratiam, vel ejus incrementum, non eſt neceſſe ut imperetur, ſeu ut actus charitatis procedat à charitate, ſed ſatis eſt ſi ille actus procedat ex alio motivo ſupernaturali fidei vel ſpei Theologicæ, ut docet Suarez de gratiâ divinâ lib. 12. cap. 8. & 9. & de fide diſput. 6. ſect. 7. num. 16 Ratio eſt, quia ſupernaturalis actus dirigitur naturâ ſuâ ad finem ſupernaturalem, & ad Deum ut ad ultimum finem, etiamſi ille actus non imperetur ab aliquo primo charitatis actu. Sicut enim in Sacramento Pœnitentiæ attritio meretur gratiam & gloriam, licet non procedat ab actu charitatis imperante, ſed conjungatur Sacramento Pœnitentiæ, & habeat charitatem concomitantem, ita quamvis mors non imperetur à charitate, ſed ab alio virtutis motivo, tamen redditur meritorium per advenientem gratiam martyrii, & dignificatur per habitũ charitatis comitantem. Ut ergò martyrium valeat debet habere charitatem vel imperantẽ vel comitantem, alioqui ſi habuerit voluntatem peccandi mortaliter, vel patiatur ob inanem aliquam gloriam, paſſio illa non eſt meritoria. Audi
S Anſelmus. ſanctum Anſelmum. *Si tempore perſecutionis tradidero pro fide corpus meum ſæviſſimis cruciatibus, ita ut ardeam, ſed non charitate, ſed jactatione hoc fecero, vel odium in corde meo adverſus aliquem retinuero, nihil mihi totum hoc prodeſt.* Illi ſubſcribens D. Thomas in illum textum lect. 1. Si prædicta opera tam excellentia fecero charitatem autem non habuero, vel quia ſimul cum prædictis operibus adeſt voluntas peccandi mortaliter, vel quia fiunt propter inanem gloriam, nihil mihi prodeſt, quantum ad meritum vitæ æternæ, quæ ſolis diligentibus Deum repromittitur ſecundùm illud Job, cap. 37. *Annunciat de eo amico ſuo, quod poſſeſſio ejus ſit.* Job.c.37 Et mox opera quę fiunt propter fidem, ſi ſint ſine charitate dicit eſſe infructuoſa, Sapient. cap. 3. Sap.c.3. *Vacna eſt ſpes eorum & labores ſine fructu.* Dicit *ſine charitate*, ſaltem comitante, Et lectione 2. *Poſtquam* (inquit) S.Thom. *Apoſtolus oſtendit charitatem eſſe adeò neceſſariam, quod ſine eâ nullum ſpirituale donum ſufficiat ad ſalutẽ, oſtendit tam adeò eſſe utilem & efficacis virtutis, quod per eam cuncta opera virtutis implentur.* Dicit ſine illâ vel imperante, vel comitante. Item ait per eam ſcilicet ſaltem comitantem. Illos ſequitur Gotran. *Si tradidero corpus meum ad Martyrium, ad comburendum ſicut beatus Laurentius, quod inſtanter fieri poteſt, ſicut patet in hæreticis, charitatem non habuero, ſine quâ poſſunt hæc fieri, nihil mihi prodeſt ad vitam.* Dicit *ſine quâ*, ſcilicet ſaltem concomitante.

Clariſſimè id explicat Suarez tomo 3. in 3. partem diſput. 29. ſect. 2. X.
Suarez. *Quamvis* (inquit) *demus hoc charitatis imperium eſſe perfectiſſimum, & maximè efficax principium elevans & confortans hominem ad perſeverandum in difficillimo actu Martyrii, nihilominus per ſe loquendo, & conſideratâ arbitrii libertate divina gratia adiuta: non videtur dubium quin poſſet hic actus elici à fortitudine infuſa ex proprio motivo abſque actuali imperio charitatis, vel ex imperio religionis, & intentione divini cultus. Quomodo poteſt quis velle mori potius quam divinam legem tranſgredi, vel ex piâ affectione ad fidem, ut contingere potuit in multis Martyribus. Vel denique ex ſolo intrinſeco motivo fortitudinis, quia intrinſecè & per ſe honeſtum eſt conſtanter tolerare mortem quando oportet propter majus bonum: qualibet enim ex his rationibus per ſe ſufficiens eſt ad movendam voluntatem, qualibet etiam virtus per ſe ſufficiens eſt ad eliciendum ſuum actum intra proprium obiectum, neque una virtus voluntatis eſſentialiter pendet in ſuo actu*

*ab imperio alterius, quia hac relatio a-
ctus unius virtutis quamvis ex parte
operantis poſsit eſſe pracipua & maximè
intenta, tamen ipſi actui imperato ſeu
relato in finem extrinſecum accidentalis
eſt.* Poteſt igitur dari voluntas ſuper-
naturalis moriendi pro fide, aut reli-
gione abſque actuali Dei amore ſu-
per omnia. Mors ergò acceptata illa
voluntate habebit veram & eſſentialē
rationem martyrii, & quia eſt opus
virtutis, & eſt in confeſſionem Chri-
ſti quaſi in maximum teſtimonium, &
irrevocabile fidei. Nihil autem aliud
videtur Chriſtus poſtulaſſe ad veri-
Matt. 10 tatē Martyrii, cùm dixit: *Qui me con-*
& 16. *feſſus fuerit coram hominibus, confitebor*
Marc. 6 *& ego illum coram Patre meo*, Matthæi
cap. 10. & 16. Marci cap. 8. *Qui per-
diderit animam ſuam propter me, &
Evangelium, ſalvam faciet eam.* Nec
Paulus dixit, ſi tradidero corpus meū
ſine actuali dilectione & relatione
charitatis, ſed ſine charitate, quæ
ſunt valdè diverſa. Nam poteſt quis
eſſe in charitate & amicitiâ Dei, &
non operari ex actuali imperio chari-
tatis. Divus autem Thomas 2. 2.
quæſt. 124. art. 2. ad 2. ait Martyrium
eſſe actum charitatis ut imperantis,
fortitudinis autem ut elicientis: non
dixit de eſſentiâ martyrii eſſe, ut im-
peretur à charitate, ſed potius dixit
eſſentialiter eſſe actum fortitudinis
qui naturâ ſuâ eſt aptus imperari à
charitate: & hoc eſt illi maximè con-
ſentaneum propter difficultatē ejus,
& propter quandam conjunctionem
ejus quàm habet cum Deo, & divinis
rebus: & ideò vocavit illum impera-
tum à charitate, ſeu imperabilem na-
turâ ſuâ. Undè idem S. Thomas
quodl. 4. art. 19. fatetur *poſſe reperiri
martyrium ſine imperio charitatis*. Hæc
Suarez.

XI. Nec hæc doctrina eſt D. Thomæ
contraria, quando 3. part. quæſt. 66.
S. Thom. art. 12. ad 2. docet *Quod effuſio ſangui-
nis non habet rationem baptiſmi, ſi ſit ſi-
ne charitate.* Ex quo patet quod bap-
tiſmus ſanguinis includit baptiſmum
fluminis, & non è converſo, non di-
cit ſine charitate antecedente vel im-
perante: ſed ſine charitate, ſive impe-
rante & antecedente, vel comitante
& informante; ut ipſe explicat 3. part.
quæſt. 87. art. 1. ad 2. *Si ſine charitate
quia invenit voluntatem peccato inhæ-
rentem.* Præterea quando docet *quod
baptiſmus ſanguinis includit baptiſmum
fluminis, & non è converſo.* Scilicet in
pluribus non autem ſemper. Vix e-
nim ſanguis effunditur ſine charitate
imperante, quia martyrium eſt ſignū
charitatis heroicæ, Joannis cap. 15.
*Maiorem charitatem nemo habet, ut
animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.*
Dixit *Vix ſanguis effunditur.* Quia ut
per martyrium gratiam conſequamur
ex opere operato, martyrium non
debet neceſſariò imperari ab actu,
ſed ſatis eſt ut mors ſubeatur ex mo-
tivo ſpei, &c. cum attritione, quæ
obicem removeat. Cùm gratia
ex opere operato detur ex privilegio,
& voluntate Chriſti abſtrahentis à
merito operis, ſed ultra operantis
meritum. Suppoſito quod martyrium
peccatoris attriti non ſit meritorium
quia ſuſcipitur ex motivo ſpei, non
imperio charitatis: tamen illud mar-
tyrium merebitur gratiam ex opere
operato ex privilegio Chriſti promit-
tentis, & peccati obex removebitur
per attritionem, ut patet in Sacra-
mentis conferentibus gratiam ex o-
pere operato, idem de martyrio phi-
loſophandum eſt, quandoquidem
habeat à Chriſto eandem prærogati-
vam operandi gratiam ex opere ope-
rato, licet non imperetur ab aliquo
actu charitatis.

Illud autem Chriſti privilegium XII.
martyrio conceſſum eſſe conſtantiſ-
ſimè fatentur Patres, & admittit Ec-
cleſiæ traditio dicentis infinitos non
baptizatos martyrio ſalvari, & per
martyrium fieri remiſſionem omnis
pœnæ & culpæ, & colendos Martyres
non inquirendo de priori ſtatu Mar-
tyris, vel ex quo motivo mortem op-
petierunt, quæ omnia arguunt fieri
collationem gratiæ ex opere operato.
Vaſquez part. 3. tomo 2. diſput. 153.
cap. 3. 5. & 6. ait quod pati propter
Chriſtum ſit pati ex charitate & pro
amore Chriſti, ſed ſecundùm Co-
ninck *Propter*, accipitur communiter
pro *cauſa Chriſti.* Quemadmodùm
Miles dicitur mori propter ſuum
principem

principem, qui generoſè prœliando nō fidē violet moritur propter ſuum principem, ſivè faciat ex amore quo principem proſequitur, ſivè non: ſed tantùm ex obligatione. Deinde. infantes moriuntur propter Chriſtū, ut patet ex Officio Innocentium. *Multos pueros occidit Herodes propter Dominum.* Nec tamen actum amoris elicuerunt. Verè igitur Martyres propter Dominum occumbentes non cenſentur actum amoris elicere. Et talibus Martyribus infunditur gratia quando vi tormentorum, quæ patiuntur. nequeunt mortem naturaliter vitare. Ita docent Idelfonſus Flores de inclyto agone martyrii lib. 2. cap. 2. §. 2. num. 426. Vega lib. 6. in Tridentinum cap. 37. & lib. 9. cap. 43. Leſſius lib. 3. cap. 1. num. 59. Suarez 3. part. tomo 3. diſput. 29. ſect. 3. Vel ſecundùm Cajetanum 2. 2. quæſt. 124. art. 4. circa ſolutionem ad 4, Salas t. 2. tract. 2. diſput. 2. numer. 14, infunditur gratia in primo inſtanti poſt vitam finitam. Vel ut volunt Baldellus tomo 2. lib. 3, diſput. 14. numer. 11. Raynaudus de Martyrio per peſtem part. 2. cap. 6. num. 25. Henriquez lib. 2. cap. 39. numer. 2, Coninck part. 3. quæſt. 66. artic. 12. num. 159. Gratia martyrii communicatur in ultimo inſtanti vitæ, vel, ſi non detur tale inſtans, breviſſimo tempore ante mortem, quo Martyr eſt in eo ſtatu, ut deinceps nullum ſenſuum uſum habere poſſit. Tunc enim cenſetur moraliter martyrium completum, licet adhuc Phyſicè duret.

XIII. Satius tamen eſt præmittere martyrio actualem amorem & dilectionem Dei ſuper omnia. Id innuere videtur Vates Regius pſalm. 6. verſ. 15. *Holocauſta medullata offeram tibi*, Vatablus. *Holocauſta pinguia.* Hebræus apud Cajetanum. *Holocauſta pinguium aſcendere faciam tibi.* Quid intelligit per holocauſta medullata & pinguia, & quâ perſonâ loquitur Pſaltes? Loquitur in perſona Martyrum, qui actū charitatis in mediis ſuppliciis eliciebant. Noſter Incognitus ibi. *Iſti ſunt ſancti Martyres, qui quantò amplius perſecutio graſſabatur exterius, tantò ipſi* Incognit.
interius magis charitate impugnabantur, & ſe totaliter in holocauſtum Deo offerebant. Huic explicationi favere videtur S. Auguſtinus ibi. *Quid eſt* (inquit) *medullata? intus teneram charitatem, non erit in ſuperficie, in medullis erit, quod diligo te. Nihil enim interius medullis noſtris: interiora oſſa ſunt carne, medullæ interiores ſunt ipſis oſſibus. Quiſquis ergò in ſuperficie colit Deum magis placere vult hominibus, aliud autem intus ſentiens non offert holocauſta medullarum, cujus autem medullam inſpicit ipſum totum accipit.* Diſtinguit Martyres qui pro Dei amore occumbunt ab iis qui ob reſpectū humanum patiuntur. Nam ante præmiſit illud pſalmi. *Et locutum eſt os meum in tribulatione mea.* Cui ſubdit. *Quàm dulcis eſt ſæpe tribulatio, quàm neceſſaria eſt tibi. Quia locutus eſt os ipſius in tribulatione ſua? holocauſta medullata offeram tibi &c.* Dum cruciabor illa membra ſic excoriata, aduſta ei offeram cum actu charitatis interno. Illum charitatis actum exercuit Elias priuſquam accederet ad Achab, cùm enim ad extirpandam idololatriam, & cultum Dei renovandum, Deo ipſo providente, deſtinatus eſſet, & ob eam cauſā multa perpeti deberet, voluit Deus ut prius igne charitatis incenderetur, & ipſemet actus charitatis eliceret. Id inſinuaſſe videtur Eccleſiaſticus cap. 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Tantus erit illius amor, tantus zelus ut nullis terroribus, armis, ſuppliciis poſſet extingui, vel remitti. Audi D. Chryſoſtomum homiliâ in Eliam Prophetam. *Elias ille zelo Dei inſignis, ut vidit Iudæorum gentem contemptā Dei miſericordiâ perpetuò in deliciis vivere, & cultui Deorum deditum, &c.* S. Auguſtinus. Eccl. 48. verſ. 1. S. Chryſoſtomus.

XIV. Zelum eſſe effectum amoris omnes conſtantiſſimè tenent maximè ſenctus Ambroſius in pſalm. 118. *Zelus charitas eſt, valida ſicut mors charitas. Durus ſicut inferi, zelus durus, zelus quem nulla vincit hujus mundi illecebra, durus ſicut inferi, per quem peccato morimur, ut vivamus Deo. Angeli quoque ſine zelo nihil ſunt, & ſubſtantiæ ſuæ amittunt prærogativam, niſi eam* S. Ambroſ.

zeli

S. Chryſoſtomus

zeli ardore ſuſtentent. S. Chryſoſtomus homil. 2. *Cùm Elias Propheta ſanctiſſimus populum prævaricatum aſpiceret, cùmque Baal deſpecto Domino coli à ſacrilegis pervideret, cumq; Creatore deſpecto ſigmentis ſeſe, nemoribusq; omnis populus addixiſſet, zelo Dei commotus.* Ait fuiſſe zelo Dei commotũ. Antequam ſecundò coram Achab compareat Elias, Deus eum mittit ad torrentem Carith, lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 4. *Recede hinc & vade contra Orientem, & abſcondere in torrente Carith, &c.* Joannes 44. in lib. de inſtit, Monach: cap. 2. hęc verba ſic explicat. *Hæc præmiſſa ſunt ſalubria mandata, ad quæ implenda Spiritus ſanctus, &c. Sic autem eſt offerre cor ſanctum, & purum ab omni actuali ſorde peccatorum, quem finem attingimus cum ſumus perfecti, & in Carith, ideſt in charitate illâ abſcondi:ti, de quâ Sapiens ait Proverb. cap. 10. Vniverſa delicta operit charitas. Ad finem volens Deus Eliam pervenire ei dixit, abſcondere in torrente Carith.*

S. Thom.

Undè etſi S. Thomas 2. 2. quæſt. ult. art. ult. ad primum, docet quamvis ſint aliqui vocati à Deo ad Religionem, (idem dicendum de vocatis ad Martyrium) tamen aliquando retrocedunt & deficiunt? *Non obſtat quod aliqui non perſeverant. Id enim non eſt ſignum vocationem non fuiſſe à Deo, quia non omne quod à Deo, eſt incorruptibile eſt: alioqui creaturæ corruptibiles nõ eſſent à Deo, qui eſt error Manichæorũ, & illi qui ſemel à Deo accepiſſent gratiam non poſſent amplius peccare, nec gratiam amittere, quod etiã eſt hæreticum.* Dicam tamen nihil poſſe Martyres illos reddere magis conſtantes & inexpugnabiles in ſuppliciis perferendis quàm charitatem. S. Auguſtinus ſuper epiſt. 1. Joannis cap. 1. *Si non vultis in iſta eremo ſiti*

S. Auguſt

mori, bibite charitatem, fons eſt, quem voluit Deus ponere nè deficiamus, & abundantius eum bibamus eum ad patriam venerimus. Alludit ad deſertum Ægypti, in quâ Hebræos laborantes ſiti Moyſes aquâ è rupe emanante ſatiavit. *Quid eſt charitas? eſt fons puteus domui David.* Zachariæ cap. 13. verſ. 1 *Qui hac aqua potatur facilius in vitam æternam efferetur.* Joannis cap 4. v. 14. *Qui biberit ex aquâ quam ego dabo non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternam.* Si non vultis igitur in iſta eremo perſecutionem, in quâ ſoli contra tyrannos, omnia ſuppliciorum genera præliari debetis deficere, bibite charitatem, bibite Carith, ideſt in charitate illâ. Nam *Sola* (inquit idem de doctrinâ Chriſtianâ) *charitas quæ vincit omnia, & ſine quâ nihil valent omnia.* Cui aſtipulatur S. Chryſoſtomus homil. 12. in illud. *Charitas patiens eſt.* Dicens. *Charitas hominem reddit inſuperabilem. Sic Moyſes unicum Ægyptium territus fugit, & finibus exceſſit, & tamen ille ipſe fugitans, & unius viri minas ſuſtinere non valens, melle charitatis ſemel guſtato, nemine cogente mori pro ſuis feſtinabat.* Eâdem charitate inebriatus & ſatiatus Apoſtolus Roman. cap. 9. verſ. 3. *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* S. Chryſoſtomus homil. 16. in epiſt. ad Romanos ponderans illa vocabula *ipſe ego*, dicit. *Ipſe ego, quid eſt ipſe ego? qui omnium magiſter ſum effectus, qui officia, merita q; cœpi, qui coronas infinitas expecto, qui ſic illum amo, ut meus erga illum amor mihi ſit omnibus rebus antiquior, qui quotidie propter illum uror.* Tamen libenter pro amore quo feror & ardeo ad ſalutem hominum promovendã, ad propagandam fidem libenter beatitudine excidiſſem, ſi id contingere potuiſſet. *Optabam ego ipſe anathema eſſe pro Chriſto, à cœlorum regno libens exciderem, & ab illa arcanâ gloriâ.* Illa charitas tantam illi fortitudinem præſtat, tantas illis communicat vires, ut eum inexpugnabilem reddat: ita ut ferè impoſſibilia meditetur. Sic enim egregius Chriſti amator loquitur Roman. cap. 8. verſ. 35. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Ecce quomodò Chriſti amore flagrans provocat intrepidè omnes afflictiones & ærumnas, omnia tormentorum genera, quibus Chriſti athleta torqueri poteſt, & ab illis ſe inexpugnabilẽ fore polliceatur, quomodo omnes tyrannos & tortores

Ioan. 4. verſ. 14.

S. Chryſoſtomus

Rom. c. 9 verſ. 3.

S. Chryſoſtomus

furore

S. Thom. furore armatos aſſerit ſuâ conſtaotiâ fore inferiores. *Quis ergò* (inquit Divus Thomas lect. 7.) *nos ſeparabis à charitate Chriſti , quâ ſcilicet Chriſtum diligimus & proximum, ſecundùm quod ipſe præcepit Ioannis cap. 13. Mandatū novum do vobn , &c. Proponit autem mala per quorum paſſionem aliquis cogi poſſet, ut charitatem Chriſti deſereret. Et primò ponit ea quæ pertinent ad vitam, ſecundò id quod pertinet ad amorē circa ea quæ in vitâ imminent ſuſtinenda. Primò ponit mala præſentia, ſecundò futura, &c.* Oſtenditque quod ſi charitate imperante illa omnia tolerentur propter Chriſtum , Paulus & alii Martyres nunquam in tormeotis deficient. *Propter te, &c. Patitur enim propter Chriſtum , non ſolùm qui patitur propter fidem Chriſti , ſed etiam qui patitur pro quocumque juſtitiæ opere pro amore Chriſti.* Apoſtolus io his non hæret, graviorà mala enumerat dicens ſe & quoſcumque Chriſti ſervos charitate armatos fore inexpugnabiles, *Certus ſum enim , quia neque mors, quæ eſt præcipuum inter terribilia. Neque vita, quæ eſt præcipuum inter appetibilia. Neque Angeli, D. Thomas, qui ſunt minores deputati ad cuſtodiam ſingulorum , Pſalm. 90. Angelis ſuis Deus mandavit de te. Neque Principatus , ſcilicet qui ſunt deputati ad cuſtodiam gentium , Danielis cap. 10. verſ. 29. Nunc revertar , ut prælier adverſus Principem, &c. Neque Virtutes quæ eſt ſupremus ordo miniſtrantium, Lucæ cap. 21. Virtutes cælorum movebuntur. Poteſt autem ſic intelligi dupliciter. Vno modo de malis Angelis, qui contra ſanctos decertant , Epheſ. cap. 6. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus Principes & Poteſtates. Alio modo poteſt intelligi de bonis, & ſecundùm hoc, ut Chryſoſtomus dicit lib. 1. de compunctione cordis , hoc dicebat : Non quod Angeli affectare poſſent , aliquando à Chriſto ſeparari , ſed etiam ea quæ ſunt impoſſibilia. Vt fieri poſſe dixit, magis quàm ſe ab amore Chriſti ſejungi. His verbis oſtendit ſuam conſtantiam contra vitam, contra mortem, contra cælum, contra infernum , contra ipſos Beatos Angelos, qui etſi à bono propoſito præliandi & moriendi pro Chriſto revocari nequeant , tamen ſi per impoſſibile id attentare vellent , amor Dei & zelus animarum ipſum contra illos omnes inexpugnabilem redderet, &c.* Plura ibi & apud Cajetanum. Ex his patet quanta ſit vis charitatis , nam amantium hic mos eſt , ut amorem ſuum ſilentio tegere nequeant, ſed neceſſariis ſuis produnt, flammasque ſuas iotra pectus continere nequeant, quare enarrant frequentius , ut ipsâ aſſiduitate narrandi amoris ſui ſolatium capiant , & refrigeria immenſi amoris aſſumant. Sic facit hic eximius Chriſti amator, provocat omnia quæ ſunt, & quæ erunt, quæque accidere poſſunt & omnia quæ ſimul in uno ſermone complecti nequeunt.

Hunc amoris effectum expertus S. Ignatius Romanis ſcribit. *Ignes , crux, ferarum concurſus, ſectiones , laniena , oſſium diſſectiones , membrorum conciſiones , totius corporis ſolutio , diaboli tormenta in me veniant , tantùm ut Ieſum nanciſcar.* Non dicit tormenta boni Angeli, ſed Diaboli. Quæ tormenta ? quæ hactenus fabricavit, & quibus vexavit Dei ſervos , & quibus non nunc dumtaxat cruciat , & cruciabit uſque in finem mundi , ſed & quæ in ſuâ meote nequiſſima poteſt excogitare, imò & quæ factu impoſſibilia ſunt , his in me ſæviat , his me excruciet, his mihi millies mortem inferat, nunquam gehennæ , iſta ſupplicia, iſta iocendia , &c. me à Chriſti fide avocabuot , quia flammæ charitatis, quibus æſtuo , me invincibilem reddunt. X. S. Ignat.

Rectè D. Ambroſius lib. de Iſaac , & anima cap. 8. ad illa verba Cantic. *Fortis ut mors dilectio tua.* Ait illam mortem, cujus fortitudini dilectiooē comparat, eſſe martyrium & ſanctorum paſſiones. *Eſt & illa mors ſanctorum valida , cuius non impar eſt charitas, quæ adæquatur Martyrum paſſioni.* Addo ego charitatem non tantùm eſſe parem & æqualem Martyrio & paſſiooibus juſtorum , ſed illis longè ſuperiorem. Id patet in Eliâ , cujus animus redditur à charitate omnibus ſuppliciis & perſecutionibus fortior. Undè R.mus Cammartus Generalis Minimorum lib. de geſtis Eliæ lect. 7. XVI. S. Ambr.

Iſaiæ 66. verſ. 55. illi applicat hęc verba Iſaiæ c. 66. v. 15. *Dominus in igne veniet, & quaſi turba quadriga ejus reddere in indignatione furorem ſuum.* Rabbi Kimki, Joſeph *Vt ſuccendat in ira furorem ſuum*, ſeu inſtammet. Hæc verba poſſunt applicari quadrigæ igneæ, quâ Elias ab humanis conſpectibus ſublatus eſt. Elias enim dicitur *Deus Dominus* totus ignêus ob magnum divini amoris & zeli pro ſalute animarum incendiū. Undè nonnulli teſtantur eum ab Angelis fuiſſe paſtum globis igneis. Qualis fuerit Eliæ zelus auditâ morte Naboth loquatur Metaphraſtes apud Surium tomo 4. Julii 20. *Rex Achab mento inſatiabili vineam Naboth petiit ſibi dari ad faciendum hortum olerum. Ille verò non dedit, & quod eam hæreditatem haberet à parentibus, & quod tanquam aliquid magnum eam poſſideret vineam. Ille verò animi affectus ægritudine uxori Iezabel renunctavit id quod factum fuerat. Illa verò, ut quæ ſciret, & dolos trahere & inſidias componere. Nè ſit tibi curæ dicit marito: ego enim te dominum vineæ efficiam, & medebor omninò dolori, quem ex eâ re accipis. Scribit autem libellum nomine Achab, & ejus obſignatum ſignaculo, quem miſit ad eos qui habitabant cum Naboth, continebat autem ea, quæ ſcripta fuerant, ut & ipſi & jejunarent, & in medio populi ſedere facerent Naboth. Deindè adverſus eum duos falſos teſtes producerent, quod is Deum & Regem benediceret, quod quidem videbatur eis eſſe execrandum, deinde ut lapidibus oppeteretur, & mortis ſubiret ſupplicium. Et mala quidem vicina Iezabelis conſilio, & actum compoſuerunt, & Naboth interemerunt eum obruentes lapidibus, poſt quam impudens, hæc fœmina, marito dicit, ſurge & eſto hæres, mortuus eſt enim Naboth, qui tibi non conceſſit quod volebas. Achab autem cùm reſciviſſet interfectum fuiſſe Naboth dolore affectus & diſrupit tunicam & ſe ſacco induit ſeu verè ſeu fictè: non enim receſſit ab eâ quam deſideraverat vineam, ſed ſtatim profectus eſt, ut eam poſſideret, & cædem ſibi omninò adſcriberet, quæ jam propter vineam perpetrata fuerat. Sed Dominus ſtatim dixit Eliæ Thesbitæ, dic hæc Achab ei factus obviam. Quoniã occidiſti, & quæ non eſt tua poſſediſti, ſcias quod in quo loco linxerunt canes ſanguinem interfecti, tuum quoque lingent, quin etiam in eo lavabuntur meretrices, &c.* Quid ad hæc? legationem Elias fugit ſicut Jonas? Minimè, ſed pergit ad Achab. Tu ſcis quid machinata fuerit Jezabel cōtra Naboth, quid contra te non machinabitur? quandoquidem capitali odio te proſequatur, tibi toties mortem minata fuerit, tum quia cultum Baal impugnas, tum etiam quia Baalitas deleviſti? Achab non minorem furorem contra te concepit, tum quia fame triennali populum afflixiſti, tum quia Jezabelem nimis diligit, cujus partes ſuſcipere illi honorificum eſt, tum etiam quia Reges toties corripi nolunt. Zelus ita animum Eliæ incendit, ut nihil illorum vereatur divinã ſententiam in faciem pronunciat.

XVII. S. Gregorius Nazianzenus orat. 20. in honorem Martyrum. „ Unâ erat „ Eliæ tempeſtate Jezabel, quæ cædibus in Domini Vates furebat. Et „ profectò à Spiritu ſancto hiſtoria „ perpetuas ignominiæ notas inurit „ (meâ quidem ſententiâ) per eam „ de petulantiſſimâ mulierculâ commentationem univerſa deinceps „ hominum vita erudiretur. At hoc „ tempore quàm multæ numero mulieres Jezabeli conſimiles, tanquã „ cicura quædam è ſolo ſubitò pupullarunt, quæ illam ipſam, de quâ „ diximus Jezabelem atrocitatis exſuperantiâ longo poſt ſe intervallo „ reliquerunt. Quod ſi huic orationi „ fidem non habes, hiſtoriam ipſam „ mihi velim conſideres. Illa Nabothæi vineam Achabo diſſolutiſſima donabat, ut hortum ex vineâ „ faciat, voluptuarium quoddam ornamentum, delicias muliebres. „ Hæ unicam Dei vineam, nimirùm „ ipſam Eccleſiam per eam prorſus „ abolere conabuntur, & quidem „ malum per ſeipſas aggreſſæ, &c. *S. Greg. Nazian.* Contra hos Jezabelis & diaboli miniſtros quibus armis ſe præmunire debent fideles? Charitate D. Iſidorus Peluſiotha epiſt. 548. ad Aſclepium Sophiſtam. *Sicut arx inexpugnabilibus muris cincta obſeſſores ſuos explodit, ſic* *S. Iſidor. Peluſiota*

&

& divina adjutorio munita fuerit, facit
ut omnes illam obſidentium machina
tandem in infamiam, & in riſum deſi-
nant. Id potius de charitate dicen-
dum eſt: hac enim circumcinctus ho-
mo omnes obſidentium dæmonum
machinas, tyrannorum perſequen-
tium ſupplicia in infamiam & riſum
converter.

XVIII Quomodò ergò ad ſecùndum Chri-
ſti adventum præcurrendum ſe eodē
amore muniat & præparet audi ſan-
ctum Bernardum ſermone 60. de Aſ-
cenſione Domini. *Enoch raptus, tran-*
S. Ber- *ſlatus Elias, fælices planè, qui ſoli jam*
nardus. *Deo vacant, ſoli vacant intelligendo,*
diligendo, fruendo. Ecce quomodo in
perpetuâ Dei contemplatione, & di-
lectione occupentur. In eodem amo-
re ſe exercebunt, dum præcurſoris of-
Apoc. 11 ficio fungentur. Nam S. Joannes
verſ. 1. Apocal. cap. 11. verſ. 1. teſtatur. *Si*
quis voluerit eis nocere ignis exiet de
ore ipſorum & devorabit inimicos eorum
& ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet
eum occidi. Duplicem ſuo zelo arden-
tiſſimo effectum Elias producet,
ptimò Antichriſti filii iniquitatis,
filii perditionis, ſeu potius diabolici,
omnes tyrannos quotquot antehac
fuerunt impietate & ſævitiâ ſuperan-
tis prava dogmata impugnabit, vitia
populi funditus everter; uret, con-
ſumet juxta illud Pſaltis. *In matuti-*
no interficiebam omnes peccatores ter-
ræ, ut diſperderem de civitate Domini
omnes operantes iniquitatem. Pſalm.
Pſ. 100. 100. verſ. 8. Item. *Vidi prævaricantes*
verſ. 8. *& tabeſcebam, quia eloquia tua non cu-*
ſtodierunt. Pſalm. 118. verſ. 158. De
eo videtur vaticinatus Sapiens Pro-
Proverb. verb. cap. 6. verſ. 34. *Zelus enim, &*
6. *v.* 34. *furor viri non parcet, nec acquieſcet*
cujuſquam precibus, neque ſuſcipiet pro
redemptione dona plurima. Audiamus
S. Hieronymum in cap. 4. Malachiæ
S. Hierō. ubi de eo ita fatur. *Mittet Dominus*
in Eliâ, qui interpretatur Deus meus, &
eſt de oppido Thesbi, quod converſionem
& pænitentiam ſonat omnem Prophe-
tarum chorum, qui convertat cor Patrū
ad filios Abraham videlicet & Iſaac &
Iacob, & omnium Patriarcharum ut
credant poſteri eorum ad Dominum Sal-
vatorem, in quem & illi crediderunt.
Quanta verò pro Dei nomine per-
peſſus fuerit tempore Achab ſatis ſu-
perque ſparſim dictum eſt, quàm e-
tiam illuſtri martyrio occumbet poſt
innumeras perſecutiones ſuſcitatas
per diverſos tyrannos, & omnium ty-
rannorum principem Antichriſtum,
plenæ ſunt ſacræ Paginæ, plena Pa-
trum Orthodoxorū volumina. S. Jo-
annes cap. 11. verſ. 7. Apocalyp. ita *Apoc.* 11
Eliæ & Enoch Martyrium deſcribit. *verſ.* 7.
Cùm finierint teſtimonium ſuum beſtia
quæ aſcendit de abyſſo faciet contra illos
bellum, & vincet illos & occidet eos, &
corpora eorum jacebunt in plateis civi-
tatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter
Sodomia & Ægyptus, ubi & eorum Do-
minus crucifixus eſt. Expendamus il-
lum locū attentius. Si Elias & Enoch
ſint impugnaturi prava dogmata
Antichriſti, quomodò de hoc dicitur
quod *faciet adverſus eos bellum*? Dio-
nyſius. *Verbis, factis, ſignis, corpora-* Dionyſ.
lium ſuppliciorum inflictionibus, variis
enim modis Antichriſtus perſuadebit ſe
verum Chriſtum eſſe. Brevius Ribera. Ribera.
Perſequetur eos, & perdere conabitur.
Subdit Textus. *Et vincet eos.* Si cha-
ritas reddet inſuperabiles etiamſi
omnibus inferni ſuppliciis affician-
tur, quomodò Antichriſtus eos vin-
cet? Dionyſius. *Non ratione, sed vio-*
lentiâ quia interimet eos. Clarius ad
propoſitum noſtrum Ribera. *Non eos*
à prædicando deterrebit, aut eorum con-
ſtantiam flectet, ſed quid ſit vincet illos,
continuò indicat, & occidet eos, efficiet
quod volebat occidendo, nè amplius præ-
dicent Chriſtum. Proſequitur Textus.
Et corpora eorum jacebunt in plateis
magnæ civitatis, quæ vocatur ſpiritua-
liter Sodomia, & Ægyptus, ubi & eo-
rum Dominus crucifixus eſt. Per civita-
tem magnam intelligitur Jeruſalem,
ut notant Dionyſius, Viegas, Ribera,
poſt Primaſium, Rupertum, Richar-
dum, Ansbertum, Anſelmum, An-
dræam Arethani, Haymonē & alios.
Ut patet ex verbis ſequentibus, *ubi &*
Dominus illorum crucifixus eſt, quæ ta-
men myſticè & ſpiritualiter vocatur
Sodomia & Ægyptus. Cammartus
de geſtis Eliæ cap. 6. ſect. 8. ad rem Cāmart.
noſtram exiſtimat. *Idcircò in recita-*
tione Martyrii Eliæ fieri mentionem

crucifixionis Chriſti, quia ſicut Chriſtus accerbiſſimum mortis genus perpeſſus eſt undè & Rex Martyrum meritò appellatur. Ita Elias crudeliſſimam pro Chriſti nomine mortem ſuſtinebit, bibetq́ profundius de iſto calice. Ratio eſt, quia cùm Antichriſtus ſit ſuâ crudelitate & iniquitate ſuperaturus omnes Nerones, Diocletianos, Veſpaſianos, Antiochos, Herodes, &c. ſevioribus tormentorum generibus afficiet fideles, & nominatim Eliam omnium anteſignanum, & fidei propugnatorem: deindè debent aquæ multæ tribulationum & ſuppliciorum ſcaturire ex faucibus ipſis infernalibus ut maximam Eliæ charitatē, magna flumina perſecutionum, obruere conentur.

§. 18.

An Adultus pergens ad Martyrium debeat Actum Contritionis elicere.

I. REſpondeo, qui ad Martyrium progreditur, ſi ſit juſtus & converſus ad Deum per gratiam & charitatem habitualem, converſus in Deum ut finem ſupernaturalem, & unitus Chriſto ut capiti, non requiritur ad martyrium contritio vel attritio ſupernaturalis, modò aliquando non habuerit voluntatem reſiſtendi Martyrio: ſed hic ſtatus gratiæ ſufficit ad diſpoſitionem ad martyrium. Ita Coninck & Palaus, & noviſſimè noſter Lezana tomo 3. Theologiæ quæſt. 3. de martyrio. Undè ſi in ſomnis, in amentiâ & delirio interficeretur propter Chriſtum, eſſet Martyr. Et à fortiori, ſi aliquando habuerit actualem & poſitivam voluntatem ſubeundi martyrium pro Chriſto, ita D. Thomas 3. part. quæſt. 66. art. 12. & quæſt. 82. art. 1. quæſt. 87. art. 1. ad 2. Cajetanus ibidem. Quibus ſubſcribunt Leſſius, Bonacina, Lezana proximè citatus. Et ſi ſufficiat, tamen pium & congruum eſt etiam juſtis actus pœnitentiæ præmittere martyrio & perſecutioni ſeu comparitioni coram tyranno. Sic Elias cùm in torrente Carith vel alibi lateret, & iterùm coram Achab comparere deberet, licet fuiſſet in utero Matris ſanctificatus, ut doctè probat Cammartus Generalis Minimorum, lib. de geſtis Eliæ cap. 3. ſect. 6. & alii apud Lezanam tomo 1. Annalium mundi 3123. num. 8. ſaltem eſſet mirabilis, admirabilis, miræ virtutis vir, mirificus ſecundum D. Chryſoſtomū lib. 3. de Providentia. Piiſſimus ex Drogone Epiſcopo Hoſtienſi ſerm. 1. de Paſſione. Sacroſanctus & divinus ex Metaphraſte in ſermone de Eliâ, & Cammartus ſect. 17. fusè probet fuiſſe in gratiam confirmatum, & tamen actus pænitentiæ exercuit ut Joannes Patriarch Hieroſ. lib. de inſt. monach. cap. 9. probat explicans illa verba lib. 3. Reg cap. 17. verſ. 3. *Cum abiiſſet, ſedit in torrente Carith.* Subdit. *Sedit itaque ſolitarius in torrente Carith, deducens quaſi torrens lacrymas per diem & noctem, ut ſic eſſet contra* Ioan 44. *Iordanem, ideſt contra peccatorum deſcenſionem.* Quod tamen eſſet in gratiâ Dei idem paulò poſt innuit. *Sedit in torrente Carith, ideſt in Dei charitate, eum dividente à Iordane, ideſt à peccatorum deſcenſione ſemper ſtetit.* Secundò probat per illa verba verſ. 2. cap. 17. *Vivit Dominus exercituum ante cujus vultum ſto.* Subdit. *Iure autem merebatur ipſe ante celſitudinem divinæ majeſtatis ſtare, quia in tanto culmine perfectionis greſſum animi fixerat, ut nullus ex mulierum natis fuerit unquam eo magis poſitus in plenitudine perfectionis.* Probat tertiò ex cap. 11. Matthæi ubi Chriſtus ait. *Inter natos mulierum non ſurrexit major Ioanne Baptiſta* Subdit. *Eliam tamen Ioanni eſſe æqualem Angelus Gabriel evidenter teſtabatur dum Zachariam affatus, Ioannem in ſpiritu & virtute Eliæ præire Chriſtum aſſeruit. Cujus Eliæ cor dum in deſerto ex ferventi charitate intra ſe concaleret, & in meditatione ſua igne divini amoris exardeſceret, guſtabat frequenter ineffabilem Dei gloriam, & ſedebat, ideſt quieſcebat in torrente voluptatis divinæ, quo Deus potat diligentes ſe &c.* Quo eximio ſanctitatis ſtatu nonobſtante tamen lacrymas uberrimas ſæpe fundebat ut conſequenter

ſcribit

ſcribit. *Propheta prædeceſſores ſui dicti corvi deferebant ei panem doloris & pœnitentiæ, & carnes humilitatis veræ: id eſt quando ipſe ex recordatione ſuavitatis guſtata lætabatur, ſimiliter & veſperi: dum ſcilicet de abſentiâ illius ſuavitatis ſibi ſubſtractâ ipſe ex triſtitiâ diſſolveretur, corvi deferebant ei panē, de quo ſcriptum eſt pſalm. 79. Cibabis eos pane lacrymarum, &c.* Plura ibi. Si juſtus eſt quomodò ſe accuſat, & de quibus ſe accuſat? de defectibus naturæ. De iiſdem lacrymis à ſanctiſſimo Propheta fuſis ſic loquitur Salianus tomo 4. annalium anno 3139. num. 43. ubi de modo vivendi illius agit. *Hanc aliquando ſpeluncam*
Salianus *incoluit viator, qui præter naturæ ordinem factus eſt paradiſi colonus, & immortalitatis in mortali corpore candidatus, magnum illud Prophetarum lumen Elias Thesbytes in veſte cilicinâ, in horrido ac neglecto capillo, in prophetico pallio, in melote, pelliceâq; zonâ. Hoc ille ſolum irrigabat lacrymis.* Idem cum Enoch licet coram Deo luceant omni ſanctitatis ſplendore, *Et ſunt duæ olivæ, duo candelabra in conſpectu Domini ſtantes.* Ut loquitur S. Joannes
Apoc. 11 Apocal. 11. verſ. 34. *Quoniam* (in-
verſ. 3 4. quit Dionyſius) *charitate ac pietate, unctioneq; Spiritus ſancti ſunt pleni, fi-*
Dionyſ. *delium luminaria. qui donis ſapientiæ, ſcientiæ, intellectûs, conſilii intra ſe lucent, aliiſq; per ea verbis & exemplis lucebunt, & ſicut candelabrum ſuper ſe poſitum gerit lumen, & aſsiſtentes per illud illuſtrat, ſic & Chriſtum (qui vera lux) in corde portabunt, & per eum plurimos illuminando docebunt.* Tamen verſ. 3. idem notat quod *Prophetabunt amicti ſaccis.* Dionyſius. *Pænitentialibus, aſperis, abjectis, humilibus indumentis, ut ſic verbis & habitu pænitentiam prædicent.* Vegas ibi ſect. 10. *Non dubium quin verè Enoch & Elias*
Vegas *induti ſaccis debeant incedere toto prædicationis tempore, ut non ſolùm verbo, ſed etiam ipſo habitu pænitentiam præ ſe ferant, doceantq; mortales viam promerendi Deum. Eſt enim ſaccus pænitentiæ habitus. Vndè eſt illud Iob. cap. 16. Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam, facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligaverunt.* In quem locum D. Gregorius S. G
lib. 13. moral. cap. 6. *Quid in ſacco* (inquit) *& cinere, niſi pænitentia, quid in cute & carne niſi peccatum carnis debet intelligi. &c.* Ribera ad illum lo- Rib
cum Apoc. *Amicti ſaccis agentes videlicet & prædicantes pænitentiam.* Si Sancti ſint, ſi duo Olivæ & duo Candelabra ante Deum lucentia, quomodò agent pœnitentiam? Agent pœnitentiam propter ſcelera populi, vel ob aliquos defectus naturales, quos quaſi peccata emendare conabuntur, vel agent pœnitentiam, quia non tanto zelo animarum ſaluti & converſioni ſe vacare exiſtimabunt.

Quæres qualis peccatorum dolor 11.
in adulto peccatore præmitti debeat? Si adultus inſtante occaſione comparendi coram tyranno, & moriendi pro Chriſto ſit in peccato mortali, præmittendam eſſe contritionem peccatorum per formalem eorum deteſtationem aſſerunt S. Bonaventura in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 2. Paludanus ibidem art. 1. Suarez tomo 3. in 3. partem quæſt. 69. art. 10. diſput. 29. ſect. 3. Sotus in 4. diſt. 3. quæſt. unic. concluſ. 4. Vaſquez tomo 2. diſp. 153 cap. 3. 5. & 6. Layman lib. 3. ſect. 3. num. 6. Bannes 2. 2 quæſt. 20. art. 1. dubio 5. ad 7. Melchior Canus relect. de pœnit. part. 3. Martinus Ledeſma 1. part. 4. quæſt. 7. art. 11. dubio 4. Lezana ſupra concl. 4. Undè concludunt, ſi hoc voluntariè omittat, & moriatur abſque illâ diſpoſitione non ſalvabitur per martyrium. Ratio à priore eſt, occaſio martyrii non eximit nos ab obligatione utendi mediis neceſſariis ad ſalutem: nam martyrium non eſt medium per ſe inſtitutum, ſed ſupponit hominem benè diſpoſitum ad illum tranſitum ex hâc vitâ, & ſic quantùm in ſe eſt, exigit ut homo prius ſervet omnia, quæ à Deo ſunt inſtituta ad conſecutionem gratiæ & gloriæ. Undè ſicut parentes tenentur parvulos brevi martyrio afficiendos baptizare, à fortiori adultus debet baptizari, & ſi poſt baptiſmum aliquod peccatū commiſerit, debet (ſi poſſit cōmodè confiteri) vel conteri per deteſtationem illius,

Y 3 amorem

amorem Dei ſuper omnia. cùm Baptiſmus & Confeſſio ſint media neceſſaria ad ſalutem omni tempore, ex Concil. Trident. ſeſſion. 14. cap. 4. Secundò, quia homo generaliter ex charitate tenetur ſuæ ſaluti proſpicere, & mortē tolerare pro Chriſti nomine (etſi ſit alia opinio probabilior, tamen eſt res dubia, & fortè in re eſt falſa) undè mors ſic tolerata non erit ad ſalutem proficua, ei qui inhærens tali opinioni ſe morti exponet abſque contritione. Cùm ergò in re tanti momenti ſuæ ſaluti conſulere debeat, tenetur contritionem elicere ut medium certum. Si tamen inſtet mors, & non recordetur alicujus peccati mortalis, aut non animadvertat, ſe ut peccatum tollat obligari ad ſatis faciendum pro illo, aut ſimilem aliam cauſam non tenetur ad illam contritionem ſupernaturalem, ita Suarez, Lezana, alii.

III. Nihilominus probabile eſt non eſſe neceſſariam contritionem in eo qui martyrio afficitur, ſed attritionem ſufficere, ita Gabriel in 4. diſtinct. 4. quæſt. 66. arr. 2, concluſ. 9. Durandus quæſt. 8. Coninck part. 3. quæſt. 66. art. 12. numer. 144. Nugnus ibi concl, 4. Valentia tomo 4. diſput. 4. quæſt. 3. puncto 4. Becanus de Baptiſmo cap. 10. quæſt. 11. concluſ. 6. Leſſius lib. 3. cap. 1. num. 48, Arriaga in 1. partem tomo 2. diſp. 55. numer. 20 & 21. Bellarminus de Baptiſmo cap. 6. Bonacina de Sacramentis diſp. 2. quæſt. 1. puncto 1. num. 7. Raynaudus de martyrio parte 2. cap. 5. num. 27. & cap. num. 19. Leonardus Coquæus in lib. 13. cap. 7. de Civitate Dei, Vericelli tract. de miſſionibus, tit. de fide quæſt. 33. Ratio eſt, quia Martyrium habet vim juſtificandi non tantùm ratione charitatis, ſed per ſe ex ſpeciali Chriſti privilegio, ut patet Matthæi cap. 10. Marci cap. 8. Lucæ cap. 12. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram Patre meo. Et qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam.* ly *propter me*, ideſt cauſa mei. Igitur cùm ex Chriſti privilegio Martyrium habeat vim juſtificandi, ſufficit quod ſe ad illud diſponat per attritionem ſupernaturalem, cum hæc removeat obicem, ſcilicet voluntatē inhærentem peccato, ſeu affectum ad peccatum. Deindè probatur à ſimili. Sacramentum Euchariſtiæ, & alia Sacramenta vivorum, quamvis per ſe non conferant primam gratiā, tamen illam conferunt homini attrito, qui ignorat invincibiliter ſe non eſſe in gratiā, ubi paſſim docent, quia habent vim conferendi gratiam non ponenti obicem, ſed per attritionem tollitur obex, & homo abſolutè recedit à peccato. Præterea ut rectè animadvertit Henriquez lib. 2. cap. 56. §. 1. quidquid auget gratiam ex opere operato juſtificat impium carentē obice. At Attritio dat augmentum gratiæ in Sacramentis vivorū, igitur etiam impium juſtificat obice carentem, quod de Martyre attrito etiam concludi debet.

Notat tamen Vericelli ſupra quod ſi peccator recordetur peccatorum, & prævidens ſe proximum neci, & ſe eſſe dumtaxat attritum, tenetur ob inſtans mortis periculum ſe excitare ad actum contritionis. Ratio eſt, quia martyrium inſtans non eximit Martyrem ab obſervantiâ præceptorum. Undè ſi detur copia miniſtri baptiſmi vel pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ, tenetur baptiſari, confiteri, ſumere viaticum. Id patet ex S. Cypriano epiſt. 21. & 25. dicente. *Hoc eſſe Martyrem cæleſtia ſervare mandata, nec propter Dominum Martyrem fieri, & præcepta Domini deſtruere conari.* Idem, ſeu quiſquis ſit Auctor libri de ſingularitate Clericorum num. 124. *Credamus ſuper illos Martyrium jam jamq; pendere interim priuſquam Martyres fiant legibus ſubjacent.* Martyrol. Romanum 25. Januarii, & Baronius ad annum 301. num. 44. referunt quod Martyres Nicomedienſes, cùm in Eccleſiâ comburerentur Cathecumeni, Baptizati, cœterique omnes ſacram Sinaxim ſuſceperunt. Lege Theophilum Raynaudum de martyrio per peſtem part. 2. cap. 5. numer. 6, & 7, Undè quamvis Vega lib. 6. in Concilium Tridentinum cap. 36. & 37. Henriquez lib. 2. cap. 36, §. 2. doceant attritionem IV.

attritionem ſufficere ad Martyrium, licet patiens cognoſcat ſe eſſe attritũ, tamen ſecundùm eorum opinionem contrarium eſt tutius. Ratio eſt quia quemadmodum peccator cum attritione, quam putat eſſe contritionem ad Euchariſtiæ Sacramentum accedens, licet juſtificetur per accidens, ex eo quod obex removeatur. Si tamen ſciat ſe dumtaxat eſſe attritum non juſtificatur. Quia cùm Euchariſtia ſit Sacramentum vivorum, tenetur ante illius ſuſceptionem ſe in gratiam conſtituere. Ita quamvis martyrium conferat homini attrito ſecundam gratiam, & ſi exiſtimet ſe eſſe contritum etiam communicet primã gratiam. Si tamen peccator putet ſe attritum & proximum morti, tenetur ob mortis periculum ponere ſe in gratiam per actum contritionis, alioqui non tolleret obicem gratiæ martyrii. Ratio eſt, quia non ſatisfacit præcepto, quo obligatur actum contritionis elicere dùm inſtat mortis periculum.

§. 19.

An Principi infideli vel hæretico prementi aliquam civitatem vel regnum (quod adhuc in fide perſiſtit) poſsit prodi Vir Apoſtolicus, ſi Princeps pacem & indulgentiam polliceatur.

1. Rex Achab & Jezabel ejus uxor ita inſaniunt & debacchantur in Eliam & prophetas Domini vt ille in varias regiones peregrinari cogatur. Nam non tantùm ſe recipit ad torrentem Carith, ubi aliquo tempore latet, ita ut ibi nullos alios habeat ſuæ ſuſtentationis & victus quotidiani miniſtros niſi corvos. Poſt elapſum ibi aliquod tempus, pergit in Sareptam Sidoniorum, ubi excipitur à paupercula muliere viduâ. Alii verò Prophetæ vel gladio feriuntur, vel induſtriâ vel ſollicitudine Abdiæ œconomi Regis latitant in ſpeluncis & cavernis terræ, inquit Apoſtolus Hebræor. cap. 11. verſ. 37. & idem Abdias lib. 3. Regum cap. 18. v. 14. *Nunquid indicatum eſt tibi Domino meo quid fecerim cùm interficeret Jezabel prophetas Domini, quod abſconderim de Prophetis Domini centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & paverim eos pane & aquâ.* Si Achab certior factus, quod Elias ibi eſſet, & foveretur ac aleretur tempore famis, quæ erat in totâ terrâ, ſaltem in Iſrael, obſediſſet urbem Sareptanam, vel aliam. Nam ex lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 10 *Adjuravit* (inquit Abdias) *regna ſingula, & gentes, eo quod minimè repereriris.* Promiſiſſetque ſe ſoluturum obſidionem idest multa beneficia ac privilegia collaturum, ſi Eliam traderent. Hi Sareptani vel alii populi licitè tradere potuiſſent. Idem concludendum de Abdiâ reſpectu Prophetarum, quos ipſe abſconderat in ſpeluncis Hujus opinionis aſſertores ſunt Cardinalis de Lugo tract. de juſtitiâ tomo 1. diſp. 10, quæſt. 4. Valentia tomo 3. diſput. 5. quæſt. 8. puncto 12. Molina tract. 3. diſput. 10. numer. 4. Leſſius lib. 2. cap. 9. dubio 7. Bannes 2. 2. quæſt. 64. art. 6. Salonius ibi artic. 2. controv. 1. Petrus Navarrus lib. 2. de reſtitut. cap. 3. part. 2. dubio 1. Victoria relectione de homicidio. Layman libr. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. contra Sotum lib. 1. de juſtitiâ quæſt. 1. artic. 7. Cordubam lib. 1. quæſt. 27. in 13. ration. prolog. 3. opinione. Turrianum de juſtitiâ diſp. 26. dubio 2. Ita ut ſi Elias vel alius Vir Apoſtolicus ſe ipſum non offerat, poteſt dari à civitate; ſi nulla ſpes ſuperſit, & illa traditio non ſit directa cooperatio ad homicidium, ſed dumtaxat permiſſio. Dixi poſſe dari: Addo tamen, modò non poſtuletur in contemptum fidei. Sic ſi Rex Achab quærebat Eliam ut illum interficeret, & eo è vivis ſublato faciliùs ſecta Baalitica propugnaretur, & cultus Dei Iſrael penitus extirparetur. Ejuſmodi poſtulatio cum fiat in contemptum fidei, Civitas Sareptana non debebat eum prodere, & ita de aliis civitatibus reſpectu Virorum

Virorùm Apoſtolicorum, quemadmodum ſi tyrannus peteret ſacros Codices, ut eos igni mandaret, vel alius poſtularet ſacramenta, ut ea pedibus proculcaret incolæ civitatis nō deberent eum tradere. Deindè ſi inſtanti tyranno Civitas non debet tradere hominem probū, & de ſe optimè meritum, ſi ſciat hunc eſſe illi regi odioſiſſimum, tenetur que gratitudinis ergò illum fovere, etiā cum certo periculo civitatis. Sic nec Vir ille Apoſtolicus tenetur ſe offerre tyranno, ut ſalva remaneat civitas obſeſſa, cùm anima ſit pluſquam corpus, debet à fortiori civitas Virum Apoſtolicum à quo luce fidei eſt illuſtrata urgenti tyranno denegare.

II. Nec Elias aut Vir Apoſtolicus petitus ad necem in odium fidei ab Achab & Jezabel comminantibus totius civitatis necem ſe ipſum ultrò offerre debet martyrio. Ratio eſt, ſi enim civitas ratione gratitudinis tenetur cum certo periculo eum tueri, à fortiori vir Apoſtolicus ſe ipſum ſervare debet. Deindè incertum eſt quod Eliâ è vivis ſublato Rex tyrannus quieſcet, imò moraliter certum eſt quod ad reliquorum Prædicatorū necem pogredictur, ut tandem fidem omninò ex illâ regione penitus eradicet. Ergò cùm ſalus illorum Prædicatorum præponderet vitæ illius communitatis. Vir ille Apoſtolicus non tenetur ſe morti offerre. Præterea ſecundùm Cardinalem de Lugo de juſtitiâ diſput. 10. ſect. 4. num. 15. Vita boni & innocentis principis tanti vel pluris æſtimatur quàm ſalus alicujus communitatis, nec tenetur ſeipſum tradere tyranno ob bonum publicum, quod pendet ex ejus vitâ. A fortiori, Vir Apoſtolicus cujus regimen ſpirituale prævalet bono & temporali regimini, ſeipſum morti exponere non debet ſi non ſint alii in tali civitate & regno qui ejus officiū perſolvere poſſint, at nullus erit qui Eliæ officio fungi poſſet. D. Auguſtinus epiſt. 180. *Vides quantùm boni*
S.Auguſt *cōſequitur populus Chriſtianus, ſi in præſentibus malis non eis deſit præſentia miniſtrorum Chriſti, quorum vides etiam quantum obſit abſentia, dum ſua quærunt non quæ Ieſu-Chriſti, nec habent illud de quo dictum eſt, non quærit quæ ſua ſunt, nec imitantur eum, qui dixit, non quæro quod mihi utile, ſed quod multis ut ſalvi fiant, qui etiam perſecutoris illius inſidias non fugiſſet, niſi ſe aliis, quibus neceſſarius erat, ſervare voluiſſet, propter quod ait: Compellor autem ex duobus concupiſcentiam habens, id eſt diſſolvi & eſſe cum Chriſto multo magis optimum permanere autem in carne neceſſarium propter vos.* Vides quantū bonū tempore Achab fideles habebant dum illis nō deerat præſentia Eliæ, qui plenus zelo & charitate flagrans non quærebat quæ ſua ſunt & quod ſibi utile, ſed quod multis, ut ſalvi fiant, qui etiam Achabi & Jezabelis perſecutorum inſidias non fugiſſet, niſi ſe aliis tunc & in fine mundi (quibus neceſſarius erat) ſervare voluiſſet, propter quod ait, compellor autē ex duobus deſiderium habens & eſſe cum Deo, dum libr. 3. Regum
cap. 19. verſ. 4. *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum quam Patres mei.* *l. 3. Reg. 19. v. 4.* Qui ſcilicet jam ſunt in ſinu Abrahę expectantes beatā ſpem, & adventum gloriæ Dei, tamē multò magis & melius permanere deſiderat in carne, quia videt ſuam præſentiam & vitam adhuc eſſe neceſſariam Synagogæ & Eccleſiæ. Erant quidem tunc alii Prophetæ, ut innuit illi Abdias lib. 3. Regum cap. 18. ſed tantùm ejus tyrones & diſcipuli, formidoloſi quaſi lepores; undè ad inſtar illorum latebant in ſpeluncis & cavernis terræ. De Eliâ verè dicere poſſumus cum Eccleſiâ ſeu Eccleſiaſtico cap. 44. verſ. 18. *Eccl. 44 verſ. 10.* *Non eſt ſimilis illi, qui conſervaret legem excelſi.* Nam ut idem cap. 48. verſ. 4. *Cap. 48. verſ. 4.* *Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis, & quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi.* Quàm neceſſarium etiam ſit eum permanere uſque in finem mundi Chriſtus ait Matthæi cap. 24. verſ. 24. *Mat. 24 verſ. 24.* *Surgent enim Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) electi.* Undè ſupra verſ. 12. *Et quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.* Hunc locum ita exponit Dionyſius.

Quia

Quia abundabit perſecutorum, ſeducentium ac ſeductorum iniquitas, refrigeſcet à ſpirituali fervore charitas multorum, abundantia enim peccatorũ mors charitatis, quoniam contrariorum unum deſtruit aliud. Hæc omnia circa finem ſæculi copioſius accident, prout Beatus Petrus habet. *Venient inquiens in noviſſimis diebus illuſores juxta proprias cõcupiſcentias ambulantes & dicentes ubi eſt promiſſio & adventus ejus.* Toſtatus quæſt. 85. ait Chriſtum hoc dicere ad conſolationem permanentium: nam conſtantes in fide videntes aliquos ab illa cadere, putare poſſent aliquod periculum eſſe doctrinæ Chriſti & Eccleſiæ ejus, & triſtarentur nimis id innuere videtur Chriſtus loco citato verſ. 12 *Ita ut in errorem inducantur, &c.* Nam electi poſſunt interdum titubare, & parùm vacillare, ſed non **D.Greg.** poſſunt cadere, ſeu non cadunt. Hujus titubationis meminit D. Gregorius lib. 33. moral. *Electorum cor trepidâ cogitatione concutitur, & tamen eorum conſtantia non movetur.* Chriſtus hoc vaticinio prædicat aliquos titubandos ſed non lapſuros. *Eo quod* **Dionyſ.** (inquit Dionyſius) *fieri nequit loquendo de electis formaliter, & de errore finali; poſſibile eſt verò loquendo de eis materialiter, eo quod prædeſtinatio non tollat nec minuat libertatem electorum. Vndè hæc enunciatio, electus ſeu prædeſtinatus poteſt damnari, vèra eſt in ſenſu diviſo, quia res illa ſecundùm ſe conſiderata, cum ſit libera poteſt amittere gratiam, & peccare atque perire, non autem in ſenſu compoſito, quia res illa ut talis non poteſt perire propter infallibilitatem & immutabilitatem divinæ prædeſtinationis, propter quod ait Ioan. cap. 3. qui natus eſt ex Deo non peccat quoniam ſemen Dei manet in illo.* At Elias & Enoch non erunt de numero **Apoc 11 verſ 3.** eorum, qui vel minimùm titubabunt. D. Joannes Apoc. cap. 11. verſ. 3. *Hi ſunt duæ olivæ & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.* Hugo **Hugo Cardin.** Cardinalis explicationibus Viegas & Riberæ tertiam adjicit. *Hi ſunt duo olivæ & duo candelabra: olivæ propter bona opera, quæ in ſe habebunt. Vel propter opera miſericordiæ, quæ exercebunt, de ſe conſolando deſolatos Zachariæ cap. 4. Iſti ſunt duo filii olei, ſeu candelabra propter lumen doctrinæ quod exhibebunt aliis, ſcilicet exhortando bonos & arguendo malos in conſpectu Domini terræ ideſt Dei ſtantes: Etſi ſint caſuri corporaliter in conſpectu Antichriſti; ſtantes dicit, quia in nullo ſe inclinabũt Antichriſto, & ſi quis voluerit eis nocere hoc oſtendit fiduciam eorum & conſtantiam, dicens, Et ſi quis ſicut Antichriſtus qui blandimentis & comminationibus conabitur eos attrahere non prævalebit ut à propoſito prædicationis eos cohibeat.*

Expende illa verba *in nullo ſe inclinabunt Antichriſto.* Variè enim vexabuntur ab Antichriſto, ſcilicet ut fidem abjurent, ut à prædicatione verbi divini abſtineant, ut ſacram Euchariſtiam, ſacrum Chriſma & oleum nõ exhibeant, ut ſacra volumina prodant, ſed in nullo inclinabunt ſe Antichriſto, quia Antichriſtus petit in fidei contemptum, ut his doceant non licere Chriſtianis ſacros Codices abſconditos prodere tyranno, etiamſi omnibus tormentorum generibus in caſu repulſę cruciare intendat. D. Auguſtinus de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 7. cap. 2. Arnobius adverſus gentes lib. 4. in fine. Luitprandus eo fragmento 11. ſcribit tyrannicam impietatem maximè in ſacros Codices ſæviiſſe. *Dici non poteſt* (inquit Luitprandus) *quanta dejectio Chriſtianorum animis acceſſerit hac demolitione, & librorum incenſione Toletanos libros tuto loco poſuit ſanctus Vir Melantius, & animabat Chriſtianos ad tolerantiam cruciatuum.* In omnibus Provinciis, Civitatibus & Oppidis adjectis erant Præſides qui extorquebant ſacros libros à Chriſtianis, & nolentes tradere crudeliter torquebantur, qui metu pœnarum tradebant, quos apud ſe habebant, *& traditores* vocabantur. Quantus autem fuerit numerus eorum qui eos tradere noluerunt innuit Romana Eccleſia die 2. Januarii. *Romæ Commemoratio plurimorum ſanctorum Martyrum, qui ſpreto Diocletiani* **Martyrol.** *Imperatoris edicto, quo tradi ſacros Codices jubebantur, potius corpora carnificibus, quàm ſancta canibus dare maluerunt.* Eorum coronas fuſius refert

Baronius tomo 2. anno 302. §. 22. Addi poteſt Severus lib. 2. cap. 51. & 52. *Hic tempeſtate omnis ferè ſacro Martyrum cruore orbis infectus eſt, quippè certatim glorioſo in certamine ruebatur: multò qui avidius tunc Martyria quærebantur, quàm nunc Epiſcopatus ambitionibus appetantur.* Malebant vitam dare quàm ſacros Codices, quos tyranni appetebant in odium religionis, & contemptum fidei.

IV. Undè D. Auguſtinus tomo 3. in Breviario collationum diei tertii cap. 13. refert Menſarium Carthaginenſem Epiſcopum occultaſſe ſacra volumina, ac reliquiſſe in Baſilicâ ſcripta hæreticorum, quæ cùm perſecutores inveniſſent, nihil deinceps ab eo petierunt quàm induſtriam, Divus Auguſtinus non improbat. Nec tamen cenſendus eſt obtemperans edicto tyranni, ſicque peccaſſe juxta illud epiſt. 31. apud Cyprianum. *Non eſt immunis à ſcelere, qui vult videri propoſitis adverſus Evangelium, vel edictis, vel legibus ſatisfeciſſe, nam hoc ipſo jam paruit, quod videri paruiſſe ſe voluit.* Fingere quidem eſt cùm prophani libri traduntur pro ſacris in contemptum fidei, ſed fingere non eſt, cùm relinquuntur in aliquo loco libri hæretici ſeu prophani, permittendo, ut pro ſuis capiant, nè ſacri amplius & ſtudioſius quærantur, ſic fecit Menſarius, in quo non obtemperavit tyranno. Hic enim præcepit ſibi dari ſacros Codices.

§. 20.

Fuga Miſſionariorum & Juſtorum in perſecutione licita & Eccleſiæ utilis.

I. Dictis ſupra nonnulla hic ſcitu digna adjicienda exiſtimo, Lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 3. Sacer Textus de Eliâ Prophetâ hæc refert, quod auditis Jezabelis impiæ minis. *Timuit & fugiens abiit, &c.* Quaſi diceret cum Ovidio lib. 3. Faſtorum.

Cumq́ metu rapitur tunicâ velatâ recinctâ
Currit ut auditis territa dama lupis.

Cornificius Poëta teſte Eraſmo lib. 3. Apop. videns milites in bello (quod inter Auguſtum & Antoninum erat) frequenter fugere appellavit eos lepores Quid non exiſtimet Eliam eſſe leporem, cùm fugiat non hoſtem, ſed mulierem Jezabelem. Quomodò Elias vir tanti animi lepus nuncupari poteſt. Nam Elias ſecundùm Pagninum ideſt, *Potens eſt Deus ipſe.* Et (inquit Cornelius in cap. 17. lib. 3. Regum) eſt nomen Dei, qui fortis eſt & potens ad omnia debellandum. *Stultus eſt* (inquit Xenophon) *quicunque vita cupidus fugæ ſe committit, cùm in victoriâ ſit ſalus, & qui fugam arripiunt magis intereant, quàm qui ſubſiſtunt.* Sic Elias cœleſtis exercitus vexillifer, Currus & Auriga Iſrael ſic fugiens timidus, potiusque vituperio, quam laude dignus eſt, & eodem modo corripiendus videtur quo Julius Cæſar quendam Aquiliferum increpavit. Refert Eraſmus lib. 4. apoph. in quodam prælio Martiæ legionis jam ad converſum faucibus apprehenſum in contrariam retraxiſſe partem, dextraque ad hoſtem porrectâ. *Quorſum* (inquit Cæſar) *tu abis? illic ſunt cum quibus dimicamus. At manibus quidem vivum militem correxit, voce autem tam acri legionum trepidationem diſcuſſit, vinciq́ paratus vincere docuit.* Plutarchus in Lacon. narrat, quod *Ageſilaus videns claudum quendam militem quærentem equum, quo veheretur debilis dixiſſe fertur, an non intelligis in bello opus eſſe, non qui fugam adiuvent, ſed qui fortiter pugnantes loco maneant, ſignificare voluit clariſſimus eos demum bello utiles eſſe milites, quibus non decretum eſt ex periculo fugere: ſed aut vincere in prælio, aut oppetere mortem.* Idem ſcribit Cabrontidus, cùm navali pugnâ eſſet conflicturus, atque Herman Nauclerus diceret bonum eſſe ab eo loco ſolvere eoquod Athenienſiũ triremes plures eſſent. *Quid* (inquit) *cum poſtea fugere non tantùm ignominioſum, ſed damnoſum etiam Spartianis eſt, contra fortiter vincere honeſtiſſimum.* Et tu Elia fugam

Xenoph. Eraſmus Plutarch

fugam arripis? fugæ ſaluti quæ conſulis? qualis deinceps fidelibus? qualis prophetis? qualis diſcipulis tuis zelus ad pugnandum? qualis animus erit ad reſiſtendum? nihil refert, de eo illud Virgilii canendum eſt lib. 8. Æneidos.

Fugit literocyus Euro
Virgilius *Speluncamq; petit pedibus timor addidit alas.*

Iterum Eliam fugientem ſiſtamus cum Ovidio lib. 3 de Ponto.

Deſine mitem animum vano infamare
Ovidius *timore*
Sæva quid in placidis ſaxa vereris aquis.

Nolite(inquit Iſaias c. 51. v. 7.) *timere*
Iſaiæ 51 *Opprobrium hominum & blaſphemias*
verſ. 7. *eorum ne metuatis.* Septuaginta ſegunt cum Tertulliano lib. 4. contra Marcionem cap. 14. *Ne timueritis ignominiam ab hominibus & nullificatione eorum ne minuamini.* Proſequitur Iſaias verſ. 8. *Sicut enim veſtimentum,*
verſ. 8. *ſic comedit eos vermis, & ſicut lanam ſic devorabit eos tinea.* Ideſt tinea & pravæ voluntates iſtorum perſecutorum provocant in ſe iram Dei, ejuſq; flagella, quibus caſtigentur ejus manibus imponunt. Quid ô Elia fugis? nonne ipſe es, qui nuper dicebas lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 1. *Vivit Do-*
l. 3. Reg. *minus in cujus conſpectu ſto, ſi erit*
c. 17. v. 1 *annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba.* S. Chryſoſtomus ſermone 1. de Eliâ hæc verba ad Deum dirigit. *Non quando tibi videbitur pœna finem facias. Tibi enim pro clementia tuâ ſemper videtur miſericorditer agendum, ſed tunc quando pro eis oravero & judicavero quod dignam animâ ſuâ curam gerant, probèq; reſipiſcant.* His verbis (ô Elia) Deo legem imponis, Deum obligas, & in tuam ſententiam inducere vis, nec vis, ut ſupplicia & pœnas famis, populo, Regi Achab, & Reginæ Jezabel impoſitas retractet, niſi ad nutum tuum, & tamen times iſtum populum, times Regem Achab, imò mulierem ſcilicet Jezabel. Quid tu times hominem mortalem, times mulierem?

II. Audi Iſaiam cap. 51. verſ. 9. *Con-*
Iſaiæ 51 *ſurge, conſurge, induere fortitudinem*
verſ. 9. *brachium Domini,* Ideſt ne timeas Achab, vel Jezabel, para te ut contra illos dimices. Elias, ideſt, *potens eſt Deus ipſe* Pſalm. 44. verſ. 6. *Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime.* Dicas cum eodem Vate Regio
pſalmo 26. verſ. 5. *Si conſiſtant adver-* Pſal. 26.
ſum me caſtra non timebit cor meum. verſ. 5.
Verſ. 26. *Si exurgat adverſum me prælium in hoc ego ſperabo.* Titelmannus. verſ. 6. Titelm.
Etiamſi contra me congregentur inimici in multitudine maxima caſtra metantes in circuitu meo, & me obſideant validiſſimè ex omni parte, circumcingantq; in modum coronæ, non timebit animus, neque conturbabitur pro hoc ſpiritus meus, in cæleſti ſperans auxilio, etiamſi adverſus me omnes hi in prælium conſurgant, incipiantque aperto oppugnatione me invadere non conturbabor, non dejiciar animo, ſperans ſemper, nec ſperare deſinens in Deo illuminatore, ſalvatore, & defenſore meo qui ſemper adeſt in opportunitatibus, & propè eſt iis, qui tribulato ſunt corde, invocantes eum in veritate. Et converſus ad Deum,
pſalmo 22. verſ. 4. *Nam etſi ambula-* Pſal 22.
vero in medio umbræ mortis non timebo verſ. 4.
mala, quoniam tu mecum es. Idem Ti-
telmannus. *Etſi contingeret me perve-* Titelm.
nire uſque ad maxima pericula: ita ut quaſi proximus videar morti, jamq; mors ipſa videatur operuiſſe, & velut obumbraſſe, atque expandiſſe ſe ſupra me, non tamen conturbabor, neque deſperatione aut diffidentiâ dejiciar à timore imminentium aut prementium malorum: quoniam te ſemper habeo adjutorem & defenſorem meum: qui etiam de periculis maximis, imò & de morte potens es (ſi tibi placitum fuerit) liberare qui de me es amplius, quam egomet de me ipſo ſollicitus quique in tribulationibus & periculis maximè & præſentiſſimè adeſſe ſoles. Nonne me fame & ſiti laborantem toto triennio ſuſtentaſti, modò ad torrentem Carith miniſterio corvorum, modò in Sareptâ Sidoniorum ope paupereculæ viduæ Lib. 3. Regum cap. 17.

Hanc opem ipſemet Deus pollice- III.
ri videtur citato cap. Iſaiæ verſ. 12. Iſaiæ 51
Ego, ego ipſe conſolabor vos, quis tu, ut verſ. 12.
timeres ab homine mortali & à filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcit. Ver- verſ. 13.
ſu 13. *Et oblitus es Domini factoris tui,*

qui tetendit cælos, & fundavit terram.
Pondera illa verba *Ego ipſe, &c.* Qua-
ſi diceret, etiamſi non debeas confi-
dere in principibus, in filiis homi-
num, in quibus non eſt ſalus, tamen
ſi auxilium tibi pollicentur contra
alios filios hominum & principes, ali-
quid ab iis ſperares, licet ſint miſeri,
variiſque calamitatibus obnoxii, na-
turæque quaſi tineæ, & tu times Je-
zabel? Numquid tu es Elias, qui
poſt reprehenſum conſtanter & acri-
ter Regem Achab, poſt congregatum
populum Iſrael in monte Carmeli
conſtantiâ non humanâ, ſed Angeli-
câ, poſt emiſſum cœlitus ignem in vi-
ctimam, ac zelo planè divino, poſt
cæſos palam Rege tot pſeudopropheta-
tas, pluviam grandem iteratâ oratio-
ne impetraſti? (ut cum Siracide Ec-
cleſiaſtici cap. 48. verſ. 1. & ſeq. lo-
quar) Numquid induxiſti in populos
famem & continuiſti cœlum, ita ut
verbum tuum quaſi facula arderet,
ſcilicet adurendo, & ſiccando ter-
ram, aerem, cœlum, nequid pro-
duceretur ad victum hominum &
brutorum, &c. Cur nunc impium
Regem, & Jezabelem omnium ſcele-
rum ſentinam times? qui ſunt inſtar
fœni reſpectu potentiæ tibi divinitus
collatæ. Quid tantâ potentiâ prædi-
tus, tantâ tutelâ roboratus times?
Times (inquam) habes Deum adju-
torem tuum, qui fecit cœlum & ter-
ram, & digito ſuo appendit, & verbo
firmat.

VI. Peccatoris & malè ſibi conſcii eſt
fugere, latere, formidare, nè ab aliis
prodatur ac interficiatur. Sanctus
Ambroſius lib. 2. de Cain cap. 9. *Ab-*
S. Ambr. *ſcondit ſe, qui velare vult culpam &*
tegere peccatum, qui enim malè agit odit
lucem & amat tenebras peccatorum ſuo-
rum, & latibula delictorum. Iuſtus au-
tem non abſconditur à Domino Deo ſuo,
ſed ipſe magis ſe offerre conſuevit, dicens
Ecce ego ſum, &c. Juſtus apertâ fronte
vultu hilari, ac mente intrepidâ ſem-
per incedit, ut rectè docet Seneca.
Seneca lib. 1. epiſt. 43. *Bona conſcientia tur-*
bam advocat: mala etiam in ſolitudine
anxia atque ſollicita eſt. Si honeſta ſunt
quæ facis omnes ſciant. Si turpia quid
refert neminem ſcire, cùm tu ſcias? O te
miſerum ſi contemnis hunc teſtem. Et
epiſt. 97. *Omnes peccant, diſſimulant,*
& quaſi fæliciter ceſſerint, fructu illo-
rum utuntur, ipſa ſubducunt. At verò
bona cõſcientia prodire vult & conſpici,
ipſa nequitia tenebras timet. E contra.

Hic murus aheneus eſto
Nil conſcire ſibi nullâ palleſcere culpâ.

Eleganter ab Epicuto dictum puto. Epicurus
Poteſt nocenti contingere ut lateat la-
tendi fides. Ideò peccantibus (inqnir
Muretus) *non prodeſt latere, quia la-*
tendo etiamſi fælicitatem habent fidu- Muretus
ciam non habent. ita eſt, tuta eſſe ſcelera
poſſunt, ſecura non poſſunt. Paulò poſt.
Prima & maxima peccantium pœna
eſt peccaſſe, nec ullum ſcelus licet illud
fortuna exornet muneribus ſuis impu-
nitum eſt. Sed nihilominus & hac illa
ſecunda pœna premunt ac ſequun-
tur timere & expaveſcere, & ſecuritati
diffidere Et infra. *Ideò nunquam fides*
latendi fit etiam latentibus, quia coar-
guit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſten-
dit Proprium autem nocentium trepi-
dare. Cur ergò ô Elia times? Cur pa-
ves? cur latibula quæris, cùm con-
ſcientia nullius peccati te accuſet &
arguat, cùm timidam non faciat ani-
mam niſi vita reprehenſibilis, niſi
conſcientia mala. Audi Virgilium Virgilius
lib. 6. Æneidos. (ito;

Tu ne cede malis, ſed contra audentior
Nunc animis opus eſt Ænea (ſeu Elia)
nunc pectore firmo.

Et Horatium lib. 2. ode 2.

—— Æquam
Memento rebus in arduis ſervare Horatius
mentem.

Idem.

Vivite fortes, fortiaq; adverſus oppo-
nite pectora rebus.

Menander. *Cùm quid ſanctum agis bo-* Menand.
nam ſpem tibi propone, certus quod cona-
tum juſtum Deus adjuvat. Sophocles in
Euryp. *Virorum fortium pectus non*
langueſcit. Idem *Quiſquis auda-*
cter per periculum adit, recta qui-
dem & lingua & mens firma certaq;.
Quod ſi auctore Menandro, *Viri eſt ac-*
cidentia generosè ferre. O Elia tui eſt
ut Prophetarum ſeu Athletarum du-
cis muliebrem rabiem animo con-
ſtanti tolerare. Quod ſi illius & Acha-
bi regia poteſtas te terret, memineris
illud

Digitized by Google

illud Ovidii lib. 2. de remedio amoris, quod Ovidius.

Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum

A cane non magno ſæpè tenetur aper.

Sic quamvis corpore exiguus & puſillus ſis: tamen, inquit Vates Regius Pſ. 26. verſ. 4. pſalmo 26. verſ. 21. *Expecta Dominum viriliter age, & confortetur cor tuum & ſuſtine Dominum* Jacobus à Valentiâ, *O tu fidelis expecta Dominum Ieſum Chriſtum, & confide, & pone fiduciam & ſpem tu eo in omnibus tribulationibus, ſicut ego feci, & age viriliter ſuſtinendo* Iacobus à Valent. *& defendendo fidem Chriſti & veritatẽ. Et confortetur cor tuum contra tyrannos & inimicos, & ne deficias. Et ſuſtine Dominum, ideſt pone ſpem in eo, quoniam liberabit te, ſicut liberavit me. Nam licet ad tempus permittat juſtos affligi, tamen finaliter liberat eos de manibus inimicorum.*

VII. Deindè formidare & fugam arripere infirmi eſt animi. *Quemadmodum* (inquit Seneca epiſt. 75.) *aves etiam inanis funda ſonus terrent, ita nos non ad ictum tantùm exagitamur, ſed ad crepitum. Non poteſt ergò quiſquam beatus eſſe, qui huic opinioni credidit.* Seneca. *Non enim beatum eſt niſi intrepidum. Inter ſuſpecta mala vivitur quiſquis ſe multùm fortuitis dedit, ingentem ſibi materiam perturbationis & inexplicabilem fecit. Vna hæc via eſt ad tuta vadenti & externa deſpicere, & honeſto contentum eſſe.* Cur ergò, ô Eliâ, formidas cùm rebus fortuitis animum non applices & paupertatem divitiis, humilitatem honoribus præferas? Cur puerilis umbra tibi timorem incutit? *Qui natus eſt* (inquit Ariſtoteles lib. 7. Ethic. cap. 5.) *ejuſmodi, ut metuat omnia etiamſi mus ſtrepitum edit* Ariſtotel. *beluarum ſimili quadam ignaviâ timidus eſt habendus, & qui muſcipulam vi morbi timeat.* Tu ſi non naturâ ſaltem gratiâ fortis es, quare (inquit Deus Iſaiæ cap. 1. verſ. 17.) *Accinge lumbos tuos & ſurge & loquere ad eos omnia quæ præcipio tibi, nè formides à facie* Iſaiæ. 1. verſ. 17 *eorum Nec enim timere te faciam vultum eorum.* Verſ. 18. *Ego quippe dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum ſuper omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotibus populo terræ.* Vel (inquit Apoſtolus Epheſ. cap. 6. verſu 10.) *Confortamini in Domino. & in potentia virtutis eius.* Fortitudo virtutem fovet, vitium impedit. *Non mediocris* (inquit S. Ambroſius lib. 1. officiorum.) *animi eſt fortitudo, quæ* S. Ambr. *ſola defendit ornamenta virtutum omnium, ſimulq; & iuſtitiam cuſtodit, & qui inexplicabili prælio adverſus omnia vitia decertat, invicta ad labores, fortis ad pericula, & rigidior adverſus voluptates, ut avaritiam effugint, tanquam labem quandam, quæ virtutem effœminat.* Quantùm fuga maximè Præſulum aliquando Deo diſpliceat teſtantur Beda lib. 2. Hiſtoriæ Anglorum, cap 6. & Baronius ad annum Chriſti 614. Cùm Laurentius Doroüenſis Metropolitanus ex Anglia recedere deliberaſſet quadam nocte à S. Petro ob id correptus & acriter flagellatus. Mane facto regem adiens, remque etiam narrans, plagas oſtendit, quibus Rex perterritus confeſtim præter ſpem omnem abdicatâ idololatriâ, & connubio illegitimo fidem Chriſtianam pietatemque amplexus eſt, ac Epiſcopos, qui in Galliam ſeceſſerant revocavit. Quibus patet virtutem debere eſſe virilem. Huic opinioni favent Veteres. Tacitus lib. 12. Annalium. *Cuncta* (inquit) *virtute ſunt inexpugnabilia.* Ideſt non tantùm improbi, ſed etiam vitia cedere debent. Procopius lib. 1. de bello Gothorum. *Pauci virtute inſtructi maximas queunt hoſtium copias profligare.* Appianus de bello Hiſpanico *Nihil eſt tam arduum quod animi fortitudine ſuperari non poſſit.* Quod ſi Jovianus Pont. lib. 1. de fortitudine bellicâ & heroicâ, de militiâ benè inſtruendâ cœteris clarius hoc pronunciat. *Inter virtutes, quæ fortitudini famulantur eſt tolerantia, quæ eſt æqua laborum ac moleſtiarum perpeſſio. Item duritia imbecellitatis, mollitieiq; expultrix: item patientia ſtabilis & firma perpeſſio eorum omnium quæ dura, aſpera, difficilia, gravia, ærumnoſa contingere unquam poſſunt, firmitas quoque, quæ periculoſis atque adverſis nullo modo ſuccumbendum eſſe doceat.* Quantò magis in hac militiâ ſpirituali non tantùm contra pote-

ſtatem regiam, non tantùm contra vitia, ſed etiam contra infidelitatem.

IV. Eſto igitur, ô Elia, hilaris & fortis. Nam *Fortitudo* (inquit Cicero in Rhetoricis) *eſt immobilis inter adverſa glorioſa animi claritudo.* Quod ſi Achab te offendat, Jezabel te lædat, redeat tibi in mentem illud quod Traſæas Pætus dicere ſolebat de Nerone. *Nero pro innatâ ſuâ crudelitate occidere me poteſt lædere autem non poteſt.* Innuens corpus quidem hominum crudelitati expoſitum eſſe, animàm autem nequaquam. Non dimittas puerum tuum: ſed dicas illi: Mane mecum, Pſalm. 45. verſ. 1. *Deus noſter refugium & virtus, adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.* Euſebius lib. 2. Eccleſ. hiſtoriæ cap. 5. ſcribit, quod Philo Judæus ex aula Caligulæ cum aliis Judæis ejectis, quia Cæſari divinos honores renuiſſent ad ſuos converſus, dixit: *Bono animo eſtote viri, non deerit vobis auxilium: ubi enim humanum ceſſat, divino non deſtituemur.* S. Athanaſius apud Nicephorum hiſtor. Eccleſ. lib. 10, cap. 19 cum juſſu Juliani Apoſtatæ mitteretur in exilium mœrentibus cunctis qui diſceſſum ejus graviter ferebant. *Bono* (inquit) *eſtote animo nubecula eſt, quæ brevi evaneſcet.*

Cicero.

Euſebius

V. His nonobſtantibus dico fugam in perſecutione aliquam licitam eſſe ac laudabilem, quam concluſionem Suarez tomo de fide tract. 1. diſput. 14. ſect. 3. numer. 9. docet eſſe de fide, probaturque ex Nicolao papâ in cap. *Sciſcitaris*, 7. quæſt. 1. S. Gregorio Nazianzeno orat. in laudem Cæſarii, S. Chryſoſt. homil. 35. S. Athanaſio Apolog. de fugâ. S. Ambroſio toto lib. de fugâ, S. Auguſtino tractat. 46. in Joannem epiſt. 180. ad Honoratum. S. Cypriano lib. de lapſis. Sanctus Thomas 2. 2. quæſt. 185. artic. 5. contra lib. de fuga in perſecutione, (qui omnem fugam damnat. Undè S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum ſcribit præfatum librum eſſe unum ex iis, qui ab eo jam hæretico & Montaniſta ſcripti ſunt contra Eccleſiam.) Hanc fugam perſuadet Chriſtus Matthæi cap. 10, verſ. 23. *Cùm perſequentur vos in Civitate iſtâ fugite in aliam.* Cui mandato obtemperans S. Athanaſius Apolog. 1. Hæc pronunciat contra eos qui calumniabantur quod in perſecutione fugiſſet & latuiſſet. *Si conviciis inſectantur eos, qui ſemet occultant ab his, à quibus ad cædem quæruntur, & criminantur eos, qui fugiunt à perſequentibus, quid facient videntes Iacob profugientem ab Eſau fratre ſuo? quid cùm Moyſem videant ſecedentem in Madiam metu Pharaonis? Porrò qui talia nugantur quid reſpondebunt David metu Saulis profugientem è ſuis ædibus, cum illuc miſiſſet à quibus interficeretur. Rurſus cum ipſe quidem in ſpelunca latitaret, ſuam vero ipſius faciem immutaret, donec præteriſſet Abimelech & declinaret inſidias.* Et poſt multa. *Declarat hominum cuique tempus & opportunitatem eſſe præfinitam non quo pendeat à fortuna, ſicut Pagani nonnulli opinantur, fabulantur, ſed tempus, cujus ipſe cum ſit conditor, prout voluit præfinivit unicuique, id quoque ſcriptum eſt, & omnibus factum eſt perſpicuum quamquam enim celatum eſt, & latet omnes homines, & quomodo, & quantum cuique præſtitutum ſit.* Et iterum infra. *Cæterùm quod nemo novit finem temporis illud argumento eſt quod dicit David, paucitatem dierum meorum nuncia mihi, quod enim neſciebat, hoc cupiebat diſcere. Quapropter dives exiſtimans ſeſe adhuc multò tempore victurum, audivit: Stulte hac nocte quærent animam tuam, quæ vero præparaſti cujus erunt? Cæterum Eccleſiaſtes fretus ſancto Spiritu confidenter pronunciat, atque non novit homo tempus ſuum, & ob hoc ipſum Patriarcha Iſaac dicebat filio ſuo Eſau, ecce ego conſenui, nec ſcio diem mortis meæ.* Et poſt adducta exempla Chriſti & Apoſtolorum, oſtendit talem fugam non fuiſſe Deo odioſam, Eccleſiæque & fugentibus inutilem. *Verum nec ipſis fuit hic labor inutilis, eoquod velut aurum in fornace fuſoria probatos, quemadmodum dicit Sapientia Deus illos comperit dignos ſe, & ipſi tum magis veluti ſcintillæ relucebant, cùm ſervarentur à perſequentibus, & eriperentur ab inſidiantibus, in hoc ſervati, quo populis eſſent*

Mat. 10 verſ. 23.

S. Athan.

eſſent documento, ut & illorum fuga, & quærentium per omnia diſcurrens furor acciderunt ex diſpenſatione Dei. Interim & hoc pacto reddebantur & pulcherrimum obtinuerunt ſuæ fortitudinis teſtimonium, &c. Tranſiens ad Eliam de eo hæc effatur, oſtendens præcipuas prærogativas ejus à fugâ proceſſiſſe. *Magnus autem Elias ſecedens in montem Carmeli invocabat Deum, ac Prophetas Baal, cum eſſent quadringenti, aut eo plures ſimul delevit: præterea duos ad ipſum miſſos quinquaginta præfectos viris unà cum centum quibus venerant comitati perdidit, dicendo: Deſcendat ignis de cælo. Hoc modo & iſtos ultus eſt, & ipſe ſervatus, ſic ut Eliſæū pro ſe ungeret. & exemplum inſtituendæ vitæ fieret prophetarum filiis.*

VI. *Beatus verò Paulus deſcribens cujuſmodi perſecutiones ſuſtinuerit, & ex omnibus, inquit, eripuit me Dominus, & eripiet. Magis autē tum robur colligebat dicens, ſed in his omnibus ſuperamus Nihil enim ſeparabit à charitate Chriſti, tunc enim & ad tertium uſque cælum raptus eſt, & in Paradiſum ſubductus, ubi etiam audivit verba non narranda, quæ fas non eſt homo loqui, & impleret Evangelium. Non eſt igitur reprehenſibilis aut otioſa fuga ſanctorum, niſi enim fugiſſent illi perſequentes, quomodo exortus fuiſſet ex ſemine David Dominus, aut qui erant prædicaturi verbum virtutis, ſiquidem perſecutores ob id quærebant ſanctos nè eſſet qui doceret, ſicut Iudæi denunciaverunt Apoſtolis, verum ob hæc omnia perferebant, ut Evangelium prædicaretur. Ecce igitur cùm ad eum modum periclitarentur non habebant fugæ tempus otioſum, ac ne perſecutionis quidem tempore alienæ utilitatis obliviſcebantur: ſed cum eſſent miniſtri verbi non invidebant quominus & hanc impartirent omnibus, cùm & fugientes Evangelium prædicabant, ac prædicabant inſidiantium malitiam, fideles autem exhortationibus confirmabant.*

VII. Denique ſic concludit. *Itaque fuga ſanctorum non infrugifera populo, ſed utilis eſſe demonſtratur, etiamſi ſecus videatur Arrianis. Sic igitur quemadmodum dictum eſt fugiente ex ſuperſunt per diſpenſationem ſervabantur, ſicut ſervantur Medici eorum gratiâ, qui his opus habent. Nobis autem omnibus in univerſum hominibus hæc lex eſt ut fugiamus perſequentes, & latitando fallamus quærentes nec præcipites ſimus tentando Deum: ſed (ut ante dixi) uſtineamus eos donec præfinitum mortis tempus advenerit, aut donec judex aliquid de illis ſtatuerit, quidquid ipſi fuerit bonum: tamen ut hi parati ſint, ut ſimul atque venerit tempus, etiam compreſſi pro veritate certent uſque ad mortem. Hæc & Beati Martyres perſecutionum tempore ſervarunt. Fugiebant quidem inſtante perſecutione, ac latentes perdurabant, cæterum reperti teſtimonium perhibebant.* Unde quidam Epiſcopus apud S. Auguſtinum epiſt. 180. dixiſſe fertur. *Si Deus imperavit fugam in iis perſecutionibus, ubi poteſt eſſe fructus* S. Auguſt. *Martyrii, quantò magis fugere debemus ſteriles paſſiones, quando eſt barbaricus & hoſtilis incurſus.* S. Petrus Chryſologus ſermone 150. paucis verbis ac familiari exemplo exponit fructum S Petrus Chryſol. fugæ Apoſtolicæ. *Bellicoſus miles, quod in bello fugit artis eſt non timoris. Deus quando fugit hominem ſacramenti eſt non pavoris.* Sic Antigonus Rex ab hoſtilibus turmis parum deflectens. *Non fugio* (inquit) *hoſtem, ſed bellandi utilitatem à tergo ſequor & glorioſiorem reportem victoriam* Undè meritò Baronius ad annum Chriſti 204. num. 6. notat Tertullianum Acatholicum fuiſſe dum fugam in perſecutione diſſuadebat, ac reprobabat, dicens ſanctiſſimis Pontificibus. *Novi Paſtores eorum in pace leones in prælio cervos,* loquitur de Victore Papa qui dum ſederet Baronius *tempore pacis Eccleſiæ ſacerdotali vigore in ſolio judicii de Montani judiciis judicaſſet eaſq; damnaſſet, Theodarumq; recens emergentem Hæreſiarcham pariter condemnaſſet, ac inſuper quod videbatur eſſe majoris ponderis Aſianos omnes Epiſcopos Paſcha, quod ad tempus pertinet judaicè celebrantes excommunicationis ſententiâ percuſſiſſet. Hæc igitur & alia cum Victor Apoſtolicâ auctoritate feciſſet ſicut & ejus prædeceſſores facere conſueverant, hoc illud ipſe, Novi Paſtores eorum in pace leones, quod rurſum idem adverſus eadem Montani dogma fugam in perſecutione negantes ex*

divina

Iſaiæ 66. verſ. 55. illi applicat hęc verba Iſaiæ c.66.v.15. *Dominus in igne veniet, & quaſi turba quadriga ejus reddere in indignatione furorem ſuum.* Rabbi Kimki, Joſeph *Vt ſuccendat in ira furorem ſuum*, ſeu inflammet. Hæc verba poſſunt applicari quadrigæ igneæ, quâ Elias ab humanis conſpectibus ſublatus eſt. Elias enim dicitur *Deus Dominus* totus ignêus ob magnum divini amoris & zeli pro ſalute animarum incendiū. Undè nonnulli teſtantur eum ab Angelis fuiſſe paſtum globis igneis. Qualis fuerit Eliæ zelus auditâ morte Naboth loquatur Metaphraſtes apud Surium tomo 4. Julii 20. *Rex Achab mente inſatiabili vineam Naboth petiit ſibi dari ad faciendum hortum olerum. Ille verò non dedit, & quod eam hæreditatem haberet à parentibus, & quod tanquam aliquid magnum eam poſſideret vineam. Ille verò animi affectus ægritudine vxori Iezabel renunciavit id quod factum fuerat. Illa verò, ut quæ ſciret, & dolos trahere & inſidias componere. Nè ſit tibi cura dicit marito: ego enim te dominum vinea efficiam, & medebor omninò dolori, quem ex eâ re accipis. Scribit autem libellum nomine Achab, & ejus obſignatum ſignaculo, quem miſit ad eos qui habitabant cum Naboth, continebat autem ea, quæ ſcripta fuerant, ut & ipſi & jejunarent, & in medio populi ſedere facerent Naboth. Deindè adverſus eum duos falſos teſtes producerent, quod is Deum & Regem benediceret, quod quidem videbatur eis eſſe execrandum, deinde ut lapidibus oppeteretur, & mortis ſubiret ſupplicium. Et mala quidem vicina Iezabelis conſilio, & actum compoſuerunt, & Naboth interemerunt eum obruentes lapidibus, poſt quam impudens, hæc fœmina, marito dicit, ſurge & eſto hæres, mortuus eſt enim Naboth, qui tibi non conceſsit quod volebas. Achab autem cùm reſciviſſet interfectum fuiſſe Naboth dolore affectus & diſrupit tunicam & ſe ſacco induit ſeu verè ſeu fictè: non enim receſſit ab eâ quam deſideraverat vineam, ſed ſtatim profectus eſt, ut eam poſſideret, & cædem ſibi omninò adſcriberet, quæ jam propter vineam perpetrata fuerat. Sed Dominus ſtatim dixit Eliæ Thesbitæ, dic hæc Achab ei factus obviam. Quoniā occidiſti, & quæ non eſt tua poſſediſti, ſcias quod in quo loco linxerunt canes ſanguinem interfecti, tuum quoque lingent, quin etiam in eo lavabuntur meretrices, &c.* Quid ad hæc? legationem Elias fugit ſicut Jonas? Minimè, ſed pergit ad Achab. Tu ſcis quid machinata fuerit Jezabel cōtra Naboth, quid contra te non machinabitur? quandoquidem capitali odio te proſequatur, tibi toties mortem minata fuerit, tum quia cultum Baal impugnas, tum etiam quia Baalitas deleviſti? Achab non minorem furorem contra te concepit, tum quia fame triennali populum afflixiſti, tum quia Jezabelem nimis diligit, cujus partes ſuſcipere illi honorificum eſt, tum etiam quia Reges toties corripi nolunt. Zelus ita animum Eliæ incendit, ut nihil illorum vereatur divinā ſententiam in faciem pronunciat.

S. Gregorius Nazianzenus orat. 20. in honorem Martyrum. XVII.
„ Unâ erat
„ Eliæ tempeſtate Jezabel, quæ cædibus in Domini Vates furebat. Et
„ profectò à Spiritu ſancto hiſtoria
„ perpetuas ignominiæ notas inurit *S. Greg. Nazian.*
„ (meâ quidem ſententiâ) per eam
„ de petulantiſsimâ muliereulâ com-
„ mentationem univerſa deinceps
„ hominum vita erudiretur. At hoc
„ tempore quàm multæ numero mu-
„ lieres Jezabeli conſimiles, tanquā
„ cicura quædam è ſolo ſubitò pupul-
„ larunt, quæ illam ipſam, de quâ
„ diximus Jezabelem atrocitatis exſu-
„ perantiâ longo poſt ſe intervallo
„ reliquerunt. Quod ſi huic orationi
„ fidem non habes, hiſtoriam ipſam
„ mihi velim conſideres. Illa Nabo-
„ thæi vineam Achabo diſſolutiſſi-
„ ma donabat, ut hortum ex vineâ
„ faciat, voluptuarium quoddam or-
„ namentum, delicias muliebres.
„ Hæ unicam Dei vineam, nimirùm
„ ipſam Eccleſiam per eam prorſus
„ abolere conabuntur, & quidem
„ malum per ſeipſas aggreſſæ, &c.

Contra hos Jezabelis & diaboli miniſtros quibus armis ſe præmunire debent fideles? Charitate D. Iſidorus Peluſiotha epiſt. 548. ad Aſclepium Sophiſtam. *Sicut arx inexpugnabilibus muris cincta obſeſſores ſuos explodit, ſic* *S. Iſidor. Peluſiota*

&

& divina adjuterio munita fuerit, facit ut omnes illam obſidentium machinæ tandem in infamiam, & in riſum deſinant. Id potius de charitate dicendum eſt: hac enim circumcinctus homo omnes obſideutium dæmonum machinas, tyrannorum perſequentium ſupplicia in infamiam & riſum convertet.

XVIII Quomodò ergò ad ſecúndum Chriſti adventum præcurrendum ſe eodē amore muniat & præparet audi ſanctum Bernardum ſermone 60. de Aſcenſione Domini. *Enoch raptus, tranſlatus Elias, fœlices planè, qui ſoli jam Deo vacant, ſoli vacant intelligendo, diligendo, fruendo.* Ecce quomodo in perpetuâ Dei contemplatione, & dilectione occupentur. In eodem amore ſe exercebunt, dum præcurſoris officio fungentur. Nam S. Joannes Apocal. cap. 11. verſ. 1. teſtatur. *Si quis voluerit eis nocere ignis exiet de ore ipſorum & devorabit inimicos eorum & ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.* Duplicem ſuo zelo ardentiſſimo effectum Elias producet, primò Antichriſti filii iniquitatis, filii perditionis, ſeu potius diabolici, omnes tyrannos quotquot antehac fuerunt impietate & ſævitiâ ſuperantis prava dogmata impugnabit, vitia populi funditus evertet, uret, conſumet juxta illud Pſaltis. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de Civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Pſalm. 100. verſ. 8. Item. *Vidi prævaricantes & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt.* Pſalm. 118. verſ. 158. De eo videtur vaticinatus Sapiens Proverb. cap. 6. verſ. 34. *Zelus enim, & furor viri non parcet, nec acquieſcet cujuſquam precibus, neque ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Audiamus S. Hieronymum in cap. 4. Malachiæ ubi de eo ita fatur. *Mittet Dominus in Eliâ, qui interpretatur Deus meus, & eſt de oppido Thesbi, quod converſionem & pænitentiam ſonat omnem Prophetarum chorum, qui convertat cor Patrū ad filios Abraham videlicet & Iſaac & Iacob, & omnium Patriarcharum ut credant poſteri eorum ad Dominum Salvatorem, in quem & illi crediderunt.*

S. Bernardus.

Apoc. 11 verſ. 1.

Pſ. 100. verſ. 8.

Proverb. 6. v. 34.

S. Hierō.

Quanta verò pro Dei nomine perpeſſus fuerit tempore Achab ſatis ſuperque ſparſim dictum eſt, quàm etiam illuſtri martyrio occumbet poſt innumeras perſecutiones ſuſcitatas per diverſos tyrannos, & omnium tyrannorum principem Antichriſtum, plenæ ſunt ſacræ Paginæ, plena Patrum Orthodoxoru volumina. S. Joannes cap. 11. verſ. 7. Apocalyp. ita Eliæ & Enoch Martyrium deſcribit. *Cùm finierint teſtimonium ſuum beſtia quæ aſcendit de abyſſo faciet contra illos bellum, & vincet illos & occidet eos, & corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodomia & Ægyptus, ubi & eorum Dominus crucifixus eſt.* Expendamus illum locū attentius. Si Elias & Enoch ſint impugnaturi prava dogmata Antichriſti, quomodò de hoc dicitur quod *facit adverſus eos bellum*? Dionyſius. *Verbis, factis, ſignis, corporalium ſuppliciorum inflictionibus, variis enim modis Antichriſtus perſuadebit ſe verum Chriſtum eſſe.* Brevius Ribera. *Perſequetur eos, & perdere conabitur.* Subdit Textus. *Et vincet eos.* Si charitas reddet inſuperabiles etiamſi omnibus inferni ſuppliciis afficiantur, quomodò Antichriſtus eos vincet? Dionyſius. *Non ratione, ſed violentiâ quia interimet eos.* Clarius ad propoſitum noſtrum Ribera. *Non eos à prædicando deterrebit, aut eorum conſtantiam flectet, ſed quid ſit vincet illos, continuò indicat, & occidet eos, efficiet quod volebat occidendo, nè amplius præ dicent Chriſtum.* Proſequitur Textus. *Et corpora eorum jacebunt in plateis magnæ civitatis, quæ vocatur ſpiritualiter Sodomia, & Ægyptus, ubi & eorum Dominus crucifixus eſt.* Per civitatem magnam intelligitur Jeruſalem, ut notant Dionyſius, Viegas, Ribera, poſt Primaſium, Ruperrum, Richardum, Ansbertum, Anſelmum, Andræam Aretham, Haymonē & alios. Ut patet ex verbis ſequentibus, *ubi & Dominus illorum crucifixus eſt*, quæ tamen myſticè & ſpiritualirer vocatur Sodomia & Ægyptus. Cammartus de geſtis Eliæ cap. 6. ſect. 8. ad rem noſtram exiſtimat. *Idcircò in recitatione Martyrii Eliæ fieri mentionem crucifixionis*

Apoc. 11 verſ. 7.

Dionyſ.

Ribera.

Cāmart.

crucifixionis Chriſti, quia ſicut Chriſtus acerbiſſimum mortis genus perpeſſus eſt undè & Rex Martyrum meritò appellatur. Ita Elias crudeliſſimam pro Chriſti nomine mortem ſuſtinebit, bibet q; profundius de iſto calice. Ratio eſt, quia cùm Antichriſtus ſit ſuâ crudelitate & iniquitate ſuperaturus omnes Nerones, Diocletianos, Veſpaſianos, Antiochos, Herodes, &c. ſevioribus tormentorum generibus afficiet fideles, & nominatim Eliam omnium anteſignanum, & fidei propugnatorem: deindè debent aquæ multæ tribulationum & ſuppliciorum ſcaturire ex faucibus ipſis infernalibus ut maximam Eliæ charitatē, magna flumina perſecutionum, obruere conentur.

§. 18.

An Adultus pergens ad Martyrium debeat Actum contritionis elicere.

I. Reſpondeo, qui ad Martyrium progreditur, ſi ſit juſtus & converſus ad Deum per gratiam & charitatem habitualem, converſus in Deum ut finem ſupernaturalem, & unitus Chriſto ut capiti, non requiritur ad martyrium contritio vel attritio ſupernaturalis, modò aliquando non habuerit voluntatem reſiſtendi Martyrio: ſed hic ſtatus gratiæ ſufficit ad diſpoſitionem ad martyrium. Ita Coninck & Palaus, & noviſſimè noſter Lezana tomo 3. Theologiæ quæſt. 3. de martyrio. Undè ſi in ſomnis, in amentiâ & delirio interficeretur propter Chriſtum, eſſet Martyr. Et à fortiori, ſi aliquando habuerit actualem & poſitivam voluntatem ſubeundi martyrium pro Chriſto, ita D. Thomas 3, part. quæſt. 66. art. 12. & quæſt. 82. art. 1. quæſt. 87. art. 1. ad 2. Cajetanus ibidem. Quibus ſubſcribunt Leſſius, Bonacina, Lezana proximè citatus. Et ſi ſufficiat, tamen pium & congruum eſt etiam juſtis actus pœnitentiæ præmittere martyrio & perſecutioni ſeu compatitioni coram tyranno. Sic Elias cùm in torrente Carith vel alibi lateret, & iterùm coram Achab comparere deberet, licet fuiſſet in utero Matris ſanctificatus, ut doctè probat Cammartus Generalis Minimorum, lib. de geſtis Eliæ cap. 3. ſect. 6. & alii apud Lezanam tomo 1, Annalium mundi 3123. num. 8. ſaltem eſſet mirabilis, admirabilis, miræ virtutis vir, mirificus ſecundùm D. Chryſoſtomū lib. 3. de Providentia. Piiſſimus ex Drogone Epiſcopo Hoſtienſi ſerm. 1. de Paſſione, Sacroſanctus & divinus ex Metaphraſte in ſermone de Eliâ, & Cammartus ſect. 17. fusè probet fuiſſe in gratiam confirmatum, & tamen actus pænitentiæ exercuit ut Joannes Patriarch Hieroſ. lib. de inſt. monach. cap. 9. probat explicans illa verba lib. 3. Reg cap. 17. verſ. 3. *Cum abiiſſet, ſedit in torrente Carith.* Subdit. *Sedit itaque ſolitarius in torrente Carith, deducens quaſi torrens lacrymas per diem & noctem, ut ſic eſſet contra Iordanem, ideſt contra peccatorum deſcenſionem.* Ioan 44. Quod tamen eſſet in gratiâ Dei idem paulò poſt innuit. *Sedit in torrente Carith, ideſt in Dei charitate, eum dividente à Iordane, ideſt à peccatorum deſcenſione ſemper ſtetit.* Secundò probat per illa verba verſ. 2. cap. 17. *Vivit Dominus exercituum ante cujus vultum ſto.* Subdit. *Iure autem merebatur ipſe ante celſitudinem divinæ majeſtatis ſtare, quia in tanto culmine perfectionis greſſum animi fixerat, ut nullus ex mulierum natis fuerit unquam eo magis poſitus in plenitudine perfectionis.* Probat tertiò ex cap. 11. Matthæi ubi Chriſtus ait. *Inter natos mulierum non ſurrexit major Ioanne Baptiſta* Subdit. *Eliam tamen Ioanni eſſe æqualem Angelus Gabriel evidenter teſtabatur dum Zachariam affatus, Ioannem in ſpiritu & virtute Eliæ præire Chriſtum aſſeruit. Cujus Eliæ cor dum in deſerto ex ferventi charitate intra ſe concaleret, & in meditatione ſua igne divini amoris exardeſceret, guſtabat frequenter ineffabilem Dei gloriam, & ſedebat, ideſt quieſcebat in torrente voluptatis divinæ, quo Deus potat diligentes ſe &c.* Quo eximio ſanctitatis ſtatu nonobſtante tamen lacrymas ubertimas ſæpe fundebat ut conſequenter ſcribit

ſcribit. *Propheta prædeceſſores ſui dicti corvi deferebant ei panem doloris & pœnitentia, & carnes humilitatis vera: id eſt quando ipſe ex recordatione ſuavitatis guſtata lætabatur, ſimiliter & veſperi: dum ſcilicet de abſentiâ illius ſuavitatis ſibi ſubſtractâ ipſe ex triſtitiâ diſſolveretur, corvi deferebant ei panē, de quo ſcriptum eſt pſalm. 79. Cibabis eos pane lacrymarum, &c.* Plura ibi. Si juſtus eſt quomodò ſe accuſat, & de quibus ſe accuſat? de defectibus naturæ. De iiſdem lacrymis à ſanctiſſimo Propheta fuſis ſic loquitur Salianus tomo 4. annalium anno 3139. num. 43. ubi de modo vivendi illius agit. *Hanc aliquando ſpeluncam incoluit viator, qui præter naturæ ordinem factus eſt paradiſi colonus, & immortalitatis in mortali corpore candidatus, magnum illud Prophetarum lumen Elias Thesbytes in veſte ciliciná, in horrido ac neglecto capillo, in prophetico pallio, in melote, pelliceâq; Zonâ. Hoc ille ſolum irrigabat lacrymis.* Idem cum Enoch licet coram Deo luceant omni ſanctitatis ſplendore, *Et ſunt duæ olivæ, duo candelabra in conſpectu Domini ſtantes.* Ut loquitur S. Joannes Apocal. 11. verſ. 34. *Quoniam* (inquit Dionyſius) *charitate ac pietate, unctioneq; Spiritus ſancti ſunt pleni, fidelium luminaria, qui donis ſapientiæ, ſcientiæ, intellectûs, conſilii intra ſe lucent, aliisq; per ea verbis & exemplis lucebunt, & ſicut candelabrum ſuper ſe poſitum gerit lumen, & aſsiſtentes per illud illuſtrat, ſic & Chriſtum (qui vera lux) in corde portabunt, & per eum plurimos illuminando docebunt.* Tamen verſ. 3. idem notat quod *Prophetabunt amicti ſaccis.* Dionyſius. *Pœnitentialibus, aſperis, abjectis; humilibus indumentis, ut ſic verbis & habitu pœnitentiam prædicent.* Vegas ibi ſect. 10. *Non dubium quin verè Enoch & Elias induti ſaccis debeant incedere toto prædicationis tempore, ut non ſolùm verbo, ſed etiam ipſo habitu pœnitentiam præ ſe ferant, doceantq; mortales viam promerendi Deum. Eſt enim ſaccus pœnitentiæ habitus. Undè eſt illud Iob. cap. 16. Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam, facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligaverunt.* In quem locùm D. Gregorius lib. 13. moral. cap. 6. *Quid in ſacco* (inquit) *& cinere, niſi pœnitentia, quid in cute & carne niſi peccatum carnis debet intelligi. &c.* Ribera ad illum locum Apoc. *Amicti ſaccis agentes videlicet & prædicantes pœnitentiam.* Si Sancti ſint, ſi duo Olivæ & duo Candelabra ante Deum lucentia, quomodò agent pœnitentiam? Agent pœnitentiam propter ſcelera populi, vel ob aliquos defectus naturales, quos quaſi peccata emendare conabuntur, vel agent pœnitentiam, quia non tanto zelo animarum ſaluti & converſioni ſe vacare exiſtimabunt.

(Margin: Salianus; Apoc. 11 verſ. 3+.; Dionyſ.; Vegas; S. G; Rib...)

11. Quæres qualis peccatorum dolor in adulto peccatore præmitti debeat? Si adultus inſtante occaſione comparendi coram tyrannno, & moriendi pro Chriſto ſit in peccato mortali, præmittendam eſſe contritionem peccatorum per formalem eorum deteſtationem aſſerunt S. Bonaventura in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 2. Paludanus ibidem art. 1. Suarez tomo 3. in 3. partem quæſt. 69. art. 10. diſput. 29. ſect. 3. Sotus in 4. diſt. 3. quæſt. unic. concluſ. 4. Vaſquez tomo 2. diſp. 153 cap. 3. 5. & 6. Layman lib. 3. ſect. 3. num. 6. Bannes 2. 2 quæſt. 20. art. 1. dubio 5. ad 7. Melchior Canus relect. de pœnit. part. 3. Martinus Ledeſma 1. part. 4. quæſt. 7. art. 11. dubio 4. Lezana ſupra concl. 4. Undè concludunt, ſi hoc voluntariè omittat, & moriatur abſque illâ diſpoſitione non ſalvabitur per martyrium. Ratio à priore eſt, occaſio martyrii non eximit nos ab obligatione utendi mediis neceſſariis ad ſalutem: nam martyrium non eſt medium per ſe inſtitutum, ſed ſupponit hominem benè diſpoſitum ad illum tranſitum ex hâc vitâ, & ſic quantùm in ſe eſt, exigit ut homo prius ſervet omnia, quæ à Deo ſunt inſtituta ad conſecutionem gratiæ & gloriæ. Undè ſicut parentes tenentur parvulos brevi martyrio afficiendos baptizare, à fortiori adultus debet baptizari, & ſi poſt baptiſmum aliquod peccatū commiſerit, debet (ſi poſſit cōmodè confiteri) vel conteri per deteſtationem illius,

amorem Dei ſuper omnia. cùm Baptiſmus & Confeſſio ſint media neceſſaria ad ſalutem omni tempore, ex Concil. Trident. ſeſſion. 14. cap. 4. Secundò, quia homo generaliter ex charitate tenetur ſuæ ſaluti proſpicere, & mortē tolerare pro Chriſti nomine (etſi ſit alia opinio probabilior, tamen eſt res dubia, & fortè in re eſt falſa) undè mors ſic tolerata non erit ad ſalutem proficua, ei qui inhærens tali opinioni ſe morti exponet abſque contritione. Cùm ergò in re tanti momenti ſuæ ſaluti conſulere debeat, tenetur contritionem elicere ut medium certum. Si tamen inſter mors, & non recordetur alicujus peccati mortalis, aut non animadvertat, ſe ut peccatum tollat obligari ad ſatis faciendum pro illo, aut ſimilem aliam cauſam non tenetur ad illam contritionem ſupernaturalem, ita Suarez, Lezana, alii.

III. Nihilominus probabile eſt non eſſe neceſſariam contritionem in eo qui martyrio afficitur, ſed attritionem ſufficere, ita Gabriel in 4. diſtinct. 4. quæſt. 66. art. 2, concluſ. 9. Durandus quæſt. 8. Coninck part. 3. quæſt. 66. art. 12. numer. 144. Nugnus ibi concl. 4. Valentia tomo 4. diſput. 4. quæſt. 3. puncto 4. Becanus de Baptiſmo cap. 10. quæſt. 11. concluſ. 6. Leſſius lib. 3. cap. 1. num. 48, Arriaga in 1. partem tomo 2. diſp. 55. numer. 20 & 21. Bellarminus de Baptiſmo cap. 6. Bonacina de Sacramentis diſp. 2. quæſt. 1. puncto 1. num. 7. Raynaudus de martyrio parte 2. cap. 5. num. 27. & cap. num. 19. Leonardus Coquæus in lib. 13. cap. 7. de Civitate Dei, Vericelli tract. de miſſionibus, tit. de fide quæſt. 33. Ratio eſt, quia Martyrium habet vim juſtificandi non tantùm ratione charitatis, ſed per ſe ex ſpeciali Chriſti privilegio, ut patet Matthæi cap. 10. Marci cap. 8. Lucæ cap. 12. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram Patre meo. Et qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam.* ly *propter me*, id eſt cauſa mei. Igitur cùm ex Chriſti privilegio Martyrium habeat vim juſtificandi, ſufficit quod ſe ad illud diſponat per attritionem ſupernaturalem, cum hæc removeat obicem, ſcilicet voluntatē inhærentem peccato, ſeu affectum ad peccatum. Deindè probatur à ſimili. Sacramentum Euchariſtiæ, & alia Sacramenta vivorum, quamvis per ſe non conferant primam gratiā, tamen illam conferunt homini attrito, qui ignorat invincibiliter ſe non eſſe in gratiâ, ubi paſſim docent, quia habent vim conferendi gratiam non ponenti obicem, ſed per attritionem tollitur obex, & homo abſolutè recedit à peccato. Præterea ut rectè animadvertit Henriquez lib. 2. cap. 36. §. 1. quidquid auget gratiam ex opere operato juſtificat impium carentē obice. At Attritio dat augmentum gratiæ in Sacramentis vivorū, igitur etiam impium juſtificat obice carentem, quod de Martyre attritio etiam concludi debet.

Notat tamen Vericelli ſupra quod ſi peccator recordetur peccatorum, & prævidens ſe proximum neci, & ſe eſſe dumtaxat attritum, tenetur ob inſtans mortis periculum ſe excitare ad actum contritionis. Ratio eſt, quia martyrium inſtans non eximit Martyrem ab obſervantiâ præceptorum. Undè ſi detur copia miniſtri baptiſmi vel pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ, tenetur baptiſari, confiteri, ſumere viaticum. Id patet ex S. Cypriano epiſt. 21. & 25. dicente. *Hoc eſſe Martyrem cæleſtia ſervare mandata, nec propter Dominum Martyrem fieri, & præcepta Domini deſtruere conari.* Idem, ſeu quiſquis ſit Auctor libri de ſingularitate Clericorum num. 124. *Credimus ſuper illos Martyrium jam jamq; pendere interim priuſquam Martyres fiant legibus ſubjacent.* Martyrol. Romanum 25. Januarii, & Baronius ad annum 301. num. 44. referunt quod Martyres Nicomedienſes, cùm in Eccleſiâ comburerentur Cathecumeni, Baptizati, cœterique omnes ſacram Sinaxim ſuſceperunt. Lege Theophilum Raynaudum de martyrio per peſtem part. 2. cap. 5. numer. 6, & 7. Undè quamvis Vega lib. 6. in Concilium Tridentinum cap. 36. & 37. Henriquez lib. 2. cap. 36, §. 2. doceant IV.

attritionem

attritionem ſufficere ad Martyrium, licet patiens cognoſcat ſe eſſe attritũ, tamen ſecundùm eorum opinionem contrarium eſt tutius. Ratio eſt quia quemadmodum peccator cum attritione, quam putat eſſe contritionem ad Euchariſtiæ Sacramentum accedens, licet juſtificetur per accidens, ex eo quod obex removeatur. Si tamen ſciat ſe dumtaxat eſſe attritum non juſtificatur. Quia cùm Euchariſtia ſit Sacramentum vivorum, tenetur ante illius ſuſceptionem ſe in gratiam conſtituere. Ita quamvis martyrium conferat homini attrito ſecundam gratiam, & ſi exiſtimet ſe eſſe contritum etiam communicet primã gratiam. Si tamen peccator putet ſe attritum & proximum morti, tenetur ob mortis periculum ponere ſe in gratiam per actum contritionis, alioqui non tolleret obicem gratiæ martyrii. Ratio eſt, quia non ſatisfacit præcepto, quo obligatur actum contritionis elicere dum inſtat mortis periculum.

§. 19.

An Principi infideli vel hæretico prementi aliquam civitatem vel regnum (quod adhuc in fide perſiſtit) poſsit prodi Vir Apoſtolicus, ſi Princeps pacem & indulgentiam polliceatur.

1. REx Achab & Jezabel ejus uxor ita inſaniunt & debacchantur in Eliam & prophetas Domini ut ille in varias regiones peregrinari cogatur. Nam non tantùm ſe recipit ad torrentem Carith, ubi aliquo tempore latet, ita ut ibi nullos alios habeat ſuæ ſuſtentationis & victus quotidiani miniſtros niſi corvos. Poſt elapſum ibi aliquod tempus, pergit in Sareptam Sidoniorum, ubi excipitur à pauperculâ muliere viduâ. Alii verò Prophetæ vel gladio feriuntur, vel induſtriâ vel ſollicitudine Abdiæ œconomi Regis latitant in ſpeluncis & cavernis terræ, inquit Apoſtolus Hebræor. cap. 11. verſ. 37. & idem Abdias lib. 3. Regum cap. 18. v. 14. *Nunquid indicatum eſt tibi Domino meo quod fecerim cùm interficeret Jezabel prophetas Domini, quod abſconderim de Prophetis Domini centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & paverim eos pane & aquâ.* Si Achab certior factus, quod Elias ibi eſſet, & foveretur ac aleretur tempore famis, quæ erat in totâ terrâ, ſaltem in Iſrael, obſediſſet urbem Sareptanam, vel aliam. Nam ex lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 10 *Adjuravit* (inquit Abdias) *regna ſingula, & gentes, eoquod minimè repereriris.* Promiſiſſetque ſe ſoluturum obſidionem idest multa beneficia ac privilegia collaturum, ſi Eliam traderent. Hi Sareptani vel alii populi licitè tradere potuiſſent. Idem concludendum de Abdiâ reſpectu Prophetarum, quos ipſe abſconderat in ſpeluncis. Hujus opinionis aſſertores ſunt Cardinalis de Lugo tract. de juſtitiâ tomo 1. diſp. 10, quæſt. 4. Valentia tomo 3. diſput. 5. quæſt. 8. puncto 12. Molina tract. 3. diſput. 10. numer. 4. Leſſius lib. 2. cap. 9. dubio 7. Bannes 2. 2. quæſt. 64. art. 6. Salonius ibi artic. 2. controv. 1. Petrus Navarrus lib. 2. de reſtitut. cap. 3. part. 2. dubio 1. Victoria relectione de homicidio. Layman libr. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. contra Sotum lib. 1. de juſtitiâ quæſt. 1. artic. 7. Cordubam lib. 1. quæſt. 27. in 13. ration. prolog. 3. opinione. Tutrianum de juſtitiâ diſp. 26. dubio 2. Ita ut ſi Elias vel alius Vir Apoſtolicus ſe ipſum non offerat, poteſt dari à civitate; ſi nulla ſpes ſuperſit, & illa traditio non ſit directa cooperatio ad homicidium, ſed dumtaxat permiſſio. Dixi poſſe dari: Addo tamen, modò non poſtuletur in contemptum fidei. Sic ſi Rex Achab quærebat Eliam ut illum interficeret, & eo è vivis ſublato facilius ſecta Baalitica propugnaretur, & cultus Dei Iſrael penitus extirparetur. Ejuſmodi poſtulatio cum fiat in contemptum fidei, Civitas Sareptana non debebat eum prodere, & ita de aliis civitatibus reſpectu

Vltorum

Virorùm Apoſtolicornm, quemadmodnm ſi tyrannus peteret ſacros Codices, nt eos igni mandaret, vel alius poſtularet ſacramenta, ut ea pedibus proculcaret incolæ civitatis nō deberent eum tradere. Deindè ſi inſtanti tyranno Civitas non debet tradere hominem probū,& de ſe optimè meritum, ſi ſciat hunc eſſe illi regi odioſiſſimum, teneturque gratitudinis ergò illum fovere, etiā cum certo periculo civitatis. Sic nec Vir ille Apoſtolicus tenetur ſe offerre tyranno, nt ſalva remaneat civitas obſeſſa, cùm anima ſit pluſquam corpus, debet á fortiori civitas Virum Apoſtolicum á quo lnce fidei eſt illuſtrata urgenti tyranno denegare.

II. Nec Elias aut Vir Apoſtolicns petitus ád necem in odium fidei ab Achab & Jezabel comminantibus totius civitatis necem ſe ipſum ultrò offerre debet martyrio. Ratio eſt, ſi enim civitas ratione gratitudinis tenetur cum certo periculo eum tueri, à fortiori vir Apoſtolicus ſe ipſum ſervare debet. Deindè incertum eſt quod Eliā è vivis ſublato Rex tyrannus quieſcet, imò moraliter certum eſt quod ad reliquorum Prædicatorū necem pogredietur, ut tandem fidem omninò ex illā regione penitus eradicet. Ergò cùm ſalus illornm Prædicatorum præponderet vitæ illius communitatis. Vir ille Apoſtolicus non tenetur ſe morti offerre. Præterea ſecundùm Cardinalem de Lugo de juſtitiā diſput. 10. ſect. 4. num. 15. Vita boni & innocentis principis tanti vel pluris æſtimatur quàm ſalus alicujus communitatis, nec tenetur ſeipſum tradere tyranno ob bonum publicum, quod pendet ex ejus vitā. A fortiori, Vir Apoſtolicus cujus regimen ſpirituale prævalet bono & temporali regimini, ſeipſum morti exponere non debet ſi non ſint alii in tali civitate & regno qni ejns officiū perſolvere poſſint, at nullus erit qui Eliæ officio fungi poſſet. D. Auguſtinus epiſt. 180. *Vides quantùm boni cōſequitur populus Chriſtianus, ſi in præſentibus malis non eis deſit præſentia miniſtrorum Chriſti, quorum vides etiam quantum obſit abſentia, dum ſua quærunt non quæ Ieſu-Chriſti, nec habent illud de quo dictum eſt, non quæris quæ ſua ſunt, nec imitantur eum, qui dixit, non quæro quod mihi utile, ſed quod multis ut ſalvi fiant, qui etiam perſecutoris illius inſidias non fugiſſet, niſi ſe aliis, quibus neceſſarius erat, ſervare voluiſſet, propter quod ait: Compellor autem ex duobus concupiſcentiam habens, ideſt diſſolvi & eſſe cum Chriſto multomagis optimum permanere autem in carne neceſſarium propter vos.* (S. Auguſt.) Vides quantū bonū tempore Achab fideles habebaot dum illis nō deerat præſentia Eliæ, qui plenus zelo & charitatē flagrans non quærebat quæ ſua ſunt & quod ſibi utile, ſed quod multis, ut ſalvi fiant, qui etiam Achabi & Jezabelis perſecutorum inſidias non fugiſſet, niſi ſe aliis tunc & in fine mundi (quibus neceſſarius erat) ſervare voluiſſet, propter quod ait, compellor autē ex duobus deſiderium habens & eſſe cum Deo, dum lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 4. *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum quam Patres mei.* (l. 3. Reg. 19. v. 4.) Qui ſcilicet jam ſunt in ſinu Abrahæ expectantes beatā ſpem, & adventum gloriæ Dei, tamē multò magis & melius permanere deſiderat in carne, quia videt ſuam præſentiam & vitam adhuc eſſe neceſſariam Synagogæ & Eccleſiæ. Erant quidem tunc alii Prophetæ, nt innuit illi Abdias lib. 3. Regum cap. 18. ſed tantùm ejus tyrones & diſcipuli, formidoloſi quaſi lepores; undè ad inſtar illorum latebant io ſpeluncis & cavernis terræ. De Eliā verè dicere poſſumus cum Eccleſiā ſeu Eccleſiaſtico cap. 44. verſ. 18. *Non eſt ſimilis illi, qui conſervaret legem excelſi.* (Eccl. 44 verſ. 20.) Nam ut idem cap. 48. verſ. 4. *Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis, & quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi.* (Cap. 48. verſ. 4.) Quàm neceſſarium etiam ſit eum permanere uſque in finem mundi Chriſtus ait Matthæi cap. 24. verſ. 24. *Surgent enim Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) electi.* (Mat. 24. verſ. 24.) Undè ſupra verſ. 12. *Et quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.* Hunc locum ita exponit Dionyſius.

Quis

Quia abundabit perſecutorum, ſeducentium ac ſeductorum iniquitas, refrigeſcet à ſpirituali fervore charitas multorum, abundantia enim peccatorũ mors charitatis, quoniam contrariorum unum deſtruit aliud. Hæc omnia circa finem ſæculi copioſius accident, prout Beatus Petrus habet. Venient inquiens in noviſſimis diebus illuſores juxta proprias cõcupiſcentias ambulantes & dicentes ubi eſt promiſſio & adventus ejus. Toſtatus quæſt. 85. ait Chriſtum hoc dicere ad conſolationem permanentium: nam conſtantes in fide videntes aliquos ab illa cadere, putare poſſent aliquod periculum eſſe doctrinæ Chriſti & Eccleſiæ ejus, & triſtarentur nimis id innuere videtur Chriſtus loco citato verſ. 12 *Ita ut in errorem inducantur, &c.* Nam electi poſſunt interdum titubare, & parùm vacillare, ſed non

D.Greg. poſſunt cadere, ſeu non cadunt. Hujus titubationis meminit D. Gregorius lib. 33. moral. *Electorum cor trepidâ cogitatione concutitur, & tamen eorum conſtantia non movetur.* Chriſtus hoc vaticinio prædicat aliquos titubandos ſed non lapſuros. *Eo quod*

Dionyſ. (inquit Dionyſius) *fieri nequit loquendo de electis formaliter, & de errore finali; poſſibile eſt verò loquendo de eis materialiter, eo quod prædeſtinatio non tollat nec minuat libertatem electorum. Undè hæc enunciatio, electus ſeu prædeſtinatus poteſt damnari, vera eſt in ſenſu diviſo, quia res illa ſecundùm ſe conſiderata, cum ſit libera poteſt amittere gratiam, & peccare atque perire, non autem in ſenſu compoſito, quia res illa ut talis non poteſt perire propter infallibilitatem & immutabilitatem divinæ prædeſtinationis, propter quod ait Ioan. cap. 3. qui natus eſt ex Deo non peccat quoniam ſemen Dei manet in illo.* At Elias & Enoch non erunt de numero

Apoc 11 verſ. 3. eorum, qui vel minimùm titubabunt. D. Joannes Apoc. cap. 11. verſ. 3. *Hi ſunt duæ olivæ & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.* Hugo

Hugo Cardin. Cardinalis explicationibus Viegas & Riberæ tertiam adjicit. *Hi ſunt duo olivæ & duo candelabra: olivæ propter bona opera, quæ in ſe habebunt. Vel propter opera miſericordiæ, quæ exercebunt, diſe conſolando deſolatos Zachariæ cap. 4. Iſti ſunt duo filii olei, ſeu candelabra propter lumen doctrinæ quod exhibebunt aliis, ſcilicet exhortando bonos & arguendo malos in conſpectu Domini terræ id eſt Dei ſtantes: Etſi ſint caſuri corporaliter in conſpectu Antichriſti; ſtantes dicit, quia in nullo ſe inclinabũt Antichriſto, & ſi quis voluerit eis nocere hoc oſtendit fiduciam eorum & conſtantiam, dicens, Et ſi quis ſicut Antichriſtus qui blandimentis & comminationibus conabitur eos attrahere non prævalebit ut à propoſito prædicationis eos cohibeat.*

Expende illa verba *in nullo ſe inclinabunt Antichriſto.* Variè enim vexabuntur ab Antichriſto, ſcilicet ut fidem abjurent, ut à prædicatione verbi divini abſtineant, ut ſacram Euchariſtiam, ſacrum Chriſma & oleum nõ exhibeant, ut ſacra volumina prodant, ſed in nullo inclinabunt ſe Antichriſto, quia Antichriſtus petit in fidei contemptum, ut his doceant non licere Chriſtianis ſacros Codices abſconditos prodere tyranno, etiamſi omnibus tormentorum generibus in caſu repulſę cruciare intendat. D. Auguſtinus de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 7. cap. 2. Arnobius adverſus gentes lib. 4. in fine. Luitprandus eo fragmento 11. ſcribit tyrannicam impietatem maximè in ſacros Codices ſæviiſſe. *Dici non poteſt* (inquit Luitprandus) *quanta dejectio Chriſtianorum animis acceſſerit hac demolitione, & librorum incenſione Toletanos libros tuto loco poſuit ſanctus Vir Melantius, & animabat Chriſtianos ad tolerantiam cruciatuum.* In omnibus Provinciis, Civitatibus & Oppidis adjectis erant Præſides qui extorquebant ſacros libros à Chriſtianis, & nolentes tradere crudeliter torquebantur, qui metu pœnarum tradebant, quos apud ſe habebant, *& traditores* vocabantur. Quantus autem fuerit numerus eorum qui eos tradere noluerunt innuit Romana Eccleſia die 2. Januarii. *Romæ Commemoratio plurimorum ſanctorum Martyrum, qui ſpreto Diocletiani Imperatoris edicto, quo tradi ſacros Codices jubebantur, potius corpora carnificibus, quàm ſancta canibus dare maluerunt.* Eorum coronas fuſius refert Martyrol

III.

Baronius tomo 2. anno 302. §. 22. Addi poteſt Severus lib. 2. cap. 51. & 52. *Hic tempeſtate omnis ferè ſacro Martyrum cruore orbis infectus eſt, quippè certatim glorioſo in certamine ruebatur: multò qui avidius tunc Martyria quærebantur, quàm nunc Epiſcopatus ambitionibus appetantur.* Malebant vitam dare quàm ſacros Codices, quos tyranni appetebant in odium religionis, & contemptum fidei.

IV. Undè D. Auguſtinus tomo 3. in Breviario collationum diei tertii cap. 13. refert Menſarium Carthaginenſem Epiſcopum occultaſſe ſacra volumina, ac reliquiſſe in Baſilicâ ſcripta hæreticorum, quæ cùm perſecutores inveniſſent, nihil deinceps ab eo petierunt quàm induſtriam. Divus Auguſtinus non improbat. Nec tamen cenſendus eſt obtemperans edicto tyranni, ſicque peccaſſe juxta illud epiſt. 31. apud Cyprianum. *Non eſt immunis à ſcelere, qui vult videri propoſitis adverſus Evangelium, vel edicti, vel legibus ſatisfeciſſe, nam hoc ipſo jam paruit, quod videri paruiſſe ſe voluit.* Fingere quidem eſt cùm prophani libri traduntur pro ſacris in contemptum fidei, ſed fingere non eſt, cùm relinquuntur in aliquo loco libri hæretici ſeu prophani, permittendo, ut pro ſuis capiant, nè ſacri amplius & ſtudioſius quærantur, ſic fecit Menſarius, in quo non obtemperavit tyranno. Hic enim præcepit ſibi dari ſacros Codices.

§. 20.

Fuga Miſſionariorum & Juſtorum in perſecutione licita & Eccleſiæ utilis.

I. Dictis ſupra nonnulla hic ſcitu digna adjicienda exiſtimo, Lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 3. Sacer Textus de Eliâ Prophetâ hæc refert, quod auditis Jezabelis impiæ minis. *Timuit & fugiens abiit, &c.* Quaſi diceret cum Ovidio lib. 3. Faſtorum.

Cumq; metu rapitur tunicâ velatâ recinctâ

Currit ut auditis territa dama lupis.

Cornificius Poëta teſte Eraſmo lib. 3. Apop. videns milites in bello (quod inter Auguſtum & Antoninum erat) frequenter fugere appellavit eos lepores. Quid non exiſtimet Eliam eſſe leporem, cùm fugiat non hoſtem, ſed mulierem Jezabelem. Quomodò Elias vir tanti animi lepus nuncupari poteſt. Nam Elias ſecundùm Pagninum ideſt, *Potens eſt Deus ipſe.* Et (inquit Cornelius in cap. 17. lib. 3. Regum) eſt nomen Dei, qui fortis eſt & potens ad omnia debellandum. *Stultus eſt* (inquit Xenophon) *quicumque vitæ cupidus fugæ ſe committit, cùm in victoriâ ſit ſalus, & qui fugam arripiunt magis intereant, quàm qui ſubſiſtunt.* Sic Elias cœleſtis exercitus vexillifer, Currus & Auriga Iſrael ſic fugiens timidus, potiuſque vituperio, quam laude dignus eſt, & eodem modo corripiendus videtur quo Julius Cæſar quendam Aquiliferum increpavit. Refert Eraſmus lib. 4. apoph. in quodam prælio, Martiæ legionis jam ad converſum faucibus apprehenſum in contrariam retraxiſſe partem, dextraque ad hoſtem porrectâ, *Quorſum* (inquit Cæſar) *tu abis? illic ſunt cum quibus dimicamus. At manibus quidem vivum militem correxit, voce autem tam acri legionum trepidationem diſcuſſit, vincique paratus vincere docuit.* Plutarchus in Lacon. narrat, quod *Ageſilaus videns claudum quendam militem quærentem equum, quo veheretur debilis dixiſſe fertur, an non intelligis in bello opus eſſe, non qui fugam adiuvent, ſed qui fortiter pugnantes loco maneant, ſignificare voluit clariſſimus eos demum bello utiles eſſe milites, quibus non decretum eſt ex periculo fugere: ſed aut vincere in prælio, aut oppetere mortem.* Idem ſcribit Cabrontidus, cùm navali pugnâ eſſet conflicturus, atque Herman Nauclerus diceret bonum eſſe ab eo loco ſolvere eo quod Athenienſiũ triremes plures eſſent. *Quid* (inquit) *cum poſtea fugere non tantùm ignominioſum, ſed damnoſum etiam Spartianis eſt, contra fortiter vincere honeſtiſſimum.* Et tu Elia

Xenoph.

Eraſmus

Plutarch

fugam

fugam arripis? fugæ ſaluti tuæ conſulis? qualis deinceps fidelibus? qualis prophetis? qualis diſcipulis tuis zelus ad pugnandum? qualis animus erit ad reſiſtendum? nihil refert, de eo illud Virgilii canendum eſt lib. 8. Æneidos.

Fugit licet ocyus Euro
Virgilius *Speluncamq́, petit pedibus timor addidit alas.*

Iterùm Eliam fugientem ſiſtamus cum Ovidio lib. 3. de Ponto.

Deſine mitem animam vano infamare
Ovidius *timore*
Sæva quid in placidis ſaxa vereris aquis.

Nolite (inquit Iſaias c. 51. v. 7.) *timere* Iſaiæ 51 verſ. 7. *Opprobrium hominum & blaſphemias eorum ne metuatis.* Septuaginta legunt cum Tertulliano lib. 4. contra Marcionem cap. 14. *Ne timueritis ignominiam ab hominibus & annihilatione eorum ne minuamini.* Proſequitur Iſaias verſ. 8. *Sicut enim veſtimentum,* verſ. 8. *ſic comedit eos vermis, & ſicut lanam ſic devorabit eos tinea.* Ideſt tinea & pravæ voluntates iſtorum perſecutorum provocant in ſe iram Dei, ejuſq; flagella, quibus caſtigentur ejus manibus imponunt. Quid ô Elia fugis? nonne ipſe es, qui nuper dicebas lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 1. *Vivit Do-* l. 3. Reg. c. 17. v. 1. *minus in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba.* S. Chryſoſtomus ſermone 1. de Eliâ hæc verba ad Deum dirigit. *Non quando tibi videbitur pœna finem facias. Tibi enim pro clementia tua ſemper videtur miſericorditer agendum, ſed tunc quando pro eis oravero & judicavero quod dignam anima ſua curam gerant, probèq; reſipiſcant.* His verbis (ô Elia) Deo legem imponis, Deum obligas, & in tuam ſententiam inducere vis, nec vis, ut ſupplicia & pœnas famis, populo, Regi Achab, & Reginæ Jezabel impoſitas retractet, niſi ad nutum tuum, & tamen times iſtum populum, times Regem Achab, imò mulierem ſcilicet Jezabel. Quid tu times hominem mortalem, times mulierem?

II. Audi Iſaiam cap. 51. verſ. 9. *Con-* Iſaiæ 51 verſ. 9. *ſurge, conſurge, induere fortitudinem brachium Domini,* Ideſt ne timeas Achab, vel Jezabel, para te ut contra illos dimices. Elias, ideſt, *potens eſt Deus ipſe* Pſalm. 44. verſ. 6. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime.* Dicas cum eodem Vate Regio pſalmo 26. verſ. 5. *Si conſiſtant adver-* Pſal. 26. verſ. 5. *ſum me caſtra non timebit cor meum.* verſ. 6. Verſ. 26. *Si exurgat adverſum me prælium in hoc ego ſperabo.* Titelmannus. Titelm. *Etiamſi contra me congregentur inimici in multitudine maxima caſtra metantes in circuitu meo, & me obſideant validiſsimè ex omni parte, circumcingantq; in modum coronæ, non timebo tamen, neque conturbabitur pro hoc ſpiritus meus, in cœleſti ſperans auxilio, etiamſi adverſus me omnes hi in prælium conſurgant, incipiantque aperta oppugnatione me invadere non conturbabor, non dejiciar animo; ſperans ſemper, nec ſperare deſinens in Deo illuminatore, ſalvatore, & defenſore meo qui ſemper adeſt in opportunitatibus, & propè eſt iis, qui tribulato ſunt corde, invocantes eum in veritate.* Et converſus ad Deum, pſalmo 22. verſ. 4. *Nam etſi ambula-* Pſal. 22. verſ. 4. *vero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Idem Titelmannus. *Etſi contingeret me perve-* Titelm. *nire uſque ad maxima pericula: ita ut quaſi proximus videar morti, jamq́ mors ipſa videatur operuiſſe, & velut obumbraſſe, atque expandiſſe ſe ſupra me, non tamen conturbabor, neque deſperatione aut diffidentiâ dejiciar à timore imminentium aut prementium malorum: quoniam te ſemper habeo adjutorem & defenſorem meum: qui etiam de periculis maximis, imò & de morte potens es (ſi tibi placitum fuerit) liberare qui de me es amplius, quam egomet de me ipſo ſollicitus quique in tribulationibus & periculis maximè & præſentiſsimè adeſſe ſoles.* Nonne me fame & ſiti laborantem toto triennio ſuſtentaſti, modò ad torrentem Carith miniſterio corvorum, modò in Sareptâ Sidoniorum ope pauperculæ viduæ Lib. 3. Regum cap. 17.

Hanc opem ipſemet Deus pollice- III. ri videtur citato cap. Iſaiæ verſ. 12. Iſaiæ 51 verſ. 12. *Ego, ego ipſe conſolabor vos, quis tu, ut timeres ab homine mortali & à filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcit.* Ver- verſ. 13. ſu 13. *Et oblitus es Domini factoris tui,*

qui tetendit cælos, & fundavit terram. Pondera illa verba *Ego ipſe,&c.* Quaſi diceret, etiamſi non debeas confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus, tamen ſi auxilium tibi pollicentur contra alios filios hominum & principes, aliquid ab iis ſperares, licet ſint miſeri, variiſque calamitatibus obnoxii, naturæque quaſi tineæ, & tu times Jezabel? Numquid tu es Elias, qui poſt reprehenſum conſtanter & acriter Regem Achab, poſt congregatum populum Iſrael in monte Carmeli conſtantiâ non humanâ, ſed Angelicâ, poſt emiſſum cœlitus ignem in victimam, ac zelo planè divino, poſt cæſos palam Rege tot pſeudoprophetas, pluviam grandem iteratâ oratione impetraſti? (ut eum Siracide Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 1. & ſeq. loquat.) Numquid induxiſti in populos famem & continuiſti cœlum, ita ut verbum tuum quaſi facula arderet, ſcilicet adurendo, & ſiccando terram, aerem, cœlum, nequid produceretur ad victum hominum & brutorum, &c. Cur nunc impium Regem, & Jezabelem omnium ſcelerum ſentinam times? qui ſunt inſtar fœni reſpectu potentiæ tibi divinitus collatæ. Quid tantâ potentiâ præditus, tantâ tutelâ roboratus times? Times (inquam) habes Deum adjutorem tuum, qui fecit cœlum & terram & digito ſuo appendit, & verbo firmat.

VI. Peccatoris & malè ſibi conſcii eſt fugere, latere, formidare, nè ab aliis prodatur ac interficiatur. Sanctus Ambroſius lib. 2. de Cain cap. 9. *Abſcondit ſe, qui velare vult culpam & tegere peccatum, qui enim malè agit odit lucem & amat tenebras peccatorum ſuorum, & latibula delictorum. Iuſtus autem non abſcenditur à Domino Deo ſuo, ſed ipſe magis ſe offerre conſuevit, dicens Ecce ego ſum, &c.* Juſtus apertâ fronte vultu hilari, ac mente intrepidâ ſemper incedit, ut rectè docet Seneca. lib. 1. epiſt. 43. *Bona conſcientia turbam advocat: mala etiam in ſolitudine anxia atque ſollicita eſt Si honeſta ſunt quæ facis omnes ſciant. Si turpia quid refert neminem ſcire, cùm tu ſcias? O te miſerum ſi contemnis hunc teſtem.* Et epiſt. 97. *Omnes peccant, diſſimulant, & quaſi fœliciter ceſſerint, fructa illorum utantur, ipſa ſubducunt. At verò bona cōſcientia prodire vult & conſpici; ipſa nequitia tenebras timet.* E contra.

S. Ambr.

Seneca

Hic murus aheneus eſto

Nil conſcire ſibi nullâ palleſcere culpâ.

Elegantèr ab Epicuro dictum puto. *Poteſt nocenti contingere ut lateat latendi fides. Ideò peccantibus* (inquit Muretus) *non prodeſt latere, quia latendo etiamſi fœlicitatem habent fiduciam non habent, ita eſt, tuta eſſe ſcelera poſſunt, ſecura non poſſunt.* Paulò poſt. *Prima & maxima peccantium pœna eſt peccaſſe, nec ullum ſcelus licet illud fortuna exornet muneribus ſuis impunitum eſt. Sed nihilominus & hæc illa ſecunda pœna premunt ac ſequuntur timere & expaveſcere, & ſecuritati diffidere* Et infra. *Ideò nunquam fides latendi ſit etiam latentibus, quia coarguit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſtendit Proprium autem nocentium trepidare.* Cur ergò ô Elia times? Cur paves? cùr latibula quæris, cùm conſcientia nullius peccati te accuſet & arguat, cùm timidam non faciat animam niſi vita reprehenſibilis, niſi conſcientia mala. Audi Virgilium lib. 6. Æneidos.

Epicurus

Muretus

Virgilius

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito;

Nunc animis opus eſt Ænea (ſeu Elia) *nunc pectore firmo.*

Et Horatium lib. 2. ode 3.

—— Æquam

Memento rebus in arduis ſervare mentem.

Horatius

Idem.

Vivite fortes, fortiaq; adverſus opponite pectora rebus.

Menander. *Cùm quid ſanctum agis bonam ſpem tibi propone, certus quod conatum juſtum Deus adjuvat.* Sophocles in Euryp. *Virorum fortium pectus non langueſcit.* Idem *Quiſquis audacter per periculum adit, recta quidem & lingua & mens firma certaq;.* Quod ſi auctore Menandro. *Viri eſt accidentia generosè ferre.* O Elia tui eſt ut Prophetarum ſeu Athletarum ducis muliebrem rabiem animo conſtanti tolerare. Quod ſi illius & Achabi regia poteſtas te terret, memineris

Menand.

illud

illud Ovidii lib. 2. de remedio amo-
Ovidius. ris, quod

Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum

A cane non magno ſæpè tenetur aper.

Sic quamvis corpore exiguus & pu-
ſillus ſis: tamen, inquit Vates Regius
Pſ. 26. pſalmo 26. verſ. 21. *Expecta Dominum*
verſ. 4. *viriliter age, & confortetur cor tuum
& ſuſtine Dominum* Jacobus à Valen-
tiâ, *O tu fidelis expecta Dominum Ieſum
Chriſtum, & confide, & pone fiduciam &
ſpem in eo in omnibus tribulationibus,*
Iacobus à Valent. *ſicut ego feci, & age viriliter ſuſtinendo
& defendendo fidem Chriſti & veritatẽ.
Et confortetur cor tuum contrà tyran-
nos & inimicos, & ne deficias. Et ſuſti-
ne Dominum, id eſt pone ſpem in eo, quo-
niam liberabit te, ſicut liberavit me.
Nam licet ad tempus permittat juſtos
affligi, tamen finaliter liberat eos de
manibus inimicorum.*

VII. Deindè formidare & fugam arri-
pere infirmi eſt animi. *Quemadmodum*
(inquit Seneca epiſt. 75.) *aves etiam
inanis fundæ ſonus territat, ita nos non
ad ictum tantùm exagitamur, ſed ad
crepitum. Non poteſt ergò quiſquam
beatus eſſe, qui huic opinioni credidit.*
Seneca. *Non enim beatum eſt niſi intrepidum.
Inter ſuſpecta mala vivitur quiſquis ſe
multùm fortuitis dedit, ingentem ſibi
materiam perturbationis & inexplica-
bilem fecit. Una hæc via eſt ad tuta va-
denti & externa deſpicere, & honeſto
contentum eſſe.* Cur ergò, ô Eliâ, for-
midas cùm rebus fortuitis animum
non applices & paupertatem divitiis,
humilitatem honoribus præferas?
Cur puerilis umbra tibi timorem in-
cutit? *Qui natus eſt* (inquit Ariſtote-
les lib. 7. Ethic. cap. 5.) *ejuſmodi, ut
metuat omnia etiamſi mus ſtrepitum edit*
Ariſtotel. *belluarum ſimili quadam ignaviâ timi-
dus eſt habendus, & qui muſcipulam vi
morbi timeat.* Tu ſi non naturâ ſaltem
gratiâ fortis es, quare (inquit Deus
Iſaiæ cap. 1. verſ. 17.) *Accinge lumbos
tuos & ſurge & loquere ad eos omnia
quæ præcipio tibi, nè formides à facie*
Iſaiæ. 1. *eorum Nec enim timere te faciam vul-*
verſ. 17 *tum eorum.* Verſ. 18. *Ego quippe dedi te
in civitatem munitam, & in columnam
ferream, & in murum æneum ſuper om-
nem terram, regibus Iuda, principibus
ejus, & ſacerdotibus populo terræ.* Vel
(inquit Apoſtolus Epheſ. cap. 6. ver-
ſu 10.) *Confortamini in Domino, & in
potentia virtutis ejus.* Fortitudo virtu-
tem fovet, vitium impedit. *Non me-
diocris* (inquit S. Ambroſius lib. 1.
officiorum.) *animi eſt fortitudo, quæ* S. Ambr.
*ſola defendit ornamenta virtutum om-
nium, ſimulq; & juſtitiam cuſtodit, &
qui inexplicabili prælio adverſus omnia
vitia decertat, invicta ad labores, fortis
ad pericula, & rigidior adverſus volup-
tates, ut avaritiam effugiat, tanquam
labem quandam, quæ virtutem effæmi-
nat.* Quantùm fuga maximè Præſu-
lum aliquando Deo diſpliceat teſtan-
tur Beda lib. 2. Hiſtoriæ Anglorum,
cap. 6. & Baronius ad annum Chriſti
614. Cùm Laurentius Doronenſis
Metropolitanus ex Anglia recedere
deliberaſſet quadam nocte à S. Petro
ob id correptus & acriter flagellatus.
Mane facto regem adiens, remque
etiam narrans, plagas oſtendit, quibus
Rex perterritus confeſtim præter
ſpem omnem abdicatâ idololatriâ, &
connubio illegitimo fidem Chriſtia-
nam pietatemque amplexus eſt, ac
Epiſcopos, qui in Galliam ſeceſſerant
revocavit. Quibus patet virtutem
debere eſſe virilem. Huic opinioni
favent Veteres. Tacitus lib. 12. An-
nalium. *Cuncta* (inquit) *virtute ſunt
inexpugnabilia.* Id eſt non tantùm im-
probi, ſed etiam vitia cedere debent.
Procopius lib. 1. de bello Gothorum.
*Pauci virtute inſtructi maximas queunt
hoſtium copias profligare.* Appianus de
bello Hiſpanico *Nihil eſt tam arduum
quòd animi fortitudine ſuperari non poſ-
ſit.* Quod ſi Jovianus Pont. lib. 1. de
fortitudine bellicâ & heroicâ, de mi-
litiâ benè inſtruendâ cœteris clarius
hoc pronunciat. *Inter virtutes, quæ
fortitudini famulantur eſt tolerantia,
quæ eſt æqua laborum ac moleſtiarum
perpeſſio. Item duritia imbecellitatis,
mollitieiq; expultrix: item patientia
ſtabilis & firma perpeſſio eorum omnium
quæ dura, aſpera, difficilia, gravia, æ-
rumnoſa contingere unquam poſſunt,
firmitas quoque, quæ periculoſis atque
adverſis nullo modo ſuccumbendum eſſe
doceat.* Quantò magis in hac militiâ
ſpirituali non tantùm contra pote-

Vv 3 ſtatem

eſſent documento, ut & illorum fuga, & quærentium per omnia diſcurrens furor acciderunt ex diſpenſatione Dei. Interim & hoc pacto reddebantur & pulcherrimum obtinuerunt ſuæ fortitudinis teſtimonium, &c. Tranſiens ad Eliam de eo hæc effatur, oſtendens præcipuas prærogativas ejus à fugâ proceſſiſſe. *Magnus autem Elias ſecedens in montem Carmeli invocabat Deum, ac Prophetas Baal, cum eſſent quadringenti, aut eo plures ſimul delevit: præterea duos ad ipſum miſſos quinquaginta præfectos viris unà cum centum quibus venerant comitati perdidit, dicendo: Deſcendat ignis de cœlo. Hoc modo & iſtos ultus eſt, & ipſe ſervatus, ſic ut Eliſeū pro ſe ungeret, & exemplum inſtituendæ vitæ fieret prophetarum filiis.*

VI. *Beatus verò Paulus deſcribens cujuſmodi perſecutiones ſuſtinuerit, & ex omnibus, inquit, eripuit me Dominus, & eripiet. Magis autē tum robur colligebat dicens, ſed in his omnibus ſuperamus. Nihil enim ſeparabit à charitate Chriſti, tunc enim & ad tertium uſque cœlum raptus eſt, & in Paradiſum ſubductus, ubi etiam audivit verba non narranda, quæ fas non eſt homo loqui, & impleret Evangelium. Non eſt igitur reprehenſibilis aut otioſa fuga ſanctorum, niſi enim fugiſſent illi perſequentes, quomodo exortus fuiſſet ex ſemine David Dominus, aut qui erant prædicaturi verbum virtutis, ſiquidem perſecutores ob id quærebant ſanctos nè eſſet qui doceret, ſicut Iudæi denunciaverunt Apoſtolis, verum ob hoc omnia perferebant, ut Evangelium prædicaretur. Ecce igitur cùm ad eum modum periclitarentur non habebant fugæ tempus otioſum, ac ne perſecutionis quidem tempore alienæ utilitatis obliviſcebantur: ſed cum eſſent miniſtri verbi non invidebant quominus & hanc impartirent omnibus, cùm & fugientes Evangelium prædicabant, ac prædicabant inſidiantium malitiam, fideles autem exhortationibus confirmabant.*

VII. Denique ſic concludit. *Itaque fuga ſanctorum non infrugifera populo, ſed utilis eſſe demonſtratur, etiamſi ſecus videatur Arrianis. Sic igitur quemadmodum dictum eſt fugientes ex ſuperſtite per diſpenſationem ſervabantur, ſicut ſervantur Medici eorum gratiâ, qui his opus habent. Nobis autem omnibus in univerſum hominibus hæc lex eſt ut fugiamus perſequentes, & latitando fallamus quærentes nec præcipites ſimus tentando Deum: ſed (ut ante dixi) ſuſtineamus eos donec præfinitum mortis tempus advenerit, aut donec judex aliquid de illis ſtatuerit, quidquid ipſi fuerit bonum: tamen ut his parati ſimus, ut ſimul atque venerit tempus, etiam compreſſi pro veritate certent uſque ad mortem. Hæc & Beati Martyres perſecutionum tempore ſervarunt. Fugiebant quidem inſtante perſecutione, ac latentes perdurabant, cæterum reperti teſtimonium perhibebant.* Unde quidam Epiſcopus apud S. Auguſtinum epiſt. 180. dixiſſe fertur. *Si Deus imperavit fugam in eis perſecutionibus, ubi poteſt eſſe fructus Martyrii, quantò magis fugere debemus ſteriles paſſiones, quando eſt barbaricus & hoſtilis incurſus.* S. Auguſt S. Petrus Chryſologus ſermone 150. paucis verbis ac familiari exemplo exponit fructum fugæ Apoſtolicæ. *Bellicoſus miles, quod in bello fugit artis eſt non timoris. Deus quando fugit hominem ſacramenti eſt non pavoris.* Sic Antigonus Rex ab hoſtilibus turmis parum deflectens. *Non fugio* (inquit) *hoſtem, ſed bellandi utilitatem à tergo ſequor & glorioſiorem reportem victoriam* Undè meritò Baronius ad annum Chriſti 204. num. 6. notat Tertullianum Acatholicum fuiſſe dum fugam in perſecutione diſſuadebat, ac reprobabat, dicens ſanctiſſimis Pontificibus. *Novi Paſtores eorum in pace leones in prælio cervos, loquitur de Victore Papa qui dum ſederet tempore pacis Eccleſiæ ſacerdotali vigore in ſolio judicii de Montani judiciis judicaſſet eaſq; damnaſſet, Theodorumq; recens emergentem Hæreſiarcham pariter condemnaſſet, ac inſuper quod videbatur eſſe majoris ponderis Aſianos omnes Epiſcopos Paſcha, quod ad tempus pertinet indebitè celebrantes excommunicationis ſententiâ percuſſiſſet. Hæc igitur & alia cum Victor Apoſtolicâ auctoritate feciſſet ſicut & ejus prædeceſſores facere conſueverant, hoc illud ipſe, Novi Paſtores eorum in pace leones, quod rurſum idem adverſus eidem Montani dogma fugam in perſecutione negantes ex*

S Petrus Chryſol.

Baronius

divina

divina Scripturæ præſcripto & Apoſtolorum exemplo ſtatuerat licitas perſecutionis tempore latebras atque fugam, hinc illud addidit & inpræſio cervos.

§. 21.

An & quando fuga obligat, ſeu cadit ſub præcepto.

I. RESpondeo obligare, cùm perſona eſt publica, & ejus vita plurimũ prodeſt utilitati Eccleſiæ, ac bono communi fidelium, ita S. Auguſtinus epiſt. 180. ad Honoratum. Vel cum timetur nè ſe exponat periculo negandi fidem, ut colligitur ex cap. *Sciſcitetur*, 7. quæſt. 1. & docet S. Gregorius lib. 18. moral. cap. 5. Et S. Petrus Chryſol. S. Petrus ſermon. 50 his verbis. *In perſecutione melius eſt fugere quam negare. Petrus, qui fugere noluit, abnegavit: Ioannes ne abnegaret aufugit.* Permiſſa etiam eſt fuga quando Sacerdos particulariter quæritur, & ſunt alii, ejus officia poſſunt obire, ut docet S. Auguſtinus ſupra, & D. Thomas 2. 2. quæſt. 185. art. 5. Quod ſi ejus præſentia ſit neceſſaria ſaluti ſpirituali aliorum, tunc Prælatus ex juſtitiâ, & ut particularis perſona tenetur ex charitate aſſiſtere & nõ deſerere alios in tanto periculo, alioqui non foret paſtor, ſed mercenarius qui videns lupum venientem dimittit ovem & Dionyſ. fugit, Joannis cap. 10. verſ. 11. & 12. *Quando* (inquit Dionyſius) *ex fugâ alicujus alii graviter ſcandaliſarentur, fides irrideretur, juſtitia opprimeretur, ſubditi periclitarentur, nequaquam eſt fugiendum, præſertim Prælato ſuperiori vel Doctori, niſi omnes fugere poſsint. Porrò cùm ex fugâ alicujus non immineat tale periculum, ſed potiùs aliquod commodum, ſcilicet quia non expediret Eccleſiæ tali Paſtore ſeu membro privari propter futurum progreſſum. Et quia fugit poteſt alibi fructiferare, & in loco ſuo relinquere alium, tunc fugere licet.* Pondera maximè hæc verba. *Fides irrideretur, juſtitia opprimeretur, ſubditi periclitarentur.* Quaſi diceret, ille Chriſtianus, ille Paſtor non eſt cenſendus puſillanimis, ſed fortiſſimus qui fugæ conſulit, ſuâque fugâ prævidet fidei augmentum potius quàm diſpendium, prævidet potius juſtitiæ adminiſtrationem quàm oppreſſionem, potius ſubditorum ſalutem quàm ruinam.

Id firmavit Chriſtus fugiens primò in Ægyptum Matthæi cap. 2. II. verſ. 14. Secundò cùm Nazareni eum præcipitare voluerunt Lucæ cap. 4. verſ. 30. Rectè S. Petrus Chryſologus ſermone 151. S Petrus Chryſol. *Fratres quod fugit Chriſtus fuit liberatio non periculum creatoris, divinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanæ, non fugit propter auctoris mortem, ſed propter ſæculi vitã.* Quaſi diceret, Chriſtus non cenſetur fragilis, puſillanimis, ſed fortis, ſed prudens, ſed cæleſti præditus fortitudine, qui fugit propter aliorum ſalutem; ſeu ut aliorum ſaluti poſtea magis conſulat. Non etiam vituperandus Matathias, qui dum videret lib. 1. Machab. cap. 2. verſ. 27. Judæos ab Antiocho tyrannicè vexari, ſibique humanam opem deeſſe; ait: l. 1. Mac. 2. v. 27. *Omnis qui Zelum habet legis ſtatuens teſtamentum exeat poſt me.* Quaſi diceret, Nolo vos deſerere, ſed ſi zelum religionis habeatis ſequimini me donec dies illuceſcat & auxilium nobis veniat, quo noſtræ religionis hoſtes profligentur. Horum & aliorum meminiſſe videtur Apoſtolus Hebr. cap. 11. verſ. 33. Heb. 11. verſ. 33. *Per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignes, effugerunt aciem gladii.* S. Anſelmus hæc ultima verba *effugerunt aciem gladii*, ita elucidat. *Sicut David, qui dum manu ſua pſalleret coram Saul, tenebat Saul lanceam & miſit eam putans, quod configere eum poſſet cum pariete. Declinavit autem David à facie ejus, hac & aliâ vice ſimiliter factum de evaſione ictus lanceæ.* Similem fugam quaſi alter Matathias arripuit quidam Superior mihi notiſſimus cum ſuis Religioſis. Quod ſi in ejuſmodi fugâ illi intereant non inter ſegnes & timoratos milites, ſed inter fortiſſimos & generoſiſſimos Athletas annumerandi ſunt. *Qui enim* (inquit ſanctus Athanaſius Apolog. de ſuâ fugâ) *moritur*

moritur, quieſcit à miſeriis: qui autem in fugam ſe dat, cùm in horas inimicorum adortus expectet, mortem longè leniorem quàm fugam exiſtimat, quapropter qui in fuga moritur, non ſinglorius moritur, nam & hic quoque adoream Martyrii conſequitur.

III. Quæres an Matthæi cap. 10. verſ. 33. Chriſtus præceperit fugam in perſecutione? S. Athanaſius citatus, S. Gregorius Nazianzenus oration. 1. contra Julianum reſpondent affirmativè. Maldonatus ait eos loqui de præcepto ſecundùm communem loquendi modum. Illis ſubſcribunt Hugo Cardinalis, Cornelius & alii. E contra Suarez tomo de fide tract. 1. diſp. 14. ſect. 3. num 11. Salmeron tomo 4. in Evangelia patt. 2. tractat. 14. noſter Sylveira tomo 3. in Evangelia lib. 5. cap. 9. quæſt. 2. num. 11. contendunt non eſſe præceptum, ſed quandam declarationem quod fuga ſit licita, quando expedit. Probaturque primò ex ſancto Auguſtino epiſt. 180. ad Honoratum. Undè Cajetanus explicans textum Chriſti. *Fugite in aliam civitatem licentia eſt, non præceptum, appoſuit hoc ne illicitū exiſtimaretur fugā.* Ratio prima eſt, nam fugere non eſt per ſe malum, & poteſt habere honeſtam cauſam, verbi cauſa gloriam Dei, & proximorum exemplum. Deindè perſecutione exortâ in unâ civitate, ſtatim eſſet fugiendum ab eâ, quod non ita factum fuiſſe teſtantur Hiſtoriæ Sanctorum.

Cajetan.

IV. Porrò fugam illam à fortitudine imperari docet S. Athanaſius Apol. de fugâ. Nam differens de fugâ Jacob à fratre ſuo Eſau, & videns Deum innixum ſcalæ Geneſ. cap. 28. v. 12. & de fugâ Moyſis à Pharaone & Deū alloquentis Exodi cap. 3. verſ. 4. ſubdit. *Eorum fuga cum divinâ diſpoſitioni compararet ex eâ re chari Deo ſunt redditi & pulcherrimum fortitudinis teſtimonium obtinuerunt.* Ratio ejus eſt, nam qui ſe morti tradit à multis miſeriis ſe ſubſtrahit, quibus mortem fugiens ſe exponit, imò & majoribus, ut patet in Eliâ & Apoſtolis qui ſe majoribus ærumnis & laboribus expoſuerunt. Alii aſſerunt fugam

S. Athan.

eſſe actum prudentiæ. Nam (inquit Euſebius Gallicanus) Homilia in Nativitate Innocentium,) *Nec ſemper eſt fugiendum, nec ſemper eſt reſiſtendum: ſed pro temporis & negotii qualitate hoc & illud fieri oportet. Nam ſancti aliquando fugiebant, aliquando hoſtibus ſpontè occurrebant.* Ut patet in Eliâ. At perpendens circumſtantias, fuga eſt actus prudentiæ, igitur laudabilis fuga imperatur à prudentiâ. Id confirmat Chriſtus Matthæi cap. 10. verſu 16. ubi præcipit Apoſtolis. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* S. Chryſoſtomus homil. 34. in Matthæum. *Efficiamini ergò prudentes ut ſerpentes.* S. Athanaſius. *Sitis igitur prudentes ut ſerpentes.* Poſtea eorum labores ac ærumnas deſcribit. Verſ. 17 *Cavete autem ab hominibus, tradent enim vos in Conciliis & Synagogis ſuis flagellabunt vos.* Vatablus. *Tradent enim vos in Concilia & in Conciliabula ſuis flagris cædent vos.* Verſ. 18. *Et ad Reges & Præſides ducemini propter me.* Syriacus, *Et coram Præſidibus ac Regibus ſiſtent vos propter me.* Tertullianus adverſus Gnoſticos. *Ad Reges perducemini meâ cauſâ.* Arias. *Ad Præſides & reges agemini.* Quibus ſubdit. *Cùm perſequentur vos, &c.* Inſinuans fugam eſſe actum prudentiæ, quæ per ſerpentem figuratur, cujus aſtutiam prius commendaverat. Sic S. Hieronymus in cap. 26. verſ. 21. Jeremiæ, ſcribit Uriam Prophetam fugientem à Rege Joachim fuiſſe prudentem. *Quod fugit non infidelitatis, ſed prudentia indicium eſt, nè fruſtra nos offeramus periculo.* Sic Rebecca Geneſis cap. 27. verſ. 43. perſuadens filio ſuo Jacob fugam. *Conſurgens fuge ad Labam fratrem meum in Haram.* At Iſaac Pater Geneſis cap. 28. verſ. 2. eandem fugam mandās non Laban, ſed Bathuel nuncupat. *Vade ad domum Bathuel.* Cur non Laban ſed Bathuel appellat, *Bathuel* idem eſt quod *ſapientia.* Quaſi diceret vade ad domum ſapientiæ, inſinuans illam fugam eſſe imperatam à virtute ſapientiæ. Undè concludit S. Ambroſius lib. de fugâ cap. 4. *Non erubeſcamus igitur fugere.*

Euſebius Gallic.

Mat. 10 verſ. 16.

verſ. 17.

S. Hierō.

Gen. 27. verſ. 43.

Cap. 28 verſ. 2.

S. Ambr.

Fuga etiam charitati & religioni attribui poteſt. Non dicit Chriſtus, V.

Cùm perſequentur vos in civitate iſtâ fugite timidi *in aliam.* Imò ſubdit. *Nolite timere eos qui occidunt corpus:* Sed hoc præſtate propter charitatem & zelum religionis ob utilitatem ſpiritualem fidelium, & bonum Eccleſiæ, maximè ſi fides ſit adhuc tenera, & non perfectè propagata. Ita S. Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Julianum. S. Athanaſius in Apol. de ſuâ fugâ. S. Gregorius lib. 31. moralium cap. 23. & cap. 24. & lib. 2. dialog. cap. 3. S. Auguſtinus tract. 26. in Joannem, & epiſt. 180. ad Honoratum.
Sic Matathias videns templum prophanatum, Dei legem proculcatam, publicèque contemptam, ritus verò Gentilium in Jeruſalem tranſlatos compellentibus miniſtris Regis Antiochi, Judæum verò quendam publicè idolis ſacrificantem, zelo legis incenſus illum interemit, lib. 1. Machab. cap. 2. verſ. 27. *Exclamavit voce magnâ in civitate dicens, omnis qui*
l. 1. Mac. *zelum habet legis ſtatuens teſtamentum*
2. v. 27 *exeat poſt me, & fugit ipſe & filii ejus in montes.* Matathias ſe animoſum oſtendit dum contemnens regis edictum pro lege clamat, & occidit Judæum: & tamen fugit, non ob timorem quaſi imbecillitatis indicem: in eo enim generoſitas apparuit, quod omnia bona ſua temporalia cõtempſerit Malens (inquit Lyranus) in deſerto veſci herbis, ex quo patet ejus charitas & zelus, dum Hebræos è civitate eduxit, ac diſperſos in montibus ſuo exemplo animavit, exhortationibus adjuvit ac confortavit, nè quiſpiam ab obſequio divino deficeret, ſed conſtantes eſſent. Undè ſubditur. *Tunc deſcenderunt multi quærentes judicium.* Hugo Cardinalis. *Fugit ipſe in montes, ibiq; orabat, docebat turbas, paſcebat, ut ad altiora & perfectiora provocaret.* Sic S. Propheta Elias lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 4. *Petivit animæ ſuæ ut moreretur, & ait:*
l. 3. Reg. *Sufficit mihi Domine, tolle animam*
19 v. 4. *meam, &c.* Et tamen verſ. 3. *Timuit & ſurgens abiit quocumque eum ferebat voluntas.* Sic Apoſtolus ad Philippenſes cap. 1. verſ. 33. ſcribit *Deſiderium habens diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Et tamen cum eſſet in civitate, nec pateret egreſſus, ſed Præpoſitus ubique excubias poſuiſſet, *ut me comprehenderet per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus ejus.* Actor. cap. 9. verſ. 24. 2. Corinth. cap. 11. verſ. 33. Si mori optabant quomodò oblatâ occaſione mortem fugiunt, & clam ſe ſubducunt? Quamvis ambo mortem optarent, tamen quia eorum vitâ Eccleſiæ bonum, & fidelium ſalus indigebat horum utilitatem propriæ voluntati & inclinationi prætulit, ut ingenioſè animadvertit de Paulo Hincmarus Epiſc. Rhemenſis epiſt. 5. ſeu potius S. Auguſtinus ad Honoratum. *Effugit Paulus manus ejus, deſerta eſt quæ ibi*
erat Eccleſia neceſſario miniſterio, & Hincmar
non ab aliis fratribus ibidem conſtitutis, quod oportebat impletum eſt. Eis quippè volentibus hoc Apoſtolus fecerat, ut ſe ipſum ſervaret Eccleſiæ, quem propriè perſecutor ille quærebat.

§. 22.

Ejuſdem Argumenti Proſecutio: Specialiter explicatur quomodò fuga in perſecutione ab aliquâ virtute imperatur.

DIvus Auguſtinus epiſt. 180. II.
ad Honoratum differens de fugâ oſtendit unam eſſe naturalem, alteram verò glorioſam, unam laude, alteram vituperio dignã. Poſtquam S. Propheta audivit impiiſſimam Jezabelem juraſſe lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 2. *Hæc mihi faciant*
Dii, & hæc addant, niſi hâc horâ cras l. 3. Reg.
poſuero animam tuam, ſicut animam u- c. 12. v. 2
nius ex illis. Dionyſius. *Niſi te ipſum* Dionyſ.
tractavero, vitam tuam extinxero, & animam tuam à corpore ſeparavero, violentam mortem tibi inferendo, ſicut tu poſuiſti animam cujuſq; ex Prophetis Baal. Lyranus addit. *Credebat enim iſta Mulier quod propter iſtud verbum non fugeret eo quod conſtanter ſe oſtenderat Achab quærenti ipſum ad mortem.*
Sacer Textus addit verſ. 3. *Timuit* verſ. 3.
ergò

Digitized by Google

ergo Elias, & ſurgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. Ideſt quando hoc juramentum fuit ei annunciatum. Eucher. Eucherius. *Audivit Elias & fugit viâ dierum quadraginta, & mox audito mulieris verbo, fugit Elias, & fugit non unâ, non duabus, non tribus diebus.*

II. Dubitant Lyranus & Dionyſius an ejuſmodi fuga ſit laude vel vituperio digna. Ille reſpondet. *Deus eum permiſit timere ex humanâ fragilitate, nè nimis elevaretur ex cõſtantiâ precedenti.* Dionyſius illi ſubſcribens. *Hoc fuit* (inquit) *humanæ fragilitatis, & quamvis naturale ſit mortem timere, tamen ex timore ſic fugere, ſicut de Eliâ ſubjungitur imperfectionis eſſe convincitur.* Subjungit aliam rationem quæ probabilior eſt. *Niſi forſan ex divino inſtinctu ſic egerit.* Probatque exemplo Chriſti. *Nam & Chriſtus ad tempus receſſit ex oculis Iudæorum, qui in ejus mortem conſpiraverant, juxta illud Ioannis cap. 11. verſ. 14. Ieſus autem jam non in palam ambulabat apud Iudæos, ſed abiit in regionem juxta deſertum in civitatẽ, quæ dicitur Ephrem.* Pagninus. *Iam non liberè ambulabat.* Cyrillus Alexandrinus, Origenes, S. Auguſtinus, Theophilactus, Rupertus, S. Bonaventura dicunt Chriſtum ſeceſſiſſe; ut nobis daret exemplum declinandi pericula vitæ per fugam. Adrichomius & noſter Sylveira exiſtimant Ephrem diſtare quinto milliari à Jeruſalem juxta deſertum Hai non longè à torrente Carith, in quẽ locum S. Parens Elias fugiens Jezabel ſeceſſit, ibique à corvis paſtus eſt lib. 3. Regum cap. 17. In eâ civitate voluit Chriſtus latere, in quâ olim ſuus Propheta fuerat abſconditus. Sic Paulus Actor. cap. 19. receſſit à Damaſco. Dionyſius paulò poſt vi- Dionyſ. detur Eliam vituperare. *In iſtâ fugâ* (inquit) *magis videbatur ſequi voluntatem quàm rationem.* Videtur Toſtatus quæſt. 3. in cap. 19. lib. 3. Regum Toſtatus fugam Eliæ attribuere divinæ inſpirationi, quærens cur minas Jezabelis & Achab fugiat. *Quod autem Elias timebat, qui non timuerat coram facie Regis Achab non proveniebat ex magnitudine vel puſillanimitate cordis ejus.* Ex quo ergò? Reſpondet. *Ex motu Dei, quia quando Deus movebat ipſum confidebat, pluſquam homo confidere poſſet. Cùm autem Deus non movebat eum ad confidendum, timebat ſicut quilibet alius homo timeret, & cadebat omnis timor qui caderet in conſtantem virum. Cùm enim ſtetit Elias coram Achab, Deus dixit ei quod appareret coram ipſo, & revelavit ei cuncta quæ facturus erat, ut patet ex cap. 18. Cùm dixit Elias quod omnia fecerat de mandato Dei, & tunc ſciebat certiſſimè Elias quod non occidendus eſſet ab Achab, ideò confidenter loquebatur, & illa confidentia erat major quam hominis, quia nullus homo privatus ſicut Elias auſus fuiſſet vocare Regem turbatorem populi ſicut vocavit Elias, ſed non timuit quia ſciebat quod non occidendus erat, nec malum ſibi inferendum erat. Nunc autem Deus non movit Eliam ad confidendum, quia non dixit ei quod ageret aliquid contra Iezabel, vel quod non occideretur ab ipsa, ſed reliquit eum in conſilio ſuo, & tunc Elias humane agens timuit, & cavit ſibi fugiens à conſpectu Iezabel.* Id confirmat exemplo Moyſis & aliorum. Expende illa verba. *Deus non movit Eliam.* Quæ verba innuere videntur quod Elias non ſtudioſam ſed virtuoſam fugam arripuit, ut etiam ex verbis ſequentibus colligitur: *Reliquit eum in conſilio ſuo.* Item ex his. *Et tunc Elias humanè agens timuit.* Idem ſentire videtur Eucherius ad lib. 4. Reg. ubi hanc diffi- Eucher. cultatem eleganter agitat & ſolvit. *O violentiam verbi! ò fortitudinis eminentiam! audito mulieris verbo fugit Elias, &c. Ingreſſus in eo ſermo mulieris, & quid ageret neſciebat, tanti itineris ſpatio metu exagitante jactatus, velut cum ſecundo flatibus curſu impulſa navis arborem violentus ex adverſo turbo corripuit, impetumq; reflexit, ita Prophetæ animum virtutum velis navigantem mulieris perculit ſermo, totamq; ejus navem per omnes formidinum fluctus turbato rectore jactavit.* Deindè converſus ad Eliam. *Quid ergò tu Elia? tu enim es qui verbo clauſeras cœlum, & fraudaveras imbres, qui mandaveras aeri, & divinos ignes eduxeras, qui falſos ſalubriter interfici Sacerdotes, qui conſtanter in faciem exprobáveras*

Regi, quod ipſe & domus ſua populum everteret Iſrael: qui dixerat, Vivit Dominus, ſi erit pluvia, aut ros niſi in verbo oris mei: qui domum viduæ ſpicarũ aream & tortular feceris olei; qui omnibus imperaveras elementis, ſermonem nunc audiens meretricis expaviſti, & una muliercula profugum fecit timoriſq; captum. Iterùm illum Eliæ & Petri timorem miratus exclamat. *O ſtupendam rem! Vide viros iſtos, Petrum & Eliam, magnificos viros & cæteris clariores velut duas civitatum arces in ſublime porrectas à mulieribus fatigari. Petrus timet puellam, Iezabel deterret Eliam: & quia ejuſdem culpa vitio uterque ſubjacet amborum naturalis infirmitas unum ſortita eſt proditorem. Fugit ergò Elias viam quadraginta dierum, ubi eſt Zeli tui ardor incontinens? ubi conſtantiæ flamma? ubi cum regem cominùs arguebas, & cùm ultrices flammas cælitus deponebas, talia tantaq; mirabilia faciens unum adulteræ non tuliſti ſermonem.* Tandem ſolvit hoc dubium, quod ſcilicet homini, quamdiu gratia Domini cooperatur, omnia ſecunda ſunt, omnia elementa ſerviunt, & Principes proſternuntur, Reges adorant, populi venerantur. Si verò ſe ſemel perfectionis vel correptionis causâ ſupernum ab homine ſuſpendat auxilium, confeſtim fragilitas naturæ monſtratur, mox inſurgunt quæ videntur eſſe ſubjecta, quæ prius ut dominum metuebant, incipiunt eſſe terrori. Expende illa verba. *Ejuſdem culpa vitio uterque ſubjacet*. Quæ verba formidinem & fugam Eliæ non eſſe laudabilem denotant. Et confirmatur ex verbis ſequentibus quibus Deus interrogat

Eucher. Eliam. *Quid agis Elia? Velut notans* (inquit Eucherius) *eum timoris & fugæ. Quid tu (inquit) Elia? putaſnè fugiſti, & furor te unius mulieris profugum fecit? ubi eſt illa conſtantia? ubi libertas? Diſce de cætero non tibi ipſi confidere, nec propria dum res ſecundo curſu feruntur imputare virtuti.* Hac correptione videtur parum ejus fugam & timorem approbare. *Verumtamen Elias reſpondet, & dicit aliud quidem mente retinens, aliud ore depromens? Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua deſtruxerunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam. Hoc eſt, hæc cogitatio quæ tantum Prophetam de ipſo deterret faſtigio meritorum communem hominem demonſtrant.* Sicut nec fugam, ita nec reſponſionem ſeu excuſationem Eliæ admittit, ut patet ex ſequentibus. *Denique mox eum corripit ſermo divinus. Non ita (inquit) eſt Elia, falleris & humana cogitationis laqueis irretiris. Non idcircò fugiſti, nec te ideò quod ſolus eſſes regina perterruit, nec enim tu es tantummodò, qui non adoraveris Baal, ſunt mihi fideles famuli, ſunt multi amici, & ſeptem millium virorum electiſſima virtus, quàm nec error humanus inclinare, nec inanis gloriæ cogitatio potuit elevare. Hi omnes non curvaverunt genua ante Baal, ſed inſtabilis populi admiſtar cælitus exercitus me ſemper adorant. Fugiſti ergo non quod in te ſolo furor adulteræ deſæviret, ſed quod tibi hanc elationem genuerit magnitudo virtutum, ut tam arrogantem ferres de genere humano ſententiam eraſq; pauliſper mea gratia deſerendus, & niſi tantæ elationis fræna laxaſſem lapſum incurreres graviorem, & diſcere bona facta non tuæ virtuti aſcribere ſed divinæ. Non igitur alia ex cauſa fugiſti, niſi quod ſecedente meâ gratiâ mulier te minaci ſermone deterruit.* Quibus verbis videtur Eliæ fugam improbare, ejuſque reſponſionem quaſi plenam elatione damnare. Sed obſtat tantæ cenſuræ Textus Sacer ejuſdem capitis. Si enim aliquam cenſuram vel vituperium ejuſmodi fuga mereretur, cur primo vel ſecundo die poſt arreptam ejuſmodi fugam, cùm ſederet ſubter unam juniperum, & ſub illius umbra obdormiret, excitavit eum Angelus dicens *Ecce*, quod eſt vocabulum alicujus rei repentinæ, & inſperatæ demonſtrativum. *Angelus non malus, ſed Domini*, id eſt ſpecialiter à Deo miſſus, *tetigit eum*. Toſtatus quæſt. 4. *Ad excitandum eum à ſomno quia gravi ſopore tenebatur*, ita ut non excitaretur. Textus ſubdit. *Et dixit illi*, non tantùm tetigit ipſum, ſed etiam magnam vocem emiſit, *Surge comede*. Nam ſecundùm Toſtatum quæſt. 4. *Angelus Domini venit ad providendum ei, eo quod Elias erat jam*

in

in extremâ anguſtiâ: nam ambulaverat unâ die per deſertum introeundo ad interiora ejus, & non erat ibi cibus nec potus, nam etiam aquam non habebat ibi & oportuit quod Angelus portaret ei vas aquæ, ſicut portavit panem. Quid Elias ſic expergefactus? *Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ.* Varablus. *Placenta ſupra prunas cocta, & vas aquæ.* Septuaginta. *Et ecce ad caput ſubcinericius panis & lecythus aquæ.* Paraphraſis Chaldaica. *Et ecce ad cervical ejus placenta perforata prunis cocta, & lecythus aquæ.* D. Auguſtinus ibi lib. de mirabilibus ſacræ Scripturæ ait iſtum panem fuiſſe factum mirabiliter manibus ſanctorum Angelorum. Undè una refectio eius ſaturavit Eliam, ita ùt quadraginta diebus ambularet in fortitudine cibi illius, & non corrumperetur calor naturalis, nec minueretur humidum radicale. Toſtatus quæſt. 5. illum panem vocat cæleſtem quia ſolius Dei operâ factus eſt, qui eſt cæleſtis, ùt ſi Deus creet aliquem panem, vel ſi de præjacenti materia, quæ non eſt frumentum, nec aliqua ſeges panem efficiat, quia fit operâ Angelorum ex aliqua materiâ aerea, vel alia apud homines non uſitata.

III. Cur ſecundò cùm Elias rurſum obdormiſſet magno tædio affectus poſtquam parum comedit. *l. 3. Reg. c. 19. v. 7* *Reverſus eſt Angelus ſecundò & tetigit, dixitq; illi, ſurge & comede?* Quaſi diceret, non ſperes quod de eodem pane ſæpè comedes & vaſe bibes; ideòque totum quod tibi allatum eſt comede & bibe. Angelus huic invitationi ſubjungit, verſ. 8. *Grandis enim tibi reſtat via.* *verſ. 8.* Vatablus in Schol. *Multum itineris tibi reliquum eſt.* Hebraiſmus apud eundem; *Majus eſt iter, ideſt, majus eſt quam pro viribus tuis: ſive quam ut illud à te tuis viribus conficere poſſis* Septuaginta. *Quia multa à te via.* Paraphraſis Chaldaica. *Longior à te via.* Toſtatus quæſt. 7. ait juſſum eſſe Eliæ ut comederet & biberet quo facto ſic ambularet per magnam viam & veniret ad montem Oreb. *Quod* (inquit) Toſtatus *Elias fugiebat à facie Iezabel timens nè occideretur, ſicut alii Prophetæ Domini, & quia erat in principio deſerti cum ſolus ambulaſſet unâ die introeundo in deſertum fortè Iezabel ambiens inquiri eum diligenter poſſet invenire ibi & occideret, ideò expediebat quod longè recederet, & Deus juſſit quod recederet, venitq; ad montem Oreb, qui erat in interioribus deſerti, & tunc non poterat ſcire ubi eſſet Elias, eo quod per deſertum nullus ipſum videret.* Expende illa verba *Deus juſſit.* Ex quibus & præcedentibus patet Eliam non fugiſſe irrationabiliter, nec peccaſſe fugiendò à facie Jezabelis, alioqui Deus præciperet approbaretque peccatum, & ſubminiſtraret media ad perſeverandum in eo, quod abſurdum eſt, & contra fidem. Undè Vates Regius pſalm. 5. verſ. 4. canit. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.*

§. 23.

Primum Motivum fugæ Elianæ.

Dico primò igitur hanc Eliæ fugam & ſimilium eſſe ſtudioſam & laudabilem, quia per illam libidinis incentiva declinat. I.
D. Ambroſius libr. de fuga ſœculi cap. 6. S. Ambr. *Fugit Elias mulierem Iezabel id-eſt effuſionem vanitatis, & fugit ad montem Oreb, quod ſignificat exſiccationem, ut exſiccaretur in eo carnalis profluvium vanitatis, & cognoſceret plenius Deum.* Paulò poſt. *Vtique non mulierem fugiebat tantus Vir, ſed ſæculum, nec mortem timebat qui ſe obtulerat quærenti, & qui dicebat ad Dominum. Recipe animam meam, tædium vitæ iſtius ſuſtinens non cupiditatem: ſed fugiebat ſæcularem illecebram, & converſationis maculoſæ contagionem, & impiæ ac prævaricatricis nationis ſacrilegia.* Quod autem ſic fugiendo actum virtutis exercuerit audi eundem paulò ſupra. *Gratia Dei fuga eſt bona, in qua eſt aſſumptio fugientis, pœnitentia fuga eſt bona, deſertum fuga eſt bona, ad quod fugit Elias.* Vocat non tantùm deſertū ad quod fugit Elias bonum, ſed etiam

ipſammet fugam bonam. Undè præcipuum encomium quo Textus Sacer Patriarcham Joſephum celebrat, non eſt ſingularis amor quo eum Jacob Pater ejus proſequebatur, non donum prophetiæ, non explicatio ſomniorum, non ad primum totius Ægypti officium promotio, ſed fuga libidinis, ut paſſim notant Patres. D. Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum cap. 4. explicans illa verba 1. Corinth. cap. 7. *Bonum eſt homini mulierem non tangere. Non dixit bonum eſt uxorem non habere, ſed bonum eſt mulierem non tangere, quaſi & in tactu periculum ſit, quaſi qui illam tetigerit non evadat, quæ virorum pretioſas animas rapit, quæ facit adoleſcentium evolare corda, alligabit in ſinu ignem, & non comburetur, aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit ſtatim aduritur, ita viri tactus & fœmina ſentit naturam ſuam, & diverſitatem ſexus intelligit. Narrant & Gentilium fabulæ Mithram & Ericthonium vel in lapide vel in terra de ſolo æſtu libidinis eſſe generatos. Undè & noſter Ioſeph, quia tangere volebat eum Ægyptia, fugit ex manibus ejus, & quaſi ad morſum rabidiſſimi canis, ne paulatim vires ſerperet pallium quod tetigerat abjecit.* Laudat eum, quia fugit mulierem Ægyptiam, eamque rabidiſſimo cani comparat. Eidem arridens D. Ambroſius lib. de Joſepho Patriarcha cap. 5. varia in Joſeph libidinis vibrata ſpicula recenſet, quæ omnia tandem fugâ glorioſâ ſtudioſè deflectit ſubdens. *Excuſatur quod ingreſſus, prædicatur quod elapſus eſt.* Expende hæc verba, *prædicatur, &c.* Quaſi diceret prædicatur ejus fuga quaſi ſtudioſa ac heroica actio. Undè proſequitur. *Nec pluris fecit veſtimenta corporis, quàm animi caſtimoniam: reliquit tamen non ſua, quæ adulta ſuis manibus detinebat, & aliena judicavit, quæ tactu impudica potuerant comprehendi. Magnus quippè vir qui venditus, ſervile tamen neſcivit ingenium, adamatus non redamavit, rogatus non acquievit, comprehenſus aufugit.* Quia erat tectior indumento ſplendoris. *Magnus* (inquit) *non quia illecebris dominæ ſuæ acquievit*

S.Hierō.

S.Ambr.

ſed quia illas fugit. Et infra concludit. *Illum ergo beatiorem dixerim, cùm in carcerem mitteretur, quia ſubibat pro caſtitate Martyrium: bonum enim munus pudicitia, ſed majoris meriti, cùm periculum abeſt; ubi verò etiam ſalutis periculo defenditur ibi plenius coronatur.* Idem D. Ambroſius libr. de fuga ſæculi cap. 4. ad ejuſmodi fugam nos hortatur dicens cum Apoſtolo 1. Corinth. cap. 6 *Fugite fornicationem.* Addit. *Perſequuntur enim peccatorum illecebræ, & perſequitur libido, ſed tu fuge tanquam furioſam dominam, quæ ſi comprehenderit, nec die nec nocte requieſcere ſinit, exagitat, urit, incendit.* D. Anſelmus in eadem Apoſtoli verba, *Non dico* (inquit) *pugnate adverſus eam, ſed fugite illam, quia cum aliis vitiis poteſt expectari conflictus, hæc autē fugienda eſt, quia non aliter melius vinci poteſt.* Quaſi diceret libido fugata vincitur, & Joſeph fugiens vincit, triumphat. Cui arridens S. Gregorius Nyſſenus. *Tanta malorum multitudinis matrem videns Paulus fornicationem, victricem nobis modò fugam clamabat, fugite fornicationem.* Quæ verba ante quam audiret Joſeph, executioni mandavit. *Vox Pauli* (inquit) *nunc nobis revocavit in memoriam pudicum adoleſcentem, qui ſe fortiter geſſit adverſus Ægyptiacam fornicationem.* Expende illa verba *fortiter geſſit.* Non vocat eum ignavum, ſed fortem. Si fortis eſt, ſi pugnat, ubi arma? ubi gladius? ubi ſagittæ? ubi ſpolia de hoſte reportata? potiùs mulier victrix eſt, quàm hic victor, nam illa exuviis & pallio Joſephi onuſta revertitur, hic propriâ chlamide denudatus. Audi S. Baſilium Seleucium. *Tenacibus manibus retentam permittens veſtem libidinis effugit anſas, fugâ uſus pro armis, tradidit veſtem ut temperantiam teneat, deniquè nudatur veſte, nè nudetur à temperantiâ.* In pugnâ ergò fugâ munitus. D. Ambroſius ſuprà lib. de Joſeph. cap. 5. *Veſtem exuit, crimen excuſſit, ſpoliatus quidem ſed non nudus aufugit, quia erat tectior indumento pudoris. Non eſt enim nudus, niſi quem culpa nudaverit.* Nudus ergò eſt Joſeph, & non nudus Joſeph eſt, quia humanæ & carnalis affectionis

S. Anſelm.

S. Greg. Nyſſenus

S. Ambr.

affectionis veſtes exuit, nudus non eſt, quia gratiâ Dei indutus erat. Sanctus Nilus in Aſceticis. S. Nilus. *Relictoq; in manu ejus Ægyptiæ, pallio aufugit, & egreſſus eſt foras tanquam in virtutis paradiſo nudus ambulans, primum illum parentem noſtrum imitatus.* Quaſi diceret, imitatur Adamum, qui in Paradiſo nudus & veſtitus erat: nudus erat, quia carebat concupiſcentiâ carnis, & amore inordinato; veſtitus verò veſte nuptiali gratiæ. Imitatur Athletas, in arenam deſcendentes, nè ab hoſte teneantur omnia dimittunt. Idem S. Nilus in Catenâ Græcâ Job. cap. 1. *Neque enim amicti luctari homines conſueverunt. Verùm illos nudos in ſtadium lex certaminis deducit. At ſi quis nudari recuſat, idem certamen recuſat. Nam qui nudus eſt, aut vix, aut nullo etiam pacto per inſidias comprehendi poteſt. Ideoq; Joſephus ille pudicitiæ athleta voluptati illum tenere conanti, res quæ habent commercium cum corpore tanquam indumenta relinquens foras egreſſus.* Ideſt omnia corporea dimittens fugit. Iterùm D. Ambroſium audiamus hic lib. 1. of- S.Ambr. ficiorum cap. 17. *Cujus tanta verecundia fuit, ut comprehenſus à muliere veſtem in manibus ejus fugiens mallet relinquere quàm verecundiam deponere.* Quod autē ſic fugiens non victus, ſed victor evaſerit coronâ redimitus, S. Iſi- S. Iſidor. Peluſiota dorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 263. innuit. *Cùm enim nullis ſermonibus ad ſtuprum inducere poſſet, ad vim ei inferendam ſe convertit, atque ille ſtrenui cujuſdam Athletæ inſtar exutâ veſte, arreptam enim eam tenebat illa libidine temulenta, indumentis quidem nudus, verum ab adulterio purus excedens pudicitiæ coronam adeptus eſt.* Hujus victoriæ & triumphi meminit Clemens Alexandri- S. Clem. Alexand. nus lib. 3. Pædag. cap. 11. *Non conculcavit Ioſeph mulier, victa eſt autem Ægyptia fornicatrix, & ſumens vincula temperantia potentior apparet ſolutâ poteſtate.* D. Thomas in cap. 6. epiſt. 1. ad Corinth. lect. 3. oſtendit quomodo S. Thom. aggredi alia vitia oporteat ut vincantur, caro verò fugienda ſit. *Cætera vitia vincuntur reſiſtendo, quia quantò magis homo particularia conſiderat & tractat, tantò minus in eis invenit undè delectatur, ſed magis anxiatur; ſed vitium fornicationis non vincitur reſiſtendo, quia quantò magis ibi homo cogitat particularia magis incenditur: ſed vincitur fugiendo, ideſt totaliter vitando cogitationes, ut dicitur Zachariæ cap. 2. Fugite de terrâ Aquilonis dicit Dominus.*

Quod verò hæc fuga ſit bona, juſta, Deo grata, ac meritoria audi D. II. Ambroſium lib. de fugâ ſœculi cap. 6. *Fuga hæc fœcunda virtutum eſt, non effœta meritorum. Fuga hæc neſcit frigus timoris, tremorem mortis, contractationem ſollicitudinis, diſſolutionis otium, laſcivia ferias, torporem lenitudinis, ſed vitæ cæleſtis requirit impigrum viatorem, regni ſuperioris compitatorem, ſtrenuum agricolam, qui fructus ſuos cogat, & cogendo diripiat.* S.Ambr. Et in Pſalmum 104. *Tenebat virtutis faſtigium, conſervabat libertatem, innocentia integritatis auctoritatem.* Quaſi diceret, nè exiſtimes Joſephum fugientem ignavum eſſe, falleris, ad ſupremum virtutis faſtigium ſic fugiendo evehi meruit, & pulcherrimam ac glorioſam coronam reportare. Eidem ſubſcribens Rupertus lib. 8. in Geneſim cap. 18. *Ioſeph* (inquit) *ſanctiſſimus, ſtella magna & lucida.* Rupert. Non ſanctus, ſed ſanctiſſimus, non ſtella parva, & parvum lumen emittens, ſed magna & lucida. Breviter S. Baſilius Seleucius oratione 8. *Habes* S Baſil. Seleuc. *Ioſephi vitam omnigenæ virtutis patricem.* Ideſt omnium virtutum exemplar ſingulare, nòn tantùm habemus quod imitemur ejus benignitatem erga fratres, patientiam in adverſis, devotionem erga Deum, erga Principem fidelitatem, ſed etiam fugam cōtra libidinis illecebras. Unde meritò exclamat. *O quanta continentiæ dignitas! quanta gravitatis corona, ut ſervus venditus eſt, & ut Domino Domina ſupplicat. O quanta eſt intemperantia labes! ſiquidem ſervo Dominam ſervam ſubjicit. Nam quæ amoris juga quaſi per venditionem animum ſubjecerat externa quoque dignitatis jacturam fecit.* Quaſi elinguis miratur dignitatem Joſephi fugientis, coronam quam virtutibus heroicis & præcipuè ſuâ conſtantiâ meruit, ejuſque fulgorem

gorem exprimere non valet. Meritò S. Iſidor. Peluſiota D. Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 149. *Quodnam virtutis genus eſt, quo non redimitus atque coronatus fuerit?* Meretur nè coronam, qui hoſtem fugit, qui fugam arripiendo etiam proprium pallium dimittit? ita & quidem auro, gemmiſque pretioſiſſimis intextam. Quid pro corona calumnias, pro aula regiâ, pro throno recipit carceres? Hanc difficultatem movet & ſolvit D. Chryſoſtomus homil. 85. in Matthæum. *Beatus ille Ioſeph, qui magna animo injurias tulit,* S. Chryſoſtomus *ubique ut victor prædicatur. Nam & fratres, & Ægyptiam illam mulierem inſidiantes æquo animo ſuperavit. Non mihi carceres ubi vinctus fuit, nec regiam ubi mulier illa verſabatur domum objectare.* Paulò poſt, *Nonnè ſplendidè ille fuit coronatus etiam hic cùm in carcere vinctus jacere videretur?* Expende illa verba. *Nonnè ſplendidè ille coronatus fuit, &c.*

III. Quod ſi Elias, Joſeph ſic à facie mulieris deflexerunt, videant divinis obſequiis mancipati cum quantâ cautione & animadverſione mulieres affari & frequentare debeant. Sanctus Joannes Baptiſta, & filii Prophetarum optimè cognoverunt quantum nocumentum earum (quæcumque eſſent) contubernium afferre poſſet. Nam *Ioannes Baptiſta* (inquit S. Hieronymus epiſt. ad Ruſticum cap. 2.) *ſanctam* S. Hierõ *habuit Matrem, Pontificiſq; filius erat, & tamen nec Matris affectu, nec Patris opibus vincebatur ut in domo parentum, cum periculo viveret caſtitatis. Filii Prophetarum quos Monachos in veteri teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas propè fluenta Iordanis, & turbis urbium derelictis, polentâ & herbis agreſtibus victitabant.* Quaſi diceret, ut caſtimoniam foverent non tantùm mulierum ſocietatem fugerunt, ſed etiam frugaliſſimè victitarunt. Quare? quia mulier fera beſtia eſt, ignis eſt uſque ad conſumptionẽ devorans. Undè S. Gregorius Nyſſenus in libro de vitâ Moyſis. *Procul à* S. Greg. Nyſſenus *tam terribili hoſte habitandum nè morbus more ignis propter vicinitatem flammam ad nos uſque tranſmittat.* Ei ſubſcribens D. Hieronymus in regulâ Monachorum cap. 18. *Nihil periculoſius viro quàm mulier, & mulieri quàm vir, uterque palea, uterque ignis.* Quaſi diceret, non mireris ſi Dominæ conſortium Joſeph fugit, ſi Elias à Jezabelis aſpectu ita receſſit, ſi filii Prophetarum procul ab urbibus habitarunt cùm eſſent paleæ, timuerunt nè libidinis igne ſtatim abſumerentur. Sicut enim ignis contingi nequit abſque vehementi læſione, ita nec mulier abſque omnimodâ caſtimoniæ & animæ jacturâ. Cui arridens mellifluus Bernardus in libello de S. Bernardus. modo vivendi cap. 58. *Circa ignem ſedens, etſi ferreus ſis aliquando diſſolveris, circa periculum conſtitutus non eris diu illæſus vel ſecurus, at non ferrei ſumus ſed cornei.* Quibus ſubjicit. *Quis calligabit ignem in ſinu ſuo, & non comburetur? Ignis & ſtuppa in unum poſita flammas generant.* Quaſi diceret, non abſque causâ Joſeph, Elias, Filii Prophetarum & innumeri alii mulierum contactum, colloquium, imò & aſpectum fugerunt, mulieres activitatis igneæ ſunt, cum illis converſantes, confabulantes, illas curioſè intuentes, ſentimus in nobis ignem cupiditatis accendi.

IV. Quare D. Ambroſius lib. 1. de pœnitentiâ cap. 13. opportunè monet. S. Ambr. *Non ipſi nobis injiciamus nodos, non miſceamus ſermonem cum hujuſmodi, non exæſtuet ignis.* Non dicit non accendatur, non flammeſcat, ſed non exæſtuet ignis. Proſequitur. *Sermo juvencula nodus adoleſcentium eſt, verba adoleſcentis vincula ſunt amoris. Vidit hunc ignem Ioſeph, quando eum adulterii cupida mulier allocuta eſt. Valuit eum capere ſermone, miſit laqueum labiorum ſuorum, ſed pudicum virum ligare non potuit, miſit manum, & apprehendit veſtem eius ut nodum ſtringeret. Verba mulieris cupiditatum retia ſunt, manus eius amoris nodus eſt, ſed excuſſâ veſte ſolutus eſt nodus.* Hujus æſtuantis ignis meminit D. Gregorius Nazianzenus in diſtich. ſententiis. D. Greg. Nazian. *Quam difficile eſt* (inquit) *ei qui carnes propinquas habet libidinis tumultus effugere? Ignis ſtipulæ propinquus parum tuta res eſt. Si procul à fœminâ abfueris manet ſcintilla, ſi autem vita commercium*

cium cum ea habeas ex parvo vento magnum incendium excitabis. Comparat ſermonem, confabulationem, &c. vento, qui tamen maximum incendium ſuſcitat. De hoc vento intelligendus S. Jacobus in canonicâ cap. 3.
Iacob. 3. verſ. 5. *Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam ſylvam incendit, &c.*

§. 24.

Secundum Motivum fugæ Elianæ &c.

I. NOn expediebat ut tunc gladio impiæ Jezabelis Elias occumberet, eo quod Fides & Synagoga erat ad extremas anguſtias redacta, ejus auxilio & labore indigebat ad ſui conſervationem & propagationem. Sic Divus Auguſtinus o-
Mat. 10. verſ. 23 ſtendit Honorato Epiſcopo epiſt. 180. intelligenda eſſe verba Chriſti Matthæi cap. 10. verſ. 23. *Cùm perſequentur vos in civitate iſtâ fugite in*
S. Auguſt *aliam.* Quæ verba premit tum exemplis, tum ratione. *Nunquid hoc fecit ipſe quando portantibus parentibus in Ægyptum parvulus fugit, qui nondum Eccleſias congregaverat, quas ab eo deſertas fuiſſe dicamus. Nunquid quando Apoſtolus Paulus 2. Corinth. cap. 11. nè illum comprehenderet inimicus per feneſtram in ſportâ ſubmiſſus eſt, & effugit manus ejus, deſerta eſt quæ ibi erat Eccleſia neceſſario miniſterio, & non ab aliis fratribus ibidem conſtitutis quod oportebat impletum eſt? Eis quippè volentibus ſic Apoſtolus fecerat, ut ſe ipſum ſervaret Eccleſiæ, quem propriè perſecutor ille quærebat. Faciant ergo Servi Chriſti, Miniſtri Verbi & Sacramenti quod præcepit ſivè permiſit, fugiant de civitate in civitatem quando eorum quiſquam ſpecialiter à perſecutoribus quæritur, ut ab aliis qui non ita requiruntur non deſeratur Eccleſia, ſed præbeant cibaria conſervis ſuis, quos aliter vivere non poſſe noverunt.*

II. Hujus fugæ emolumentum probat ex ſancto Athanaſio. *Nam (inquit) quantum neceſſarium fuerit Eccleſiæ, quantumq; profuerit, quod vir ille manſit in carne, Catholica fides novit, quæ adverſus Arianos Hæreticos ore illius & amore defenſa eſt.* Tandem in fine concludit. *Qui igitur iſto modo fugit, ut Eccleſiæ neceſſarium miniſtrum illo fugiente non deſit, facit quod Dominus præcepit, ſivè permiſit. Qui autem ſic fugit, ut gregi Chriſti ea quibus ſpecialiter vivit alimenta ſubſtrahantur: Mercenarius ille eſt, qui videt lupum venientem & fugit, quoniam non eſt ei cura de ovibus.*

§. 25.

Tertium Motivum fugæ Elianæ &c.

COlligitur ex ſecundo ſcilicet, quod fuga Eliæ tunc magis profuit quàm mors. Homo enim non debet ſe ultra ingerere ad mortem; vel illam inutiliter ſuſtinere, quia mors non eſt per ſe bona, nec conſequenter per ſe appetenda, ſed tunc appeti debet quando aliquam utilitatem poteſt afferre. Quæ utilitas eſt vel conſecutio vitæ æternæ, vel fuga vitæ luxurioſæ, quæ aliàs ſine turpitudine duci non poſſet, tunc enim melius eſt glorioſâ morte occumbere, quàm vitam turpem ducere. Sic Judas Machabæus lib. 1 Mach. cap. 3. verſ. 59. *Melius eſt nobis mori* l. 1. Mac. c. 3. v. 59
in bello, quam videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. Judas enim erat Princeps Judæorum & tenebatur bella agere, periculiſque ſe exponere pro defenſione gentis ſuæ & templi Domini. Si verò ex alicujus morte nulla vel pauca ſperatur utilitas, declinare mortem debet, ſic Elias, ſic Apoſtoli fugerunt, quia ex eorum morte potius damnum ſequebatur quàm utilitas, ideò Deus eos hortatur ad fugam ut ſe ſervando fidei propagandæ reſervarent, nec ſe ſtatim morti objicerent, ſed prius pugnandum eſſe, & Eccleſiæ Dei fines longè latèque eſſe dilatandos. Sic miles aliquando permittitur fugere, ut fortius pugnet, ut hoſtem vincat. Sic Matthæi cap. 9. verſ. 14. Chriſtus fugit in Ægyptum infans, ſic

Lucæ cap. 4, verſ. 30. cùm eum Cives Nazatethani vellent comprehendete, pracipitate fugit & ſe ſubduxit. *Nondum enim venerat hora ejus.*

§. 26.

Quartum Motivum fuga Eliana &c.

I. VT oſtendat vitam hominis, & maximè Sancti, ita eſſe pretioſam in conſpectu Domini, ut permittat pro eâ vitandâ fugere mottem, ejuſque pericula, juxta
Pſal. 59. verſ. 6. illud pſalm. 59. verſ. 6. *Dediſti metuentibus te ſignificationem ut fugiant à facie arcus, ut liberentur dilecti tui.* Permittit & præcipit electis ſuis maximè Viris Apoſtolicis ut fugiant mattyrium, ut eorum operâ poſtea dilecti ſeu fideles libetentur à Diaboli inſidiis. Si enim *in conſpectu Domini pretioſa eſt mors Sanctorum ejus*, eorum vita pretioſa erit cùm Deus eos vivere velit, quia eorum vita ipſi gratiſſima eſt. Undè non vult eos ſubite mottem niſi ex eâ majus luctum conſequatur Eccleſia.

§. 27.

Quintum Motivum fuga Eliana &c.

I. VT oſtendat quod homo non debeat tentare Deum manendo in periculo, cùm poſſet evadere. Licet enim potuiſſet eos Deus in civitatibus liberare à perſecutione, & ſetvare, tamen voluit ut fugerent, nè tentarent Deum in iis, quæ ipſi natutaliter facere poterant. Ex omnibus illis motivis ſeu rationibus eam præcipuam exiſtimo ſcilicet ideò Eliam & Apoſtolos permiſſos eſſe fugere, ut ad meliora tempora ſervarentur, in quibus mors eorum utilior foret. Nam ut alios omittam, Deus ſtatuerat Eliam reſervare ad diem judicii, Malach. cap 4. verſ. 6.
Malach. c 4. v. 6. *Vt convertat Patres ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum.*

§. 28.

Fuga Virorum Apoſtolicorum eſt actus Fortitudinis.

EX quibus patet ejuſmodi Eliæ, & Virorum Apoſtolicorum fugam nullâ cenſurâ vel vituperio dignam eſſe, ſed laude, merito, & præmio. Cujus autem virtutis ſit dubium eſt: Aliqui enim contendunt illam fugam eſſe actum fortitudinis, quod probabilitate non caret, nam canit Vates Regius pſal. 55. verſ. 10. I.
Deus vitam meam annuntiavi tibi. Divus Hieronymus, *Secretiora mea numeraſti.* Chaldaica Paraphraſis. *Dies vagationis mea numeraſti tu.* Vatablus. *Fugas meas tu numeratas habes.* Quorſum vitam ſuam modò vagationes, modò ſecretiora, modò vocat fugas? Si vita eſt, quomodò ſecretum eſt, quomodo vagatio, quomodo fuga? An fortè vita noſtra ſecretum eſt, quia anima noſtra ſpiritalis, & conſequenter inviſibilis: an vagatio, quia anima noſtra per intellectũ ſuum diſcurrit, & fertur modò in cœlum, modò in terram, modò ad infimas ejus abyſſos? An fuga, quia ut ait Job. cap. 14. verſ. 1. *Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit umbra.* Juxta illud. *Pſal 55. verſ. 9.* *Iob. 14. verſ. 1.*

Quaeris quid ſit homo nihil eſt niſi fumus & umbra.
Dic mihi quiſquis ades, fumus & umbra quid eſt?
Fumus & umbra nihil, nihil eſt, qui fumus & umbra eſt:
Se tamen eſſe aliquid fumus & umbra putat.
Sol fugit, umbra perit, vita fugiente quod umbra eſt.
Sic perit, ut nunquam fortè fuiſſet homo.

Minimè, ſed ideò fugam pro vita, & vitam pro fugâ accipit, quia dum homo vivit, & ſanus eſt, vegetus & fortis eſt, & tamen fugax, vagus, & ſecreta petens? Si fortis, ſi vegetus quomodò fugax? quomodò vagus? Hoc dicit

dicit ut oſtendat fugam ſuam modò à facie Abſalonis, modò à facie Saul, fuiſſe vitalem ſeu actum fortitudinis, quod ipſemet explicat pſalm. 17. verſ. 34. *Deus qui præcinxit me* Pſal. 17 verſ. 34. *virtute, & poſuit immaculatam viam meam.* Verſ. 35. *Qui docet manus meas ad prælium, & poſuiſti ut arcum æreum brachia mea.* Ecce quomodò pro cingulo dedit illi virtutem ac fortitudinem, inſtruxit manus ad prælium, & manibus geſtandum dedit arcum æneum, quaſi diceret me fortitudine maximâ inſtruxit ad debellandum hoſtem meum. Addit Pſaltes verſ. 35. verſ. 35. *Qui perfecit pedes meos quaſi cervorum.* Ideſt qui docuit & inſtruxit pedes meos ut fugiam viſo hoſte, viſo venatore accipiant. Tranſlatio D. Hieronymi *Coæquans pedes meos cervis.* Vatablus. *Pedes meos pares facit pedibus cervorum.* Paraphraſis Chaldaica. *Ponit pedes meos agiles ſicut & in domo fortitudinis meæ ſtare me fecit.* Si Deus illi tantam præſtiterit fortitudinem, tantas vires dederit, cur pedibus velocitatem cervinam addidit? Cervina enim velocitas ad fugiendum tantùm conducit? non bellatur fugiendo, ſed ſtando & occurrendo hoſti? non inſtruuntur milites ut pugnent fugiendo, ſed conſtanter reſiſtendo, vel aggrediendo. Non docentur manus ad prælium ut ſolvat habenas equis ſuis ad currendum, ſed ut arma teneant & componant ad percutiendum hoſtem. Non ponuntur brachia ut arcus æneus, niſi ut intrepidè dimicent. Ad quid ergò ita pedum agilitas, & quidem cervina? Ut fugiat juſtus more cervi, in quâ fugâ ſe fortẽ exhibebit. Vatablus in Scholiis. *Qui accingit me robore, ideſt robuſtum & potentem me facit, ut hoſtibus meis reſiſtere poſſim. Efficit ut ratio vitæ meæ ſit inculpata, genus vivendi integrum & ſanctum docet me, perficis meos celeres cum mihi conſulendum eſt ſaluti meæ fugâ.* Quaſi diceret, illi mecum inculpatam & fortem vitam ducunt qui fugiunt, in viâ Dei illi fortes ſunt, qui fugiunt. De hac fortitudine cum fugâ conjunctâ diſſerit S. Ambroſius toto libro de fugâ ſæculi. Unum locum tantùm proferam cap. 4. *Accedamus fidei ſuffragio ſubnixi, & eius remigiis ſublevati ad illam ſedem gratiæ, fugientes hoc ſæculum, & eius contagionẽ,* S. Ambr. *hoc eſt autem fugere abſtinere à peccatis ad imaginem & ſimilitudinem Dei formam virtutum aſſumere, extendere vires noſtras ad imitationem Dei ſecundùm menſuram poſſibilitatis noſtræ. Vir enim perfectus imago & gloria Dei eſt; undè & Deus ait Matthæi cap. 5. Perfecti eſtote ſicut & Pater veſter, qui in cælis eſt perfectus eſt. Hoc eſt igitur ſimilem eſſe Dei habere iuſtitiam, habere ſapientiam, & in virtute eſſe perfectum; Deus enim eſt ſine peccato. Et ideò qui peccatum fugit ad imaginem eſt Dei. Non eſt igitur dubium, quod is qui à peccato abſtinet fugit. Undè Apoſtolus clamat 1. Corint. c. 6. Fugite fornicationẽ perſequuntur enim nos peccatorum illecebræ, perſequitur libido, ſed tu fuge tanquam furioſam dominam, fuge avaritiam nè te interius comprehendat, &c.* Petit fidei ſuffragium, & remigium non ut hoſtem aggrediatur, ſed ut fugiat fugientes hoc ſœculum, & ejus contagionem, ait hâc fugâ & abſtinentiâ à peccatis nos Deo aſſimilari, nos formam virtutum aſſumere. Aſſerit nos Deum imitari, in nobis Dei imaginem imprimi cùm vires noſtras, cùm poſſibilitatem ad curſum ad fugam libidinis, avaritiæ, &c. dirigimus.

Opportunè ad hoc Abacuc cap. 3. II.
verſ. 19. *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi cervorum.* Hebræus *Quaſi Angelorum.* Abac. 3. verſ. 19. Quaſi diceret, fortitudo quam Deus communicat mihi, & ſuis ſervis non eſt corporis, quæ in capillis conſiſtit, ut fortitudo Sampſonis, vel in membris, nervis; lacertis, ut paſſim. Sed *Fortitudo* (inquit D. Auguſtinus lib. 1. de libero Arbitrio cap. 13.) *eſt animæ affectio; quæ omnia incommoda & damna non in* S. Auguſt. *noſtra poteſtate conſtitutorum contemnimus.* Vatablus. *Deus Dominus eſt robur meum, reddetq́ pedes meos, ut cervorum.* Si fortitudo eſt animi affectio, ſeu virtus quædam, quomodò à Prophetâ vocatur fortitudo mea, robur meum? Reſpondet Michael de Palatio. Palatio. *Deus vocatur fortitudo fidelium; non quia formaliter ſit fortitudo, ſed*

quia effectivè fert opem illis. Eodemq́ modo Chriſtus vocatur juſtificatio fidelium, non quod formaliter nos juſtificat, Chriſtus enim non eſt forma juſtificans hærendo formaliter animæ, ſed quia per Chriſti merita juſtificamur. Et Dionyſius. *Deus Dominus fortitudo mea, non formalis, ſed effectiva, &c.* Hæ expoſitiones ſunt conformes Paraphraſi Chaldaicæ. *Deus Dominus auxiliatur mihi virtute, redditq́ pedes meos æquè veloces ac cervorum.* Hebræus. *Quaſi Angelorum.*

III. Elias fugiens divinâ fortitudine admonitus erat, velocitate ſuâ adæquans cervos ſeu cervas; imò Angelos ſe ſtrenuum ac fortem oſtendit: ita ut verius quàm olim Demoſthenes fugiens effari poſſit. *Servo me Patriæ.* Seu potius ſervo me Synagogæ, ſervo me Eccleſiæ. Vel cum Antigono. *Non fugio hoſtem, ſed utilitatem bellandi à tergo ſequor.* Imitor Joſué, qui hoſtili agmine vallatus civitatem Hai obſedit, expugnavit, cepit non irruendo, ſed fugiendo, ſed terga vertendo. Sic Jezabelem ſuperare volo non tela verborum, &c. in eam jaculando, ſed ſilendo, ſed fugam arripiendo. Imitor Jacob qui à fratre ſuo Eſau recedendo ipſum vicit. Imitor Moyſem, qui Pharaonem & Ægyptum inopinata fugâ deſerendo de illis glorioſiſſimè triumphavit. Imitor Davidem, qui à facie Abſalonis filii ſui fugiens eum regno privavit. Imitor eundem Pſaltem, qui ſecundùm Genebrardum duodecies faciem Saulis irati, mortemque meditantis vitavit, in cujus fugæ toties iteratæ recordationem plures Pſalmos inſcripſit. Pſalmus David *Cùm fugeret à facie Abſalonis, à facie Saulis.* Quis viſis talibus inſcriptionibus non miretur.

S. Chryſoſtomus. *Quid hoc eſt?* (inquit D. Chryſoſtomus) *cæteri homines fugam (ſi quam inierint) celant & occultant: David prædicat & oſtendit.* Meritò David prædicat, decantat fugas ſuas, quia quot ſunt fugæ illius, tot ſunt generoſitatis, tot ſunt fortitudinis actus, tot ſunt victoriæ, tot triumphi. Sic Eliæ fuga non ignominioſa, ſed glorioſa cenſenda eſt: ita ut de eâ dicere liceat, quod Gloſſa & Beda ſcribunt de ſportâ, quâ Apoſtolus dimiſſus eſt, alludentes ad palmas, quibus ſportæ contexuntur. *Sporta plerumq́ è palmis contexuntur. Paulus fugit quia ejus fugã non timor & imbecillitas, ſed fortitudo & palma conſequitur.* Idest ſic fugiendo fortiter dimicavit, vicit, glorioſè triumphavit. *Revera* (inquit D. Ambroſius lib. 1. offic. cap. 36.) *jure fortitudo vocatur, quando unuſquiſque ſe ipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, atque inflectitur, non adverſis perturbatur, non extollitur ſecundis, & quaſi vento rerum vanarum circumfertur mutatione.* Quid eſt *nullis illecebris emollitur*? Ideſt fugit & diſflectit ab eis. Vates Regius eos, qui ſic non flectuntur, &c. vocat fortiſſimos Reges pſalmo 67. verſ. 13. *Rex virtutum dilecti, dilecti.* Hebræus. *Rex virtutum fugerunt, fugerunt.* Ideſt qui ſic fugam celerrimè arripiunt Reges ſunt, non virtutis, ſed virtutũ, ideſt fortitudinis eximiæ, dilecti & grati Deo, grati Angelis. Qualis eſt affectio Eliæ, Joſephi, Davidis, Pauli, &c.? Fortitudo perfectiſſima, illa ſeipſos & alios ſuperant, & à quibuſvis illecebris inflexibiles redduntur? quando, quibus armis?

Beda. S. Ambr. Pſ. 67. verſ. 13.

IV. Audi S. Iſidorum Peluſiotam ſcribentem Aſclepio Sophiſtæ epiſt. 76. *Illum* (inquit) *verè fortem prædico, quem nec rerum adverſarum difficultas, nec hoſtium inſidiæ ſuperant. Cùm enim plerique mortalium iſtiuſmodi capi & ineſcari ſoleant, is me judice fortis eſt, qui nec iis (quæ voluntatem conſiliumq́ humanum ſuperant) ſuperare deprehenditur: ſed & generoſo animo perfert, & inſidias in materiam gloriæ convertit, nec ad ſerviles adulationes, mollitiemq́ prolabitur, ſed mentem hoſtium inſidiis excelſiorem ſervat, &c.* Quid eſt Elias? Dei fortitudo, hæc in eo ad vivum expreſſa eſt. Nonnè vides illi non tes tantùm ſed perſonas potentiſſimas Achab & Jezabel adverſari. Nonnè vides contra eum varias inſidias ſtrui ut ipſum de medio tollant, ut teſtatur Abdias lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 10. *Non eſt gens aut regnum, quò non miſerit Dominus meus te perquirens* Cajetanus. *Eſt hiperbole, ad manifeſtandam magnam inquiſitionem, &c.*

S. Iſidor. Peluſiota. l. 3. Reg. 18. v. 10.

Video

Video alias inſidias parari à Jezabele; ut eum ad libidinem provocet: Et Elias hic non ineſcatur ab illis, ejus conſtantia non terretur. Aliæ iterùm ei parantur, cùm paſſim *Vir Dei, homo Dei* nuncupatur: nec tamen ad illas adulationes prolabitur, ſed tam in ſecundis, quàm in adverſis rebus invictum ac fortiſſimum animum exhibet. Eliæ, ejuſque ſequacibus hæc Peluſiotæ epiſt. 88, applicari queunt.
S. Iſidor. Peluſiota *Probum ſpectatumq; virum omni calamitate ſuperiorem eſſe decet. Erit autem ſi rationem perturbationibus invictum ſervet, eiq; tanquam gubernatori clavum committat. Si vero gubernatorem ſubmergat, naufragium miſerrimum patietur, paſſionibus imperantibus & rationem in ipſum pelagi fundum demergentibus.* Scire vis cur Elias probus, ſpectatusque vir, ſeu potius ſit vir Dei? quia omni calamitate ſuperior eſt, quia contra perſecutiones Achab, inſidias Jezabelis ſtructas ſervat rationem invictam, animumque & carnem quaſi rector navim, ſeu potius auriga currum ſuum dirigit. Undè lib. 4. Regum cap. 2 verſ. 11.
l. 4. Reg. 2. v. 11. vocatur *Currus Iſrael & Auriga ejus.* Quod autem ejus fuga rationem fortitudinis non excludat ex eo patet; quod ex D. Thomà 2. 2. quæſt. 123. artic. 3. Fortitudo verſatur circa pericula, ſeu bonum arduum & difficile, quod poteſt retrahere voluntatem, nè ſequatur rationem. Fuga autem eſt nonnunquam difficilior ac magis ardua quàm ipſa mortis diſcrimina, ut patenter teſtatur Elias dicens lib. 3. Regum cap. 19 verſ. 4.
l. 3. Reg. 19. v. 4. *Sufficit mihi Domine tolle animam meam, &c.* Quaſi diceret, mortem facilius tolerabo, quàm iſtam fugam mortis. Fuga igitur poteſt eſſe cum fortitudine conjuncta, & ab eâ imperari.

§. 29.

Fuga Viri Apoſtolici eſt actus prudentiæ.

QUod Eliæ & ſequacium fuga ad virtutem prudentiæ revocati poſſit nonnulla argumenta ſuffragantur. I. Primò Chaldaica Paraphraſis apud Vatablum in Scholiis habet. *Vt anima ſua conſuleret.* Septuaginta. *Iuxta animam ſuam.* Cajetanus. *Ad ſalvandam animam ſuam.* Conſulere autem eſt actus prudentiæ. Item agere juxta animam ſuam eſt rationabiliter & prudenter operari. Quod autẽ prudentia cum fugâ copulari poſſit, Chriſtus confirmat Matthæi cap. 10. verſ. 16. *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum, eſtote ergò prudentes ſicut ſerpentes, &c.* Mat. 10 verſ. 16. Vocat Apoſtolos ſuos oves, ideſt innocentes, manſuetos, & tamen vult eos in innocentia & ſimplicitate eſſe prudentes ſicut ſerpentes. In quo prudentiam ſerpentinam imitari debent? In eo (inquit S. Chryſoſtomus homil. 33.) prudentia ſerpentis eſt conſtituta, quod caput toto corpore occultet ac tueatur. Sic nos Chriſtum ſeu fidem in quibus tota vita eſt tueri debemus. Idem docent D. Auguſtinus in pſal. 57. D. Hilarius can. 10. D. Hieronymus, D. Paſchaſius, Theophilactus, Euthymius & alii, quibus arridens D. Epiphanius hæreſi 58. *Serpens* (inquit) *occultat cranium ſuum, tradit autem reliquum corpus per excellentem calliditatem. Sic vult Chriſtus nos in tempore perſecutionis & tentationis* S. Epiph. *bona noſtra tradere gladio ac igni, cuſtodire autem caput noſtrum, ideſt Chriſtum non negare.* Tali prudentiâ uſus eſt Elias, ita enim tenaciter & conſtanter propugnavit veram fidem, ut ſe famepenè conficerit, perſecutioni Achabi, & furori Jezabelis ſe objecerit, fame etiam triennali populum afflixerit, ut ſic caſtigatum ad verum Dei cultum revocaret. Alii alias ſerpentis cum homine analogias proferunt, ſed ad intentum noſtrum mihi

magis arridet Maldonati explicatio. Maldon. *Eſtote ergò prudentes ſicut ſerpentes, ut caveatis, eorum inſidias, & fugiatis.* Ut Chriſtus infra verſ. 3. explicat. *Cùm autem perſequentur vos in civitate iſtâ fugite in aliam.* Tertullianus lib. de fugâ cap. 6. *Cùm autem cœperint perſequi vos, fugite de civitate in civitatem.* Huic explicationi favet D. Bernardus de modo benè vivendi ad Sororem cap. 56. *Prudentia ſerpentis* S. Bernardus. *eſt, ut mala caveas; ſimplicitas columba ut bona facias, prudentia ſimplicitatem ſollicitat, ut caveat: & prudentia ſimplicitatem temperat, ut bona faciat.* Dicit *caveat*, ideſt fugiat. Id Sacer Textus innuere videtur, ubi Rebecca animadvertens quod Eſau inſidiaretur Jacob Geneſis cap. 27. verſ. 43. ait Jacob. *Conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran.* Et cap. 28. Gen 27. verſ. 2. Iſaac eidem. *Vade* (inquit) *&* verſ. 43. *proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ.* Septuaginta ex Græco. *Surgens fuge* c. 28. v. 2. *in Meſopotamiam, &c.* S. Ambroſius lib. de fugâ ſæculi cap. 4. ait quod S. Ambr. tantùm abeſt, ut à fugâ captandâ nos revocet, quin etiam filium ſuum ad eam hortatur. *Nos ergò* (inquit) *nō erubeſcamus fugere. Glorioſa enim fuga fugere à facie peccati, ſic fugit Iacob Matre ſuadente, &c. Moyſes à facie Pharaonis Regis, nè eum aula regia coinquinaret, nè irretiret potentia. Denique Ægypti divitiis plus æſtimavit opprobriū Chriſti, &c.* Quod autem hæc fuga nō tantùm glorioſa, ſed & plurimùm meritoria ſit, innuit. *Denique fugiens augebat incrementa pietatis, quia & inſidiatori pepercit, & parricidæ ſalutem rogavit. Sic fugit & populus Hebræorum ut fides ejus & vita inter fluctus ſibi aperiret viam. Fuga illa erat trames innocentiæ, virtutis via, pietatis aſſumptio, &c.* Si fuga illa ſtudioſa eſt, ad quam virtutem ſpectat? ad prudentiam. Idem Ambroſius. *Sed ſi dubitas docet te Rebecca in hymnis vel oraculis ante nos ſcriptum eſt. Bathuel Sapientia dicitur: interpretatione autem Latinâ filia Dei ſignificatur. In domum ergò ſapientiæ mittitur Iacob.* Quibus verbis apertè docet fugam Jacob Eliæ ſimilium non ad imprudentiam ſed prudentiam & ſapientiam eſſe referendam, eoſque qui ſic fugiunt imitari ſerpentes: imò Filium Dei. *Filia Dei dignoſcitur* idem cenſet, brevius quidem epiſt. 70. *Vado in Meſopotamiam in domum Bathuelis, ideſt domum ſapientiæ*, Et paulò poſt. *Meſopotamia nomine ſignificatur figura Eccleſiæ, quæ maximis fluentorum prudentia irriguit atque juſtitia fœcundas mentes fidelium.* Fugam ejuſmodi Patriarcharum, Prophetarum, ſimiliumque Heroum ad prudentiam pertinere colligo ex Ciceronis mente lib. 1. offic. ubi diſtinguit hominem à belluis, quod belluæ præſentia dumtaxat curent, nullam prorſus futuri rationem habentes. At verò homo non tantùm præſentia, ſed etiam præterita & futura ex cauſis antecedentibus proſpiciat. Cicero. *Inter hominem & belluam hoc maximè intereſt, quod hæc tantùm, quantùm ſenſu movetur, ad id, quod adeſt, quodq́; præſens eſt, ſe accommodat, paulùm admodùm ſentiens & præteritum, & futurum. Homo autem, qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumq́; progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat ſimilitudinibus comparat, rebuſque præſentibus adiungit, atque annectit futuras, facile totius vitæ curſum videt, ad eamq́; degendam præparat res neceſſarias.* Elias fugiens non tantùm præſentia intuetur, ſed præterita & futura. Videt enim quantum malum ortum ſit ex conjugio Achabi cum Jezabele, non reclamantibus, non diſſuadentibus prophetis, quantum malum accidet populo fideli, ſi ipſe gladio Achabi occumbat. Quare cōſultius exiſtimat nunc fugere, & mortem declinare, juxta illud S. Spiritus oraculum Jeremiæ cap. 31. verſ. 21. *Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines.* D. Gregorius apud Gloſſam. *Speculam ſibi ſtatuere eſt ventura vitiorum certamina ex alta conſideratione prænoſcere.* Talem ſpeculam Elias fugiens, & alii Viri Apoſtolici ſtatuerunt, futura enim mala præviderunt ſi ſtarent, ac perſecutorum furori ſe objicerent, opportunè D. Chryſoſtomus in pſalm. 53 vocat prudentiam animæ lucernam.

V. Quod ſi Eliæ deſcriptionem facere aggrederer

aggrederer cum Nunciis Ochoziæ Regis, non à veſte & cingulo illam auſpicarer, ſed dicerem cum Spiritu
Cant. 7. verſ. 3. ſancto Cant. cap. 7. verſ. 3. *Naſus tuus ſicut turris libani, quæ reſpicit contra Damaſcum* Verſ. 5. *Caput tuum ut Carmelus.* Qualis eſt illa deſcriptio? Comparat pulchritudinē naſi Sponſæ turri Libani, & caput ejus monti Carmeli, hæ comparationes potius deformitatem, quàm venuſtatem Sponſæ arguunt? quid per naſum & turrim Libani, quid per caput ſimile Carmelo intelligis? Comparat naſum turri Libani, ob magnam diſcretionē & prudentiam, quâ Elias, aliique ſervi Dei debent eſſe prædití. *Naſus animæ*
Honor. (inquit Honorius) *eſt prudentia.* Caput verò ejus Carmelo ob fœcunditatem meritorum quæ ex illo proveniunt. De naſo Dionyſius in 1. expo-
Dionyſ. ſitione. *Per naſum Eccleſiæ virtus diſcretionis accipitur, quâ inter bonum & malum, inter verum & falſum, inter pretioſum & vile diſcernit, & aſsimilatur turri libani, quia ſublimis & valdè recta eſt iſta diſcretio, atque veritatis candore præfulgida, & reſpicit contra Damaſcum, qui interpretatur ſanguineus, quia terrenis & ſanguinolentis ſe opponit.* In 2. expoſitione. *Per naſum* (inquit) *quo inter bonos & malos adores diſcernitur, virtus diſcretionis inſinuatur, quæ utique virtus alta & præclara eſt valdè, & contra Damaſcum, id eſt ſanguinolentum & vitioſum hunc mundum opponit ſe: quoniam inter ſpiritualem & carnalem diſtinguit ſuavitatem ac voluptatem, diffiniens à ſenſualibus, fœdis ac caducis abſtinendum eſſe oblectamentis, quoniam vana & vitia ſunt in ſe, & à ſpiritualibus ac divinis voluptatibus, & conſolationibus impeditiva, imo ad infernalem pertrahentia acerbitatem, atque æternalem illum beatificæ fruitionis increatæ dulcedinis inferentia voluptatem. Non enim poſſumus modò gaudere cum ſæculo, & deinceps regnare cum Chriſto. Sed huic capiti oportet nos conformari. De quo ait Scriptura Lucæ cap. 24. verſ. 26. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum & ita intrare in gloriam ſuam? Idcircò oportet & nos Actor. cap. 14. per multas tribulationes intrare in regnum Cælorum.* Jugiter ergò vigeat in nobis hæc naris ſaluberrimæ diſcretionis, & quando occurrerit nobis delectabile aliquod aut jucundum, protinus inſtar canum diligentiſſimè odoremus? an verè expediat, aut ſit odor, aut ſuavitas ejus, animæ refertiva, an potius ſub mellis ſpecie infectiva: & ſi ſit ſic protinus fugiamus ab eis, in ipſis quoque ſolatiis & licitis ludis ſeu recreationibus ab omni ſuperfluitate, diſſolutioneque cordis abſtineamus: quatenus qui gloriatur in Domino, glorietur, & obſervemus quod ſcriptum eſt Eccleſiaſtici cap. 18. verſ. 30. *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua avertere.* *Eccl. 18. verſ. 30.* Idem in 3. explanatione ejuſdem capitis. *Naſus, ut cernimus, duo habet foramina, quorum unum tendit ad concavitatem palati, & neceſſarium perhibetur ad ſpiritum ſeu aerem attrahendum, & odoratum perficiendum. Aliud tendit ſupra ad pelliculas cerebri, neceſſariumque conſiſtit ad expellendum ſuperfluitates à cerebro venientes, ideòque ſicut prahabitum eſt per naſum, ſignificatur diſcretio, cujus eſt bona eligere, confidentiam in Deo aſſumere, ac nociva tanquam ſordes abjicere.* Ex primâ explanatione colligo per diſcretionē & prudentiam terrenis ac ſanguinolentis ſe opponendū, ſeu carnalibus, non poſitivè, ſed negativè reſiſtendo, ſcilicet per fugam. Quod in ſecundâ explanatione confirmat his verbis. *Et ſic protinùs fugiamus ab eâ.* Et in tertiâ his verbis. *Per naſum ſignificatur diſcretio, cujus eſt ea nociva tanquam ſordes abjicere.* Quam ergò meritoria ſit ejuſmodi fuga diſcreta ac prudēs, audiamus. *Caput tuum ſicut Carmelus, &c.* Idem Dionyſius. *Simile monti Carmelo, alto, pulchro, fructifero, paſcuis copioſo, qui ſpinis & frutetis carere aſſeritur.* Idem in ſecundâ explanatione. *Caput animæ eſt ſuprema pars ejus, in quâ ſuperbeatiſsimæ Trinitatis relucet imago, quod caput à paſsionibus & vitiis fuerit reformatum & expurgatum, ſicut hortatur Apoſtolus Epheſ. cap. 2. Renovamini, inquiens, ſpiritu mentis veſtræ virtutibus quoque & donis parſertim Sapientiâ, charitate & ſtabilitate ornatum, inſtar montis Carmeli ſublime eſt, imò* ad

,, impletum eſt? eis quippè volenti-
,, bus hoc Apoſtolus fecerat, Actor.
,, cap. 9. Ut ſeipſum ſervaret Eccle-
,, ſiæ, quem propriè perſecutor ille
,, quærebat. Pondera hæc verba. ,, Ut
,, ſeipſum ſervaret Eccleſiæ.

II. S. Petrus Chryſologus ſerm. 150. aſſerit aureo ſuo eloquio etiam Chriſtum non alio fine in Ægyptum fugiſſe, quàm ut ſeipſum ſervaret Eccleſiæ. ,, Si pietatis eſſe diximus, quod
,, natus eſt Chriſtus, Chriſtus quod
,, fugiſſe legitur, quid dicemus?

S. Chryſoſtomus

Reſpondet. ,, Fortè ſicut natum diximus
,, mus ut repararet naturam, dicamus
,, ut fugaces revocaret, aufugit. Et
,, revera ſi ut revocet errantem ovem
,, in montibus ipſe errat, quomodò
,, ipſe non fugit fugientes populos ut
,, reducat. Matthæi cap. 2. Accipe
,, puerum & matrem ejus & fuge in
,, in Ægyptum. Perſequente homine
,, Deus fugit, ſæviente terrâ cœlum
,, trepidat, & volitante pulvere pavo-
,, re turbantur Angeli, & pavor patris
,, filio fugiente monſtratur. Accipe
,, puerum & matrem ejus & fuge in
,, Ægyptum. David lib. 1. Regum
,, cap. 21. ad Judæam confugit, rece-
,, pit vicinia. Lib. 3. Regum cap. 17.
,, Domus unius Viduę Eliæ ſufficit ad
,, latebras. Chriſto fugiente locus de-
,, eſt, provincia deficit, non ſubvenit
,, patriâ, &c. Si rerum refugium fugit
,, auxilium lateſcit omnium. Si for-
,, mido fortitudo cunctorum, ſi ſe
,, univerſorum defenſio nō defenſat,
,, quare humana notatur fuga, argui-
,, tur trepidatio, formido culpatur?
,, &c. Et iſta fratres eſto facta ſint,
,, quare litteris mandantur? quare re-
,, feruntur in libris? quare recitantur
,, ſæculis? quare quotidianis lectioni-
,, bus innoteſcunt? quare omnes pan-
,, duntur gentes? Nunquid ut divinū
,, timorem lingua, locus, ætas, tem-
,, pus, univerſa cognoſcant? Sicut e-
,, nim cùm leguntur, animos erigunt
,, ad profectum, ita deponunt ani-
,, mos cùm recitantur infima. Quid
,, ſibi vult Evangeliſta, quod hæc ſub-
,, ſcribit ad memoriam ſempiternam?
,, Devoti militis Regis ſui tacere fugā,
,, referre conſtantiam, virtutes loqui,
,, timores ſilere, aperire fortia, infir-
,, ma reticere, adverſa delere, prædi-
,, care victorias, quo & hoſtium fran-
,, gere auſus poſſit, & ſociorum exci-
,, tare virtutem. Evangeliſta igitur re-
,, ferendo talia videtur excitare hæ-
,, reticorum latratus, & defenſionem
,, fidelium ſuſtuliſſe, tolle ait puerum
,, & matrem ejus & fuge in Ægyptū.
,, Mandatur fuga non profectio, im-
,, ponitur neceſſitas non voluntas;
,, inducit Angelus latentem peregri-
,, nationem non liberum commea-
,, tum, ut via quæ eſt per ſe moleſta,
,, ſemper eſſet moleſtior per timorē.
Audiamus reſponſionem ejuſdem.
,, Bellicoſus quod in bello fugit artis
,, eſt non timoris: Deus quando fugit
,, hominem, ſacramenti eſt non pa-
,, voris. Potens quando ſe ſubducit
,, infimo inſequentem non pavet, ſed
,, foris producit. Vult enim in aperto
,, vincere qui publicam referre cupit
,, ex hoſte victoriam, occultum ſe nō
,, patitur inire conflictum, qui man-
,, dare ſuum ſæculis vult triumphum.
,, Secreta victoria utriuſque latens
,, poſteris exemplum non relinquunt.
,, Hinc eſt quod Chriſtus fugit, ut
,, cedat tempori, non Herodi. Neque
,, enim mortem fugit qui venerat de
,, hoſte reportare victoriam. Neque
,, humanas inſidias expaveſcit, qui
,, totas venerat diabolicæ fraudis ape-
,, rire verſutias. Neque tunc timuit;
,, quando infans, & ſecundùm homi-
,, nem timere neſcivit, & ſecundùm
,, Deum potuit non timere. Chriſtus,
,, Fratres, ſi mactatus in illo grege ja-
,, ctantium tunc fuiſſet, mors ei caſus
,, fuerat non voluntas: non virtus
,, fuerat, ſed infirmitas: neceſſitas
,, fuerat, non poteſtas: & innocen-
,, tiæ fuiſſet præmium, majeſtatis glo-
,, ria non fuiſſet.

Conſequenter oſtendit ideò Hærodem à Dæmone tentatum fuiſſe, ut Chriſtum interficeret, quia vidit in Chriſti Nativitate Magos converſos fuiſſe. *Herodes* (inquit idem Chryſologus) *quærebat, ſed quærebat diabolus per Herodem, qui videbat ſibi Magos, quos habebat in erroribus ſuis Principes aufugiſſe. Chriſtus ſi vinctus pannis; ſi ſub Matris uberibus occupatus, ſi tacens linguâ, ſi latens opere, ſi greſſu nullos* III.

diaboli ſigniferos, hos eſt Magos in duces fideliſſimos commutavit: Perfectæ ætatis Chriſtus quid poſſit facere diabolus non videbat, & ideò movebat Iudæos, inſtigabat Herodem, ut Chriſti ſuſceptã ſibi præveniret infantiam, ut futura virtutis ejus anticiparet inſignia, ut peremptorum ſibi nobis victorioſiſſimum vexillum Crucis callidus machinator auferret: Sentiebat diabolus, ſentiebat quod Chriſtus doctrinis, virtutibus vitã mox repararet, & mundum totum, qui adhuc vagiens, ipſum quod erat mundum, verticis occuparet, &c. Igitur inter alias rationes quare Chriſtus ſugit. *Vt ſcilicet futuris virtutibus, & perſidis materiam tolleret excuſandi, & credituris fidei fiduciam largiretur.* Ideſt ut ſe ipſum ſervaret Eccleſiæ. Quod clarius innuit ſermone ſequenti. *Fratres quod fugit Chriſtus, fuit myſterii non timoris, fuit liberatio non periculum Creatoris: divinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanæ. Non fugit propter auctoris mortem, ſed fugit propter ſæculi vitium: ad humanæ naturæ redemptionem, &c. Venerat ut mundo notitiam ſuæ Deitatis infunderet, & humani generis ignorantiam auferret. Venerat ut pigra mortalium corda virtutibus excitaret. Venerat diabolum publico ſuperare conflictu, ut ab omnibus & divino vinceretur juſſu, & humano proſterneretur exemplo, &c. Venerat introducere ad fidem gentes. Venerat eligere Apoſtolos Doctores orbis, eoſq; cæleſtibus implere doctrinis, munire virtutibus, armare ſignis, ut ſignis edomarent feros, ſanarent virtutibus infirmos, doctrinis dociles edocerent, & ad ſummum venerat mortem perdere moriendo, penetrando inferna diſſolvere, reſurgendo ſepulchra reſerare, aſcendendo ad cælos cæleſtibus donare terrenos. Omnia hæc utique periiſſent nobis, ſi Chriſtus cùm eſſet in cunabulis non fugiſſet.* Infra. *Martyr comprehenſus debet tenere conſtantiam, nõ comprehenſus debet fugere perſequentem, ut & perſecutori indulgeat reſipiſcendi tempus, & ſibi tempus non auferat ſupplicandi, dicente Domino Matthæi cap. 10. Si vos perſecuti fuerint in una civitate fugite in aliam. Perſecutorem qui provocat, facit: corrigit qui declinat. Fugere ergò debemus, provocare non debemus: ſi ſalvare noſtros perſecutores volumus, pro quibus præceptum eſt nos orare. Matthæi cap. 15. Orate (inquit) pro perſequentibus vos. Orandum eſt fugiendum eſt, ut & ille qui per ignorantiã furit ſanetur, & ille qui patitur de patientiâ palmam ſubeat, non ſubeat de temeritate diſcrimen. Fratres, ſi Paulum Martyres non fugiſſent, Paulum non feciſſent. Hoc faciendum docuit Chriſtus, Hoc nobis reliquit exemplum, ut fugiente Domino, fugere indignum non putet ſervus.* Idem concludit S. Auguſtinus ſerm. 180. citato. *Faciant ergò ſervi Chriſti, miniſtri Verbi & Sacramenti ejus, quod præcepit, ſivè permiſit: fugiãt omninè de civitate in civitatem quando eorum quiſpiam ſpecialiter à perſecutoribus quæritur, ut ab aliis qui non ita requiruntur non deſeratur Eccleſia, ſed præbeant cibaria conſervis ſuis quos aliter vivere non poſſe noverunt.*

Sic S. Propheta Elias fugit de Aulâ III.
Achabi in Carith, & in Sareptâ lib. 3.
Regum cap. 17. Dein in Carmelum,
de Carmelo in Berſabee, de Berſabee
in deſertum, de deſerto in montem
Oreb, ut *ſeipſum ſervaret* & Synagogæ
cujus erat *currus & auriga ejus*, lib. 4.
Reg. cap. 2. verſ. 11. Raptus eſt lib. 4.
Reg. cap. 2. ut *ſeipſum ſervaret & Ec-
cleſiæ* à Chriſto fundatæ, quam in fine
mundi defenſurus eſt contra Anti-
Chriſtum juxta Malachiæ oraculum
cap. 4. v. 1. *Ecce ego mittam vobis Eliam
Prophetam, antequam veniat dies Do-* *Malach.*
mini magnus & horribilis, & convertet *c. 4 v. 1.*
*cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad
patres eorum.* Ideſt (inquiunt Victori-
nus, Rabanus & Dominicus Soto lib.
4. ſentent. diſt. 46. quæſt. 1. art. 1.)
anticipabit Elias cum Enoch tempo-
ra Antichriſti ad ſtabiliendas Eccle-
ſias. Vel potius ſecundùm S. Augu-
ſtinum lib. 1. quæſt. Evangelicarum
quæſt. 21. *Venturus Elias ut reſtituat
eos, quos perſecutio AntiChriſti contur-* S. Auguſt
baverat. Cui ſubſcribit S. Anſelmus
in Elucidario. Et favet ratio quia ſan-
ctiſſimus ille Propheta veniet cum
Enoch, ut Antichriſto ſe opponat.
Igitur venturi ſunt, cùm illius per-
ſecutio patebit. Confirmatur ex Apo-
cal. cap. 11. verſ. 3. ubi S. Joannes *Apoc. 11*
prædicit quod duo illi teſtes, *Prophe-* *verſ. 3.*
tabunt

tabunt diebus mille ducentis ſexaginta. Seu per quadraginta duos menſes ſolares, ſeu diebus 1260. qui erunt tunc in uſu. Antichriſtus verò dominabitur 42. menſibus lunaribus, qui excedunt ſolares 18. diebus, & tot diebus forſitan Antichriſtus præcedet adventum Eliæ & Enoch, ut notat noſter Sylveira in cap. 11. Apoc. num 48. & 60. Ex quibus paret fugam Eliæ & ſimilium non vituperio, ſed laude dignam fuiſſe.

IV. Idem argumentum diſcutiunt ſanctus Ambroſius lib. de fugâ ſæculi, Toſtatus in cap. 10. Matthæi quæſt. 108. S. Gregorius Magnus lib. 2. dialog. cap. 2. de Apoſtolo Paulo ſcribit. *Ille egregius Prædicator, qui diſſolvi cupit, & cum Chriſto eſſe, cui vivere Chri-*
S Greg. *ſtus eſt & mori lucrū, qui paſſionum certamina non ſolùm ipſe appetiit, ſed ad toleranda hæc & alios accendit, Damaſci perſecutionem paſſus, ut poſſet evadere murum, funem, ſportamq; quæſivit, ſeq; latenter deponi voluit. Nunquid non Paulus mortem dicimus timuiſſe, quam ſe ipſe pro amore Ieſu teſtatur appetere?* Reſpondet fugiſſe ut Eccleſiæ & proximorum ſaluti magis vacaret. *Sed cùm in eodem loco minorem ſibi fructum adeſſe conſpiceret gravi labore ad laborem ſe alibi cum fructu ſervavit: Fortis etenim Dei Prœliator teneri intra clauſtra noluit, certaminis campum quæſivit.* Quod Elias ad alia ſe certamina ſervaverit pro Synagogæ utilitate teſtatur ſententia, quam contra Achabum & Jezabelem tam generoſè pronunciavit ob ereptam vineam & vitam Naboth. Teſtantur duo quinquagenarii igne cœleſti occiſi. Teſtatur Rex Ochozias, cui tam intrepidè mortem prænunciavit ob recurſum ad Beelzebub. Ad alia ſe certamina in fine mundi ſervavit contra Antichriſtum omnium mortalium nequiſſimum incunda. Ita ut de eo dicere poſſumus, quod Arator Poeta, Gloſſa & Beda inferunt ex fugâ D. Pauli, quam notant opportunè factam fuiſſe in ſportâ. *Sporta plerumq; & pulvis contexitur. In ſportâ igitur Paulus fugit: quia ejus fugam non timor & imbecillitas, ſed fortitudo & palma conſequitur.* Sic Eliæ & aliorum fugam non timor & imbecillitas, ſed palma conſequitur. Similem fugam meditentur Prælati & Miſſionarii, non ut ſibi ſed Eccleſiæ proſint, eorum fugam non timor & imbecillitas, ſed fortitudo, ſed palma conſequatur.

§. 4.

An ſit licitum & ſanctum aliquando Fidei hoſtes provocare.

Lib. 3. Reg. cap. 20. verſ. 25. & I.
ſeq. *Quidam vir de filiis Prophetarum dixit ad ſocium in ſermo-* l. 3. Reg. 12. v. 3.
ne Domini, Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait: quia noluiſti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te Leo; cumque paululum receſſiſſet ab eo, invenit eum leo, atque percuſſit. Sed & alterum inveniens virum, dixit ad eum; Percute me, qui percuſſit eum & vulneravit. Septuaginta. *Et percutiens contrivit.* Vatablus. *Et vulnus cædendo inflixit.* Cajetanus. *Dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domini hoc eſt mandando ei ex parte Dei. Hunc enim ſenſum ſubjuncta inobedientia teſtatur, &c. Invenit virum alium & dixit, Percute me quæſo, & percuſſit eum & vulneravit, intellige Domino paruiſſe hunc percutientem, ſic quod ſanguis emanaverit. Excuſantur enim hæc, quia Deo jubente fiebant.* Gloſſa interlinearis. *Percute me in capite.* Joſephus lib. 8. antiq. *Quidam Propheta nomine Michæas accedens ad unum Iſraelitarum petiit, ut eum in capite pro voluntate Dei percuteret, quo nolente prædixit ei, quia eo quod inobediens eſſet Deo, ejuſq; præcepta occurrente leone perimeretur. Quod dum illi homini contigiſſet, Propheta rurſus acceſſit ad alium, ut idem faceret imperavit, qui dum percuſſiſſet eum, & ejus verticem cruentaſſet, &c.* Dionyſius. *Dixit ad eum in ſermone Domini, id eſt ex revelatione & commiſſione divinâ, &c. Qui ait quia noluiſti audire vocem Domini, id eſt ex parte Dei prolatis obedire noluiſti. Vndè elicitur quod ſocius ille novit Prophetam illum ex ore Dei*

 locutum

locutum, ideò non obediendo verbis Propheta fuit inobediens Deo. Aſtipulatur Toſtatus quæſt. 17. *Dixit ei in ſermone Domini, ideſt ex parte Dei, ſcilicet quod Deus revelaſſet ſibi, quia noluiſti audire vocem Domini, ideſt non obediſti, &c.* Quæſt. 21. de alio, *qui percuſſit eum & vulneravit, &c.* Pondera hæc verba. *In ſermone Domini, vocem Domini, juſſu Domini, divino præcepto, ex parte Domini, revelatione & commiſſione Domini, ex ore Dei.* Denotare Prophetam non præcepiſſe aliquid illicitum, nec percuſſionem illam fuiſſe vituperio dignã & pœnâ, ſed laude & præmio, quandoquidem de primo, qui noluit percutere dicitur, *Quia noluiſti audire vocẽ Domini, &c. Percutiet te Leo.* De ſecundo autem dicitur divino præcepto paruiſſe.

II. Non minus laudandi ſunt Chriſti Athletæ, qui ſivè ad mortem requiſiti ſivè non ſeipſos perſecutoribus prodiderunt, ac divinitus inſpirati eos provocarunt ad ſibi mortem inferendam. Martyrologium Romanum 7. Julii, & Baronius ad annum 119. narrant quod cùm in Macedoniâ ſanctus Aſtius, ſeu Antiſtius Epiſcopus ſupplicio crucis Martyrium glorioſè conſummaſſet, eumque vidiſſent ſeptem Chriſtiani, qui urgente perſecutione fugerant ex Italiâ, illo exemplo moti magno animi ardore ſe Chriſtianos eſſe profitentes, ſpontè ſe Martyrio obtulerunt, quos Præſes in mari demergi juſſit. Apud Suidam & Baronium anno 118. cùm Trajanus promulgaſſet edictum de ceſſandâ perſecutione, quia *Tiberianus qui primæ*
Suidas. *Paleſtinorum genti præerat ad Trajanũ retulit ſe non parem eſſe Chriſtianis occidendis, qui ultrò ſupplicia appeterent: undè Trajanus omnibus ſuis Præfectis mandavit, nè ſuppliciis eos afficerent.* Baronius anno 164. Martyrologium Roman. referunt quod S. Lucius Martyr corripiens Urbicum Præfectum ob damnatum S. Ptolemem, liberè confeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe & ob hoc eodem ſupplicio affectus eſt. Idem Baronius anno 179. n. 18.
Baronius *Cùm quidam* (inquit) *fidem negaſſent ad tribunal ſpontè accedunt, ut à Præſide denuò interrogarentur.* Numer. 19. *Alexander quidam genere Phrix cùm aſtaret tribunali, & fratres nutu ad fidem hortaretur, populi multitudo in eum vociferari cœpit, ubi verò Præſes inſtabat, ſciſcitabaturq́; quiſnam eſſet, reſpondit ſe Chriſtianum eſſe, undè Præſes ad iracundiam provocatus illum ad beſtias condemnavit.*

Non omittendum hic, quod idem III.
Baronius ad annum 281. ſcribit de Sanctis Trophimo & Sabbatio. *Cùm Antiochiæ univerſus gentilis populus totus effuſus eſſet Apollonis Daphnitici feſtis agendis, hæc videntes duo illi, qui illuc ex regione exterâ acceſſerant illorũ ſuperſtitionem pertæſi pro eorum ſalute, ut ab illis erroribus revocarentur coram illis ea omnia audientibus preces ad Deum fundunt, ſed altiori voce Trophimus cum oraſſet, ambo ad illos tenti; Sabbatius in tormentis ſpiritum reddidit: Trophimus capitis obtruncatione victor longo exacto martyrio palmam accepit.* Idem ad annum 362. num. 132. Romanum Martyrologium die 9. Octobris mentionem faciunt Sanctæ Bibliæ Abbatiſſæ, quæ Juliano Apoſtatâ tranſeunte cecinit cum ſuis Virginibus illud Pſaltis Regii pſal. 113. verſ. 12. *Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum.* Verſ. 13. *Os habent, & non loquentur, oculos habent & non videbunt.* Verſ. 14. *Aures habent & non audient, &c.* Euſebius lib. 8. cap. 5. Martyrium S. Primi ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus hoc modo commemorat. Euſebius *Simul atque edictum contra Eccleſias Chriſti in Nicomediâ propoſitum fuit, vir quidam illuſtriſſimus incredibili amore erga Deum, & ardenti fide incitatus ocyus prodit in medium, & illud in aperto & in publico loco affixum dilacerat, hoc facto comprehenſus & Martyr occubuit.* Sub eodem Diocletiano Cæſare Martyres Thebaidis, ut refert Ludovicus Granatenſis in introductione ad Symbolum fidei lib. 2. cap. 18. verſus finem. *Certatim ad tribunal magnâ alacritate accedebant, & ſi Chriſtianos eſſe confitebantur.* Ludovic. Gravat. *Nemo defuit, licet illos nemo cogeret, omnes cum gaudio, riſu & lætitiâ, tam multi mortui ſunt, ut ſecuris ipſa feriendo obtunderetur, tum carnifices defatigati*

mutuis

mutuit operibus traditis, alter ad alterum ſuccederet. & dies anteq̃uam interficerentur conſumeretur. Nemo tamen neque puer, neque vir à conſilio ſuſcepto diſceſſit. Imò quilibet timebat nè ei lux citius deficeret, quàm ipſe Martyrii coronam acciperet.

IV. Tertullianus lib. ad Scapulam cap. 5. ait omnes Chriſtianos cujuſdam Civitatis Aſiaticæ ſe Arrio Antonino Præſidi obtuliſſe ut pro Chriſti fide Martyrium ſubirent, quorum aliqui voti compotes effecti ſunt. Ex Metaphraſte cùm Catharina nobilis Virgo Alexandrina videret Maximiani juſſu multos propter Chriſtianæ Religionis profeſſionem variè tormentis cruciatos ad ſupplicia rapi, intrepidè ipſum adiit, eique nefariam impietatem objiciens ſapientiſſimis rationibus Chriſti fidem ad ſalutem neceſſariam eſſe affirmavit, & cùm ſapientiſſimos Philoſophos ad fidem converſos pro eâdem ad Martyrium excitaſſet, non potuit blanditiis ac promiſſis à ſententiâ deduci, multò minùs poſtquam verberibus affecta, plumbariſque contuſa, & dies undecim ſine cibo ac potu manſit in carcere incluſa, tandem è carcere educta, ad martyrium ducta eſt, ut in rotâ crebris & acutis præfixa gladiis corpus crudeliſſimè dilaceraretur, ſed fruſtra: machina enim Catharinæ oratione confracta eſt, eoque miraculo cùm multi Chriſti fidem ſuſcepiſſent, tandem ipſa ſecuri percutitur. Quàm gratus autem fuerit Deo ejus ad Maximium acceſſus ex eo paret, quod corpus ejus ab Angelis in Sina Arabiæ monte mirabiliter collocatum ſit. Cùm S. Capraſius furorem perſecutionis deflectens in ſpeluncâ lateret, videns quanto pro Chriſti amore robore, quantâ conſtantiâ ſancta Fides agonizaret, Martyrii deſiderio incenſus Deum precatus eſt, ut ſi martyrii palmâ dignus cenſeretur limpidiſsima aqua è ſaxo ſpeluncæ emanaret; quod cùm Deus effeciſſet ſtatim ſe tortoribus ſponte obtulit, & palma Martyrii decoratus eſt ſub Maximiano. Meminit illius Martyrologium Romanum die 20. Octobr. De S. Euſebio Martyre hæc habet idē Martyrologium Romanum die 21. Septembris. *In Phœniciâ ſancti Euſebii Martyris, qui ultrò Præfectum adiens, & ſe Chriſtianum eſſe denuncians ab eo multis tormentis affectus cupite caſus eſt.* Martyr. Roman. Idem die 20. Septembris meminit ſancti Maximi Levitæ & Martyris, qui patiendi deſiderio flagrans ſe palam exhibuit inquirentibus perſecutoribus. Die 24. Septembris idem Martyrologium Romanum refert de S. Paphuntio Epiſcopo, qui cum in ſolitudine vitam ageret, audiens multos Chriſtianos in carceribus detentos, cœleſti ſpiritu animatus ſpontè ſe offert Præfecto, & ſe Chriſtianū profitetur, & quingentos quadraginta ſex alios ſuâ operâ ad fidem converſos adduxit ad judicem, qui omnes martyrii lauream meruerunt. Die 12. Januarii Eccleſia meminit ſancti Satyri, qui tranſiens ante idolum exſufflaſſet in illud frontem ſuum muniens ſigno Crucis, illicò idolum corruit, ipſe verò propter hoc capite plexus eſt. Die 20. Aug. Eccleſia colit S. Lucium Senatorem, qui cùm Cypri intueretur alios Chriſtianos martyrii lauream aſſequi, ad eam adipiſcendam ſe obtulit. Die 30. Auguſti eadem memoriam agit Sancti Felicis Præsbyteri, qui cùm ad ſupplicium duceretur quidam Chriſtianus ei obvius palam ſe Chriſtianum profeſſus eſt, & cum eo capite damnatus eſt.

S. Baſilius egregiam orationem habuit in laudem ſancti Gordii Martyris, qui egreſſus ſolitudine ſtatim in arenam deſcendens Carnifices ad certamen provocavit. *Plenum* (inquit S. Baſilius) *erat ſtadium, & omnis jam turba conſederat equeſtre certamen videre intenta tunc magnanimus ac fortis Heros per montis clivum in theatrum properans non populum horruit, nonnunquam hoſtilibus ſe manibus tradere penſitavit: ſed corde intrepido & animo excelſo, quaſi quadam continua ſaxa aut arbores multas, eos qui circa ſtadium ſedebant percurrens in medio conſiſtit ſtadio complens dictum illud, Iuſtus ut leo confidenter agit. Quid plura? adeo intrepido excelſoq; animo fuit, ut cùm in eminentiori theatri parte* V. S. Baſil.

Nn 3 ſtare

ſtaret, ingenti voce, quam qui audierunt exſant adhuc aliqui, exclamaverit, & clarè illud Apoſtoli ad Romanos dixerit. Ecce inventus ſum ab iis, qui me non quærant, his qui me non interrogabant palam apparui. Quibus ſanè verbis ſe in eum veniſſe locum ſignificavit, minimè coactum, ſed altrò ſe ad certamen exhibuiſſe Servatoris exemplum ſecutum, qui cum per atram noctem minimè videretur ſe Iudæis manifeſtavit. Et poſt aliqua introducit illum carnifices alloquentem. *Quid* (inquit) *tardatis, quid ſtatis, corripite corpus, membra fruſtratim cadantur, denique quodcumq; ſupplicium volueritis ſumite. Nolite beatam ſpem invidere. Quantò enim mihi plus tormentorum accèſſerit, tantò plus referam præmiorum.* Sed audiamus ſanctum Chryſoſtomum, hic ſermone de Sanctis Juventino & Maximo aſſerit tam multos Chriſtianos ultimo ſupplicio afficiendos ſe ultrò obtuliſſe, ut quidam impius incredibili dolore cruciaretur videns tam multos Chriſtianos non tantùm liberos ſed etiam conjugatos utriuſque ſexus imò pueros & puellas impuberes ultrò ad martyrium cōvolare: ideoq; ſtatuit deinceps Chriſtianos publicè non proſequi, quia ad ſupplicia quaſi apes ad alvearium ſe cōferebant. *Erat Rex quidā etiam noſtro ævo omnes qui ſe præceſſerunt impietate vincens. Qui cùm* S Chryſoſtomus *videret res noſtras martyrum morte clariores fieri, & eâ cauſâ non ſolùm viros, ſed & teneros pueros, virginesq; nondum nubiles, & inſumma ex omni ſexu & ætate. Quoſdam pro religione ad mortē proſilire cruciabatur & dolebat. Cæterùm movere bellum manifeſtè nolebat: omnes enim dicebat ad martyrium, quaſi ad alvearium apes volabant.* Deindè oſtendit tyrannidem quaſi hæreditariam ſe habere, quâ nonobſtāte & Ecclesia augebatur & Chriſtiani ad Martyria properabant. *Hæc autem non à ſemetipſo habebat, ſed à progenitoribus didicerat. Etenim & illi, utpotè tyranni, Eccleſiam infeſtarunt, & populi quoque in nos inſurrexerunt. Cùm adhuc parva religionis ſcintilla eſſet, eam tamen non expugnarunt, neque confregerunt, ſed ipſi potiùs confracti ſunt. Augebatur quotidie ſcintilla hæc, ferebaturq; in ſublime, & omnem undique orbem invadebat. Cùm occiderentur, aduererentur, ſuſpenderentur, præcipitarentur, beſtiis obijcerentur fideles, carbones ſicut latum calcabant, mare & fluctus ſicut pratum intuebantur, ad gladium ſicut ad diadema & coronam currebant, omniaq; tormentorum genera ita contemnebant, ut ea non ſolum generosè & fortiter ferrent, ſed & alacriter & voluntariè. Enimverò ſicut plantæ rigatæ magis creſcunt ita & noſtra oppugnata magis floret & ſeditione agitata incrementa majora fiant. Neque horti aquis irrigati ita germinant & fæcundi ſunt, ut Eccleſia, ſi Martyrum irrigetur ſanguine, &c.* Plura ibi & præclara. Expende illa verba aurea. *Ad gladium ſicut ad diadema & coronam currebant.* Non dicit ad gladium ægrè & toti pallidi ac trepidi ducebantur, ſed alacres quaſi poſſeſſionem ſuſcepturi non alicujus dominii, ſed regni: ſicut Rex non apparet glorioſior & hilarior, quàm ipſo die inaugurationis & coronationis. Sic Chriſtiani ad Martyrium ducti majori gaudio perfuſi, quàm unquam in vitâ percepiſſent. Die 2. Aprilis fit mentio ſanctæ Theodoſiæ Virginis, quæ cùm Chriſtianos ante tyranni tribunal ſtantes palam ſalutaſſet, rogans, ut cum ante Deum comparerent ſui memores forent, à militibus comprehenſa in mare demerſa eſt.

Baronius anno 571. §. 109. poſt Socratem lib. 4. cap. 14. Sozomenū lib. 6. cap. 18. Theodoretum lib. 4. cap. 16. de Valentis Imperatoris perſecutione differentes referunt quanta tunc eſſet Chriſtianorum pro fide pietas & zelus, quanta è contra Imperatoris in eos furor, jubentis ut in unum coacti fideles virgis, fuſtibus aliiſque ſuppliciorum generibus exciperentur, Inter ea. *Præfectus* (inquit Theodoretus) *dum per forum trāſibat, mulierculam infantem geſtantem manibus, & admodum properantem videt. Quæ* (inquit Sozomenus) *piâ celeritate amiculum, contra quam ſexum muliebrem deceret negligenter ſibi circumjecerat, nam militibus omnibus contemptis primum eorum perrupit agmen, quandoquidem animus ejus divino* VI. Theodoretus.

amore

amore ſuccenſus, hominis violentiam nihil extimuit, ſed ejuſmodi terrores pro riſu habuit ac ludibrio. Quàm tum conſpicatus Præfectus, eàm quid factum eſſet intelligeret, eum jubet ad ſe adduci: rogat quo ſe conferri velit. Tunc illa cognovi, inquit, inſidias contra famulos Dei patratas, & in animo eſt ad Fratres fide mecum conſentientes contendere, magno flagrans deſiderio cædem à vobis intentatam unà cum illis ſubeundi. At infantem (inquit Præfectus) quorſum tandem tecum feri? Ut mecum, inquit, mortis optatiſſima particeps fiat. Quæ cùm Præfectus à muliere accepiſſet, & ex ejus animo aliorum omnium alacritatem perſpiceret, refert ad Imperatorem, & cædem illis fruſtra illatam fore docet. Nam & ipſi, inquit, nihil præter dedecus indè conſequimur, & eorum tamen propenſum ac paratum ſtudium haudquaquam extinguemus. Baronius anno Chriſti 814. num. 33. ſcribit quod dum Leo Armenus Imperator in ſacras imagines inveheretur, Sanctus Theodorus Studita præcepit ſuis Monachis, ut in ſolemni die Palmarum proceſſionaliter incedentes, ſinguli ſacram imaginem reverenter & intrepidè deferrent, monaſteriumque circumeuntes canerent. *Immaculatam Imaginem tuam adoramus Domine.*

V I. Tomo 9. Bibliothecæ Patrum editione 1. eſt inſertum memoriale Sanctorum, Sancti Eulogii Martyris. Lib.

Baronius 1. numer. 7. hæc habentur de S. Eulogio Martyre. *Horum duorum & ſpontaneus & violentus ad paſſionem curſus, cæteros in unum eundemq; concurſum dimicandi ultrò venire coegit. Quare omnis turba ſanctorum ad palæſtram certaminis currens dat repudium adverſario Dei & inimico juſtitiæ omnes ſummo ore Chriſtum laudantes, cujus tanta virtute ſubnixi in certamine claruerunt.* Non ad paleſtram certaminis inviti trahuntur, ſed currunt. Idem num. 14. *Sic nimirum* (inquit) *Beati Martyres Emeterius & Celedonius cùm tradere animas pro Domino anhelarent tali ſeſe invicem ad paſſionẽ aſtantes hortatu impellunt: Feriat ubiq; hoſtem miſſilibus ſuis vibrata confeſſio, & latentem fidei inimicum ubicumque fuerit inquiramus.* Idem S. Eulogius num. 15. quaſi apologiam pro eis inſtituit oſtendens alios ſimili animi alacritate ad confeſſionem fidei & martyrium convolaſſe. *Calumniantur inimici ultroneum ad mortem eorum progreſſum, quos paſſim liberalitas Regis ſuum incolis juſſerat Chriſtianiſſimũ. Sed præceſſit reor hoc exemplum in illis ſeptem fratribus, quos geſta Beati Iuliani commemorant. Qui ideò quod Auguſtalibus præpollebant natalibus ex decreto Principum liberè exercebant Religionis Catholicæ cultum, ſed tamen in agone ſudantem beatum Iulianum cernentes, illicò ad bellum proſiliunt, & amore Martyrii voluntarium obitum.* Expende illud *illicò*, ideſt non accuſati, non detecti ab aliis, ſe ipſos produnt, non catenis vincti ducuntur, ſed proſiliunt conſtanter, id probat ex verbis Chriſti Lucæ cap. 9. verſ. 31 *Obfirmavit faciem ſuam ut iret in Ieruſalem.* Subdit cum D. Hieronymo in cap. 2. Ezechielis. *Obfirmatione enim & fortitudine opus eſt ad paſſionem ſpontè properanti.* Num. 16. idem de S. Fœlice ſcribit. *Sic namq; & fœliciſſimus Fælix, cùm fidei relatu perſecutionẽ Catholicorum, quæ apud Gerundam Hiſpaniæ urbem confinem Galliæ gerebatur, comperiret, crudeliterq; Eccleſiam Dei ibidem à paganis infeſtari cognoſceret, extemplo litteraturæ liberalis ſtudiam derelinquens, quod in Cæſareâ Mauritania poſitus excolebat præpeti navigatione æquore tranſmiſſo prædictum oppidum adiit, ibique Martyrium, quod patria ſua deerat, devotus miles Chriſti triumphaliter conſummavit.* Pondera hæc verba *exemplo &c. præpeti navigatione, &c.* Idem narrat de S. Sebaſtiano & aliis. Accipe ejus verba. *Sic S. Sebaſtianus, ſic beatiſſimus Thyrſus, ſic electus Adrianus, ſic Iuſtus & Paſtor, ſic Eulalia virgo Barchinonenſis, ſic Babilus Pontifex multiq; alii ſpontè ſe conſulerunt & coronati ſunt, & idcircò ut quidam ſapientum meminit inter primas dignitates regnorum cæleſtium ſunt ponendi, qui ad paſſionẽ venerunt non quæſiti, & excellentis voti eſt inter tormenta proſilire, ubi non eſt criminis latuiſſe.* Nota illa verba *inter primas &c.* Quaſi diceret, tantùm abeſt ut de eorum

(qui

(qui ſic divinitus inſpirati ad martyrium convolant ſponte) ſalute quis dubitare debeat, quin potius exiſtimandum eſt illos primas ſedes poſſidere. Idem lib. 2. cap. 1. numer. 14. poſtquam deſcripſit Martyrium ſancti Petri Cordubenſis Præsbyteri. *Rei verò* (inquit) *tanti facinoris in ſacerdote commiſſi multos otio ſecura confeſſionis per deſerta montium & nemora ſolitudinum Dei contemplatione fruentes ad ſponte & publicè deteſtandum & maledicendum ſceleratum vatem exire coegit, majorisq; ardoris fomitem moriendi pro juſtitiâ cunctis miniſtravit.* Plures Martyrum luctus idem S. Eulogius toto lib. 2. refert. Qui verò ad Tyrannos properarunt, eos ad certamen excitaverunt, quos idem S. Eulogius cap. 15. Baronius anno Chriſti 852. num. 19. 22. 23. 24. ab Eccleſiâ Romanâ in numeros Martyrum adſcriptos referunt nonobſtante damnatione Conciliabuli Cordubenſis.

VIII. Surius tomo 4. Baronius tomo 9. Molanus in addit. ad Uſuardum, Leodienſis Hiſtoriæ Scriptores referunt de S. Frederico Epiſcopo Trajectenſi nunc Leodienſi, ad quem cùm Sicarii à Juditha Regina adultera mercede conducti miſſi eſſent, de eorum adventu certior factus ad ſacrificium ſe præparavit, ingemiſcens autem & ſurſum oculos ac manus erigens Deo prolixè gratias egit, quod optatæ mortis tempus immineret. Deindè ad aſtantes converſus vultu planè Angelico, ait, Scio quid iſti velint, ſed expectare eos debeo donec peractum ſit ſacrificium. His præfatis è Cathedrâ Pontificali ſurgens Sacrum celebrat, lecto Evangelio ſermonem ad populum habuit, obitum ſuum ſubobſcurè prædicens, cùmque oves ſuas paviſſet divino Corporis & Sanguinis Sacramento, eas cœleſti Paſtori cõmendavit, ultimum valedixit. Peracto Sacrificio ſic veſtitus in Sacellum S. Joannis Evangeliſtæ ubi erat ejus ſarcophagus pertexit, in quo cum ſolo Sacellano ſuo excluſis reliquiis Sanctorum profuſis lacrymis opem imploravit. Cumque jam ſolus cum Sicariis remanſiſſet, eoſque trepidantes intueretur. *Facite* (inquit) *quod juſſi eſtis intrepidi, ego enim adventus veſtri cauſam antequam huc veneritis probè novi.* His auditis Sicarii eum in extis percuſſerunt, ridiculè ad invicem dicentes, *Vlta ſe eſt de te Regina noſtra.* Martyr verò quantùm potuit vulnera compreſſit nè ſanguis & inteſtina effluerent, illoſque monuit, ut illicò abſcederent nè comprehenderentur. Illis fugientibus poſt aliquantulam moram vocavit Sacellanum, juſſitq; eum ex muro videre an flumen trajeciſſent, & an feſtinanter abſcederent nunciaret. Paruit Sacellanus, & reverſus vidit faciem Epiſcopi mutatam, ipſumque penè exanimem, petiitque quid illi accidiſſet. Cui Vir ſanctus hortans nè turbaretur. *Percuſſus ſum* (inquit) *Fili mi, advoca Fratres & commilitones meos, accerſi populum Dei, ut reddant undè egreſſus ſum, terram terra, orentq; ut ſpiritus meus, licet indignus dirigatur ad Dominum, pro cujus amore & legibus hodie ſanguis meus fuſus eſt, &c.* Quibus præſentibus animam Deo reddidit anno ſalutis 838.

Surius tomo 1. Trithemius de Viris illuſtribus lib. 3. cap. 209. & alii ſcribunt de S. Meinardo Eremita Alemanno, qui videns latrones venientes ad ſe perimendum, peracto ſacrificio, capſulis Reliquiarum manu ſuſceptis & deoſculatis ſuum agonẽ cõmendavit, deinde Sicariis oſtium aperuit, qui hæc omnia ſpectaverũt per quoddam foramen parietis, & illis ſalutaris ait. *O ſocii, cur tam ſerò veniſtis. Quare non maturaſtis venire ad audiendam parvitatis meæ Miſſam, ut pro vobis communem Dominum deprecarer. Iuſſit poſtea eos ad ſacellum ire orationis gratiâ, & illis reverſis cucullum & tunicam ſuam tradidit, potum etiam & cibum dedit, dicens. Hæc de manibus meis percipite. Completo quod facere intenditis, ex iis quæ ſuperſunt per voſmetipſos tollere poteſtis quod cupitis. Scio enim vos intraſſe ut mihi necem inferatis. Vnum à vobis beneficium poſtulo ut poſt obitum meum cereos quos videtis, & ad hoc ipſum formavi, unum ad caput meum, & alterum ad pedes ponatis, & ſine morâ diſcedatis nè comprehendamini. Quibus dictis fuſtibus percuſſus,* IX. Surius.

tandemq;

tandemque ſuffocatus Deo ſpiritum extenſis manibus reddidit anno 860. *in cujus egreſſu cellula ſuaviſſimo odore perfuſa eſt.* Surius tomo 1. Baronius in annal. tomo 12. Caniſius antiq. lect. tomo 2. narrant de Erminoldo Abbate, qui cùm ſciret contra vitam ſuam attentari obviam ivit conſpiratoribus, dicens. *Abſit ut perdam paratam mihi à Domino coronam.* Cæſus autem eſt in lecto decumbens prædixitq; fratribus ſe die ſequenti cum in ſummo Miſſæ ſacrificio canerent *Gloria in excelſis* è corpore diſceſſurũ. Nè autem ſignum obitus ejus tunc audientes aliquem errorem vel negligentiam committerent in officio divino præcepit, ut paucis egreſſis, cæteri cum omni devotione Sacro peragendo inſiſterent, ſequenti die horâ prædictâ obiit anno 1171. Plurima ſimilia exempla adjicienda forent, ſed aliqua adhuc breviter complector.

X. Romanum Martyrologium meminit 11. Novembris S. Mennæ militis & Martyris. qui ſpontè Judices adiit & in publico theatro Chriſtum confeſſus eſt. Metaphraſtes 15. Novembr. ſcribit quod Abibus Diaconus Edeſſenus ultrò Præſidem adiit, fideique confeſſionem coram eo edidit, ob quam diriſsimè tortus fuit. Idem Martyrologium 24. Octobris refert quinquennem adhuc balbutientem, nec diſtinctè ſymbolum fidei pronunciantem poſt matrem ſe pro Chriſto in ignem injeciſſe. Idem Martyrologium 16. Januarii mentionem facit Beatotum Berardii, Petri, Accurſii, Adjuti & Orthonis, Ordinis Minorũ, qui Mahometanos ſpontè adierunt, ut eorum perfidiam reprobarent, à quibus perempti ſunt. S. Fanciſcus martyrii deſiderio flagrans in Syriam navigavit, & ſeſe Soldano Regi obtulit, S. Cordula Socia S. Urſulæ cum formidine mortis ſe abſcondiſſet ſequenti die excuſſo illo timore ſpontè ſe manifeſtavit, & ita Martyr interiit. Sui & aliorum nomine rectè ſanctus Cyprianus epiſt. 26. air. *Hoſtes verſatis jam non tantùm non perhorreſcimus, ſed & provocamus.*

CAPUT XII.

Lydius lapis quo diſcernuntur veri Martyres à falſis.

I. VT falſos Martyres à veris, & temerarios à zeloſis Chriſtianis diſcernamus, examinanda ſunt hæc motiva, ob quæ ultrò confeſſionem fidei facere, & hoſtes ad certamen, & mortem nobis infeſtendam provocare liceat.

§. *1.*

Primum Motivum eſt Dei gloria.

I. S.Thom. DIvus Thomas 2. 2. quæſt. 3. art. 2. in corpore ait. *Confiteri fidem non ſemper, neque in quolibet loco eſt de neceſſitate ſalutis, ſed in aliquo loco & tempore, quando ſcilicet per dimiſſionem hujus confeſſionis ſubſtraheretur honor debitus Deo.* Quibus verbis innuit fidei confeſſionem & infidelium provocationem licitam, imò præceptam eſſe quando utilis eſt & neceſſaria ad tuendum honorem Deo debitum: Ut cùm hoſtes templa violant, altaria deſtruunt, imagines lacerant, mutilant cum maximo fidei noſtræ detrimento. D. Thomæ ſubſcribunt Coninck de fide, diſput. 15. dubio 4. num. 80. Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 13. numer. 7. verſ. 3. Arragonius 2. 2. quæſt. 3. art. 2. dubio. 2. Becanus 2. 2. cap. 9. Toletus lib. 4. cap. 1. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 29. num. 2. Layman lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 2. Vericell. de Apoſt. miſſ. tit. de fide quæſt. 11. ſect. 3. Patet in Eliâ qui diſputationem ſolemnem & publicam inſtituit in Carmelo de verâ divinitate, & Baalitas ad certamen illud provocavit, quia honorem Deo debitum auferebant & Baal attribuebant, templa Deo ſacrata demoliebantur, altaria deſtruebant, & Baali fabricabant, cumque cultu latriæ colebant. Quare cùm Deus Iſaiæ cap. 41. verſ. 8. dicat

Iſaia 41 verſ. 8. *Gloriam meam alteri non dabo.* Et propter hoc Deus dicatur zelotes. Eodem zelo honoris Dei inſtituendi ſuccenſus Elias juxta illud lib. 2. Macabeor. cap. 2. verſ. 58. *Elias dum* l. 2. Mac 2. v. 58 *zelat zelum Dei.* Hac diſputatione honotem Deo ablatum reſtitui intendit.

§. 2.

Secundum Motivum ut idem honor Dei per blaſphemias labefactatus reparetur.

I. S. Thom. ITa D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. art. 2. ad 2. *Ad reprimendam infidelium inſultationem quilibet tenetur fidem ſuam aliis propalare.* Quærunt Interpretes cur ille Propheta de quo lib. 3. Regum cap. 20. voluit percuti? Quid per hanc percuſſionem & læſionem receptam intendebat? Reſpondet Cajetanus hac percuſſione voluiſſe ſignificare Regi offenſam Cajetan. perpetratam parcendo Regi Syriæ. *Percuſſio fuit in capite, ut Propheta proprii capitis vulnere repreſentaret Regi Iſrael vulnus ipſius Regis in anima. Aſſumpſit enim perſonam regis, quatenus deliquerit Rex parcendo Regi Syriæ, & propterea voluit etiam vulnere ſui capitis teſtificari vulnus populi in Rege illius capite. Deliquerat enim Rex Iſrael contra divinum honorem parcendo blaſphemo ſentienti quo Iehovas eſſet Elias Deus montium, & non vallium.* Expende illa verba. *Deliquerat enim Rex Iſrael contra divinum honorem parcendo blaſphemo ſentienti. quod Iehovas eſſet Elias Deus montium & non vallium.* Quaſi diceret, non debebat ferre talem blaſphemiam, non parcere ſed vindicare: & ideò Propheta, ut oſtendat utrumque peccaſſe Regem Syriæ blaſphemando, Achab diſſimulando ſeu parcendo, intrepidè ad Achab accedit, & Deum eſſe & montium & vallium oſtendit, idque ex inſtinctu Dei.

§. 3.

Tertium Motivum eſt, ut miſerum ſtatum Principis & populi exprimat quem incurrit ob Dei contemptum.

LIb. 3. Regum cap. 20. Propheta Domini ex ordinatione divinâ voluit cędi, ut innueret Deum eſſe dominum vitæ & mortis, eumque certò præſcire, non ſicut idola quæ res futuras certò nō ſciunt nec prædicant. Dionyſius. *Propheta fecit ſe vulnerari, ut ſuâ vulneratione futuram Regis vulnerationem præſignaret.* Sic Iſaias tribus diebus nudus ambulavit & diſcalceatus, ut Æthiopiæ captivitatem trium annorum præſignificaret, Iſaiæ cap. 20. Jeremias fecit vincula & catenas quæ collo appendit, miſitque ad multos Reges ad vaticinandum eorum futuram captivitatem, Jeremiæ cap. 27. Sic Proverb. cap. 1. verſ. 24. *Quia vocavi* (inquit Deus) *& renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret,* Prov. 1. verſ. 24. *& deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo vos.* Quoties Deus vocavit Achab & renuit quoties extendit manum ſuam & aſpicere neglexit, numquid ei manum extendit quando ſupplicium quod ob raptam vineam & vitam Naboth ſuſpendit, diſtulit, mutavit, remiſit. Deus illi ſuggeſſerat ut impio Regi Syriæ non parceret quia illum Deum montium & non vallium vocaverat, huic divino conſilio noluit obtemperare, quaſi impio iſti errori Benadab favens. Ut Deus oſtendatur tam vallium, quàm montium, & in manu ejus eſſe vitam & mortem tam in vallibus quàm in montibus ipſemet Achab obiit in prælio. *Et laverunt currum ejus in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſan-* l. 3. Reg. 22. v. 38 *guinem ejus & habenas laverunt juxta verbum Domini.* Lib. 3. Regum cap. 22. verſ. 38.

§. Quartum

§. 4.

Quartum Motivum, Confeſsio & Provocatio ejuſmodi.

I. SEcundùm D. Thomam 2. 2. quæſt. art. 2. ad 2. eſt *Ad inſtructionem aliorum fidelium.* Quia quando quis convictus eſt per publicam diſputationem & confeſſionem ab inſtituto viventi genere reſipiſcit, ſic lib. 3. Regum cap. 18. populus Iſrael videns ignem cœlitus emiſſum
l. 3 Reg. 18. v. 39. in victimam Eliæ clamavit verſ. 39. *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Et cap. 21. Propheta Domini percuti voluit, aitque Toſtatus quæſt. 19. Deum hac metaphorâ voluiſſe inducere Achab, ut magis convinceretur, & contra ſeipſum ferret ſententiam. Sic cùm Nathan ſignificavit David delictum ſuum propoſuit metaphoram ut ipſe ſeipſum judicaret lib. 2. cap. 12. Sic adinſtar Michææ fideles in partibus infidelium exiſtentes ſe gerere debent ut habet decretum Sacræ Congregationis ſub ſanctiſſimo Urbano VIII. die 25. Julii 1636 *Velint nolint in eas anguſtias*
S. Cong. *aliquando incidunt, ut neceſſe ſit cum aliquo fidei detrimento. aut reſilire aut apertis verbis damnabilem eorum ſectam damnare cum evidenti capitis periculo.* Undè Sacra Congregatio reſpondit, quod ſi ſint valdè periti diſputent.

§. 5.

Quintum motivum eſt nè revocentur vel rejiciantur Miſſiones, & quæ ab iis Apoſtolicis Viris propalantur.

I. DE Prophetâ Michæâ Toſtatus quæſt. citatâ, ait mutatâ fuiſſe
Toſtatus faciē Prophetæ ut facilius audiretur, & patet. *Nam* (inquit) *poſtquam ſententiam cōtra ſeipſam Achab, & Propheta revelavit vultum ſuum, noluit audire Achab ea, quæ poſtea dicebat, ſed fu-ribundus & audita contemnens venit in Samariam.* Certum enim eſt quod quando Vir Apoſtolicus proprio ſanguine ſigillat & confirmat ea quæ credenda proponit, auditores majorem ejus dictis adhibeant fidem. Undè *Joan. 10. verſ. 11.*
Chriſtus Joan. c. 10. verſ. 11. & 14. ait *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.* Per hoc enim oſtendit non ſe, ſed honorem Dei, ſed animarum ſalutem quærere, quandoquidem pro earum progreſſu proprium ſanguinem effundat, ita ut de eo dicere liceat, quod D. Paulinus epiſt.
14. *Totum in ſe ſpirare martyrium, florere clarum, maturare Evangelium prædicabunt.* S. Paulin. Quaſi diceret ideò maturatur Evangelium, animæ citius convertuntur ad fidem, quia Vir Apoſtol: ſuâ patientiâ in injuriis Martyrii ſpirat, in tormentis Evangelium clarum exprimit, Paulum repræſentat, qui pro Chriſti fide tot naufragia, tot verbera, &c. paſſus eſt. Idem Toſtatus ibidem.
Deus fecit hoc, ad incitandum ipſum Toſtatus *Achab ad pœnitentiam de malo quod egerat. Fortius enim moveretur ad dolendum poſtquam ipſe ſe condemnaret judicio ſuo, quàm cum Deus eum condemnaret, & ſic doleret, & remitteretur ei quod prænunciabatur. Sic fuit in David cum propoſitâ metaphorâ ipſe ſe condemnavit ignorans, & declarata illa doluit*
& Deus tranſtulit pœnam ab eo. S. Cle- S. Clem. Alexand.
mens Alexandrinus lib. 2. pædagogię cap. 11. aſſimilat hominum indolem Polypis. *Nunc autem quomodo unà cum lucis figuram, habitumque, & mores mutant, non ſecus ac polypos dicunt petris, quibus adhæreſcunt aſſimilatos, videri quoq; colores eſſe tales.* Quid ſunt homines ſunt polypi, quando vidēt Præcones Verbi Dei conſtantiâ rupes, ita ut nec minis, nec terroribus, nec tormentis à propoſito dimoveri poſſunt. Judicant auditores eorum fidem eſſe veram, ideòque illam amplectantur, illis adhærent, eorum mores imitantur.

Meritò D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. II.
artic. 2. in corpore docet eſſe de ne- S. Thom.
ceſsitate confiteri fidem, quando *Vtilitas proximi impendenda.* Et Coninck Coninck
de fide diſp. 15. dubio 4. numer 79. *Quomodo externa cōfeſsio eſt neceſſaria,*

vel in eadem vacillantium confirmationem ſalis tenetur profiteri fidem, non tantùm ratione charitatis, quâ tenetur aliorum ſaluti conſulere, ſed etiam ratione virtutis fidei cujus honor exigit, ut eam non modò in nobis ſed etiam in aliis quantùm poſſumus promoveamus. Idem docent Suarez de charitate diſput. 9. ſect. 2. num. 4. Caſtropalaus tract. 6. diſp. 1. puncto 9. numer. 10. & 13. Lorca 2. 2. ſect. 3. diſp. 28. mem. 2. num. 33. Layman lib. 2. tract. 3. cap. 2. num. 3 Toletus lib. 4. cap. 10. numer. 4. Reginaldus lib. 4. numer. 359. Undè D. Gregorius Nazianzenus or. 3. de Marco Epiſcopo Arethaſio, S Greg. Nazian. quem Athletam voluntarium vocat, *Cùm fuga conſilium iniiſſet animadvertens multos ob proſequentium crudelitatem in anima periculo verſari, alios etiam ob cautionem ſuam periclitaturos, ex fugâ rediit, ſeſeq; ultrò plebis arbitrio tradidit.* Cur ſe tradidit, quia ex fugâ & abſentiâ ſeu ſilentio videbat maximum animarum diſpendium ſecuturum; maximam verò utilitatem ex præſentiâ ſuâ, diſputatione, conſtantiâ promeriturum.

§. 6.

Sextum Motivum eſt Charitas erga ſeipſum.

I. RAtio eſt, quia ſcilicet dum diſſimulando fidem, ſe à diſputatione ſubſtrahit verendũ eſt nè ab illâ excidat. Ita Layman lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 2. Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 13. numer. 7. verſu 4. Suarez de fide diſp. 14. ſect. 2. num. 7. Vericellis tractat. de Viris Apoſtolic. tit. *de fide*, quæſt. 9. ſect. 3. Ita ut Vir Apoſtolicus de datâ occaſione confitendi fidem dicere poſſit hæc verba lib. 4. Regum cap. 7. l. 4. Reg. c. 7. v. 9. verſ. 9. *Hæc dies boni nuncii eſt, ſi tacuerimus & noluerimus nunciare uſque mane ſceleris arguemur. Venite eamus & annuntiemus in aulâ Regis.* Verendum eſt nè illis idem dicatur, quod l. 3. Reg. 20. v. 36 lib. 3. Regum cap. 20. verſ. 36. *Quia noluiſti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te Leo. Cumq; paululum receſſiſſet ab eo, invenit eum leo atque percuſſit.* Per leonem intellige æternam damnationem quam aliquando incurrunt Prophetæ, ſeu Viri Evangelici qui divinis juſſis parere nolunt, ſuoque officio debitè fungi renuunt. S. Iſidorus Peluſiota epiſt. 201. Elaphio Epiſcopo. S Iſido. Peluſiota *An dicendum? & nihil omninò dicendum? at periculoſum, ideſt. Ergò dicendum potius? ſed dices verba, neque fructum ullum pariunt. Nec operibus demonſtrantur, ſed in ſolùm & nudum plauſum deſinunt. Verùm eſto, hæc ita ſint, ſatius eſt opinor dicentem non audiri, quàm non audiri iis verbis coargui, Lucæ cap. 19. verſ. 23. Quare non dediſti pecuniã meam ad menſam, & ego veniens cum uſuris exegiſſem illam? Qui ergò poteſt loquatur ut à ſolis auditoribus rationem exigat.* Expende illud *at periculoſum ideſt.* Quot ſunt qui fidei inimicos laudabiliter ſuperarunt, at ubi ſe ab hoc munere ſubſtraxerunt à leone devorari miſerè perierunt?

II. Deut. 22 verſ. 5. Cur Deus Deuteron. cap. 22. verſu 5. hanc legem ſtatuit. *Nec vir utetur veſte fœminea.* Cur etiam non prohibet geſtari veſtem ex animalium exuviis compoſitam. Numquid æquè dedecent viro exuviæ animalium, quàm veſtis muliebris? S. Clemens Alexandrinus libr. 2. Stromatum reſpondet. *Lex prohibet nè veſtem induat muliebrem. An nos non vult eſſe viros, & nec corpore, nec verbis effœminari.* S. Clem. Alexand. *Vult enim eſſe maſculum, qui veritati dat operam in ferendis labore & in ſermone.* Ideò prohibet maximè nè Prædicator mulier appareat: ideò Elias paſſim vir vocatur, lib. 3. Reg. cap. 17. l. 3. Reg. 17. v. 18 verſ. 18. *Quid mihi & tibi vir Dei?* Verſ. 24. verſ. 24. *Quoniam vir Dei es tu.* Lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 6. *Vir occurrit nobis.* Verſ. 7. *Vir ille qui occurrit nobis.* Verſ. 8. *Vir piloſus*, non fœmina. Vir vocatur, quia *veritati dat operam in ſermone*, non adulatur, non timet, non fugit laborem, ſed more animalis in ferendis laboribus aſſiduus eſt, melote ſeu pelle ovinâ indutus, ut innuat ſe totum pro veritate tuendâ impendere.

§. 7.

Septimum Motivum eſt reſtitutio honoris, & reparatio ſcandali perpetrati per publicam fidei abnegationem.

I. ID patet lib. 3. Regum cap. 18. ubi populus Iſrael qui relicto veri Dei cultu idolis immolaverat, viſo deſcenſu ignis in ſuum holocauſtum exclamavit præſente Rege præ-
3.Reg. 18.v.39 ſentibus pſeudoprophetis Baalis vivente adhuc Jezabele verſ. 39. *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Subaudi* (inquit Vatablus in ſcholiis) *verus.* Toſtatus quæſt. 33. *Ipſe eſt verè Deus & nullus alius præter ipſum.* Clarius Joſephus. *Adoraverunt unum Deum, maximum, ſolum, verumq́; proclamantes, alios verò fallaciter, ſe & vanâ opinione coluiſſe.* Per hæc verba *adoraverunt unum Deum, maximum, ſolum verumq́; proclamantes*, reſtituunt Iſraelitæ honorem, quem Deo abſtulerant. Per illa verba *proclamantes, alios verò fallaciter ſe & vana opinione coluiſſe*, reparant ſcandalum commiſſum publicâ fidei abnegatione & cultu publico Baal.

II. Ad populum illum mutandum S.
S Cyprianus. Cyprianus lib. de lapſis, in fine ita lapſos hortatur, Concludit. *Dat Dominus arma rurſus, quibus fides inſtaurata vegetetur.* In annotationibus eſt melius, *reſtaurata.* Proſequitur. *Repetet certamen ſuum miles, iterabit aciem; provocabit hoſtem; & quidem factum ad prælium fortior per dolorem. Qui ſic Deo ſatisfecerit, qui pœnitentia facti ſui, qui pudore delicti, plus & virtutis, & fidei de ipſo lapſus ſui dolore conceperit, exauditus & auditus à Domino, quam contriſtaverat nuper lætam faciet Eccleſiam, nec jam ſolùm Dei veniam merebitur ſed coronam.* Expende illa verba *repetet certamen, provocabit hoſtem, &c.* Idem ſcribit S. Petrus Alexandrinus Patriarcha & Martyr in Canone 8. de lapſis. *Iis* (inquit) *qui proditi ſunt, & exciderunt, qui & ipſi ad certamen acceſſerunt ſe eſſe Chriſtianos confitentes, & in cuſtodiam cum tormentis conjecti ſunt æquum omnibus communicare. Etenim, inquit, ſepties in die cadet juſtus, & reſurget. Quod quidem ſi omnes lapſi feciſſent perfectiſſimam, & toto corde ſuſceptam pœnitentiam oſtendiſſent.* Ad illud certamen acceſſit ſeu repetiit, iteravit aciem, hoſtem provocavit facti ſeu idololatriæ ſuæ pœnitens S. Marcellinus Papa de quo Põtificale Romanum. *Hic in immani illâ Diocletiani perſecutione terrore perterritus thus adhibuit Deorum ſimulachris. Cujus peccati mox eum tantopere pœnituit, ut Sinueſſam ad Concilium centum octoginta Epiſcoporum venerit cilicio indutus, ubi lacrymis profuſis ſcelus ſuum palā profeſſus eſt. Quem tamen damnare* Roman. Pontific.
auſus eſt nemo, ſed omnes unâ voce clamarunt: Tuo te ore, non noſtro judicio judica, nam prima ſedes à nemine judicatur. Petrum quoque propter eandē animi infirmitatem deliquiſſe, & à Deo ſimilibus lacrymis veniam impetraſſe. Marcellus Romam reverſus Diocletianum adiit graviter eum accuſans, quod ſe ad tantam impietatem impuliſſet. Quamobrem ille Marcellinum unà cum tribus aliis Chriſtianis Claudio, Cyrino, & Antonino capite plecti jubet, &c. Idem præſtiterunt Chriſta & Calliſta ſorores ſanctæ Dorotheæ, de quibus Ado, quæ cùm à fide defeciſſent ſororem ad illam defectionem inducere ſtuduerũt, ſed contra factum eſt, eas enim Dorothea ad cultum Chriſti reduxit, quo facto prius fidei certamen ſubierunt, & Martyrii coronam reportarunt. Epiſtola Viennenſis & Lugdunenſis Eccleſiarum apud Baronium anno 179. §. 18. *Cùm quidam fidem negaſſent ad tribunal ſponte acceſſerunt ut iterùm à Præſide de fide denuò rogarentur.* Martyrologium Romanum die 27. Novembris meminit. *Sancti Iacobi interciſi Martyris conſpicui, qui tempore Theodoſii Iunioris cùm in gratiam Iſdegerdis regis Chriſtum negaſſet, & propterea mater eius & uxor ſe ab ejus cõſuetudine ſubtraxiſſent, in ſe reverſus pro Chriſti confeſſione regem adiit, à quo irato membratim juſſus eſt concidi, & capite obtruncari, quo tempore innumeri Martyres ibidem paſſi ſunt.* Hoc non omittendum quod Sozomenus lib. 2.

cap. 8. refert de Uſthazane Eunucho, qui Saporem regem educaverat, in aulâ regiâ primarium locum tenebat, hic ſedens præ foribus palatii honorificè ſanctum Simeonem Epiſcopum ſalutavit, qui pro Chriſto vinctus erat. Hic enim verbis aſperrimis cum corripuit, & quaſi indignabundus averſo vultu tranſiit, quia paulò antè coactè ſolem adoraverat. Uſthazanes hac correptione ita motus fuit, ut dimiſſo ſplendido habitu, atrum ſuſceperit, & in lacrymas effuſus ad fores regias acceſſerit commiſſo idololatriæ pœnitens, quem cùm Rex blandioribus verbis in ſuam ſententiam flectere non poſſet, tandem irâ percitus capite damnavit, quam ſententiam Uſthazanes gratiſſimè ſuſcepit. Unicam pro tot obſequiis gratiam poſtulans, ut preco prædicaret. *Caput Uſ-* Sozomenus. *thazani amputatum eſſe, non quod improbitatis cujuſdam ab ipſo admiſſæ convictus ſit, ſed quod ſit Chriſtianus & Deum ſuum quo regis voluntati morem gereret negare voluerit.* Sozomenus ſcribit rationem cur Uſthazanes id à Rege tam enixè poſtulaverat. *Hanc ſui ſupplicii cauſam ideò Uſthazanes prædicari tam impensè deſideravit, ſiquidē cogitavit, quod ſicut quando timore perterritus ſolem adorabat, multis Chriſtianis metum injecerat, ita etiam non pauciores ad ſuam animi magnitudinē & conſtantiam imitandam incitaret, ſi modò intelligerent eum pro Chriſtianâ religione trucidatum eſſe.* Plura habet ſimilia exempla Hiſtoria Eccleſiaſtica & Martyrologium Romanum die 20. Octobris.

III. Expende illa verba S. Cypriani. *Quam contriſtaverat nuper lætam faciet Eccleſiam, nec jam ſolùm Dei ve-* S.Cyprianus. *niam merebitur, ſed coronam.* Ait *lætam* alludens ad illa verba Chriſti Lucæ Luc.15. verſ.16. cap. 15 verſ. 10 *Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmā unam, nonne accendit lucernam & evertit domum, & quærit diligenter donec inveniat, & cùm invenerit convocat amicos & vicinos dicens, congratulamini mihi quia inveni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* Verſ. 7. ſupra de recuperatione ovis perditæ. *Quam ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentiâ:* D. Thomas cauſam hujus majoris gaudii his ſimilitudinibus probat. S. Thom. *Dux in prælio plus eum militem diligit, qui poſt fugam reverſus hoſtem fortiter premit, quam eum qui nunquam aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam amplius terram amat quæ poſt ſpinas uberes fructus profert, quàm eam quæ nunquam ſpinas habuit, & nunquam fertilem meſſem producit.* Sic teſte Apoſtolo Roman. cap. 5. (inquit Dionyſius in illud cap.) ubi abundavit delictum ſuperabundat & gratia, frequenter contigit ut impii pœnitentes tantò poſtmodùm in divino fiant firmiores obſequio, tantòq; humiliores ac meliores quantò ſe gravius deliquiſſe, & Deum circa ipſos clementius egiſſe conſiderant. Sicque de eorum converſione ſpecialis cauſa lætandi oritur Angelis Dei. Beatus Pedemontanus de quo Seraphinus in hiſtoriâ Prædicatorum. Beatus Stephanus Martyr de quo in Chronico Minorum part. 2. lib. 8. cap. 38. Nonne S. Marcellus reſipiſcens, Uſthazanes facti pœnitens ferventiores poſtmodum in confeſſione fidei effecti ſunt, nonne Eccleſiæ militanti & triumphanti majus lætitiæ argumentum ſubminiſtrarunt, quam ſi nunquam à fide defeciſſent? Nonnè ſplendidiorem coronam & gloriam in cœlo percipiunt, quàm ſi nunquā apoſtataſſent.

Quemadmodum autem inter præfatos alii ſunt Pontifices ſeu Paſtores, VI. alii verò ſui juris, ſeu nullam animarum curam habentes, ita ad publicandam fidem, & apoſtaſiam abjurandum major eſt obligatio in illis, quàm in his. Nam Pontifices, Epiſcopi, Paſtores, qui à fide apoſtarunt, idolis thus adoleverunt, aliaſque ſuperſtitiones gentilium commiſerunt, eas publicè retractare tenentur ex præcepto. Ita Vericellis, quia nequit aliter honor fidei reparari, quem perſona in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutus ſcandaloſè conculcavit. Deindè infideles visâ infidelitate publicè factâ tam inſignis perſonæ in ſuis erroribus pertinacius perſeverant. Præ-

terea

terea tam ſolemnem apoſtaſiam factam à Prælato infideles inſolentius inſurgunt in Chriſtianos, & illis illudunt. Denique vacillantes animæ fidelium infirmorum nequeunt aliter in fide confirmari niſi per publicam paſtorum revocationem ſeu retractationem articulorum fidei quos abjuraverunt. Aliter verò de liberis ſeu curam animarum non habentibus philoſophandum eſt? nam ad illam abjurationem apoſtaſiæ coram infidelibus non tenentur ex præcepto, ſed de conſilio ut patet ex Decreto Sacræ Congregationis Romanæ inquiſitionis facto die 18. Julii anno 1630. coram Sanctiſsimo Domino noſtro Urbano VIII. *Cenſuit apoſtatas à fide redeuntes ad pænitentiam non teneri ad abjurationem apoſtaſiæ publicè coram infidelibus, ſed ſufficere, ut eam abjurent in balneo coram fidelibus, abſtinendo ab actibus infidelitatis, deponendo habitum infidelium, quatenus ſit proteſtativus falſæ religionis, ſi verò ſit æquivocus poſſe illum deferre. Quod ſi ex illâ delatione aliqua oriretur ſuſpicio tenetur aufugere cùm primùm poterit.* Et de apoſtatâ moribundo volenti reſipiſcere, ita decrevit anno 1630. *Sacra Congregatio cenſuit debere abſolvi apoſtatam pænitentem in articulo mortis conſtitutum abjuratâ prius verbo apoſtaſiâ in foro conſcientiæ. Et ſi per aliquod temporis ſpatium ſupervixerit, & poterit, abjuret in balneo coram fidelibus, quod ſi non poterit relinquat Chyrographum ſuæ abjurationis, ſaltem ſigno Crucis conſcriptum, ſi neque hoc poſsit, committat Confeſſario, ut ſuam abjurationẽ fidelibus manifeſtet. Non autem teneri apoſtatam pænitentem tunc in periculo vitæ conſtitutum etiã ſuadentibus Turcis cum periculo vitæ, fidem Catholicam, quam tunc abjuratâ infidelitate amplexus eſt confiteri, ſed eorum ſuaſiones eludere, vel non reſpondendo, vel æquivocis verbis utendo.* Expende illa verba prioris decreti, *non teneri ad abjurationẽ apoſtaſiæ coram infidelibus.* Item hæc poſterioris. *Non teneri apoſtatam pænitentem tunc in periculo vitæ conſtitutum, etiam ſuadentibus Turcis, cum periculo vitæ fidem Catholicam, &c. confiteri, &c.*

Sac. Cõgregatio

Ex quo etiam Vericelli infert quod ſi ſervus dixerit tyranno ſingulas domos percurrenti ſuum Dominum abſentem eſſe idololatram, Dominus hanc reſponſionem factam ſciens non tenetur tyrannum convenire & teſtari ſe eſſe fidelem, niſi fortè ex eo ſcandalum ſequeretur, & alii fideles exiſtimantes ipſum abjuraſſe fidem, idem ejus exemplo præſtarent, tunc teneretur; ſublato verò ſcandalo, non teneretur. Similiter Ruſticus qui bonâ fide ſignavit libellum putans in hoc eſſe Chriſtianum declarari, poſtea cognoſcat ſe idololatram declaraſſe, ſi non ſit ſcandalum, vel occaſio aliis apoſtatandi non tenetur adire tyrannũ, ſuadetur tamen ut ſpontè adeat. V.

§. 8.

Octavum Motivum eſt Reparatio honoris & famæ Religioſæ Congregationis.

VT ſi in partibus infidelium ſit Religioſa familia, quæ fideles verbo & exemplo foveat, & unus Religioſus miſſus fidem abjuret, tunc illa familia maximam jacturam facit ſuæ exiſtimationis & authoritatis quam apud fideles ſibi comparavit, eoſque ad etiam apoſtatandam nonnihil procliviores reddit. Divus Baſilius homiliâ in illa verba, *in fumo & ſqualore*, oratione 3. quæ eſt de peccato. *Vnius obnoxam tota quandoq; gens evertitur.* Quod probat ex ſimilitudine hominis qui peſte laborat. *Nam* (inquit homiliâ quod Deus non ſit author malorum.) *in peſtilentibus locis ſenſim attractus aer læsentem corporibus morbum injicit. Sic in pravâ conſuetudine maxima nobis mala hauriuntur, etiamſi ſtatim non ſentiantur.* Quod in apoſtaſiâ unius Religioſi Miſſionarii magis verificatur, nam fideles viſo hoc caſu, hac defectione à fide mirantur talem virum ita defeciſſe, poſtea dubitant an ſit vera Eccleſia, & quia tanti æſtimant illius apoſtatæ Congregationẽ, ad aliquem illius alumnum accedere dedignantur S. Baſil.

dedignantur, ut ſuum dubiū aperiant, quo ſit ut illud dubium majores radices faciat, & aliquando ad ſimilem apoſtaſiam inducat.

II. Job. 16. verſ. 8. Mer tò Job. cap. 16. verſ. 8. conquerebatur. *Ad nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* Quid per artus intelligit? eos qui aliis præſunt, qui alios docent, qui aliorum ſaluti invigilare debent., qui quando factis negant id quod docent, non tantùm morbum contrahunt, ſed eundem morbum aliis communicant, in alios diffundunt D. Gregorius lib. 13. moral. cap. 13. S. Greg. *Artus ad nihilum rediguntur, quando ex mutatione pravorum infirmi quique deterius infirmantur.* Ad hunc morbū peſtilentem qui in alios diffunditur applicat S. Bernardus hæc verba pſal. Pſal. c. 1. verſ. 1. 1. *Beatus vir qui non abiit in conſilio* S. Bernardus. *impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit,* Sermone 35. inter parvos. *Abiit in conſilio impiorum, qui levis eſt & inconſtans, & in via peccatorum ſtetit, qui obſtinatus in malo eſt, & in cathedra peſtilentiæ ſedet, qui alios docet, atque exemplo ſuo peccare facit.* Vocat illos Prædicatores viventes in congregatione peſte infectos, ſeu in cathedrâ peſtilentiæ ſedere, qui alios docent & poſtea à fide deficientes cauſa ſunt cur aliis in fide hæſitent, & ab eâ deficiant. Etſi Chriſtus Matth. cap. 23. Mat. 23. verſ. 2. verſ. 2. *Super cathedram Moyſis ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſervate & facite, ſecundùm autem opera eorum nolite facere.* S. Auguſtinus. Etſi D. Auguſtinus in libro de decem chordis cap. 12. dicat. *Nolite attendere quid quis faciat, ſed quid te jubeat Deus facere.* Tamen potius Concionatorum exemplum quàm verbum, potiùs vitam quàm doctrinā attendunt, potius fidem quam profitentur, quàm eam quam docent inſpiciunt. *Perſuadentur* (inquit S. Iſidorus Peluſiota Peluſiota epiſt. ad Zoſimum Præsbyterum.) *autem, ſi qua regno cælorum digna ſunt docentem agere obſervent.* S. Greg Nazian. D. Gregorius Nyſſenus epiſt. ad Hermonium. *Omninò ſtudendum eſt ut nomini vita reſpondeat.* Undè non mirùm ſi Sacra Congregatio de propagandâ fide tam ſtudioſè inquirat de vitâ & moribus Miſſionariorum, quia *Volo* (inquit S. Chryſoſtomus homil. 44. in Matthæum) *majori gloria virtutis coruſcare vos qui in medio urbis converſamini, quàm illos qui montes &* S. Chryſoſtomus *eremum petierunt, quia magnam hinc utilitatem cæteri conſequentur.* Cui aſtipulatur D. Baſilius in cap. 3. Iſaiæ. S. Baſil. *Quiſquis præſidentiâ Cathedræ dignus cenſetur: par eſt eum vel maximè eſſe irreprehenſibilis vita.* Quaſi diceret, etſi omnes maximè Religioſi perfectioni comparandæ incumbere debeant, tamen maximè illi qui alios fidei documentis imbuunt.

Cantic. cap. 5. verſ. 12. inter alias III. Sponſi dotes notat Sponſa oculos la- Cant. 5. tos eſſe. *Oculi ejus ſicut columbæ* verſ. 12. *ſuper rivulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ.* Quid per oculos corporis myſtici, quod eſt Eccleſia intelligit? Prælatos qui vigilant & fidelium neceſſitatibus ſpiritualibus intendere debent. Cur loti dicuntur lacte, & non alio liquore? Diſcrimen eſt inter aquam, vinum & lac, &c. quod aqua, vinum album, &c. ſunt quaſi ſpecula quæ inſpicientium in ſe ſimilitudinē referunt, omnes maculas corporis manifeſtant. Prælati ſunt oculi non aquâ ſed lacte loti, quia nullum errorem, nullam vanitatem, nullam maculam in ſe ſivè realiter, ſivè repræſentativè admittere debent. Quod præcavens Chriſtus dum tentari voluit à diabolo, nō palam ſed privatim, non in publico cōſeſſu, ſed in eremo illam luctam ſubire voluit. Cur non publicè, cur non in templo, in Synagogâ, &c. ubi concionari ſolebat, cur non coram populo, ſed remotis arbitris? Fortè ut ſuam tentationem celaret, quaſi eſſet indecorum Meſſiæ ſic tentari? Minimè, quia ipſemet ſuam tentationem prodidit per ſuos Evangeliſtas. Sed idem tentari noluit coram populo, nè hic tentati deſideraret & tentationi nimium attendendo conſentiret. Sed dices eodē cap. 4. Matthæi, Marci cap. 1. Lucæ c. 4. Chriſtus dicitur aſſumptus in templum, & ſuper pinnaculū templi conſtitutus, ut ſcilicet ab omnibus cōſpiceretur, ibiq; eum tentaſſe. Eſto ſed Chriſtus ſe miraculosè inviſibilem exhibuit, noluit

ibi

ibi tentatus à populo conſpici. Sanctus Chryſoſtomus in Catena ſuper Matthæum. *Fortè diabolus ſic Chriſtum aſſumebat, ut ab omnibus videretur, ipſe autem neſciente diabolo inviſibiliter ſic agebat, ut à nemine videretur.* Sic cùm Viri Apoſtolici ſpecialiter Chriſtum imitentur in hoc animarum lucro, dæmon plurimum laborat, ut ipſis laqueos ponat, & ſecundum Apoſtolum 1. Corinth. cap. 4. v. 9. *Spectaculum facti ſumus omnibus.* Cùm unus illorum labitur, ab omnibus conſpicitur, caſusque ille maximum in Eccleſia ſcandalum parit. Rectè Origenès homil. 7. in Ezechielem. *Mihi ipſi cum in Eccleſia prædico laqueos ſæpè tendit ut totam Eccleſiam ex meâ converſatione confundat.* Expende illa verba *totam Eccleſiam, &c.* Nam caſus Viri Apoſtolici non tantùm unũ àtque alterum ſcandalizat, non tantùm hunc vel illum confundit, ſed omnes ejuſdem congregationis, ſed omnes qui officio Miſſionarii funguntur, imò ipſam Eccleſiam. ipſum Pontificem. Undè iterùm ait. *Plus hi qui ſunt in medio oppugnantur ab inimico, ut per ruinam unius hominis, qui celari non poteſt. omnibus ſcandalum fiat, & impediatur per converſationem peſſimam Clericorum.* Quaſi diceret, nè exiſtimes eos, qui ſunt in medio populorum infidelium, quorum converſioni incumbunt, ſint immunes non a peccatis, ſeu à tentationibus, immò magis aliquando tentantur, impugnantur à dæmone, ut (cùm ſint perſonæ publicæ quoad officium prædicationis) illius ruinâ & apoſtaſiâ omnes ejus auditores & diſcipuli ſcandalizentur, & ſic fidei progreſſus impediatur. D. Hieronymus ad cap. 44. Ezechielis. *Grandis* (inquit) *dignitas ſacerdotum, ſed grandis ruina ſi peccant.* Quia ſcilicet dum peccant, alios ad peccatũ tacitè provocant, dum à fide apoſtatant, aliis ad apoſtatandum tentationum & deſideriorum augmentũ ſuppeditant. D. Ambroſius libro de dignitate ſacerdotali cap. 6. *Sacerdos qui ob mala dignè perit, inſuper & alios ſecum indignè perdit.* Quos alios? qui ſcilicet doctrinam fidei ab ipſo percipiebant, perimit: quia cùm à fide deficiat exiſtimant illum non eſſe certum, quia idem dæmon qui ipſum præconem ad infidelitatem traxit, ipſos auditores ad eandem infidelitatẽ inducit, dubia, ſcrupulos primò proponens, deindè cùm ad domum ſeu monaſterium illius apoſtatæ accedere præ pudore, contemptu, nolint, ad idem præcipitium tandem concurrunt. Origenes homil. 12. in Ezechielem. *Sapiens juſtus conſervat ſubditos à diaboli laqueis. Quod ſi ipſe peccat intrat diabolus, & captivos facit ipſum & ſubditos.*

S. Chryſoſtomus; 1. Cor. 4. verſ. 9.; Origenes; S. Hierõ.; S. Ambr.; Origenes

II. Si igitur talis caſus viri Apoſtolici contingat quid faciendum ut tam pravo exemplo, ſcandalo aliquod remedium offeratur, & ſubditi & auditores in fide ſtabiles perſeverent? Suadet Vericelli in hoc caſu, ut unus ex illâ Religioſâ Congregatione fortis ac magnanimis de divinâ bonitate confuſus ſe ultrò fidei hoſtibus offerat, & fidem à ſocio abjuratam publicè propugnet, imò proprii ſanguinis effuſione, tum Eccleſiæ & fidei veritatem confirmet, tum etiam detergat maculam, quam ejuſmodi apoſtaſia ſuam Religionem labefactavit adinſtar Eliæ qui cùm videret plurimos è populo exemplo Regis Achab à verâ religione defeciſſe, omneſque Prophetas mortis formidine in cavernis & ſpeluncis latere, zelo Dei animatus, & deſiderio incenſus fidem reſtituendi, diſperſoſque Prophetas congregandi, intrepidè & in Domino confiſus acceſſit ad Achab lib. 3. Reg. cap. 18.

§. 9.

Nonum Motivum eſt, cùm aliqui dubitant de Fide & Religione proximè morituri, hic fidem palam teſtibus profiteri debet.

I. Sic Salomon poſtquam mulierum extranearum amoribus irretitus, earum quoque Diis & Idolis immolavit, moriturus mundi

 illecebras

illecebras, & quod ad malum inducere poteſt deteſtatus, dicitur Eccleſiaſtem quaſi novam fidei & virtutis profeſſionem compoſuiſſe. Sic Rex Ochozias feciſſe debuerat ut recurſum & cultum Beelzebub deteſtari videretur. Non enim ideò piè moriturus cenſendus eſt, quia ad illum deſcendit Elias ac prædixit moriturū, quia ſpreto Deo conſuluit Beelzebub Deum Accaron, lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 16. *Quia miſiſti ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael, ideò de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris.* Nec conſequenter ſuæ idolatriæ gravitatem cognoviſſe ſatis eſt, ſed debuit illam abjuraſſe & fidē veram profiteri. Sic omnes ferè Martyres illam profeſſi ſunt, ut notat Baronius anno 179. §. 18. ex epiſtolâ Eccleſiæ Viennenſis & Lugdunenſis, ſic Uſthazanes Eunuchus facit apud Sozomenum lib. 2. cap. 8. Sic B. Antoninus Pedemontanus Ordinis ſancti Dominici corā Rege Mahometano apud Rizzium in hiſtoriâ Prædicatorum. Sic Beatus Stephanus Martyr Ordinis Minorum, ut atteſtantur Chronica Minorum part. 2. lib. 8. cap. 38. Sic S. Petrus Mavimenius ut refert Martyrologium Romanum die 21. Februarii, & Baronius anno 742.

II. Et meritò ſi enim aliqui qui in fide nunquam vacillarunt publicam profeſſionem fidei proximi morti emiſerunt, ut in Chronicis S. Franciſci part. 3. lib. 9. cap. 21. legimus quod Joannes Naveretus Hiſpanus Ordinis Minorum iter faciens, concionis gratiâ, à mulo quem conſcenderat dejectus, colliſus & confractus jacens, vocavit quemdam ruſticum prætereuntem, ut teſtis eſſet profeſſionis fidei, quâ mori lætabatur. Si B. Joannes Columbinus Ordinis Jeſuatorum Fundator, ultimâ correptus infirmitate, ſacro viatico munitus profeſſus eſt fidem Catholicam, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiam, & eam non tantùm ſuis cōmendavit, ſed in actum publicum redigi voluit, ut habetur in ejus vitâ à Pheo Belchario edita cap. 76. à Paulo Morigia cap. 58. Silvano Razz de Sanctis. Ethus Ferrar. in Catul. Si S. Demetria ad tribunal perducta ante Præfectum in confeſſione fidei emiſit ſpiritum, ut teſtantur acta S. Bibianæ apud Gallonium de Virgin. & Manuſcriptus Codex Biblioth. Vall in Catalogo lib 5. cap. 35. Si (ut idem Autbores referunt) Fauſtus Romanus propinquus ſanctarum Dafroſæ & Bibianæ ad tribunal ductus fidem Chriſti, quam ab illis nuper acceptaverat conſtantiſſimè profeſſus eſt, & in eâdem confeſſione perſeverans, Deo ſpiritum reddidit. Lucianus Presbyter Antiochenus apud Surium tomo 1. Baronium in Annalibus tomo 3. in Carcere coram aſtantibus ſatellitibus ter dicendo ſum Chriſtianus, emiſit ſpiritum anno 311. Albertus Magnus poſtquam totam vitam impendit docendo tam verbo quàm exemplo Eccleſiaſticis Sacramentis munitus inſtante morte publicam fidei proteſtationem fecit, ut patet ex Ferdinando de Caſtello Hiſtor. Ordinis Prædicatorum part. 1. lib. 3. cap. 47. Leand. Albert. de viris illuſtrib. Ordinis Prædicat. lib. 3. Aloyſius Bertrannus ejuſdem Ordinis Prædicatorum, licet totâ vitâ variis infirmitatibus laboraſſet, frequenter illud divi Auguſtini pronunciaret. *Domine hic ure, hic ſeca, & in æternum parcas.* Tamen ad extremum deveniens ante cœleſtis viatici perceptionem fidem Catholicam eſt profeſſus. Ita Vincentius Juſtinianus in vitâ ipſius. Franciſcus Dragus in hiſtoriâ provinciæ Aragoniæ Ordin. Prædicat. lib. 2. cap. 75. Amatus Abbas Monaſterii Romerici, ſub mortem ſibi afferri juſſit epiſtolam S. Leonis ad S. Flavianum datam, in quâ Catholicæ fidei ſermo continetur, eam ſibi legi curavit, quâ lectâ dixit. *Sic credo ô Trinitas ineffabilis, ita confiteor Deus omnipotens, ita de te ſentio fili Dei Chriſte Ieſu. Sic de te intelligo Spiritus Sancte, æterne Deus, atque unum Deum in Trinitate, trinumq; in virtute confiteor.* Surius tomo 5. Trithemius lib. 3. cap. 88. & 90. Baronius in Annalib. tomo 8. Ado. Eandem fidem publicâ de Trinitate iteravit Sanctus Bruno Carthu-

Carthuſianorum Patriarcha inſtante morte, Surius tomo 5. Baronius in Annalibus tomo 11. & 12. Ranulphus lib. 7. cap. 4. Referr Leander Albertus lib. 8. quod Hendricus Uratiſlavienſis in Sileſiâ Ordinis Prædicatorum, & S. Dominici diſcipulus, proximus morti dæmonibus dixit, Fratribus aſtantibus & orantibus. *Adſunt dæmones & meam conantur ſubvertere fidẽ ſed ego credo in Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum.* Quibus dictis expiravit anno 1245. Jacoptinus Tudertinus Ordinis Minorum, dierum plenus, variisque pœnitentiæ exercitiis fractus, priuſquam moreretur fidei profeſſionem renovavit, & Symbolum Apoſtolorum recitavit. Ita Chronica S. Franciſci part. 2. lib. 6 cap. 38. Hiſtor. Seraph. lib. 1. Joannes Auguſtinus Ordinis Prædicatorum, læthaliter infirmus, profeſſus eſt fidẽ Catholicam Romanam, tandem in agoniâ viſus eſt cum dæmone luctari Trinitatis & Vnitatis myſterium digitis demonſtrando, cumque in hâc luctâ diceret *Vuus, unus eſt*, obiit anno 1476. Ita Franciſcus Didacus in Hiſt. Provin. Arag. Ordinis Prædic. lib. 3. cap. 43. De Joanne Hortulano Ordinis Minorum ferunt Chronica Sancti Franciſci part. 2. lib. 2. cap. 9. quod paulò ante mortem poſt peccata ritè confeſſa, exultans ſurrexit in lecto ſe compoſuit ſæpius ſolitum hanc orationem repetens. *Amor meus Ieſu adjuva me.* Beatiſsimæ quoque Virginis ac Sanctorum omnium opem implorans, profeſſionem fidei emiſit, acceptamque imaginem Domini N. J. Chriſti aſpiciens animam exhalavit. Franciſcus Didacus Hiſtor. Ordinis Prædicat. Provin. Arag. lib. 1. c. 59. narrat quod Joannes Myrius ante obitum munitus divinis Sacramentis fidei profeſſionem emiſit tantâ cum devotione ut circumſtantes ad uberrimas lacrymas excitarit. De S. Ludovico Rege Francorum ferunt Surius tomo 4. S. Antoninus part. 3. tit. 20. cap. 1. §. 12. Papyrius Maſſonius Annal. Francor. lib. 3. quod morti proximo & ſactam Sinaxim ſuſcepturo oſtendit Sacerdos quærens num crederet? reſpondit magis apud ſe habere fidem quàm ſi videret Chriſtum in eâ formâ, quâ aſcendit in cælum. Baronius ſcribit in Annalibus tomo 12. quod Ludovicus Craſſus etiam Rex Francorum flexis genibus ante ſacratiſſimum Corpus & Sanguinem Domini Noſtri Jeſu-Chriſti in hanc Catholicæ fidei vocem prorupit. *Ego Ludovicus confiteor unum & verum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unam ex hac ſanctâ Trinitate Perſonam, videlicet unigenitum, & conſubſtantialem, & coæternum Dei filium de ſacratiſſimâ Mariâ Virgine incarnatum, paſſum, mortuum, & ſepultum, tertiâ die reſurrexiſſe, ad cælos aſcendiſſe, ad dextram Dei Patris conſidere, vivos & mortuos extremo & magno judicii die judicaturum. Hanc autem ſacratiſſimi ejus Corporis Eucharistiam illud idem credimus Corpus quod aſſumptum eſt de Virgine, quod Diſcipulis ſuis ad confœderandum & vivendum & in ſe commanendum tradidit. Hunc ſacratiſsimum Sanguinem illum eundem qui de latere ejus in cruce pendentis defluxit, & firmiſsimè credimus, & corde & ore confitemur. Hocq; ſacratiſsimo viatico diſceſſum noſtrum munire, & contra omnem aeream poteſtatem certiſſimâ protectione defendi peroptamur.* Petrus Venerabilis lib. 2 de Miraculis cap. 17. Baronius in Annalib. tomo 2 ſcribunt eandem ferè confeſſionem factam eſſe à Matthæo Cardinali Albanenſi, nam moribundus rogavit ſibi afferri Dominicum Corpus, quo allato. *Audite* (inquit) *Fratres confeſsionem meam & fidei mea. Hic in æternum teſtes adeſtote. Confiteor hoc ſacrum Salvatoris mei Corpus illud verè & eſſentialiter eſſe quod de ſanctâ Virgine ab ipſo ſumptum eſt, quod pro mundi ſalute in Cruce pependit, quod tertiâ die à mortuis reſurrexit, quod in cælos aſcendit, quod venturum eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignẽ, per ipſum credo incorporari ei, & ſibi unum cum ipſo, & habere vitam æternã.* Apud Surium tomo 2. Mombrit. tomo 2. Leandr. Albert. lib. 4. Chron. Ordinis Prædic. part. 1. lib. 3. Antoninum part. 3. tit. 23. cap. 7. & ſeq. Legimus hanc D. Thomæ Aquinatis morti vicini confeſſionem fidei

coram Venerabili Sacramento. *Ego planè credo, imò pro certo novi hunc eſſe verum Deum & Hominem Ieſum Chriſtū aterni Patris & Virginis filium, & quod puro corde credo, etiam labiis ſincerè confiteor.* Deindè ſuſceptioni ſacræ Sinaxis hæc verba præmiſit. *Amo te pretium animæ meæ, viaticum peregrinationis meæ, pro cujus amore ſtudui, vigilavi, & laboravi. Te prædicavi, te docui, nihil unquam ſcienter contra te dixi: ſi quid autem de hoc Sacramento, & de aliis minus benè dixi, aut ſcripſi, totum relinquo correctioni ſanctæ Matris Eccleſiæ, in cujus obedientia nunc tranſeo ex hac vitâ.* Idem Surius tomo 4. Baronius in Annal. tomo 11. Ferrar. in Catal. Anton. part. 2. tit. 15. c. 17. De S. Joanne Gualberto aiunt cum ad mortem accederet curavit ſcribi, & in ſuâ manu poſt mortem ſepeliri. *Ego Ioannes credo & confiteor fidem quā ſancti Apoſtoli prædicaverunt, ſancti Patres in quatuor Conciliis confirmaverunt.* In Bibliothecâ Floriacenſi cap. 10. hæc de Roberto Valentino Monacho Cœleſtino referuntur. Cùm extremum ageret Sacramentis Eccleſiæ ritè præmunitus ſe erigi præcepit, & uno fratre eum ſuſtentante defixis in cœlum oculis, hilari vultu, ſerenâque facie, ſic Deum voce ſonorâ, flens Symbolum & graviter recitavit, ſingulos ipſius diſtinguens articulos, & ſigillatim, quibuſque Apoſtolis ſuum attribuens. Deindè decem præcepta legis, & ſeptem Sacramenta enumeravit, adjiciens. *Credo & credidi, teneo & tenui, confiteor & confeſſus ſum fidem illam quam Apoſtoli prædicaverunt, quamq; ſancta Dei Romana Eccleſia, in quâ nunc præſidet Dominus Benedictus XII. tenet & docet, &c.* Petrus Venerabilis Cluniacenſis Mirac. lib. 1. cap. 4. ait quod Gilbertus Monachus mortali morbo detentus, cùm prius idiota, & imperitus eſſet diſtinctè Symbolum D. Athanaſii pronunciavit. *Quicumque vult ſalvus eſſe, &c.* Quid plura plurimi Catholici brevi morituri varios actus fidei, (quam totâ vitâ profeſſi ſunt) elicere ſolent. Cur non idem præſtabunt de quorum fide dubitatur, cùm id in gloriam & honorem divinæ Majeſtatis redundet, ac proximum non mediocriter ędificet. In vitâ S. Petri Martyris narratur, quod hic cùm in ditione Mediolanenſi munus ſacræ Inquiſitionis à Sede Apoſtolicâ commiſſum ſanctâ ſollicitudine gereret, nec ullum locum relinqueret neque concionibus, neque monitionibus, neque aliis officiis, quibus ad veritatis lucē hæreticos revocaret: eum illi tanto odio ſunt proſecuti, ut ejus necem machinati ſint, quam per quendam Sicarium conductitium intulerunt. Itaq; Vir ſanctus lethaliter ſauciatus Symbolum fidei, quam patrui blandimentis ac minis puer abnegare noluit in ipsâ etiam nece recitare non eſt oblitus. Ecce vir qui à pueritiâ uſque ad extremum vitæ periodum fidem verbo, opere, prædicatione, & exemplo profeſſus eſt: Quando magis ad ejuſmodi confeſſionem emittendam induci debent il, qui in ſuâ vitâ à verâ fide deflexerunt; vel in eâ hæſitarunt, vel proximis anſam dederunt dubitandi de fidelitate erga Deum & ſanctam Eccleſiam.

§. 10.

Decimum Motivum eſt, cùm multi apoſtatant à fide.

CUr Elias publicam fidei confeſſionem edit his verbis, lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 36. *Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iacob oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael & ego ſervus tuus, & quod juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me Domine, exaudi me, ut diſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus & tu converiſti corda eorum iterum.* Quaſi diceret ego confiteor te eſſe Dominum Deum verum, quem Abraham, Iſaac, & Jacob crediderūt & coluerunt, oſtende hodie quod ſis verus Deus & ego non falſam aliquā Deitatem prædicans ſed veram, nè permittas ulterius Baalitas gloriari, quaſi veri Dei cultores, nè permittas te & tuam religionem ita ab illis proculcari, nè permittas ſic eam à populo deſeri, ut falſas Baalis ſuperſtitiones amplectantur. I.

amplectantur. Oſtende hodie tuam religionem eſſe veram, Baaliticam autem eſſe vanam, falſam, & diabolicam, nè amplius permittas exponi Baalitarum ludibrio & perſecutioni fidelium, & prophetarum tuorum cœtum, nec populum ſic ab illis abduci, ſed confirma in fide. Sic S. Eulogius Martyr lib. 2. memorialis Sanctorum narrat cap. 5. quod cùm multi à fide recederent, & ritus Saracenorum ſectarentur, alii Chriſtiani zelo honoris Dei & animarum ſaluti incenſi ſe ultrò carnificibus offerebant, & ad martyrium properabant, ut proprio cruore, & nece veram Chriſti religionem eſſe aſtruerent. S. Petrus Alexandrinus Canone 11. de lapſis ejuſmodi zelum & fervorem laudat. S. Eulogius lib. citato num. 20. ait. *Martyrium pro ejuſmodi motivo toleratum eſſe meritorium, in veritate crimen eſſe latitare fatendum eſt, ſi virtus excellentis meriti eſt, ultro procedere, quando fidei noſtræ confeſſio prædicationem exigit, & teſtimonium poſtulat*. Malderus illis ſubſcribit 2. 2. quæſt. 3. art. 2. memb. 2. concluſ. 3. verſ. *probatur ſecundò*. Et ratio eſt, Tunc enim fides teſtimonio indiget cùm conculcantur & improbantur præcipua ejus myſteria, cùm præcipui ejus articuli controvertuntur, imò negantur.

11. Animadvertendum eſt Eliæ confeſſionem ita ſucceſſiſſe, ut populus qui à fide defecerat, vel ſaltem in eâ vacillabat, eam rurſus amplexus fuerit, quod ſi S. Elias prævidiſſet ſuam publicam confeſſionem, non fore utilem populo, nec prophetis abſconditis, populum in Carmelo congregari non permiſiſſet, & coram eo fidei confeſsionem non emiſiſſet, ſeque mortis periculo non expoſuiſſet. Ita Viri Apoſtolici Divini honoris, fidei & animarum ſalutis zelo incenſi poſſunt fidem ultrò & publicè profiteri, ſi prævideant aliquam ſuæ confeſſionis utilitatem, nec perſecutionem ſævituram in fideles, & maximè viros Apoſtolicos in illis regionibus verbum Divinum & Evangeliū diſſeminantes. Nam *Magis* (inquit Vericelli) *conſideranda nova Eccleſiæ*

Vericell.

perſecutio, quàm procuranda ſolus eorū qui ex malitia ſeſe impietati tradunt. Nec refert quod cap. 19. Textus Sacer dicat Jezabelem iterùm furore incenſam ejus neci inſidiatam eſſe. Hujus enim ſævitię argumentum fuit non tam converſio populi ad verum Dei cultum, nec victoria reportata contra Baalitas per victimam ejus cælitus incenſam, quàm omnium Baalitarum cædes. Ut patet lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 1. & ſeq. *Nunciavit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet univerſos Prophetas Baal gladio. Miſitq́; Iezabel nuncium ad Eliam dicens: Hæc mihi faciant Dii, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animā unius ex illis. Timuit ergò Elias, & ſurgens abiit quocumque ferebat eum voluntas. Venitq́; in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum, & perexit in deſertum viam unius diei. Cumq́; veniſſet & ſederet ſubter unam juniperum petiit animæ ſuæ ut moreretur, & ait ſufficit mihi Domine, tolle animam meam neque enim melior ſum quam Patres mei, &c.* Chaldæa paraphraſis. *Indicavit Achab Iezabeli omnia quæ fecerat Elias, & penitus quod occidiſſet omnes Prophetas mendaces gladio, &c.* Nicolaus de Lyra. *Poſtquam deſcripta eſt prophetarum Baal occiſio, conſequenter occaſione hujus ponitur Eliæ perſecutio.* Expende illud *conſequenter occaſione hujus*, ſcilicet cædis prophetarum Eliæ perſecutio, & patet ex ejus verbis. *Niſi hac hora cras poſuero animam tuā ſicut, &c.* Dionyſius. *Niſi te ipſum tractavero, violentam manum tibi inferendo, ſicut poſuiſti animam cujuſcumque ex Prophetis Baal.* Toſtatus ibi quæſt. 1. nunciavit Achab. *Dolebat de morte ſacerdotum Baal, & placuit ei quod Iezabel vellet occidere Eliam, undè conſenſit ut loqueretur ei verba dura.* Et infra ad illa verba *niſi hac hora. Doluit valdè Iezabel de morte Prophetarum, eo quod diligebat eos nimis, ita ut daret eis aſſiduè cibos de menſâ ſuâ, etiam ex hoc diminuebatur, & quaſi videbatur omninò ablatus cultus Baal, cùm omnes Prophetæ ſui & Sacerdotes & etiam Prophetæ lucorum fuiſſent occiſi. Iezabel tamen zelabat nimis pro cultu Baal,* l. 3. Reg. 19. v. 1.

 ſicut

ſicut Elias pro cultu Dei, ideò dolebat de morte Sacerdotum; etiam putabat Iezabel quod mors prophetarum fuiſſet in contemptum ſuum ſcilicet, quod occidiſſet illos Elias, ut offenderet Iezabel, quæ erat maxima patrona eorum, doluit ergò ſe contemni, & locuta eſt durè contra Eliam. Omnes unanimiter aſſerunt præcipuum motivum furoris, quem tunc Jezabel concepir contra Eliam fuiſſe cædem Prophetarum & Sacerdotum Baal, & Prophetarum lucorum, vel manu, vel juſſu Eliæ factam. *Dolebat* (inquit Toſtatus) *de morte Sacerdotum Baal, & placuit ei quod Iezabel vellet occidere Eliam, undè conceſſit quod Iezabel loqueretur verba dura ad Eliam.* Deindè quid clarius quàm hæc verba Dionyſii. *Niſi te ipſum tractavere ſicut tu poſuiſti animam, &c.* Et ejuſdem Toſtati. *Doluit valdè Iezabel de morte Prophetarum.* Elias igitur primò intendit ſuâ publicâ cōfeſſione fidei & ſacrificio veram divinitatem probare, fideles ad avitam Patrum fidem rednceere. Quod autem Prophetas curarit interimi, id fecit ſpeciali Dei inſtinctu, ut radices idololattiæ extirparet.

§. *II.*

Vndecimum Motivum nè ejuſdem Religionis Profeſſores malè excipiantur.

I. POteſt aliquis ſpontè tyrannum adire, & illi ſe ſiſtere ob prẹfatū finem. Sic Elias vidēs omnes Prophetas Domini non tantùm laceſſiri injuriis, in carceres trudi, ſed etiā ad ſupplicium duci propter ſe, quia exiſtimabatur Elias turbaſſe Iſrael, famē triennalem pro nutu ſuo & arbitrio immiſiſſe. Sanctiſſimus, inquam, Propheta ipſum Achab convenit, tum ut ſuæ religionis veritatem probet, tum ut fideles liberaret & præcipuè Prophetas, in quos tam crudeliter ſæviebatur, alios occidendo, alios in latebras & ſpeluncas redigendo, ita Act. c. 19. cùm S. Paulus eſſet in Aſiâ, v. 23. *Facta eſt illo tempore turbatio non minima de via Domini. Demetrius enim quidam nomine Argentarius faciens* *Act. 19. verſ. 23.* *ædes argenteas præſtabat artificibus non modicum quæſtam. Quos convocans, & eos, qui ejuſmodi erant opifices, dixit: Viri ſcitis, quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio, & videtis & auditis, quia non ſolùm Epheſi, ſed penè totius Aſiæ Paulus hic ſuadens avertit multā turbā dicens quoniam nō ſunt dii qui manibus fiunt, non ſolùm autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutione, ſed & Dianæ magnæ templum in nihilum reputabitur.* Paulus hic alter Elias dicitur avertere multos ab idololatriâ, & oſtendit deſpiciendam eſſe Dianam quemadmodum Elias cultum Baal reprobabat, & ſicut totū regnum Baalitis adhærerat, ita ut Elias crederet vix reſtare unum fidelem, ita Dianam ferè totus mundus colebat. *Quam tota Aſia colit & orbis.* Dionyſius. *Cultus Dianæ undique dilatatus.* Sicut Baalitæ & alii pſeudoprophetæ vivebant de menſa Jezabel, & verebantur nè Elias Baalis ſimulachra deſpicienda probans, ipſi victu quotidiano privarentur. Sic Demetrius & alii opifices obmurmurarunt contra Pauli zelum & prædicationem. Quia, *Non ſolum* (inquit Hugo Cardinalis) *eorum nomine, opera noſtra vana, nec mercede digna redarguentur, ſed religio noſtra dehoneſtabitur, ſi huius doctrina prævaluerit idola Deos non eſſe.* Et quemadmodum Baalitæ concitaverunt Jezabel, Achabum, & populum, *Act. 19. verſ. 28.* ut perſequerentur Eliam & omnes Prophetas Domini, ita Textus Sacer. *His auditis repleti ſunt, &c. Et exclamaverunt dicentes, Magna Diana Epheſiorum. & impleta eſt civitas confuſione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum rapto Caio & Ariſtarcho Macedonibus Comitibus Pauli.* Dionyſius, *Hos autem traxerunt non invenientes Paulum.* Textus. *Paulo autem volente intrare ad populum non permiſerunt diſcipuli.* Quid eſt ad populum. Hugo Cardinalis. *Ideſt in theatrum ad populum quia non timebat puniri.* Dionyſius. *Vt falſitati reſiſteret, & qui pro veritate & æquitate mori paratiſſimus fuit, non permiſerunt propter commune bonum Eccleſiæ; volentes eum*

conſervare

conſervàre in vita, quemadmodum ipſe ſcribit ad Philippenſes. Manere in carne neceſſarium propter vos. D. Chryſoſtomus homil. 42. in acta. *Paulo volente migrare ad plebem, non permittebant eum diſcipuli. Itaque Paulus volebat ingredi ut cōcionaretur. Nam perſecutiones ad doctrinam aſſumebat, ſed diſcipuli non ſinebant illum. Et conſidera quanta erga illum uſi ſunt providentiâ, utique, & ab initio illum eduxerunt nè læthalem acciperet plagam, &c. neque pati illum aliquid volebant. Et quidem Principes Aſiæ obſecrabant illum nè intraret in theatrum ſcientes ejus promptitudinem obſecrabant: Sic omnes illum orabant fideles.* Expende illa verba *itaque Paulus volebat ingredi ut cōcionaretur.* Vt ſcilicet oſtenderet & ſuæ doctrinæ veritatem, & ſupplicia pro illius prædicatione promerita eſt, in ſe refundi debere, non verò in Cajum & Ariſtarchum, & patet ex ſequentibus. *Nam* (inquit D. Chryſoſtomus) *Perſecutiones ad doctrinam aſſumebat.* Ideſt libenter perſecutiones patiebatur ob Evangelii prædicationem. Item. *Sed diſcipuli non ſinebant.* Cur non ſinunt? quid non ſinunt? non impedire volunt ejus prædicationem, nam ad hoc miſſus eſt, ſed nolunt in hâc temporis circumſtantiâ, ut compareat coram populo, & in theatrum proſiliat concionem habiturus. Prævidebant enim hanc ejus prædicationem nullam allaturam utilitatem, nullum animarū lucrum, ſed quod populus illum videns in ipſum inſurgeret, & læthalē plagam illi infligeret, ejus præſentiam & zelum tunc non ferens Eliam & Paulum imitatus eſt. S. Marcus Epiſcopus Arethеſius cujus meminit S. Gregorius Nazianz. orat. 47. quæ eſt 1. in Julianum. *Iam verò id quod eximio viro Marco Arethaſio accidit, quis ab orbe noſtro remotus ignoret, ac commemorantem narratione non avertat? Hic cum egregio illo Conſtantio imperante, pro eâ licentiâ quæ tum Chriſtianis conceſſa fuerat domicilium quoddam dæmonum evertiſſet, ac multos Chriſtianos à gentili errore ad ſalutem non minus in ſplendore, quàm dicendi facultate traduxiſſet, jam pridem odio atque indignationi Arethaſiis erat, vel potius Arethaſiorum impiiſsimo cuique, dæmonumq́ amantiſsimo. Poſteaquam autem mutatis Chriſtianorum rebus gentilium res tumere cœperunt temporis potentiam & tyrannidem non effugit. Multitudo quippe etiamſi in præſenti iras, cupiditatesq́ ſuas coerceat (quemadmodum ignis in materiâ latitans, aut amnis violenter inhibitus) occaſionem nacta ſuccendi, atque erumpere conſuevit. Quocirca populum adverſum ſe incitatum, nec moderati quidquam, vel cogitantem, vel comminantem cerneret, primum conſciſcendæ fugæ conſilium init, non tam ignaviâ fractus, quàm præcepto illo permotus, quo è civitate in civitatē fugere & perſecutoribus cedere jubemur. Neque enim Chriſtianos quantumvis fortes, ac ſingulari tolerantiâ præditos, ſuæ tantùm ſalutis rationem habere oportet, ſed perſecutoribus quoque conſulere, ut nè quantum in ipſis ad hoſtile periculum ex ſe ipſis aliquid conferant.* Expende hæc ultima verba, *ut nè quantùm in ipſis eſt, &c.* Quibus innuit nemini licere abſque ſpeciali motu divino ſe tyrannorum furori objicere, & iis ulterius peccandi cauſſam præbere. Conſequenter oſtendit, quod motivum habuerit. *At poſtquam multos propter ſe duci atque abſtrahi, multis etiam propter perſequentium crudelitatem in animæ periculo verſari intellexiſſet, non ſuſtinuit vir eximius alios ob ſuam fugam cautionemq́ periclitantes negligere, ac proindè præſtantiſſimum maximè philoſophicum capit, ex fugâ enim rediit, ſeq́ue ultrò plebis arbitrio tradit, atque adverſus temporis difficultatem inſtruitur.* Ideſt tyrannorū ſævitiæ ſe objicit, nè alii ſui cauſâ ad ſupplicia trahantur, vel in fide aliquantulum titubent, & ob illum reditum vocat illum eximium virum. At non minùs ſe eximium manifeſtavit in ſuppliciorum tolerantiâ.

II *Hic verò quid acerbitatis aberat? quid non etiam atrocius excogitabatur? aliis aliud quidpiam ad unius mali concentum afferentibus, nec tortoribus ſi nihil aliud. At illius certè patientiam proſequentibus, imò magis etiam excandeſcentibus, quod illius reditum ac præſentiam, non tam fortitudinem adverſus*

S. Chryſoſtomus

S. Greg. Nazian.

adverſus pericula, quam contemptum ſui interpretabantur. Ducebatur ſanè ſacroſanctus ſenex athleta ſpontaneus per mediam civitatem, omnibus præter perſecutores & carnifices tum ætate venerandus, tum vita probitate venerabilior. Ducebatur porrò ab omnibus cujuſlibet ætatis, & conditionis, ac fortunæ, omnibus æquè urgentibus viris & mulieribus, adoleſcentibus & ſenibus, iiſque etiam, qui vel publica urbis negotia adminiſtrabant, vel dignitate aliquâ inſignes erant. Tantùm abeſt ut S. Gregorius improbet ſpontaneum illum reditum, ac comparitionem ultroneam coram tribunali, quin potius eam ſummis laudibus celebrat. Undè eum vocat ſacroſanctum Senẽ, Athletam ſpontaneum, venerabilem propter ætatem, ſed venerabiliorem ob vitæ probitatem, quam ſanè probitatem manifeſtavit, dum animam cruciatibus expoſuit, nè ſuâ fugâ grex aliquod detrimentum, vel in corpore per tormenta, vel in animo dubitando, vel deficiendo à fide, ſicque ſimplices oves à lupis devorarentur propriâ morte eorum ſalutis diſcrimen redemit.

III. Quod autem priorem receſſum ſeu fugam formidine pœnæ non arripuerit, ſed ſperans, ſi ſuperviveret gregi ſuo magis profuturum, patet ex reditu, exiſtimavit magis utilem, quàm abſentiam vel diuturniorem vitam: patet ex innumeris ſuppliciis, quæ omnes cujuſcumque ſexus, ætatis & conditionis in eum certatim congeſſerunt: quibus tamen ætate venerabilis, corpore debilis ſuperior & fortior extitit, quorum ennumeratione nemo congruam exiſtimabit. Ex hâc enim unuſquiſque judicare poterit quàm gratum ſit Deo ſacrificium, quã victima propriæ vitæ, quam Vir Apoſtolicus, ſeu Prælatus libat Deo per Martyrium, ut aliorum ſalutem & vitam ſuâ causâ impugnatam in tuto collocet. *Atque hoc unum certamen cunctis propoſitum erat, ut furoris adverſus ſenem unanimitate ſeſe mutuò ſuperarent, omnibusq; pietatis pars exiſtimabatur, quàm plurimis eum cruciatibus afficere, pugilemque ſenem vincere adverſus totam civitatem decertantem, Raptabatur per plateas, protrudebatur per cloacas crinibus & quavis corporis parte (admixtâ nempè tormentis contumeliâ) ab iis trahebatur, qui in mithræ ſacris ſacra hujuſmodi ſuppliciis juſtè divexantur? à pueris ad pueros pendulus remittebantur: cultris pennariis generoſum illud corpus ſuſcipientes, atque hanc tragœdiam pro ludicro habentes. Quidam etiam tormentorum inſtrumentis tibia illius ad ipſa uſque oſſa comprimebantur. Lineis filis aures abſcindebantur, & quidem tenuiſſimis & firmiſſimis ipſo interim ſportâ in altum ſublato, melle & inſulſo undique perfuſus, apibus & veſpis meridie pungebantur, ardentiſſimo ſole lucente, atque huic quidem carnes colliquante. Illis autem beatarum carnium (non enim dixerim miſerarum) eſum acriorem efficiente. Hic enim verò, ut hoc quoque litteris mandem, ſenex ille, idemq; ad certamina juvenis (nam nè in tormentis quidem frontis, animiq; lætitiam reliquerat: verùm ſupplicia etiam ipſa irridebat) celebratum illud & memorabile dixiſſe fertur, omen illud ſibi placere, quod ſublimem ſe perſpiceret illos contra abjectos humiq; depreſſos. Uſque adeò ſuperior iis erat, à quibus tenebatur, adeòq; à doloribus & moleſtiis remotus, non aliter ac ſi alienis periculis intereſſet, ſuppliciumq; ſuum pompam non calamitatem exiſtimaret, & quidem cui non! hæc virtutis præſtantia religionem & reverentiam injeciſſet, etiam mediocri levitate, atque humanitate præditorum? ſed illis hoc non licuit per tyrannidis turbinem, imperatoriſq; cupiditatem, tum à populis, tum ab urbibus & præfectis crudelitatem expoſcentibus, etiamſi pleriſque ſecus videretur malignitatis illius & perverſitatis arcanum ignorantibus. Hæc firmus & conſtans ſenex pertulit.*

Ea fuit hujus Senis firmitas & conſtantia, ut ipſos gentiles ſtupore afficeret. *Quocirca* (inquit S. Gregorius) *quitum præfecti munere fungebatur his rebus commotus (quanquam enim religione gentilis, moribus tamen gentilis ſublimior erat, ac præclariſſimis & laureatiſſimis tam veteris quàm noſtræ memoriæ viris comparandus) multiplicẽ hominis excruciationem, tolerantiamq; non ferens, illud ad Imperatorem magnâ* VI.

cum

cum animi libertate dixiſſe memoratur, An non padet nos Imperator uſque adeò Chriſtianis inferiores eſſe, at nè ſeniculum quidem unum ſuperare queamas, idq́; per omnia tormentorũ genera graſſatum? & quem vincere haud magnum, & honorificum, an non extrema calamitatis eſt ab eo victos diſcedere? Ita iiſdem rebus (at apparet) hinc Præfecti erubeſcebant, hinc Imperatores gloriabantur. His porrò quidnam miſerius non tam patientibus, quàm facientibus contingere potuit? Atque Arthetuſiorum quidem facinus ad hunc modum ſe habuit, ut jam parva ſit Echeti & Phalaridis crudelitas, ſi cùm illorum immani ſævitiâ conferatur, vel ejus potius, quo auctore & impulſore hæc committebantur.

V. Hunc Senem audire videor dicentem cum Job inter medias calamitates & dolores conſtituto. *Quis det ut veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus, & qui cœpit me conterat: ſolvat manum ſuam & ſuccidat me, & hæc mihi ſit conſolatio, ut affligens me dolore non parcat.* Perſeverans in conſtantiâ dolorum perſeverantiam expetebat, ipſis tyrannis ſuperior, ipſis omnibus magnatibus ſexus, ætatis, conditionis nova ſupplicia fingentibus gloriosior. Si ſolamẽ percepturum exiſtimabat, ſi ærumnæ forent diuturniores: ita ut in illis quaſi ſuam beatitudinem ſtatueret, & in illis clamans non flens, non ejulans ſed cantans videretur, de eo effari poteſt illud Zenonis Veronenſis Epiſcopi ſerm. de Jonâ. *Clamat de profundis & Paulus obrutus calamitatibus beatis.* Quomodò vocas calamitates beatas, quas omnes infœlices & exitiales nuncupant. S. Ambroſius lib. de officiis: *Incipit Beatitudo judicio divino ubi ærumna æſtimatur humana.* Quod probat exemplo eorum, qui olim laureis & coronis donabantur, non otioſi, non in auro decumbentes, non abdomini & genio indulgentes, ſed qui certarant, quorum veſtes perfuſæ erant, quorum corpora plagis purpurata erant. *Non decet* (inquit ad illa verba pſalmi 118. *Iuſtus es Domine &c.*) *redimitos floribus corona, ſed pulverulentos.* D. Bernardus id melliflue probat exemplo Chriſti; Chriſtus creſcere & exaltari vult, vult glorioſior effici. Quomodò id fieri poterit? nam infinito in potentiâ, in majeſtate, in gloriâ nihil addi poteſt. Reſpondet ſermone 2. de Aſcenſione. *Chriſtus verò cùm per naturam divinitatis non haberet, quo creſceret vel aſcenderet, quia ultra Deum nihil eſt per deſcenſum quomodò creſceret invenit? veniens incarnari, pati, mori, propter quod Deus exaltavit illum.* Sic Beatus Marcus non tantùm tyrannis & totâ civitate ſuperior extitit, ſed & ſeipſo antequam pateretur, antequam è fugâ rediret, quomodò crevit? patientiâ in tormentis: hæc enim non ſolùm fideles in fide roboravit, & obex fuit nè corpora ſuppliciis torquerentur, vel animæ per infidelitatem in periculum ſalutis adducerentur, ſed etiã ſeipſum Deo gratiorem reddidit, ac ditiorem coronam adeptus eſt.

Iob. c. 6. verſ. 6.

S. Zeno

S. Ambr.

S. Bernardus.

§. *12.*

Duodecimum Motivum, eſt ſpontanea propriæ prolis traditio.

HÆc ſpontanea propriæ prolis traditio grata Deo eſt, nè à tyrannis proles diutius vivens gentilium ritibus inſtruatur, lib. 4. Regum cap. 3. cùm Rex Iſrael, Rex Juda, Rex Edom obſediſſent Moabitas, eoſque primo prælio fudiſſent, deſtruxiſſent civitates, & omnem agrum optimum devaſtaſſent verſ. 25. *Mittentes ſinguli lapides repleverunt, & univerſos fontes aquarum obturaverunt, & omnia ligna fructifera ſuccideerunt, ita ut muri tantùm fictiles remanerent, & circumdata eſt civitas à fundibulariis, & magnâ ex parte percuſſa.* Verſ. 26. *Quæ cum videret Rex Moab prævaluiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos viros educentes gladios, ut irrumperent ad regem Edom, & non potuerunt.* Verſ. 27. *Arripienſq́; filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo obtulit holocauſtum ſuper murum, & facta indignatio magna in Iſrael*

I.

l. 4 Reg. 3. v. 25.

verſ. 26.

verſ. 27.

ſlatimque receſſerunt ab eo, & reverſi ſunt in terram ſuam. Per tres Reges hic poſſumus intelligere idololatriã, avaritiam & carnem, per Iſrael idolatriam ſeu hæreſim Iſrael enim idem eſt quod *Princeps Dei.* Quid verò eſt idololatria, niſi cultus Deo debitus, tamen creaturæ exhibitus? D. Thomas 2. 2. quæſt. 94. art. 1. *Idololatria eſt exhibere latriam, id eſt cultum Dei creaturæ.* Seu eſt falſa religio quo honor ſoli Deo debitus idolo exhibetur. Edom idem eſt ac rufus ſeu rutilus, eſt ſymbolum auri ſeu avaritiæ. Judas confeſſio. Moab idem eſt ac de patre. Idololatria ſeu hæreſis obſidens Eccleſiam (quę grata eſt Deo) per Chriſtum filium Dei, ſeu ſapientiam increatam & incarnatam utitur operâ & viribus duorum regum ſcilicet Juda & Edom, inducere & cogere vult ad abjurandam fidem, & confitendam ſeu profitendam ſuperſtitionem, ad quam profeſſionem facilitandam divitias, honores, &c. pollicentur: ita ut canere liceat de fideli-
Pſal.40. bus ſic ſeductis illud pſal. 48. verſ. 19.
verſ.19. *Confitebuntur tibi cùm benefeceris ei.* Meritò Apoſtolus Epheſiis cap. 5.
Eph. ſ.5. verſ. 7. ait. *Hoc enim ſcitote intelligen-*
verſ.5. *tes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus non habet hæreditatem in regno Chriſti.* Theophilactus. *Deficit à Deo avarus & circumventor.* Idem ad Coloſſ. cap 3. verſ. 5. *Mortificate, &c. avaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſer-*
Coloſſ. 3. *vitus.* Undè S. Anſelmus in cap. 1.
verſ 5.
S. Anſel. epiſt. 1. ad Corinth. definit hæreticũ. *Qui alicujus temporalis commodi & maximè gloriæ, principatuſq́; ſui gratiâ, falſas opiniones, ac novas vel gignit, vel ſequitur.* Idem notat Regius Va-
Pſal. 53. tes pſalm. 53. verſ. 5. *Non propoſue-*
verſ 5. *runt Deum ante conſpectum ſuum.* Lumen fidei recipere noluerunt, vel ad illud oculos mentis clauſerunt illi lumini, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſe oppoſuerunt qui ſeducti fuerunt ab hujus mundi voluptatibus,
S Auguſt. Audi S. Auguſtinum. *Quomodò proponent ante conſpectum ſuum, ante quorum conſpectum, non eſt niſi ſaculum.* Clarius S. Ambroſius lib. 4. in Lucã.

Non videt quæ divinitatis ſunt, ſed co- S. Ambr.
gitat quæ cupiditatis ſunt, nihil facilius ad ſeducendas animas adhuc debiles & infirmas in fide, quàm illis honores & divitias proponere, quàm regem Edom, quàm nummos rufos & rutilos objicere, facile vincentur, cum illis facile omnes fontes aquarum baptiſmalium obturabuntur. Facile memoria fructifera Crucis & Paſſionis Chriſti ex animo ejus ſuccidetur & eradicabitur, facile omnium articulorum & myſteriorum noſtræ fidei obliviſcetur. Non videt, quæ divinitatis, ſed cogitat quæ cupiditatis ſunt.
S. Auguſtinus clarius ſe explicat ſer- S. Auguſtinus.
mone 85. de tempore differens de Avaro. *Acquirit veſtem & perdit fidẽ: ubi lucrum ibi damnum.* Viſibiliter lucrum, inviſibiliter damnum. Acce-
dit D. Chryſoſtomus homil. 17. in 1. S. Chryſoſtomus
ad Timoth. *Tolle pecuniarum ſtudium & ceſſabunt hæreſes.* Matthæi cap. 8. verſ. 31. Chriſtus dæmoniacum curans rogatus fuit a dæmonibus, ut ejecti mitterentur in gregem porcorũ. Cur in porcos mitti cupiunt? an ut in illis adorentur? Minimè. Legimus olim ſub variis figuris animalium adoratum: ſed vix legitur porcinam ſpeciem aſſumpſiſſe: quia illud animal quandam indecentiam prę ſe fert honori & cultui oppoſitam, cur ergò tam inſtanter poſtulant in illos mitti? *Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* An ut ibi creaturarum opprobriis opponantur, vel quaſi in carcere detineantur? minimè. Sed hoc malitioſè & callidè id petit, ut ſcilicet porcorum dominus videns ſuum gregem ſic à dæmone exagitatum, & non vendibilem præ avaritiâ ſuſcipiendæ fidei tædium concipiat. Rectè Janſenius. *Cupierunt nocumentũ hominibus illis inferre, ut perditis porcis damno conſternati Ieſum non ſuſcipe-* Ianſenius
rent, ſicq́; fructu prædicationis privarentur. Id ni fallor Chriſtus inſinuaſſe videtur dum Lucæ cap. 12. differens
cum avaris verſ. 33. ait. *Facite vobis* *Luc. 12.*
ſacculos, qui non veteraſcunt theſaurum *verſ. 33.*
non deficientem in cælis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Quid hoc ſibi vult? Chriſtus invehitur contra avaros, Apoſtolus vocat eos idolorum cultores ſeu avaritiam idololatriæ

idololatriæ matrem, Chriſtus non vult permittere ut dæmones corpora porcorum ingrediantúr & inhabitẽt, nè ejuſmodi poſſeſſio fidei ſuſcipiendæ aliquem obicem ponat, & tamen nunc ad theſauros accumulandos indeficientes invitar, illos hortatur ad comparandos ſaccos inconſumptibiles. Idem admiratur S. Chryſologus S. Chryſologus. ſermone 25. *Qui theſauriſantes temporaliter arguebat ad totius cupiditatis ſomitem jubet ſacculos ſine fine perquiri.* Quinam ſunt illi theſauri indefectibiles, qui illi ſacculi qui veſtutatem ignorant? Idem S. Chryſologus ait illos theſauros eſſe fidem, quam omnibus theſauris præferre debemus, cujus acquiſitioni ſtudioſius incumbere debemus quàm honorum & dignitatum, quàm dominiorum & divitiarum. *Domine tu vidiſti quia in theſauris tota fides, tota ſpes in ſacculis ſit avari, & ideò imputribiles in cœlo ſacculos vis parari.* Quomodò inamiſſibiles, & æternæ gloriæ ſacculi parantur in cœlo? per fidem. D. Auguſtinus de verbis Domini, *Nulla divitiæ majores,* S August *nulli theſauri, nulla hujus mundi major ſubſtantia quàm fides Catholica.* Hanc igitur parentes filiis aggregare debẽt. Quod ſi videant vel prævideant illos obſidendos & ſeducendos ab idololatriâ & hæreſi auxilio honorum & divitiarum, adinſtar Regis Moab, illos potius immolent, quam permittant victimas ab iis captis immolari idolis, ſeu hæreſi.

II. Quod ſi analogia Regis Moab diſpliceat, ſubſtituant, ſibique proponãt Patriarcham Abraham, qui proprii S Zeno, filii ſacrificus fuit. S. Zeno ſermon. de Abraham. *Abraham Dominum filio, ſacerdotem prætulit patri. Nec pium ſe credidit, niſi probaſſet fidelem. Denique chariſſimi intrepidus ad miniſterium immolationis armatur, rimatur ad illum vulneris ſecurus animus, ſed ſecurior manus, elatus in immolandum gladius libratur, nec puerum mors vicina contriſtat nec trepidatio fidem prodit infirmam.* Quibus verbis innuit ſanctũ Patriarcham poſtpoſuiſſe naturam & paternum amorem fidei, & hanc prævaluiſſe omnibus bonis quæ in mundo excogitari poſſent. *Vincit* (inquit Franco Abbas tomo 3. de gratiâ Dei. Francò *Paternum affectum affectus in Deum, & qui Deum Patrem agnoſcit Patrem ſe eſſe neſcit.* Quomodò Deum Patrem agnoſcit? per fidem quam omnibus rebus præſert. Idem ponderat Sanctus Chryſologus ſerm 18. *Abraham* S. Chryſologus *offerebat filium ſuum, imò ſe immolabat in filio ſanctificabat mentem ſuam, ædificabat fidem ſuam ut eſſet idem victima & Pontifex, Sacerdos & Sacrificium, Patris erat paſſio ibi tota, ubi filius immolabatur.* Quid faciunt parentes qui pro fide proles ſuas immolant? Sanctificant mentem non tantùm ſuam; ſed & prolium, nam ſi proles ſupervivant mentem ſuam erroribus depravabunt, ædificabunt non fidem, ſed infidelitatem, obliviſcentur myſteriorum fidei, ut prava & impia hæreticorum & infidelium addiſcant dogmata, impediunt ne terrenarum divitiarum ſplendore faſcinentur, & illis ærarium æternorum theſaurorũ aperiant. Quod conſpiciens Laurentius Juſtinianus lib. de ligno vitæ cap. Iuſtinian 4. exclamat. *O theſauris omnibus opulentior fides! ó virtutibus corporeis omnibus fortior! omnibus medicamentis ſalubrior! beati qui poſſident te.*

III. Hanc ut poſſeſſionem & hæreditatem inamiſſibilem veri parentes & Chriſtiani filiis comparent, illamque omnibus rebus hujus mundi præponderant dicentes illud Sapientiæ cap. 7. verſ. 9. Sap. c. 7. verſ. 9. *Præpoſui illam regnis & ſedibus, & divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretioſum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.* Quando dixi quod veri parentes veriti nè à gentibus proles pervertantur, ipſos immolare debent abſit tamen ut eos ipſarum tortores effici debere aſſerã, ſufficit quod illas prodant, quod ad martyrium perducant, comitentur, ad conſtantiam & perſeverantiam in fide excitent, quod gentilium lenocinia divertant, quod fidem illarum ſpe æternorum bonorum foveant. Ita ſe geſſit Mater Machabæorum de quibus lib. 2. cap. 7. quæ cum illis compræhenſa, illis ſupervivere voluit, ut

præmitteret ad gloriam, ut impedi-
ret ſuis cohortationibus nè tyrannus
I 2. Mac falſis pollicitationibus honorum &
7. v. 20. divitiarum illos à fide avocaret. Un-
dè Textus verſ. 20. vocat illam mira-
bilem. *Supra modum autem Mater mi-*
rabilis, & bonorum memoriâ digna, quæ
pereuntes ſeptē filios ſub unius diei tem-
pore conſpiciens bono animo ferebat prop-
ter ſpem, quam in Deo habebat, ſingulos
horum hortabatur voce patriâ fortiter
repleta ſapientia, & fœmineâ cogitatio-
ne maſculinum animum inſerens. Neſcio
qualiter in utero meo apparuiſtis, neque
enim ſpiritum & animam donavi vobis,
& vitam & ſingulorum membra non
ego ipſa compegi: Sed enim mundi crea-
tor qui formavit hominum nativitatem
quique omnium invenit originem, &
ſpiritum vobis iterùm cum miſericordia
reddet & vitam, ſicut nunc voſmetipſos
deſpicitis propter leges ejus. Expende
illa verba. *Supra modum autem mira-*
bilis. Quaſi diceret ſcio aliquas Heroi-
nas ob ſingularem affectum erga libe-
ros, erga Senatus, populos, erga mi-
lites, alias matres populorum, matres
exercituum, &c. fuiſſe nuncupatas,
ſed omnes illas ſuperat Mater Macha-
bæorum. Undè non tantùm mater
mirabilis nuncupatur, quia divitias
æternas caducis, gloriam cœleſtem
temporalibus honoribus, vitam im-
mortalem mortali, ſpem rerum divi-
narum humanis, fidem & religionem
mundo, ſalutem animæ corporali
prępoſuit, & filiis ſuis prępoſuit. Supra
modum, quia Dei timori regis An-
tiochi, & amorem ſupernaturalem
viſceribus maternis & amori naturali
prætulit, quia tunc vitā incipere vide-
batur, ſeu potius novas ſibi vires ſub-
S. Greg Nazian. miniſtrari exiſtimabat, quando tyran-
nus ipſas à filiis cum vita adimebat,
ut habetur in noſtro Breviar. 10. Julii.
Hujus matris encomium ſic agit ſan-
ctus Gregorius Nazianzenus. *Erat ibi*
fortis & generoſa mater puerorum ſimul
ac Dei amans, cujus materna viſcera
ſupra naturæ conſuetudinem dilaniaban-
tur. Non enim filiorum qui in tormentis
erant miſerebatur, ſed timore angebatur
nè non ea ſuſtinerent, neque magis eos,
qui è vitâ migraverant deſiderabat,
quàm precabatur, ut reliqui eorum cum
illis conjungerentur, quibus filiis magis
quàm de mortuis erat ſollicita. Horum
enim dubium erat certamen: at illorum
ſecura diſſolutio atque illos quidem jam
Deo conjunxerat, de his verò quomodò
Deus ſuſciperet laborabat. O virilem a-
nimum in corpore muliebri! ô admirabi-
le magni animi incrementum!

Idem ſcribit S. Auguſtinus de ſan- IV.
ctâ Fœlicitate Romanâ quæ ſeptem
filios ſuos præmiſit ad palmam, &
illis ſupervixit, ut animaret ad mortē
conſtanter pro Chriſti fide obeun-
dam. *Magnum* (inquit ille Doctor) S. Auguſt
ſpectaculum poſitum eſt ante oculos fidei
noſtræ. Auditu audivimus, corde vi-
dimus optantem matrem ante ſe iſtam
vitam finire filios ſuos longè contrariis
votis conſuetudinis humanæ. Omnes enim
homines filios ſuos ex hac vitâ migrando
præcedere volunt, & non ſequi: illa au-
tem optavit poſterior mori. Non enim
amittebat filios, ſed præmittebat, nec
intuebatur tanquam vitam finirent, ſed
tanquam inchoarent. Deſinebant enim
vivere, ubi quandoq; fuerant moritari,
& incipiebant vivere ſine fine victuri.
Parum eſt fuiſſe ſpectatricem, mirati
ſumus potius hortatricem, fœcundior vir-
tutibus quàm fœtibus, videns certantes
in quibus omnibus & ipſa certabat, &
in omnibus vincentibus etiam ipſa vin-
cebat. Expende illa verba, *fœcundior*
virtutibus quàm fœtibus. Quaſi diceret
maternitatem nobiliorem adepta eſt
hortans filios ad martyrium & ad cō-
ſtantiam in fide, & ad vitam immor-
talem præmitens, quam pariens ad
vitam mortalem. Quod confirmat S.
Gregorius Papa homil. 3. in Evange-
lia, quam teſte Baronio tomo 2. an-
nalium anno Chriſti 175. habuit ad
populum in ejuſdem S. Fœlicitatis
Baſilicâ Romæ poſitâ in die Natalis
ipſius, ubi hic Sanctiſsimus Doctor
inter alia. *Mater* (inquit) *efficitur*
prædicanda. Quaſi enim parit Dominum
qui eum cordi audientis infundit, & ma-
ter ejus efficitur prædicando, ſi per ejus S. Greg.
vocem amor Domini in proximi mente
generatur. Ad quam rem nobis idoneè
confirmandam adeſt ſancta Fœlicitas,
cujus hodie feſta natalitia celebramus:
quæ credendo extitit ancilla Chriſti, &
prædicando facta eſt Mater Chriſti.

Verè

Verè Mater ſupra modum & admirabilis dici poteſt, quæ & filiorum mater eſt Chriſti filiorum ſecundùm modum naturalem, ſed Chriſti ſupra modum filiorum naturalis, ſed Chriſti, imò & filiorum ſimul admirabilis. Et probat. *Septem quippe filios, ſic poſt mortem timuit vivos in carne relinquere ſicut carnales parentes ſolent metuere ne mortuos præmittãt, in perſecutionis enim labore deprehenſa filiorum corda in amore ſupernæ patriæ prædicando roboravit & parturivit ſpiritu, quos carne pepererat, ut prædicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo. Conſiderate fratres in fæmineo corpore virile pectus, ad mortem ſtetit imperterrita, amittere ſe in filiis lumen veritatis timuit ſi non fuiſſet orbata.* Quaſi diceret maluit orbari filiis, quàm ut ipſi fide orbarentur. Undè quàm ante vocavit matrem Chriſti, ſeu matrem ſpirituale, nos verò ſupra modum matrem admirabilem appellamus, D. Gregorius pluſquam martyrem nominat. *Nunquid ergò hanc fæminã Martyrem dixerim? Certè Dominus cùm de Ioanne loqueretur, dixit, quid exiſtis in deſertum videre, Prophetam? Utique dico vobis & pluſquam Prophetam. Et Ioannes requiſitus reſpondit dicens, non ſum Propheta. Quia enim ſe pluſquam Prophetam noverat eſſe, ſe Prophetam negabat. Qui idcirco pluſquam Propheta dicitur, quia Propheta eſt officium futura prænunciare, non etiam oſtendere. Ioannes etiam pluſquam Propheta eſt, quia quem verbo prædixit digito oſtendit. Non ergò hanc fæminam Martyrem dixerim, ſed pluſquam Martyrem, quæ ſeptem pignoribus ad regnum præmiſſis octoties ante ſe mortua ad pœnas prima venit, ſed pervenit octava. Aſpexit Mater, & cruciata, & imperterrita filiorum mortem ſpei gaudium tribuit, adhibuit dolorem naturæ, timuit viventibus, gaviſa eſt morientibus, optavit nullum poſt ſe relinquere, nè ſi quem haberet ſuperſtitem non poſſet habere conſortem.* S.Greg. Sanctus Petrus Chryſologus ſerm. 134. concionem etiam in ejus laudem habuit.

V. Aliqui apud Baronium citatum dubitant an S. Fœlicitas, ſit eadem cum S. Symphoroſa, & reſolvunt eſſe planè diverſas. Etſi illud dictum Petri Damiani ſermone 17. non ab omnibus reciperetur. *Veriſimile quippè eſt ut quidquid virtutis in ſanctorum filiis cernitur totum ab ipſis parentibus traditum fuiſſe creditur. Non poteſt quidquã filius facere, niſi quod viderit patrem facientem.* S. Petrus Damian. Tamen id non tantum veriſimile, ſed veriſſimum eſt proles ſanctæ Symphoroſæ, ſanctæ Fœlicitatis, & aliarum Heroinarum in ſuâ fide, in ſuâ conſtantiâ, in ſuo amore, vivam Matrum ſuarum virtutem, non tantùm oculis mentis, ſed etiam corporis propoſitam habuiſſe, eamq́; uſque ad ultimum halitum expreſſiſſe, nec ab iis nè quidem uno apice degeneraſſe. Erubuiſſent habere matrem ſanctam ſi ejus ſanctitatem non fuiſſent imitati. Canentes illud D. Chryſoſtomi ad illa verba Matthæi cap. 3. verſ. 9. *Ne velitis dicere contra vos Patrem habemus Abraham.* Subdentis. *Magis erubeſcite, quia filii eſtis ejus, & ſanctitatis ejus non eſtis hæredes. De adulterio enim natus videtur qui non aſſimilat patrem.*

VI. Non minus laudandæ ſunt Matres, quæ ad Martyrium captæ, filios ſibi ſuperſtites eſſe noluerunt, ſed ſuæ palmæ participes effecerunt. Omiſſis modernis hiſtoriis eam tantùm proponemus cujus meminit Theodoretus lib. 4. cap. 16. & 17. illam mulierculam vocat, ſed nos mulierem fortem, Amazonam, Heroinam, ſupra modum Matrem admirabilem nuncupabimus. Tempore Valentis Imperatoris Ariani præfecto Edeſſæ mandatum eſt, ut per militares copias Catholici omnes diſſiparentur, fuſtibus & virgis cæderentur, variiſque ſuppliciorum generibus torquerentur. *Præfectus igitur* (inquit ille) *mane imperatum faciebat, & tranſiens per forum, conſpicatur mulierculam ferentẽ in ulnis puerum, admodumq́ feſtinantem. Præfectus accerſit, rogat quo eat? cui illa. Didiceram Dei famulis motas inſidias, properoq́ ad concordes mecum in fide, ut cum ipſis una perpetiar cædem, quam inferre vultis. At infantem, inquit ille quorſum geſtas. Socius erit hujus, inquit, amabilis mortis.* Theodoretus. Non vult ſe offerre martyrio, niſi & infantem ſuum

ſuum offerat, non vult ſuam vitam
pro Dei gloria exponere, ut in per-
petuas æternitates vivat, niſi expo-
nat & filium. Non vult ſanguinem
ſuum fundere, niſi & filii cruore miſ-
ceatur, quia cùm ſit utriuſque eadem
caro, debet eſſe & eadem voluntas,
idem affectus, idem zelus. Nec di-
cendum prolem illam teneram ad
martyrium cogi. Abſit: nam ſi ratio-
nis compos foret ſpontè ad martyriũ
cum matre convolaret, nec ullis ty-
ranni blandimentis & pollicitationi-
bus poſſet retardari. Deindè quemad-
modum filii, qui ſub tutelâ parentum
ſunt ipſis annuentibus licitè poſſunt
baptizari, non verò invitis, ſi ſint
infideles. Ut docet Suarez de Sacra-
mentis diſp. 25. ſect. 5. verbo *hac ar-
gumenta*, Coninck quæſt. 681. art. 10.
dubio unico num. 81. Becanus de
ſacramentis cap. 10. quæſt. 10. quæſt.
7. Filiucius tract 2. num. 148. Car-
dinalis de Lugo de fide diſp. 21. num.
20. Franciſcus de Sacramentis lib. 2.
cap. 9 numer. 8. Granado de contro-
verſ. Sacram. tract. 4. diſp. 5. ſect. 3.
num. 17. Candidus tomo 1. diſp. 16.
artic. 5. dub. 6. nè periculo perver-
ſionis expoſitus infans, ipſum Sacra-
mentum Baptiſmi etiam periculo ir-
riſionis exponatur, ita cùm tutela &
cura infantis ad parentes ſpectet, hi
curare debent, & prohibere nè præ-
fati infantes periculum perverſionis
incurrant. Quæ cautio fieri non po-
teſt, niſi ipſi infantes illis commo-
riantur.

§. 13.

Præfatorum Motivorum Regula.

I. ISTorum omnium Motivorum re-
gula eſt dictamen Spiritus ſancti,
id patet in Eliâ lib. 3. Regum cap.
17. verſ. 2. qui primò accedens ad
l. 3. Reg. 17. v. 2. Achab, ait, *Vivit Dominus in cujus
conſpectu ſto.* Quibus verbis innuit ſe
D. Baſil. miſſum à Deo, & ab eo accepiſſe cla-
Seleucius ves naturæ. D. Baſilius Selenc. orat. 11.
Primò dat Propheta ſiccitatis poteſtatẽ.
c. 18. v. 1 Cap. 18. verſ. *Poſt dies multos factum
eſt verbum Domini ad Eliam, dicens:
Vade & oſtende te Achab.* Etſi expe-
diat accedere ad Achab quia templa
deſtructa ſunt, altaria diruta, Sacer-
dotes & Prophetæ vel cæſi, vel in fu-
gam converſi, tamen id non exequi-
tur niſi prævtâ monitione divinâ, ſeu
potius præcepto, ut ipſemet Elias
teſtatur verſ. 36. *Et juxta præceptum* *verſ. 38.*
tuum feci omnia verba hæc. Ideſt acceſ-
ſi ad Regem Achab, congregavi po-
pulum, certamen inivi cum Baalitis,
& iſtud medium cognoſcendæ veræ
divinitatis propoſui. Cap. 21. verſ. 18. *Cap. 21.*
Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſ- *verſ. 18.*
*bitem, dicens: Surge & deſcende in oc-
curſum Achab regis Iſrael, Ecce ad vi-
neam Naboth deſcendit ut poſsideat eam,
& loqueris ad eum dicens, hæc dicit Do-
minus, occidiſti inſuper & poſſediſti. Et
poſt hæc addes. Hæc dicit Dominus, in
loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinẽ
Naboth, lambent quoque ſanguinem
tuum.* Non ſpontè ſeu proprio nutu,
ſed nutu divino ad ipſum Achab ac-
cedit Elias, & nominatim argumen-
tum & omnia verba quæ dicere de-
bebat ſpecificat, licet Jezabel ipſius
mortem jam diu conſpiraſſet, tamen
cõtra eam legationem ſuſcipere non
veretur ex ordinatione divinâ, Ver- *verſ. 23.*
ſu 23. *Sed & de Iezabel locutus eſt Do-
minus dicens. Canes comedent Iezabel
in agro Iezabel.* Verſ. 24. *Si mortuus
fuerit Achab in Civitate comedent eum
canes, ſi autem mortuus fuerit in agro
comedent eum volucres cæli.* Lib. 4.
Reg. c. 1. quinquagenariis urgentibus *l. 4. Reg.*
Eliam ut deſcendat de Carmelo, ibi *cap. 1.*
hæret immobilis, poſtea tamen deſ-
cendit? Cur non ad primi quinqua-
genarii vel ſecundi inſtantiam deſ-
cendit, tunc enim etſi non bona
nuntia Regi ſignificaret, tamen ejus
adventus illi gratior fuiſſet? Quia
Deus non illum monuerat. Non enim
ad hoſtes fidei accedere oportet niſi
præviâ inſpiratione divinâ. Rectè D. S. Cypri-
Cyprianus epiſt. 83. *Ne quiſquam ve-* anus.
*ſtrum aliquem tumultum de fratribus
moveat, aut ſe ultrò gentilibus offerat,*
Quando ergò ſe illis offerre debet?
quando à Deo movetur, ut patet ver-
ſu 15. *Locutus eſt autem Angelus Do-* *verſ 15.*
mini ad Eliam dicens. Deſcende cum eo

ne

Digitized by Google

nè timeas. Nec quidquam Regi Ochoziæ eloquitur, niſi à Deo fuerit illi inſpiratum. Verſ. 16. *Locutus eſt ei dicens: Hæc dicit Dominus, quia miſiſti nuncios ad conſulendū Belzebuth Deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael à quo poſſes interrogare ſermonem, ideò de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris.* Non dicit dico, ſed *hæc dicit Dominus.* Idem Sacer Textus lib. 3. Regum cap. 22. quæritur a regibus Achab & Joſaphat propheta Michæas, pergit. Quid dicturus eſt? id dumtaxat quod Deus dicendum ſuggereret, verſ. 14. *Vivit Dominus quia quodcumque dixerit mihi Dominus hoc loquar.* Ejus imitatione quotquot Martyres ſe perſecutoribus & tyrannis obtulerunt, id præſtiterunt non proprio motu, ſed divinitus impulſi, ſed cœleſti ductu & operâ. S. Athanaſius in Apologiâ de fugâ ſcribit de iis, qui ante occulti erant, & poſtea inventi ſunt, idem concludendum eſſe ac de illis qui ſponte coram tyrannis comparuerunt. *Hæc & Beati Martyres temporibus perſecutionum obſervaverunt, iidemq; quamdiu in latebris erant, ſeſe occultabant, ubi autem inventi eſſent, Martyrium obibant. Quod ſi quidam ex iis ſe perſecutoribus dedidere non temeritate eò rapiebantur, ſed paſſim apud omnes profitebantur à Spiritu ſancto hanc promptitudinem, ſuiq; oblationem profectam eſſe.* S. Cyprianus citatus. *Apprehenſus & traditus loqui debet, ſiquidem in nobis poſitus, illâ horâ loquatur, qui nos confiteri magis voluit quam profiteri.* Sic tres generoſi Chriſti Athletæ Antonius Præsbyter, Zebinas Eleuteropolitanus & Germanus apud Euſebium lib. 8. hiſt. cap. 19. in Præſidem immolantem inſilierunt, altâque voce eum hortati ſunt, ut ab illo errore & inſaniâ ceſſaret, propter quem zelum capite damnati ſunt. (Sic teſte ſancto Sulpitio in vitâ S. Martini.) Sanctus Præſul Martinus arborem primùm eradicatam præter gentilium opinionem in diverſam partem divino impulſu ruere fecit, quo miraculo multi ad fidem converſi ſunt. Sic ſanctus Etychius ſub Juliano Apoſtatâ fana evertit, idola diruit apud Nicephorum lib. 10. cap. 10. Sozomenum lib. 5. cap. 10. Roman. Martyrologium 9. Aprilis. Ex eodem Martyrologio 1. Januarii, S. Almachius, 24. Januarii. In eodem Mart. Iſidoro & Metaphraſte S. Timotheus cùm ferre non poſſet ſacrificium quod uni Deo debetur offerri ſimulacris Dæmonum, populū Epheſinum in celebritate Dianæ immolantem, ab illa impietate divino inſtinctu avocare conatus lapidibus obrutus eſt. S. Amphianus (inquit idem 2. Aprilis) in perſecutione Maximi cùm Urbanum Præſidem idolis immolantem arguiſſet, ſævè dilaniatus, ac pedibus, lino in oleum intincto, eoque incenſo obvolutis acerbiſſimè cruciatus, demum in mare demerſus tranſiens per ignem & aquā eductus eſt in refrigerium. S. Marcellus in eodem Mart. 4 Septembris Cabilone in Galliâ ſub Antonino Imperatore cum à Præſide Priſco ad prophanum convivium invitatus, & hujuſmodi epulas execrans, omnes qui aderant, cur idolis deſervirent, liberâ increpatione corriperet, & ab eodē Præſide inaudito crudelitatis genere, cingulo tenus defoſſus eſt in terra, ſicque triduo in laudibus Dei perſeverans incontaminatum ſpiritum Deo reddidit. Ibidē 5. ejuſdem menſis S. Romulus aulæ Trajanæ Præfectus cùm ſævitiam imperatoris in Chriſtianos deteſtaretur cæſus virgis capite truncatus eſt. Eodem divino ſpiramine 30. Auguſti quidam Chriſtianus cùm agnoſcens Fœlicem ad martyrium duci videret, ego quoque (inquit) clarâ voce, eâdem quâ iſte lege vivo, ego eundem Chriſtum colo, itaque Fœlicem oſculatus cum eo ſecuri percutitur. Cujus nomen, cùm ignotum eſſet Chriſtianis is Audacti nomine nobilitatus eſt, quod Martyrii coronâ augeri voluerit. Omitto multos alios Chriſti Athletas. *Quod ſi hoc fecerint* (inquit S. Auguſtinus libr. 1. de civitate cap. 26.) *non humanitus decepta ſed divinitus juſſa, nec errantes ſed obedientes.* Cùm verò (ex Caſſiano collat. 1. cap. 19.) *tres tantùm ſunt origines ſeu fontes affectuum internorum, ſpiritus bonus, ſpiritus malus, ſpiritus humanus.* Quomodo in iis qui ad ſupplicia

Verſ. 16.

3. Reg. 22. v. 14.

S. Athan.

S. Cyprianus.

Caſſian.

ſupplicia properant poteſt diſcerni & judicari, an à bono, malo, vel humano ferantur ſpiritu ? an ut zeloſi, vel temerarii & imprudentes ſe ingerant? undè factum eſt, ut multi fideles in mediis tormentis apoſtatarint, patebit ex fine.

§. 14.

Finis veri Martyrii.

I. Divus Joannes cap. 4. primæ ſuæ epiſtolæ ita auſpicatur, *Probate ſpiritus an ex Deo ſint.* Syrus. *Diſcernite ſpiritus ſi ex Deo ſunt.* Quomodò probandi & diſcernendi? ex fine, ex diſpoſitione & affectu. primus finis, quem intendere debet fidelis martyrium ſubiturus eſt Dei gloria, religionis Chriſtianæ propagatio, fidei exaltatio, fidelium confirmatio, infidelium converſio, tyrannorum confuſio, pax Eccleſiæ. Ratio cur Dei & Chriſti gloria ſit à Martyribus proponenda, eſt: quia etiam dæmon ſuos Martyres habet. Sanctus Epiphanius hæreſi 80. refert quoſdam hæreticos fuiſſe à dæmone excitatos, qui Martyriani vocabantur, quia eorum corpora, qui pro cultu idolorum ultimo ſupplicio afficiebantur, honorificè ſepeliebantur, ſummâque venetatione colebantur. At (ut docet S. Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 17.) extra Eccleſiam nullum eſt martyrium: *Martyrem enim non pœna facit ſed cauſa.* Quæ cauſa? quod motivum? quis finis? Gloria Dei, honor nominis Jeſu &c. Rectè S. Epiphanius hæreſi 24. inter Baſilidis errores, hunc notat, quod ſcilicet Martyres mortem ſubirent, non pro Chriſto, ſed pro Simone. Quia (inquiebat) dum Simon portaret Crucem Chriſti, ipſum Chriſtum in ſe transformavit, & è converſo Chriſtus mutatus eſt in Simonem Cyræneum, ſicque non Chriſtum eſſe Crucifixum, ſed Simonem.

S. Auguſtinus.

II. Non minus impiè Julianus apoſtata apud D. Gregorium Nazianzenum oratione 1. in Julianum, apud Theodoretum lib. 3. hiſtor. cap. 15. qui Deo & Chriſto invidens publicè curabat eos omnes, qui martyrium patiebantur, non cruciari ut Chriſtianos, ſeu pro Chriſti fide; ſed pro flagitiis. Eos imitati ſunt Lutherani, & Calviniſtæ, aliique moderni hæretici, qui capite damnarunt Catholicos ſub prætextu ſeditionis vel alterius criminis perpetrati contra ſtatum & politiam. Non minus etiam falluntur & illicitè agunt fideles (ut animadvertit eminentiſſimus Cardinalis de Lugo de juſtitiâ diſput. 10. num. 44.) qui currentes ad ſupplicia ſolam ſui corporis necem intendunt. In hoc enim circumcelliones imitantur, ut poſt ſuum obitum ad ſuas reliquias populus concurrat ſuffragia impetraturus. Illi etiâ non ſunt cenſendi Martyres qui ad ſupplicia convolant, ut auram & gloriam humanam aucupentur. Horum meminit D. Hieronymus in cap. 5. ad Galatas. *Martyrium ipſum ſi ideò fiat, ut admirationi & laudi habeatur fruſtra ſanguis effuſus eſt.* Ad hunc primum finem martyrium dirigitur, quod pro virtute toleratur, juxta illud Chriſti, Matthæi cap. 5. v. 19. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter Iuſtitiam.* Nomine juſtitiæ ſanctus Eulogius lib. 1. Philo Carpathius in cap. 1. Cantic. S. Chryſoſtomus, Euthymius. Dionyſius, D. Thomas, Albertus, noſter Sylveira, & alii intelligunt univerſè omnem virtutē, ſeu omnium virtutum cumulum. Alii accipiunt ſpecialem aliquam virtutem, pro cujus defenſione ſi aliquis fortiter & conſtanter pugnet & occumbat verè Martyr cenſebitur. Sic Joannes Baptiſta, S. Lambertus, S. Theodardus, S. Albertus Epiſcopi Leodienſes, S. Thomas Epiſcopus Cantuarienſis, &c. non pro fide, ſed pro propugnandâ caſtitate, vel libertate ac immunitate Eccleſiaſticâ, vel pro ovibus ſuis obierunt. Undè qui ad ſupplicium ducuntur, ut Martyres cenſeantur, ſufficit, quod in ſuâ confeſſione, ſeu mente proponât ſibi Dei gloriam, Chriſti nominis honorem, religionis propagationem, fidei exaltationem, proximorum ſalutem, fidelium in fide corroborationem, infidelium converſionem, perſecutorum ſeu idololatrarum confuſionem.

Finis

III. Finis ſecundarius Martyrii poteſt eſſe æternæ gloriæ conſecutio, pœnarum aliàs peccatis promeritarum purgatio. De hoc fine canit Pſaltes *Pſ. 115. verſ. 5.* pſalm. 115. verſ. 15. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* Divus Cyprianus epiſt. 6. lib. 2. ad Martyres & Confeſſores Chriſti ita expli- *S. Cyprianus.* cat. *Pretioſa mors hæc eſt, quæ ejus immortalitatem pretio ſui ſanguinis, qua accipit coronam de conſummatione virtutis.* Vocat dolores in Martyrio conceptos pretium immortalitatis. Idem S. Cyprianus epiſt. 25. lib. 3. *Neque enim ad fuſtes Chriſtianum corpus exponit, cujus eſt ſpes omnis in ligno Sacramentum ſalutis ſuæ Chriſti ſervus agnovit redemptus ligno ad vitam æternam, ligno profectus ad coronam.* Tertullianus lib. adverſus Gnoſticos, cap. 5. opponit lignum, cujus fructu veſcitur Adam, ligno, in quo patitur Martyr, aitque illo Adamum conſe- *Tertull.* cutum eſſe mortem, hoc autem Martyrem conſequi gloriam. *Quid gravetur pati homo ex remedio, quod non eſt tunc gravatus pati ex vitio? Diſplicet occidi in ſalutem, cui non diſplicuit occidi in perditionem? Nauſeabit in antidotum, qui hiavit ad venenum?* Quibus verbis hortatur ad Martyrium, ut in illo bibamus calicem immortalitatis, à quo nos venenum peccati primi parentis excluſerat.

IV. Ad intendendum hunc finem nos (ni fallor) invitat Iſaias cap. 55. v. 1. *Venite, emite abſque argento.* Non ait venite accipite gratis, accipite mutuò, accipite ad annum, ad menſem, duos vel tres, vel plures: ſed emite tantùm pro tantò reciprocè dantem. Quid dabunt? carent pecuniis, & quacumque re illis æquivalente, *Quoniam inops & pauper ſum ego.* Inquit Vates Regius pſal. 85. verſ. 1. Nihil refert, Venite, emite, etſi careatis pecuniis, tamen ſufficienter habetis quo ematis: Non habeo nè quidem veſtem unam quâ operiar, Job. cap. *Job. c. 1. verſ. 21.* 1. verſ. 21. *Nudus egreſſus ſum de terrâ, & nudus revertar illuc.* Non tantùm pauperem ſe eſſe affirmat, ſed etiam infirmum, cap. 26. verſ. 6. *Nudus eſt & infirmus coram eo.* Sicque opere & labore manuum mearum nihil comparare poſſum, cujus valore emam, careo ingenio & induſtriâ, lib. 4. Eſdræ cap. 5. verſ. 39 *Ego autem inſipiens.* *l. 4. Eſdr. c. 5. v. 39* Pſalm. 48. verſ. ultimo. *Homo cùm in honore eſſet non intellexit comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* *Pſal. 48. verſ. ult.* Quo ergò pretio emet? pretio ſuppliciorum & martyriorum, quæ pro Dei gloriâ, pro nominis Chriſti exaltatione patienter tolerabit, quot lacrymæ, quot ſudores, quot cruces, quot ſanguinis guttæ, tot gemmæ. Quot vulnera, quot ulcera, tot Theſauri: quot corpora membratim exciſa & deformia, tot arcæ, tot gazæ plenæ rebus pretioſis & neceſſariis ad emptionem faciendam. Habemus theſaurum in vaſis fictilibus (inquit Apoſtolus 2. Corinth. cap. 4. *2. Corin. c. 4. v. 7.* verſ. 7. Quid comparabimus iſtis martyriis, iſtis ſuppliciis patienter toleratis? non favorem alicujus Principis temporalis, non regnum, aut dominium aliquod temporale, ſed gratiam Dei, ſed gloriam immortalem, ſed regnum cœlorum. *Pretioſa mors hæc eſt, quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accipit coronam de conſummatione virtutis.* Quis hujus gloriæ venditor eſt? Deus. Audi Apoſtolum 2. ad Timotheum cap. 4. verſu 8. qui univerſam hujus contractus venditionis œconomiam explicat his *2. Timot. c. 4. v. 8.* verbis. *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi.* Ecce pretium & meritum. *In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.* Ecce merces, & quid ſuis certaminibus, ſuis martyriis, ſuis laboribus meruit: Alludit enim Apoſtolus ad ludos Olympicos, in quibus luctando, & pugnando, & ad ſtadium, in quo currendo certabant, à quo accipiet mercedem & coronam? Quis erit venditor, retributor, præſes iſtius certaminis, qui in agone certantem & vincentem compenſabit? Deus ipſe. *Quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex.* Quomodò dicitur juſtus judex, cùm noſtra opera non tantùm ſint præcepta & debita Deo, ſed & ipſa tota ſint Dei, & omne totum meritum, omneque jus ad mercedem in ſolidum ſit Dei, totumque à Deo pendeat in eſſe, & conſervari

inſtar rerum & creatnrarũ omnium, imò opus meritorium à Dei gratiâ omnem ſuum valorem & meritum accipiat, ac proindè hæc omnia intimè pendeant à liberâ voluntate Dei, in cujus manu eſt abſolutè ut ſint vel non ſint in rerum natura. Nullo igitur modo poteſt Deus iis aſtringi vel obligari. Deindè divinà voluntas à nullo extrinſeco ligari, vel determinari poteſt, ſed tantùm à ſeipsâ. Dico tamen meritum bonorum noſtrorum eſſe debitum, & eorum mercedem vocari coronam juſtitiæ. Primò quia opus ipſum, & ipſe actus bonus dignus eſt ex ſe tali præmio ſeu vitâ æternâ, eſtque illi proportionatus. Gratia enim & actus procedens ex gratiâ eſt ſemen gloriç. Chtiſtus hanc merendi facultatem nobis meruit accedente divinâ promiſſione de dandà mercede noſtris bonis operibus. Secundò Dens dicitur etiam juſtis debitor ex fidelitate & veracitate, quæ eſt pars poteſtatlva juſtitiæ. Nam Deus fidelis eſt, & fidem ſervat dnm tribuit juſtis præmlum, quod pollicitus eſt. Tertiò Deus debitor eſt ex quâdam juſtitiâ commutativâ, ſuppoſitâ & ſtante ſuâ promiſsione, quæ juſtitia non eſt rigida; ſed talis qualis eſſe poteſt inter Creatorem & creaturàm, inter herum & ſervnm, inter patrem & filium: quia Deus merâ liberalitate pollicitus eſt mercedem hanc noſtris bonis operibus. Undè S. Auguſtinus ſermon. 16. de verbis Apoſtoli ait. *Debitorem ſe fecit, non tantùm ſibi, ſed & Chriſto, & nobis. Vt illi dicere poſſimus, redde quod promiſiſti, quia fecimus quod juſſiſti.* Eodem ſenſu S. Cyprianus tract. de oratione & eleemoſynâ, S. Chryſoſtomus homil. 3. in Matthæum, S. Fulgentius præfat. ad Monimum docent Deum nobis fieri debitorem dum operamur bona. Quemadmodum igitur filius quamvis ſit aliquid patris, & teneatur ex pietate obtemperare Patri, nihilominus eſt jus & juſtum quoddam paternum, quo Pater tenetur ex juſtitiâ quadam filiis morigeris laborantibus, pugnantibus, certantibus dare mercedem, quam pollicitus eſt. Sic licet ſimus filii & ſervi Dei, tamen ex quadam ſimili juſtitia tenetur laborantibus, certantibus dare præmium, quod promiſit ſub conditione operum, *Non enim* (inquit Apoſtolus ad Hebræos cap. 6. verſ. 10.) *injuſtus eſt Deus ut obliviſcatur operis veſtri.* Cui pro ſuâ benignitate mercedem promiſit. Hinc meritò exclamare poſſumus cum ſancto Auguſtino ſermone 3. de verbis Domini. *O magna bonitas Dei! cui cum pro conditione reddere obſequia, ut potè ſervi domino, mancipia Redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, ut à nobis obſequia debita ſervitutis obtineat.* Et cum S. Gregorio Nazianzeno orat. in ſanctum Baptiſmum. *O miram beneficentiæ celeritatem! ô fælicem contrahendi rationẽ! hoc bonum ſolo voluntatis pretio emendum tibi proponitur appetitionem ingentis pretii loco habet.* Quaſi diceret, hæc immortalitatis corona non tantùm actuali paſſionum & ſuppliciorum tolerantiâ comparatur, ſed ſolò affectu, deſiderio. S. Franciſcus vult Martyr effici, quamvis actu Martyrium non patiatur; tamen Deus coronam Martyribus promiſſam illi retribuit. S. Thereſia in tenertimâ ætate cùm Sanctorũ Martyrum acta perlegeret, adeò in ejus meditatione Spiritus ſancti igne exarſit, ut domo paternâ anfugiens in Africam trajiceret, ubi vitam pro gloriâ Chriſti & animarũ ſalute profunderet à patruo revocata ardens Martyrii deſiderium eleemoſynis, aliiſque piis operibus compenſavit, jugibus lacrymis deplorans optimam ſibi ſortem fuiſſe præreptam. Vndè hæc verba frequentiſſimè proferebat *aut pati, aut mori.* Non dubito quin aureolam Martyribus promiſſam fuerit de facto conſecuta, & cum in eo deſiderio occubuerit petitionem ipſam Deus ingentis pretii loco habet. S. Gregorius Nazianzenus citatus præfata his verbis confirmat. *Perfectâ beatitudine munerantur, quibus omnia pro Chriſto pati promptus eſt affectus.* Meritò igitur Propheta hortatur & invitat. *Venite emite abſque argento.* Imitamini Eliam prophetam, accedite ad Achab tyrannum, qui tam crudeliter ſævit in ſervos Dei, ad Ochoziam recurrentem

ad

Marginalia: S. Auguſt (beside "tantùm ſibi…"); Hebr. c. 6. v. 10. (beside "Non enim…"); S. Auguſt (beside "Dei! cui cum…")

ad Beelzebuth ſpreto vero Deo, eique mortem denunciat, accedite ad eos qui injurioſi ſunt honori Dei, illis prædicate Evangelium, profitemini fidem Chriſti, confitemini vos eſſe fideles, non jactantiâ, ſed zelo, non coactè ſed ſponiè & ex intimo cordis affectu parati omnia tormentorum genera pro ejus defenſione libenter tolerare, & ſic emetis gloriam immortalem, coronam immarceſſibilem, imò veſtrâ tolerantiâ omnes peccatorum præteritorum pœnas eluetis.

V. D. Hieronymus in Commentario illorum verborum *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*. pſalm. 135. Subdit. *Nam quicumque ſanctus moritur ſuâ morte licet ſit ſanctus, non moritur ſecurus, horreſcit ejus conſcientia quando videt Dominum. Martyr autem ſi & poſt Baptiſmum peccaverit, tamen ſecundo Baptiſmate Martyrii ablutus ſecurus vadit ad Dominum. Quare etiam lætus canit: Dirupiſti vincula mea. In Martyrio quippè dirupiſti vincula peccatorum meorum, & de vinculis plicaſti mihi coronam gloriæ.* Id præſcientes tyranni dum aliqnem fidelẽ comprehendebant, martyrioque afficiebant, non fideles ſed ſeditioſos, non Chriſtianos ſed facinoroſos proclamabant, non pro Chriſti fide & religione, ſed pro criminibus condemnatos aſſerebant. Audi quid de Valente Imperatore ſcribat S. Gregorius Nazianzenus orat. ad 150. Epiſcopos *Chriſtianis ſub Valente, ut facere impium, ita pati inglorium erat, quod nè gratiam quidem accipere viderentur, nec illuſtre Martyrium nomen ſupplicii acciperet, ſed huic quoque veritati fucus fieret, ut qui velut Chriſtiani cruciatus perferebant velut impii & facinoroſi pænâ afficerentur.* Id breviter declarat Tertullianus lib. de animâ, cap. 55. *Tota Paradiſi clavis tuus ſanguis eſt.* Quaſi diceret, acceſſum & introitum ad cœleſtem aulam impediebant pœnæ peccatis præteritis debitæ, hæ erant quaſi vincula & compedes quæ te pergere ad cœlum volentem removebant, ſed ecce rheda quâ celeriter in cœlum pergas, ecce alæ quibus ſurſum evoles. Cantic. cap. 8. verſ. 6. *Lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum.* Alia verſio *Alæ ejus alæ ignis atque flammarum.* Ignes, aliaque ſuppliciorum genera pro Chriſto perpeſſa, tibi alas ſubminiſtrabunt, quibus ſurſum feraris, quod ſi fores cœli adhuc obſtructas invenias, ſanguis tuus clavis officio fungetur. *Tota Paradiſi clavis tuus ſanguis eſt.*

Ps. 135 · S. Hierô. · S. Greg. Nazian. · Tertull · Cant. 8. verſ. 6.

§. *15*.

Martyrium remittit peccata.

I. IN claſſe finis ſecundarii quem Chriſti Athletæ ſibi proponere poſſunt eſt peccatorum remiſſio. Tertullianus lib. adverſus Gnoſticos cap. 6. *Poſcit ſecunda ſolutio, & extrema præſidia dimicationem Martyrii, & lavacrum ſanguinis exindè ſecutum, de cujus fælicitate David, Beati quorum dimiſſa ſunt delicta, & quorum operta ſunt iniquitates, Beatus cui non imputavit Dominus delictum. Propriè enim Martyribus nihil jam imputari poteſt, quibus in lavacro ipſa vita deponitur, ſic dilectio operit multitudinem delictorum.* Non dicit dimiſſum eſt delictum operta eſt iniquitas, ſed dimiſſa delicta, opertæ iniquitates cujuſcumque ſint generis. Illi ſubſcribens D. Auguſtinus lib. 13. de Civitate Dei cap. 6. & 7. *Mors* (inquit) *eſt pæna peccati, hominisq; naſcentis, ſed ſi pro pietate juſtitiaq; pendatur ſit gloria renaſcentis.* Ideſt, ſi quis mortem, quæ eſt pœna peccati, juxta illud Domini decretũ Geneſis cap. 2. verſ. 17. *In quacumque die comederis morte morieris.* Toleraverit pro fide, pro religione, pro virtute, &c. *ſit gloria renaſcentis.* Proſequitur idem Doctor. *Et cum peccati ſit retributio, aliquando imperat ut nihil retribuatur. Et qui non percepto regenerationis lavacro pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantùm eis prodeſt ad dimittenda peccata, quantùm ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis.* Expende illa verba *tantùm, quantùm*, comparat enim martyrium, & ait tot peccata remitti per martyrium, quot per baptiſmum. Et probat. *Qui enim dixit, niſi*

Tertull. · S. August. · Gen. c. 2. verſ. 17.

quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cœlorum, *alia ſententia illos fecit exceptos*, *ubi non minus generaliter dixit*. *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus*, *confitebor ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt*. *Et alio loco*, *qui perdiderit animam ſuam propter me inveniet eam*, & *utrumque à Chriſto inſtitutum*. Idem Tertullianus docet de pudicitiâ cap. 22. *Habeo enim aliud Baptiſma*, *unde & ex vulnere lateris Dominici aqua & ſanguis utriuſque lavacri paratura manavit*. Quicumque ergò defectu miniſtri baptiſmum fluminis ſuſcipere non poteſt, accedat ad illum ſanguinis baptiſmum omnium delictorum veniam conſequetur. Idem Tertullianus in extremo apologetico. *Ut totam Dei gratiam redimat*, *ut omnem veniam compenſatione ſanguinis ſui expediat*, *omnia enim huic operi delicta donantur*. Ait totam Dei gratiam, omnem veniam expediri, omnia delicta donari compenſatione ſanguinis. Sanguis ille pro Chriſto effuſus tanti valoris eſt, tam pretioſus eſt, ut remiſſionem omnium peccatorum cōparare poſſit. Id confirmat S. Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 22. & habetur cap. *Baptiſmi vicem*, diſt. eâdem, aſſerens per Martyrium baptiſmi vices impleri, quod oſtendit in latrone, cui non baptiſato dictum eſt à Domino. *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Id patet exemplo Geneſii in cujus Natali Euſebius Emiſſenus homiliam fecit: ſanctæ Emerentianæ, de quâ S. Ambroſius in ſermone ſeu epiſtolâ 34. ad Virgines ſacras, & habetur cap. *Cathecumenum*, de conſecrat. diſt. 4. ubi dicitur neminem ſine baptiſmo ſalutē conſequi, & ſi Cathecumenus & in bonis operibus moriatur, excepto martyrio, in quo omnia baptiſmi Sacramenta complentur. Nam ut baptiſandus fidem coram Sacerdote confitetur, ita & Martyr coram perſecutore. Ille poſt confeſſionem aſpergitur aquâ, hic ſanguine ſuo lavatur.

Tertull.

II. Specialiter quod peccatum originale martyrio deleatur patet in parvulis ab Herode trucidatis Matthæi cap. 2. quos Eccleſia ut ſanctos Martyres colit, nec alio quàm ſui ſanguinis baptiſmate à peccato originali liberati ſunt. Licet enim probabile ſit aliquos illorum fuiſſe circumciſos, tamen probabile eſt etiam plurimos ante octavum diem occubuiſſe, & inter eos aliquos etiam filios gentilium. Undè Vaſquez 3. part. diſp. 50. cap. 7. vocat oppoſitam opinionem Armacani temerariam lib. 8. de quæſt. Armenorū cap. 37. Temerariam eſſe tacitè etiā D. Auguſtinus lib. 1. de Animâ & ejus origine c. 9. *Nemo fit membrum Chriſti*, *niſi aut baptiſmate in Chriſto aut morte pro Chriſto*. Tunc autem quis fit membrum Chriſti cùm ejus peccatum originale abſtergitur. De S. Geneſio Euſebius Emiſſenus. *Non tingitur fonte*, *ſed abluitur paſſione*, *non vivificatur baptiſmate*, *ſed morte regeneratur*. S. Auguſt. Euſebius Emiſſen.

III. De aliis peccatis actualibus adultorum ſupradictis adjungi poteſt, Divus Thomas 3. part. quæſt. 87. art. 1. ad 2. *Paſſio pro Chriſto ſuſcepta obtinet vim baptiſmi*, & *ideò purgat ab omni & veniali & mortali*, *niſi actualiter voluntatem peccato invenerit inhærentem*. Idem in 4. diſt. 44. quæſt. 3. art. 3. quæſtiuncul. 4. *Utrumque Baptiſmus omnem culpam & pœnam tollit*. Undè S. Auguſtinus martyrii pretium & valorem tantum eſſe ait, ut nihil illi in mundo æquiparari poſſit. Proponat ſibi aliquis omnia virtutum opera, quæcumque illa ſint, minùs æſtimari debent quàm Martyrium, minus efficacia, lib. 13. de Civitate Dei cap. 7. *Quid enim pretioſius*, *quam mors*, *per quam fit ut etiam delicta omnia dimittantur*. Accedit D. Bernardus epiſt. 77. *Quemadmodum baptiſmus remittit omnem culpam & pœnam*, & *baptiſatus ſi tunc moriatur ſtatim evolat in cœlum ita etiam Martyres*. S. Thom. S. Auguſt.

IV. Ad illum finem etiam accedit intentio obtinendi divinam gratiam, Tertullianus licet in aliis ſatis obſcurus, in hoc tamen argumento ſatis clarus eſt lib. Apologetici in fine. *Quis non pati exoptet*, *ut totam Dei gratiam redimat*. Illi ſuffragatur S. Auguſtinus lib. 13. de civit. Dei cap. 7. *Quid enim pretioſius quam mors per quam fit*, &c. *ut & merita cumulatius augeantur*. Tertull.

tur. Petrus Cellenſis lib. de panibus. cap. 13. ponderans illa verba Apoc. cap. 7. *Laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverant in ſanguine agni*. Subdit. *Revera enim ſanguis agni eſt, ſanguis ſanctorum innocenter occumbentiũ, qui pro agno patiantur, agnum in paſsione imitantur, nam agnus iſte innocentiâ ſuâ paſſus eſt*. Quomodo agnum in paſſione imitantur? Non enim omnes Martyres eodem mortis genere afficiuntur, non omnes cruci affiguntur. Imitantur: quia ſicut ille promeruit gratiam nobis, ita illi ſibi gratiam promereptur. D. Cyprianus epiſt. 73. ait. *Sanguine ſuo baptizatos, & paſsione ſanctificatos conſummari, & divinæ pollicitationis gratiam conſequi*. Idem innuit S. Clemens Romanus lib. 5. cõſtitut. Apoſtol. cap. 7. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Leviticum, S. Cyrillus Hierolol. catecheſi 3. §. *Quidigitur faciendam*. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, Gregorius Nazianzenus tract. 39. in ſancta Lumina. D. Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 22, lib. 1. de anima & ejus origine cap. 9. epiſt. 108. ad Seleucianum, S. Proſper apud S. Auguſtinum tomo 3. lib. ſententiarũ in 149. Gennadius apud eundem S. Auguſtinum tomo 3. lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 74. S. Ambroſius lib. 5. de pœnitentiâ cap. 2. & ſermone 3. in pſalmum 118. S. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. S. Joannes Damaſcenus lib. 4. Ortodoxæ fidei cap. 10. Ruffinus in expoſitione Symboli cap. 16. Rupertus lib. 7. de divinis officiis cap. 5. & alii.

Petrus Cellenſis

§. 16.

Quomodo Martyrium Baptiſmo prævalet.

I. Quod per Martyrium major infunditur gratia quàm per Baptiſmum. D. Cyprianus epiſt. 73. ait, *Sanguine ſuo baptizatos, & paſſione ſanctificatos conſummari*. Quaſi diceret gratiam perfectiorem, & quaſi conſummatam recipere. Tertullianus in apologetico in fine. *Quis non pati exoptet ut totam Dei gratiam redimat*. Particula *ut*, cauſam finalem denotat. hæc verba *totam Dei gratiam*, id eſt non in gradu remiſſo, qualem recipiunt parvuli in Baptiſmo, ſed multo majorẽ quaſi conſummatam. Clarius videtur id exprimere D. Thomas in 4. diſtin. 44. part. art 3. quæſtiuncula 4. *Gratia in Baptiſmo ſanguinis magis augetur habenti, & amplior datur non habenti, ſi impedimentum non adſit*. Expende hæc verba *amplior datur non habenti*. Scilicet quam in Baptiſmo conferatur. Ratio eſt, quia Martyrium involvit charitatem & actum amoris Dei ſuper omnia, eo quod impedimentũ ſecundùm aliquos tollitur per contritionem, ſecundùm alios etiam per attritionem. S. Thom.

Undè plurimi Theologi aſſerunt per Martyrium conferri gratiam ex opere operato, ſeu ex divinâ promiſſione. Ita Leonardus Coquæus in ſanctum Auguſtinum de Civitate Dei lib. 13. cap 7. in fine. Bellarminus de baptiſmo cap. 6. Cornelius à Lapide in 1. Corinth. cap. 13. verſ. 3 Raynaudus de martyrio part. 2. cap. 5. num. 27. & cap. 6. num. 19 Bonacina de Sacramentis diſput. 2. quæſt. 1. puncto 1. numer. 7. Henriquez lib. 2. cap. 26 §. 1. & cap. 36. §. 1. Gabriel in 4 diſtinct. 4. quæſt. art. 2. concl. 9. Durandus quæſt. 9. art. 1. Suarez 3. part. tomo 3 diſp 19. ſect. 3. concl. 3. Valentia tomo 4. diſp. 4. quæſt 3. punct. 4. Arriaga in 1 part. S. Thomæ tomo 2. diſput. 55. numer. 20. & 21. Coninck 3 part. quæſt. 66. art. 12. num. 144. Nugnus ibidem quæſt. 4. Becanus de baptiſmo cap. 4. quæſt. 11. concl. 6. Leſſius lib. 3. cap. 1. num. 48 qui omnes docent contra Alexandrũ de Ales part. 4, quæſt. 22. membro 5. art. 1. S. Bonaventuram in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 2, Paludanum ibidem art. 1. Sotum in 4. diſt. 3. quæſt. unic. concluſ. 4. Bannem 2. 2. quæſt. 24. art. 6. dubio 5. ad 7. Martinum Ledeſma quæſt. 7. art. 11. dubio 4. Vaſquez 3. parte tomo 2. diſput. 153. cap. 3. 5. & 6. Melchiorem Canum relect. de pœnitent. part. 3. Layman lib. 3. ſect. 3. num. 6. Gratiam conferri in II.

ſtatimque receſſerunt ab eo, & reverſi ſunt in terram ſuam. Per tres Reges, hic poſſumus intelligere idololatriã, avaritiam & carnem, per Iſrael idolatriam ſeu hæreſim Iſrael enim idem eſt quod *Princeps Dei.* Quid verò eſt idololatria, niſi cultus Deo debitus, tamen creaturæ exhibitus? D. Thomas 2. 2. quæſt. 94. art. 1. *Idololatria eſt exhibere latriam, ideſt cultum Dei creaturæ.* Seu eſt falſa religio quo honor ſoli Deo debitus idolo exhibetur. Edom idem eſt ac rufus ſeu rutilus, eſt ſymbolum auri ſeu avaritiæ. Judas cõfeſſio. Moab idem eſt ac de patre. Idololatria ſeu hæreſis obſidens Eccleſiam (quę grata eſt Deo) per Chriſtum filium Dei, ſeu ſapientiam increatam & incarnatam utitur operâ & viribus duorum regum ſcilicet Juda & Edom, inducere & cogere vult ad abjurandam fidem, & confitendam ſeu profitendam ſuperſtitionem, ad quam profeſſionem facilitandam divitias, honores, &c. pollicentur: ita ut cancre liceat de fidelibus ſic ſeductis illud pſal. 48. verſ. 19.
Pſal. 40. verſ. 19. *Confitebuntur tibi cùm benefeceris ei.* Meritò Apoſtolus Epheſiis cap. 5.
Eph. ſ. 5. verſ. 5. verſ. 7. ait. *Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus non habet hæreditatem in regno Chriſti.* Theophilactus. *Deficis à Deo avarus & circumventor.* Idem ad Coloſſ. cap. 3. verſ. 5. *Mortificate, &c. avaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſervitus.*
Coloſſ. 3. verſ. 5. S. Anſel. Undè S. Anſelmus in cap. 1. epiſt. 1. ad Corinth. definit hæreticũ. *Qui alicujus temporalis commodi & maximè gloriæ, principatuſq́; ſui gratiâ, falſas opiniones, ac novas vel gignit, vel ſequitur.* Idem notat Regius Va-
Pſal. 53. verſ. 5. tes pſalm. 53. verſ. 5. *Non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* Lumen fidei recipere noluerunt, vel ad illud oculos mentis clauſerunt illi lumini, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſe oppoſuerunt qui ſeducti fuerunt ab hujus mundi voluptatibus,
S. Auguſt. Audi S. Auguſtinum. *Quomodò proponent ante conſpectum ſuum, ante quorum conſpectum, non eſt niſi ſaculum.* Clarius S. Ambroſius lib. 4. in Lucã.

S. Ambr. *Non videt quæ divinitatis ſunt, ſed cogitat quæ cupiditatis ſunt, nihil facilius ad ſeducendas animas adhuc debiles & infirmas in fide, quàm illis honores & divitias proponere, quàm regem Edom, quàm nummos rufos & rutilos objicere, facile vincentur, cum illis facile omnes fontes aquarum baptiſmalium obturabuntur. Facile memoria fructifera Crucis & Paſſionis Chriſti ex animo ejus ſuccidetur & eradicabitur, facile omnium articulorum & myſteriorum noſtræ fidei obliviſcetur. Non videt, quæ divinitatis, ſed cogitat quæ cupiditatis ſunt.*
S. Auguſtinus clarius ſe explicat ſermone 85. de tempore diſſerens de Avaro. *Acquirit veſtem & perdit fidẽ: ubi lucrum ibi damnum.* Viſibiliter lucrum, inviſibiliter damnum. S. Auguſtinus.
Accedit D. Chryſoſtomus homil. 17. in 1. ad Timoth. *Tolle pecuniarum ſtudium & ceſſabunt hæreſes.* S. Chryſoſtomus. Matthæi cap. 8. verſ. 31. Chriſtus dæmoniacum curans rogatus fuit a dæmonibus, ut ejecti mitterentur in gregem porcorũ. Cur in porcos mitti cupiunt? an ut in illis adorentur? Minimè. Legimus olim ſub variis figuris animalium adoratum: ſed vix legitur porcinam ſpeciem aſſumpſiſſe: quia illud animal quandam indecentiam prę ſe fert honori & cultui oppoſitam, cur ergò tam inſtanter poſtulant in illos mitti? *Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* An ut ibi creaturarum opprobriis opponantur, vel quaſi in carcere detineantur? minimè. Sed hoc malitiosè & callidè id petit, ut ſcilicet porcorum dominus videns ſuum gregem ſic à dæmone exagitatum, & non vendibilem præ avaritiâ ſuſcipiendæ fidei tædium concipiat. Rectè Janſenius. *Cupierunt nocumentũ hominibus illis inferre, ut perditis porcis damno conſternati Jeſum non ſuſciperent, ſicq́; fructu prædicationis privarentur.* Janſenius. Id ni fallor Chriſtus inſinuaſſe videtur dum Lucæ cap. 12. diſſerens cum avaris verſ. 33. ait. *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt theſaurum non deficientem in cælis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit.* Luc. 12. verſ. 33. Quid hoc ſibi vult? Chriſtus invehitur contra avaros, Apoſtolus vocat eos idolorum cultores ſeu avaritiam

idololatriæ

Digitized by Google

idololatriæ matrem, Chriſtus non vult permittere ut dæmones corpora porcorum ingrediantur & inhabitet, ne ejuſmodi poſſeſſio fidei ſuſcipiendæ aliquem obicem ponat, & tamen nunc ad theſauros accumulandos indeficientes invitat, illos hortatur ad comparandos ſaccos inconſumptibiles. Idem admiratur S. Chryſologus
S. Chryſologus. ſermone 25. *Qui theſauriſantes temporaliter arguebat ad totius cupiditatis fomitem jubet ſacculos ſine fine perquiri.* Quinam ſunt illi theſauri indeficibiles, qui illi ſacculi qui veſtutatem ignorant? Idem S. Chryſologus ait illos theſauros eſſe fidem, quam omnibus theſauris præferre debemus, cujus acquiſitioni ſtudioſius incumbere debemus quàm honorum & dignitatum, quàm dominiorum & divitiarum. *Domine tu vidiſti quia in theſauris tota fides, tota ſpes in ſacculis ſit avaris, & ideò imputribiles in cœlo ſacculos vis parari.* Quomodò inamiſſibiles, & æternæ gloriæ ſacculi parantur in cœlo? per fidem. D. Auguſtinus de verbis Domini, *Nulla divitiæ majores,*
S. Auguſt. *nulli theſauri, nulla hujus mundi major ſubſtantia quàm fides Catholica.* Hanc igitur parentes filiis aggregare debēt. Quod ſi videant vel prævideant illos obſidendos & ſeducendos ab idololatriâ & hæreſi auxilio honorum & divitiarum, adinſtar Regis Moab, illos potius immolent, quam permittant victimas ab iis captis immolari idolis, ſeu hæreſi.

II. Quod ſi analogia Regis Moab diſpliceat, ſubſtituant, ſibique proponāt Patriarcham Abraham, qui proprii
S. Zeno. filii ſacrificus fuit. S. Zeno ſermon. de Abraham. *Abraham Dominum filio, ſacerdotem prætulit patri. Nec pium ſe credidit, niſi probaſſet fidelem. Denique chariſſimi intrepidus ad miniſterium immolationis armatur, rimatur ad illum vulneris ſecurus animus, ſed ſecurior manus, elatus in immolandum gladius libratur, nec puerum mors vicina contriſtat nec trepidatio fidem prodit infirmam.* Quibus verbis innuit ſanctū Patriarcham poſtpoſuiſſe naturam & paternum amorem fidei, & hanc prævaluiſſe omnibus bonis quæ in mundo excogitari poſſent. *Vincit* (inquit Franco Abbas tomo 3. de gratiâ Dei. Franco. *Paternum affectum affectus in Deum, & qui Deum Patrem agnoſcit Patrem ſe eſſe neſcit.* Quomodò Deum Patrem agnoſcit? per fidem quam omnibus rebus præfert. Idem ponderat Sanctus Chryſologus ſerm 18. *Abraham* S. Chryſologus. *offerebat filium ſuum, imò ſe immolabat in filio ſanctificabat mentem ſuam, ædificabat fidem ſuam ut eſſet idem victima & Pontifex, Sacerdos & Sacrificium, Patris erat paſſio ibi tota, ubi filius immolabatur.* Quid faciunt parentes qui pro fide proles ſuas immolant? Sanctificant mentem non tantùm ſuam; ſed & prolium, nam ſi proles ſupervivant mentem ſuam erroribus depravabunt, ædificabunt non fidem; ſed infidelitatem, obliviſcentur myſteriorum fidei, ut prava & impia hæreticorum & infidelium addiſcant dogmata, impediunt ne terrenarum divitiarum ſplendore faſcinentur, & illis ærarium æternorum theſaurorū aperiant. Quod conſpiciens Laurentius Juſtinianus lib. de ligno vitæ cap. Iuſtinian. 4. exclamat. *O theſauris omnibus opulentior fides! ô virtutibus corporeis omnibus fortior! omnibus medicamentis ſalubrior! beati qui poſſident te.*

Hanc ut poſſeſſionem & hæreditatem inamiſſibilem veri parentes & III. Chriſtiani filiis comparent, illamque omnibus rebus hujus mundi præponderant dicentes illud Sapientiæ cap. 7. verſ. 9. *Præpoſui illam regnis* Sap. c. 7. verſ. 9. *& ſedibus, & divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretioſum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.* Quando dixi quod veri parentes vereri nè à gentibus proles pervertantur, ipſos immolare debent abſit tamen ut eos ipſarum tortores effici debere aſſerā, ſufficit quod illas prodant, quod ad martyrium perducant, commentur, ad conſtantiam & perſeverantiam in fide excitent, quod gentilium lenocinia divertant, quod fidem illarum ſpe æternorum bonorum foveant. Ita ſe geſſit Mater Machabæorum de quibus lib. 2. cap. 7. quæ cum illis comprehenſa, illis ſupervivere voluit, ut

præmitteret ad gloriam, ut impediret ſuis cohortationibus nè tyrannus I 2. Mac 7. v. 20. falſis pollicitationibus honorum & divitiarum illos à fide avocaret. Undè Textus verſ. 20. vocat illam mirabilem. *Supra modum autem Mater mirabilis, & bonorum memoriâ digna, quæ pereuntes ſeptē filios ſub unius diei tempore conſpiciens bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deo habebat, ſingulos horum hortabatur voce patriâ fortiter repleta ſapientia, & fœmineâ cogitatione maſculinum animum inſerens, Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis, neque enim ſpiritum & animam donavi vobis, & vitam & ſingulorum membra non ego ipſa compegi: Sed enim mundi creator qui formavit hominum nativitatem quique omnium invenit originem, & ſpiritum vobis iterùm cum miſericordia reddet & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges ejus.* Expende illa verba. *Supra modum autem mirabilis.* Quaſi diceret ſcio aliquas Heroinas ob ſingularem affectum erga liberos, erga Senatus, populos, erga milites, alias matres populornm, matres exercituum, &c. fuiſſe nuncupatas, ſed omnes illas ſuperat Mater Machabæorum. Undè non tantùm mater mirabilis nuncupatur, quia divitias æternas caducis, gloriam cœleſtem temporalibus honoribus, vitam immortalem mortali, ſpem rerum divinarum humanis, fidem & religionem mundo, ſalutem animæ corporali prępoſuit, & filiis ſuis prępoſuit. Supra modum, quia Dei timori regis Antiochi, & amorem ſupernaturalem viſceribus maternis & amori naturali prætulit, quia tunc vitā incipere videbatur, ſeu potius novas ſibi vires ſub- S. Greg Nazian. miniſtrari exiſtimabat, quando tyrannus ipſas à filiis cum vita adimebat, ut habetur in noſtro Breviar. 10. Julii. Hujus matris encomium ſic agit ſanctus Gregorius Nazianzenus. *Erat ibi fortis & generoſa mater puerorum ſimul ac Dei amans, cujus materna viſcera ſupra naturæ conſuetudinem dilaniabantur. Non enim filiorum qui in tormentis erant miſerebatur, ſed timore angebatur nè non ea ſuſtinerent, neque magis eos, qui è vitâ migraverant deſiderabat, quàm precabatur, ut reliqui eorum cum illis conjungerentur, quibus filiis magis quàm de mortuis erat ſollicita. Horum enim dubium erat certamen: at illorum ſecura diſſolutio atque illos quidem jam Deo conjunxerat, de his verò quomodò Deus ſuſciperet laborabat. O virilem animum in corpore muliebri! ô admirabile magni animi incrementum!*

Idem ſcribit S. Auguſtinus de ſan- IV. ctâ Fœlicitate Romanâ quæ ſeptem filios ſuos præmiſit ad palmam, & illis ſupervixit, ut animaret ad mortē conſtanter pro Chriſti fide obeundam. *Magnum* (inquit ille Doctor) S. Auguſt *ſpectaculum poſitum eſt ante oculos fidei noſtræ. Auditu audivimus, corde vidimus optantem matrem ante ſe iſtam vitam finire filios ſuos longè contrariis votis conſuetudinis humanæ. Omnes enim homines filios ſuos ex hac vitâ migrando præcedere volunt, & non ſequi: illa autem optavit poſterior mori. Non enim amittebat filios, ſed præmittebat, nec intuebatur tanquam vitam finirent, ſed tanquam inchoarent. Deſinebant enim vivere, ubi quandoq; fuerant morituri, & incipiebant vivere ſine fine victuri. Parum eſt fuiſſe ſpectatricem, mirati ſumus potius hortatricem, fœcundior virtutibus quàm fœtibus, videns certantes in quibus omnibus & ipſa certabat, & in omnibus vincentibus etiam ipſa vincebat.* Expende illa verba, *fœcundior virtutibus quàm fœtibus.* Quaſi diceret maternitatem nobiliorem adepta eſt hortans filios ad martyrium & ad cōſtantiam in fide, & ad vitam immortalem præmitens, quam pariens ad vitam mortalem. Quod confirmat S. Gregorius Papa homil. 3. in Evangelia, quam teſte Baronio tomo 2. annalium anno Chriſti 175. habuit ad populum in ejuſdem S. Fœlicitatis Baſilicâ Romæ poſitâ in die Natalis ipſius, nbi hic Sanctiſſimus Doctor inter alia. *Mater* (inquit) *efficitur prædicanda. Quaſi enim parit Dominum qui eum cordi audientis infundit, & mater ejus efficitur prædicando, ſi per ejus* S. Greg. *vocem amor Domini in proximi mente generatur. Ad quam rem nobis idoneè confirmandam adeſt ſancta Fœlicitas, cujus hodie feſta natalitia celebramus: quæ credendo extitit ancilla Chriſti, & prædicando facta eſt Mater Chriſti.*

Verè Mater ſupra modum & admirabilis dici poteſt, quæ & filiorum mater eſt Chriſti filiorum ſecundùm modum naturalem, ſed Chriſti ſupra modum filiorum naturalis, ſed Chriſti, imò & filiorum ſimul admirabilis. Et probat. *Septem quippe filios, ſic poſt mortem timuit vivos in carne relinquere ſicut carnales parentes ſolent metuere ne mortuos præmittāt, in perſecutionis enim labore deprehenſa filiorum corda in amore ſupernæ patriæ prædicando roboravit & parturivit ſpiritu, quos carne pepererat, ut prædicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo. Conſiderate fratres in fœmineo corpore virile pectus, ad mortem ſtetit imperterrita, amittere ſe in filiis lumen veritatis timuit ſi non fuiſſet orbata.* Quaſi diceret maluit orbari filiis, quàm ut ipſi fide orbarentur. Undè quàm ante vocavit matrem Chriſti, ſeu matrem ſpirituale͂, nos verò ſupra modum matrem admirabilem appellamus, D. Gregorius pluſquam martyrem nominat. *Nunquid ergò hanc fœminā Martyrem dixerim? Certè Dominus cùm de Ioanne loqueretur, dixit, quid exiſtis in deſertum videre, Prophetam? Utique dico vobis & pluſquam Prophetam. Et Ioannes requiſitus reſpondit dicens, non ſum Propheta. Quia enim ſe pluſquam Prophetam noverat eſſe, ſe Prophetam negabat. Qui idcirco pluſquam Propheta dicitur, quia Prophetæ eſt officium futura prænunciare, non etiam oſtendere. Ioannes etiam pluſquam Propheta eſt, quia quem verbo prædixit digito oſtendit. Non ergò hanc fœminam Martyrem dixerim, ſed pluſquam Martyrem, quæ ſeptem pignoribus ad regnum præmiſſis octoties ante ſe mortua ad pœnas prima venit, ſed pervenit octava. Aſpexit Mater, & cruciata, & imperterrita filiorum mortem ſpei gaudium tribuit, adhibuit dolorem naturæ, timuit viventibus, gaviſa eſt morientibus, optavit nullum poſt ſe relinquere, nè ſi quem haberet ſuperſtitem non poſſet habere conſortem.* S.Greg. Sanctus Petrus Chryſologus ſerm. 134. concionem etiam in ejus laudem habuit.

V. Aliqui apud Baronium citatum dubitant an S. Fœlicitas, ſit eadem cum S. Symphoroſa, & reſolvunt eſſe planè diverſas. Etſi illud dictum Petri Damiani ſermone 17. non ab omnibus reciperetur. *Veriſimile quippè eſt ut quidquid virtutis in ſanctorum filiis cernitur totum ab ipſis parentibus traditum fuiſſe creditur. Non poteſt quidquā filius facere, niſi quod viderit patrem facientem.* S Petrus Damian. Tamen id non tantum veriſimile, ſed veriſſimum eſt proles ſanctæ Symphoroſæ, ſanctæ Fœlicitatis, & aliarum Heroinarum in ſuâ fide, in ſuâ conſtantiâ, in ſuo amore, vivam Matrum ſuarum virtutem, non tantùm oculis mentis, ſed etiam corporis propoſitam habuiſſe, eamq́ue uſque ad ultimum halitum expreſſiſſe, nec ab iis nè quidem uno apice degeneraſſe. Erubuiſſent habere matrem ſanctam ſi ejus ſanctitatem non fuiſſent imitati. Canentes illud D. Chryſoſtomi ad illa verba Matthæi cap. 3. verſ. 9. *Nè velitis dicere contra vos Patrem habemus Abraham.* Subdentis. *Magis erubeſcite, quia filii eſtis ejus, & ſanctitatis ejus non eſtis hæredes. De adulterio enim natus videtur qui non aſſimilat patrem.*

VI. Non minus laudandæ ſunt Matres, quæ ad Martyrium captæ, filios ſibi ſuperſtites eſſe noluerunt. ſed ſuæ palmæ participes effecerunt. Omiſſis modernis hiſtoriis eam tantùm proponemus cujus meminit Theodoretus lib. 4. cap. 16. & 17. illam mulierculam vocat, ſed nos mulierem fortem, Amazonam, Heroïnam, ſupra modum Matrem admirabilem nuncupabimus. Tempore Valentis Imperatoris Ariani præfecto Edeſſæ mandatum eſt, ut per militares copias Catholici omnes diſſiparentur, fuſtibus & virgis cæderentur, variiſque ſuppliciorum generibus torquerentur. *Præfectus igitur* (inquit ille) *mane imperatum faciebat, & tranſiens per forum, conſpicatur mulierculam ferente͂ in ulnis puerum, admodumq́ue feſtinantem. Præfectus accerſit, rogat quo eat? cui illa. Didiceram Dei famulis motas inſidias, properoq́ue ad concordes mecum in fide, ut cum ipſis una perpetiar cædem, quam inferre vultis. At infantem, inquit ille quorſum geſtas. Socius erit hujus, inquit, amabilis mortis.* Theodoretus. Non vult ſe offerre martyrio, niſi & infantem

 ſuum

nè timeas. Nec quidquam Regi Ocho-
ziæ eloquitur, niſi à Deo fuerit illi
inſpiratum. Verſ. 16. *Locutus eſt ei di-*
verſ. 16. *cens: Hæc dicit Dominus, quia miſiſti*
nuncios ad conſulendũ Belzebuth Deum
Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael
à quo poſſes interrogare ſermonem, ideò
de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſ-
cendes, ſed morte morieris. Non dicit
dico, ſed *hæc dicit Dominus.* Idem Sa-
cer Textus lib. 3. Regum cap. 22. quæ-
ritur a regibus Achab & Joſaphat pro-
pheta Michæas, pergit. Quid dictu-
rus eſt? id dumtaxat quod Deus di-
cendum ſuggeret, verſ. 14. *Vivit Do-*
l. 3. Reg. *minus quia quodcumque dixerit mihi*
22. v. 14. *Dominus hoc loquar.* Ejus imitatione
quotquot Martyres ſe perſecutoribus
& tyrannis obtulerunt, id præſtite-
runt non proprio motu, ſed divini-
tus impulſi, ſed cœleſti ductu & ope-
râ. S. Athanaſius in Apologiâ de fugâ
ſcribit de iis, qui ante occulti erant,
& poſtea inventi ſunt, idem conclu-
dendum eſſe ac de illis qui ſponte co-
ram tyrannis comparuerunt. *Hæc &*
S. Athan. *Beati Martyres temporibus perſecutio-*
num obſervaverunt, iidemq́; quamdiu
in latebris erant, ſeſe occultabant, ubi
autem inventi eſſent, Martyrium obi-
bant. Quod ſi quidam ex iis ſe perſecu-
toribus dedidere non temeritate eò ra-
piebantur, ſed paſſim apud omnes profite-
bantur à Spiritu ſancto hanc promptitu-
dinem, ſuàq́; oblationem profectam eſſe.
S. Cyprianus citatus. *Apprehenſus &*
traditus loqui debet, ſiquidem in nobis
S. Cyprianus. *poſitus, illâ horâ loquatur, qui nos con-*
fiteri magis voluit quam profiteri. Sic
tres generoſi Chriſti Athletæ Anto-
nius Præsbyter, Zebinas Eleuteropo-
litanus & Germanus apud Euſebium
lib. 8. hiſt. cap. 19. in Præſidem im-
molantem inſilierunt, altâque voce
eum hortati ſunt, ut ab illo errore &
inſaniâ ceſſaret, propter quem zelum
capite damnati ſunt. (Sic teſte ſancto
Sulpitio in vitâ S. Martini.) Sanctus
Præſul Martinus arborem primùm e-
radicatam præter gentilium opinio-
nem in diverſam partem divino im-
pulſu ruere fecit, quo miraculo mul-
ti ad fidem converſi ſunt. Sic ſanctus
Eſychius ſub Juliano Apoſtatâ fana
evertit, idola diruit apud Nicepho-
rum lib. 10. cap. 10. Sozomenum lib.
5. cap. 10. Roman. Martyrologium
9. Aprilis. Ex eodem Martyrologio 1.
Januarii, S. Almachius, 24. Januarii.
In eodem Mart. Iſidoro & Metaphra-
ſte S. Timotheus cùm ferre non poſ-
ſet ſacrificium quod uni Deo debetur
offerri ſimulacris Dæmonum, populũ
Epheſinum in celebritate Dianæ im-
molantem, ab illa impietate divino
inſtinctu avocare conatus lapidibus
obrutus eſt. S. Amphianus (inquit
idem 2. Aprilis) in perſecutione Ma-
ximi cùm Urbanum Præſidem idolis
immolantem arguiſſet, ſævè dilania-
tus, ac pedibus, lino in oleum intin-
cto, eoque incenſo obvolutis acer-
biſſimè cruciatus, demum in mare
demerſus tranſiens per ignem & aquã
eductus eſt in refrigerium. S Marcel-
lus in eodem Mart. 4 Septembris Ca-
bilone in Galliâ ſub Antonino Impe-
ratore cum à Præſide Priſco ad pro-
phanum convivium invitatus, & hu-
juſmodi epulas execrans, omnes qui
aderant, cur idolis deſervirent, liberâ
increpatione corriperet, & ab eodẽ
Præſide inaudito crudelitatis genere,
cingulo tenus defoſſus eſt in terra,
ſicque triduo in laudibus Dei perſe-
verans incontaminatum ſpiritum
Deo reddidit. Ibidẽ 5. ejuſdem men-
ſis S. Romulus aulæ Trajanæ Præfe-
ctus cùm ſævitiam imperatoris in
Chriſtianos deteſtaretur cæſus virgis
capite truncatus eſt. Eodem divino
ſpiramine 30. Auguſti quidam Chri-
ſtianus cùm agnoſcens Fœlicem ad
martyrium duci videret, ego quoque
(inquit) clarâ voce, eâdem quâ iſte
lege vivo, ego eundem Chriſtum co-
lo, itaque Fœlicem oſculatus cum eo
ſecuri percutitur. Cujus nomen, cùm
ignotum eſſet Chriſtianis is Audacti
nomine nobilitatus eſt, quod Martyrii
coronâ augeri voluerit. Omitto mul-
tos alios Chriſti Athletas. *Quod ſi hoc*
fecerint (inquit S. Auguſtinus libr. 1.
de civitate cap. 26.) *non humanitas*
decepta ſed divinitas juſſa, nec errantes
ſed obedientes. *Cùm verò* (ex Caſſiano Caſſian.
collat. 1. cap. 19.) *tres tantùm ſunt o-*
rigines ſeu fontes affectuum internorum,
ſpiritus bonus, ſpiritus malus, ſpiritus
humanus. Quomodo in iis qui ad
ſupplicia

III. Finis ſecundarius Martyrii poteſt eſſe æternæ gloriæ conſecutio, pœnarum aliàs peccatis promeritarum purgatio. De hoc fine canit Pſaltes

Pſ. 115. verſ. 5.

pſalm. 115. verſ. 15. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* Divus Cyprianus epiſt. 6. lib. 2. ad Martyres & Confeſſores Chriſti ita explicat.

S. Cyprianus.

Pretioſa mors hæc eſt, quæ ejus immortalitatem pretio ſui ſanguinis, qua accipit coronam de conſummatione virtutis. Vocat dolores in Martyrio conceptos pretium immortalitatis. Idem S. Cyprianus epiſt. 25. lib. 3. *Neque enim ad fuſtes Chriſtianum corpus exponis, cujus eſt ſpes omnis in ligno Sacramentum ſalutis ſua Chriſti ſervus agnovit redemptus ligno ad vitam æternam, ligno profectus ad coronam.* Tertullianus lib. adverſus Gnoſticos, cap. 5. opponit lignum, cujus fructu veſcitur Adam, ligno, in quo patitur Martyr, atque illo Adamum conſecutum eſſe mortem, hoc autem Martyrem conſequi gloriam.

Tertull.

Quid gravetur pati homo ex remedio, quod non eſt tunc gravatus pati ex vitio? Diſplicet occidi in ſalutem, cui non diſplicuit occidi in perditionem? Nauſeabit in antidotum, qui hiavit ad venenum? Quibus verbis hortatur ad Martyrium, ut in illo bibamus calicem immortalitatis, à quo nos venenum peccati primi parentis excluſerat.

IV. Ad intendendum hunc finem nos (ni fallor) invitat Iſaias cap. 55. v. 1. *Venite, emite abſque argento.* Non ait venite accipite gratis, accipite mutuò, accipite ad annum, ad menſem, duos vel tres, vel plures; ſed emite tantùm pro tantò reciprocè dantem. Quid dabunt? carent pecuniis, & quacumque re illis æquivalente. *Quoniam inops & pauper ſum ego.* Inquit Vates Regius pſal. 85. verſ. 1. Nihil refert, Venite, emite, etſi careatis pecuniis, tamen ſufficienter habetis quo ematis: Non habeo nè quidem veſtem unam quâ operiar, Job. cap. 1. verſ. 21.

Iob. c. 1. verſ. 21.

Nudus egreſſus ſum de terrâ, & nudus revertar illuc. Non tantùm pauperem ſe eſſe affirmat, ſed etiam infirmum, cap. 26. verſ. 6. *Nudus eſt & infirmus coram eo.* Sicque opere & labore manuum mearum nihil comparare poſſum, cujus valore emam, careo ingenio & induſtriâ, lib. 4. Eſdræ cap. 5. verſ. 39

l. 4. Eſdr. c. 5. v. 39

Ego autem inſipiens. Pſalm. 48. verſ. ultimo.

Pſal. 48. verſ. ult.

Homo cùm in honore eſſet non intellexit comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quo ergò pretio emet? pretio ſuppliciorum & martyriorum, quæ pro Dei gloriâ, pro nominis Chriſti exaltatione patienter tolerabit, quot lacrymæ, quot ſudores, quot cruces, quot ſanguinis guttæ, tot gemmæ. Quot vulnera, quot ulcera, tot Theſauri: quot corpora membratim exciſa & deformia, tot arcæ, tot gazæ plenæ rebus pretioſis & neceſſariis ad emptionem faciendam Habemus theſaurum in vaſis fictilibus (inquit Apoſtolus 2. Corinth. cap. 4. verſ. 7.

2. Corin. c. 4. v. 2.

Quid comparabimus iſtis martyriis, iſtis ſuppliciis patienter toleratis? non favorem alicujus Principis temporalis, non regnum, aut dominium aliquod temporale, ſed gratiam Dei, ſed gloriam immortalem, ſed regnum cœlorum. *Pretioſa mors hæc eſt, quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accipit coronam de conſummatione virtutis.* Quis hujus gloriæ venditor eſt? Deus. Audi Apoſtolum 2. ad Timotheum cap. 4. verſu 8. qui univerſam hujus contractus venditionis œconomiam explicat his verbis.

2. Timot. c. 4. v. 8.

Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. Ecce pretium & meritum. *In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Ecce merces, & quid ſuis certaminibus, ſuis martyriis, ſuis laboribus meruit: Alludit enim Apoſtolus ad ludos Olympicos, in quibus luctando, & pugnando, & ad ſtadium, in quo currendo certabant, à quo accipiet mercedem & coronam? Quis erit venditor, retributor, præſes iſtius certaminis, qui in agone certantem & vincentem compenſabit? Deus ipſe. *Quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.* Quomodò dicitur juſtus judex, cùm noſtra opera non tantùm ſint præcepta & debita Deo, ſed & ipſa tota ſint Dei, & omne totum meritum, omneque jus ad mercedem in ſolidum ſit Dei, totumque à Deo pendeat in eſſe, & conſervari

inſtar rerum & creaturarũ omnium, imò opus meritorium à Dei gratiâ omnem ſuum valorem & meritum accipiat, ac proindè hæc omnia intimè pendeant à liberâ voluntate Dei, in cujus manu eſt abſolutè ut ſint vel non ſint in rerum natura. Nullo igitur modo poteſt Deus iis aſtringi vel obligari. Deindè divina voluntas à nullo extrinſeco ligari, vel determinari poteſt, ſed tantùm à ſeipsâ. Dico tamen meritum bonorum noſtrorum eſſe debitum, & eorum mercedem vocari coronam juſtitiæ. Primò quia opus ipſum, & ipſe actus bonus dignus eſt ex ſe tali præmio ſeu vitâ æternâ, eſtque illi proportionatus. Gratia enim & actus procedens ex gratiâ eſt ſemen gloriæ. Chriſtus hanc merendi facultatem nobis meruit accedente divinâ promiſſione de dandâ mercede noſtris bonis operibus. Secundò Deus dicitur etiam juſtis debitor ex fidelitate & veracitate, quæ eſt pars poteſtativa juſtitiæ. Nam Deus fidelis eſt, & fidem ſervat dum tribuit juſtis præmium, quod pollicitus eſt. Tertiò Deus debitor eſt ex quâdam juſtitiâ commutativâ, ſuppoſitâ & ſtante ſuâ promiſsione, quæ juſtitia non eſt rigida, ſed talis qualis eſſe poteſt inter Creatorem & creaturam, inter herum & ſervum, inter patrem & filium: quia Deus merâ liberalitate pollicitus eſt mercedem hanc noſtris bonis operibus. Undè S. Auguſtinus ſermon. 16. de verbis Apoſtoli ait. *Debitorem ſe fecit, non tantùm ſibi, ſed & Chriſto, & nobis. Vt illi dicere poſſimus, redde quod promiſiſti, quia fecimus quod iuſſiſti.* S. Auguſt Eodem ſenſu S. Cyprianus tract. de oratione & eleemoſynâ, S. Chryſoſtomus homil. 3. in Matthæum, S. Fulgentius præfat. ad Monimum docent Deum nobis fieri debitorem dum operamur bona. Quemadmodum igitur filius quamvis ſit aliquid patris, & teneatur ex pietate obtemperare Patri, nihilominus eſt jus & juſtum quoddam paternum, quo Pater tenetur ex juſtitiâ quadam filiis morigeris laborantibus, pugnantibus, certantibus dare mercedem, quam pollicitus eſt. Sic licet ſimus filii & ſervi Dei, tamen ex quadam ſimili juſtitia tenetur laborantibus, certantibus dare præmium, quod promiſit ſub conditione operum, *Non enim* (inquit Apoſtolus ad Hebræos cap. 6. verſ. 10.) *iniuſtus eſt Deus ut obliviſcatur operis veſtri.* Hebr. 6. v. 10. Cui pro ſuâ benignitate mercedem promiſit. Hinc meritò exclamare poſſumus cum ſancto Auguſtino ſermone 3. de verbis Domini. *O magna bonitas Dei! cui cum pro conditione reddere obſequia, ut potè ſervi domino, mancipia Redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, ut à nobis obſequia debita ſervitutis obtineat.* S. Auguſt Et cum S. Gregorio Nazianzeno orat. in ſanctum Baptiſmum. *O miram beneficentia celeritatem! ô fœlicem contrahendi rationẽ! hoc bonum ſolo voluntatis pretio emendum tibi proponitur appetitionem ingentis pretii loco habet.* Quaſi diceret, hæc immortalitatis corona non tantùm actuali paſſionum & ſuppliciorum tolerantiâ comparatur, ſed ſolò affectu, deſiderio. S. Franciſcus vult Martyr effici, quamvis actu Martyrium non patiatur; tamen Deus coronam Martyribus promiſſam illi retribuit. S. Thereſia in tenerrimâ ætate cùm Sanctorũ Martyrum acta perlegeret, adeò in ejus meditatione Spiritus ſancti igne exarſit, ut domo paternâ aufugiens in Africam trajiceret, ubi vitam pro gloriâ Chriſti & animarũ ſalute profunderet à patruo revocata ardens Martyrii deſiderium eleemoſynis, aliiſque piis operibus compenſavit, jugibus lacrymis deplorans optimam ſibi ſortem fuiſſe præreptam. Vndè hæc verba frequentiſſimè proferebat *aut pati, aut mori.* Non dubito quin aureolam Martyribus promiſſam fuerit de facto conſecuta, & cum in eo deſiderio occubuerit petitionem ipſam Deus ingentis pretii loco habet. S. Gregorius Nazianzenus citatus præfata his verbis confirmat. *Perfectâ beatitudine munerantur, quibus omnia pro Chriſto pati promptus eſt affectus.* Meritò igitur Propheta hortatur & invitat. *Venite emite abſque argento.* Imitamini Eliam prophetam, accedite ad Achab tyrannum, qui tam crudeliter ſævit in ſervos Dei, ad Ochoziam recurrentem

ad

ad Beelzebuth ſpreto vero Deo, eique mortem denunciat, accedite ad eos qui injurioſi ſunt honori Dei, illis prædicate Evangelium, profitemini fidem Chriſti, confitemini vos eſſe fideles, non jactantiâ, ſed zelo, non coactè ſed ſponte & ex intimo cordis affectu parati omnia tormentorum genera pro ejus defenſione libenter tolerare, & ſic emetis gloriam immortalem, coronam immarceſſibilem, imò veſtrâ tolerantiâ omnes peccatorum præteritorum pœnas eluetis.

V. D. Hieronymus in Commentario illorum verborum *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* pſalm. 135. Subdit. *Nam quicumque ſanctus moritur ſuâ morte licet ſit ſanctus, non moritur ſecurus, horreſcit ejus conſcientia quando videt Dominum. Martyr autem ſi & poſt Baptiſmum peccaverit, tamen ſecundo Baptiſmate Martyrii ablutus ſecurus vadit ad Dominum. Quare etiam lætus canit: Dirupiſti vincula mea. In Martyrio quippe dirupiſti vincula peccatorum meorum, & de vinculis plicaſti mihi coronam gloriæ.* Id præſcientes tyranni dum aliquem fidelē comprehendebant, martyrioque afficiebant, non fideles ſed ſeditioſos, non Chriſtianos ſed facinoroſos proclamabant, non pro Chriſti fide & religione, ſed pro criminibus condemnatos afficiebant. Audi quid de Valente Imperatore ſcribat S. Gregorius Nazianzenus orat. ad 150. Epiſcopos *Chriſtianis ſub Valente, ut facere impium, ita pati inglorium erat, quod nè gratiam quidem accipere viderentur, nec illuſtre Martyrium nomen ſupplicii acciperet, ſed huic quoque veritati fucus fieret, ut qui velut Chriſtiani cruciatus perferebant velut impii & facinoroſi pœnâ afficerentur.* Id breviter declarat Tertullianus lib. de animâ, cap. 55. *Tota Paradiſi clavis tuus ſanguis eſt.* Quaſi diceret, acceſſum & introitum ad cœleſtem aulam impediebant pœnæ peccatis præteritis debitæ, hæ erant quaſi vincula & compedes qua te pergere ad cœlum volentem removebant, ſed ecce rheda quâ celeriter in cœlum pergas, ecce alæ quibus furtium evoles. Cantic. cap. 8. verſ. 6. *Lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum.* Alia verſio *Alæ ejus alæ ignis atque flammarum.* Ignes, aliaque ſuppliciorum genera pro Chriſto perpeſſa, tibi alas ſubminiſtrabunt, quibus furtium feraris, quod ſi fores cœli adhuc obſtructas invenias, ſanguis tuus clavis officio fungetur. *Tota Paradiſi clavis tuus ſanguis eſt.*

Pſ.135

S.Hierō.

S.Greg. Nazian.

Tertull.

Cant. 8. verſ.6.

§. 15.

Martyrium remittit peccata.

I. IN claſſe finis ſecundarii quem Chriſti Athletæ ſibi proponere poſſunt eſt peccatorum remiſſio. Tertullianus lib. adverſus Gnoſticos cap. 6. *Poſcit ſecunda ſolutio, & extrema præſidia dimicationem Martyrii, & lavacrum ſanguinis exindè ſecutum, de cujus felicitate David, Beati quorum dimiſſa ſunt delicta, & quorum operta ſunt iniquitates, Beatus cui non imputavit Dominus delictum. Propriè enim Martyribus nihil jam imputari poteſt, quibus in lavacro ipſa vita deponitur, ſic dilectio operit multitudinem delictorum.* Non dicit dimiſſum eſt delictum operta eſt iniquitas, ſed dimiſſa delicta, opertæ iniquitates cujuſcumque ſint generis. Illi ſubſcribens D. Auguſtinus lib. 13. de Civitate Dei cap. 6. & 7. *Mors* (inquit) *eſt pœna peccati, hominiſq; naſcentis, ſed ſi pro pietate juſtitiaq; pendatur fit gloria renaſcentis.* Ideſt, ſi quis mortem, quæ eſt pœna peccati, juxta illud Domini decretū Geneſis cap. 2. verſ. 17. *In quacumque die comederis morte morieris.* Tolcraverit pro fide, pro religione, pro virtute, &c. *fit gloria renaſcentis.* Proſequitur idem Doctor. *Et cum peccati ſit retributio, aliquando imperat ut nihil retribuatur. Et qui non percepto regenerationis lavacro pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantùm eis prodeſt ad dimittenda peccata, quantùm ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis.* Expende illa verba *tantùm, quantùm*, comparat enim martyrium, & ait tot peccata remitti per martyrium, quot per baptiſmum. Et probat. *Qui enim dixit, niſi quis*

Tertull.

S.Auguſt.

Gen. c. 2. verſ. 17.

quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cœlorum, alia ſententia illos fecit exceptos, ubi non minus generaliter dixit. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt. Et alio loco, qui perdiderit animam ſuam propter me inveniet eam, & utrumque à Chriſto inſtitutum. Idem

Tertull. Tertullianus docet de pudicitiâ cap. 22. *Habeo enim aliud Baptiſma, undè & ex vulnere lateris Dominici aqua & ſanguis utriuſque lavacri paratura manavit.* Quicumque ergò defectu miniſtri baptiſmum fluminis ſuſcipere non poteſt, accedat ad illum ſanguinis baptiſmum omnium delictorum veniam conſequetur. Idem Tertullianus in extremo apologetico. *Vt totam Dei gratiam redimat, ut omnem veniam compenſatione ſanguinis ſui expediat, omnia enim huic operi delicta donantur.* Ait totam Dei gratiam, omnem veniam expediri, omnia delicta donari compenſatione ſanguinis. Sanguis ille pro Chriſto effuſus tanti valoris eſt, tam pretioſus eſt, ut remiſſionem omnium peccatorum cõparare poſſit. Id confirmat S. Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 22. & habetur cap. *Baptiſmi vicem*, diſt. eâdem, aſſerens per Martyrium baptiſmi vices impleri, quod oſtendit in latrone, cui non baptiſato dictum eſt à Domino, *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Id patet exemplo Geneſii in cujus Natali Euſebius Emiſſenus homiliam fecit: ſanctæ Emerentianæ, de quâ S. Ambroſius in ſermone ſeu epiſtolâ 34. ad Virgines ſacras, & habetur cap. *Cathecumenum*, de conſecrat. diſt. 4. ubi dicitur neminem ſine baptiſmo ſalutẽ conſequi, & ſi Cathecumenus & in bonis operibus moriatur, excepto martyrio, in quo omnia baptiſmi Sacramenta complentur. Nam ut baptiſandus fidem coram Sacerdote confitetur, ita & Martyr coram perſecutore. Ille poſt confeſſionem aſpergitur aquâ, hic ſanguine ſuo lavatur.

Specialiter quod peccatum ori-
II. ginale martyrio deleatur patet in parvulis ab Herode trucidatis Matthæi cap. 2. quos Eccleſia ut ſanctos Martyres colit, nec alio quàm ſui ſanguinis baptiſmate à peccato originali liberati ſunt. Licet enim probabile ſit aliquos illorum fuiſſe circumciſos, tamen probabile eſt etiam plurimos ante octavum diem occubuiſſe, & inter eos aliquos etiam filios gentilium. Undè Vaſquez 3. part. diſp. 50. cap. 7. vocat oppoſitam opinionem Armacani temerariam lib. 8. de quæſt. Armenorũ cap. 37. Temerariam eſſe tacit etiã D. Auguſtinus lib. 1. de Animâ & ejus origine c. 9. *Nemo ſit membrum Chriſti, niſi aut baptiſmate in* S. Auguſt. *Chriſto aut morte pro Chriſto.* Tunc autem quis ſit membrum Chriſti cùm ejus peccatum originale abſtergitur. De S. Geneſio Euſebius Emiſſenus. *Non tingitur fonte, ſed abluitur paſſio-* Euſebius Emiſſen. *ne, non vivificatur baptiſmate, ſed morte regeneratur.*

De aliis peccatis actualibus adul- III. torum ſupradictis adjungi poteſt, Divus Thomas 3. part. quæſt. 87. art. 1. ad 2. *Paſſio pro Chriſto ſuſcepta obtinet vim baptiſmi, & ideò purgat ab omni &* S. Thom. *veniali & mortali, niſi actualiter voluntatem peccato invenerit inhærentem.* Idem in 4. diſt. 44. quæſt. 3. art. 3. quæſtiuncul. 4. *Vterque Baptiſmus omnem culpam & pænam tollit.* Undè S. Auguſtinus martyrii pretium & valorem tantum eſſe ait, ut nihil illi in mundo æquiparari poſſit. Proponat ſibi aliquis omnia virtutum opera, quæcumque illa ſint, minùs æſtimari debent quàm Martyrium, minus efficacia, lib. 13. de Civitate Dei cap. 7. *Quid enim pretioſius, quam mors, per* S. Auguſt. *quam fit ut etiam delicta omnia dimittantur.* Accedit D. Bernardus epiſt. 77. *Quemadmodum baptiſmus remittit omnem culpam & pænam, & baptiſatus ſi tunc moriatur ſtatim evolat in cælum ita etiam Martyres.*

Ad illum finem etiam accedit in- IV. tentio obtinendi divinam gratiam, Tertullianus licet in aliis ſatis obſcurus, in hoc tamen argumento ſatis clarus eſt lib. Apologetici in fine. *Quis non pati exoptet, ut totam Dei gra-* Tertull. *tiam redimat* Illi ſuffragatur S. Auguſtinus lib. 13. de civit. Dei cap. 7. *Quid enim pretioſius quam mors per quam fit, &c. ut & merita cumulatius augeantur.*

tur. Petrus Cellenſis lib. de panibus. cap. 13. ponderans illa verba Apoc. cap. 7. *Laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt in ſanguine agni.* Subdit. *Revera enim ſanguis agni eſt, ſanguis ſanctorum innocenter occumbentiũ, qui pro agno patiuntur, agnum in paſsione imitantur, nam agnus iſte innocentiâ ſuâ paſſus eſt.* Quomodo agnum in paſſione imitantur? Non enim omnes Martyres eodem mortis genere afficiuntur, non omnes cruci affiguntur. Imitantur: quia ſicut ille promeruit gratiam nobis, ita illi ſibi gratiam promerentur. D. Cyprianus epiſt. 73. ait. *Sanguine ſuo baptizatos, & paſsione ſanctificatos conſummari, & divinæ pollicitationis gratiam conſequi.* Idem innuit S. Clemens Romanus lib. 5. cõſtitut. Apoſtol. cap. 7. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Leviticum, S. Cyrillus Hieroſol. catecheſi 3. §. *Quid igitur faciendum.* Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, Gregorius Nazianzenus tract. 39. in ſancta Lumina. D. Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 22, lib. 1. de anima & ejus origine cap. 9. epiſt. 108. ad Seleucianum, S. Proſper apud S. Auguſtinum tomo 3. lib. ſententiarũ in 149. Gennadius apud eundem S. Auguſtinum tomo 3. lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 74. S. Ambroſius lib. 5. de pœnitentiâ cap. 2. & ſermone 3. in pſalmum 118. S. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. S. Joannes Damaſcenus lib. 4. Ortodoxæ fidei cap. 10. Ruffinus in expoſitione Symboli cap. 16. Rupertus lib. 7. de divinis officiis cap. 5. & alii.

Petrus Cellenſis

§. 16.

Quomodo Martyrium Baptiſmo prævalet.

I. QUod per Martyrium major infunditur gratia quàm per Baptiſmum. D. Cyprianus epiſt. 73. ait, *Sanguine ſuo baptizatos, & paſſione ſanctificatos conſummari.* Quaſi diceret gratiam perfectiorem, & quaſi conſummatam recipere. Tertullianus in apologetico in fine. *Quis non pati exoptet ut totam Dei gratiam redimat.* Particula *ut*, cauſam finalem denotat. hæc verba *totam Dei gratiam*, id eſt non in gradu remiſſo, qualem recipiunt parvuli in Baptiſmo, ſed multò majorẽ quaſi conſummatam. Clarius videtur id exprimere D. Thomas in 4. diſtin. 44. part. art. 3. quæſtiuncula 4. *Gratia in Baptiſmo ſanguinis magis augetur habenti, & amplior datur non habenti, ſi impedimentum non adſit.* Expende hæc verba *amplior datur non habenti.* Scilicet quam in Baptiſmo confeRatur. Ratio eſt, quia Martyrium involvit charitatem & actum amoris Dei ſuper omnia, eo quod impedimentũ ſecundùm aliquos tollitur per contritionem, ſecundùm alios etiam per attritionem.

S. Thom.

Undè plurimi Theologi aſſerunt per Martyrium conferri gratiam ex opere operato, ſeu ex divinâ promiſſione. Ita Leonardus Coquæus in ſanctum Auguſtinum de Civitate Dei lib. 13. cap. 7. in fine. Bellarminus de baptiſmo cap. 6. Cornelius à Lapide in 1. Corinth. cap. 13. verſ. 3. Raynaudus de martyrio part. 2. cap. 5. num. 27. & cap. 6. num. 19. Bonacina de Sacramentis diſput. 2. quæſt. 1. puncto 1. numer. 7. Henriquez lib. 2. cap. 26. §. 1. & cap. 36. §. 1. Gabriel in 4. diſtinct. 4. quæſt. art. 2. concl. 9. Durandus quæſt. 9. art. 1. Suarez 3. part. tomo 3. diſp. 19. ſect. 3. concl. 3. Valentia tomo 4. diſp. 4. quæſt. 3. punct. 4. Arriaga in 1. part. S. Thomæ tomo 2. diſput. 55. numer. 20. & 21. Coninck 3. part. quæſt. 66. art. 12. num. 144. Nugnus ibidem quæſt. 4. Becanus de baptiſmo cap. 4. quæſt. 11. concl. 6. Leſſius lib. 3. cap. 1. num. 48. qui omnes docent contra Alexandrũ de Ales part. 4. quæſt. 22. membro 5. art. 1. S. Bonaventuram in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 2. Paludanum ibidem art. 1. Sotum in 4. diſt. 3. quæſt. unic. concluſ. 4. Bannem 2. 2. quæſt. 24. art. 6. dubio 5. ad 7. Martinum Ledeſma quæſt. 7. art. 11. dubio 4. Vaſquez 3. parte tomo 2. diſput. 153. cap. 3. 5. & 6. Melchiorem Canum relect. de pœnitent. part. 3. Layman lib. 3. ſect. 3. num. 6. Gratiam conferri in II.

martyrio, licet ex alio motivo virtutis, aut ſpei gloriæ, aut metu gehennæ mors toleretur, ita ut habens attritionem ſupernatnralem putans ſe contritum conſecuturus ſit per Baptiſmũ gratiam ſanctificantem ex divinâ promiſſione Matthæi cap. 10. v. 39. *Qui perdiderit animam ſuam propter* Matt. 10 *me inveniet eam.* Toſtatus ibi quæſt. vers. 39. 140. *Hic vitam perdit, qui in miſeriis vivens nullis bonis hujus ſæculi fruitur* Toſtatus *ſive factas pro Deo, ſive ex aliâ causâ, animam autem inveniet in futuro, qui bonis futuris fruetur beatus exiſtens, quia omne bonum quod excogitari poteſt poſſidebunt beati. Perdet autem animã ſuam in futuro, qui multas miſerias patietur infernali carcere mancipatus Sic dicit Remigius, animo autem in hoc loco eſt intelligenda vita præſens, & poteſt intelligi de perſecutionis tempore, in quo homo debet pro Chriſto vitam iſtam abjicere, nè illam negare cogatur. Sic dicit Remigius, qui hanc temporalem lucem, & ejus delectiones, & voluptates tempore perſecutionis pro confeſſione nominis mei contempſerit anima ſua inveniet æternam ſalutem.* Vocat temporalem ideſt vitam. Non dicit fortè inveniet, ſed inveniet. Guilliaudus in eundem locum. *Qui perdiderit animam, ideſt, ſuaq; omnia morti & periculis expoſuerit propter me, ideſt causâ Evangelii, hoc eſt qui propter nomen meum non detrectaverit crucem, ſed qui pro veritate aliquid paſſus fuerit, inveniet eam, ideſt habebit futuram vitam & gloriam recipiet, nempè glorificationem & gaudiũ. Quod gloriam reperturi ſint poſt mortem igitur, hic antecedenter recipiunt gratiam vi divinæ illius promiſſionis.* Hanc vim juſtificandi intuitu divinæ illius promiſſionis innuere videtur S. Cy- S. Cyprianus. prianus epiſt. 73. dicen, *Sanguine ſuo baptizatos & paſſione ſanctificatos conſummari & divinæ promiſſionis gratiã conſequi.* Illam Martyrum ſanctificationem in divinam promiſſionem refundit. Divinæ promiſſionis quod opus operatum patenter ſignificat. Igitur martyrium non habet juſtificandi ſeu conferendi primam gratiam præcisè & per ſe, quia eſt actus charitatis, ſed ex privilegio & promiſſione Chriſti. Deindè innocentes & alii infantes ante baptiſmum pro Chriſto occiſi coluntur ab Eccleſia, ut Martyres, imò etiam ipſi qui in utero materno ſunt incluſi. Quo modo martyrium prævalet baptiſmo! Parvuli enim in utero materno incluſi nequeunt baptizari, quia non poſſunt dilui, & lavari; at poteſt illos enſis tyranni attingere, & ſic illos martyres efficere. Ut docent Bonacina de Sacramentis diſput 2. quæſt. 2. puncto 6. num. 3. & quæſt. 1. puncto num. 7. Coninck quæſt. 66. artic. 2, dubio 1. num. 123. Richardus diſtin. 4. num. 2. quæſt. 9, Bartholomæus ab Angelo de Sacramento Baptiſmi dialogo 2. § 12. Henriquez cap. 38. numer. 2 Toletus lib. 2. cap. 22. num. 7. Reginaldus lib. 27. num. 28. Filiucius tract. 2. cap. 1. quæſt. 5, art. 10. & alii. Ratio eſt, quia cùm proles reputetur jam cum matre, æquum eſt ut ſit particeps ejuſmodi martyrii, ſi cum matre occidatur in honorem fidei, ſeu ob motivum ſupernaturale, ſeu propter bonum opus jam elicitum à matre, ut docet Bonacina quæſt. 1. puncto 6. citato num. 1. & 2 Ex quo ſequitur per martyrium etiam adultos juſtificari ex opere operato: Nõ enim hi ſunt deterioris conditionis quàm pueri. Prætcrea Martyres liberantur ex opere operato ab omni pœnâ purgatorii ex receptiſſima omnium Catholicorum opinione, Quibus favent Tertullianus in Apolog. in fine, Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtromatum, D. Auguſtinus ſermone 5. de Martyribus, ſermone 27. de Verbis Apoſtoli tract. 84. in Joannem. Sanctus Bernardus epiſt. 87. cujus hæc S. Bernardus. verba ſunt. *Quemadmodum Baptiſmus remittit omnem culpam & pœnam, & baptizatus ſi moriatur ſtatim evolat in cœlum, ita etiam Martyres.* S. Cyprianus de laude martyrii. *Sanguini Mar-* S. Cyprianus. *tyrum patet cœlum.* Et epiſt. 52. num. 49. ait. *Martyrem ſtatim ad gloriam pervenire, ſtatim coronari* Ante dixit patet, nunc ait ſtatim, quæ particulæ non eſſent veræ ſi poſtea martyres in Purgatorio detinerentur pœnas luituri. Idem definit Innocentius III. in cap. *Cum Martyr*, de celebratione Miſſæ, ubi refert illud ſolemne dictũ

ſancti

S. Auguſt. ſancti Auguſtini ſermone 17. de verbis Apoſtoli. *Injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre.* Si igitur omnem pœnam abſtergit, delet etiam culpā & confert gratiam ex opere operato. Id patet ex citatis verbis Matthæi cap. 10. *Inveniet eam.* Vel ut D. Marcus cap. 8. *Salvam faciet eam.* Lucæ cap. 12. *Vivificabit eam.*

III. Id enim Baptiſmum imitabitur in modo pœnæ remittendæ & culpæ, ſeu gratiæ conferendæ. Id optimè animadvertit D. Auguſtinus citato libro 13. de civitate Dei cap. 7. ubi oſtendit eodem modo ratiocinandū eſſe de baptiſmo ſanguinis ac martyrio fluminis, tum quoad remiſſionem culpæ & gratiæ infuſionē, quàm liberationem à pœnâ. *Quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Chriſti Confeſſione moriuntur tantùm eis valet ad dimittenda peccata, quantùm ſi abluerentur ſacro fonte babtiſmatis.* Particula illa *non tantùm* ſignificat ea omnia peccata dimitti per martyrium, ſicut ea quę remittuntur per Baptiſmum, imò etiam eodem modo, eâdem virtute & efficaciâ, ita ut ſicut baptiſma fluminis remittit ex opere operato, ita & baptiſmus ſanguinis. Et probat. *Qui enim dixit, niſi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cælorum. Aliâ ſententiâ iſtos fecit exceptos, qui non minus generaliter dixit, Qui me confeſſus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt.* Et alio loco. *Qui perdiderit animam ſuam propter me inveniet eam.* Particula generaliter non tantùm afficit qui baptiſantur, vel martyrio afficiuntur, non tantùm peccata quæ remittuntur, tam quoad pœnam quàm culpam, non tantùm gratias quæ infunduntur tam in baptiſatis quàm in Martyribus; ſed etiam modum cōferendi gratiam & remittendi peccata, ſcilicet baptiſmus fluminis fundatur in inſtitutione & promiſſione Chriſti, & operatur ex opere operato, ita & Martyrium.

§. 17.

Diſpoſitio ad Martyrium ante acta vita bona.

NOn ſufficit ad martyrium cōſtanter ſubeundum bonum motivum, bona intentio, ſeu finis honeſtus & ſupernaturalis, ſecluſo omni humano reſpectu ex parte adulti qui palmam martyrii conſequi deſiderat, etiam aliqua diſpoſitio prærequiritur, ſcilicet ut anteactam vitam benè duxerit. I. Temerarium enim de lupanari ad tribunal properare, de telonio & quotidiano convivio ad theatrum, de blaſphemiis & perjuriis ad confeſſionem fidei currere. Qui ſic tyrannis ſe offerrent tentant Deum, & apoſtaſiæ periculo ſe exponunt. D. Gregorius Nazianzenus orat. 9. in laudem Cæſarii in fine. *Malis temporibus cedit, in eoq; legi noſtræ obtemperat, quæ præcipit ne oblatâ quidem occaſione veritatis cauſâ periculum adeamus, nec fidei pietatem per animi ignaviā deſeramus. Cæterùm quamvis licet pericula ipſa ne excitemus ſivè id ea ratione præſcribat, quod animabus noſtris metuat, ſivè quod eorum exitio occurrendum patet, à quibus nobis periculum vitæ creatur.* Expende illa verba *quod animabus noſtris metuat.* Nè ſcilicet temerè ſic & ultrò certamen, & tempeſtatem excitantes apoſtaſiæ periculo ſalutem noſtram exponamus, & potius tentare Deum, quàm ejus partes defendere videamur. Audi Jacobum Billium ejus Scholiaſtem. *Lex enim Martyrii præceptum Chriſti eſt, ut perſecutiones fugiamus, nec temerè nos in apertum periculum conjiciamus, oblatâ autem occaſione ac tempore id poſtulante intrepido animo vitæ diſcrimen adeamus.* Et infra citat Origenem commenr. in Joannē ad illa verba. *Ieſus autem non jam palam ambulabat. Præclarum eſt* (inquit) *eum qui in certamen de Ieſu profeſſione deſcenderet non recuſare confeſſionem, nec dubitare mori pro veritate. Non minus tamen etiam hoc præclarum eſt non*

dari

S. Greg.

dari cauſam tali periculo, & ut ita dicã tentationi, ſed omni ratione obſiſtere, non ſolùm quod incertus eſt nobis eventus, verùm etiam ne cauſa ſimus cur ſceleſtiores ſint majoribuſque peccatis ſe contaminent ii, qui non re profuſionis ſanguinis noſtri rei fient, ſi ea quæ in noſtra poteſtate ſunt facientes eos, qui vita noſtra inſidias parant, vitemus atque fugiamus, futuri autem ſunt in graviori ſupplicio opera noſtra, ſi nosmetipſos amantes, neque illis connivientes, nos morti offerimus, cùm ad hoc non præcurrerit neceſſitas. Pondera illa verba, *Non minus tamen præclarum eſt non dare cauſam tali periculo, & ut ita dicam tentationi, non ſolùm quod incertus eſt nobis exitus.* Per tale periculum intelligit noſtræ perſeverantiæ in conſtantiâ dubium, qui enim ſic temerè ſe præcipitant aliquando deficiunt à fide præ tormentorum pondere. Subdit Scholiaſtes ex eodem Origene libro 1. contra Celſum. *Vita conſtantiâ nulle pacto inſtituit intempeſtivè aut temerè adeunda eſſe pericula.* Idem docet S. Cyprianus de lapſis num. 43. *Dominus in perſecutione ſecedere & fugere mandavit, atque ut id fieret, & docuit & fecit. Nam cum corona de Dei dignatione deſcendat, nec poſſit accipi, niſi fuerit hora ſumendi, quiſquis in Chriſto manens interim cedit, non fidem denegat, ſed fidem expectat.* Expende illa verba *non fidem, &c.* Alioqui Elias cedendo, & fugiendo fidem negaſſe cenſeretur, tamen certum eſt in Dei gratiâ ſemper perſtitiſſe, nonne in fuga dixit. *Zelo zelatus ſum pro Domino &c.* Rectè ſubdit D. Cyprianus, *Qui autem cum non ſecederet cecidit negaturus remanſit.*

Origenes

S. Cyprianus.

II. Maximè eorum caſus timendus eſt qui ad martyrium ſubeundum ſe per bonam vitam, non diſpoſuerunt, id ſuggerit S. Auguſtinus ſermone 32. de ſanctis. *Sufficere nobis debent ad perfectum ſalutis noſtræ martyrium exempla ſanctorum, qui propter adipiſcendam cæleſtem coronam ſe omnibus mandatis dominicis ſubdiderunt, & ita cunctis ſe devinxerunt legibus Salvatoris, ut propter anteactam vitam mererentur ad hanc Martyrii gloriam pervenire. Non enim illo tempore tantùm perfecerunt præceptum Domini, quo confeſſionis ſupplicium pertulerunt, ſed neceſſe fuit illis prius ſecundùm Evangelium vixiſſe, ut Chriſti promiſſionibus participarentur. Neceſſe eſt, inquam, ut initia bona fierent quorũ finis eſt optimus ſubſecutus & martyres eos non ſolùm fuiſſe cùm paſſi ſunt, ſed etiam tunc Martyres Chriſti eſſe cùm viverent.* Antequam Elias accederet ad Achab & illi ſuam & ſubditorum impietatem improperaret, qualis erat? quam vitam antea duxerat? ſanctiſſimam, apud Metaphraſtem ſeu Surium tomo 4. 20. Julii. *Hic vir ſacroſanctus & divinus, cùm eſſet ex tribu Aaron, & natus in Arabia, tempore ortus ſui, quo eſt in lucem editus, viros candidis veſtibus involutos vidit ejus pater: & eum in igne ligantes faſciis & dantes flammam ignis quã veſceretur. Quod cùm dixiſſet Sacerdotibus, ii dixerunt magnum eum futurũ Deo puerum, ut qui futurus eſſet ſemper luce plenus, & judicaret Iſrael in romphea & igne: qui etiam ab iis appellatus eſt Thesbites, quod eſſet domus, quæ ſorte obtigerat Sacerdotibus, in quâ is habitabat virtutem exercens ab adoleſcentia ſua, & flammeam efficiens animam per ignem ſpirantem Sancti Spiritus gratiã.* Vocat illum ſacroſanctum & divinum, quod probat eo quod virtutem exerceret ab Adoleſcentiâ ſuâ, & flammeam efficeret animam per ignẽ ſpirantem Sancti Spiritus gratiam. Ante illum Dorotheus in Synopſi loquens de Malachiâ. *Hic Malachias qui dixit, ecce ego mitto Eliam Thesbitem antequam veniat dies Domini magnus & illuſtris poſt reditum populi è Babylone naſcetur in Sapha, & cùm adhuc adoleſcens eſſet vel alumniam habuit admirabilem & vitam honeſtam. Et quoniam eum populus velut ſanctum ac manſuetum venerabatur, vocarunt eum Malachiam quod idem eſt ſi interpreteris atque Angelus.* Elias quam in adoleſcentiâ, imò & in infantiâ alumniam habuit? admirabilem & vitam honeſtam, totam animatam Spiritus ſancti gratiâ rectè per ignem figuratâ. Divinè D. Dionyſius cœleſtis Hierarchiæ cap. 15. *Exiſtimo ſub ignis figura indicari nobis cæleſtium intelligentiarum maximam cum Deo ſimilitudinem*

S. Auguſt.

Metaph.

Doroth.

Dionyſ.

Virgilius Cui accinit Virgilius libr. 8.
Pedibus timor addit alas.
13. Reg. Et colligitur ex Textu Sacro libr. 3.
19. v. 3. Regum cap. 19. verſ. 9. *Timuit er-
gò Elias, & ſurgens abiit, &c.* Lyra-
nus. *Timuit Elias verbum mulieris qui
non timuerat offenſam Regis.* Toſtatus
quæſt. 2. *Timuit quando nunciata ſunt
hac Iezabeli, nam Iezabel erat impiiſ-
ſima, quæ cùm occiderat omnes Prophe-
tas Dominè, quos repererat, ita putavit
ipſam, ſi maneret in urbe.* Quæ verba
innuunt Eliam tunc mortem timuiſ-
ſe, licet Paraphraſis Chaldaica, Caje-
tanus & Varablus id omittant. De
Eucher. hoc timore Eucherius in libros Re-
gum. *Et audivit Elias & fugit viam
dierum quadraginta, &c.* Nè mireris
Mar. 14 Divus Marcus cap. 14. verſ. 32. te-
verſ. 32. ſtatur de Chriſto, quod *Cœpit pavere
& tadere*, D. Thomas ibi. *Quia enim*
D. Thom. *totum aſſumpſerat hominem, aſſumpſit
& naturales proprietates hominis pa-
vere, tadere, & contriſtari naturaliter.*
Quo timore percellitur Elias? No-
Michael ſter Michael de Bononiâ in ſuo Al-
de Bonn. phabeto manuſcripto in noſtrâ Bi-
bliotheca Tranſpontinâ multiplicem
affert timorem malum, ſeu mali co-
mitem, mundanum, humanum, ſer-
vilem, naturalem, moralem; & filia-
lem. Malus timor eſt comes indivi-
duus peccati, juxta illud Tertulliani
Tertull. in Apolog. *Omnè malum aut timore,
aut pudore naturaliter perfundit.* Sic
intelligendus Philippus Abbas Bonæ
Spei de ſilentio Clericorum cap. 107.
Philipp. *Vagus & profugus miſer, miſerrimè tutò
Abbas. habetur tùm undique deſertus à gratiâ,
&c. habenis ſolutis per multa & varia
circumfertur, &c.* Hæc inquietudo &
inſtabilitas manifeſtat quanto timore
afficiatur. Ovidius lib. 1. de Ponto
canit quod peccatori poteſt applicari.
Ovidius *Nec prius hi mentem ſtimuli, quam
vita relinquent.*
Ideſt timor eos ſemper exagitat.
Seneca epiſt. 43. *Etiam in ſolitudine
Seneca. anxia eſt, atque ſollicita conſcientia.*
Ideſt non tantùm in urbe. Addam
non tantùm in juventute, ſed in ex-
S. Greg. tremâ ſenectute. Pulchrè D. Grego-
Iob. 19 rius lib. 12. Moral. cap. 11. explicans
verſ. 21. hæc verba Job. cap. 19. verſ. 21. *So-
nitus terroris ſemper in auribus ejus: &
cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.* Sub-
dit. *Mens prava ſemper eſt in laboribus.*
Et concludit. *Cur ergò tranquillitas
ſecuritatis deeſt? Hinc procul dubio ter-
roris ſonitus ſemper eſt in auribus.* Id
patet in Adam, qui probè ſciebat
Deum eſſe ubique, & tamen poſt
peccatum ita inquietus eſt, ita for-
midat, ut nullibi ſe ſecurum exi-
ſtimet.

S. Maximus homil. 3. de pœniten- II.
tiâ Petri ponderans illa verba Domi- S. Maxim.
ni Geneſ. cap. 3. *Adam ubi es?* Sub- Gen. 3.
dit. *Ad a dicitur Adam ubi es? non quod
Adam conſpectum Domini latere potue-
rit, ſed quod peccatoris conſcientia nul-
lus locus tutus, vel tectus ſit, dum me-
tuit comprehendi.* Id clarius patet in
Caim poſtquam enim Abelis fratris
ſui ſanguine manus ſuas purpuravit,
ita timuit, ut ubicumque rurisesset,
putabat ſe ab aliquo interficiendum,
Geneſis cap. 4. verſ. 14. *Ecce* (Inquit Gen. 4.
Deo) *ejicis me à facie terræ, & à facie* verſ. 14.
*tua abſcondar, & ero vagus & profugus
in terra, omnis igitur, qui me invenerit,
occidet me.* S. Ambroſius libr. 2. hæc
verba ponderans. *Gemens* (inquit) *&* S. Ambr.
*tremens jubetur eſſe ſuper terram. Evi-
dens, generaliſq; ratio, quia omni impro-
bo mala adſunt, & affutura ſunt. Quæ
adſunt triſtitiam operantur, quæ futura
ſunt formidinem.* Et infra. *Qui malè a-
git, odit lucem & amat tenebras ſuerum
& latibula delictorum. Iuſtus autem non
abſcondit ſe à Domino ſuo, ſed ipſe ma-
gis offerre ſe cõſuevit, &c. Anguſtæ men-
tis homo præſentem mortem veretur,
perpetuam negligit, & divinum judi-
cium non formidat. Interitum ſolum cor-
poris deprecatur. Sed à quo timebat oc-
cidi, qui ſolos parentes habebat in terris?
Non potuit quidem & morſus animaliũ
timere, qui legis divina jura violaverat,
nec præſumere de ſubjectis animalibus,*
Idem in pſalmum 35. innuere vide-
tur, quod Caim non vereretur mor-
ſum læthalem ferreum, non parentũ
furorem, ſed ſeipſum, ſed ſuam con-
ſcientiam. *Acceperat ſugam nè eum a-
liquis occideret, non ut vita ſuavitate
frueretur, ſed nè mors inferret ærumnã,
ut percuſſorem ſuum quotidie timendo
pateretur. Ipſe ſuus carnifex erat, ipſe
percuſſor.* Expende illa verba. *Ut per-*

curſorem ſuum quotidie timendo. Quaſi diceret tam miſer eſt ſtatus peccatorum ut vix ſit illis ullus ſenſus, omnia membra, imò totam mentem timor occupat. Talis timor non erat in Eliâ, tantæ enim ſanctitatis erat, ut Patres de encomiis ejus integras homilias contexerint. D. Chryſoſtomus, D. Baſilius Seleucius, D. Athanaſius lib. de fuga ſua, Theodoretus in lib. Regum, D. Gregorius Orat. de laudibus Baſilii, D. Auguſtinus lib. 20. de Civitate cap. 20. D. Ambroſius, Metaphraſtes, quorum plurimi Magnum vocant. D. Chryſoſtomus homil. in cap. 1. Geneſis, ait. *Tot dierum jejunium Magnus Elias egit.* D. Gregorius Nyſſenus oratione 3. in Cantica ſublimem nuncupat. *Vis illa* (inquit) *quæ Eliam vatem ſublimem in cælum æthereum ſuſtulit.* Cæſarius dialogo 3. eximium nominat. S. Petrus Damianus ſerm. de S. Victore Martyre *Mirum virtutis virum.* Sanctus Ambroſius lib. de viduis *Præſtantiſſimum Principem Prophetarum.* D. Chryſoſtomus homil. 18. in epiſt. ad Romanos explicans illa verba lib. 3. Regum cap. 19. *Prophetas tuos occiderunt*, Caput Prophetarum, & Dei Amicum appellat. *Qui apud illos potiſſimum præ omnibus erat in pretio & admiratione erat Prophetarum Caput, Dei Amicus.* Si amicus eſt ille quem Prophetarum Caput vocat, non igitur ejus amicitiam amiſit. Dionyſius in cap. 17. lib. 3. Regum eum nominat inſigniter heroicum. *Elias tanquam vir inſigniter heroicus.* Iterùm D. Chryſoſtomus lib. 3. de providentiâ ait eſſe admirabilem, ſeu miræ virtutis virum vel mirificum. Eadem encomia illi aſcribunt D. Auguſtinus lib. 20. de civitate cap. 29. D. Gregorius in cap. 29 Job. D. Cyrillus Jeroſolymitanus Catecheſi 17. Hic illum etiam vocat Spiritiferum. Drogo ſerm. 1. de Paſſione Piiſſimi nomẽ illi tribuit. Simeon Metaphraſtes vocat Sacroſanctum & Divinum. Quid plura referam? ejus ſanctimoniam ac vitæ integritatem exprimit Siracides Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 1.
Eccl 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Quaſi diceret ſurrexit Elias quaſi Deus. Quomodò quaſi Deus? Audi D. Dionyſium cæleſtis Hierar. cap. 18. *Exiſtimo ſub ignis figurâ indicari nobis cæleſtium intelligentiarum maximam cum Deo ſimilitudinem. Nam & frequenter ſacri Theologi ſuperſubſtantialẽ & ineffigiatam eſſentiam in ignis figura deſcribunt tanquam in igne reperiantur innumeræ (ſi ita fas eſt) divini principatus proprietates, & viſibiles quædam rerum inviſibilium imagines.* Quibus verbis innuit analogiam ſubſtantiarum ſpiritualium cum Deo & earum perfectiones per ignem adumbrari, ut clarius docet infra. *Qui divinâ ſapientiâ pollent plerumque ſub ignis imagine deſcribunt ſupereſſentiales illas & cæleſtes ſubſtantias, hac nobis figurâ indicantes eam quam cum Deo habent ſimilitudinem, veramq; divinarum perfectionum ſimilitudinem.* Si Deus dicitur ignis. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Ita & Angeli, Pſal. 103. verſ. 5. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem urentem.* Sic Elias ignis dicitur. Eximias Eliæ analogias cum igne tam in corpore, quàm in animâ vide apud Cammartum lib. de geſtis Eliæ cap. 3. ubi inter cœtera ait. *Decebat enim quietiſſimam Eliæ animam, perfectâque virtutum omnium conſonantiâ decoratam, in qua nihil abſonum in paſſionibus aut affectibus diſtortum, &c.* Quæ ſanctimoniam ejus commendant, & ab omni peccato, & pravâ formidine immunem oſtendunt.

Dionyſ. — Pſal. 3. verſ. 5. — Camart.

III. Ejus timorem à peccato non procedere ſuadent Auctores, qui aſſerunt Eliam fuiſſe in utero materno ſanctificatum, de quibus conſulendus eſt noſter Lezana ad annum mundi 3123. ante Chriſtum 920. Camartus ſupra cap. 3. ſect. 19. Item illi qui ſcribunt Eliam fuiſſe confirmatum in gratiâ, inter quos idem Camartus citatus ſect. 17. quod probat ex eo quod corpus Eliæ fuit ſpecialiter directum à Spiritu ſancto, juxta illud Abdiæ ad Eliam lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 12. *Cùm receſſero à te Spiritus Domini aſportabit te in locum, quem ego ignoro.* Et lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 16. *Nè fortè tulerit eum Spiritus Domini*

l. 3. Reg. 18. v. 12 — l. 4. Reg. 2. v. 16.

L. 3. Reg. 18. v. 46 *Domini, aut projecerit in unum montium, aut in unam vallium.* Lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 46. *Facta eſt ſuper Eliam manus Domini, accinctiſq; lumbis currebat ante Achab.* Tandem concludit fuiſſe in Eliâ plenitudinem ſpiritus, actioneſque illius ita fuiſſe divinitus directas, ut in nullum peccatum lapſus fuerit, quia confirmatus fuit in gratiâ, quam nunquam amiſit.

IV. Quod etiam præfatus Propheta mundano timore caruerit, ex eo patet, quod hic timor caſum in aliquod infortunium apprehendat juxta illud.

Quoque fortuna altius
Evexit ac levavit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere fœlicè decet,
Varioſq; caſus tremere metuentem Deos (obrui
Nimium faventes magna momenta
Vincendo didici, Troianos timidos facit.

Ab experto diſce, quanta in honoribus & dignitatibus ſit timoris materia.

Dum excelſus ſteti.
Nunquam pavere deſtiti, atque ipſum mei
Ferrum timere lateris.
Venenum in auro bibitur, expertus loquor, (caſam,
Humi jacentem ſcelera non intrant
Quieumq; regno ſedet, & magnâ potês
Dominatur aulâ, nec leves metuit Deos
Animumq; rebus eredulum lætis dedit
Me videat, & te Troia non unquam tulit (loco
Documenta ſors majora, quam fragili
Starent ſuperbi,

Talis timor invaſit Herodem dum audivit Chriſtum natum Matthæi cap. 2. verſ. 3. audiens *Herodes Rex turbatus eſt.* Syriacus. *Perterritus eſt.* D. Chryſoſtomus homil. 6. in Matthæum. *Herodes ut potè Rex, & ſibi pariter & liberis formidans.* Theophilactus. *Herodes quidem turbatus eſt ut alienigena regno ſuo timens.* Quaſi diceret metuens nè Chriſtus agnoſceretur à Judæis in Regem, & ipſe expelleretur ut alienigena. Illi ſubſcribunt S. Gregorius homil. 10. S. Hilarius, S. Anſelmus, S. Thomas in cap. 2. Matthæi, S. Leo ſerm. 3. & 4. de Epiphaniâ, & alii, quibus arridere videtur D. Auguſtinus ſerm. 26. de diverſis. *Herodes timet ſucceſſorem, Magi deſiderant Redemptorem.* Illi cupiunt invenire regnum, *metuit ille finiri regnum.* Quibus accinit Eccleſia Herodem alloquens.

Hoſtis Herodes impie
Chriſtum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœleſtia.

Elias nihil ſimile verebatur, pauperrimus enim erat, paupertatemque ità diligebat, ut nec honores, nec opes curaret, ut colligitur ex lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 1. ubi dum illius fit mentio, ejus paupertas cœteris omnibus præmittitur. *Et dixit Elias Theſbytes de habitatoribus Galaad.* Vatablus, *Dixit autem Elias Theſbytes de inquilinis Galaad.* Inquilinus dicitur qui alieno utitur tecto. Doctè Camartus ſupra cap. 5. ſect. 9. exiſtimat Eliam potius eſſe vocandum inquilinum Galaad, quàm civem, quàm incolam, quàm colonum, quàm advenum. *Arbitror multò verius Eliam vocari poſſe inquilinum Galaad, quàm ſimpliciter advenam. Etenim advena, licet extra natálè ſolum degat, poteſt tamen ibi, vel domum vel poſſeſſionem propriam habere. Inquilinus verò ita pauper eſt, ut nè domum quidem ſibi propriam, ſed vile aliquod cœnaculum habeat, ſed in alienis domibus moretur. Facit certè inquilini denominatio ad innuendum Evangelicæ paupertatis ſtudium, quo jam tunc ardebat Elias.* De Elianâ paupertate videri poſſunt D. Chryſoſtomus in SS. Petrum & Eliam. D. Ambroſius lib. de Eliâ, & alii tum apud noſtrum Lezanam in annalibus noſtri Ordinis, tum quæ in hoc Opere diximus.

L. 3. Reg. 17. v. 1. (margin note beside "Theſbytes")

Camart. (margin note beside "poteſt")

Tertiò quod timor humanus non induxerit Eliam ad fugam capiendã ex eo colligo, quod ille eos maximè afficiat, qui coram aliquo Principe, vel celeberrimo cœtu perorare debẽt ut docet Quintilianus lib. 2. cap. 5. *Volo enim qui ſit dicturus, & ſollicitum ſurgere, & colore mutari, & periculum intelligere, & quæ ſi non accident etiam* V.

Quintil. (margin note)

ſimul induerunt. Plinius lib. 6. epiſt. 1. vocat timorem Oratoris honorem, & lib. 5. Oratoris ornamentum. Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. 26. ait audaciam eſſe fœtum ignorantiæ, qnalis fuit in Marco Regulo (ut teſtatur idem Plinius lib. 4. epiſt. 7.) qui cùm careret dicendi facundiâ vocemque hæſitanrem haberet, eam ita extollebat, & confidenter ac inſolenter perorabat, ut ipſis auditoribus moleſtiſſimus foret. Qui ſic intrepidè ad dicendum accedit, eum graviſſimâ cenſurâ dignum exiſtimat Cicero de Oratore.
Cicero. *Mihi, qui optimè dicunt, quique ornatiſsimè facere poſſunt; tamen niſi timidè ad dicenda accedant, in exordiendâ oratione perturbantur, penè impudentes videntur, tametſi id accidere nou poteſt. Vt enim quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi ſatultatem, varieſq́ eventus orationis, expectationemq́ hominum pertimeſcat: quem verò non pudet, hunc ego non reprehenſione ſolùm, ſed etiam pœnâ dignum puto.* Quod de ſe ipſo oratorum facilè primo & diſertiſſimo fateatur orat. in Verrem audiamus. *Ita Deos velim propitios, ut cùm dici illius mihi venit, quo die citato reo mihi dicendum ſit, non ſolùm commoveor, ſed etiam toto corpore perhorreſco, &c.* Et lib. 1. de Oratore ipſum Craſſum, virum eloquentiſſimum introducit ejuſmodi paſſione fuiſſe affectum. *Craſſus cultiſſimus Orator in me ſæpiſsime experior, ut exalbeſcam in principiis dicendi, & totâ mente, atque omnibus artubus contremiſcã. Adoleſcentulus verò ſic initio accuſationis exanimatus ſum, ut hoc ſummum beneficium: quia Maximo debueram, quod continuò conſilium dimiſeris, ſimul ac me fractum ac debilitatum metu videris. Quod cùm Craſſus diceret omnes, qui aderant aſſenſi ſunt. Fuit enim in Craſſo mirificus quidam pudor, qui tamen non modo obeſſet ejus orationi, ſed*
Plinius. *etiam probitatis commendatione prodeſſet.* Plinius lib. 3. epiſt. 17. ad Celerem ex ejuſmodi formidine materiã laudis potiùs quàm vituperii colligir. *Nonnè cùm ſurgis* (inquit) *ad agendum tam maximè tibi ipſi diffidis, tum commutata non dico plurima, ſed omnia capis? Vnde ſi latior ſcena & corona diffuſior, non illos quoque ſordidos; pullatosq́ vereris.*

Cur verò coram Principibus, & VI.
magnifico cœtu dicturi pertumeſcãt Oratores, cauſas refert Cicero. *Primam, quia nonnunquam ſummis oratoribus non ſatis ex ſententiâ eventus dicendi procedit. Alteram, quia cæterarum homines artium ſpectati & probati ſi quando aliquid minus benè fecerunt, quàm ſolent, aut noluiſſe, aut valetudine impediti putantur. Noluit (inquiunt) hodie Roſcius agere, aut crudior fuit. Oratoris peccatum ſi quod eſt animadverſum ſtultitia peccatum videtur. Stultitia autem excuſationem non habet.* Undè Fabius lib. 11. ejuſmodi formidinem appellat curam & ſollicitudinem. Alii modeſtiam ſeu reverentiam ob concionis magnitudinem & audirorum eminentiſſimam dignitatem, quæ quidẽ formido conducit ad auditorum gratiam conciliandam, plurimorumq́; ſcandalũ & offendiculum evitandum ac ſedàndas invidias. Denique alii alia nomina ejuſmodi timori adſcripſernnr, de quibus conſulendus Cicero oratione pro Deiotaro.

At Elias coram Rege Achab plu- VII.
ries peroraturus, imò coram populo & Baalitis, non tantùm in aulâ regiâ, ſed etiam in Carmelo illud officium peragit, illâ legatione fungitur, quomodò? inrrepidè ac irreprehenſibiliter. Audiamus ejus ad Achab orationem, lib. 3. Reg. cap. 17. verſ. 2. *Vivit*
Dominus in cujus cõſpectu ſto, ſi erit an- L. 3. Reg. 17. v. 2.
nis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei Dionyſ.
verba. Dionyſius. *Hæc totius magnanimitatis & confidentiæ verba dixit,* Ideſt animo intrepido, ferventi & conſtanti. Idem cap. 18. verſ. 38. Regem ſic affatus. *Non ego turbavi Iſrael, ſed* Cap. 28.
tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis verſ. 28.
mandata Domini, & ſecuti eſtis Baal. Dionyſius in explicatione morali ejuſdem capitis. *Certè ut Solomon loquitur Proverb. cap. 18. juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit, ideò Elias tam imperterritè & audacter reſpondit, non formidans Regem, à quo poterat trucidari: ſed conſtantiſsimè reprehendit. Hinc ad Ieremiam Dominus dixit, Dedi te in columnam ferream, & in*

murum

murum. *Atque ad Ezechielem cap. 3. Vt adamantem & ſilicem poſui faciem tuam.* Toſtatus quæſt. 15. in illud caput. *Elias non formidans reſpondit dura Regi.* Eadem animi conſtantiâ ac intrepidè populum affatur verſ. 21. *Vſquequò claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum, ſi autem Baal ſequimini illum.* Fortè (inquies) ita intrepidè loquitur, quia habet aliorum Prophetarum comitatum. minimè. Elias ſolus eſt, ut ipſe innuit. *Ego remanſi Propheta Domini ſolus.* Dionyſius. *Dixit ſe ſolum ſuperſtitem de prophetis in manifeſto audentibus apparere.*

VIII. Eucher. Eucherius id totum fusè exprimit in lib. Regum. *Iacebat populi illius corpus regio morbo conſtrictum, & velut exanime, jam & ſine ſenſu diſcerptis membris, & per rupes & ſcopulos, por nemora lucosq; jactatis, nullas in ſe divina imaginis reliquias poßidebat, nullum hinc poculum, nullum medicamenti genus proderat ſi daretur, quia membra, ſi quid apponeret, propellebat, ferro erat utendum, vulnus cruore ſanandum, cauterio violento curandum,* Expende illud *ferro erat utendum, &c.* Quæ verba non fœmineum aut formidoloſum, ſed virilem animum, non metum ſed zelum ſignificant, Eliæ ſermonem intrepidum, ac efficacem fuiſſe, ut omnem naturam commoverit, iterùm confirmat paulò poſt. *Procedens enim velut ignis ſententia ipſa quodammodo terra vitalia penetravit, confeſtimq; omnia areſecit, nulla agrorum gratia, pratorum nulla venuſtas, ripa quoque virgultis quondam florentibus pratexta ſquallore turpißimo fatiſcebant, cum fontes aquis, flumina curſibus privarentur.*

IX. Quid plura, Eliam tunc intrepidum fuiſſe teſtantur iterùm verba hęc *Vivit Dominus, &c.* Toſtatus ibi quæſt. 3. *Modus jurandi ac ſi diceret, juro per vitam Dei Iſrael.* Quamvis ſolus, ac ferè omnibus eſſet odioſus non timet juxta illud Deuteron. cap.
Deut. 22 verſ. 5. 22. verſ. 15. *Nec vir utetur veſte fœminea.* Quid per veſtem intelligit? geſtus, ſermones, lenocinia, affectiones, lenocinia, affectiones, paſſiones. Illi utuntur veſte fœmineâ, qui adulantur, timent; inſtabiles ſunt. Hi verò non effœminati, ſed viri ſunt, qui virili habitu induuntur, qui conſtantes, ferventes, zeloſi. intrepidi ſunt. Optimè Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum. S. Clem. Alexand. *Lex verò prohibet nè veſtem induat muliebrem, an nos non vult eſſe viros, & nec corpore, nec verbis effœminati. Vult enim maſculum, qui veritati dat operam in ferendis laboribus, & in ſermone.* Quaſi diceret. Non ſufficit pro veritate propagandâ totis noctibus vigilare, totis diebus, imò totâ vitâ infatigabiliter inſudare: oportet etiam conſtanter ac intrepidè illam veritatem ſermonibus propugnare. Eccleſiaſtes Evangelicus eſſe non debet, fœmineis lenociniis, adulationibus, timoribus obnoxius.

X. Pſ. 11. verſ. 7. Cantor Regius loquens de ſermone Viri Apoſtolici. illum comparat argento puro & defœcato, Pſalm. 11. verſ. 7. *Argentum igne examinatum.* Bellarminus. *Velut argentum purum in ſono.* Quaſi diceret, quemadmodum argentum purum & defœcatum ſono diſcernitur ab argento impuro & mixto, ſic ſermo Viri Apoſtolici ab adulatorio, formidoloſo, & effœminato dignoſcitur in ſono. Titelmannus in ſuis annotationibus. Titelm. *Eloquia Domini etiam ex tempore ſubitò impellente Spiritu, à viris Deo plenis, vel dicta vel ſcripta puriſſima, caſtißima atque mundißima ſunt, nulla figmenta, nulla mendacia, nullas vanitates, ſed verbum vita continentia, non ad humanam gloriam ſivè cujuſcumque mortalium captandos favores, dicta aut ſcripta, ſed in ſimplici veritate, ad multiplicem fidelium utilitatem, Hoc eſt (ut Apoſtolus ait) ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia.* Hæc verba *ad arguendum, ad corripiendum in juſtitiâ,* ſignificãt virum Eccleſiaſtem & Apoſtolicũ inſtar Eliæ deberet intrepidè corripere & arguere, ac abſque ullâ adulatione & formidine inſtruere, juxta illud S. Chryſoſtomi lib. 2. de S. Chryſoſtomus Sacerdotio. *Magnum ac generoſum afferre illum oportet, ut nè animo deficiat ac delaſſetur, ut nè errantium ſalutem deſpondeat ac deſperet.* Dicere debet

cum S. Gregorio Nyſſeno orat. adverſus eos, qui ægrè ferunt repræ-
D.Greg. Nyſſenus henſiones, *Ego omninò non valdè conturbor tanquam novi mihi accidat, ſi ex meis diſcipulis mihi ſuccenſeant qui ſunt duriores & pervicaciores.*

XI. Non fuit etiam Elias perculſus timore ſervili, quo quis pœnas peccatoribus à Deo conſtitutas apprehendit. Quod pœnas peccatis promeritis non timuerit, patet ex eo quod ab omni culpâ immunis eſſet, & ſanctus, imò ſi peccatis inquinatus fuiſſet potiùs dixiſſet cum Vate Regio Pſalm.
Pſ. 118. v. 120. 118. verſ. 120. *Confige timore tuo carnes meas à judiciis enim timui.* Divus
S. Ambr. Ambroſius ſerm. 15. in fin. *Sicut ſunt aculei timoris quibus cōpungimur, ita ſunt clavi timoris quibus cōfigimur. Qui compungitur excitatur, qui configitur mortificatur*, ut à peccato deſiſtat, &
S. Chryſoſtomus Deo vivat. Vide S. Chryſoſtomum homil. 13. ad populum. De Eliâ igitur ejuſmodi metus experte illud Poetæ Tragici canere poſſumus.

Rex eſt, qui poſuit metus
Rex eſt, qui metuit nihil.

Ideſt non meruit timore ſervili pœnas, mortem, &c. Quamvis ſecundum Hieronymum epiſt. 127. ad Fa-
S. Hierō. biolam *Timor virtutum cuſtos eſt, ſecuritas ad lapſum facilis, undè & in quodam pſalmo 22. poſtquam Propheta dixerat, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcua ibi me collocavit. Jungit timorem, qui cuſtos eſt Beatitudinis & infert. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: & eſt ſenſus dum tormenta, formido, ſervavi gratiam, quam acceperam, quia ſi peccatum fugiebat, ſi gratiam ſervabat, non à pœna formidine, ſed ab amore Dei hac fuga peccati, hac gratia cuſtodia proficiſcebatur.*

XII. Timuit Elias timore naturali à quo immunes non ſunt juvenes. Ratio eſt quia cùm ſint calidæ, hilaris, ac feſtinæ indolis, magis averſantur formidinem, quam mors ſecum advehit. Deindè mors reſpectu juvenum eſt privatio jucundioris vitæ, ætatis, hilaritatis, ſpei majoris. Senes etiam hujus metus non ſunt expertes, cùm enim ſint frigidi ſunt etiam timidi: Deindè cùm proximi morti illam magis averſantur. Nam præſentia magis movent quàm remota. Sivè igitur Elias foret juvenis, ſivè ſenex non potuit carere illo timore. Maximè cùm ex Suare tomo 2. de Incarnatione diſp. 33. ſect. 2. §. 3. Chriſtus quamvis toto vitæ ſuæ tempore claram ſuæ mortis habuerit viſionem, tamen cum eam ſibi vicinam ſenſit, Marci cap. 14. verſ. 33. *Cæpit pavere & tadere*, ac guttas ſanguinis effundere. Mar. 14. verſ. 33.

XIII. Legimus Geneſis cap. 12. quod Abraham timens perſuaſit Saræ uxori ſuæ, ut non ſe uxorem, ſed ſororem aſſereret, Cap. 32. licet Deus aſſecuraſſet Jacob variis vaticiniis, tamen hic fratrem ſuum Eſau valdè timuit. Quod Elias timore perculſus Metaphr. fuerit teſtatur Metaphraſtes ſermone in laudem Eliæ. *Timet mulierculā, ut humanam oſtendat naturam eſſe perturbationi timoris obnoxiam.* Vel timuit Elias amore initiali, qui eſt initium virtutum. Hujus timoris meminit Sapiens Proverb. cap. 22. verſu 4. *Finis modeſtia timor Domini.* Septuaginta. *Generatio ſapientiæ timor Domini.* Cui arridet Siracides Eccleſiaſtici cap. 25. verſ. 16. *Timor Domini initium dilectionis ejus.* Dionyſius. Prov. 22 verſ. 4. Eccli. 25 verſ. 16. Dionyſ.
Timor purè ſervilis eſt initium ſapientiæ & charitatis, & diſpoſitio ad eas nōdum habitas ſeu infuſas. Timor verò initialis & etiam filialis initium eſt ſapientiæ & charitatis, diſpoſitivum & meritorium ad earum tam habitarum profectum. Ratio eſt. *Timor namq; à retrahendo à vitiis, & ſollicitando ad bona agenda charitatem ac ſapientiam, cæteraſq; virtutes conſervat, auget, & perficit.*

XIV. Vel Elias timuit timore filiali, quo veretur Deum offendere, quem ſupra omnia diligit. Melliſluè D. Bernardus ſermone 64. in Parvis. *Per Eliam interpretatur Dominus, vel Dominus fortis intelligitur quilibet juſtus,* S. Bernardus. *qui perſecutionem patitur propter juſtitiam. Vadè illud Matthæi cap. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Qui metuens Iezabel, ideſt malitiam ſæculi, vel tyrannidem Diaboli, ſurgit de tentatione peccaminum, & abit quocumque eum tulerit voluntas ſibi*

ſibi collata à Domino. Ad hunc timorem hortatur unumquemque S. Hieronymus epiſt. 127. ad Fabiolàm.

S. Hierō. *Si habaeris pavorem ſolliestus eris, ſi ſollicitus fueris leo in caulas ovium tuarum introire non poterit, quod ad Præpoſitos Eccleſiarum, vel ad caſtodiam refers anima, ad qaam leo Diabolus per diverſa vitiorum foramina ingredi nititur.* Er hic timor Domini contra omnia ad peccatum irritamenta fortem reddit juxta citatum locum Proverbiorum. *Finis modeſtia, &c.* Vatablus. *Præmium humilitatis, &c.* Divus Hieronymus per modeſtiam intelligit conſtantiàm in exercitio bonorum operum. *Modeſtiam dicit conſtantiam bonorum operum, timorem verò Domini illam qui permanet in ſæculum ſæculi, quia nimirum perfectio virtutum eſt ad hanc animi ſtatum deſcendere, quo gratiam conditoris vel in modico timeamus offendere.* Quomodò in timore Dei divitias & gloriam collocat, cùm tot timentes Deum ad extremã paupertatem reductos videamus? Nihil refert, ſemper veræ divitiæ cum timore Dei conjunctæ ſunt, To-

Tob. c. 4. verſ. 23. bias cap. 4. verſ. 23. illam filio pollicetur: *Noli timere fili pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato.* Syrus. *Noli timere fili, eo quod pauperati ſumus, ſunt tibi multa ſi timueris Deum.* Arabicus. *Noli timerè fili, quia vivimus vitam pauperem, quia erunt nobis multa bona ſi timuerimus Deum.* Hebræus. *Viriliter age, & eſto robuſtus, dabit tibi Deus divitias magnas, ſi requiſieris eum in toto corde tuo, & totâ animâ tuâ.* Septuaginta. *Noli metuere quod mendici facti ſumus, ſunt tibi multa ſi timueris Deum, & receſſeris ab omni peccato, & feceris quod placitum eſt Deo.* Vatablus *Nè tibi offerat, ô fili, quod pauperem vitam egerimus, ſunt tibi bona multa ſi Deum reveritus fueris, & quod gratum ei ſit ſtudueris facere.* Ex quibus paret quod timenti Deum etſi pauperi, imò mendico pollicetur multa bona, immenſaſque divitias. Quid per divitias intendit? eas ſcilicet, quas nec tinea nec mors lædere, vel auferre poteſt, ſcilicet virtutes, de quibus

Cicero paradoxo primo & ultimo.

Cicero *Quis dubitet, quin in virtute divitiæ poſitæ ſint: quoniam nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argenti pluris exſtimanda. Etenim ſi callidi rerum æſtimatores prata & alias quaſdam æſtimant quod ei generi poſſeſſionum minimè nocere poteſt. Quanti æſtimanda virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur: nec temporum, nec tempeſtatum permutatione mutatur. Quia qui virtute præditi ſunt, ſoli ſunt divites, ſoli enim poſſident res & fructuoſas & ſempiternas.* Hæc verba potius ſunt Auguſtiniana quàm Ciceroniana, & ex ore non pagano ſed Chriſtiano profecta eſſe videntur.

XV. S. Ambr. Ei alludere videtur D. Ambroſius lib. de Nabuthe cap. 14. ubi opponit theſauros virtutum theſauris rerum temporalium. *Illi corrumpuntur, iſti permanent, &c.* Ad divitias illas ti-

Eccl. 25. verſ. 18. & 15. mentis Deum converſus Siracides Eccleſiaſtici cap. 25. verſ. 14. & 15. clamat. *Quam magnus qui invenit ſapientiam, ſcientiam; ſed non eſt ſuper timentem Deum.* Quaſi diceret (inquit

Dionyſ. Dionyſius) *Spiritualiter valdè magnus eſt, qui requirit & poſſidet ſapientiam, ut ſunt dona charitati ſemper annexa, vel ſapientiam ideſt intelligentiam ſcripturarum de Deo tractantium, & ſcientiam, ideſt veram rerum creaturarum notitiam, quæ ſunt dona gratiæ gratis datæ, & magnificant hominem, præſertim ſi charitati ſint conjuncta: ſed nullus major homine timorato, non quod ſit dignior charitate: ſed loquitur de ſervili timore, prout includit charitatem. Nam ſubditus timor Dei ſuper omnia, ſi cætera chariſmata gratiæ ſuperpoſuit, circa quod quadam ſcribit, quod timor Dei maius bonum ſit, quam ſapientia, quæ eſt donum quod ſtare non poteſt, loquendo de ipſo timore filiali ſecundum ſe abſque charitatis incluſione.* Idem proſequitur encomia timoris filialis *Beatus eſt, cui donatum eſt habere timorem Domini qui tenet illum, qui eſt cui aſſimilabitur?* Ideſt Beatus ille prædicetur, qui invenit bonam mulierem, licet magni fiat, & beatus etiam cenſeatur qui invenit ſapientiam: tamen qui timore Dei præditus eſt, ita beatus

quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cœlorum, alia ſententia illos fecit exceptos, ubi non minus generaliter dixit. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus; confitebor ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt. Et alio loco, qui perdiderit animam ſuam propter me inveniet eam, & utrumque à Chriſto inſtitutum. Idem
Tertull. Tertullianus docet de pudicitiâ cap. 22. *Habeo enim aliud Baptiſma, unde & ex vulnere lateris Dominici aqua & ſanguis utrinſque lavacri paratura manavit.* Quicumque ergò defectu miniſtri baptiſmum fluminis ſuſcipere non poteſt, accedat ad illum ſanguinis baptiſmum omnium delictorum veniam conſequetur. Idem Tertullianus in extremo apologetico. *Ut totam Dei gratiam redimat, ut omnem veniam compenſatione ſanguinis ſui expediat, omnia enim huic operi delicta donantur.* Ait totam Dei gratiam, omnem veniam expediri, omnia delicta donari compenſatione ſanguinis. Sanguis ille pro Chriſto effuſus tanti valoris eſt, tam pretioſus eſt, ut remiſſionem omnium peccatorum cōparare poſſit. Id confirmat S. Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 22. & habetur cap. *Baptiſmi vicem*, diſt. eâdem, aſſerens per Martyrium baptiſmi vices impleri, quod oſtendit in latrone, cui non baptiſato dictum eſt à Domino, *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Id patet exemplo Geneſii in cujus Natali Euſebius Emiſſenus homiliam fecit: ſanctæ Emerentianæ, de quâ S. Ambroſius in ſermone ſeu epiſtolâ 34. ad Virgines ſacras, & habetur cap. *Cathecumenum*, de conſecrat. diſt. 4. ubi dicitur neminem ſine baptiſmo ſalutē conſequi, & ſi Cathecumenus & in bonis operibus moriatur, excepto martyrio, in quo omnia baptiſmi Sacramenta complentur. Nam ut baptiſandus fidem coram Sacerdote confitetur, ita & Martyr coram perſecutore. Ille poſt confeſſionem aſpergitur aquâ, hic ſanguine ſuo lavatur.

II. Specialiter quod peccatum originale martyrio deleatur patet in parvulis ab Herode trucidatis Matthæi cap. 2. quos Eccleſia ut ſanctos Martyres colit, nec alio quàm ſui ſanguinis baptiſmate à peccato originali liberati ſunt. Licet enim probabile ſit aliquos illorum fuiſſe circumciſos, tamen probabile eſt etiam plurimos ante octavum diem occubuiſſe, & inter eos aliquos etiam filios gentilium. Undè Vaſquez 3. part. diſp. 50. cap. 7. vocat oppoſitam opinionem Armacani temerariam lib. 8. de quæſt. Armenorū cap. 37. Temerariam eſſe tacit etiā D. Auguſtinus lib. 1. de Animâ & ejus origine c. 9. *Nemo fit membrum Chriſti, niſi aut baptiſmate in Chriſto aut morte pro Chriſto.* Tunc autem quis ſit membrum Chriſti cùm ejus peccatum originale abſtergitur. S. Auguſt.
De S. Geneſio Euſebius Emiſſenus. *Non tingitur fonte, ſed abluitur paſſione, non viviſicatur baptiſmate, ſed morte regeneratur.* Euſebius Emiſſen.

De aliis peccatis actualibus adultorum ſupradictis adjungi poteſt, Divus Thomas 3. part. quæſt. 87. art. 1. ad 2. *Paſſio pro Chriſto ſuſcepta obtinet vim baptiſmi, & ideò purgat ab omni & veniali & mortali, niſi actualiter voluntatem peccato invenerit inhærentem.* Idem in 4. diſt. 44. quæſt. 3. art. 3. quæſtiuncul. 4. *Utrque Baptiſmus omnem culpam & pœnam tollit.* Undè S. Auguſtinus martyrii pretium & valorem tantum eſſe ait, ut nihil illi in mundo æquiparari poſſit. Proponat ſibi aliquis omnia virtutum opera, quæcumque illa ſint, minùs æſtimari debent quàm Martyrium, minus efficacia, lib. 13. de Civitate Dei cap. 7. *Quid enim pretioſius, quam mors, per quam fit ut etiam delicta omnia dimittantur.* Accedit D. Bernardus epiſt. 77. *Quemadmodum baptiſmus remittit omnem culpam & pœnam, & baptiſatus ſi tunc moriatur ſtatim evolat in cælum ita etiam Martyres.* III. S. Thom. S. Auguſt.

Ad illum finem etiam accedit intentio obtinendi divinam gratiam, Tertullianus licet in aliis ſatis obſcurus, in hoc tamen argumento ſatis clarus eſt lib. Apologetici in fine. *Quis non pati exoptet, ut totam Dei gratiam redimat.* Illi ſuffragatur S. Auguſtinus lib. 13. de civit. Dei cap. 7. *Quid enim pretioſius quam mors per quam fit, &c. ut & merita cumulatius augeantur.* IV. Tertull.

tur. Petrus Cellenſis lib. de panibus. cap. 13. ponderans illa verba Apoc. Petrus Cellenſis cap. 7. *Laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt in ſanguine agni.* Subdit. *Revera enim ſanguis agni eſt, ſanguis ſanctorum innocenter occumbentiū, qui pro agno patiuntur, agnum in paſſione imitantur, nam agnus iſte innocentiâ ſuâ paſſus eſt.* Quomodo agoum in paſſione imitantur? Non enim omnes Martyres eodem mortis genere afficiuntur, non omnes cruci affiguntur. Imitantur: quia ſicut ille promeruit gratiam nobis, ita illi ſibi gratiam promereptur. D. Cyprianus epiſt. 73. ait. *Sanguine ſuo baptiZatos, & paſſione ſanctificatos conſummari, & divinæ pollicitationis gratiam conſequi.* Idem innuit S. Clemens Romanus lib. 5. cōſtitut. Apoſtol. cap. 7. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 2, in Leviticum, S Cyrillus Hieroſol. catecheſi 3. §. *Quid igitur faciendum.* Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, Gregorius Nazianzenus tract. 39. in ſancta Lumina. D. Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 22, lib. 1. de anima & ejus origine cap. 9. epiſt. 108. ad Seleucianum, S. Proſper apud S. Auguſtinum tomo 3. lib. ſententiarū in 149. Gennadius apud eundem S. Auguſtinum tomo 3. lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 74. S. Ambroſius lib. 5. de pœnitentiâ cap. 2. & ſermone 3. in pſalmum 118. S. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. S. Joannes Damaſcenus lib. 4. Ortodoxæ fidei cap. 10. Ruffinus in expoſitione Symboli cap. 16. Rupertus lib. 7. de divinis officiis cap. 5. & alii.

§. 16.

Quomodo Martyrium Baptiſmo prævalet.

I. QUod per Martyrium major infunditur gratia quàm per Baptiſmum. D. Cyprianus epiſt. 73. ait, *Sanguine ſuo baptizatos, & paſſione ſanctificatos conſummari.* Quaſi diceret gratiam perfectiorem, & quaſi conſummatam recipere. Tertullianus in apologetico in fine. *Quis non pati exoptet ut totam Dei gratiam redimat.* Párticula *ut*, cauſam finalem denotat. hæc verba *totam Dei gratiam*, id eſt non in gradu remiſſo, qualem recipiunt parvuli in Baptiſmo, ſed multò majorē quaſi conſummatam. Clarius videtur id exprimere D Thomas in 4. diſtin. 44. part. art 3 quæſtiuncula 4. *Gratia in Baptiſmo ſanguinis magis augetur habenti, & amplior datur non habenti,* S. Thom. *ſi impedimentum non adſit.* Expende hæc verba *amplior datur non habenti.* Scilicet quam in Baptiſmo conferatur. Ratio eſt, quia Martyrium involvit charitatem & actum amoris Dei ſuper omnia, eo quod impedimentū ſecundùm aliquos tollitur per contritionem, ſecundùm alios etiam per attritionem.

Undè plurimi Theologi aſſerunt II.
per Martyrium conferri gratiam ex opere operato, ſeu ex divinâ promiſſione. Ita Leonardus Coquæus in ſanctum Auguſtinum de Civitate Dei lib. 13. cap 7. in fine. Bellarminus de baptiſmo cap. 6. Cornelius à Lapide in 1. Corinth. cap. 13. verſ. 3 Raynaudus de martyrio part. 2. cap. 5. num, 27. & cap. 6. num. 19 Bonacina de Sacramentis diſput. 2. quæſt. 1. puncto 1. numer. 7 Henriquez lib. 2. cap. 26 §. 1. & cap. 36. §. 1. Gabriel in 4 diſtinct. 4. quæſt. art. 2. concl. 9. Durandus quæſt. 9. art. 1. Suarez 3, part. tomo 3 diſp 19. ſect. 3. concl. 3. Valentia tomo 4. diſp. 4. quæſt 3, punct. 4. Arriaga in 1. part. S. Thomæ tomo 2. diſput. 55. numer. 20. & 21. Coninck 3 part. quæſt. 66. art. 12. num. 144. Nugnus ibidem quæſt, 4, Becanus de baptiſmo cap. 4. quæſt. 11. concl. 6. Leſſius lib. 3. cap. 1. num. 48 qui omnes docent contra Alexandrū de Ales part. 4, quæſt. 22. membro 5. art. 1. S. Bonaventuram in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 2, Paludanum ibidem art. 1. Sotum in 4. diſt. 3. quæſt. unic. coucluſ. 4. Bannem 2. 2. quæſt. 24. art. 6. dubio 5. ad 7. Mattinum Ledeſma quæſt. 7, art. 11: dubio 4. Vaſquez 3. parte tomo 2. diſput. 153. cap. 3. 5. & 6. Melchiorem Canum reiect. de pœnitent. part. 3. Layman lib. 3, ſect. 3. num. 6. Gratiam conferri in

martyrio, licet ex alio motivo virtutis, aut ſpei gloriæ, aut metu gehennæ mors toleretur, ita ut habens attritionem ſupernaturalem putans ſe contritum conſecuturus ſit per Baptiſmũ gratiam ſanctificantem ex divinâ promiſſione Matthæi cap. 10. v. 39. *Qui perdiderit animam ſuam propter* Matt. 10 verſ. 39. *me inveniet eam.* Toſtatus ibi quæſt. 140. *Hic vitam perdit, qui in miſeriis vivens nullis bonis hujus ſæculi fruitur* Toſtatus *ſivè faciat pro Deo, ſivè ex aliâ causâ, animam autem inveniet in futuro, qui bonis futuris fruetur beatus exiſtens, quia omne bonum quod excogitari poteſt poſſidebunt beati. Perdet autem animã ſuam in futuro, qui multas miſerias patietur infernali carcere mancipatus Sic dicit Remigius, animo autem in hoc loco eſt intelligenda vita præſens, & poteſt intelligi de perſecutionis tempore, in quo homo debet pro Chriſto vitam iſtam abjicere, nè illam negare cogatur. Sic dicit Remigius, qui hanc temporalem lucem, & ejus delectiones, & voluptates tempore perſecutionis pro confeſſione nominis mei contempſerit anima ſua inveniat æternam ſalutem.* Vocat temporalem id eſt vitam. Non dicit fortè inveniet, ſed inveniet. Guilliaudus in eundem locum. *Qui perdiderit animam, id eſt, ſuaq; omnia morti & periculis expoſuerit propter me, id eſt causâ Evangelii, hoc eſt qui propter nomen meum non detrectaverit crucem, ſed qui pro veritate aliquid paſſus fuerit, inveniet eam, id eſt habebit futuram vitam & gloriam recipiet, nempè glorificationem & gaudiũ. Quod gloriam reperturi ſint poſt mortem igitur, hic antecedenter recipiunt gratiam vi divinæ illius promiſſionis.* Hanc vim juſtificandi intuitu divinæ illius promiſſionis innuere videtur S. Cyprianus epiſt. 73. dicen, S. Cyprianus. *Sanguine ſuo baptizatos & paſſione ſanctificatos conſummari & divina promiſſionis gratiã conſequi.* Illam Martyrum ſanctificationem in divinam promiſſionem refundit. Divinæ promiſſionis quod opus operatum patenter ſignificat. Igitur martyrium non habet juſtificandi ſeu conferendi primam gratiam præcisè & per ſe, quia eſt actus charitatis, ſed ex privilegio & promiſſione Chriſti. Deindè innocentes & alii infantes ante baptiſmum pro Chriſto occiſi coluntur ab Eccleſia, ut Martyres, imò etiam ipſi qui in utero materno ſunt incluſi. Quo modo martyrium prævalet baptiſmo! Parvuli enim in utero materno incluſi nequeunt baptizari, quia non poſſunt dilui, & lavari: at poteſt illos enſis tyranni attingere, & ſic illos martyres efficere. Ut docent Bonacina de Sacramentis diſput 2. quæſt. 2. puncto 6. num. 3. & quæſt. 1. puncto num. 7. Coninck quæſt. 66. artic. 2, dubio 1. num. 123. Richardus diſtin. 4, num. 2. quæſt. 9, Bartholomæus ab Angelo de Sacramento Baptiſmi dialogo 2. § 12. Henriquez cap. 38. numer: 2 Toletus lib. 2. cap. 22. num. 7. Reginaldus lib. 27. num. 28. Filiucius tract. 2. cap. 1. quæſt. 5, art. 20. & alii. Ratio eſt, quia cùm proles reputetur jam cum matre, æquum eſt ut ſit particeps ejuſmodi martyrii, ſi cum matre occidatur in honorem fidei, ſeu ob motivum ſupernaturale, ſeu propter bonum opus jam elicitum à matre, ut docet Bonacina quæſt. 1. puncto 6. citato num. 1. & 2. Ex quo ſequitur per martyrium etiam adultos juſtificari ex opere operato: Nõ enim hi ſunt deterioris conditionis quàm pueri. Præterea Martyres liberantur ex opere operato ab omni pœnâ purgatorii ex receptiſſima omnium Catholicorum opinione, Quibus favent Tertullianus in Apolog. in fine, Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtromatum, D. Auguſtinus ſermone 5. de Martyribus, ſermone 27. de Verbis Apoſtoli tract. 84. in Joannem. Sanctus Bernardus epiſt. 87. cujus hæc verba ſunt. S. Bernardus. *Quemadmodum Baptiſmus remittit omnem culpam & pœnam, & baptizatus ſi moriatur ſtatim evolat in cælum, ita etiam Martyres.* S. Cyprianus de laude martyrii. S. Cyprianus. *Sanguini Martyrum patet cælum.* Et epiſt. 52. num. 49. ait. *Martyrem ſtatim ad gloriam pervenire, ſtatim coronari.* Ante dixit patet, nunc ait ſtatim, quæ particulæ non eſſent veræ ſi poſtea martyres in Purgatorio detinerentur pœnas luituri. Idem definit Innocentius III. in cap. *Cum Martyr*, de celebratione Miſſæ, ubi refert illud ſolemne dictũ

ſancti

S. Auguſt. ſancti Auguſtini ſermone 17. de verbis Apoſtoli. *Injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre.* Si igitur omnem pœnam abſtergit, delet etiam culpã & confert gratiam ex opere operato. Id patet ex citatis verbis Matthæi cap. 10. *Inveniet eam.* Vel ut D. Marcus cap. 8. *Salvam faciet eam.* Lucæ cap. 12. *Vivificabit eam.*

III. Id enim Baptiſmum imitabitur in modo pœnæ remittendæ & culpæ, ſeu gratiæ conferendæ. Id optimè animadvertit D. Auguſtinus citato libro 13. de civitate Dei cap. 7. ubi oſtendit eodem modo ratiocinandũ eſſe de baptiſmo ſanguinis ac martyrio fluminis, tum quoad remiſſionem culpæ & gratiæ infuſionẽ, quàm liberationem à pœnâ. *Quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Chriſti Confeſſione moriuntur tantùm eis valet ad dimittenda peccata, quantùm ſi abluerentur ſacro fonte babtiſmatis.* Particula illa *non tantùm* ſignificat ea omnia peccata dimitti per martyrium, ſicut ea quę remittuntur per Baptiſmum, imò etiam eodem modo, eâdem virtute & efficaciâ, ita ut ſicut baptiſma fluminis remittit ex opere operato, ita & baptiſmus ſanguinis. Et probat. *Qui enim dixit, niſi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cælorum. Aliâ ſententiâ iſtos fecit exceptos, qui non minus generaliter dixit. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis eſt.* Et alio loco. *Qui perdiderit animam ſuam propter me inveniet eam.* Particula generaliter non tantùm afficit qui baptiſantur, vel martyrio afficiuntur, non tantùm peccata quæ remittuntur, tam quoad pœnam quàm culpam, non tantùm gratias quæ infunduntur tam in baptiſatis quàm in Martyribus; ſed etiam modum cõferendi gratiam & remittendi peccata, ſcilicet baptiſmus fluminis fundatur in inſtitutione & promiſſione Chriſti, & operatur ex opere operato, ita & Martyrium.

§. 17.

Diſpoſitio ad Martyrium ante acta vita bona.

I. NOn ſufficit ad martyrium cõſtanter ſubeundum bonum motivum, bona intentio, ſeu finis honeſtus & ſupernaturalis, ſecluſo omni humano reſpectu ex parte adulti qui palmam martyrii conſequi deſiderat, etiam aliqua diſpoſitio prærequiritur, ſcilicet ut anteactam vitam benè duxerit. Temerarium enim de lupanari ad tribunal properare, de telonio & quotidiano convivio ad theatrum, de blaſphemiis & perjuriis ad confeſſionem fidei currere. Qui ſic tyrannis ſe offerrent tentant Deum, & apoſtaſiæ periculo ſe exponunt. D. Gregorius Nazianzenus orat. 9. in laudem Cæſarii in fine. *Malis temporibus cedit, in eoq. legi noſtræ obtemperat, quæ præcipit ne oblatâ quidem occaſione veritatis cauſâ periculum adeamus, nec fidei pietatem per animi ignaviã deſeramus. Cæterùm quamvis licet pericula ipſa ne excitemus ſivè id eâ ratione præſcribat, quod animabus noſtris metuat, ſivè quod eorum exitio occurrendum patet, à quibus nobis periculum vitæ creatur.* Expende illa verba *quod animabus noſtris metuat.* Nè ſcilicet temerè ſic & ultrò certamen, & tempeſtatem excitantes apoſtaſiæ periculo ſalutem noſtram exponamus, & potius tentare Deum, quàm ejus partes defendere videamur. Audi Jacobum Billium ejus Scholiaſtem. *Lex enim Martyrii præceptum Chriſti eſt, ut perſecutiones fugiamus, nec temerè nos in apertum periculum conjiciamus, oblatâ autem occaſione ac tempore id poſtulante intrepido animo vitæ diſcrimen adeamus.* Et infra citat Origenem comment. in Joannẽ ad illa verba. *Ieſus autem non jam palam ambulabat. Præclarum eſt* (inquit) *eum qui in certamen de Ieſu profeſſione deſcenderet non recuſare confeſſionem, nec dubitare mori pro veritate. Non minus tamen etiam hoc præclarum eſt non*

dari S. Greg.

Virgilius Cui accinit Virgilius libr. 2.

Pedibus timor addit alas.

3. Reg. 19. v. 3. Et colligitur ex Textu Sacro libr. 3. Regum cap. 19. verſ. 9. *Timuit ergò Elias, & ſurgens abiit, &c.* Lyranus. *Timuit Elias verbum mulieris qui non timuerat offenſam Regis.* Toſtatus quæſt. 2. *Timuit quando nunciata ſuat hæc Iezabeli, nam Iezabel erat impiiſſima, quæ cùm occiderat omnes Prophetas Domini, quos repererat, ita putavit ipſum, ſi maneret in urbe.* Quæ verba innuunt Eliam tunc mortem timuiſſe, licet Paraphraſis Chaldaica, Cajetanus & Vatablus id omittant. De Eucher. hoc timore Eucherius in libros Regum. *Et audivit Elias & fugit viam dierum quadraginta, &c.* Nè mireris Mar. 14 verſ. 32. Divus Marcus cap. 14. verſ. 32. teſtatur de Chriſto, quod *Cœpit pavere & tædere*, D. Thomas ibi. *Quia enim* S. Thom. *totum aſſumpſerat hominem, aſſumpſit & naturales proprietates hominis pavere, tædere, & contriſtari naturaliter.* Quo timore percellitur Elias? Noſter Michael de Bononiâ in ſuo Al- Michael de Bonon. phabeto manuſcripto in noſtrâ Bibliotheca Tranſpontinâ multiplicem affert timorem malum, ſeu mali comitem, mundanum, humanum, ſervilem, naturalem, moralem, & fillalem. Malus timor eſt comes individuus peccati, juxta illud Tertulliani Tertull. in Apolog. *Omnè malum aut timore, aut pudore naturaliter perfundit.* Sic intelligendus Philippus Abbas Bonæ Spei de ſilentio Clericorum cap. 107. Philipp. Abbas. *Vagus & profugus miſer, miſerrimè tutò habetur tùm undique deſertus à gratiâ, &c. habenis ſolutis per multa & varia circumfertur, &c.* Hæc inquietudo & inſtabilitas manifeſtat quanto timore afficiatur. Ovidius lib. 1. de Ponto canit quod peccatori poteſt applicari.

Ovidius *Nec prius hi mentem ſtimuli, quam vita relinquent.*

Ideſt timor eos ſemper exagitat. Seneca epiſt. 43. *Etiam in ſolitudine* Seneca. *anxia eſt, atque ſollicita conſcientia.* Ideſt non tantùm in urbe. Addam non tantùm in juventute, ſed in extremâ ſenectute. Pulchrè D. Grego- S. Greg. Iob. 19 verſ. 21. rius lib. 12. Moral, cap. 11. explicans hæc verba Job. cap. 19. verſ. 21. *Sonitus erroris ſemper in auribus ejus: & cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur*, Subdit, *Mens prava ſemper eſt in laboribus.* Et concludit. *Cur ergò tranquillitas ſecuritatis deeſt? Hinc procul dubio terroris ſonitus ſemper eſt in auribus.* Id patet in Adam, qui probè ſciebat Deum eſſe ubique, & tamen poſt peccatum ita inquietus eſt, ita formidat, ut nullibi ſe ſecurum exiſtimet.

S. Maximus homil. 3. de pœnitentiâ Petri ponderans illa verba Domini Geneſ. cap. 3. *Adam ubi es?* Subdit. *Ada dicitur Adam ubi es? non quod Adam conſpectum Domini latere potuerit, ſed quod peccatoris conſcientiæ nullus locus tutus, vel tectus ſit, dum metuit comprehendi.* Id clarius patet in Caim poſtquam enim Abelis fratris ſui ſanguine manus ſuas purpuravit, ita timuit, ut ubicumque ruris eſſet, putabat ſe ab aliquo interficiendum, Geneſis cap. 4. verſ. 14. *Ecce* (inquit Deo) *ejicis me à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra, omnis igitur, qui me invenerit, occidet me.* S. Ambroſius libr. 2. hæc verba ponderans. *Gemens* (inquit) *& tremens jubetur eſſe ſuper terram. Evidens, generaliſq; ratio, quia omni impiobo mala adſunt, & affutura ſunt. Quæ adſunt triſtitiam operantur, quæ futura ſunt formidinem.* Et infra. *Qui malè agit, odit lucem & amat tenebras furorum & latibula delictorum. Iuſtus autem non abſcondit ſe à Domino ſuo, ſed ipſe magis offerre ſe cōſuevit, &c. Anguſtia mentis homo præſentem mortem veretur, perpetuam negligit, & divinum judicium non formidat. Interitum ſolum corporis deprecatur. Sed à quo timebat occidi, qui ſolos parentes habebat in terris? Non potuit quidem & morſus animaliū timere, qui legit divina jura violaverat, nec præſumere de ſubjectis animalibus.* Idem in pſalmum 35. innuere videtur, quod Caim non vereretur mortum læthalem ferreum, non parentū furorem, ſed ſeipſum, ſed ſuam conſcientiam. *Acceperat fugam ne cum aliquis occideret, non ut vita ſuavitate frueretur, ſed ut mors inferret ærumnā, ut percuſſorem ſuum quotidie timendo pateretur. Ipſe ſuus carnifex erat, ipſe percuſſor.* Expende illa verba, *Ut per-*

II. S. Maxim Gen. 3.

Gen. 4. verſ. 14.

S. Ambr.

curſorem ſuum quotidie timende. Quaſi diceret tam miſer eſt ſtatus peccatorum ut vix ſit illis ullus ſenſus, omnia membra, imò totam mentem timor occupat. Talis timor non erat in Eliâ, tantæ enim ſanctitatis erat, ut Patres de encomiis ejus integras homilias contexerint. D. Chryſoſtomus, D. Baſilius Seleucius, D. Athanaſius lib. de fuga ſua, Theodoretus in lib. Regum, D. Gregorius Orat. de laudibus Baſilii, D. Auguſtinus lib. 20. de Civitate cap. 20. D. Ambroſius, Metaphraſtes, quorum plurimi Magnum vocant. D. Chryſoſtomus homil. in cap. 1. Geneſis, ait. *Tot dierum jejunium Magnus Elias egit.* D. Gregorius Nyſſenus oratione 3. in Cantica ſublimem nuncupat. *Vis illa* (inquit) *qua Eliam vatem ſublimem in cœlum æthereum ſuſtulit.* Cæſarius dialogo 3. eximium nominat. S. Petrus Damianus ſerm. de S. Victore Martyre *Mirum virtutis virum.* Sanctus Ambroſius lib. de viduis *Præſtantiſsimum Principem Prophetarum.* D. Chryſoſtomus homil. 18. in epiſt. ad Romanos explicans illa verba lib. 3. Regum cap. 19. *Prophetas tuos occiderunt*, Caput Prophetarum, & Dei Amicum appellat. *Qui apud illos potiſsimum præ omnibus erat in pretio & admiratione erat Prophetarum Caput, Dei Amicus.* Si amicus eſt ille quem Prophetarum Caput vocat, non igitur ejus amicitiam amiſit. Dionyſius in cap. 17. lib. 3. Regum eum nominat inſigniter heroicum. *Elias tanquam vir inſigniter heroicus.* Iterùm D. Chryſoſtomus lib. 3. de providentiâ ait eſſe admirabilem, ſeu miræ virtutis virum vel mirificum. Eadem encomia illi aſcribunt D. Auguſtinus lib. 20. de civitate cap. 29. D. Gregorius in cap. 29 Job. D. Cyrillus Jeroſolymitanus Catecheſi 17. Hic illum etiam vocat Spiritiferum. Drogo ſerm. 1. de Paſſione Piiſſimi nomē illi tribuit. Simeon Metaphraſtes vocat Sacroſanctum & Divinum. Quid plura referam? ejus ſanctimoniam ac vitæ integritatem exprimit Siracides Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 1.

Eccl 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Quaſi diceret ſurrexit Elias quaſi Deus. Quomodò quaſi Deus? Audi D. Dionyſium cœleſtis Hierar. cap. 18. Dionyſ. *Exiſtimo ſub ignis figurâ indicari nobis cœleſtium intelligentiarum maximam cum Deo ſimilitudinem. Nam & frequenter ſacri Theologi ſuperſubſtantialē & ineffigiatam eſſentiam in ignis figura deſcribunt tanquam in igne reperiantur innumeræ (ſi ita fas eſt) divini principatus proprietates, & viſibiles quædam rerum inviſibilium imagines.* Quibus verbis innuit analogiam ſubſtantiarum ſpiritualium cum Deo & earum perfectiones per ignem adumbrari, ut clarius docet infra. *Qui divinâ ſapientiâ pollent plerumque ſub ignis imagine deſcribunt ſupereſſentiales illas & cœleſtes ſubſtantias, hac nobis figurâ indicantes eam quam cum Deo habent ſimilitudinem, veramq; divinarum perfectionum ſimilitudinem.* Si Deus dicitur ignis. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Ita & Angeli, Pſal. 103. verſ. 5. *Qui facis* Pſal. 3. verſ. 5. *Angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem urentem.* Sic Elias ignis dicitur. Eximias Eliæ analogias cum igne tam in corpore, quàm in animâ vide apud Cammartum lib. de geſtis Eliæ cap. 3. ubi inter cœtera ait. *Decebat enim quietiſsimam Eliæ animam, perfectáque virtutum omnium conſonantiâ decoratam, in qua nihil abſonum in paſsionibus aut affectibus diſtortum, &c.* Camart. Quæ ſanctimoniam ejus commendant, & ab omni peccato, & pravâ formidine immunem oſtendunt.

III. Ejus timorem à peccato non procedere ſuadent Auctores, qui aſſerunt Eliam fuiſſe in utero materno ſanctificatum, de quibus conſulendus eſt noſter Lezana ad annum mundi 3123. ante Chriſtum 920. Camartus ſupra cap. 3. ſect. 19. Item illi qui ſcribunt Eliam fuiſſe confirmatum in gratiâ, inter quos idem Camartus citatus ſect. 17. quod probat ex eo quod corpus Eliæ fuit ſpecialiter directum à Spiritu ſancto, juxta illud Abdiæ ad Eliam lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 12. *Cùm receſſero à te Spiritus Domini aſportabit te in locum,* l. 3. Reg. 18. v. 12 *quem ego ignoro.* Et lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 16. *Nè fortè tulerit eum Spiritus* l. 4. Reg. 2. v. 16. *Domini*

Domini, aut projecerit in unum montium, aut in unam vallium. Lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 46. *Facta eſt ſuper Eliam manus Domini, accinctisq; lumbis currebat ante Achab.* Tandem concludit fuiſſe in Eliâ plenitudinem ſpiritus, actionesque illius ita fuiſſe divinitus directas, ut in nullum peccatum lapſus fuerit, quia confirmatus fuit in gratiâ, quam nunquam amiſit. l. 3. Reg. 18. v. 46

IV. Quod etiam præfatus Propheta mundano timore caruerit, ex eo patet, quod hic timor caſum in aliquod infortunium apprehendat juxta illud.

Quoque fortuna altius
Evexit ac levavit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere fœliceē decet,
Variosq; caſus tremere metuentem Deos (obrui
Nimium faventes magna momenta
Vincendo didici, Troianos timidos facit.

Ab experto diſce, quanta in honoribus & dignitatibus ſit timoris materia.

Dum excelſus ſteti.
Nunquam pavere deſtiti, atque ipſum mei
Ferrum timere lateris.
Venenum in auro bibitur, expertus loquor, (eaſam,
Humi jacentem ſcelera non intrant
Quicumq; regno ſedet, & magnâ potēt
Dominatur aulâ, nec leves metuit Deos
Animumq; rebus eredulam latis dedit
Me videat, & te Troia non unquam tulit (loco
Documenta ſors majora, quam fragili
Starent ſuperbi,

Talis timor invaſit Herodem dum audivit Chriſtum natum Matthæi cap. 2. verſ. 3. audiens *Herodes Rex turbatus eſt.* Syriacus. *Perterritus eſt.* D. Chryſoſtomus homil. 6. in Matthæum. *Herodes ut potè Rex, & ſibi pariter & liberis formidans.* Theophilactus. *Herodes quidem turbatus eſt ut alienigena regno ſuo timens.* Quaſi diceret metuens nè Chriſtus agnoſceretur à Judæis in Regem, & ipſe expelleretur ut alienigena. Illi ſubſcribunt S. Gregorius homil. 10. S. Hilarius, S. Anſelmus, S. Thomas in cap. 2. Matthæi, S. Leo ſerm. 3. & 4. de Epiphaniâ, & alii, quibus arridere videtur D. Auguſtinus ſerm. 26. de diverſis. *Herodes timet ſucceſſorem, Magi deſiderant Redemptorem.* Illi cupiunt invenire regnum, *metuit ille finiri regnum.* Quibus accinit Eccleſia Herodem alloquens.

Hoſtis Herodes impie
Chriſtum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœleſtia.

Elias nihil ſimile verebatur, pauperrimus enim erat, paupertatemque ita diligebat, ut nec honores, nec opes curaret, ut colligitur ex lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 1. ubi dum illius fit mentio, ejus paupertas cœteris omnibus præmittitur. *Et dixit Elias Theſbytes de habitatoribus Galaad.* Vatablus, *Dixit autem Elias Thesbytes de inquilinis Galaad.* Inquilinus dicitur qui alieno utitur tecto. Doctè Camartus ſupra cap. 5. ſect. 9. exiſtimat Eliam potius eſſe vocandum inquilinum Galaad, quàm civem, quàm incolam, quàm colonum, quàm advenum. *Arbitror multò verius Eliam vocari poſſe inquilinum Galaad, quàm ſimpliciter advenam. Etenim advena, licet extra natale ſolum degat, poteſt tamen ibi, vel domum vel poſſeſſionem propriam habere. Inquilinus verò ita pauper eſt, ut nè domum quidem ſibi propriam, ſed vile aliquod cœnaculum habeat, ſed in alienis domibus moretur. Facit certè inquilini denominatio ad innuendum Evangelicæ paupertatis ſtudium, quo jam tunc ardebat Elias.* De Elianâ paupertate videri poſſunt D. Chryſoſtomus in SS. Petrum & Eliam. D. Ambroſius lib. de Eliâ, & alii tum apud noſtrum Lezanam in annalibus noſtri Ordinis, tum quæ in hoc Opere diximus. l. 3. Reg. 17. v. 1. Camart.

V. Tertiò quod timor humanus non induxerit Eliam ad fugam capiendā ex eo colligo, quod ille eos maximè afficiat, qui coram aliquo Principe, vel celeberrimo cœtu perorare debēt ut docet Quintilianus lib. 2. cap. 5. *Volo enim qui ſit dicturus, & ſollicitum ſurgere, & colore mutari, & periculum intelligere, & quaſi non accident etiam* Quintil.

ſimul induerunt. Plinius lib. 6. epiſt. 1. vocat timorem Oratoris honorem, & lib. 5. Oratoris ornamentum. Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. 26. ait audaciam eſſe fœtum ignorantiæ, qualis fuit in Marco Regulo (ut teſtatur idem Plinius lib. 4. epiſt. 7.) qui cùm careret dicendi facundiâ vocemque hæſitantem haberet, eam ita extollebat, & confidenter ac inſolenter perorabat, ut ipſis auditoribus moleſtiſſimus foret. Qui ſic intrepidè ad dicendum accedit, eum graviſſimâ cenſurâ dignum exiſtimat

Cicero. Cicero de Oratore. *Mihi, qui optimè dicunt, quique ornatiſſimè facere poſſunt; tamen niſi timidè ad dicenda accedant, in exordiendâ oratione perturbantur, penè impudentes videntur, tametſi id accidere non poteſt. Vt enim quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi facultatem, varioſq; eventus orationis, expectationemq; hominum pertimeſcat: quem verò non pudet, hunc ego non reprehenſione ſolùm, ſed etiam pœnâ dignum puto.* Quod de ſe ipſo oratorum facilè primo & diſertiſſimo fateatur orat. in Vertem audiamus. *Ita Deos velim propitios, ut cùm dies illius mihi venit, quo die citato reo mihi dicendum ſit, non ſolùm commoveor, ſed etiam toto corpore perhorreſco, &c.* Et lib. 1. de Oratore ipſum Craſſum, virum eloquentiſſimum introducit ejuſmodi paſſione fuiſſe affectum. *Craſſus cultiſſimus Orator in me ſæpiſſime experior, ut exalbeſcam in principiis dicendi, & totâ mente, atque omnibus artubus contremiſcã. Adoleſcentulus verò ſic initio accuſationis exanimatus ſum, ut hoc ſummum beneficium: quia Maximo debueram, quod continuò conſilium dimiſerit, ſimul ac me fractum ac debilitatum metu viderit. Quod cùm Craſſus diceret omnes, qui aderant aſſenſi ſunt. Fuit enim in Craſſo mirificus quidam pudor, qui tamen non modo obeſſet ejus orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet.*

Plinius. Plinius lib. 3. epiſt. 17. ad Celerem ex ejuſmodi formidine materiã laudis potiùs quàm vituperii colligit. *Nonnè cùm ſurgis* (inquit) *ad agendum tam maximè tibi ipſi diffidis, tum commutata non dico plurima, ſed omnia capit? Vnde ſi latior ſcena & corona diffuſior, non illos quoque ſordidos; pullatoſq; veremur.*

VI. Cur verò coram Principibus, & magnifico cœtu dicturi pertimeſcãt Oratores, cauſas refert Cicero. *Primam, quia nonnunquam ſummis oratoribus non ſatis ex ſententiâ eventus dicendi procedit. Alteram, quia cæterarum homines artium ſpectati & probati ſi quando aliquid minus benè fecerunt, quàm ſolent, aut noluiſſe, aut valetudine impediti putantur. Noluit (inquiunt) hodie Roſcius agere, aut crudior fuit. Oratoris peccatum ſi quod eſt animadverſum ſtultitiæ peccatum videtur. Stultitia autem excuſationem non habet.* Undè Fabius lib. 11. ejuſmodi formidinem appellat curam & ſollicitudinem. Alii modeſtiam ſeu reverentiam ob concionis magnitudinem & auditorum eminentiſſimam dignitatem, quæ quidẽ formido conducit ad auditorum gratiam conciliandam, plurimorumq; ſcandalũ & offendiculum evitandum ac ſedandas invidias. Denique alii alia nomina ejuſmodi timori adſcripſerunt, de quibus conſulendus Cicero oratione pro Deiotaro.

VII. At Elias coram Rege Achab pluries peroraturus, imò coram populo & Baalitis, non tantùm in aulâ regiâ, ſed etiam in Carmelo illud officium peragit, illâ legatione fungitur, quomodò? intrepidè ac irreprehenſibiliter. Audiamus ejus ad Achab orationem, lib. 3. Reg. cap. 17. verſ. 2. *Vivit Dominus in cujus cõſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba.* Dionyſius. *Hæc totius magnanimitatis & confidentiæ verba dixit,* Id eſt animo intrepido, ferventi & conſtanti. Idem cap. 18. verſ. 38. Regem ſic affatus. *Non ego turbavi Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baal.* Dionyſius in explicatione morali ejuſdem capitis. *Certè ut Salomon loquitur Proverb. cap. 18. juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit, ideò Elias tam imperterritè & audacter reſpondit, non formidans Regem, à quo poterat trucidari: ſed conſtantiſſimè reprehendit. Hinc ad Ieremiam Dominus dixit, Dedi te in columnam ferream, & in*

L. 3. Reg. 17. v. 2. Dionyſ.

Cap. 28. verſ. 28.

murum

murum. *Atque ad Ezechielem cap. 3. Vt adamantem & ſilicem poſui faciem tuam.* Toſtatus quæſt. 15. in illud caput. *Elias non formidans reſpondit dura Regi.* Eadem animi conſtantiâ ac intrepidè populum affatur verſ. 21. *Vſquequò claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum, ſi autem Baal ſequimini illum.* Fortè (inquies) ita intrepidè loquitur, quia habet aliorum Prophetarum comitatum. minimè. Elias ſolus eſt, ut ipſe innuit. *Ego remanſi Propheta Domini ſolus.* Dionyſius. *Dixit ſe ſolum ſuperſtitem de prophetis in manifeſto audentibus apparere.*

VIII. Eucher. Eucherius id totum fusè exprimit in lib. Regum. *Iacebat populi illius corpus regio morbo conſtrictum, & velut exanime, jam & ſine ſenſu diſcerptis membris, & per rupes & ſcopulos, per nemora lucosq; jactatis, nullas in ſe divina imaginis reliquias poſſidebat, nullum hinc poculum, nullum medicamenti genus proderat ſi daretur, quia membra, ſi quid apponeret, propellebat, ferro erat utendum, vulnus cruore ſanandum, cauterio violento curandum.* Expende illud *ferro erat utendum, &c.* Quæ verba non fœmineum aut formidoloſum, ſed virilem animum, non metum ſed zelum ſignificant, Eliæ ſermonem intrepidum, ac efficacem fuiſſe, ut omnem naturam commoverit, iterùm confirmat paulò poſt. *Procedens enim velut ignis ſententia ipſa quodammodo terra vitalia penetravit, confeſtimq; omnia arefecit, nulla agrorum gratia, pratorum nulla venuſtas, ripa quoque virgultis quondam florentibus pratexta ſquollore turpiſſimo fatiſcebant, cum fontes aquis, flumina curſibus privarentur.*

IX. Quid plura, Eliam tunc intrepidum fuiſſe reſtantur iterùm verba hęc *Vivit Dominus, &c.* Toſtatus ibi quæſt. 3. *Modus jurandi ac ſi diceret, juro per vitam Dei Iſrael.* Quamvis ſolus, ac ferè omnibns eſſet odioſus non timet juxta illud Deuteron. cap. 22. verſ. 15. *Nec vir utetur veſte fœminea.* Quid per veſtem intelligit? geſtus, ſermones, lenocinia, affectiones, lenocinia, affectiones, paſſiones. Illi utuntur veſte fœmineâ, qui

Deut. 22 verſ. 5.

adulantur, timent, inſtabiles ſunt. Hi verò non effœminati, ſed viri ſunt, qui virili habitu induuntur, qui conſtantes, ferventes, zeloſi. intrepidi ſunt. Optimè Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum. *Lex verò prohibet nè veſtem induat muliebrem, an nos non vult eſſe viros, & nec corpore, nec verbis effœminati. Vult enim maſculum, qui veritati dat operam in ferendis laboribus, & in ſermone.* Quaſi diceret. Non ſufficit pro veritate propagandâ totis noctibus vigilare, totis diebus, imò totâ vitâ infatigabiliter inſudare: oportet etiam conſtanter ac intrepidè illam veritatem ſermonibus propugnare. Eccleſiaſtes Evangelicus eſſe non debet, fœmineis lenociniis, adulationibus, timoribus obnoxius. S. Clem. Alexand.

X. Cantor Regius loquens de ſermone Viri Apoſtolici illum comparat argento puro & defœcato, Pſalm. 11. verſ. 7. *Argentum igne examinatum.* Bellarminus. *Velut argentum purum in ſono.* Quaſi diceret, quemadmodum argentum purum & defœcatum ſono diſcernitur ab argento impuro & mixto, ſic ſermo Viri Apoſtolici ab adulatorio, formidoloſo, & effœminato dignoſcitur in ſono. Titelmannus in ſuis annotationibus. *Eloquia Domini etiam ex tempore ſubitò impellente Spiritu, à viris Deo plenis, vel dicta vel ſcripta puriſſima, caſtiſſima atque mundiſſima ſunt, nulla figmenta, nulla mendacia, nullas vanitates, ſed verbum vita continentia, non ad humanam gloriam ſivè cujuſcumque mortalium captandos favores, dicta aut ſcripta, ſed in ſimplici veritate, ad multiplicem fidelium utilitatem. Hoc eſt (ut Apoſtolus ait) ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia.* Hæc verba *ad arguendum, ad corripiendum in juſtitiâ,* ſignificāt virum Eccleſiaſtem & Apoſtolicū inſtar Eliæ deberet intrepidè corripere & arguere, ac abſque ullâ adulatione & formidine inſtruere, juxta illud S. Chryſoſtomi lib. 2. de Sacerdotio. *Magnum ac generoſum afferre illum oportet, ut nè animo deficiat ac delaſſetur, ut nè errantium ſalutem deſpondeat ac deſperet.* Dicere debet

Pſ. 11. verſ. 7.

Titelm.

S. Chryſoſtomus

cum S. Gregorio Nyſſeno orat. adverſus eos, qui ægrè ferunt repræ-
D. Greg. Nyſſenus henſiones, *Ego omninò non valdè conturbor tanquam novi mihi accidat, ſi ex meis diſcipulis mihi ſuccenſeant qui ſunt duriores & pervicaciores.*

XI. Non fuit etiam Elias perculſus timore ſervili, quo quis pœnas peccatoribus à Deo conſtitutas apprehendit. Quod pœnas peccatis promeritis non timuerit, patet ex eo quod ab omni culpâ immunis eſſet, & ſanctus, imò ſi peccatis inquinatus fuiſſet potiùs dixiſſet cum Vate Regio Pſalm.
Pſ. 118. v. 120. 118. verſ. 120. *Configе timore tuo carnes meas à judiciis enim timui.* Divus
S. Ambr. Amroſius ſerm. 15. in fin. *Sicut ſunt aculei timoris quibus cõpungimur, ita ſunt clavi timoris quibus cõfigimur. Qui compungitur excitatur, qui configitur mortificatur*, ut à peccato deſiſtat, &
S. Chryſoſtomus Deo vivat. Vide S. Chryſoſtomum homil. 13. ad populum. De Eliâ igitur ejuſmodi metus experte illud Poetæ Tragici canere poſſumus.

Rex eſt, qui poſuit metus
Rex eſt, qui metuit nihil.

Ideſt non metuit timore ſervili pœnas, mortem, &c. Quamvis ſecundum Hieronymum epiſt. 127. ad Fa-
S. Hierō. biolam *Timor virtutum cuſtos eſt, ſecuritas ad lapſum facilis, undè & in quodam pſalmo 22. poſtquam Propheta dixerat, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcua ibi me collocavit. Iungit timorem, qui cuſtos eſt Beatitudinis & infert. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: & eſt ſenſus dum tormenta formido, ſervavi gratiam, quam acceperam, quia ſi peccatum fugiebat, ſi gratiam ſervabat, non à pœna formidine, ſed ab amore Dei hæc fuga peccati, hæc gratiæ cuſtodia proficiſcebatur.*

XII. Timuit Elias timore naturali à quo immunes non ſunt juvenes. Ratio eſt quia cùm ſint calidæ, hilaris, ac feſtinæ indolis, magis averſantur formidinem, quam mors ſecum advehit. Deindè mors reſpectu juvenum eſt privatio jucundioris vitæ, ætatis, hilaritatis, ſpei majoris. Senes etiam hujus metus non ſunt expertes, cùm enim ſint frigidi ſunt etiam timidi: Deindè cùm proximi morti illam magis averſantur. Nam præſentia magis movent quàm remota. Sivè igitur Elias foret juvenis, ſivè ſenex non potuit carere illo timore. Maximè cùm ex Suarc tomo 2. de Incarnatione diſp. 33. ſect. 2. §. 3. Chriſtus quamvis toto vitæ ſuæ tempore claram ſuæ mortis habuerit viſionem, tamen cum eam ſibi vicinam ſenſit, Mar. 14.
Marci cap. 14. verſ. 33. *Cœpit pavere* verſ. 33.
& tadere, ac guttas ſanguinis effundere.

Legimus Geneſis cap. 12. quod XIII.
Abraham timens perſuaſit Saræ uxori ſuæ, ut non ſe uxorem, ſed ſororem aſſereret, Cap. 32. licet Deus aſſecuraſſet Jacob variis vaticiniis, tamen hic fratrem ſuum Eſau valdè ti- Metaphr.
muit. Quod Elias timore percuſſus fuerit teſtatur Metaphraſtes ſermone in laudem Eliæ. *Timet mulierculã, ut humanam oſtendat naturam eſſe perturbationi timoris obnoxiam.* Vel timuit Elias amore initiali, qui eſt initium virtutum. Hujus timoris meminit Sapiens Proverb. cap. 22. ver- Prov. 22
ſu 4. *Finis modeſtia timor Domini.* Sep- verſ. 4.
tuaginta. *Generatio ſapientia timor Domini.* Cui arridet Siracides Eccle- Eccli. 25
ſiaſtici cap. 25. verſ. 16. *Timor Domi-* verſ. 16.
ni initium dilectionis ejus. Dionyſius. Dionyſ.
Timor purè ſervilis eſt initium ſapientiæ & charitatis, & diſpoſitio ad eas nõdum habitas ſeu infuſas. Timor verò initialis & etiam filialis initium eſt ſapientiæ & charitatis, diſpoſitivum & meritorium ad earum iam habitarum profectum. Ratio eſt. *Timor namq; à retrahendo à vitiis, & ſollicitando ad bona agenda charitatem ac ſapientiam, cæteraſq; virtutes conſervat, auget, & perficit.*

Vel Elias timuit timore filiali, quo XIV.
veretur Deum offendere, quem ſupra omnia diligit. Melliflue D. Bernardus ſermone 64. in Parvis. *Per Eliam interpretatur Dominus, vel Do-*
minus fortis intelligitur quilibet juſtus, S. Bernardus.
qui perſecutionem patitur propter juſtitiam. Vadè illud Matthæi cap. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Qui metuens Iezabel, ideſt malitiam ſæculi, vel tyrannidem Diaboli, ſurgit de tentatione peccaminum, & abit quocumque eum tulerit voluntas

ſibi

ſibi collata à Domino. Ad hunc timorem hortatur unumquemque S. Hieronymus epiſt. 127. ad Fabiolam. *Si habueris pavorem ſollicitus eris, ſi ſollicitus fueris leo in caulas ovium tuarum introire non poterit, quod ad Præpoſitos Eccleſiarum, vel ad cuſtodiam refert animæ, ad quam leo Diabolus per diverſa vitiorum foramina ingredi nititur.* Et hic timor Domini contra omnia ad peccatum irritamenta fortem reddit juxta citatum locum Proverbiorum. *Finis modeſtiæ, &c.* Vatablus. *Præmium humilitatis, &c.* Divus Hieronymus per modeſtiam intelligit conſtantiam in exercitio bonorum operum. *Modeſtiam dicit conſtantiam bonorum operum, timorem verò Domini illum qui permanet in ſæculum ſæculi, quia nimirum perfectio virtutum eſt ad hunc animi ſtatum deſcendere, quo gratiam conditoris vel in modico timeamus offendere.* Quomodò in timore Dei divitias & gloriam collocat, cùm tot timentes Deum ad extremã paupertatem reductos videamus? Nihil refert, ſemper veræ divitiæ cum timore Dei conjunctæ ſunt, Tobias cap. 4. verſ. 23. illam filio pollicetur: *Noli timere fili pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato.* Syrus. *Noli timere fili, eo quod pauperati ſumus, ſunt tibi multa ſi timueris Deum.* Arabicus. *Noli timere fili, quia vivimus vitam pauperem, quia erunt nobis multa bona ſi timuerimus Deum.* Hebræus. *Viriliter age, & eſto robuſtus, dabit tibi Deus divitias magnas, ſi requiſieris eum in toto corde tuo, & totâ animâ tuâ.* Septuaginta. *Noli metuere quod mendici facti ſumus, ſunt tibi multa ſi timueris Deum, & receſſeris ab omni peccato, & feceris quod placitum eſt Deo.* Vatablus *Nè tibi offerat, ô fili, quod pauperem vitam egerimus, ſunt tibi bona multa ſi Deum reveritus fueris, & quod gratum et ſic ſtudueris facere.* Ex quibus paret quod timenti Deum etſi pauperi, imò mendico pollicetur multa bona, immenſaſque divitias. Quid per divitias intendit? eas ſcilicet, quas nec tinea nec mors lædere, vel auferre poteſt, ſcilicet virtutes, de quibus

S. Hier.

Tob. c. 4. verſ. 23.

Cicero paradoxo primo & ultimo. *Quis dubitet, quin in virtute divitiæ poſitæ ſint: quoniam nulla poſſeſſio, nullavis animi & argenti pluris exiſtimanda. Etenim ſi callidi rerum æſtimatores prava & alias quaſdam æſtimant quod ei generi poſſeſſionum minimè nocere poteſt. Quanti æſtimanda virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur: nec temporum, nec tempeſtatum permutatione mutatur. Quia qui virtute præditi ſunt, ſoli ſunt divites, ſoli enim poſſident res & fructuoſas & ſempiternas.* Hæc verba potius ſunt Auguſtiniana quàm Ciceroniana, & ex ore non pagano ſed Chriſtiano profecta eſſe videntur. Cicero

Ei alludere videtur D. Ambroſius lib. de Nabuthe cap. 14. ubi opponit theſauros virtutum theſauris rerum temporalium. *Illi corrumpuntur, iſti permanent, &c.* Ad divitias illas timentis Deum converſus Siracides Eccleſiaſtici cap. 25. verſ. 14. & 15. clamat. *Quam magnus qui invenit ſapientiam, ſcientiam; ſed non eſt ſuper timentem Deum.* Quaſi diceret (inquit Dionyſius) *Spiritualiter valdè magnus eſt, qui requirit & poſſidet ſapientiam, ut ſunt dona charitati ſemper annexa, vel ſapientiam id eſt intelligentiam ſcripturarum de Deo tractantium, & ſcientiam, id eſt veram rerum creaturarum notitiam, quæ ſunt dona gratiæ gratis datæ, & magnificant hominem, præſertim ſi charitati conjuncta: ſed nullus major homine timorato, non quod ſit dignior charitate; ſed loquitur de ſervili timere, prout includit charitatem. Nam ſubditus timor Dei ſuper omnia, ſi cætera chariſmata gratiæ ſuperpoſuit, circa quod quidam ſcribit, quod timor Dei maius bonum ſit, quam ſapientia, quæ eſt donum quod ſtare non poteſt, loquendo de ipſo timore filiali ſecundum ſe abſque charitatis incluſione.* Idem proſequitur encomia timoris filialis *Beatus eſt, cui donatum eſt habere timorem Domini qui tenet illum, qui eſt cui aſſimilabitur?* Ideſt Beatus ille prædicetur, qui invenit bonam mulierem, licet magni fiat, & beatus etiam cenſeatur qui invenit ſapientiam: tamen qui timore Dei præditus eſt, ita beatus

XV. S. Ambr.

Eccl 25. verſ. 18. & 15.

Dionyſ.

eſt

eſt, ut nulli rei ſit comparabilis. Dionyſius. *Beatus jam in ſpe & merito cui donatum eſt habere timorem filialem, caſtum, & ſanctum, quem qui habet nihil negligit, qui perſeveranter cuſtodit timorem, talis eſt, tanta dignitatis & perfectionis, ut vix aliquis poſſit æquari.*

XVI. Ex quibus concludo Eliam non vituperandum ſummoperè ob timorē illum, ille enim tanti Deum æſtimat, ut ob illius amorem omnem peccandi anſam declinaret. Rabanus in

Rabanus cap. 19 lib. 3. Regum. *Elias cùm tot virtutibus proceſsiſſet Iezabel poſtmodum quamvis reginam, tamen mulierculam fugit.* Ergò nè ad timorem Dei ſervandum etiam muliercula fugienda eſt? Ita, etſi ejus aſpectus, ejus ſermo ſit quid modicum fugienda eſt. Sanctus Chryſoſtomus homilia 12. in cap. 4. epiſt. ad Romanos. *Propterea exhortor ut initio caveamus, vel puſilla fugientes mala, nam magna ab his naſcuntur. Etenim qui in unoquoque peccato dicere edoctus eſt, non in hoc poſitum ſalutis momentum, is pedetentim omnia pessumdabit.* S. Bernardus ſermone 1. de converſione S. Pauli ait illum, qui excuſſo timore Dei vanâ præſumptione ſic modica ſpernit, blaſphemare in Spiritum Sanctum. *Cavete deinceps ne quis parva reputet. Nemo dicat in corde ſuo levia ſunt iſta, non curo corrigere. Non eſt magnum ſi in his maneam venialibus, minimisq; peccatis; hæc eſt enim dilectiſsimi impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiritum Sanctũ, blaſphemia irremiſſibilis. Paulus quidem blaſphemus fuit, ſed non in Spiritum ſanctum, quia ignorans fecit in incredulitate, non in Spiritum ſanctum ſi blaſphemus, ideo conſecutus miſericordiam.* Quaſi diceret, quemadmodum is qui timet Dominum timore filiali, modicum malum, imò ſpeciem mali fugit, omnia inſtar Eliæ ſua charitate ſuperat, ſic qui modica ſpernit, peccat irremiſsibiliter & blaſphemus eſt in Spiritum ſanctum.

CAPUT XIII.

An & quomodo liceat morte imminente promiſcuè tam Miſsionariis & peritis, quàm imperitis fidem Catholicam propugnare.

SI Tyrannus imperito mortem minetur, niſi cum hæretico & infideli diſputet, debet imperitus prius Divinam opem implorare, & inſtanter rogare, ut aliquo miraculo adverſarios ſuperare dignetur, eorum impietatem plectere, ſuæque religionis veritatem patefacere. Ita Vericelli tract. de Miſſionibus Apoſtolicis tit. 1. de fide quæſt. 38. Sic ſanctus Propheta egiſſe videtur: Cùm enim impius Rex Achab in omnes prophetas Domini ſæviret, præfatus Vates famem triennalem ſuis precibus obtinuit, quæ univerſam terram devaſtavit. Secundò, ignem cœlitus impetravit, quo victima abſumpta eſt, & Baalitæ confuſi ſunt. Tertiò ubi accepit quod Rex Ochozias filius Achab in infirmitate ſuâ ad Beelzebub recurriſſet, & audivit ſe ironicè à duobus quinquagenariis virum Dei appellari, ut Deum Iſrael verum eſſe probaret & teſtaretur, præmiſsâ oratione ignem cælitus impetravit, qui duos quinquagenarios ſubitò abſumpſit. Hujus primi miraculi D. Jacobus meminit in ſuâ epiſtolâ Canonicâ cap. 5. verſ. 17. *Elias homo erat paſſibilis & oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex.* Dionyſius. *Iſta eſt proprietas idiomatis Hebræorum, per talem ingeminationem effari, ſicut in Iſaia, diſſipatione diſſipabitur terra, agitatione agitabitur, terra confractione confringetur. Vel ideò oratione oravit, quoniam unâ oratione imperavit quod ſubditur, ut Beda hic loquitur. Itaque oratione oravit, ut non plueret ſuper terram decem Tribuum Iſrael propter eorum facinora, videlicet idololatrias regis eorum & ipſorum. Hoc enim oravit Elias zelo juſtitia, ut per adverſa*

I.

Iacob. 5. verſ. 17.

Dionyſ.

traherentur

traherentur à vitiis vexatione edocti.
Metaphr. De eodem miraculo diſſerens Metaphraſtes apud Surium 1. Auguſti homiliâ de SS. Petro & Eliâ. *Age* (inquit) *in medium proferamus Prophetam illum Eliam terreſtrem Angelum, & cæleſtem hominem, qui humi quidem ambulabat, & ea quæ in cælis ſunt, mente animoq; verſabat. Erat trium cubitorum ſtaturâ homo, & per ſublimem aeris regionem perambulabat, & uſque ad ipſa faſtigia protendebatur. Ille (inquam) aquarum cuſtos, cujus lingua aquarum fuit theſaurus, & clavis cælorum: ille idiota & Philoſophus, pauper & dives: pauper quod propter Dei charitatem ac ſtudium relictis terrenis rebus majora ſibi comparare ſtuduerit; dives quod cæleſtes nubes linguâ ſuâ detinuerit. Quippè qui durior erat ad condonandum peccatoribus, ita ut Deum orarit nè daret pluviã.* Expende hæc verba, *Ille idiota,* item *Deum orarit nè daret pluviam.* Conſequenter cuidam dubio reſpondet, an ſcilicet Elias orarit dum lib. 3. Reg. cap. 17. verſ. 1. ait. *Vivit Dominus in*
l. 3. Reg. 17. v. 1. *cujus conſpectu ſto ſi erit pluvia niſi per os meum. Quid agis Elia? cur ſic pronuncias? Vivit Dominus ſi erit niſi per os meum. Vbinam ſunt Hæretici, qui dicunt filium Dei orare? Miſer homo & impudens quid ait. Elias pronunciat & filius Dei orat? ſervus jubet & Dominus obſecrat? Neque enim honorem Dei filio tribuit, quem & Eliæ? an non vis parem ſaltem dignitatem Domino concedere & ſervo? Non orat neque precatur Elias; ſed veritatis ſermonem proponit, & cælum ipſum claudit. Non orat. Sed quidnam facit Elias? Scio (inquit) quod non audiat Dominus, zelo enim impulſus hoc facio. O rem novam & admirabilem! vidiſti Dominum ſervi benevolentiâ ſuperatum. Etenim Elias ipſe multo zelo impulſus hoc fecit. Videbat enim multa abſurda fieri, videbat vitia ipſa multa cum libertate propagari. Atra ſiquidem nox orbem terrarum oppreſſerat, itaque omnes in tenebris illis offendebant, erat orbis terrarum naufragium non aquarum ſed intemperantia, propulſatâ enim intemperantiâ incontinentia ipſa dominabatur, virtus expellebatur, & vitia tanquam res aliqua legitima colebantur, colles, montes, ſaltus & via atque aer tenebris contegebantur. Itaque offuſcato ſole cælum erat caliginoſum, omnis natura propter idolorum culturã. Ergò tanquam in nocte aliquâ omnes ambulabant, rebus creatis non tanquam creatis animum adhibentes: videbant lapidem & tanquam Deum adorabant, videbant ligna & illa ſimiliter colebant. Altiſsima igitur nox illos oppreſſos tenebat, cùm creatorem deſpicerent, & res creatas venerarentur.* Quibus verbis oſtendit zelum S. Eliæ videntis idololatriam paſſim dominari.

Miror modum loquendi Metaphraſtis, ſupra dixit *ita ut Deum orarit nè plueret, &c.* poſtea verò ſubdit, *ſervus jubet.* Si orat quomodò jubet? ſi jubet quomodò orat? Dicitur orare & jubere, quia tanta eſt vis orationis, ut orans quaſi omnipotens videatur, ita ut de illâ id Theodoreti in hiſtoriâ Religioſâ effari liceat. *Omnipotens oratio cum ſit una omnia poteſt.* Theodoretus. II.

Id patet in Cananæâ Matthæi cap. 15. v. 28. *Fiat tibi ſicut vis.* Quaſi diceret Chriſtus oratio omnipotentiæ æquiparatur, quidquid volo id facio, ita quidquid oratione intendis, fiat tibi, impetras non denegatur, quia oratio omnipotens una omnia poteſt. Id patet in S. Eliâ de quo S. Jacobus ait, *Oratione oravit, &c.* Quomodò tamen S. Chryſoſtomus orat. 2. de Eliâ non dicit oraſſe, ſed præcepiſſe. *Clavis cæli factus eſt ſermo Eliæ ſanctiſsimi, iubet & clauditur cælum.* S. Chryſoſtomus. Si jubet quomodo dicitur oratione oravit? quia tanta eſt vis orationis, ut orans non oraſſe ſed præcepiſſe videatur. Ex quibus patet quod Elias ſuâ vitâ exemplari & exhortationibus nequivit ab idololatriâ revocare plebem. Nam *in tam multis tenebris ſolus Elias virtutis lucernam tenens, & tanquam in quodam montis vertice in ſapientiæ faſtigio tenens, virtutis quidem faciem præferebat ſed ſplendorem præferens nihil tamen eos juvabat, eo quod illorum mens tenebris oppreſſa erat, & idololatriæ ſceleribus detinebatur. Excandeſcebat igitur Elias, animo diſſecabatur, lamentabatur, & multis verbis illos ab erroribus revocabat, ſed nemo tamen eum loquentem audiebat, precabatur, ſed nemo illi obtemperabat. Tandem Elias*

zelo honoris Dei ad orationem recurrit: Zelo igitur commotus illos erudire voluit, ut fame ipsâ tabefacti preces ſuas tandem ad creatorem transferret ac fames pietatis materies illis fieret. Quid igitur Elias, Vivit Dominus ſi erit pluvia niſi per os meum, prolata fuit vox hæc, & ſtatim aer mutatus eſt, cœlum æreum factum fuit non naturam mutans ſed facultatem ſuam refrænans, ſtatim tanquam in aliam quandam figuram converſa ſunt. Prophetæ oratio tanquã flamma quædam ad terræ viſcera demiſſa eſt, & omnia ſtatim exareſcebant, omnia vaſtabantur, omnia deſtruebantur, &c.

III. Eodem lib. 3. Regum cap. 18. ut iterùm idolorum inanitatem, & Dei Iſrael probet veritatem, orationem adhibet, poſtquam ædificavit Altare ſuum, eique ligna & bovem
l.3.Reg. impoſuit, perfudit illa aquâ, &c.
18.v.36. verſ. 36. Cùm jam tempus eſſet ut offerretur holocauſtum, accedens Propheta Elias ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus, juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc, Exaudi me Domine, exaudi me, ut diſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus & tu convertiſti cor eorum iterùm. Vatablus. Cùm adeſſet tempus ut ſacrificaretur holocauſtum, acceſſit Elias Propheta, & ait Domine Deus Abraham, Iſaac, & Iſraelis, fiat hodie manifeſtum quod tu ſis Deus in Iſraele, & quod ſum ego ſervus tuus, & quod tuo iuſſu hæc omnia fecerim. Exaudi me Domine, exaudi me, ut populus iſte cognoſcat te ſolum eſſe Dominum Deum, quodque tu tandem reduxiſti cor eorum. Idem in Scholiis. Quod tu ô Domine es Deus, ſubaudi ille verus. Cajetanus. Cognoſcat etiam populus, quod tu effeciſti hoc novo miraculo ut verteretur cor eorum retro ab idololatria, in quâ ambulabãt & in hoc petit converſionem populi ad Deum verum. Fuſius Toſtatus quæſt. 32. ad illa verba verſ. 36. Accedit Elias Propheta ait. Subdit. Hic oravit Elias ad Dominum, ut daret ignem in ſacrificio ſuo, & dicitur accedens quia ſic operabatur ipſe ut Sacerdos. Ad Textum. Domine Deus Abraham & Iſaac & Iſrael. Iterùm ſubdit. Dicendum de iſtâ oratione, quod ipſe fecerit eam in voce altâ, ut audiret totus populus, & videret quod finitâ oratione, veniret ignis, & ſic veniret à Deo, & non opere magico. Sequitur Textus. Hodie oſtende, &c. Ideſt da ignem ſuper ſacrificium, & ſic oſtendes quod tu es verus Deus Iſrael, quia Baal non potuit dare ignem ſuper ſacrificium ſuum. Etiã oſtendebatur in hoc quod Elias erat ſervus Dei, quia dato quod verus Deus potens eſſet ad faciendum omnia hæc, ſi tamen Elias non eſſet ſervus ejus non mitteret ignem de cælo ad preces ipſius. Ad illum textum. Exaudi me Domine, exaudi me, ut diſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus. Addit. Scilicet quod non eſt Baal Deus, nec aliquis alius, ſed tu ſolus Deus, qui potes mittere ignem de cælo, & facere quæcumque vis. Id breviter attingit Joſephus lib. 8. cap. 13. Quo facto cœpit orare Deum & clamare ut erranti populo multo jam tempore ſuam manifeſtam faceret poteſtatem.

Hâc oratione peractâ lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 38. Cecidit autem IV.
ignis Domini & voravit holocauſtum & l.3.Reg. 18.v.38.
ligna & lapides, pulverem quoque & aquam quæ erat in aquaductu lambens. Septuaginta. Et cecidit ignis à Domino de cælo, & devoravit holocauſtum, & ligna, & aquam, quæ erat in aquaductu & lapides & pulverem linxit ignis. Chaldaica Paraphraſis. Et cecidit ignis à Domino & conſumpſit holocauſtum & ligna & lapidem, & pulverem, & aquas quæ erant in foſſa linxit. Vatablus Tum decidit ignis Domini & devoravit holocauſtum, ligna, lapides & pulverem, ſed & aquas quæ erant in elicibus lambuit. Idem in Scholiis. In canali linxit. Joſephus ſupra. Cumque dixiſſet hæc repentè ignis de cælo vidente populo cecidit ſuper aras & conſumpſit hoſtias univerſas, ita ut aqua ipſa concremaretur, & locus uſque ad cineres perduceretur. Cajetanus ſubdit. Ecce miraculum, quod miraculum? Triplex deprehendo, primũ quod oratione ſuâ cælitus ignem obtinuerit. Secundum, non oportunis precibus & diuturnis ut Baalitæ, ſed repente (inquit Joſephus) quem ſequitur Toſtatus quæſt. 32, Illicò ut Elias complevit orationem cecidit ignis ex alto ſuper

ſacrificium

ſacrificium, & non fuit ibi expectando & clamando ſicut Propheta Baal, qui clamaverant uſque ad meridiem, & nihil habuerunt. Tertium miraculum, ita ut (inquit Joſephus) aqua ipſa concremaretur. Dionyſius. Ut ex conſumptione majus eſſet miraculum. Porrò lapides quoque, & ſi quid invenit, conſumpſit, oſtenditque non eſſe ſolummodò ignem, cui aquæ repugnant, ſed diviniorem quandam poteſtatem & majorem operationem ignis. Hoc viſo miraculo populus abjuravit cultum Baal, & profeſſus eſt Deum Iſrael eſſe verum Numen ab omnibus colendum lib. 3. Regū cap. 18. verſ. 39. 3. Reg. 18. v. 39. Quod cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Septuaginta. Et vidit omnis populus & cecidit ſuper faciem ſuam, & dixerunt, Verè Dominus eſt Deus. Dominus ipſe eſt Deus. Chaldaica Paraphraſis. Et vidit omnis populus & procidit ſuper facies ſuas, & dixerunt, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Vatablus. Cùm hoc vidiſſet univerſus populus procidèrunt in facies ſuas & dixerunt, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Cajetanus. Cecidit totus populus ſuper faciem ſuam adorando ſummum Deum. Non dicit aliqui ex populo, ſed univerſus, ſed omnis, ſed totus populus, & adoraverunt ſummum Deum & ſolū. Joſephus. Hoc videntes Iſraelitæ ceciderunt in terram, & adoraverunt unum Deum, maximum, ſolum, verumq́; proclamantes, alios verò fallaciter ſe & vanâ opinione coluiſſe. Toſtatus qu. 33. Non fecerunt hoc ex timore ſcilicet quod territi propter miraculum caderent in terram, ſed fecerunt ex reverentiâ, quia Deus oſtenderat coram illis tantum miraculum, &c. & ait Deus Iſrael ipſe eſt Deus, nullus alius præter ipſum. Ecce quomodò Elias ad orationem recurrerit ut à Deo obtineret aliquod miraculum, quo Iſraelitæ ab idololatriâ ad fidem revocarentur.

V. Tertiò ut idem Elias inanitatem idoli Beelzebuth oſtenderet, & veritatem Dei Iſraël aſtrueret lib. 4. Reg. cap. 1. dixit quinquagenario à quo ironicè & per irriſionem vocabatur homo Dei, & conſequenter ejus religio contemnebatur, verſ. 10. Si homo Dei ſum deſcendat ignis de cælo, & devoret te, & quinquaginta tuos. deſcendit q́; ignis, & devoravit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. 4. Reg. 1. v. 10. Vatablus in Scholiis. Non putas me eſſe virum Dei, verumq́; Prophetam, ſed Deus comprobabit igne. Quaſi dicat, rogo Deum, ut ignis deſcendat, & comprobet me eſſe ſuum Prophetam. Expende illud rogo Deum, quod oraſſe teſtatur. Idem aſſerit Toſtatus in cap. 1. lib. 4. Regum quæſt. 16. Tu vocaſti me hominem Dei ſcilicet quod ipſe acceptat preces meas, ut deſcendat de cælo ignis, & devoret te & quinquagita viros tuos. Et quæſt. 17. Elias oravit venire ignem de cælo ſuper quinquagenarium & viros ſuos. Et infra. Illicò ut Elias petivit hoc, deſcendit ignis & cremavit quinquagenariam cum viris ſuis. Idem habet fuſius quæſtione 19. ubi etiam oſtendit quare Elias orationem fuderit pro obtinendo igne. Elias oravit venire ignem de cælo ſuper iſtos à Deo, motus ad hoc. Fuit autem motivum, quia viri iſti erant mali, & peccaverant in idololatriâ, & in multis aliis. Deus autem volebat eos occidere, & ad hoc movit Eliam ut oraret pro occaſione illorum. Et licet ipſi non mererentur mortem ex aliquo quod nunc faciebant contra Eliā, merebantur tamen ex multis aliis quæ fecerant. Et Deus voluit eos nunc occidere, ut occiſio ſua proficeret ad terrorem peccati, emendationis Ochoziæ, & idololatrarum, ut omnes timerent facere aliquid circa idololatriam, cùm non ſolùm ipſi idololatræ punirentur, ſed etiam illi qui ibant ad vocandum Prophetam ex parte Regis idololatræ.

VI. Ecce quomodò vir idiota ad propugnandum fidem, totam naturam immutet. Appoſitè dixit S. Chryſoſtomus homil. 13. in cap. 6. Matthæi Nihil eſt potentius homine orante. Quomodò orante, non oratione compoſitâ ſed rudi, ſeu actâ ab eo, qui imperitus eſt. Id innuere videtur Vates Regius Pſalmo. 5. verſ. 1. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Pſal. 5. verſ. 1. Quare poſtquam dixit Verba mea auribus percipe Domine, ſubdit, intellige clamorem? Si percipiat verba, à fortiori clamorem intelliget,

Incivilitas quædam eſt monere aliquem Principem ut intelligat, imò & ruſticum clamare dum cum Rege quis agit. Quid per clamorem intelligit? loquendi modum inornatum, inurbanum, incompoſitum, per modum murmuris, & muſitationis malè articulatæ. Chaldaica Paraphraſis. *Verbum meum auſculta Domine, intellige deſiderium meum.* Quaſi diceret, duo verba conſequentia exprimere nō poſſum: volo loqui ſed ita imperitus ſum, ut deſiderium meum exequi non poſſim, potius rugitus quàm locutio eſt oratio mea. Quare ſecundùm tranſlationem D. Hieronymi. *Verba mea exaudi Domine, intellige rugitum meum.* Etſi rugiam, tamen non deeſt deſideriū & intentio benè loquendi. Vatablus. *Auſculta verba mea ô Domine, murmur meum intellige.* Quare? quia agere debeo cum hoſtibus fidei, illam propugnare mihi incumbit, & cum nequeam verbis, quia elinguis & imperitus ſum, fac ut illum probem operibus, aliquibus miraculis: tua enim res agitur. Verſ. 4.
verſ. 4. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit juxta te malignus neque permanebunt injuſti ante oculos tuos? Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.* Chaldaica Paraphaſis. *Quoniam non Deus volens improbitatem tu es, & non commorabitur tecum malus. Non permanebunt irriſores coram oculis tuis, odiſti omnes operarios falſitatis, perdes loquentes mendacium, hominem effuſorem ſanguinis mundi, & doloſum propellet Dominus.* Vatablus. *Quoniam tu non es Deus cui placeat impietas, non habitabit tecum malitia, non conſiſtent coram oculis tuis inſani, tu odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinarium & fraudulentum averſatur Dominus.* Quod Vulgata vocat *iniquitatem.* Chaldaica appellat *improbitatem* Vatablus *impietatem.* Quod à vulgata dicitur *malignus,* à Chaldaicâ *malus,* à Vatablo *malitia.* Quod à vulgatâ nominantur *injuſti,* à Chaldaicâ *irriſores,* à Vatablo *inſani.* Quod à vulgatâ nuncupatur *iniquitas,* à Chaldaicâ *falſitas.* Quod à vulgatâ *virum ſanguineum & doloſū abominabitur Dominus,* Chaldaica *hominem effuſorem ſanguinis mundi, & doloſum propellet Dominus.* Vatablus *virum ſanguinarium & fraudulentum averſatur Dominus.* In quo eſt ejuſmodi iniquitas, improbitas, impietas, quis eſt iſte malignus, malus, malitia? quis eſt iſte injuſtus, irriſor, inſanus? in quo eſt iniquitas, falſitas? quis eſt iſte vir ſanguinarius, fraudulentus? Eſt Baalita, eſt Ethnicus, eſt hæreticus. Rectè Euthymius Monachus. *Longè enim abeſt ab idolorum perverſitate, qui iniquitates diligunt. Per iniquitatem verò omne peccati genus intelligit, quod extra æquitatis ſit normam, ſeu ut ſignificantius Græca locutio exprimit, quod omni careat* Euthym. *legis ratione. Gentium Dii non tantùm ſceleribus ac vitiis repleti ſunt quemadmodum ex prophanis eorum libris docemur: ſed homines quoſque ſimilium vitiorum amatores veluti ſuos ac proprios fovent, ſuaq; illis prophana aperiunt fana. Tuam verò ô Deus familiaritatem ac tui appropinquationem homo nullus unquam conſequetur malignus. Malignum dicens Propheta omnifariā. Peccatorem ſubſignavit. Nec permanebunt tranſgreſſores legis ante oculos tuos? odiſti infideles gentes, quæ legem Dei non receperunt, quos exleges dicere poſſumus. quam iniquos. Differt enim tranſgreſſor legis ab exlege, quia alter quidem legem novit, ſed non ſervat, alter verò is dicitur qui nullas omninò recipit leges, perdes eos qui loquuntur mendacium, hoc principaliter propter eos dictum eſt, qui non verum Deum colebant, & propter hæreticos, conſequenter propter omnes alios mendaces, ac dæmonis miniſtros, qui pater dicitur mendacii. Quod verò ait perdes graviſſima eorum tormenta denotavit* Contra eos igitur idiota, imperitus, elinguis, impotens verborum petit virtutem operis, ut Deus aliquo miraculo ſuam divinitatem, ſuam fidem & religionem manifeſtet, ut per Eliā factum eſſe conſtat ex dictis, & paſſim hiſtoria Eccleſiaſtica de aliis fidelibus teſtatur.

§. 1. *Fideles*

§. 1.

Fideles imperiti ante Principes tyrannos divinâ inſpiratione comparentes, vel compulſi non ſint anxii quid reſponſuri ſint.

I. *l. 3. Reg. 18. v. 1.* Lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 1. *Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam in tertio anno dicens, Vade & oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ.* Septuaginta. *Et factum eſt poſt dies multos, & verbum Domini factum eſt ad Eliam in anno tertio, Vade & oſtende te Achab, & dabo pluviam ſuper faciem terræ.* Vatablus. *Vade & te ipſi Achab trade conſpiciendum.* Cajetanus. *Prædicit Deus Eliæ, quod cùm ſe manifeſtaverit regi dabit pluviam. ut intrepidus accedat,* Cur ait *oſtende, te ipſi trade conſpiciendum?* Quandoquidem cum illo agere debeat, quare non dicit Deus loquere Achab? Cur non illi præſcribit qualiter cum illo diſſerere debeat, quandoquidem illi ita exoſus eſſet, & per triennium juſſiſſet illum quæri, ut poſtea Abdias illi retulit, verſ. 10. *verſ. 10.* *Vivit Dominus, quia non eſt gens aut regnum in quo non miſerit Dominus meus te requirens, &c.* Joſephus lib. 8. c. 13, *Quid mali paſſus es à me, ut illuc me mittas, ubi poſſum indubitanter occidi? An ignoras quoniã nullum reliquit locum, quo non dixerit ut te repertum ad caſum necis adducat.* *Luc. 21. verſ. 14.* Reſpondet Chriſtus Lucæ cap. 21. verſ. 14. *Ponite in cordibus veſtris non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis.* Verſ. 15. *Ego enim dabo vobis os & ſapientiam cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarii veſtri.* *Theoph.* Theophilactus ad illum locum. *Ducti ſunt Apoſtoli ad Reges & Præſides, ſicut Paulus ad Feſtum, ad Agrippam, ad Cæſarem, & factum eis hoc in gloriam teſtimonii. Quia autem privati & imperiti erant, nè turbarentur reddituri rationem apud viros ſapientes. Nihil inquit de hac re vobis curæ ſit. Accipietis enim tunc à me eloquium, & ſapientiam, ita ut etiamſi omnes adverſarii veſtri ad unum uſque obſtiterint, non poterunt vobis reſiſtere, neque per ſapientiam, hoc eſt ſenſuum vim, neque per eloquentiam & linguæ certitudinem.* Cur ait *ego dabo vobis os?* Nunquid Apoſtoli, numquid Elias os habebat. D. Thomas. *Quaſi diceret, ſtatim à me ſortiemini fæcundiam & eloquentiam ut nec omnes adverſarii veſtri ſi in unum conveniant reſiſtere valeant vobis; nec in ſapientiâ id eſt ſpeculationum vita, nec in eloquentiâ, nec ſermonis lepore.* S. Thom. S. Gregorius. *Nolite terreri, vos ad certamen accedetis ego prælior, vos verba editis, ſed ego ſum qui loquor.* S. Greg. Cur Elias & Apoſtoli ita fœcundi redduntur coram regibus? quia intrepidè ad illos accedunt. Theophilactus. *Qui enim facile in adverſis non turbatur, confundit omnia, cùm dicendum eſt ad populum Apoſtoli autem dico in utroque autem gratiam conſecuti ſunt. Vndè obſtupuerunt Sacerdotes de Petro & Ioanne Actor. cap. 4. ob immenſam ſapientiam, dum comprehenderent eos, quâ priùs carebant. Paulo Actor. cap. 26. dicit Feſtus inſanis Paule multæ litteræ ad inſaniam redigunt, & cùm excuſſiſſet timorem illorum quem ex imperitia habebant, &c.* Theoph. Eundem locum præclarè & luculenter exponit Dionyſius,
„ Ponite ergò, id eſt firmiter propo-
„ nite, non præmeditari quemadmo-
„ dùm reſpondeatis adverſariis legis Dionyſ.
„ & fidei, quam tradidi vobis. Ego
„ enim qui ſum æternus & omnipo-
„ tens Deus, verbum Dei, fons ſapi-
„ entiæ, & ſapientia increata ac geni-
„ ta, dabo vobis efficaciam, conſtan-
„ tiamque loquendi & ſapientiam ad
„ intelligendum, quæ Dei ſunt & fi-
„ dei Chriſtianæ atque ad reproban-
„ dam idololatriam, & omnem hæ-
„ reticam pravitatem, cui ſapientiæ
„ non poterunt reſiſtere rationabili-
„ ter reſpondendo, & contradicere
„ veraciter objiciendo ac replicando
„ omnes adverſarii veſtri, videlicet
„ Judæi & hæretici ac Pagani, qui in
„ Apocalyp. cap. 16. deſignantur per
„ tres ſpiritus immundos, qui in mo-
„ dum ranarum ex ore beſtiæ exie-
„ runt. Hinc quoque in Actibus cap. 6.

„ legitur, quod Judæi non potuerunt „ reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui lo- „ quebatur per Stephanum. Et in bea- „ tiſſimis utriuſque ſexus innumera- „ bilibus Martyribus iſtud copioſiſſi- „ mè ac mirabiliſſimè eſt impletum, „ qui inter immaniſſima ac multipli- „ cia ſuppliciorũ genera tam promp- „ tiſſimè, ſapientiſſimè, conſtantiſſi- „ mè, tranquilliſſimè inſuperabiliter „ reſponderunt, quaſi non ipſi, ſed in „ eorum perſonâ alii ſuſtinuiſſent „ tormenta. Vel quaſi non ipſi, ſed „ alius formaſſet verba per eos, quod „ & utique ita fuit, &c.

II. *Pſal* 8. *verſ*.3. Id vaticinatus eſt olim Regius Vates pſalm. 8. verſ. 3. *Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem propter inimicos tuos ut deſtruas inimicum & ultorem.* D. Hieronymus. *Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem propter adverſarios tuos, ut quieſcat inimicus & ultor.* Chaldaica Paraphraſis. *Ex ore infantium & lactantium fundaſti fortitudinem propter adverſarios, ut deſtruas auctorem inimicitiarum, & ultorem.* Cajetanus. *Ex ore infantium & lactantium fundaſti fortitudinem propter anguſtiatores tuos ad faciendum ceſſare inimicum & ultorem.* Vatablus. *Ex ore infantium & lactantium fundaſti robur propter inimicos tuos, ut retundas hoſtem & ſeſe vindicantem.* Qui ſunt illi infantes & lactantes? Scio ad litteram intelligi pueros, qui Chriſto in Jeruſalem in die Palmarum acclamaverunt *Oſanna, &c.* Sed moraliter intelligi poſſunt homines, qui coram Principibus Dei magnalia

Dionyſ. prædicant Dionyſius. *Ex ore puerorum atque ſimplicium hominum qui dicuntur infantes, quia illitterati, & lactantes, quia innocentes, quemadmodum ait Apoſtolus Corinth. cap. 4. Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitiâ parvuli eſtote, perfeciſti ô Chriſte laudem, quia per inſpirationem Spiritus ſancti, qui procedit à te inſtruxiſti corda prædictorum puerorum, ut te ita laudarent propter inimicos tuos, id eſt propter incredulos confutandos prout Apoſtolus dicit* 1. *Corinth. Quæ infirma ſunt mundi elegit Deus ut confundat fortia.* Mirum ſanè quomodò ſuum robur & fortitudinem illis illitteratis communicet, per illos ejus nomen laudetur, celebretur, & colatur. Idem confirmat infra. *Ex ore infantium & lactantium, id eſt ex prædicatione & doctrinâ Apoſtolorum qui nominantur infantes, & lactantes non ratione ætatis, ſed propter comparationẽ ad puerorum proprietatem, prout Salvator ait Matth. cap.* 18. *Niſi & efficiamini ſicut parvuli non intrabitis in regnum cœlorum. Et Apoſtolus* 1. *Petri cap.* 2. *Sicut modò geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite. Perfeciſti ô Domine laudem id eſt promulgaſti Evangelicam legem, in quâ continetur laus tua, ut confundas ac reprobes omnem mundi hujus philoſophiam, extollentem ſeipſam, & ſimplicitatem fidei irridentem, & omnem tyrannum ac perſecutorem fidei, &c.* Vide Hugonem Cardinalem in eundem Pſalmum. *inimicum appellat Antichriſtum, & complices ejus:* Si inimicus & ultor eſt Antichriſtus & complices, & deſtrui debent ac ac convinci per Eliam & Enoch (ut teſtatur S. Joannes in Apocalyp. cap. 11. verſ. 13.) Sanè infertur Vatem Regium per infantes & lactantes intellexiſſe duos illos teſtes & extremi judicii præcurſores, ſimplices habitu, victu, vitæ innocentiâ, morum integritate, modo loquendi, ſæcularis ſcientiæ ignorantiâ laborantes, qui nullam ſcientiam etiam acquiſitam divinorum myſteriorum noſtræ fidei habentes, ſed infuſam. Vel ſi nunc beatâ viſione fruantur, & per eam omnia illa myſteria vident in Verbo virtute illius convertent cor patrũ ad filios & cor filiorum ad patres eorum ipſumque Antichriſtum ac ejus falſa dogmata impugnabunt. De his & aliis vitis Apoſtolicis rectè Remigius Epiſcopus Antiſiodorenſis in illum Pſalmum. *Perfectam feciſti laudem tuam in hoc quod ad prædicandum no-* Remig. *men tuum, non potentes hujus ſæculi, non divites non ſapientes elegiſti, ſed ignobiles, pauperes & infantes, id eſt ineloquentes quantùm ad mundanam eloquentiam, ut fides credentium appareat eſſe in virtute tuâ, non in ſublimitate ſermonis. Et lactantium adeò infantium, ut lac ſugerent. id eſt ſimplicem doctrinam tuam nondum valentes capere*

ſolidum

Digitized by Google

ſolidum cibum divinitatis tuæ antequam Spiritus ſancti eruditione creſcerent in virum perfectum. Aliter lactantium, quanquam eſſent infantes quantùm ad humanam eloquentiam, tamen eſſent lactantes, ideſt apti ad inſtruendum parvulos Eccleſiæ. Et quod tales elegiſti, propter inimicos tuos feciſti. Inimici Dei ſunt omnes qui ſuam gloriã quærunt non Dei. Exponit quod dixit propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum, ſcilicet tuæ, & ultorem ſuæ laudis, ſcilicet Philoſophum, Iudæum carnaliter ſapientem, & hæreticum. Quia 1. *Corinth. cap.* 1. *Elegit Deus infirma mundi, ut confundat fortia, & ignobilia ut confundat nobiles, quæ ſtulta ſunt elegit, ut confundat ſapientes.* Elias & Viri Apoſtolici verè infirmi, nullo nobilitatis ſtemmate inſigniti, quaſi ſtulti. Undè Eliſeum quaſi amentem pueri Civitatis Bethel irrident, lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 23. *Aſcende cal-*
l. 4. Reg 2. v. 23. *ve, aſcende calve.* Et eodem lib. 4. cap. 9. verſ. 11. Servi Jehu loquentes de miniſtro Eliſei miſſo ut unge-
cap. 9. verſ. 11. ret Jehu in Regem. *Cur venit* (inquiunt) *inſanus iſte ad te.* Cajetanus. *Inſanum appellãt diſcipulum Prophetarum, eoquod profiterentur Prophetarum filii faturæ vitæ ſtudiũ, vacando divinis laudibus.* Sic reprobi teſtantur ſe non aliter æſtimaſſe juſtos quàm inſanos, & eorum vitam, & modum agendi & loquendi quàm inſaniam. *Nos inſenſati* (inquiunt Sapientiæ cap. 5.
Sap. c. 5. verſ. 4. verſ. 4.) *vitam illorum æſtimabamus inſaniam.* Dionyſius. *Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum. Quemadmodum lib. 4. Regum cap. 9. leguntur Principes dixiſſe ad Iehu de filio prophetarum miſſo ab Eliſeo. Quid venit inſanus iſte ad te? Nam carnalis homo non ſapit ea quæ ſunt Spiritus Dei, ſed ſtultitia eſt illi quod pertinet ad ſalutem. Hinc vitiis obtenebrati tranſitoria & ſenſibilia toto cupientes affectu eos deſpiciunt & irrident, quos vident talia aſpernari. Hinc juſtè in pſalmo* 43. *dicunt, Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus, commotionem capitis in populis, ſubſannationem & deriſum his, qui in circuitu noſtro ſunt, & in ſimilitudinẽ improperii, ideſt tantùm contempſimus eos velut miſerrimos, quod volentes alicui maledicere formam ſumpſimus maledicendi ex eis dicendo, accidat tibi ſicut Laurentio aut Vincentio. Nos inſenſati ideſt verâ & ſalutari ſapientiâ deſtituti, utpotè carnalia non divina ac ſpiritualia ſapientes, guſtantes, amantes; vitam illorum æſtimabamus inſaniam, idcircò dixit Ezechiel. cap.* 12. *Inſanis filiis Iſrael ego portentum veſtrum. Paulus quoque* 1. *Corinth. cap.* 4. *ſcribens. Tanquam purgimenta* (*inquit*) *hujus mundi facti ſumus omnium peripſema uſque adhuc. Ecce in quæ vaſa oleum ſuæ ſapientiæ infundit Deus, in eos ſcilicet, qui ſimplices erant, idiotæ, & quaſi inſani reputabantur.* Titelmanus in pſal. 8. *Per prædicationem Apoſtolorum, qui velutì ſimplices & pueri, ac juxta ſæculi* Titelm. *ſapientiam prorſus rudes habebantur, Evangelicam veritatem ubique terrarũ prædicare feciſti ad ſic confundendum atque convincendum per ſimplicium teſtimonia pravitatem & ſuperbiam Phariſæorum: deinde etiam dæmonum, atque ſæculi hujus potentum atque ſapientum, qui omnes adverſarios ſe exhibuerunt veritatis, & malos ultores, ideſt oppugnatores veritatis, vel vindicatores, & defenſores falſitatis.*

§. 2.

Si non immineat mortis diſcrimen idiota diſſerere & diſputare minimè debet cum Pagano vel Hæretico de noſtra Fidei myſteriis, niſi ſpecialiter Deus illi revelaverit.

SI diſputationem aggrediatur 1.
idiota ſine ſpeciali Dei inſtinctu vel prævio miraculo exponit Fidem noſtram riſui, ludibrio & contemptui, plurimoſque perverſionis periculo. At extra mortis neceſſitatem nulla neceſſitas poſtulandi miraculi adeſt: ſi verò tuam incapacitatẽ coram omnibus fatearis, aſſerenſque te eſſe incapacem ineundi diſputationem cum hæreticis vel infidelibus, nèmo illorum exiſtimabit noſtram fidem

fidem nullo fundamento niti, vel
illam contemnent, nec ſimplices Ca-
tholici à fide recedent, vel de illa du-
bitabunt. Etſi monitus ut diſputatio-
nem ineat, & in arenam deſcendat
recuſet, ex eâque repulsâ aliqui ſcan-
dalizentur erit ſcandalum Phariſæo-
rum ex malitiâ propriâ quàm fidelis
curare non debet, non verò ſcanda-
lum puſillorum, de quo ſcandalo fi-
delis curare debet, non verò de Pha-
riſaïco. Id totum innuit Chriſtus
Matthæi cap. 10. ubi promittit Diſci-
pulis & Viris Apoſtolicis miracula
& ſpecialem revelationem, non ubi-
cumque erunt, nec quando volue-
rint, ſed tantùm quando neceſſitas
urgebit, quando coram regibus, &c.
compellentur ſuæ doctrinę rationem
reddere, Matthæi cap. 10. verſ. 18.
Mat. 10. verſ. 18. *Ad Reges & Præſides ducemini propter
me in teſtimonium illis & gentibus. Cùm
autem tradent vos nolite cogitare quo-
modò aut quid loquamini, dabitur enim
vobis in illâ horâ quid loquamini.* Mar-
Mar. 13 verſ. 9. ci cap. 13. verſ. 9. *Et ante Reges &
Præſides ſtabitis propter me in teſtimo-
verſ. 11. nium illis*, verſ. 11. *Et cùm duxerint
vos tradentes, nolite præcogitare quid
loquamini, ſed quid datum vobis fuerit
in illâ horâ id loquamini: Non enim vos
Luc. 19. verſ. 12. eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus.* Lu-
cæ cap. 19. verſ. 12. *Trahentes ad Re-
ges propter nomen meum. Continget au-
tem vobis in teſtimonium, ponite ergò in
cordibus veſtris non præmeditari, quo-
modò aut quid reſpondeatis, ego enim
vobis dabo os & ſapientiam cui non po-
terunt reſiſtere & contradicere omnes
adverſarii veſtri.* Primò non dicit,
quando ante plebeios, & nullius au-
thoritatis comparebitis, vel ante a-
micos fideles, credulos, ſed *ad Reges
gentiles, Præſides Provinciarum à præ-
ſidendo dicti, & iſti conſtituebantur à
Romanis in diverſis Provinciis, ut illas
regerent, coram quibus Apoſtoli ſæpè
Toſtatus ducti ſunt & ab eis ad mortem damna-
ti, quia fidem Chriſti prædicabant,
cùm tradent vos, ideſt vinctos catenis
ducent coram judicibus interroga-
bunt vos de diverſis, & tamen nè ti-
meatis, quia ego dabo vobis reſponſum
ad omnia, etiam vobis nihil cogitanti-
bus de reſponſione, in illâ horâ quâ duce-
mini & interrogabimini dabitur vobis
reſponſum à Deo. Non timeatis quod non
loquemini vos, ſed alius pro vobis, ideſt
Deus loquetur per vos, qui eſt Pater
veſter.* Hæc Toſtatus in cap. 10. Matt.
quæſt. 96. illi ſubſcribunt Guilliau-
dus & alii.

Rectè Toſtatus animadvertit quod II.
Chriſtus non promiſit Apoſtolicis
Viris ſe daturum ſapientiam, & gra-
tiam reſpondendi, omni tempore
vitæ ſuæ, uno anno integro, vel men-
ſe, hebdomadâ, vel die, imò nec ho-
râ, ſed tantum illâ horâ, quâ coram
Regibus, &c. quâ urgente neceſsitate
de ſuæ religionis veritate diſputandū
erit. *In illâ horâ, quâ ducemini, & in-
terrogabimini, dabitur vobis reſponſum
à Deo non timeatis, &c.* Guilliaudus.
*In illa hora, ideſt oportuno tempore, &
cùm potiſſimum opus fuerit quid loqua-
mini, &c.* Idem Toſtatus in Matth.
cap. 10. quæſt. 102. *Si ducimur ad
confeſſionem fidei ante Præſides, non eſt
dubium, quin ſi bono animo eamus prop-
ter honorem Chriſti, ipſe nobis revelet,
quid reſpondeamus. Et quilibet in tali
caſu hoc confidere debet, aliàs modicæ fi-
dei eſſet, nec adhuc idoneus eſſet ad to-
lerandum martyrium pro Chriſto, cum
de eo tam parum confideret. Differt ta-
men inter nos & Apoſtolos quia illis non
ſolùm promiſſa eſt Dei aſſiſtentia ad reſ-
pondendum pro illis, ſed & vetitum fuit
eis cogitare quid reſponderent, quia age-
rent contra præceptum: nobis autem ſi
ducimur pro Chriſti confeſſione ante
Præſides licitum eſt prævidere quid reſ-
pondeamus, quia licet ſolis Apoſtolis hoc
fuit dictum, in multis aliis inventum eſt,
& generaliter in omnibus Martyribus,
quibus dabat mirabiles reſponſiones, ſic
patet de Stephano Actor. cap. 6. cùm diſ-
putaret contra Iudæos, nam dicitur
quod non poterant reſpondere Spiritui
qui loquebatur, ſcilicet per Stephanum,
ipſe tamen non erat Apoſtolus, & ideò
etiam ſic nobis fiet, ſi bono animo ad cō-
feſſionem nominis Chriſti inſtante tri-
bulatione accedamus, quia nunquam
deeſt in neceſſariis, & tamen confitentes
fidem forte neſcirent reſpondere ad omnes
cavillationes quæ ſibi fierent propter im-
peritiam vel turbationē, ideò dicendum
ſine dubio quod Chriſtus in talibus reve-*

lares quidquid reſpondendum eſſet, quod ſatis apparet ex geſtis omnium Martyrũ qui ita in omnibus mirabiliter reſpondebant. Expende illa verba: *Si ducimur ad confeſsionem fidei ante Præſides non eſt dubium, &c.* Quaſi diceret non ſemper Deus revelat quid reſpondeamns, nec fideles imperiti ſemper habent reſponſiones paratas, ſed tantùm, quando ducuntur ad confeſſionem fidei ante Præſides, non eſt dubium, quin ſi tunc animo bono eant propter honorem Chriſti, ipſe eis revelet. Undè meritò ſubjungit. *Et ideò etiam hoc nobis fiet, ſi bono animo ad confeſsionem nominis Chriſti inſtante tribulatione accedamus, quia nunquam deeſt in neceſſariis.* Idem habet tomo 5. in Matthæum in cap. 18. quæſt. 50. *Et licet quando Eccleſia eſt extra omnem neceſsitatem nemo debeat talia præſumere, quando tamen fuerit in neceſsitate, nemo quantumcumque parvus & inſipiens in Eccleſia deſperet ſibi dandum tantam ſapientiam, cui totus mundus reſiſtere non poſſet. Dabit enim gratiam miraculorum, & quidquid aliud conveniens ad defenſionem doctrinæ, quia ſollicitudo potiſsima ſibi incumbit. Nos autem miniſtri ſumus & faciemus quod nobis in mente dederit.* Expende illa verba. *Quando tamen fuerit in neceſsitate, &c.* Quaſi diceret in illâ horâ, quia neceſſitas urget, tempus oportunum & congruum hoc exigit. Undè ſubdit idiotam non debere hoc onns recuſare, quia Deus ſupplebit ejus infirmitatem, defectũ, inſipientiam. *Si ergò* (inquit) *talis proponatur ab infidelibus concertatio, non debent eam recuſare fideles, quia ſi recuſent deſerunt veritatem fidei, quoniam ipſi infideles, & etiam qui miniſtri ſunt in fide hoc videntes putabunt, aut non eſſe veram doctrinam iſtam, aut ſaltem eſſe dubiam, & ita perit authoritas & honor ſacræ doctrinæ: ideò peccant mortaliter, qui taliter veritatem iſtam deſerunt.* Quemadmodum Deus non defuit Eliæ comparenti coram rege Achab, & rege Ochoziâ, corã Achab miraculoſo cœleſtius igne emiſſo in ſacrificium. Ochoziæ verò prædicendo mortem, ejuſque duos quinquagenarios igne etiam cœleſti abſumendo, ita nec fidelibus imperitis in neceſſitate maximè mortis periculo ad diſputandum de fide adactis deerit.

§. 3.

Ejuſdem Argumenti Proſecutio.

1. QUamvis in Scholis Theologicis paſſim diſputetur an Deus ſit, an ſit unus, an ſit Trinitas Perſonarũ? An ſecunda Perſona procedat a Patre per generationem, non verò Spiritus Sanctus? An fuerit conveniens vel poſſibile Deum incarnari? an Chriſtus ſatisfecerit pro omnibus? an ſint ſeptem Sacramenta, & innumera hujuſmodi, nec talis materialis diſputatio ſit prohibita, quia uterque diſputans convenit in fide illarum propoſitionum, & agitantur ad ingenium exercandum & honoris gratiâ, ac in quæſtionem, non verò in dubium adducantur, modò Auditores non ſint ſimpliciores (tum enim illicita eſt diſputatio etiam materialis, imò & in Conventibus Religioſorum, & Concionibus, ubi etiam conveniunt ſimpliciores, ut notat D. Thomas 2. 2. quæſt. 10. art. 7. Valentia infra citandus. Tamen extra neceſſitatem & mortis diſcrimen diſputatio cum hæretico vel infideli ad convincendum adverſarium, vel ei perſuadendum, quod non credit eſſe verum, eſt laico fideli imperito planè prohibita, ita Bannes 2. 2. quæſt. 20. tract. 7. Cajetanus ibidem dubio 1. & 6. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 6. num. 9. Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſput. 2. puncto 4. num. 5. Suarez de fide diſp. 20. ſect. 1. num. 1. Valentia 2. 2. diſp. 1. quæſt. 10. puncto 4. concl. 2. Hic ex duplici capite ait eſſe illicitum, primò ſi ille indoctus ſit, & diſputet cum hæretico: nam tunc diſputando plus nocet, quàm proſit. Quod attigit D. Thomas eadem quæſt. artic. 7. requirens in diſputante ſufficientem doctrinam & innuere videtur Apoſtolus ad Titum cap. 1. docens quod

oporteat Epiſcopũ amplecti eum qui ſecundùm doctrinam eſt fidelem ſermonem. (*Tit. c. 1. verſ 9.*) *Vt poſsit exhortari in doctrinâ ſana, & eos qui contradicunt arguere.* Secundò, ſi is qui diſputat ſit laicus, laicus enim prohibetur diſputare & quidem ſub pœnâ excommunicationis ab Alexandro IV. in cap. *Quicumque, §. inhibemus de hæreticis in 6.* & a Gregorio IX. in extravaganti quę incipit. *Inhibemus quoque nè cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè vel privatim de fide Catholicâ diſputare, qui verò contra fecerit excommunicationis laqueo innodetur.* Doctores tamen notant hanc cenſuram non incurri ipſo facto, ſed poſt ſententiam. Tamen Sanchez lib. 2. Summæ cap. 6. num. 3. Suarez de fide diſp. 20. ſect. 1 num. 12 Sa verbo *fides*, num. 3, Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſput. 2. puncto 4. num. 4. Coninck de fide diſp. 18. num. 145. docent eſſe peccatum mortale, quia fidei bonum exponitur ludibrio, vel exponunt ſimplices defectioni à fide, vel dubitationi de fide, vel quia ex diſputatione laicorum ſæpè rixæ & contentiones oriuntur.

II. Valentia 2. 2. diſp. 1. quæſt. 10. puncto 4. concluſ. 2. Sanchez lib. 2. Summæ cap. 6. num. 7. Suarez de fide diſp. 20. ſect. 1. num. 11. Caſtropalaus tomo 1. tractat. 4. diſpus. 2. punct 4. num. Arragonius 2.2. quæſt. 10. art. 7. notab. 2. Cardinalis Lugo diſp. 22. ſect. 5. num. 142. Coninck diſp. 18. num 147. Hurradus diſp. 74 §. 23. docent in caſu magnæ neceſſitatis vel utilitatis, & defectu Clerici docti licere laico docto diſputare, imò etiam maximè ſi tyrannus cogeret ad diſputandum, ſi ſimpliciores ſint ab infidelibus ſeducti vel ſollicitati ſint, vel poſſint facilè ſollicitari, ut accidit in locis hæreticorum, tunc inquam licet coram talibus de fide diſputare & expedit: nam tenetur ratione charitatis fidei & religionis ſuccurrere proximo in neceſſitate exiſtenti, & Eccleſiæ defendendo fidem, vel oppugnando infideles defenſione 1. Petri cap. 1. *Parati ſemper ſatisfactionem reddere omni poſcenti, vos de eâ quæ in vobis eſt fide.* De oppugnatione ad Titum cap. 1. *Vt ſit potens exhortari in doctrinâ ſanâ, vel eos qui contradicunt arguere.* Sic Elias redarguit prophetas Baal lib. 3. Regum cap. 18. Sic eſto ſecundùm aliquos de quibus infra, defectu ſcientiæ, ſicut ſancta Catharina quamvis eſſet laica ſuperavit philoſophos, ſicut S. Stephanus Diaconus coram Judæis Act. cap. 6. & 7. diſputavit, ſicut & S. Paulus Actor. cap. 9. *Invaleſcebat & confundebat Iudæos, & loquebatur gentibus, & diſputabat cum Græcis.* D. Chryſoſtomus in opere imperfecto in Matthæum homilia 25. huic opinioni ſuffragari videtur. *Sicut Sacerdos debitor eſt, ut veritatem quam audivit à Deo liberè prædicet. ſic laicus debitor eſt ut veritatem quam audivit quidem à Sacerdotibus probatam in ſcripturis defendat fiducialiter, quid ſi non fecerit proditor eſt veritatis. Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.* (S. Chryſoſtomus) Expende illa verba *quod ſi non fecerit proditor eſt veritatis.* Alludere videtur ad Judam proditorem Domini ſui qui Joannis cap. 14. de ſe dicit. *Ego ſum via, veritas & vita.* Quemadmodum enim ille perfidus tradidit Chriſtum ligandum ab hoſtibus ſuis, ita laicus auditam veritatem non defendens contra hæreticos illam dilaniandam exponit & prodit, maximè in locis, in quibus frequentes ſunt hæretici, & ubi per conſuetudinem contrariam jus poſitivum nullius roboris eſſe videtur, ut docent Valentia 2. 2. diſput. 1. quæſt. 10. puncto 4. concluſ. 2. & alii communiter.

III. Si adſit Sacerdos laicus aggredi non debet, niſi ab eo rogetur, vel præcipiatur, ita Caſtropalaus tomo 1. quæſt. 4. diſp. 2. puncto 4. num. 7. Suarez de fide diſp. 20. ſect. 1. n. 11. Quia quamvis ex S. Leone I. epiſt. 62. cap. ultimo, & cap. *Cùm ex injuncto*, & cap. *Sicut in uno de hæreticis*, laico quãvis doctiſſimo docere & prędicare prohibitum ſit, tamen ſi Sacerdos eum committat, ſeu permittat concionari id munus obire poterit ſecundùm Navarrum conſil. 7. numer. 3. de offic. deleg. lib. 1. Baldellus tom. 1. lib. 1. diſp. 1. num. 11. & 13. notans

Epiſcopos

Epiſcopos non poſſe prohibere Religioſis quominus permittant aliquos laicos aliaqui ſufficientes interdum diſſerere de rebus, & prædicare in ſuis Oratoriis, cùm hæc permiſſio & conceſſio illis competat de jure communi ex cap. Mulier, 23. *diſt.* Si igitur laicus permittente Sacerdote poteſt diſſerere de rebus piis, & prædicare, poterit etiam diſputationem laico docto permittere; cum diſputando doceat. Cardinalis Lugo diſp. 22. num. 140. Hurtadus de fide diſp. 74 §. 24. negant paritatem. Quamvis enim poſſit Sacerdos permittere concionem alicui laico, non tamen diſputationem, tùm quia major ſcientia deſideratur in diſputante quam in prædicante, tùm quia prædicatione non tanto periculo, riſui, perverſioni exponitur fides, quanto per diſputatione. Nihilominus ſi ea doctrina, imò major reperiatur in laico quàm in Sacerdote qui communiter diſputat, diſputatione factâ à laico docto ut ſupponitur ceſſabit ejuſmodi periculum.

IV. Fateor plurimos graves Authores eſſe, qui conſtanter negent licitum eſſe laicis quibuſcumque etiam peritiſſimis diſputare cum hæreticis etiam permittente Sacerdote, ita Suarez de fide diſp. 20. ſect. 1. num. 11. Arriaga 2. 2. tractat. de fide diſput. 23. ſect. 2. num. 18. Coninchus diſp. 18. numer. 145. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 6. num. 5. Azorius part. 1. lib. 8. num. 26. quæſt. 1. Navarrus conſil. 24. num. 2. de hæret. lib. 5. & in manuali cap. 11. numer. 27. Albertinus de agnoſc. affect. hæret. quæſt. 13. n. 5. Pegna 1. part. direct. com. 25. Francus in cap. *Quicumque*, §. *inhibemus*, de hæreticis in 6. Tamen probabilius ſentiunt Cajetanus 2. 2. quæſt. 10. artic. 7. dubio 1. Bannes ibidem, Hurtadus de fide diſp. 14. § 39. Ledeſma tomo 2. ſummæ tract. 1. cap. 5. concluſ. 13. & alii docent licere laico doctiſsimo in caſibus præfatis diſputationem inire cum hæreticis, nonobſtante lege citatâ in cap. *Quicumque*, *&c.* quia ideò hæc lex prohibet diſputare, quia laici ut plurimùm ſunt indocti, at in caſu præſenti ceſſat finis illius legis, patet etiam ex praxi. Deindè licet ſæcularibus laicis doctiſſimis ſcribere in materiâ fidei, & refutare ſcripto argumenta hæreticorum, igitur & diſputare de fide, ac fidei dogmata pertractare, maximè ſi abſint contumeliæ, & verba contentioſa; & laicus ſit vitæ irrepræhenſibilis, ac probis moribus præditus. Nam impudicus non poterit perſuadere Hæretico quod fornicatio ſit peccatum. *Cùm vita deſpicitur, conſequens eſt, ut ejus prædicatio contemnatur;* inquit Benedictus II. in extravagante. *inter cunctas.* §. *Verum quia*, de privilegiis inter communes.

V. A fortiori laici Religioſi poſſunt diſputare cum hæreticis, ita Suarez de fide diſp. 20. ſect. 1. num. 10. Sanchez lib. ſummæ cap. num 6. Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſp. 2. puncto 4. numer. 4. Baldellus tomo 1. lib. 1. diſput. 21. num. 7. Cardinalis Lugo diſp. 22. num. 138. quia hi non comprehenduntur ſub nomine laici propriè dicti, cùm ſint ſimpliciter perſonæ Eccleſiaſticę, & tantùm dicatur laici ſecundùm quid, jam addito (Religioſi) at lex pœnalis, & quæ aliquid prohibet eſt ſtrictè accipienda, nec ex identitate rationis debet ultra proprietatem verborum extendi. Deindè ceſſat in laicis Religioſis motivum prohibitionis ſcilicet indecentia quæ in Religioſo laico docto non eſt. Denique pro hac veritate militat opinio eorum qui aſſerunt Eliam fuiſſe quidem Religioſum (quos refert noſter Lezana tom. 1. annalium apparat. cap. 4. num. 6. & cap. 5. per totum.) Sed laicum non verò Sacerdotem ut probare conatur Camattus lib. de geſtis Eliæ cap. 3. ſect. 7. & ſect. 20. aſſerens Eliam obtuliſſe ſacrificium in Carmelo non ordinatiâ poteſtate, quæ penes Sacerdotes remanet, ſed extraordinariâ, & ex privilegio, & tamen in Carmelum Baalitas ad diſputationem fidei coram Aula Regiâ Achabi, & omni populo provocat, & fœliciſſimè de illis triumphat, populumque ad veræ religionis profeſsionem reducit. A fortiori diſputare poſſunt cum hæreticis Religioſi, qui ex vi ſuæ profeſſionis ordinantur ad ſtudia Theologica, & ſacros ordines,

licet

licet careant ordinibus, tamen quia paſſim nominantur Clerici, & ex vi ſuæ profeſſionis ad Clerum pertinent.

VI. Undè nè diſputatio eum hæreticis temerè inſtituatur à docto, alia doctrina prærequiritur in eo qui diſputaturus eſt cum hæretico, alia cum perito & ſagaci quales ſunt aliquando Miniſtri, alia quando diſputandum coram doctis, alia coram populo, alia de ſolâ Scripturâ. Diſpntaturus eſt cum hæretico, alia cum ſimplici hæretico prævidere debet, an in ſuâ hæreſi & infidelitate ſit obſtinatus & cum eo diſputationem aggredi non debet, ut fusè docet Tertullianus lib. de præſcript cap. 15. & ſeqq. Dicet aliquis, cnr igitur Elias provocavit Baalitas cùm ſciret eos eſſe obſtinatiſſimos, & à cultu Baal nunquã diſceſſuros? Licet cum obſtinatis hæreticis diſputare quando neceſſitat urget ut infidelis convictus & confuſus fideles moleſtare & ſeducere deſinat, ita ſe geſſit Elias. Deindè id præſtare licet optimo loco & tempore ad confirmandos fideles, ut visâ infidelis confuſione fideles conſtantiores in fide perſiſtant.

S. Bernardus.

Etſi (inquit D. Bernardus ſerm. 64. in Cantica) *non ſurgat ex fæce Eccleſia, tamen confirmatur in fide.* Patet id lib. 3. Regum cap. 18, ubi populus animadvertens cœlitus ignem emiſſum in ſacrificium Eliæ, non verò in victimam Baalitarum, imò pertinaces in ſuâ infidelitate permanere, verſ. 39.

l. 3. Reg. 18. v. 39

Quod cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. A fortiori diſputare licet cum hæretico datâ opportunitate, ſi ſperet diſputans quod reſipiſcet. Ita Thomas à Jeſu Mariâ de converſione gentium lib. 6. part. 2. cap. 2.

VII. Quod ſi ex illâ diſputatione nullus fructus expectetur, & Catholicus provocetur ab hæretico, vel hæreticus aliquid proferat vel faciat contra fidem Catholicam, fidelis tunc diſputando & confutando eum ſuis rationibus non offendit, quia tunc non eſt auctor illorum actuum infidelitatis, quos hæreticus actu exercet & exercuiſſet Catholico ſilente. Quod autem contra ejuſmodi obſtinatum in tali caſu poſſit diſputare patet ex eo, quia diſputat ut eum à peccato removeat. Deinde licet blaſphemantes corrigere, quamvis ex illâ correctione nulius ſperetur fructns. Divus Ambroſius ſerm. 3. in Dominicam ſextam poſt Epiphaniam affert exemplum Patris, omnes filios tam bonos, quàm malos, tam dociles quàm contumaces reprehendentis

S. Ambr.

Omnes filios æqualiter diligit Pater, & indulgentia eſt pro diverſitate morum exhibere pietis affectum, ut blandum filium exhortatione provocet, contumacem auſteritate conveniat, de utriuſque correctione ſecurus, quoniam hunc amore verberat, illum ſeveritate caſtigat. D. Bernardus ſerm. 2. in die Apoſtolorum Petri & Pauli afferr illud qnod Lucæ cap. 13. refertur de ficulneâ infructuosâ.

S. Bernardus.

Neceſſe habeo interdum circumfodere, quia poſuerunt me cuſtodem & cultorem in vineis. Moleſtum eſt quidem, ſed diſſimulare non audeo: ſciens multò amplius ſecurim nocituram quàm ſurculum, ignem quàm fumum, itaque & arguere & increpare interdũ neceſſe eſt, nec ignoro ſimum eſſe verbum increpatorium, verbum improperii. Quibus verbis innuunt præfati Patres non eſſe ſemper ſilendum quamvis peccans ſit contumax & infructuoſus.

VIII. Quod ſi hæreticus nihil contra fidem vel obloquatur, vel operetur, nec ex diſputatione cum illo facienda ullus ſperetur fructus, tunc illum fidelis provocans ad diſputandum, ſecundùm Suarez diſput. 20. ſect. 1. num. 13. Sanchez lib. 2. cap. 6. numer. Valentia 2. 2. diſp. 1. quæſt. 10. puncto 4 concluſ. 1. Peccat venialiter, quia producit actum otioſum. Sed Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſp. 2. pnncto 4. nnm. 2. docet offendere mortaliter. Quia ex charitate fidelis tenetur impedire nè aliquid committatur contra fidem. At tunc hæreticus obſtinatus multos actus infidelitatis exercet quos non exerceret niſi foret provocatus ad diſputandũ.

IX. Si diſputandum ſit cum hæretico in ſuis dogmatibus verſatiſſimo, ut ſunt in Germaniâ, Hollandiâ, Genevæ, &c.

tunc

tunc provocatus ad diſputandum nō deſcendat in arenam niſi ſit peritiſſimus, ita concluſit Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ & univerſalis Inquiſitionis habita coram Sanctiſſimo Urbano VIII. die 25. Julii 1630. ubi quæſtioni propoſitæ an diſputandum eſſet de fide cum infidelibus provocantibus ad diſputandum, reſpondit. *Diſputatio de rebus fidei laicis eſt prohibita, Sacerdotes niſi valdè periti, ex conſilio debent ab ea ſe abſtinere, excuſando ſe bonis verbis, & prætextibus.* Dicit. *laicis eſt prohibita*, ſcilicet modo præfato. Deindè ait, *valdè periti.* Quod intelligendum eſt maximè quando provocantur à Miniſtris Hæreticorum.

X De auditoribus etiam diſtinguendum eſt: nam ad eorum captum reſpondere debet: ita ut ſi rudes ſint auditores nec Catholicus diſputans facilitatem non habeat, quâ ſe eorum captui accommodet, ſatius eſt ei abſtinere, & diſputando peccat, quia hæreticorum objectiones poſſunt à plebecula imperita facilè percipi, eorum autem ſolutio non ita facilis eſt, ut poſſit ab illa ſimplici turba concipi, quare peccat Catholicus carens iſtâ facultate ſe explicandi ad captum plebis tali diſputationi ſe exponens. Quia infidelium argumenta facilius ab illâ percipiuntur quàm ſolutiones fidelis diſputantis, qui licet in controverſiis fidei verſatiſſimus ſit, tamen quia non ita clarè & explicitè ſuas deducit reſponſiones ut ab auditoribus ſimplicibus, & idiotis audiatur, potiùs peccat quàm mereatur, quia illis potiùs nocet quàm proſit, cum ſuâ obſcuritate potiùs materiam perverſionis, vel ſaltem dubii in fide relinquat quàm conſtantiæ & perſeverantiæ. Vide D. Thomam 2. 2. quæſt. 10. art. 7. Cajetanum & Bannem ibidem, Suarem de fide diſp. 20. ſect. 1. num. 14. Coninck diſput. 18. numer. 139. Caſtropalaum tomo 1. tract. 4 num. num. 9. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 6. numer. 10. Azorium parte 1. lib. 8. cap. 26. quæſt. 1. Baldellum tomo 1. lib. 1. diſput. 21. numer. 20, Valentiam 2. 2. diſp. 1. quæſt. 10. puncto 4. concluſ. 3. docentes frequenter peccare mortaliter, quia eſt frequentius periculum perverſionis, & rarò ita clarè & explicitè reſpondetur ſophiſmatibus hæreticorum, quin ſimplicibus relinquatur aliquis diſputationis locus. Quare ab ejuſmodi diſputationibus & controverſiis caveri debet non tantùm in publicis Congregationibus, Concionibus, ſed etiam in Conventibus Religioſis, ubi multi ſimplices reperiuntur. Audi Valentiam loco citato. *Si auditores fuerint ſimplices, illicita eſt plerumque diſputatio, ex hac parte ut rectè probat D. Thomas, adeò ut neque formaliter, neque materialiter, exercitii videlicet, & honoris causâ coram his diſputandum ſit. Nam ſemper imminet periculum ex relatione argumentorum erroris, maximè cùm ferè eorum vim ſimpliciores faciliùs percipiant quàm ſolutiones, ut rectè hic Cajetanus advertit, qui conſequenter benè admonet cavendum eſſe ab hujuſmodi diſputationibus in Conventibus Religioſorum, & in Concionibus, ad quas ſolent etiam ſimpliciores venire. Niſi fortè, inquit Cajetanus, aliquis eſſet Doctor adeò excellens ut poſſet omnia commodiſſimè ſolvere & explicare etiam ſimplicibus. Sed tales rarò admodùm ſunt.* Gregor. à Valentia. Si tamen plebs nimis credula & ſimplex ab infidelibus ſit ſollicitata, vel facilè ſollicitari poſſit, ut paſſim fit in Germaniâ, Hollandiâ, & aliis locis Hæreticorum, tunc non tantùm licet coram illis diſputare, ſed tenentur Miſſionarii, & alii quibus incumbit id præſtare ſi in illâ diſputatione ſperent aliquem fructum reportare, ita Suarez de fide diſp. 20. ſect. 1. numer. 14. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 6. numer. 10. Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſput. 2. puncto 4. numer. 9. Eymeraus in Direct. Inquiſit. part. 1. quæſt. 10. num. 3. & 4. D. Thomas 2. 2. quæſt. 10. art. 7. *ſimplices aut ſint ſollicitati*, ſivè pulſati ab infidelibus, puta Judæis vel hæreticis, ſivè paganis nitentibus in eis corrumpere fidem, aut omninò non ſunt ſollicitati ſuper hoc, ſicut in terris, in quibus non ſunt infideles. In primo caſu neceſſarium eſt publicè diſputare de fide, dummodò inveniantur aliqui ad hoc ſufficientes & idonei

idonci, qui errores confutare poſſint. Per hoc enim ſimplices in fide confirmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas, & ipſa taciturnitas eorum, qui reſiſtere deberent pervertentibus fidei veritatem eſſet erroris confirmatio Undè S. Gregorius in 2. part. Paſtor. cap. 4. *Sicut* (inquit) *incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant in errore derelinquit.* Illi ſubſcribit Valcutia ſupra puncto 4. concluſ. 3. & hujus officii exemplo profert Eliam lib. 3. Regum cap. 18. ubi redarguit Baalitas, & in verâ fide confirmat populum vacillantem.

XI. Quod ſi periculoſum eſt diſputare coram populo ſimplici & imperito, non minus ſanè cavendum eſt illas diſputationes aggredi coram Principibus Catholicis Baronius anno 629. §. 4. refert has diſputationes regnis exitium attuliſſe, quod probat exemplo Conſtantii Valentis, Theodoſii Junioris, Juſtiniani, & Heraclii Imperatorum. Undè concludit. *Hinc quidem omne proveniſſe malum principibus Chriſtianis, &c. Ipſa eventa declarant.* Nec eſt, quod quis contra nobis obiiciat colloquium Fontis-Bellaquæi ab Eminentiſſimo Cardinale Peronio, tunc Epiſcopo Ebroicenſi, poſtea ad Archiepiſcopatum Senocenſem evecto, & de Eccleſiâ optimè merito, celebratum anno Domini 1600. die 4. Maii coram Henrico IV. Rege Galliæ & Navarræ, cunctiſque Principibus ac Proceribus Regni. In hoc enim non tam diſputatum eſt de fide, quàm falſitates, impoſturæ, errores, mendacia Philippi Mornæi in citandis Scripturæ locis, & palam teſtimoniis exhibita ſunt. Undè cùm impoſtor ille & falſarius deprehēſus ac cōvictus fuiſſet, ita erubuit, ita doluit, ſeu potius in tantam rabiem abreptus eſt, ut parùm abfuerit, quin efflaret animam. Mortuo enim potius ſimilis quā vivo apparuit, & ab univerſo conſenſu illo procerum exſibilatus fuit, ita ut de eo dici meritò poſſet, quod ſcribit S Auguſtinus lib. 5. Confeſſ. cap. 8. de Fauſto Manichæo. *Illis videbatur prudens & ſapiens, quia delectabat eos loquens, &c. Ubi cum illo familiariter contuli & accipiendo ac reddendo ſermonem, &c. expertus ſum prius hominem expertem liberalium diſciplinarum, niſi Grammaticæ, atque ejus ipſius uſitato modo. Et quia legerat aliquas Tullianas orationes, & pauciſſimos Senecæ libros, & nonnulla Poetarum & ſuæ ſectæ, ſi qua volumina Latinè atque compoſita conſcripta erant. Et quia aderat quotidiana ſermocinandi exercitatio, indè ſuppetebat eloquium, quod fiebat acceptius, magiſq; ſeductorum moderamine ingenii, & quodam lepore naturali.* Talis erat Philippus Mornæus apud ſuos, & nonnullos Aulicos, qualis Fauſtus apud Manichæos, quales Pſeudoprophetæ Baal apud Achab & aliquos Aulicos ejus auſpice impiâ Jezabele. Ille inter alia dogmata aſſerebat notos eſſe Deo ſuos, notam Deo (ut Eliæ tempore) Eccleſiam ſuam, licet Prophetæ Eliæ ignotam, quaſi in deſertum volaſſet. Nihilominus contendebat ſuam Eccleſiam reformatam eſſe Eccleſiam Chriſti in Apocalypſi capite 12. per illam mulierem, cui datæ ſunt alæ duæ aquilæ, verſ. 14 *ut volaret in deſertum.* Sed in hoc plurimùm fallebatur, aliosque fallebat. Quamvis ſanctus Parens Elias ſciret univerſos Regni Iſraelitici incolas ſub cruenta Achab & Jezabel perſecutione à verâ religione defeciſſe, & ad cultum Baal converſos, nihilominus ſciebat ſuam fidem eſſe verā, ac Deum Abraham, Deum Iſaac, Deum Jacob eſſe verum & unicum Deum, ejuſque Eccleſiam eſſe ſanctam, quia erat antiqua, & tunc in Tribu Juda & Benjamin ſub Regibus Aſa & Joſaphat fidelibus Dei cultoribus adhuc vigebat ac florebat, in quorum ditionibus ritus ſacri per Moyſē à Deo inſtructi celebrabantur, ac ritè ſervabantur. Ubi etiam Sacerdos Magnus præerat Religioni, ac iis omnibus quæ ad cultum Divinum ſpectabant. Cœteri verò Sacerdotes ac Levitæ munia ſua in templo per vices ſuas obibant. Quamvis prælatus Propheta ſæviente perſecutione ignoraret quot Divini Numinis cultores in Regno Iſrael ſupereſſent, ut poſtea Deo revelante novit. Sciebat nihilominus eos omnes eſſe ſanctæ

S. Auguſt.

Eccleſiæ veri Dei alumnos, qui in victimis, immolationibus, libaminibus, holocauſtis, hoſtiis pacificis, hoſtiis pro peccato, jugi ſacrificio, agno Paſchali, ſacrificiis aliarum ſolemnitatū, igne ordinato pro ſacrificiis, in ritu circumciſionis, purificationibus, ab immunditiâ legali, diſcretione ciborum mundorum ab immundis, in obſervatione Sabbathi, & aliorum feſtorum ſolemnitatibus Moyſi adhærebant. Certum enim eſt plurimos tunc in Iſrael in fide Patriarcharum ac legis obſervatione conſtanter perſeveraſſe. Quemadmodum legimus de Tobiâ cap. 1. verſ. 5. *Cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam* Tob. c. 1. verſ. 5. *lib 3. Regum cap. 12. Fecerat Rex Iſrael, hic ſolus fugiebat cōſortia omnium, & pergebat in Ieruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael, omnia primitiva ſua, & decimas ſuas fideliter offerens.* Sic quamvis non certò cognoſcamus eos fideles in illis regionibus ubi ſævit perſecutio, tamen nobis conſtat eos qui primatum Romani Pontificis, ejuſque Religionem profitentur eſſe alumnos veræ & ſanctæ Eccleſiæ à Chriſto fundatæ: Calviniſtas verò & Lutheranos non magis ad Eccleſiam Chriſti pertinere quàm tunc Achab, Jezabel & Baalitas, qui relictâ Synagogâ & lege Moſaicâ invexerant idololatriam, cui hæreſis affinis eſt.

XII. Tertull. In diſputationibus licitis de ſolis Scripturis non eſſe diſputandum monet Tertullianus lib. de præſcript. cap. 15. *Alius manu ſcripturas, alius ſenſu expoſitiones intervertit, &c.* Refert rationes cur cum Hæreticis non ſit de Scripturis diſputandum, primò propter periculum: Nam *in primo congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo dimittunt.* Deindè quia ejuſmodi diſſertatio eſt infructuoſa. *Deindè quoniam nihil proficiat congreſſio Scripturarum, niſi planè ut aut ſtomachi quis ineat everſionem, aut cerebri.* Tertiò, quia eſt prohibita. *Fides noſtra obſequium Apoſtolo debet prohibenti quæſtiones inire, novis vocibus aures accommodare, hæreticum poſt unam correptionem convenire, non poſt diſputationem.* Nam ad Titum cap. 3. verſ. 10. *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita.* Dicit *correptionem*, non diſputationem, ut innuat non licere cuilibet cum hæretico diſputare, imò nemini de Scriptura. Tertulliano ſubſcribunt D. Auguſtinus epiſt. 157. & lib. 13. contra Fauſtum cap. 12. Vincentiùs Lirinenſis lib. de profanâ hæreſeon novitate.

XIII. Et concludunt convincendos hæreticos per traditiones. Idem aſſerit Lucifer Calaritanus lib. de non communicando cum hæreticis. D. Ambroſius & D. Chryſoſtomus in cap 3. epiſt. ad Titum. D. Cyprianus epiſt. 55. Origenes in cap. 6 epiſt. ad Rom. D. Auguſtinus lib. 10. de Geneſi ad litteram cap 23. & lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 24. docent Baptiſmum parvulorum eſſe Apoſtolicam traditionem. Idem D. Auguſtinus lib. 28. contra Fauſtum cap. 2, negantem Evangelium Matthæi eſſe ab ipſo conſcriptum docet non poſſe probari niſi ex traditione, quæ ab Apoſtolicis Sedibus uſque ad præſentes Epiſcopos certâ ſucceſſione pervenit. Idem lib. 4. contra Donatiſtas cap. 6. ait Baptiſmum collatum Hæreticis repetendum non eſſe ex Apoſtolorum traditione, licet in eorum litteris non inveniatur. Idem epiſt. 118. cap. 1 innuit Domini Paſſionem, Reſurrectionem, Aſcenſionem in cœlum, & Adventum Spiritus ſancti de cœlo anniverſariâ ſolemnitate non ſcriptâ, ſed traditâ obſervatione celebranda. Et cap. 6. dicit ab Apoſtolis non jejunis Euchariſtiæ Sacramentum fuiſſe receptum: tamen placuiſſe Spiritui ſancto in honorem tanti ſacramenti à jejunis ſemper accipi, & hunc morem per univerſum orbem obſervari.

XIV. Traditionem tempore Eliæ viguiſſe colligitur ex lib. 4. Regum cap. 4. verſ. 23. ubi cùm Sunamitis in l. 4. Reg. 4. v. 23. Carmelum pergere vellet ut Eliſeum pro filii ſui ſuſcitatione mediatorem interpellaret. *Quam ob cauſam* (inquit maritus) *vadis ad eam hodie non ſunt calendæ neque ſabbathum.* Ideſt non eſt hodie dies feſtus ut more tuo ad Carmelum pergas. Dionyſius. *In*

Calendis

Dionyſ. *Calendis, ſeu exordiis menſium, & ſabbathis, tanquam in feſtis diebus ſolebant Iudæi ire ad audiendum doctrinam Scribarum & Phariſæorum ac Prophetarũ.* Toſtatus in lib. 4. Regum cap. 4. Toſtatus quæſt. 30. *Dies Sabbathi & Calendarum erat dies quietis, quia ceſſabant homines à laboribus, & tunc conveniebant multi ad Doctores legis, vel ad Viros ſanctos, ut audirent ab eis doctrinam legis, vel verbum ſacræ admonitionis. Sic enim erat Eliſeus, ideo in diebus Sabbathorum & Calendarum conveniebant multi ad eum de locis circumvicinis ad audiendum verbum ejus. Et ſic ſubintelligendum eſt, quod ſæpè iſta mulier iviſſet ad audiendum Eliſeum in monte Carmeli in diebus Sabbathorum vel Calendarum, ideò dixit vir ſuus non ſunt hodie Calendæ nec Sabbathum. Sciendum autem quod iſta conſuetudo incepta ab antiquiſſimis inter Iſraelitas, ſemper duravit inter eos quamdiu duravit ſtatus Iudaicus; ſcilicet, quod Hebræi non haberent niſi unicum templum in totâ terrâ Iſrael, in quo fierent ſacrificia & oblationes, & alia ceremonia legis, ut patet Levitici cap. 17. & Deuter cap. 12. tamen in ſingulis locis terræ Iſrael erat una domus ſacra, quæ vocabatur Synagoga, & ad illam conveniebant in diebus Sabbathorum, & aliis feſtivitatibus omnes Hebræi illius loci, & ibi audiebant verbum Dei ab aliquo legis Doctore, & non fiebant ibi aliqua ſacrificia, nec ceremonia legis, ſed ſolùm orationes & ſermones ad populum.* Et quæſt. 31. In fine ait quod ad illas Synagogas. *Solum poterant convenire in Sabbathis & Calendis, in quibus non obligabantur ire ad Sanctuarium, & ob hoc vir dixit ad uxorem, non ſunt hodie Calendæ, nec Sabbathum: quaſi dicat quod ſolùm in his diebus conveniant homines ad Viros Dei & ad Prophetas, & ad peritos ad audiendum doctrinam legis.* Similia habet in quæſtionibus ſequentibus. Quid per Verbum Dei, verbum ſacræ admonitionis, doctrinam Scribarum ac Prophetarum, doctrinam legis, ſermones ad populum intelligit? non tantùm Scripturam Sacram ſeu legem ſcriptam, ſed etiam traditionem, ſeu non ſcriptam. Quod ut melius intelligatur ſcribit Galatinus lib. 1. cap. 1. Hebræos ſtatuere duplex dogmatum genus; primum vocatur *Tora ſcebiſchetub*, ideſt lex ſcripta: alterum *Tora ſcebealpe*, ideſt lex tradita ſeu legis explanatio, quam dicunt fuiſſe à Deo Moyſi ſimul cum lege in monte Sinai traditam. Hæc legis explanatio intelligitur per doctrinam legis, doctrinam Scribarum ac Prophetarum, &c. ex variis talmudicis, Rabbi Moyſe Ægyptio. Idem Galatinus colligit fuiſſe à Moyſe poſteris communicatam, ita ut Moyſes eam tradiderit Joſue, Joſue Phinees, Phinees Heli, Heli Samueli, Samuel Davidi, David Achiæ, Achias Eliæ, Elias Eliſeo, Eliſeus Joiadæ Pontifici, Joiadas Zachariæ, Zacharias Oſee, Oſee Amos, Amos Iſaiæ, Iſaias Micheæ, Micheas Joeli, Joel Nahum, Nahum Habacuc, Abacuc Sophoniæ, Sophonias Jeremiæ, Jeremias Baruch, Baruch Eſdræ; &c. Prædicta autem Mulier in Calendis & Sabbathis ibat in Carmelũ ubi erat Oratorium ab Eliâ ædificatum, ut ſcribit noſter Lezana tomo 1. Annalium anno mundi 3128. ante Chriſtum 925. in quo Prophetici inſtituti alumni ad laudes Dei concinendas ſolent congregari. Quod Oratorium dicebatur *Sennion. Quoniam* (inquit Joannes Jeroſolymitanus lib. de inſtitut. Monachor. cap. 19.) *Elias & ejus diſcipuli de eorum tabernaculis & ſpeluncis egredientes ad domum illam honeſtè tribus vicibus quotidie conveniebant;* Ioan.44 *non quidem ad refectionem corporalem, vel ad aliqua corporis miniſteria peragenda, ſed ad Creatorẽ omnium litaniis & orationibus ſuppliciter placandum, & ut unuſquiſq; eorum cum Propheta diceret Pſalm. 54. Veſpere, mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem. Conveniebant namq; in unum, ad pſalmos, cantica, & hymnos corde & ore, ac cum inſtrumentis muſicis in laudem Dei canendis: ad volumina quoque legis & Prophetarum à Patre eorum audienda, paritérq; legenda: in quorum diſciplinis atque exercitiis inſtituti ad perfectam, beatamq; vitam ſtudiis jugibus in eremo Carmeli coaleſcebant ſecundùm formam vitæ Monaſticæ per Deum creditum Eliæ.* Idem habet cap. 25. Expende illa

illa verba, *ad volumina quoque legis & Prophetarum à Patre ſeorum audienda.* Quibus innuit legis expoſitionem ſolitam fieri ab Eliâ & Eliſeo, ita ut Carmelus eſſet quaſi ſchola ſeu domus conſeſſus, domus doctrinæ, in quem conveniebant Prophetarum filii, non tantùm orationis, ſed etiam concionis gratiâ, & quæ à Patribus per traditionem accepiſſent, cum ſcripturæ explanatione referrent, ut patet ex his ultimis verbis *ſecundùm formã vitæ monaſticæ per Deum traditam Eliæ.* Hæc forma eratnè ſcripta? Minimè, ſed quam Eliſeus audierat ab Eliâ, eam ipſe Eliſeus declarabat & proponebat filiis Prophetarum imitandam & exercendam.

XV. Finis diſputationis non eſt ut diſputans oſtendat ſe doctiorem hæretico, ſed ut fidei veritatem demonſtret, hæreſes refutet, Catholicos confirmet. Cur Elias univerſum populum, Achab cum ſua aula convocat in montem Carmelum, cur provocat Baalitas ad ſingulare certamen? non ut oſtendat ſe Baalitas in dono prophetiæ ſuperare, & magis induſtrium eſſe, non ut favorem regis aucupetur, non ut gratiam populi ſibi conciliet, ſed ut ſuam religionem veram, Baalitarum verò ſuperſtitioſam & falſam probet, ut quamvis pauper eſſet & mendicus & Baalitæ divites, utpotè nutriti de menſâ Jezabel, ſe tamen veram fidem profiteri, illos verò falſam demonſtraret, adeò ut idem ferè Synagogæ ſtatus foret ac Eccleſiæ tempore Agathonis Papæ deplorantis ſui. *Temporis* (inquit Baronius ad annum Chriſti 680.) *bonarum artium ſterilitatem cùm ob aſſiduos Longobardorum motus exculta latinitas, & ipſa Italia fœcunda ſcientiis fuerint omninò iiſdem inculta & ſteriles reddita, ut opus fuerit à Britannia Theodorum accerſiri Theologum, quem nec habere licuit. Habes præterea ex iiſdem Agathonis Pontificis verbis, in quantam Eccleſia redacta eſſent paupertatem, ut neceſſarium fuerit earum miniſtris corporali exercitatione ſibi victum comparare. ſed & illud pariter obſervatione dignum, quod cum in Eccleſia deſint homines ſacris litteris ſummè eruditi, tunc pro ſecuritate ad tutum portum eſſe confugiendum, nimirùm ad Prædeceſſorum & ſanctorum ſcripta Patrum in omnibus ſemper & ante omnia antiquis traditionibus firmiter inhærendo.* Lege Agathonis epiſtolam Conſtantino majori Imperatori, Heraclio & Tiberio Auguſtis, paulò poſt principium. *Conſideranti mihi humanæ vitæ diverſos angores, &c.* Ubi inter cœtera, ait. *Vndè tota vita noſtra ſollicitudinibus plena eſt, quos gentium manus circumdas, & de labore corporis victus eſt, eoquod priſtina Eccleſiarum ſuſtentatio paulatim per diverſas calamitates deficiendo ſuccubuit, & ſola eſt noſtra ſubſtantia fides noſtra, cum qua nobis vivere ſumma eſt gloria, pro qua etiam mori lucrum æternum eſt. Hæc eſt perfecta noſtra ſcientia, ut terminos Catholicæ atque Apoſtolicæ fidei, quoſque hactenus Apoſtolica fides nobiſcum & tradit totâ mentis cuſtodiâ conſervemus credentes in Deum, &c.*

Idem S. Propheta Elias effari poterat de ſe & filiis Prophetarum à Jezabele & Baalitis vexatis. Hi enim omnibus rebus affluebant; nihil illis deficiebat, at omnes Synagogæ alumni, omnes Prophetæ & divini verbi præcones ad tantam paupertatem redacti erant, ut eorum Coryphæus Elias à paupercula viduâ modicum panis & aquæ mendicare cogeretur. Licet ſimplices ſcientiâ forent, ut per gratiam Dei fidem totâ mentis cuſtodiâ ſervarent, quamvis quotidie æſtuet furor Jezabelis, nunc prophetas Domini cædendo, nunc templa deſtruendo, nunc altaria diruendo. *Vnde tota* (inquit) *vita noſtra ſollicitudinibus plena eſt quos gentium manus circumdat*, ſcilicet Baalitarum ac Miniſtrorum Achab & Jezabelis. Quod ſi olim Levitæ & Sacerdotes expenſis aliarum tribuum ſuſtentabantur, ſic filii Prophetarum tantam paupertatem profitebantur (ut ſcribit noſter Lezana tomo 1. Annalium cap. 4. & ſeq.) ut nullum omninò reditum annuum haberent, tamen plebs erga ipſos ita erat benefica, ut nihil illis deeſſet, niſi tempore ſæviſſimæ perſecutionis Jezabelis, tunc enim ad tantas anguſtias redacti ſunt, ut in cavernis XVI.

& ſpecubus morari cogerentur, ubi lib. 3. Regum cap. 18. expenſis Abdiæ ſuſtentabantur pane & aquâ, Elias verò tam inops erat, ut à corvis ſuſtentaretur, vel à viduâ modicum farinæ habente, ab Angelo pane & aquâ, ita ut dicere poſſet, *Sola eſt ſubſtantia fides noſtra, cum quâ nobis vivere ſumma eſt gloria, pro quâ etiam mori lucrum æternum eſt.* Undè Elias hac ſolâ inſtructus Achabo potentior & ditior eſt, & pro illâ moriendo immenſam negociationem faceret. Hæc eſt igitur perfecta ſcientia ſcire Deum, illum credere, Baalis verò ſuperſtitiones reprobare, ac populum dubium & claudicantem in fide confirmare, ut innuit Elias lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 27. *Ut diſcat populus iſte, &c. Et tu convertiſti corda eorum, iterum hodie oſtende quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Toſtatus quæſt. 32. *Da ignem ſuper ſacrificium, & ſic oſtendes quod tu ſis Deus verus Iſrael, quia Baal non potuit dare ignem ſuper ſacrificium ſuum, etiam oſtendebatur in hoc, quod Elias erat ſervus Dei quia dato quod verus Deus potens eſſet ad faciendum omnia hæc. Si tamen Elias non eſſet ſervus ejus, non mitteret ignem de cælo ad preces ipſius.* Addit Elias. *Et juxta præceptum tuum, &c.* Toſtatus. *Elias egit omnia iſta, quia Deus juſſerat ſibi, ut ſic faceret, & non egit aliquid de corde ſuo.* Idem fuſius oſtendit quæſt. 33. *Exaudi me Domine, exaudi me. ut diſcat populus iſte quia tu es Dominus Deus, & tu convertiſti cor eorum iterùm.* Toſtatus quæſt. 33. *Scilicet, quod non eſt Baal Deus, nec aliquis alius, ſed tu ſolus Deus, qui potes mittere ignem de cælo, & facere quæcumque vis. Et ſcimus per hoc quod tu vis convertere cor eorum ad te ſecundâ vice, quia Deus convertit primâ vice Iſraelitas ad ſe, quando eis legem fecit endo, ut eſſent populus ſuus, Exodi c. 19. Nunc autem ſecundâ vice convertebat cor eorum; quia jam receſſerant ab ipſo colendo Baal.*

XVII. Quâ ratione autem & quo modo reducendus ſit populus ad ſaniorem doctrinam & fidem innuit Apoſtolus 2. Timoth. cap. 2. verſ. 14. *Nolite contendere verbis: ad nihil utile eſt, niſi ad ſubverſionem credentium.* 2 Tim. 2 verſ. 14. Ideſt diſputatione non cum petulantiâ, ſed cum modeſtiâ, non cum contentione & verbis amatis. S. Anſelmus. *Non ait, noli rationibus contendere, quia hoc bonum eſt, ſed noli verbis contendere, quia ad nihilum valet hujuſmodi contentio.* Per hanc enim auditores ſubvertuntur, putantes adverſarios habere aliquam rationabilem cauſam, dum ſic clamantes attendũt. Dionyſius ad rem noſtram. *Noli verbis contendere cum iis diſputando, ſeu conferendo. Ad nihilum enim utilis eſt directè & ex ſuâ naturâ talis verboſa contentio, niſi ad ſubverſionem audientium, qui ſcandalizantur per hoc. Ideò dicit gloſſa, quod non ſit ſecurum cum hæreticis diſputare in publico. Non autem intelligendum eſt verbum Apoſtoli quaſi ad ſubverſionem audientium utile eſſe, ſit vera utilitas. Sed tantùm vult dicere quod contentio ad nihil valet, niſi ad ſubverſionem: ideò prorſus inutilis eſt & nociva, ac fugienda. Undè 1. Corinth. cap. 11. dictum eſt. Si quis videtur contentioſius eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus nec Eccleſia Dei: ideò dicit Ambroſius, collatio non altercatio eſſe debet inter famulos Dei.* His arridet S. Thomas lectione 2. in illud caput. *Et hoc dupliciter, uno modo, dum quod eſt certum venit in dubium. Alio modo, quia audientes ſcandaliſantur, Proverb. cap. 14. ubi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. Undè Iacobi cap. 3. ubi zelus & contentio, ibi inconſtantia & opus pravum.* Idem S. Doctor docet docet quomodò aliquando liceat diſputare de fide coram populo. *Diſtinguendum eſt ex parte audientium, quia aut ſunt ſollicitati ab infidelibus, & tunc eſt utilis publica diſputatio, quia per hanc ſimpliciter efficiuntur magis inſtructi, quando vident errantes confutari, ſi verò non ſint ſollicitati ab infidelibus: tunc non eſt utilis diſputatio, ſed periculoſa.*

XVIII. Diſputandi modum, & ſincerum veritatis amorem abſque contentione deprehendo in S. Eliâ. Non enim injuriis, improperiis, ludibriis & contemptu Baalitas aggreditur: ſed potius eos & populum benignè & affabiliter

affabiliter alloquitur lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 23. *Dentur nobis duo boves, & illi eligant ſibi bovem unum, &c.*

l. 3. Reg. 18. v. 23

Cur illis opiionem & præcedentiam das? Cur ſacrificium Baalis tuo præfers, & opiionem victimæ das? Videris per hoc Baal præferre Deo tuo, ac Baalitas majore honore dignos eſſe quàm te? Non vult altercari de præcedentia ſacrificii; ſed vult cum iis affabiliter agere, non vult verbis ſed rationibus contendere, *quia ad nihilum valet ejuſmodi contentio*, ſcilicet cum verbis, & modo inordinato ac litigioſo, ſed valdè periculoſa eſt, quantum verò proficua ſit benigna hæc Eliæ concertatio, patet primò ex verſ. 24. *Optima propoſitio*) inquit populus) quod hæc Eliæ diſputatio licita fuerit ex parte audientium, & Eliæ diſputantis, patet ex eo quod cùm Baalitæ populum & totam aulam regiam ſeducerent, ac Baal quaſi verum Deum proclamarent, ſuo ſacrificio ac diſputatione ad verum Dei cultum reduxit, ac in verâ fide confirmavit. Prudentia Eliæ etiam in oblatione hoſtiæ, in præcautione nè Baalitæ ſuo altari ignem ſupponerent claruit; ejuſq; rectam intentionē ſeu bonnm zelum teſtantur hæc verba lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 14. *Zelo zelatus ſum, &c.* Ejus inculpatas mores teſtatur hiſtoria à cap. 17. lib. 3. Regum uſque ad cap. 2. lib. 4. & omnes qui de eo ſermonem fecerunt, teſtatur Chriſtus aſſerens Joannem veniſſe *in ſpiritu & virtute Eliæ*, doctrina Eliæ, deſtructio idololatriæ, cædes Baalitarum; vindicta homicidii, rapinæ contra Naboth, vocatio Eliſei, viſitatio & colloquia ſpiritualia cum filiis Prophetarū teſtes ſunt. De quibus conſule ex noſtris Joannem 44. Patriarcham Jeroſolimitanum per totum, Lezanam in ſuis annalibus, Dorotheum & alios.

l. 3. Reg. 19. v. 14.

CAPUT XIV.

Tenentur Miſſionarii impedire nè Hæreticus prædicans, vel infidelis fidelem pervertat.

1\. Mirari ſanè meritò quis poſſet cur Elias fugiens antehàc Achab & Jezabelis furorem, modò latuerit in torrente Carith; modò in Sareptâ Sidoniæ in domo viduæ, & alibi, nunc ita intrepidè prodeat in publicum, armatam manum in necem ſuam non timens; non meminit verborum quæ Abdias tam ſolemni juramento illi aſſeruit lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 20. *Vivit Dominus Deus tuus, quia non eſt gens, aut regnum, in quo non miſerit Dominus meus te requirens. Et reſpondentibus cunctis, non eſt hic, adjuravit regna ſingula, & gentes, eo quod minimè reperiris.* Si Achab ipſum videat non expectato tortore ipſemet exeret gladium ſuum, & illum interficiet, nihil refert, nunc excuſſo omni mentis timore, ipſemet ad Regem Achab progreditur, ut palam veri Dei fidem profiteatur ac prædicet? Quia videbat Baalitas ſuam idololatriam diffundere cum maximo honoris & cultus Dei, ac ſalutis animarum diſpendio. Tunc divino inſtinctu acceſſit ad Regem Achab eum corripit, jubetq; ut in Carmelum populum univerſum convocet, ad quem iterùm coram Rege & Baalitis ſermonem habet, eumque ab idololatriâ, & errore revocat. Quo facto docet quod quando infidelis ſuis erroribus inficit aliquam civitatem, vel provinciam cum diſpendio ſalutis animarum, quilibet ſeri ſalutis animarum incenſus, & in hoc diviniſſimo exercitio verſatus, tenetur huic malo occurrere, etiam cum propriæ vitæ periculo. Ita Layman lib. 2. tract. 3. cap. 2. num. 3. Caſtropalaus tract. 6. diſp. 1. puncto 9. numer. 10. & 13. Suarez de charitate diſp. 9. ſect. 2. num. 4. Coninchus diſp. 25. numer. 92. & 98. Lorca 2. 2.

l. 3. Reg. 18. v. 20

ſect. 3. diſput. 28. num. 2. & 33. ita ut illis hoc D. Chryſoſtomi homil. 11. in epiſtolam ad Epheſios dici poſſet. *Ad hoc donum illud accepiſti ut alios ædificet, honore te Deus affecit, & ad hoc ordinavit, ut alios inſtrueres. Nam ad hunc ſcopum datus eſt Apoſtolus, ad hunc Propheta; &c.* Expende illa verba, *ad hoc donum illud accepiſti, &c.* Ideſt in hunc finem, ut ſollicitatos ad defectionem à fide ad fidem reducas, in illâ confirmes, etiamſi tibi mortis periculum immineat. Philo Judæus in libro de Joſeph. *Emori præſtat, quàm loqui ad gratiam diſſimulatâ veritate, & utilitate neglectâ.* Pondera illud *utilitate*, ſcilicet lucrandi animas, & Eccleſiæ aggregandi, *emori præſtat*, ideſt vitam corporalem præſtat exponere, quàm vitę ſpirituali proximi non ſuccurrere. D. Chryſoſtomus id ſatis appoſito exemplo cõfirmat. *Quis enim febrientem, & phrænesi laborantem miſeretur? ille nè, qui reclinat in lectum, & ligat, & prohibet à cibo & potu non conducibili? an qui permittit meraco impleri, & jubet eſſe liberum & omnia facere, quæ incolumes ſolent? Nonnè is qui videtur miſericors eſſe etiam morbum auget, alius verò emendat? ita ſanè & hoc loco ſententiã feramus. Etenim miſericordia eſt non ſemper gratificari ægrotis, neque adulari illicitis illorum concupiſcentiis. Etenim ſi equum videns præcipitem ferri, frænum immittis, ac violenter reprimis, & multùm flagellas. Hæc punitio mater ſalutis eſt.* Populus qui ab infideli ſeducitur, inebriatur vino proſtitutionis, meretricis magnæ de quâ S. Joannes Apocal. cap. 17. verſ. 12. *Veni & oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum quâ fornicati ſunt reges terræ & inebriati, qui inhabitant terram de vino proſtitutionis ejus.* Qui populum ſic inebriari permittit non miſericors, ſed crudelis eſt. Ille verò verè miſericors eſt, qui impedit nè ejuſmodi vino proſtitutionis amplius inebrietur, vel potum evomat. Quis non impediat nè equus ille effrænis in æternæ damnationis præcipitium corruat? Qui Samaritano illi deſcendenti ab Jeruſalem in Jericho ſemivivo, non equo ſuo imponat, non vinum infundat, oleo aſpergat.

S. Chryſoſtomus. Philo. S. Chryſoſtomus. Apoc. 17 verſ. 12.

Id totum corroborat D. Thomas 2. 2. quæſt. 3. art. 2. ad 2. docens *Quod in caſu neceſſitatis, ubi fides periclitatur quilibet tenetur fidem ſuam aliis propalare, vel ad inſtructionem aliorum fidelium, ſive ad confirmationem, vel ad reprimendum infidelium inſultationem.* Nota illud verbum *tenetur*, ſcilicet ex charitate: charitas aliis in neceſſitate conſtitutis præcipit ſuccurrere. Hanc charitatem enixè poſtulabat D. Bernardus ſerm. 49. in Cantic. ad illa verba Cantic. cap. 2. verſ. 4. *Ordinavit in me charitatem ſuam.* Subdit *Vtinam in me Dominus Ieſus tantillum ordinet charitatis, ut ſic mihi ſint curæ univerſa, quæ ſunt ipſius, ut tamen quod mei potiſſimum propoſiti ſeu officii eſſe cõſtiterit ante omnia curem. Quod enim veritas judicat proponendum, id charius amplectendum ordo poſtulat charitatis. Nonnè ex injuncto incumbit mihi cura omnium veſtrûm? jam quidquid huic prætulero operi, ut minus ipſi invigilem dignè & utiliter pro viribus exequendo. Etſi ex charitate fortaſſis id facere videar ordinis tamen ratio non conſentit.* Non dicit *ut mihi ſint curæ* mei Religioſi, mei ſubditi, quibus præfectus ſum, ſed *univerſa quæ ſunt ipſius.* Scilicet animæ pro quarum ſalute carnẽ aſſumpſit, paſſus eſt, &c. Quæ eſt ovis illa quam paſtor ille ſuis humeris geſtavit? Rectè D. Auguſtinus de catechiſandis rudib. *Charitas alios parturit, cùm aliquis infirmatur, alios conatur ædificare, alios contremiſcit offendere, ad alios ſe inclinat, cum aliis erigit, aliis blanda, aliis ſevera, nulli inimica, omnibus Mater.* De quo partu, de quâ infirmitate, de quo ædificio loquitur? De ſpirituali, cùm aliquem aberrantem à fide ad ſinum Eccleſiæ revocat, verè mater, illum parit cùm vacillantem confirmat, tunc paſtoris & tutoris officio fungitur, cùm ruinam ſalutis ſuæ agentem erigit, ædificat, tunc ſe inclinat cùm proximi neceſſitatibus & ſaluti ſuccurrere ſatagit. D. Gregorius in Paſtorali. *Tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, cum ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit, & quæ benignè deſcendit ad*

S. Thom. Cant. 2. verſ. 4. S. Bernardus. S. Auguſt. D. Greg.

infimà

in ſima valenter incurrit ad ſumma.

III. D. Hieronymus in epiſtolam ad Galatas tanti facit illam charitatem
S. Hieró.
proximo lapſo, vel labenti exhibitam ut aſſerat. *Non memini me legiſſe malâ morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit, habet enim multos interceſſores, & impoſsibile eſt multorum preces non exaudiri.* Qui ſunt illi interceſſores? ſunt illæ animæ, quas ſuis exhortationibus de tenebris infidelitatis liberarunt, & de barathri eripuerunt faucibus. Illis qui ita laborant quam mercedem præparat Deus? Doctoris, quia officium Doctoris exercent. D. Chryſoſtomus hom. 33. in illud. *Charitas patiens eſt. Magnus*
S. Chryſoſtomus
eſt doctor charitas, ſatis idoneus, qui & tollat errores, & mores formet, & ad philoſophiam manu ducat, & è lapidibus homines reddat. Cujus errores tollere & mores formare debet ut Doctoris titulo & mercede gaudeat? Non unius atque alterius, ſed omniũ errantium. Idem S. Chryſoſtomus homilia 80. in Matthæum. *Sicut oculus omnem providentiam & curã quam pro univerſo corpore habet in ſolam manum derivaret, ac reliquis membris omnibus contemptis uni iſti intenderet, an non totum perderet? Abſque dubio ita & nos ſi charitatem quam in univerſam Eccleſiam extendere debemus, in unam & in alteram coarctaverimus, in nobis ipſis, & in illis, totiq; Eccleſiæ perniciem inferimus.* Quibus ſatis patenter innuit veram charitatem erga omnium ſalutem exerceri, quo facto non Doctoris ſed quaſi ad ipſius Dei thronum aſſurgere mereretur & ab aliis adorari. Cur Moyſes poſt tot labores pro populo exantlatos terram promiſſionis ingreſſus non eſt? Sanè ſi cui ejuſmodi ingreſſus debeatur, maximè Moyſi. Nõne ille populum ex Ægypto emiſit, nonne ille ſpatio 40. annorum populum manna cœleſti, & verbo divino pavit? nonne illum ab idololatria prohibuit, & ejus idololatriam coercuit? Quia ſi in terram promiſſionis intraſſet, ſtatim populus ei templa ædificaſſet, altaria erexiſſet, victimas obtuliſſet, & quaſi Deum coluiſſet. Audi Theodoretum quæſt. 43. in Deuteron. *Non permiſit hunc ſummum Prophetam introducere populum in terram promiſsionis, nè illum tanquam Deum colerent Iſraelitæ.*
Theodoretus.

IV. Ex quibus infero quod ſi aliqui, verbi gratiâ, ſeducuntur ab hæretico concionatore, ita ut illi vincibiliter ignorent veritatem; atque adeò ſint in peccato mortali, nec facilè pateat alius aditus ad eos in verâ religione inſtruendos. Tunc ſi ii indocti alioqui ſint, qui non videant per ſe poſſe dijudicare veritatem, omninò cenſeri debent eſſe conſtituti in neceſsitate extremâ. Undè ſi quis poſſit efficaciter ſubvenire illis cum diſcrimine propriæ vitæ tenebitur id ex charitate præſtare, ita Valentia tomo 3. diſp. 3. quæſt. 4. puncto 3. aſſert. 5. Lorca 2. 2. ſect. 3. diſp. 28. memb. 2. num. 33. Bannes 2. 2. quæſt. 26. art. 5. Toler. lib. 4. cap. 10. num. 4. Reginaldus lib. 4. num. 359. Villalobos tomo 2. tract. 4. diffic. 7. numer. 7. contra Dianam part. 3. tract. 5. reſol. 51. Coninchum diſp. 25. numer. 91. Caſtropalaum tract. 6. diſp. 1. part. 9. num. 8. Probatur. Nam illi qui pervertuntur licet laborent ignorantiâ vincibili, tamen adhuc exiſtunt in extremâ neceſſitate, nam ejus ignorantia ideò eſt vincibilis quia habet aliquem capacem à quo edoceatur: at ſi nec tu, nec alius eum inſtruat, tunc tuâ culpâ illa ignorantia cenſetur invincibilis, cùm ille tuâ culpâ nolens ſcilicet eum inſtruere, careat aliquo, à quo inſtruatur. Igitur eſt in extrema neceſſitate, & quilibet Catholicus eum docere tenetur cum vitæ periculo.

V. Deindè licet ruſticus erret invincibiliter, & ſic non offendat, tamen adhuc eſt in neceſsitate extremâ, cui obligaris ſuccurrere cum vitæ periculo: licet infidelitas & hæreſis ſit materialis, tamen eſt adhuc magnum damnum ſpirituale: nam ſæpè præcludit viam ſalutis. Id clarè patet in iis qui invincibiliter errant in partibus hæreticorum, licet enim non damnentur ob peccatum hæreſis, tamen damnantur ob alia peccata, quæ hæreſis materialis ſecum advehit, vel fovet, ſuſceptionem ſacramentorum impediendo. Tertiò. ali-

quando qui invincibiliter errat poteſt eſſe in extremâ neceſſitate ſpirituali, licet enim ſuâ culpâ erret, tamen poteſt eſſe adeò magna difficultas in errore expellendo, ut poſsit meritò dici extrema neceſſitas; cùm difficultas illa nequeat ferè ſuperari. Ut accidit quando aliquis tranſit ad hæreticos & infideles à quibus recedere eſt impoſſibile, & iis cohabitare ſine profeſſione hæreſeos ſeu infidelitatis eſt etiam impoſſibile, & devotio ad Martyrium ſubeundum deeſt, ſicque eſt in extremâ neceſſitate. Quartò, ſic ratiocinantur Cardinalis de Lugo de fide diſp. 14. ſect. 4. Coninchus de fide diſp. 15. dubio 4. num. 79. Caſtropalaus tomo 1. tract. 11. diſp. 1. puncto 17. num. 8. Videns proximum ex meo ſilentio decipiendum, vel fidem abjurantem teneor inſtruere ad fidē profitendam non tantùm ex virtute charitatis, ſed etiam ex virtute fidei, Quia licet divinæ fidei reverentia nō me obliget, ut alios ad fidem convertam, tamen me obligat, nè me præſente & potente impedire irreverentiam & abnegationem committat ſicut inurbani & infideles forent famuli ſi videntes dominum fuſtibus cædi non impedirent, ſed cancellatis manibus illam domini ignominiam aſpicerent. Sic fidelis impertinenter ſe gerit & erga fidem irreverentiam committit, qui cum vitæ etiam periculo talem lapſum in hæreſim non impedit, quia cùm fides ſit baſis totius ædificii ſpiritualis, & minor ſit obligatio ex virtute fidei, quæ immediatè reſpicit Deum, quàm ex virtute charitatis quæ reſpicit proximum, ſi ſit ſpes non modica, ſed quaſi certa profectus & impediendi abnegationem fidei, tenetur inſtruere cum vitæ periculo. Ratio D. Thomæ 2. 2. quæſt. 3. art. 2. in corpore, quia idiota videns fidelem tacentem putat rationes hæretici cōcludere, nec poſſe illis reſpondere: ſicque ejuſmodi ſilentium effectivè concurrit ad perverſionem. Si tamen pauci pervertantur, & ſit periculum nè omnes Sacerdotes, Miſsionarii & Catholici expellantur, non tenetur.

CAPUT XV.

An liceat fideli, maximè Miſsionario inter infideles commoranti veſtiri more infidelium.

SAnctum Parentem Eliam in ter- I.
râ Iſrael verſanti habitu prophe-
tali & Religioſo uſum fuiſſe, li- *l. 4. Reg.*
cet tunc Regnum illud magnâ ex *c. 1. v. 7.*
parte ad idololatriam deflexiſſet, pa-
tet lib. 4. Regum cap. 1. verſ 7. ubi
Rex Ochozias ſciſcitatur à ſuis Nun-
ciis miſſis ad cōſulendum Beelzebub
Deum Accaron, & inconſulto illo
idolo reverſis. *Cujus figuræ & habitus
eſt vir ille, qui occurrit vobis.* Qui reſ-
ponderunt verſ. 8. *Vir piloſus & Zonâ
pelliceâ accinctus renibus.* Septuaginta. *verſ. 8.*
*Vir piloſus & zonâ pelliceâ accinctus
lumbum ſuum.* Paraphraſis Chaldaica.
*Vir præditus capillis, & cinctorio pelli-
ceo alligatus lumbos ſuos.* Vatablus.
*Vir ille piloſus fuit & lumbis ſuis accin-
ctus zonâ pelliceâ.* Cornelius, incede-
bat enim Elias intonſus, prolixâ bar-
bâ & capillis, hiſpido veſtitu & pilo-
ſo, puta melote, ſive pelle ovinâ, vel
caprinâ intonſâ circumdatus, & zonâ
pelliceâ accinctus, ideſt corio non
adhuc apparato, ſed piloſo & villoſo,
quaſi eremita mundi contemptor,
priſcæque ſimplicitatis amator. Hâc
deſcriptione factâ à Nunciis conjecit
Rex eſſe Eliam ait enim *Elias Thesby-
tes eſt.* Joannes 44. lib. de inſtitutio-
ne Monachor. cap. 37. ſubdit. *Zona* Ioan. 44
*quippè indicio, & hirſuti, incultiq; cor-
poris ſpecie virum Dei indubitanter cog-
novit. Quoniam zona pellicea velut
quoddam ſpeciale ſignum impreſſum ſuis
renibus perpetuò cohærebat, quâ accin-
ctis lumbis Elias dudum occurrerat à
monte Carmeli uſque in Jezrael ante
regem Achab Patrem Ochoziæ.*

Pallio etiam Eliam uſum fuiſſe pa- II.
tet lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 19. *l. 3. Reg.*
ubi *Reperit Eliſeum filium Saphat aran-* *19. v. 19.*
*tem in duodecim jugis boum, &c. Cùmq;
veniſſet ad eum miſit pallium ſuum ſu-
per illum.* Et lib. 4. Regum cap. 2.
verſ 13.

l.4. Reg. verſ. 13. *Eliſeus levavit pallium Eliæ,*
2. v. 13. *quod ceciderat ei.* Cornelius, quod ſcilicet Elias aſcendens dimittebat Eliſeo in ſui memoriam, ac ad Eliſei ſolatium & auxilium. Septuaginta *Et tulit melotem Eliæ, quæ ceciderat ſuper eum.* Undè Serarius & alii cenſent fuiſſe melotem, ideſt veſtem factam ex pelle ovinâ, & conſequenter fuiſſe albam. Quibus favet Joannes 44. lib. citato cap. 40. & 41. Vide noſtrum Lezanam tomo 1. annalium anno 3264. num. 10.

III. Quod etiam ad infidelium regio-
l.3. Reg. nes perrexerit Sacer Textus teſtatur
17. v.9. lib. 3. Regum cap. 17. ubi à Deo mittitur in Sarepta Sidoniorum, verſ. 9. *Surge & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ ut paſcat te.* Verſ. 10. *Surrexit & abiit in Sarepta Sidoniorum.* Vatablus. pro *manebis*, habet *commorare.* Paraphraſis Chaldaica. *Et ſedeas ibi.* Septuaginta. *Et habitabis ibi.* Toſtatus ibi quæſt. 23. ſcribit Sareptam fuiſſe terram gentilium. Primò, ideò vocatur *Sarepta Sidoniorum.* Secundò, quia Chriſtus Lucæ cap. 4. non faciebat miracula in ſuâ patriâ, ſed extranea,
Luc 4. ſcilicet Sidoniorum. Verſ. 24. *Multæ*
verſ. 24. *viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum annis tribus & menſibus ſex, cùm facta eſſet fames magna in omni terra, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias niſi in Sarepta Sidoniorum ad mulierem viduam.* Tertiò, id confirmat exemplo ſequenti, verſu 25. *Multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo Propheta, & nemo eorum munda-*
verſ. 25. *tus eſt niſi Naaman Syrus.* Qui ſcilicet erat patria Gentilis. Quartò, patet ex intentione Chriſti volentis probare, quod Prophetæ faciebant potius miracula inter extraneos, quàm inter ſuos. Quintò, mulier frequenter vocatur à D. Chryſoſtomo Gentilis. Eucherius in lib. 3. Regum aliam ra-
Eucher. tionem injungit. *De terra Iſrael ad Sidoniam mittitur regionem, undè caput omnium & cauſa malorum Iezabel orta erat.* Jezabel & Pater ejus origine erāt Gentiles. Addi poteſt ex S. Ambroſio lib. 3. in Lucam. *Cùm curabat cives, non ſanabat Propheta conſortes, cùm ſanaret alienos, ſanaret eos qui obſervantiam legis & religionis conſortium non habebant.* Hiſtoria Regum lib. 3. cap. *l.3. Reg.*
16. verſ. 31. id illuſtrat loquens de *17. v. 31.*
Achab. *Nec ſuffecit ei, ut ambularet in peccatis Ieroboam filii Nabat, inſuper duxit uxorem Iezabel, filiam Ethbaal regis Sidoniorum, &c.* Apud quos (inquit Toſtatus quæſt. 3. in libr. 4. Regum cap. 3.) Baal, ſeu Hercules colebatur, Sarepta autem erat parva civitas illius regni, ut idem Toſtatus & alii Interpretes annotarunt.

Idem Toſtatus quæſt. 35. ait Pro- IV.
phetam Eliam diu manſiſſe apud illā *l.3. Reg.*
viduam. Primò, quia Deus dixit ei, *17. v.*
verſ. 8. *Manebis ibi*, vel *habitabis*, ſcilicet toto tempore famis. Secundò,
quia conſequenter dicitur verſ. 9. *verſ. 9.*
Præcepi mulieri viduæ ut paſcat te. Vel ſecundùm alios. *Ut alat te.* Tertiò, refert illum paſtum id innuere, de quo ſupra. Quartò, infra dicitur ver-
ſu 7. *Factum eſt poſt hæc, ægrotavit filius* *verſ. 17.*
mulieris matrisfamilias, &c. Quem defunctum Elias ſuſcitavit. Ex quo colligitur Eliam poſt primum paſtum
manſiſſe in Sareptà aliquo tempore, *verſ. 19.*
Quintò, dicitur verſ. 19. *Tulit eum de ſinu ejus, & portavit in cœnaculum, ubi ipſe manebat.* Igitur Elias habitabat ibi.
Sextò, Elias orando dixit Deo verſ. *verſ. 20.*
20. *Etiamnè viduam, apud quam utcumque ſuſtentor, afflixiſti?* Quæ verba diuturnā alimoniam ſibi ſubminiſtratam fuiſſe ſignificat, ut patet ex vocabulo *commorare*, ideſt conſiſtes, ſubſiſtes aliquo tempore, vel ut Chaldaica verſio *ſedeas ibi*, ideſt quieſcas aliquo tempore. Clarius Septuaginta *habitabis ibi.* Quod moram longi tē poris denotat.

Dubitari poteſt an ingreſſurus il- V.
lam regionem gentilem, & ex quâ prodierat idololatria, quæ terram Iſrael labefactarat, mutarit habitum, aſſumpſeritque veſtem vulgarem, & plebeiam, ſolitam geſtari vel in Iſrael vel in Sarepta. Videbatur enim conveniens ut habitum mutaret, quandoquidem eſſet veri Dei cultor, & ab Achab, Jezabel, & Baalitis tam ſtudiosè omnes fideles, præcipuè prophetæ Domini quærerentur, quorum Elias anteſignanus & rector erat. Deindè Jezabel mandaverat Sidoniis,

ut

ut ſi quiſquam ex prophetis ad ipſos diverteret, ultimo afficeretur ſupplicio vel incarceraretur remittendus propè diem ad Jezabel. Tertiò, cum habitus Eliæ eſſet nimis diſtinctus ab habitu vulgari plebis, certè videbatur talis habitus mutandus nè agnoſceretur. Nam quorſum fugere in extraneam regionem, niſi dimittantur ſigna, quibus fugitivus poſſet dignoſci? Quartò, Elias illuc miſſus à Deo non accepit poteſtatem ſe ſubducendi & reddendi inviſibilem, ut Abdias verebatur lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 12.
l. 3. Reg. 18. v. 12 *Cumq; receſſero à te Spiritus Domini aſportabit te in locum, quem ego ignoro,*
Lyranus. *&c.* Lyranus, *Hoc dixit, non ad jactantiam, ſed nè Elias ipſum exponeret periculo modo prædicto.* Sed juſſus eſt Elias ibi manere, commorari, habitare, ſedere, & poſtea ſe exhibere viſibilem, ut patet ex Textu, tum ex colloquio, quod habuit cum vidua Sareptana ante portã civitatis, tum ex iis quæ contigerunt ante & poſt mortem filii ejus. Deindè quomodò potuiſſet ſe reddere inviſibilem quandoquidem mittebatur in Sarepta, ut paſceretur & aleretur ab illâ viduâ. Inſuper Eliam mutaſſe habitum poteſt probari à pari. Baalitæ enim, qualis erat Jezabel, quales erant ejus pſeudoprophetæ & ſacerdotes ejus, quales erant Sidonii, qui non erant mitiores, quàm nunc multi hæretici & infideles, in quorum regionibus nullus Religioſus, & Sacerdos audet comparere in habitu religioſo & clericali.

VI. Dicendum tamen perrexiſſe in Sareptam veſtitum more ſolito ſcilicet piloſum, zonâ pelliceâ cinctum, & pallio amictum. Primò, quia Textus ait, quod Elias indilatè obtemperavit
l. 3. Reg. mundato ſibi facto à Deo lib. 3. Reg.
17. v. 10 cap. 17. verſ. 10. *Surrexit Elias & abiit in Sarepta Sidoniorum.* Quaſi diceret nemine ſalutato, omnibus inſciis, præcipuè, qui ad ipſum frequenter
Ioan. 44. accedebant, ut ſcribit Joannes 44. ſupra cap. 10. *Viri quippe timore Dei repleti cernentes Eliam ita verbo Domini tunc continere cælum, quod pluviam non dabat ſuper terram, ad eum tanquam ad magnum veri Dei cultorem accedebant occultè in ſolitudine Carith, ut ſub ejus doctrina in cultu veri Dei perſiſtere poſſent, & idololatriam vitarent, &c.* Secundò, *Surrexit & abiit*, ideſt non compoſuit ullas ſarcinas, non mutavit habitum ut alium plebeiũm aſſumeret. Nullum enim habebat in torrente Carith, cùm foret pauperrimus teſte Sancto Chryſoſtomo, apud
D. Thomam in cap. 4. Lucæ. *Ipſe* S. Chryſoſtomus
quidem terreſtris Angelus, cæleſtis homo, qui nec tectum, nec amictum habebat, ut multi. Clavem calorum gerit in linguâ. Idem S. Chryſoſtomus lib. 10. de providentia ait. *Nihil illi terrenum præter meloten erat.* Et homil. 2. ad populum Antiochenum. *Quid enim (dic mihi) Eliâ pauperius?* Et infra. *Ipſam verò paupertatem ex mentis opulentia elegit.* Gravina part. 2. cap. 5. vocat eum *Paupertatis prototypum.* Joannes 44. citatus cap. 9. explicans receſſum Eliæ ad torrentem Carith,
innuit quomodò nihil ſecum tulerit. Ioan. 44.
Fecit juxta verbum Domini, quoniam nè à rege inveniretur, receſſit nutu Dei de terrâ & de cognatione ſuâ, & de domo Patris ſui in ſolitudinem, relinquens de cætero mundanas divitias, non ſolùm mente, ſed etiam opere, nè per domeſticã curam, aut per facultates, & terrenas poſſeſſiones impediretur à conſecutione perfectionis vitæ Monaſticæ, ad quam tunc vocabatur ipſe à Deo.

Tertiò *Surrexit & abiit*, non ad a- VII.
liorum Prophetarum ſpeluncas & cavernas, ut ab iis alium habitum acciperet, qui (ut infra dicemus) habitu eremitico etiam utebantur, ut docent interpretes ad illum locum Apoſtoli
ad Hebræos cap. 11. verſ. 37. *Circuie-* Heb. 11. verſ. 37.
runt in melotis, in pellibus caprinis, &c. in ſolitudinibus errantes, in montibus & Theodoretus.
ſpeluncis, &c. in cavernis terræ. Theodoretus apud Salianum ad annum mundi 3145. num. 6. *Chorus Prophetarum extremam amplectebatur paupertatem.* Franciſcus Somnius lib. de demonſtratione Evangelica ſcribit filios Prophetarum vixiſſe *in admirandâ rerum indigentiâ.* Quod probat ex Apoſtolo citato verſ. 38. *Egentes.* Toſtatus in libr. 4. Regum cap. 6.
quæſt. 4. de illis ſic ait. *Quaſi nihil ha-* Toſtatus.
bebant niſi ea, quæ ſibi à populo dabantur. Sophronius *Omnium inopiâ labo-*

rabant

rabant. Pondera particulam *omnium*. Quartò Textus ait, *Surrexit & abiit*, ſcilicet non ad caſam aliquam ruſticam, ut habitum ruſticum & laicum emendicaret, quia omnibus exoſus erat, omnes incolæ terræ Iſrael erant illi ſuſpecti, ſi ſe manifeſtaſſet potuiſſet prodi, & denunciari ab aliquo ad regis gratiam aucupandã, vel ad ſuæ familiæ ſuſtentationem aliquos nummos pro hoc officio accipere, cùm tam ſtudioſè quæreretur, ut illi inſinuavit Abdias lib. 3. Reg. c. 18. v. 10. [l. 3 Reg 18. v. 10.] *Vivit Dominus Deus, quia non eſt gens aut regnum, quò non miſerit Dominus meus, & reſpondentibus cunctis, non eſt hic, adjuravit regna ſingula & gentes, eoquod minimè reperieris*. Expende illa verba *reſpondentibus cunctis non eſt hic*. Quibus ſignificat à primo uſque ad noviſſimum fuiſſe adjuratum, ut Eliam denunciaret, ſeu proderet. Et veriſimile more magnatum Achab promiſiſſe aliquam ſummam pecunię denuncianti. Ad quam enim gratiã regis & Jezabelis conciliandam, quis non anhelaſſet. Sic Judas, ut Phariſæorum gratiam iniret proprium Dominum prodidit. Sanè cùm omnes tempore Eliæ fame laborarent; & ad cultum Baal deflexiſſent, cùm fames malè ſuada, & (ut ſcribit S. Ambroſius ſerm. 19.) *Cæca eſt avaritia, ſed diverſis oculata ingeniis*. Id verius eſt quando fames eſt univerſalis, & favor regius aucupandus eſt. Nam Achab adjurando regna & gentes maledicebat non denunciantibus. Econtra denunciantibus ſuum ſpecialem favorẽ pollicebatur.

VIII. Quintò, *Surrexit & abiit*. Si Elias aliquo deflexiſſet, maximè ad Abdiam qui ex Textu ſacro lib. 3. Regum cap. 18, verſ. 4. *Timebat Dominum Deum* [l. 3 Reg. 18. v. 4.] *valdè*. Quod autem ad ipſum non diverterit, patet ex verſ. 7. ubi cum jumenta perirẽt ad conquirenda victua- [verſ. 7.] lia. *Diviſerunt ſibi regiones ut circumirent eas. Achab ibat per viam unam, & Abdias per viam alteram ſeorſim, cumq; eſſet Abdias in via occurrit ei, qui cum cognoviſſet eum, cecidit in faciem ſuam, & ait, num tu es Domine mi Elias? Cui ille reſpondit, ego, &c.* Attonitus Abdias hæc dicit, eò quod poſt prænunciatam famem Eliam non viderat ſibi tamen notum. Undè *Cecidit in faciẽ ſuam*. Toſtatus quæſt. 7. *Quamquam eſſet Abdias vir potentiſſimus in domo Regis, tamen adoravit Eliam procidendo coram illo, eoquod Elias erat Propheta, & potentiſſimus, quia per verbũ ejus venerat ſiccitas, quam nunc patiebantur Iſraelitæ, & non erat tollenda niſi per verbum ejus*. Non minus facit ad propoſitum opinio Joſephi lib. 8. antiq. Jud. cap. 13. aſſerentis Eliam fuiſſe ignotum Abdiæ. *A quo requiſitus quis eſſet, & agnoſcens quod eſſet Propheta, pronus adoraret*. Ex quo patet quod Elias recedens de torrente Carith in Sarepram non prius acceſſit ad Abdiam ad mutandum habitum, Quod etiam præceſſurus ultimum Chriſti adventum venturus ſit cum Enoch in habitu Religioſo, eremitico, ſeu pœnitentiali declarat verbis expreſſimis S. Joannes Apocalypſis cap. 11. verſ. 3. *Prophetabunt diebus* [Apoc. 11.] *mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis*. [Pſal. 3.] Arabicus. *Induentur ciliciis*. Noſter Sylveira ibi expoſitione 3. *Veſtimentis nempè durioribus & craſſioribus ex mordenti & aſperâ materiâ contextis. Vel ex aſperrimis cætis, quæ vocantur cilicia, & quibus Prophetæ utebantur*. Nam (inquit Chriſtus Matthæi cap. 24. verſ. 21.) *Erit tunc tribulatio mag-* [Mat. 24.] *na, qualis non fuit ab initio mundi uſque* [verſ. 21.] *modò, neque fiet*. Syriacus. *Erit tunc oppreſſio magna*. S. Cyprianus in exhortatione ad Martyres. *Erit enim tunc preſſura magna*. Euthymius & Vatablus. *Erit enim tunc afflictio magna, qualis nõ extitit à conſtitutione mundi*. Noſter Sylveira tomo 4. lib. cap. 49. expoſitione 4. *Hoc eſt à conſtitutione mundi, ex quo homines eſſe cœperunt, nec in conflagratione Sodomæ, nec in ſubverſione Ægyptiaca, nec in ſubverſione aliarum civitatum extitit unquam illa gens quæ tam atrocem, horrendam devaſtationem ac deſolationem, exterminium & excidium ſuſtineret*. Qualis erit perſecutio Antichriſti in fine mundi. Hujus perſecutionis ſævitiam [S. Auguſt.] colligit D. Auguſtinus lib. 20 de Civit. cap. 8. *In eorum ſanè, qui tunc futuri ſunt ſanctorum atque fidelium comparatione quid ſumus? quandoquidem ad*

illos probandos tantus ſolvetur inimicus. Cùm nos ligato tantis periculis dimicamus. Quibus verbis inſinuatur Martyres extremorum illorum temporum immaniora ſupplicia paſſuros quam ſœculis præcedentibus. Apertius Javenus in ſuo Opere ad Evan-
Javenus. gelia ſerm. 1. *Erit major preſſura quàm nunquam fuerit in mundo, major quàm tyrannorum & hæreticorum fideles perſequentium, & quàm hypocritarum, Et hæc erit perſecutio Antichriſti.* Expende illud *Antichriſti* Quippè (inquit S. Hyppolytus orat. de conſummatione ſœculi.) *prioribus ſublimiores decla-*
S. Hyppolitus *randi ſunt, propterea quod ſuperiores ſuperarunt tyrannos, hi verò diabolum, ipſum filium perditionis.* A triplici hominum genere perſecutiones excitatę fuerunt contra fideles, à Tyrannis, ab Hæreticis, & Hypocritis. A Tyrannis Nerone, Diocletiano, &c. Ab Hæreticis Ario, Luthero, Calvino, &c. Ab Hypocritis, Pſeudoprophetis, Pelagio Monacho, & ſimilibus, qui veniunt in veſtimentis ovium, intus autem ſunt lupi rapaces. At crudelior erit Antichriſti perſecutio. Accipe mentem Richardi Victorini tract. de
Ricardus Victorin. plagis, quæ circa finem mundi contingent. *Erunt enim* (inquit) *diebus illis tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus uſque nunc, nec fient. Hanc autem quaſi tribulationem tribulationum, afflictionem afflictionum, per expreſſionem ſignificare voluit, cùm dicit, antequam adveniat tempus afflictionis: ſed indè conſtat illos annos veraciter hominibus diſplicere, quia in illis diebus eligent homines mori magis quàm vivere, ſecundùm quod ſcriptum eſt Apoc. c. 9. v. 6. In illis diebus quærent homines mortem, & non invenient eam, & deſiderabunt mori, & mors fugiet ab ipſis.* Tunc S. Parens Elias & Enoch non mutabunt habitum ſuum, ſed in proprio eremitico & pœnitentiali, apparebunt *amicti ſaccis & induentur ciliciis.*

IX. Difficultas eſt, an Elias prius perſequēte Achab, & poſtea ſeviente Antichriſto licitè potuit, ſeu poſſit dimittere habitum, ſuam melotem, ſeu cilicium? & uti habitu Hebræo, Sidonico, Baalitico, ſeu Antichriſtiano. [illegible] potuiſſe & poſſe, ſi oblatus illi fuiſſet, vel foret cùm hæ veſtes ſæpè diſtinguant materialiter non formaliter vulgum à prophetis, infideles ab Hebræis, Antichriſtianos à Chriſtianis. Vel ſint potius veſtes nationis quàm Religionis ſeu Sectæ. Undè ſi Iſraelitæ & Sidonii à cultu Baal receſſiſſent veram fidem amplectendo ſuas primas veſtes ſemper retinerent. Et ſi mulier Sareptana ante adventum Eliæ erat Gentilis, per Eliam converſa ad fidē non mutavit habitum Sidonicum. Quare dico S. Prophetā potuiſſe licitè illas veſtes aſſumere, ut ſe occultaret & periculum mortis evaderet, & idem ab aliis fieri poſſe. Ita communiter Theologi, Cajetanus, Duvallius, Suarez, Tannerus, Sylveſter apud noſtrum Lezanam tomo 3. tractat. 1. de fide diſput. 1. quæſt. 3. aſſerentes milites Chriſtianos non peccare contra fidem, quando in bello utuntur veſtibus infidelium ob aliquē bonum finem. Prima ratio eſt, quia ille habitus non denotat, nec continet explicitè vel implicitè negationem fidei, vel alterius religionis profeſſionem, quamvis alios decipiat putantes eum eſſe infidelem, vel Miſſionarium eſſe ſæcularem. Non enim ſemper tenetur quolibet loco & tempore fidem profiteri, maximè coram ignotis, ſed illam poteſt occultare, & permittere ut nonnulli decipiantur, cùm deceptio illa ſit accidentalis & ex ignorantiâ proveniat. Secunda ratio, Confeſſio fidei eſt dumtaxat pręceptum affirmativum quod non ſemper obligat, ſed dum imminet detrimentum honoris Dei, ſalutis proximi, dedecus, ſeu injuria fidei. Sic S. Sebaſtianus & alii ſub Imperatoribus infidelibus militantes fecerunt.

Non debuit tamen Elias ſuas pro- X.
phetales veſtes, nec Miſſionarius ſuas ordinarias dimittere, niſi ob aliquam juſtam cauſam, puta perſecutionis, qualis ſæviebat tempore famis triennalis in terra Iſrael, lib. 3. Regum cap. 17. 18. & 19. verſ. 1. *Nunciavit Achab*
Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & l. 3. Reg. 19. v. 1.
quomodo occidiſſet univerſos Prophetas Baal gladio. verſ. 2. *Miſitq; Iezabel* verſ. 2.
Nuncium ad Eliam dicens, Hæc mihi faciant

faciant Dii & hæc addant, niſi hac horâ cras poſuero animam tuam, ſicut animã unius ex illis. Verſ. 3. *Timuit ergò Elias & ſurgens abiit quocumque eum ferebat* verſ. 4. *voluntas, venitq; in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum,* Verſ. 4. *Et perrexit in deſertum viam unius diei.* Sic in Angliâ, in Hollandiâ, & in multis locis Germaniæ Miſſionarii maximè Religioſi tempore perſecutionis poſſunt aſſumere habitum ſæcularem dimiſſo proprio. Ita Suarez de fide diſput. 14. ſect. 5. num. 5. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 4. numer. 17. Cardinalis de Lugo de fide diſp. 14. ſect. 5. num. 7. Carpenſis de fide tract. 15. diſput. 3. ſect. 7. Verricelli tract. de miſſionib. Apoſtolicis tit. de fide, quæſt. 14. ſect. 7. Probatur ex Apoſtolo 1. ad 1. Theſſ. 5. v. 22. Theſſalon. cap. 5. verſ. 22: *Ab omni ſpecie malâ abſtinete vos.* Dimiſſio autem habitus prophetalis ſeu Religioſi & Miſſionarii, & aſſumptio veſtis vulgaris, Sidonicæ, &c. abſque neceſſitate præ ſe fert aliquam ſpeciem mali, ideòque vitanda eſt. Deindè non poſſumus abſque causâ ſufficienti intendere, ut quis decipiatur, præſertim ſi ex hoc judicet Eliam ſeu quempiam Miſſionarium eſſe infidelem, quæ eſt res magni momenti. Licet enim tali veſte cultum Baalis, vel Sectam Mahometicam aut Calviniſticam non profiteatur, tamen dat alteri occaſionem arbitrandi illum eſſe Baalitam, Mahometanum, Calviniſtam, &c. Et conſequenter Baalis, vel Mahometis, vel Calvini, &c. fidem profiteri. Sicque non exhibet veræ fidei & religioni debitam reverentiã, ſicut ſervus non reddit Domino ſuo debitum honorẽ quando aliqua facit poſitivè, quibus videtur innuere ſe non profiteri famulatum illius Domini. Quare diſtinguendum eſt inter notos & ignotos, ſi Elias ſuam veſtem dimiſiſſet, aſſumpſiſſetque veſtem ſæcularem & extraneam apud eos, quibus omninò ignotus erat, & ad quos edictum regis Achabi non pervenerat, nullumque periculum ei imminebat, niſi remotum, ſcilicet occaſio ſe exponendi ludibrio aliquorum, ut de prophetâ Eliſeo legitur, libr. 4, Regum cap. 2. verſ. 23. qui cùm proficiſceretur in Bethel, *Et aſcenderet per viam, egreſſi ſunt pueri de Civitate, & illudebant ei, dicentes,* l. 3. Reg. 2. v. 23. *Aſcende calve, aſcende calve.* Tunc non licet aſſumere habitum extraneũ dimiſſo proprio. Si verò ſit aliquod periculum proximum (ut præfertur) licitè poteſt uno habitu dimiſſo alio uti. Sic apud nonnullos infideles & hæreticos Religioſi poſſunt dimittere habitum ſuum & aſſumere ſæcularẽ illius Regionis. Ita Duvallius ſupra, art. 3.

Nec refert quòd aliquis decipiatur XI. exiſtimans eum eſſe infidelem, hoc enim judicium provenit ex imprudentiâ, ſi enim ſe prudenter haberet, deberet ſuſpendere judicium, vel dubitare cujus ſit Religionis, & tale dubium poterat Elias, poteſtque quivis alius fidelis permittere, quia tunc non urget præceptum confitendi, vel manifeſtandi fidem. Nec etiam veſtis illa extranea eſt diſtinctiva ſectæ, ſed nationis & ſtatus ſcilicet ſæcularis. Si tamen viri prudentes, qui noverant eum hactenus fidelem, nunc videntes cum tali habitu, non temerè, ſed maturè judicent eum fidem abjuraſſe: tunc illicita eſt & inexcuſabilis illa dimiſſio habitus, & aſſumptio extranei, quamvis aliqui certò ſciant ejuſmodi habitum aſſumptum eſſe ad ſe occultandum, quemadmodum non ſufficit quod aliqui norint eum loqui æquivocè, ſi aliqui alii judicent illum fidem abjurare. Ita Cardinalis ſupra ſect. 5. §. 1. num. 90. Si tamen Prophetæ aliqui vel fideles imprudenter certò credidiſſent Eliam vel Miſſionarium abnegaſſe fidem, modò alii prudentes, quibus antea notus erat Elias vel Miſſionarius, ut potè antea non tantùm fidelis, ſed etiam veræ religionis & fidei propugnator ſciant eum eſſe veſtitum, ut ſe occultaret, vel ſaltem dubitent, illa proprii habitus dimiſſio non eſt peccaminoſa, modò non ſit ſcandaloſa.

Si tamen ejuſmodi dimiſſio affer- XII. ret ſcandalum puſillis, non eſſet illicita, verbi gratiâ, ſi Elias dubitaſſet quod aliqui non ſatis firmi in fide (cujuſmodi plurimi erant) ut patet ex improperio & correctione Eliæ,

lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 21. *Vſquequo claudicatis in duas partes, &c.* [3. Reg. 18. v. 21] A fide defeciſſent, credentes Eliam etiam defeciſſe, & ejus exemplo ad veram fidem abjurandam & colendũ Baal deflexiſſent, tunc ſtante ſcandalo, ſcilicet aliquos fidem negaturos viſâ hâc mutatione veſtis exterioris, Elias non debuiſſet mutare veſtem, nec Miſſionarius licitè id præſtare debet. Ita Lugo ſupra num. 91. Suàrez de fide diſp. 14. ſect. 15. num. 13. Coninck diſp. 15. dub 3. numer. 75. Caſtropalaus tomo 1. tract. 4. diſp. 1. punct. 17. n. 10. Ratio eſt, quia ſuppoſito fidelium ſcandalo fides occultari non debet, ſed cum diſcrimine vitæ oportet fidem confiteri. Idem Suarez, Ægidius diſp. 15. dub. 3. Caſpenſis ſupr. num. 66. docent quod quando veſtis vel ſignum non ſunt per ſe inſtituta ad profitendam aliquam fidem ſed propter humanam politiam deſtinantur ad diſtinguendum fideles ab infidelibus, qui utitur illis ob cauſam legitimam non peccat mortaliter cõtra fidei confeſſionem. Ratio eſt, quia hoc non eſt profiteri ſectam alienam, ſed propriam Religionem occultare, quod aliquando licet. Illæ enim veſtes habent alium finem, & uſum honeſtum propter quem poſſunt convenienter deferri. Et milites Chriſtiani interdum in bello utuntur veſtibus infidelium, quibus ipſi diſtinguntur à fidelibus. Nullus etiam damnaret Chriſtianum captivum, qui ad fugiendum occultè aſſumeret prædicta ſigna. Denique videretur duriſſimum ſi Turca vel Judæus occultè converteretur ad fidem, & ſtatim obligaretur deponere hujuſmodi veſtimenta, & ſe prodere, quamvis eâ de cauſâ eſſet occidendus. Dixi *ob cauſam legitimam* quia licet hæreſis non ſit intrinſecè mala, eſt tamen de numero illarum, quæ habent ſpeciem mali. Ut igitur licitè fiat, debet honeſtari, ita ut fiat urgente neceſſitate: qui enim abſque neceſſitate id faceret, non cenſeretur uti illis rebus ob ſolum uſum intrinſecum, ſed propter malum, quod in eis eſt ex hominum accommodatione. Nam moraliter quilibet cenſendus eſt uti rebus eo fine, qui reliqui utuntur. Secundò, ſcandalum vitandum eſt, non ſolùm extrinſecum, ſed etiam propriæ conſcientiæ quod quidem in omnibus actionibus de ſe non malis generale eſt.

XIII Sanchez libr. 2. In Decalogum cap. 4. num. 28. Caſpenſis ſupr. numer. 67. dicunt non licere Chriſtianis uti veſtibus & ſignis à Principe deputatis ad profeſſionem falſæ ſectæ. Ratio eſt, quia uſus rei metiendus eſt ex fine primario; ad quem inſtituitur, ſed veſtes illæ ſunt primariò inſtitutæ ad falſæ ſectæ proteſtationem. Undè qui illis utitur cenſetur fidem talem profiteri. Si autem princeps infidelis animo ut Chriſtiani occidantur ferat legem, quâ Chriſtiani utantur certo ſigno, quo diſtinguantur à Turcis vel Hæreticis, non peccaret Chriſtianus qui ſigno illo uteretur ad vitandum mortis periculum. Ratio eſt, ſi enim utens ejuſmodi ſigno offenderet mortaliter, vel eſſet ob legem obligantem, vel quia illa lex, licet ſit injuſta, tamen habet vim interrogationis. At fideles interrogati de ſuâ Religione, illam confiteri tenentur. Sed neutrum horum convincit, quia primò non peccat dum illo ſigno utitur ob prohibitionẽ eo quod lex illa eſt injuſta contra jus naturale, At ex poſitione legis injuſtæ nulla procedit obligatio, imò quamvis lex juſta eſſet, adhuc Chriſtiani illi obedire non tenentur. Ratio eſt, quia humanæ leges ad ſui obſervationem non obligant cum mortis periculo. Deindè illa lex caret vi interrogationis, quia ut illius veſtis omiſſio cenſeretur fidei negatio, deberet carere ullâ aliâ ſignificatione, quia verò habet alias legitimas ſignificationes. Ideò quamvis Princeps conſtituat pro negatione veræ fidei, poſſunt tamen fideles uti ſine tali negatione. Differunt enim in eo verba & ſigna, quod voces ſint ex naturâ ſuâ inſtitutæ ad ſignificandos & exprimendos conceptus mentis, undè ſi homo non utatur vocibus propriis & genuinis, ſed ſibi placitis mentitur, quia propriâ vocum ſignificatione abutitur. At res non ſunt inſtitutæ ad ſignificandum ex ſuâ naturâ, ſed habent ex ſe proprios

prios ſuos uſus, & ſignificant aliquando per accidens, hinc fit ut non ſit mendacium abuti rebus in ſignificatione, ut Monachalis veſtis ſecundùm communem exiſtimationem denotat hominem eâ veſte amictum eſſe Monachum, ſicque hic habitus inſtitutus eſt, ut diſtinguat Monachos à non Monachis, tamen ſi quis ad vitam tuendam dimittat veſtem Monachalem non mentitur, nec laicus veſtem monachalem aſſumens mentitur. Si autem quis interrogatus an ſit Monachus neget, mentitur. Ex quo ſequitur primò, eum qui omittit ſignum in caſu de quo loquimur, non mentitur nec fidem negat. Sequitur ſecundò, fidelem inviſentem loca ab infidelibus & hæreticis occupata; imò & Religioſum tranſeuntem illac vel illic commorantem, maximè ut animabus lucrandis liberius ſtudeat, ut clam id præſter, poſſe veſtem illius regionis & nationis aſſumere, modò non ſit diſtinctivus ſectæ unius ab aliâ, Ita Cardinalis Lugo ſupr. num. 94. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 4. numer. 22. Coninck de fide diſput. 15. num. 72. & 74. Sequitur tertiò, etiam Religioſum inter infideles & hæreticos commorantem poſſe dimittere habitum Religioſum & ſæcularem aſſumere, comparere quaſi foret miles vel mercator; modò motivum illius ſit, ut liberius cum Catholicis agat, fidemque Catholicam ſic fovere & propagare intendat. Ita Suarez de religione tomo 4. tract. 10. lib. 9. cap. 8. num. 12. Pellizarius in manuali regularium tomo 2. tract. 8. cap. 4. ſect. 3 numer. 98. & confirmatur ex praxi. Paſſim enim Miſſionarii veſtibus etiã militaribus utuntur.

XIV. Sequitur quartò licere Chriſtiano etiam habitanti Romę geſtare flavum pileum, & moranti Venetiis rubeum, quo utetur Judæus, ut manus ſatellitum & miniſtrorum Tribunalis evadat, ita Diana part. 3. tract. 5. reſol. 49. contra Cajetanum 2. 2. quæſt. 3. art. 1. D. Antoninum part. 3. tit. 12. cap. 6. Sylveſtrum verbo *Apoſtaſia*, quæſt. 1. num. 4. Angelum verbo *infidelitas*, numer. 19. Navarrum in manuali cap. 115. num. 27. Meratium tomo 2. diſput. 29. de fide quæſt. 2. Arriagam 2. 2. de fide, quæſt. 12. Philiarchum de off. Sacerdot. tomo 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. Toletum lib. 4. cap. 2. Valentia tomo 3. Becanum in 2. 2. cap. 9. quæſt. 5. dubio 3. numer. 35. Tannerum 2. 2. diſput. 1. quæſt. 7. dubio 5. num. 110. Bannes 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. dubio 2. Coninck tract. de fide diſp. 15. dubio 5. num. 109. Layman in Theologiâ morali lib. 2. tract. 1. cap. 11. numer. 3. Villalobos in ſummâ tomo 2. tract. 1. diffic. 5. num. 10. Emmanuel Sa verbo *fides*, num. 5. Ratio eſt, quia ejuſmodi veſtes per ſe & directè non ſunt ſigna proteſtationis falſæ fidei, ſed ſecundùm ſe indifferentes, nec continent mendacium, aut falſam ſignificationem, nec conſequenter fidei negationem, ſed tantùm occultationem cum materiali ſignificatione. Præfatus Diana confirmat, quia etiam in verbis, ſi habeant plures ſignificationes, licet uti verbo ambiguo in ſignificatione, quæ ad occultandum ſecretum deſervit, quamvis ab audiente in alio ſenſu accipiatur. Igitur etiã in hoc caſu erit licitus uſus talium pileorum in neceſſitate, quia ſunt quaſi ambigua & æquivoca ſigna, quæ ob ſolum uſum primarium, vel ob ſignificationem poſſunt diverſimodè ſumi. Poteſt igitur ſumens unum ab alio ſeparare, licet fortè aliquis ſit decipiendus, adde tamen hanc reſtrictionem ſupra allegatam, modò viri prudentes maturè & prudenter non judicẽt ex hoc ſigno quod utens tali pileo abjuravit veram fidem. Hâc ſuſpicione ſublatâ, ſicut Sacerdos & Religioſus per loca infidelium poteſt uti veſtimento hominis laici & militis, non ſe ſimulat laicum, ſed ſacrum ordinem & ſtatum Religioſum occultat, permittendo tamen aliquos decipi, exiſtimantes eum eſſe ſtatus laici, vel militaris. Vide plura apud Auctores citatos pro hâc ſententiâ. Quibus favent etiam Verticelli tract. de Apoſtolicis Miſſionibus tit. de fide quæſt. 14. ſect. 2. Azorius tomo 1. lib. 8. cap. 27. quæſt. 4. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 4. Dunalius ſupra artic. 7. Suarez ſupra ſect. 2.

Arragonius 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. dubio 1. concl. 2. Peſantius, & Wiegers ibidem. Palacius, Pitigianus, Turrianus, Benzonius, Petrus Ledeſma, Caſtropalaus, Gorgonius, Duvallius, Hurtadus, Lopez, Rodriguez, Lugo, Pellizarius, Paſqualigus, noſter Lezana tomo 3. Theol. Scholaſt. tractat. 1. de fide, quæſt. 3. Sequitur quintò S. Eliſeum potuiſſe ſuadere Regibus Judæ & Iſrael & Edom de belli ſucceſſu ipſum conſulentibus contra Moabitas, ut ad decipiendum Regem Moabitarum Moabiticis inſignibus & imaginibus in ſuis vexillis & labaris uterentur. Similiter quando Samaria fuit obſeſſa à potētiſſimo exercitu Benadab regis Syriæ lib. 4. Reg. cap. 6. Idem Propheta Eliſeus potuit permittere regi Samariæ, ut ſuis vexillis appenderet imagines idolorū qui colebantur & appendebantur à Syris, ita Diana, Layman, Tannerus, quos ſequi videtur Verricelli contra Bannes, Azorium, Sanchez, Hurtadū, Caſtropalaum, Cardinalem de Lugo. Inter quos de Lugo & Hurtado ſcrupuloſè afferunt, quod ſi imagines idolorum depingantur in vexillis, & habeant ſubtiles catenas in ſignum captivitatis, ejuſmodi ſymbolo videtur fieri profeſſio falſæ religionis. Sed oppoſita ſententia eſt probabilior. Quia cùm illæ imagines ſint appenſæ & pictæ non ut illas colant, ſed ut hoſtes decipiant, non apparet quare geſtatio illorum ſignorum ſit intrinſecè mala & illicita. Sicut ingreſſus Naaman in templū idoli fingentis ſe velle ſacrificare lib. 4. Reg. cap. 5. non eſt culpabilis. A fortiori geſtatio habitus infidelis non eſt intrinſecè mala. Deindè (inquit Layman ſupra) hanc profeſſionē generatim loquendo non cogimur agnoſcere, quandoquidem etiam apud Chriſtianos ejuſmodi ſigna & imagines Martis, Jovis, Neptuni, &c. tanquam fabuloſā ornatus gratiâ in aulis & aliis locis publicis adhibeantur.

CAPUT XVI.

An liceat fidelibus uti veſtibus quibus Sacerdotes & Religioſi infideles utuntur in ſuis ſuperſtitionibus & cæremoniis falſæ Sectæ.

SAcer Textus lib. 4. Regum cap. 10. refert omnes ſacrificos Baal fuiſſe à Jehu invitatos ad ſolemne ſacrificium peragendum, à quâ invitatione nemo auſus eſt abeſſe, quamvis Baalitæ timidi accederent ob cædem 24. fratrum ſivè nepotum Regis Ochoziæ, ſeu ex ſtirpe Achabi & Jezabelis paulò antè factam. Si enim juſſi venire non veniſſent, videbant ſibi infallibiliter moriendum, nam propoſita erat pœna capitis iis, qui abeſſe præſumeretē. Nè igitur pro incerto malo, certum ac indubitatum ſubirent, venerunt omnes ad unum tanto numero, ut ampliſſimum templum Baalis implerēt, Verſ. 21. *A ſummo uſq; ad ſummū* replerent. Chaldæus *Ex angulo in angulum.* Septuaginta. *Et repleta eſt domus ſuper os.* Dionyſius *Ab unâ extremitate ejus uſque ad aliā.* Salianus ad annum mundi 3151. *Surſum deorſumq; in ſuperioribus & inferioribus ambulacbris & xiſtis, in imo templo, in tecto & ſolario, ad aras & veſtibula, omnia plena ſacrificulis.* Verſ. 22. *Dixitq; proferte veſtimenta univerſis ſervis Baal, & protulerunt eis veſtes.* Septuaginta. *Et dixit Jehu ei qui erat ſuper domum proferte veſtimenta omnibus ſervis Baal, & protulit eis præpoſitus veſtium.* Paraphraſis Chaldaica. *Et dixit ei qui præpoſitus erat ſuper thecas, profer veſtes omnibus famulis Baghla, & protulit illis veſtes.* Vatablus. *Tunc dixit ad eum, qui præfectus erat ſacris veſtibus, profer veſtes omnibus cultoribus Baal, & protulit eis veſtes.* Hugo Cardinalis. *Et dixit his, qui erant, id eſt Matricularii, ſivè Cancellariis templi, proferte veſtimenta lanea, vel alia, quibus differunt ab aliis.* Dionyſius. *Dixitque Iehu ſacrarum veſtium ſuperſtitionis illius cuſtodibus,* *ſeu*

I.

l. 4. Reg. 10. v. 21.

verſ. 22.

ſeu Matricularius, proferte veſtimenta univerſis ſervis Baal, quibus in ſacris Baal uti ſolebant, ut ſic diſcernerentur à cæteris. Cornelius. *Scilicet ſacerdotalia, vel ſacra, quibus utebantur Levitæ & Nathinei, ſive Miniſtri Sacerdotum.* Salianus *Veſtes* (inquit) *intelligit deſtinatas cultui Baal lineas, laneas, ſericas, ut his impediti veſtibus minus habiles eſſent ad reſiſtendum militibus.*

II. Ex quibus patet illas veſtes, quas Jehu juſſit proferri fuiſſe ſpecialiter deſtinatas ad uſum ſacrificii. Sicut enim in Eccleſiâ Romanâ, & olim in Synagogâ Sacerdotes, Levitæ, & ſummus Sacerdos, ſeu Pontifex Maximus ſacra facientes ſacris veſtibus utebantur, ſic illi Baalis ſacrifici. Et patet primò, quia Jehu juſſit, ut diſtribuerentur Miniſtris Baal. Dices fortè datas fuiſſe veſtes illas novas ſæculares, ut facilius deciperentur, & inducerentur. At hoc non probat quia potius illos, induxiſſet pecuniâ, vel alio munere quàm veſtibus novis, v.g. ejuſdem coloris, ut facilius diſtinguerentur. Deindè quomodò tam brevi tempore, quod impenſum eſt ad Baalitas convocandos potuiſſent confici tot veſtes ejuſdem formæ & coloris Tertiò debuiſſet potiùs mittere veſtes illas novas in domos eorum, ut ſic facilius illos alliceret ad veniendum, & tamen Textus ſacer cap. 10. verſ. 21. ait datas fuiſſe ejuſmodi veſtes jam ingreſſis templum *Et ingreſſi ſunt templum Baal, &c. Dixitq; his qui præerant ſuper veſtes, &c.* Eſt ergò veriſimilius illas veſtes fuiſſe ſpecialiter deſtinatas ad ſacrificium & alias ſuperſtitiones ritè obeundas. Et confirmatur ex Joſepho ſcribente, quod mandatũ fuit Pontifici, ut daret omnibus veſtes, &c. ſcilicet omnibus Miniſtris Altaris & Sacrificii, quia illi melius noti erant, quàm alteri. Deindè ex Vatablo. *Dixit ad eum, qui præfectus erat veſtibus*, quæ ſcilicet ad uſum ſacrificii ſolebant impendi. Præterea Hugo Cardinalis ait hoc onus fuiſſe commiſſum Matriculariis, ſivè Cancellariis templi, qui ſcilicet habebant curam ſervandi & diſtribuendi veſtes. Inſuper patet ex Dionyſio ſuprà citato. Deinde ex Saliano, apparet quoque ex animalibus ſuppeditatis, quæ Baalitæ immolaturi erant, & quæ Jehu volebat eſſe decipulam ad eos perdendos.

Hâc diſſimulatione Jehu peccaſſe docet D. Auguſtinus lib. contra mendacium cap. 2. quem ſequitur Divus Thomas 2. 2. quæſt. 111. art. 1. ad 2. his verbis. *Simulationem Jehu non eſt neceſſe excuſari à peccato vel mendacio: quia malus fuit, ut potè ab idololatriâ Jeroboam non recedens. Commendatur tamen, & temporaliter remuneratur à Deo, non pro ſimulatione, ſed pro zelo, quo deſtruxit cultum Baal.* Vel accepit aliquantulam mercedem tranſitoriã regni temporalis pro nonnullâ obedientiâ, quàm Deo exhibuit delendo domum Regis Achab. Difficultas eſt an fideles & veri Dei cultores poterant uti iſto genere veſtium ſacrarum quo præfati Sacerdotes Baal utebantur, non tantùm ut dignoſcerentur: ſed etiam (ut dictum eſt) quo Baalitæ utebantur in cultu & ſacrificio Baalis. III.

Dico illam geſtationem fuiſſe illicitam, nec modernos Chriſtianos poſſe licitè uti veſtibus, quibus Mahometani Sacerdotes utuntur in ſuis templis, ſeu Moſcheis, ita Bannes 2. 2. quæſt. 4. art. 2. dubio 2. concluſ. 4. Cardinalis Lugo de fide diſput. 14. ſect. 5. §. 1. num. 89. Turrianus, Arriaga, Coninck, Peſantius, Sanchez, Pellizarius, Vercellii: ex noſtris Franciſcus Bonæ Spei tract. de fide diſp. 7. dubio 2. num. 64. contra Caſtropalaum tomo 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 17. num. 6. Prima ratio eſt, quia non magis licet uti illis ſignis, ſeu ſacris veſtibus, quàm ſacrificare vel thurificare idolum Deindè quia illæ ſacræ veſtes, non tantùm deſerviunt diſpoſitivè ad cultum idolorum, ſicut apud nos habitus Clericalis, ſeu Monachalis, ſed etiam denotant formalem & actualem cultum. Tertiò, gerere ejuſmodi veſtes eſt intrinſecè malum, & conſequenter earum uſus omninò illicitus. Quando enim veſtis non tantùm ex voluntate infidelium; ſed etiam per formam expreſſam ſeu effigiem determinatur ad cultum idolorũ, ejus uſus eſt omninò illicitus VI.

illicitus, niſi in comediis ſeu theatris potius ad vituperium & contemptum quam ad approbationem idololatriæ. Quartò ejuſmodi veſtes non ſunt indifferentes, nec poſſunt abſtrahi à ſignificatione falſæ religionis: quia ad illius cultum ſunt dumtaxat inſtitutæ. Quamvis enim ſint ordinatæ ad placitum, idquè ſignificent ex inſtitutione humanâ ſeu diabolicâ, tamen nunc ex praxi ſignificant dumtaxat illum uſum, & expreſsè proteſtantur ſectam & religionem falſam. Addit tamen Duvallius Sacerdotem Gentilem & Turcam ad fidem converſum non teneri veſtes ſolitas deponere, ſeque prodere, periculoque evidenti mortis ſe exponere. Secundò à ſæcularibus poſſe veſtes Religioſorum aſſumi, ut ſe ab imminente periculo liberent.

CAPUT XVII.

An Princeps Tyrannus poſſit præcipere fidelibus & verè Dei cultoribus, ut certam veſtem deferant, quâ dignoſcantur & diſcernantur ab infidelibus.

I. HAnc quæſtionem propono occaſione Jehu, qui ſecundùm mentem Toſtati præcepit Baalitis ſumere præfatas veſtes, ut ab Iſraelitis veri Dei cultoribus diſcernerentur. Dico fideles non teneri deferre; ſivè talis lex fiat ad finem Religionis in odium fidei Chriſtianæ ſivè tantùm ad finem politicum, ita Rodriguez in ſummâ tomo 1. cap. 119. num. 4. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 4. numer. 29. Paſqualigus deciſ. 156. Lopez part. 1. inſtructorii cap. 42. num. 29. verbo *accipiens habitum*, Bannes 2. 2. quæſt. 3. art. 2. dubio 2. Azorius tomo 1. lib 8. cap. 27. quæſt. 4. Arragonius, Peſantius, Palacius, Valentia, Suarez, Cardinalis de Lugo, Becanus, Vericelli, Ariaga, Villalobos contra Navarrum. cap. 11. num. 27. verſ. 3. Cajetanum 2. 2. quæſt. 3. art. 1. Pitigianum. Ratio eſt quia iſta lex vel facta eſt in odium fidei, & tunc non habet vim legis, cum ſit injuſta, nec etiam obligat ex virtute confeſſionis fidei, quia fideles non tenentur fidem confiteri niſi quando in particulari publicè interrogantur de ſuâ fide. At fidelis non obligatur fidem confiteri per præceptum generale, ut fideles ſe prodant, & ſic cognoſcantur & plectantur. Quia cum ſit generalis interrogatio, quilibet in particulari non tenetur reſpondere; tunc enim nõ eſt propriè interrogatio de fide, ſed potius mandatum univerſale poſitivè ſe manifeſtandi, verbi gratiâ, Si ab Achab vel Antichriſto in Palæſtinâ ubi præcipuè dominabantur, hoc edictum promulgaretur, quicumque Eliæ partes, & Dei, quem colit, ſuſtinet in meo dominio accidat & coram me vel magiſtratu ſuam religionem profiteatur. Si nemo accedat ad fidem profitendam, non peccabit contra fidei confeſſionem. Ratio eſt, quia nemo in particulari interrogatur de ſuâ fide. Undè illa generalis convocatio ad ſe manifeſtandum non ſufficit ad inducendam illam obligationem, ut notat Suarez. Nec in iſto periculo ſe occultans facit contra Dei honorem. Nec moraliter ac per ſe loquendo, qui ſe in illo periculo abſcondit ſcandalum committit, nec ſignum à tyranno præſcriptum contemnens videtur negare fidem. Ratio eſt, quia nemo tenetur ſemper fidem confiteri, quamvis exiſtiment eum non habere fidem, imprudenter enim & temerè judicant. Præterea ſi hoc præceptum obligaret fideles eſſet contra bonum fidei, quilibet enim tyrannus poſſet eos obligare, ſicque uno die omnes fideles ſe prodendo delerentur. Vel etiam præfatum præceptum conditum eſt ob finem politicum, & non obligat, nec ex obedientiâ legiſlatori debitâ, quia lex humana non habet jus obligandi cum gravi vitæ periculo. Nec etiam obligat ex virtute fidei. Nam fidelis non obligatur ad poſitivam confeſſionem, niſi cum interrogatur in odium fidei. Nec gerens veſtem diſtinctam ſectæ à tyranno ordinatam

fidem

ſidem negat, etiam virtualiter, cùm omnibus conſtet Titum ſe voluiſſe occultare, non verò fidem negare, vel erubeſcere.

II. Nec Achab potuit, nec Turca poteſt, nec Antichriſtus poterit fideles & Apoſtatas obligare, ut in ſignum ſuæ Apoſtaſiæ, & abjuratæ fidei gerant veſtem determinatam vel deferant certum ſignum. Ratio eſt, quià illud ſignum intrinſecè malum & determinatum ad profeſſionem expreſſam falſæ religionis. Ita Cardinalis Lugo. Sicut Achab nequivit præcipere ut omnes Elianæ fidei ſectatores gererent zonam pelliceam, vel aliud ſignum. Nec Antichriſtus in fine mundi jubere ut fideles inſtar Eliæ lib. 4. Regum cap. 1. amicti ſaccis incedant, vel alio ſigno manifeſtativo ſectæ Chriſtianæ. Ita ſi idem AntiChriſtus vel alius tyrannus injungeret omnibus ſubditis ſuis, ſivè fidelibus, ſivè infidelibus, ut in ſignum ſuæ falſæ ſectæ determinatum aliquem habitum geſtent fideles ad illius habitus uſum non tenerentur. Ita Cardinalis Lugo de fide diſp. 14. ſect. 5. Arriaga, Coninck, Verticelli, Hurtadus, Caſtropalaus. Ratio eſt, quia in talibus circumſtantiis Principis tyranni præcepto ille habitus, ſeu ſignum geſtatum denotaret id fieri ad obtemperandum præcepto Principis non politico, ſed promulgato in odium & contemptum Catholicæ Religionis. At offendit contra fidei reverentiam, qui obtemperat principi præcipienti in odium & contemptum fidei. Ratio eſt, quia cum ille actus non ſolis infidelibus præcipiatur ut à fidelibus diſcernantur, ſed injungatur tam fidelibus, quàm infidelibus ad profeſſionem & honorem falſæ religionis, ſi quis fidelis tali præcepto morem gereret, cenſeretur profeſſor falſæ fidei: quemadmodum ſi tyrannus juberet fideles in ſignum abjuratæ religionis Catholicæ corium ſignum geſtare, deferens fidem abjuraret: quia tunc uteretur ſigno determinato ad ſignificandam fidei abjurationem.

III. Quod ſi Achab, vel alius tyrannus ſtatuat ut in ſignum abjuratæ religionis veræ omnes ſui ſubditi non mutent habitum, ſed antiquum gerant. Fideles ſubditi non tenentur ſuum habitum veterē dimittere, & novum aſſumere. Ita Cardinalis de Lugo ſup. ſect. 5. §. 1. num. 98. Ratio eſt, quia continuatio in ſuâ priori veſte non eſt ſignum determinatum obedientiæ & religionis cùm notus ſit alius finis, nota ſit perſeverantia in priori habitu. Nec fideles tenentur dimittere habitum priorem, qui ſimilis erat tam in formâ quàm in colore veſtimentis infidelium. Quia illud præceptum magis tendit ad diſcernendos fideles per novum ſignum, ſcilicet dimiſſionem prioris habitus religionis. Quæ lex obligare non poteſt fideles ut ſignum ſuæ religionis portent; alioqui univerſali lege fideles obligarentur ad ſe prodendum & manifeſtandum poſitivè, ad quod non tenentur, niſi quando interrogantur de fide in particulari & publicè.

Contra præfata non obſtat factum Davidis, qui lib. 1. Regum cap. 21. IV.
verſ. 13. immutando faciem ſuam coram rege Achis ſimulavit ſe ſtultum, ut evaderet periculum mortis, quod putabat ſibi imminere. Ad quam ſententiam confirmandam ſubdit S. Hieronymus, & ex illo Adrianus, *Nec mirum juſtos homines aliqua ſimu-*
lare pro tempore ob ſuam & aliorum ſa- S.Hierō.
lutem, cùm & ipſe Dominus noſter non habens peccatum, nec carnem peccati ſimulationem peccatricis carnis aſſumpſerit, ut condemnans in carne peccatum nos in ſe faceret juſtitiam Dei. Dico Davidem coram Rege Achis non ſi-
mulaſſe religionem; de quâ hic agi- *l. 1. Reg.*
mus, ſed ſtultitiam & morbum. Nam 21. v. 13.
(inquit Textus Sacer. *Immutavit os ſuum coram eis.* Hebræus *guſtum ſuum*, ideſt ſenſum ſuum, mentem ſuam, ita ut qui prius ſenſatus erat finxit ſe inſenſatum inquit Vatablus. Pagninus vertit *ſermonem ſuum*, quoad pronunciationem & accentum nè Judæus videretur, ita Serarius. Cornelius ſcribit guſtum mutaſſe ſcilicet habitum oris & faciei ſuæ, ore enim & facie patet corporis & mentis geſtus, quid homo guſtet, quid ei placeat, quid eum oblectet, quid ei

diſpliceat, vel illum contriſtet. Vel denique mutavit guſtum, idest habitum oris & vultus ſui, illum detorquendo, contrahendo, dilatando, & in varias formas & geſtus, os, oculos, nares, labia transformando inſtar ſtultorum cùm eis aliquid placet vel diſplicet. Quare D. Thomas 2. 2. quæſt. 111. art. 1. ad 2. non aliter excuſat Davidem à peccato, quàm quod fictio hæc Davidis fuerit figuralis. Fuit enim figura Chriſti, qui cùm eſſet Deus alium ſe eſſe quaſi ſimulavit, cùm carnem noſtram aſſumpſit, in eâque tot labores, tot dolores, opprobria, ipſamque mortem paſſus eſt. Huic explicationi arrident S. Auguſtinus in pſalm. 33. Beda, Eucherius, Rabanus, Angelomus, ſed meo judicio mitius Toſtatus cum aliis ſcribit Davidem non peccaſſe, quia videtur ad hoc motus à Deo. Undè paulò poſt recedens ab Achis compoſuit divino inſtinctu excellentem pſalmum 33. *Benedicam Dominum in tempore.* Secundò quia David faciens actiones deliras ipſo facto non dicebat ſe eſſe ſtultum, ſed dumtaxat ſe ſimulare ob inſtans periculum mortis, quod verum erat. Talis autem ſimulatio, non eſt mendacium, ſed ſilentium veritatis, ſivè diſſimulatio, quâ quis aliam quaſi perſonam, alios geſtus, moreſq; induit ob cauſam juſtam tegendo veritatem vt evadat periculum. Sic Joſue cap. 8. verſ. 5. finxit ſe pavidum fugere cives Hai, ut eos extra urbem eliceret & interficeret. Sic Judicum cap. 7. verſ. 20. Gedeon cum trecentis complosione lagenarum, & effulguratione lampadarum finxit ſe numeroſum exercitum habere, ut conſternaret Madianitarū copioſiſſimas phalanges. Sic lib. 1. Reg. cap. 16. cùm Samuel pergeret ad ungendum David in regē finxit ſe ire Bethleem ad immolandum. S. Simeon cognomento Salus finxit ſe ſtultum, ſic S. Franciſcus nominavit ſe fatuellum mundi, multique ut mundum contemnendū eſſe perſuaderent, ſe ſtultos ſimularunt. Sic (inquit Apoſtolus 5. Corinth. cap. 4. verſ. 10.) *Nos ſtulti propter Chriſtum.*

CAPUT XVIII.

Liceat nè fidelibus uti ritibus alicujus ſectæ infidelis.

Quæſtio hæc proponitur occaſione duarum Hiſtoriarum, quarum una refertur lib. 4. Regum cap. 5. Altera cap. 10. ejuſdem libri. An ſcilicet liceat Miſſionario, vel alteri fideli uti ſignis & ritibus, quæ ſunt manifeſtativa falſæ religionis & infidelitatis, verbi gratiâ Mahometanæ, Lutheranæ, Calvinianæ, vel alterius, quæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adverſatur. Cajetanus, Suarez, Tannerus, & inter recentiores Verricelli tractat. de Apoſtolicis Miſſionibus tit. de fide, quæſt. 10. Ex noſtris Lezana tomo 3. Theol. tract. de fide diſp. 3. quæſt. 3. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate tomo 3. diſput. 4. dubio 9. Urbanus ab Aſcenſione in Theol. moral. tract. 1. cap. 2. P. Franciſcus ſup. numer. 63. & alii apud Verricelli communiter negant eſſe licitum. Nonnulla argumenta favent opinioni affirmativæ. Nihilominus ſi attentè diſcutiantur potiùs negativæ ſuffragantur. Primò quidem verum eſt, quod Naaman Syrus abjuravit idololatriam his verbis. *Verè ſcio quod non ſit alius Deus in univerſâ terrâ, niſi tantùm in Iſrael, &c.* 4. Reg. 5. v. 16. Verſ. 17. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum, aut victimam Diis alienis, niſi Domino.* verſ. 17. Septuaginta. *Niſi Domino ſoli.* Paraphraſis Chaldaica, *Non faciet ultra ſervus tuus holocauſtū & ſacrificium erroribus gentium, ſed nomini Domini.* Cajetanus. *Non faciet ultra ſervus tuus holocauſtum & ſacrificium Diis alienis, niſi Domino, ſeu non faciet ultra ſervus tuus holocauſtum & ſacrificium Elochim aliis, niſi Iehovah.* Vatablus. *Si quidem ſervus tuus poſthac non ſacrificabit holocauſtum aut ſacrificium Diis alienis, ſed ſoli Domino.* Dionyſius. *Niſi Domino, ideſt ſoli univerſorum dominatori vero Deo.* Toſtatus quæſt. 24. *Huc uſque non cognovi Deum Iſrael eſſe verum Deum, ideò faciebam ſacrificium Diis alienis, ſed ultra non*

non faciam ſacrificia Diis alienis, ſed faciam ſacrificium Domino, ideſt Deo Iſrael. Cajetanus. *Verè enim converſus erat non ſolùm ad credendum, ſed etiam ad ſacrificandum ſummo Deo dumtaxat.* Undè hæc reſolutio procedit? Ex cognitione ejus per miraculoſam curationem ſuæ lepræ, Verſ. 15. *Verè ſcio, quod non ſit alius Deus in univerſâ terrâ, niſi tantùm in Iſrael.* Septuaginta. *Ecce jam cognovi, quod non eſt Deus manens in omni terra niſi in Iſrael.* Septuaginta. *Ecce jam coguovi; quod non eſt Deus in univerſâ terrâ; niſi in Iſrael.* Paraphraſis Chaldaica. *Ecce nunc cognovi, quod nou eſt Deus manens in omni terrâ niſi in Iſrael.* Lyranus. *En abſecro novi, quod non ſit Deus in univerſâ terrâ niſi in Iſrael.* Lyranus in additione 2. *Intelligens ex miraculoſâ curâ circa eum in nomine Dei Iſrael factâ, ſolum illum verum Deum eſſe, & eum ſolum adorandum, hanc concluſiònem elicuit, quod de cætero idola colere nollet, ſed Deum Iſrael in omni loco, etiam in templo Remmon, quando juxta officium ſuum intrare cum rege oporteret.* Dionyſius. *Verè ſcio quod nulla gens colat verum Deum niſi plebs Iſrael. Quamvis enim in aliis gentibus fuerint aliqui boni Deum colentes ſecundùm legem naturæ cum fide Chriſti venturi implicitâ vel explicitâ: illi tamen erant pauciſſimi: ſed in Iſrael ſub Eliſeo fuerunt multi. Et quod ait in Iſrael non eſt intelligendum tantùm de tribubus decem, ſed de regno Iuda, quod tunc ſub Ioſaphat pro majori parte coluit Deum, quàm populus decem tribuum. Itaque quod ait, quod non ſit Deus in univerſâ terrâ, niſi in Iſrael non eſt intelligendum quod Deus omnipotens & immenſus erat terminus Iſrael circumſcriptus, cum ipſe ubique per eſſentiam; præſentiam, potentiamq; exiſtat, ſicut ait per Ieremiam cap. 23. Nunquid non cælum & terram ego impleo, ſed quod in populo Iſraelitico potiſſimè colebatur*
Baeza. *ſecundùm ſenſum probibitum.* Baeza. tomo 5. lib. 4. cap. 1. §. 7. *Vide quàm celeriter inſtructus à Deo fuit Naamanus credens pietatem & religionem non pendere à certo & determinato loco, ſed eam poſſe exerceri in omni loco, etiam in ipſo templo falſorum Numinum, &c. Nihil veretur, paratus vel inter idolorū aras, vel inter ipſos idololatriæ ſuſſitus in verum Deum oſtentare pietatem ſuam quod quanti viri erat, quam fidelis, quam præſtantis oſtendit luculenter Tertullianus lib. ad Martyres.* Producit verba Tertulliani Martyres alloquentis.
Domus quidem Diaboli eſt & carcer in Tertull.
quâ familiam ſuam continet, ſed vos ideò in carcerem perveniſtis, ut illum etiam in domo ſua conculcetis. Iam enim foris congreſſi conculcaveritis. Tanta erat Martyrum fortitudo, tanta conſtantia, ut in domo carceris, in domo diaboli, ubi nonniſi rei variorum ſcelerum, ubi nonniſi ſatanæ mancipia erant, virtutes Chriſtianas exercerent, dæmones ſuperarent. S. Ambroſius
in pſalm. 118. ſerm. 20. *Contuere ali-* S. Ambr.
quem in Martyrio conſtitutum, frequentibus afflictum ſuppliciis, retruſum in tenebras, gravi fractam pondere catenarum, nervis crura diſtentum, eviſceratum equleo, exaratum ungulis, aduſtum candentibus laminis, perſeverantis fidei virum, ſed jam tadiantis animi, quod diutius differatur ſacra mortis corona, dicentem vide humilitatem meam, & erue me, quoniam legem tuam non ſum oblitus. Lucifer Calaritanus opuſculo moriendum eſſe pro Dei filio, hæc inter cœtera habet tyrannum alloquens. *Adverte vorator in-*
nocentium, quod in quo Chriſtus vigilet Lucifer
vinci tuis tormentis non poſſit, famem Calarit.
vincat, ſitim ſpernat, ſqualorem carceris & receptaculi, pœnarum horrorem roboris ſui vigore ſubigat, omnem calcet pœnam, cunctos conterat cruciatus, nec mortem, quam tu magno niſu minitaris inferre, metuat. Infra. *Quis tantùm ſibi oblatam fælicitatem reſpuat, niſi qui ſit te infælicior, cum videat confeſſione vocis unius Chriſtianus ſum adverſa ſuccumbere, læta provenire, pateſieri regna, æterna parari imperia, &c.*

Ad Interpretes redeamus. Cajeta- II.
nus diſſerens de Naamano. *Curatus eſt non ſolùm in corpore: ſed etiam in animo, cognovit & profeſſus eſt, non ſolum Deum Iſraelis eſſe verum Deum, ſed etiam eſſe ſolum Deum, & omnes Deos gentium non eſſe Deos.* Toſtatus quæſt. 14. ait. *Quod Naaman cognovit, quod ſolùm erat Deus in Iſrael propter dua,*

primum quod Deus Iſrael erat verus, ſecundum quod Dii aliarum gentium nō erant Dii. Primum iſtorum ſatis concludebatur ratione neceſſariâ, nam Deus eſt virtus quadam illimitata excedens vires naturæ, ſi ergò aliquis eſt qui à ſeipſo operetur aliquid quod naturâ ſuâ facere non poteſt, conſtat illum eſſe verum Deum, &c. Sic autem erat de illo, quem Iſraelita vocabant Deum, quia ille curavit nunc à lepra, & tamen curare à lepra non poteſt fieri naturaliter, ergò erat verus Deus, &c. Secundum, quod Naaman cognovit ſolum Deum Iſrael eſſe verum Deum. Nam licet inſana gentilitas poneret multos Deos, tamen ſapientes inter gentiles, quam in omnibus ſtatibus & legibus hoc aſſeverant, quod Deus quoddam bonum, quo nihil melius æſtimari vel inveniri poteſt. Conſtebat tamen Naaman, quod nullus de Diis gentium poterat ſanare aliquem leproſum, nec ſuſcitare mortuum, nec unquam iſtud in alia regione auditum fuerat, & tamen Deus Iſrael poterat facere iſtud. Ergò erat aliquod bonum majus quolibet Deo reputato à gentilibus. Sed Deo nihil melius inveniri poteſt, nec excogitari, ergò nullus de Diis gentium erat Deus, ſed ſolùm Deus Iſrael erat Deus &c. Quæſt. 15. oſtendit quod Naaman credit Deo credens ſe ſanatum fuiſſe ab eo non verò ab aquâ Jordanis. *Primò quia Naaman lotus fuerat jam in aliis aquis ſalubrioribus, quàm eſſet Iordànis, & tamen nunquam fuerat ſanatus in totum vel in partem. Ergo dato quod tunc ſanaretur in Iordane non crederet quod ſanabatur virtute aquæ, ſed virtute Dei. Secundum erat & efficacius, quia operationes naturales ſunt neceſſariò in ſucceſſione, & impoſſibile eſt aliquam rem in inſtanti, vel ſubitò operari, & tamen lepra Naaman purgata eſt ſubitò, in fine ſeptima lotionis ſubitò tota lepra recedit, & manſit caro ejus munda & tenera, & coloris naturalis ſicut caro pueri. Tertium eſt quia ſi Naaman nullo ſibi loquente lotus fuiſſet in Iordane, & ſanaretur, ſatis poterat credere naturaliter fuiſſe cauſatam ſanitatem. Nunc tamen iverat ad Iordanem præcepto Eliſei, & in ſeptimâ vice ſicut dixerat Eliſeus ſanatus eſt, ideò non erat veriſimile quod virtute aquæ ſanaretur, ſed propter verbum Domini dictum per Eliſeum.*

Hac abjuratione ſuæ infidelitatis, III.
& profeſſione veræ religionis per actâ videtur petere ab Eliſeo facultatem utendi adhuc cæremoniis gentilium. Verſ. 18. *Hoc autem* (inquit) *ſolùm eſt de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adoravero in templum Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoſcas mihi Dominus ſervo tuo pro hac vice. Qui dixit ei, vade in pace.* Varablus in Scholiis. *Fac precibus tuis ut condonet mihi Dominus incurvationem illam, quam cogor ex officio præſtare regi oranti in templo Remmon. Soleo enim illi tremulo & imbecilli eſſe vice ſcipionis, cùm incedit, ſtat, aut ſedet, vel incurvavero me, ut ſcilicet accommodem me Domino meo inclinanti ſe.* Dionyſius. *Si ſimulavero me idolum adorare, quia hoc ſine offenſa regis mei vitare non valeo, & hoc mihi Dominus indulgeat.* Notat Toſtatus quæſt. 24. quod Naaman putabat hoc eſſe peccatum, quandoquidem Eliſeum rogabat, *ut rogaret Deum pro ipſo, quia iſtud pertinebat ad quendam honorem Dei, oro ut petas à Domino veniam mihi ſervo tuo pro hac re, ſi peccavero adorans coram idolo Remmon.* Quomodò pro ſimulata illa adoratione petit ſibi ignoſci. Vocant eum famulatum Hugo, Dionyſius, & alii, & favet Cajetanus docens, quod *Hebraica dictio, quamvis communiter interpretata ſit adorare, propriè tamen non ſignificat adorationem, ſed exhibitionem ſigni honoris in ipſius honorantis perſona curvatione, ſivè curvatio hujuſmodi fieret genuflexione, ſivè proſtratione, ſivè capitis, & humerorum inclinatione, ita quod non ſignificatur actus interior, ſed actus dumtaxat exterior honoris.* Undè reſpondet quod aliud eſt loqui de genuflexione imitativâ genuflexionis Regiæ, aliud de genuflexione obſequii. Nam genuflexio imitativa eſt ejuſdem ſpeciei cum genuflexione, quorum imitativa, & propterea eſſet genuflexio idololatrica, quemadmodum genuflexio regis, ſed de hujuſmodi genuflexione non eſſe

ſermonem

ſermonem teſtantur verba Naaman, proponentis conſcientiæ ſuæ ſcrupulum conſiſtere in loco & tempore talis obſequii, quia videlicet in templo Remmon non in tempore, quo Rex adorabat Remmon ipſum Naaman genuflectente Rege oportebat genuflectere, eoquod Rex innitabatur ſuper eum: & quemadmodum Rege ſtante oportebat ipſum ſtare, ita Rege genuflectente oportebat ipſum genuflectere. De hujuſmodi genuflexione obſequii eſt quæſtio. *Dicimus* (inquit Cajetanus) *quod ſecundùm ſe erat licita, eo quod obſequebatur genuflexioni regis abſolutè & non relativè ad idololatriam. Genuflexio enim ipſa regis actio quædam eſt ſecundùm ſe non mala, ſed iniquitatem idololatriæ habet annexam ex idololatrâ mente regis. Miniſter autem obſequens genuflexioni, & non relationi ad idolum non eſt particeps criminis.* Quemadmodum Nobiles comitantes regem euntem ad concubinam non ſunt participes peccati, eoquod non comitantur eum quatenus vadit ad peccandum, ſed quatenus vadit illuc abſolutè. Ipſum enim ire ſecundùm ſe nullum eſt peccatum. Quamvis autem hujuſmodi genuflexio obſequii ſecundùm ſe non ſit mala, ſpeciem tamen mali præ ſe fert, ratione loci & temporis, niſi perſona ſit exempta ab idololatriâ, nam ſi perſona obſequens ibi tunc ſimilis aliis habetur, genuflexio ejus quantumcumque ex propriâ intentione non ſit mala, occaſionem tamen præſentibus dat exiſtimandi, quod ipſe facit ſicut alii genuflectentes. Si verò perſona nota eſſet aliena ab idololatriâ, ceſſaret ſpecies mali, & conſequenter ratio ſcandali, ſeu exiſtimationis, quod ipſe genuflecteret idolo. Et quia Naaman & verbo & facto, ædificandi ſummo Deo altare, illique ſacrificandi, & profitendo ipſum ſolum eſſe Elohim, publicabat ſe alienum eſſe ab idololatriâ, ideò obſequium quod præſtabat Regi in templo Remmon adoranti, nec ex ſe erat malum, nec habebat ſpeciem mali. Toſtatus quæſt. 25. poſt Lyranum. *Id quotidie fit à Chriſtianis concaptivis apud Saracenos qui labentes veſtes Dominorum ſuorum tenent, dum Mahometis templum intrant & manent ibi, & flectunt genua quando illi inclinant & flectunt, & hoc abſque peccato, quia non intendunt colere Mahometem. Nec in hoc etiam Eliſeus cum illo potuit diſpenſare, nec permittere conſcientia timoratæ.* Ut patet ex illis verbis, verſ. 19 *Vade in pace.* Ideſt, eſto ſecurus, vel orabo Deum pro te, ut non pecces. Toſtatus. *Non dicit hoc eſſe peccatum, nec affirmavit ignoſcendum à Deo, ſed dixit, Vade in pace. Ipſe autem Naaman more bonarum mentium timebat culpam, & propterea petiit ſibi ignoſci, non imputando ad culpam.* Toſtatus Hugo Cardinalis. *Fortè* (inquit) *Naaman promiſerat Eliſeo, ut omnino recederet à rege loco & tempore. Et ideò ob favorem religionis fidei, quia Neophytus erat diſpenſavit cum eo ad tempus (ut maneret inter gentiles,) ſic melius prædicaret fidem unius Dei latenter ut ſit ei magis crederet, quia Rex in ſummâ reverentiâ eum habebat.* Hugo. Aliqui apud Dionyſium exponunt *ſi adoravero* in templo Remmon non idolũ illud, ſed verũ Deum: tamen ſi ſimulavero me adorare idolum, quia hoc ſine offenſâ Regis mei vitare non valeo, & hoc Dominus mihi indulgeat. Dicuntque quod Eliſeus hoc ſibi conceſſit, diſpenſando ſecum ad hoc agendum: ſed quando ſimulatio idololatriæ eſt, tum culpabilis in ſe & ſcandalizativa eſt, & contra illud Apoſtoli 1. ad Theſſal. cap. 5. *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* Et contra illud Matthæi cap. 5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus.* Alii aſſerunt apud eundem ſi adoravero in templo Remmon verum Deum, non ſimulandò idolo adorationem: ſed quantùm ad locum communicando cum rege idololatrâ, ita ut in eo phano Deum verum adorem, in quo ipſe idolum ſuum, quod non eſt malum in ſe, quia Deus poteſt adorari in pace & coli, & tamen potuit apud ignorantes habere ſpeciem mali, quia videntes me illuc intrare cum Rege poterunt æſtimare quod pro eâ cauſâ illuc ingrederer pro quâ ipſe, & quantùm ad hoc indiguit diſpenſatione, quam facere poterat Eliſæus, præſertim ex inſtinctu divino, vel

Eee 3 (ut

(ut aliqui dicunt) ſolùm declaravit hoc ipſi Naaman non eſſe illicitum. Unde aliqui aſtruunt, quod quamvis idololatria, & ejus ſimulatio fuerint vitioſæ de lege naturæ: non tamen id quod habet ſpeciem talis ſimulationis, dummodò non ſit in eo idololatria, aut ſimulatio ejus.

IV. Explicatio Cajetani placet noſtro P. Lezana tomo 3, diſp. 4. tract. de fide quæſt. 3. Unde Eliſeus annuit petitioni Naaman, non adorandi idolū, ſed genufleċtendi & ſerviendi Domino ſuo, quando illud adoraret. Adoratio igitur Regis fiebat intuitu Religionis, quia erat homo gentilis: adoratio verò Naaman erat civilis, politica, & intuitu obſequii, inquiunt etiam Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæſt. 5. Becanus 2. 2. tract. de fide cap. 3. n. 14. Et confirmatur ex eo quod Naaman publicè teſtatus eſt ſe eſſe alienum ab idololatriâ & profiteri Deū Iſrael eſſe ſolum Elochim, quando & verbo & facto aram ſummo Deo ædificaverit, eique immolarit, ideòque ſi aliquod obſequium præſtitit in templo Remmon Regi adoranti, cooperatio illa nec in ſe eſt mala, nec habuit ſpeciē mali, cùm humeris ejus Rex inniteretur ſivè in templo, ſivè in palatio, ſivè in horto eſſet.

V. Alteram reſponſionem, quæ eſt Hugonis non approbant Lyranus, Dionyſius, & alii. Nec etiam tertia reſponſio aliorum (quam afferi Dionyſius) probabilis eſt, ſcilicet Deum diſpenſaſſe in primo illo præcepto permittendo ſcilicet idololatriam, ut noviſſimè ait Joannes Caramuel in ſuis dubiis orbi litterario propoſitis, aſſerens Deum diſpenſaſſe in facto per Eliſeum cum Naaman, per hæc verba *vade in pace*. Ergò (inquit Caramuel) Naaman poterat tutâ conſcientiâ adorare idolum Remmon. Patet conſequentia, quia aliàs non dimitteret in pacem, ſed in peccati ſervitutem. Sed nec credibile eſt Eliſeum diſpenſaſſe, & Deum ipſum ad hoc inſtigaſſe. Nec denique verum Deum diſpenſaſſe per Eliſeum in eo, quod haberet ſpeciem ſimulationis idololatriæ: ſed permiſiſſe illud obſequiū regis, quod eſt actus indifferens & urbanus. Poteſt etiam dici cum P. Lezana ſuprà, Eliſeum non approbaſſe idololatriam Naaman, ſed permiſiſſe genuflexionē. Dices ſi Naaman potuit adorare in templo modo explicato, quare ergò poſtulavit ab Eliſeo, ut à Deo impetraret illi remiſſionem ſeu condonationem hujus facti. Reſpondet Becanus, hoc ideò fecit, quia putabat eſſe peccatum. At Eliſeus reſpondit non eſſe. Alii aſſerunt Prophetam dixiſſe, vade in pace, quia exiſtimavit diſſuadendo genuflexionem fore conſilium inutile. Deinde reſponderi poteſt Eliſeum conceſſiſſe ſeu promiſiſſe Naaman quod poſtulabat, ſcilicet ſe oraturum Deum pro eo, vel ut non committeret tale peccatum, vel poſt commiſſionem ageret pœnitentiam.

VI. Contra id quod dictum eſt Eliſeū permiſiſſe ut Naaman inſerviret Domino ſuo genufleċtenti, & incurvanti ſe coram idolo Remmon, ſeu permiſiſſe iſtud obſequium quod eſt actio urbana & indifferens. Caramuel verba illa Naaman verſ. 17. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum, victimam Diis alienis niſi Domino.* 4. Reg. 5. v. 17. Hebræus. *Sed tantùm Elochim, qui verus eſt & unicus eſt Moyſis & Iſraelis Deus.* Dionyſius. *Soli univerſorum Dominatori vero Deo, ac ſi dicat, de terrâ iſtâ ædificabo altare, ſuper quod vero Deo deinceps ſacrificabo.* Quibus verbis Naaman ſignificat ſe non oblaturum ſacrificium vel hoſtiam idolo non abjurando adorationem in cultu extrinſeco, ſicut quando Petrus promittit quod nunquam celebrabit aut faciet celebrari ſacrum, cum hac promiſſione, non pollicetur quod expoſitum ſacramentum non adorabit. Sed contra Naaman per hæc verba *non faciet*, non tantùm promittit ſe non ſacrificaturum, non oblaturum hoſtias idolo Remmon, ſed etiam nullum cultum extrinſecum ei exhibiturū, alioqui non habuiſſet intentionem verè colendi & adorandi Deum, nec ſtetiſſet promiſſis jam jam factis. *Quæ enim* (inquit Apoſtolus 2. Corinth. cap. 6. verſ. 14.) *participatio juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conventio*

ventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei cum idolis. Ideſt nullo modo compatitur cultus Dei cum adoratione idoli. Undè quod allegatur de negatione celebrationis cum adoratione ſacramenti non probat intentum, licet enim phyſicè poſsit non celebrare, nec facere celebrare cum adoratione ſacramenti, & etiam non offerre ſacrificium cum adoratione externâ, tamen adoratio idoli non poterat compati cum adoratione veri Dei quam promiſerat. Et confirmatur exemplo propoſito, quia non poteſt aliquis nolle ſacrificium miſſæ celebrare, vel celebrari facere ex affectu deteſtationis veri Dei, & velle Sacramentum expoſitum adorare ex affectu veri cultus. Si igitur Naaman illis verbis *non faciet*; deteſtabatur cultum falſi Dei, non poterat per illã actionem externam velle eidem idolo verum cultum exhibere. Nec poteſt dici Naaman petiiſſe diſpenſationem ab Eliſeo, ſi enim potuiſſet illam diſpenſationem poſtulare, potuiſſet etiam diſpenſationem poſtulare ſacrificandi & offerendi hoſtias idolis. Poterat enim tam benè diſpenſari in uno ac in alio. Undè malè infertur ex textu petiiſſe diſpenſari in uno & non in alio, maximè cum non eſſet neceſſaria diſpenſatio illius actionis. Si Eliſeus igitur abſque diſpenſationis neceſſitate poterat reſpondere Naaman *abi in pace*, fruſtra poſtulat diſpenſationem.

VII. Nec iterùm dicendum eſt quod Eliſeus concedit Naaman adorationem quam poſtulat, & ſic concedit adorari idolum. At inquies concedit Eliſeus Naaman adorari quod petiit, igitur concedit & permittit adorationem idoli. Nec intereſt quod talis adoratio ſit merè materialis (ut Sylvius reſpondet) innixus aliquibus ſcripturæ locis, maximè hiſtoriâ Abrahami, Geneſis cap. 18. verſ. 3. ubi videns tres viros *Concurrit in occurſum eorum, de oſtio tabernaculi ſui, & adoravit in terrâ.* Cui (ut alia omittam) adjicio illud lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 14. *Videntes filii Prophetarum qui erant in Iericho è contra dixerant, requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum, & venientes in occurſum adoraverunt eum proni in terram.* Item cap. 4. verſ. 37. ubi de Sunamitide, *Venit illa & corruit ad pedes ejus, & adoravit ſuper terram.* In quibus caſibus reperitur ſemper aliqua adoratio ſaltem dubia (ut notant Interpretes) quam prohibet idolis. Ad hoc reſpondet illuſtriſſimus Criſpinus à Borgia in quæſtionibus ſelectis Moralibus quæſt. 2. retorquendo in Caramuelem, ab Eliſeo concedi Naaman quod petiit, ſed Naaman ſuis verbis ſtrictè acceptis non poſtulat diſpenſationem, ſed veniam ſeu remiſſionẽ. Supponit igitur illam adorationem fore peccatum, pro quo (ut veniam impetret) rogat Eliſeum, ut pro ſe intercedat. Minor conſtat. *Si* (inquit Naaman) *adoravero in templo Remmon adorante eo in eodem loco ut ignoſcat mihi Dominus ſervo tuo pro hac re*, Quod confirmant illa verba *Vade in pace*, Ideſt Deus remittet tibi illam rem, vel faciam, & rogabo Deum ut tibi ignoſcat; vel agas pœnitentiam, quæ reſponſio Eliſei non includit aliquam diſpenſationem.

Gen. 18. verſ. 3.

4. Reg c. 2. v. 18

c. 4. v. 37

VIII. Deindè Eliſeus non permiſit adorationem materialem, ſed urbanitatem, ſeu obſequium, & ſervitium Regi, quod non continet ullam adorationem duliæ vel latriæ. Quidquid ſit de facto Abrahami, filiorum Prophetarum, & mulieris Sunamitidis. Nam certum eſt quod eadem actio materialis diverſimodè ſpectata poſſit eſſe latria, dulia, hyperdulia & politica urbanitatem ſeu reverentiam denotans. Nam genuflexio coram cruce eſt latria, coram B. Virgine eſt hyperdulia, coram aliquo Sancto eſt dulia, coram Rege eſt reverentia civilis, proprio Domino ſubmiſſio, perſonæ nobili vel mulieri eſt urbanitas. Quando igitur Abraham coram Angelis genuflectit, filii Prophetarũ & mulier Sunamitidis coram Eliſeo, Abdias coram Elia lib. 3. Regum cap. 18. fuit dulia, coram aliis hominibus fuit urbanitas. Idem de aliis exemplis philoſophandum eſt. In Naaman igitur adoratio potuit eſſe obſequium merè politicum ſuper quo non diſ-

penſavit

penſavit Eliſeus, ſed permiſit eo modo & ſenſu, quo poteſt regi exhiberi miniſterium & diſpenſatio abſque ullâ diſpenſatione.

X. Inſtat Caramuel propter ſcandalum non debebat Naaman exhibere tale obſequium Regi, igitur ſaltem quoad hoc Eliſeus cum eo diſpenſavit. Reſpondet Borgia poſt Sylvium negando teneri abſtinere ab ejuſmodi obſequio propter ſcandalum. Primò quia apud omnes notum erat quod Naaman abjurarat Gentiliſmum, & verum Dei cultum profiteretur. Secundò, quia nunquā templum Remmon ingrediebatur niſi cum Rege, ut ſolitum obſequium ei redderet. Undè quilibet concludere poterat Naaman non ingredi templum ut aliquem cultum idolo exhiberet, ſed ut Regi ſuo famularetur.

IX. Urget Caramuel, undè conſtat Naaman non alio intuitu ingreſſum eſſe deinceps templum Remmon, niſi ut Domino ſuo Regi obſequeretur. Peccat ſexcentis capitibus, & hujus rei Textus Sacer nullam mentionem facit, nullæ etiam hiſtoriæ authenticæ id declarant. Igitur ejuſmodi reſponſio Sylvii & aliorum eſt fabuloſa & ficta, ut ſuam opinionem foveant. Undè ſcitur quod Naaman ingrediatur templum niſi cum rege, undè ſcitur quod non alium Deum, quàm Deum Iſraelitarum colat. Si Sylvius ipſe neſcit quod Naaman nunquam ingrederetur ſine Domino ſuo, quomodò alii tunc temporis ſcire poterant. Præterea ponamus quod omnes ſcirent, quomodò judicare poterant, quod idola non coleret. Sicut quis non judicaret ſervum Petri eſſe Chriſtianum, ſi videret toties noſtra templa ingredi, quoties Dominus ejus. Idem concludendum de Naaman reſpectu Domini ſui. Inſuper quamvis omnes ſciant quod Naaman non colat Remmō, vel alium falſum Deum, ſed omnes illos abjuraſſe, & amplius orthodoxam eſſe veram fidem, non inde ſequitur quod videntes eum ingredi templum Remmon, & coram idolo genuflectere non ſcandalizabantur, imò potius infertur omnes ſcandalizandos, nam omnia peccata publica ſcandalum pariunt, ſicque etſi Naaman exiſtimaretur quod verum Deum coleret corde, nihilominus ſic adorando idolum cenſeretur publicè peccare. Nam piaculum eſt unum Deum mente colere, & alterū linguâ ſeu actu exteriori. Ex his ratiocinationibus Caramuel vult inferre cùm ſibi à Sylvio & aliis ſivè Scholaſticis, ſeu Interpretibus fuerit ſatisfactum debuiſſe à Deo per Eliſeum diſpenſari cùm Naaman ſuper primo præcepto & ei conceſſiſſe cultum idolorum.

Sed nè totus orbis litterarius inermis videatur ejus tela ſigillatim retundenda ſunt. Primum quidem, quo dicit nec Sylvio, nec ſibi, nec aliis, notum eſſe, poſſe Naaman eſſe verum Dei cultorem, quia nec ſcriptura ſacra, nec hiſtoria ulla authentica id docet. Ad hoc reſpondeo id falſum eſſe, ſatis enim patenter ſcriptura ſacrâ ſignificat Naaman colere verum Deum. Primò quia omnibus Syris notum fuit, quod Naaman eſſet *Princeps militia Regis Syria*, quod eſſet lib. 4. Regum cap. 5. *Vir magnus apud Dominum ſuum*, quod eſſet *honoratus*, quod *per illum dederat ſalutem Syria*, quod *erat vir fortis & dives*, & tamen eſſet *leproſus*. Omnibus notum erat, quod verſ. 9. *Venit cum equis & curribus* ad regem Iſrael, deinde ad Prophetam Eliſeum ut à lepra curaretur, & reverſus eſſet cum tali apparatu, verſ. 21. nam revertens cùm vidiſſet Giezi currentem ad ſe, *Deſiliit de curru in occurſum ejus*. Textus Sacer non ait quod Naaman venerit ſolus, ſed cum equis & curribus, & magno comitatu, ut teſtatur etiam verſ. 24. *Ligavit duo talenta argenti in duobus ſaccis, & duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus pueris ſuis; qui & portaverunt coram eo.* Sciebant etiam Syri quod Rex Iſrael & Eliſeus non colerent Remmon, ſed Deum Iſrael. Totus comitatus Naaman, & per illum tota aula regis Syriæ, totum regnum ſciebant Naaman fuiſſe curatum à lepra non medicamentis naturalibus, vel veneficiis, ſed miraculosè in aquis Jordanis, & ejuſmodi miraculum mirati ſunt omnes exceptis paucis fortè. Et

XI. (margin, beside "Sed nè totus orbis litterarius")

l. 4. Reg. c. 5. v. 1. (margin)

verſ. 21. (margin)

verſ. 24. (margin)

Et ſic tum omnium ore talis morbi curatio circumfertetur, facta meritis Eliſei, & Scriptura ſacra tam patenter id exprimat, nemo dubitabat.

XII. Quod addit Caramuel ex ſexcentis capitibus fal um eſſe, quod Naaman nunquam ingrederetur templum niſi cum rege, refellitur ex hoc capite quod omnibus nota erat ejus miraculoſa curatio, quâ receptâ Textus ſacer ait, quod Naaman promiſerit Eliſeo, ſe nunquam adoraturũ Remmon: poſtquam enim agnovit Deum, quem colebat Eliſeus eſſe verum

4. Reg. Deum: lib. 4. Regum cap. 5. verſ. 15.

5. v. 15. *Verè ſcio quod non ſit alius Deus in univerſa terra niſi tantùm in Iſrael.* Non dicit probabile mihi eſt, vel opinor, ſed verè ſcio: non ait quod Deus Iſrael ſit Deus ſicut Remmon quem colunt Syri, ſicut Baal quem colunt Sidonii, ſicut Dagon quem colunt Philiſtini, ſed *quod non ſit alius Deus in univerſa terra niſi tantùm in Iſrael.* Scilicet cui adoratio latriæ debeat exhiberi, cui templa & altaria debeant extrui, cui victimæ debeant immola-

verſ. 19. ri. Verſ. 19. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino.* Ideſt ſacrificabit Diis alienis in recognitionem ſupremi alicujus dominii illis inexiſtentis, in quâ promiſsione etiam includitur genufiexio. Per illam enim ęquè adoratur Deus & ejus ſupremum dominium recognoſcitur, ac per immolationem vel thurificationem. Igitur quando ſubdit Naaman verſ. 20. *Hoc*

verſ. 20. *autem ſolum eſt, de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adoravero in templo Remmon adorante eo in eodem loco, ut ignoſcat mihi Dominus ſervo tuo pro hac re.* Non dicit quando ingrediar templum, ſed *quando ingreditur Dominus meus templum.* Quaſi dixiſſet, non faciet ſervus tuus ultra ſacrificium, &c. Nec ſolus templum Remmon ingredietur nec genuflectet, vel alium ritum faciet quo profiteatur ineſſe Remmon aliquam divinitatem. Quia tamen ſum in obſequio regis Syriæ, qui me miſit ad te cum magno illo comitatu, quem vides, & eum comitari oportet quocumque eat, quando vel aſcendit, vel deſcendit, vel genua flectit, non poteſt illos geſtus præſtare ob corporis debilitatem. Seu etſi fortes & vegeti corpore ſint Reges & Principes Syri; tamen quando incedunt, ſemper alicui primario miniſtro innituntur. Hoc autem officium bajulandi Regem, mihi incumbat, Si tale officium à me præſtitum eſſe audias, non ægrè feras, nec exiſtimes me eſſe perjurum & apoſtatam à fide quam nunc profiteor ſemper colendi & adorandi ſolum & unicum Deum Iſrael. Genuflexio enim & adoratio quam Rex exhibebit, licet ſit religioſa, mea erit tantùm externa & civilis, ſine ullo affectu, devotione erga Remmon, abſque ullo deſiderio & intentione illum recognoſcendi ut verum Deum.

XIII. Quod verò Naaman nunquam ingrederetur templum Remmon niſi cum Rege, ex hoc patet, ſi ingrederetur ſolus, & abſque Rege ut adoraret & genuflecteret coram idolo Remmon, debuiſſet æquè petere diſpenſationem ingrediendi, genuflectendi & adorandi abſque Rege, ac cum Rege. Si enim uterque ingreſſus, utraque genuflexio redolet idololatriam ad quid petere diſpenſationem pro unâ & non pro alterâ? Certè hæc poſtulatio eſſet planè illuſoria & fruſtranea, ſicut ſi Chriſtiannus ſervus ingrederetur ſolus templum hæreticorum quando fit cœna Calviniſtica vel cōcio hęretica, quoi ſum peteret facultatem tantùm ingrediendi, quādo dominus ſuus ingredietur, ſi putet ſibi licere ingredi ſolus, debetetiā exiſtimare illum ingreſſum eſſe ſibi licitum cum Domino, & ſi arbitretur poſtulationem ſolùm ingrediendi eſſe ſuperfluam, concludere etiam debet licentiam ingrediendi cum domino ſuo æquè inanem & ſuperfluam. Sic ſi Naaman pollicetur colere & adorare verum Deum & tamen poſtulat ſecum diſpenſari quando genuflecteret ante idolum Remmō in comitatu ſui regis. Alterutrum ſequitur, vel quod nunquā deinceps velit ingredi templum, & genuflectere coram eo,

Fff niſi

niſi ingredienti Regi inſerviat. Vel certè ſi aliàs ingrediatur & genuflectat, debeat petere diſpenſationem pro tali ingreſſu & genuflexione ſeorſim factâ, niſi velit Caramuel concludere quod Naaman irrideat prophetam Eliſeum. Si enim erat piaculum adorare Remmon præſente Rege, etiam erat piaculum adorare abſente Rege.

XIV. Refutatur etiam Caramuel quando negat quod omnes ſciant Deum Iſraelitarum ſolum & non alium coli à Naaman. Propoſitio enim illa (omnes ſciant) non intelligitur metaphyſicè quod omnes à primo ad ultimum à maximo ad minimum, nemine excluſo ſciant, ſed moraliter, ſcilicet major pars. Deindè malè argumentatur, quando ait, quod ipſe Sylvius, vel alius hodie neſciat an famulus talis Domini ingrediatur templum ſine Domino, nec conſequenter omnes ſciebant an Naaman introiret templum ſeorſim & abſque rege. Magnum enim diſcrimen eſt inter famulum principis & Naaman qui erat potens & dives, regi chariſſimus, familiariſſimus, & à conſiliis, & individuus comes, cujus actiones ab omnibus conſpiciuntur, omnes obſervant, & norunt, inveſtigant, ut ex iis vel imitationis, vel admirationis, vel murmurationis anſam & argumentum accipiant. Inſuper nec dubitat curationem morbi tam manifeſti fuiſſe miraculoſam, fidem Naaman fuiſſe tam admirabilem, ut Chriſtus Lucæ cap. 4. eam pro exemplo produxerit, ex quo colligitur ejuſmodi ſanationem miraculoſam fuiſſe notam & Syris & Judæis omni tempore. Impugnatur etiam Caramuel in eo quod quàvis omnes ſciant, undè poſſit judicare, quod Naaman non colat idola. Ille Princeps ſeu ſervus non cenſetur colere idola, qui eum rege rarò ingrediente templum (ut conſtat experientia quæ docet Reges impios rarò ingredi templum) tantùm etiam tunc ingreditur. Poſſet dubitari quod Naaman eſſet idololatra, ſi ſolus ſine Rege ingrederetur templum, ſicut ſervus hæretici poſſet eſſe ſuſpectus de hæreſi, ſi non tantùm cum Domino ſuo, ſed etiam ſeorſim templum hæreticorum dum eorum ritus fiunt adit. Servus Turcæ cenſeretur Mahometiſmum profiteri, ſi ſolus ſine Domino Moſchæam ingrederetur & ritibus Turcicis intereſſet. Omnes autem ſciebant, quod Naaman ingrederetur templum ut domino ingredienti famularetur, nunquam autem ſeorſim.

Quartum argumentum Caramuel non etiam premit ſcilicet quod quàvis ſcirent Remmon non coli à Naaman ex hoc tamen nō cultu nō ſequi quod verum Deum coleret. Certum quidem eſt, ex hoc nō cultu Remmon non inferri cultum veri Dei, ſed rectè inferri poteſt non colere Remmō ex eo quod etiam agnoſcat verum Deum. *Verè ſcio quod non ſit alius Deus in univerſâ terrâ niſi tantùm in Iſrael.* Et polliceatur ſe rejecto cultu Remmon verum Deum adoraturum. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtū aut victimam Diis alienis niſi Domino.* Ex hac particulâ *niſi*, manifeſtè concluditur quod ſolum & verum Deum adoret. Ad quintam Caramuelis inſtantiam quâ ait, Eſto omnes ſciant eum non eſſe falſi Dei cultorem, tamen illa genuflexio coràm Remmon non carebit ſcandalo: videntes enim eum ſic publicè genuflectere, meritò ſcandalizabuntur. Sed contra quia ille ingreſſus & genuflexio Naaman veri Dei cultoris (ut docet Textus) non fiebat eâ intentione & in illum finem ut coleret Remmon, ſed ut regi famularetur, qui famulatus omnibus innoteſcebat: Nec ullus prudenter judicare poterat quod Naaman Remmon & Deum verum coleret: illum voce, geſtu & genuflexione, hunc autem mente, ſicque nullus ſcandali locus relictus erat. XV.

Alia hiſtoria habetur eodem lib. 4. Regum cap. 10. verſ. 17. *Congregavit Iehu populum, & dixit ad eos: Achab coluit Baal parum: ego autem colam eum amplius.* Verſ. 19. *Nunc igitur omnes Prophetas Baal & univerſos ejus & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me, nullus ſit qui non veniat, ſacrificium enim grande eſt mihi Baal.* Septuaginta. *Ego ſerviam ei multùm.* Paraphraſis XVI. 4. Reg. 10. v. 17. verſ. 19.

Chadaica

Chaldaica. *Colet eum multùm.* Vatablus. *Iehu autem auguſtius eum colet.* Toſtatus quæſt. 23. *Coluerat Achab ipſum Baal, & tamen dicebat, quod colet Baal, ad ſignificandum quod ipſe vellet eum colere nimis.* Cajetanus. *Ego autem colam eum valdè.* Quaſi diceret volo grande & ſolemne ſacrificium offerre Baal. Verſ. 20. *Sanctificate diem*
verſ.20. *ſolemnem Baal.* Ideſt, indicite diem feſtum & ſanctum quo ſolemniter colamus Baal. Quod factum Jehu laudavit Deus, quemadmodum laudantur Magnates, ordinatque Jehu, ut cautè procedatur contra Baalitas, ut ſupra dictum eſt, nam verſ. 30. Textus habet. *Quia ſtudioſè egiſti quod rectum*
verſ.30. *erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti, &c.* Septuaginta. *Quia benè feciſti ut faceres rectum in oculis meis, & feciſti juxta omnia, quæ in corde meo Domui Achab &c.* Paraphraſis Chaldaica. *Eo quod direxiſti facere quod rectum erat ante me juxta omnia quæ erant in voluntate mea, &c.* Vatablus. *Quandoquidem ſtudio quodam rectum feciſti in oculis meis, & juxta omnia quæ fuerunt in corde meo feciſti de Achab, &c.* Particula *ſtudioſè* ut patet, idem eſt quod *benè.* Item particula *placebat* ſignificat *rectum*, per *cor*, intelligit *voluntatem.* Notat Cajetanus illud mendacium Jehu fuiſſe officioſum, ut effectus teſtatur non caſu, ſed intentus & prædictus à Jehu dicente Jonadab verſ. 16
verſ.16. *Veni & vide zelum meum pro Domino*, aitque fuiſſe perniciofum, utpotè profeſſio, quod ipſe eſſet cultor Baal, ſed ex intentione loquentis, unâ eâdemque ratione excuſatur à pernicie ſui generis & ſcandali, quia ſtatim viſuri erant omnes animum loquentis. Undè excuſat per hoc à peccato mortali mendacii officioſi coram Deo vidente cor loquentis, à pernicie coram hominibus, qualis erat hæc, quia in verbis conſiſtit nocivus apud homines neſcientes finem ſanctum loquentis. Exiſtimavit enim Jehu mendacium illud profuturum divinæ gloriæ, interim nec ſibi nec alteri nociturum, moram enim modici temporis pro nihilo reputavit: fuiſſe etiã culpabilem aſſerit Dionyſius.

Notat Cajetanus ad illa verba *Pro eo quod feciſti benè &c.* nô laudat Deus verba ſed facta Jehu *feciſti*, quia facta non ſolùm recta, ſed etiam benè facta. In verbis autem admixtum fuerat peccatum ſaltem officioſi mendacii. Vide quæ ſupra diximus ex S. Thomâ 2. 2. quæſt. 111. art. 1. ad 2. Quod ſi excuſandus eſt à peccato, hæc excuſatio fundari dumtaxat poteſt in ignorantiâ invincibili, ut notat Vericelli quæſt. 10. numer. 16. & quæſt. 18. numer. 11. Cardinalis de Lugo de fide diſp. 14 ſect. 5. num. 24. ſcribit verba Jehu non ſignificare negationem actualem, ſed futuram. Nam qui pollicetur ſe negaturum fidem, vel culturum idola in rigore necdum fidem negat, nec colit idola, ſed ad ſummum ſignificat ſe habere animum id poſtea faciendi. Sicut qui promittit ingreſſum religionis & profeſſionem in eâ, nondum promittit caſtitatem & obedientiam, ſed ſignificat animum ea poſtea promittendi. At ſignificate animum fidem negandi poſtea, quam tamen nunc non negat, non eſt eadem irreverentia, quæ eſſet ſi actu negares fidem. Idem Cardinalis n. 131. ait, quod quãvis hoc propoſitũ diſcedẽdi poſtea à fide, ſi de facto eſſet in corde, eſſet peccatum contra fidẽ; non tamen in rigore eſſet infidelitas, ſed voluntas futuræ Infidelitatis. Nec homo ille dicitur abſolutè & ſimpliciter infidelis. Undè verba illa ficta non habent malitiam negationis fidei, quæ ex nullâ causâ excuſari poteſt, ſed aliam minorem, quæ ex gravi causâ, & ad finem promovendi eandem fidem videtur notabiliter excuſari poſſe à ſacrilegio. Sed hanc explicationem refellit Vericelli citatâ quæſt. 10. Primò quia S. Auguſtinus tomo 4. lib. contra Mendacium cap. 2. *Sic enim* (inquit) *Iehu ſervum Baal ſe eſſe mentitus eſt, ut ſervos ejus occideret.* Ex quibus verbis patet, quod Jehu non dicit ſe futurum ſervum Baal, ſed tunc eſſe *Ego autem* (inquit) *colam eum amplius.* Quæ verba ex communi uſu loquendi ſignificant veram fidei negationem. Sicut qui à tyranno interrogatus verbis æquivocis ita reſponderet, ut appareret aſtantibus eum XVII.

fidem negaſſe, & ſignificat in corde eſſe propoſitum ſacrificandi, quod eſt actus infidelitatis, ſicut Sacerdos intendens cras celebrare, meretur, quia facit actum religionis internum, ſcilicet propoſitum ſacrificandi.

XVIII. S August. S. Auguſtinus libro citato per totũ inter alia cap. 1. ait *Illicitum eſſe Catholico ſe Priſcilianiſtam ſimulare, ut eorum latebras penetret, & convertat ad fidem.* Ratio eſt. quia non ſunt facienda mala, ut indè eveniant bona *Numquid* (inquit D. Auguſtinus proximè citatus) *dicturi ſumus faciamus mala, ut eveniant bona? An aliquando bonũ eſt mendacium, vel aliquando mendacium non eſt malum.* Et cap. 7. *Quæ conſtat eſſe peccata nullo bonæ cauſæ obtentu quaſi bono fine, nullâ velut bonâ intentione facienda ſunt.* Secunda ratio eſt, illicitum eſt negantes Chriſtum per ejuſmodi negationem arguere, & blaſphemantes per blaſphemias. *Tolerabilius Priſcilianiſta in noſtra comparatione mentitur. Priſcilianiſta dicit, quod anima ſit pars Dei, magna hæc eſt & deteſtanda blaſphemia. At ſi hoc & ille dicit, qui de tanto malo liberare cupit hominem per mendacium, videamus quid interſit inter utrumque blaſphemantem Priſcilianiſta dicit ita eſſe credens, Catholicus non ita credens, quamvis ita loquens: ille blaſphemat neſciens, ille ſciens.* Idem habet cap. 6. & 21. *Quod improbat veritas, tamen inconcuſsè teneas & deffendas in divinâ religione nunquam omninò eſſe mentiendum, latentes verò ſicut nec adulteris per adulteria, homicidas per homicidia, ita nec mendaces per mendacia, nec blaſphemos per blaſphmias eſſe quærendos.* Tertia ratio, quia certa & præſens proximi ruina non debet compenſari per incertam ac futuram ſpem ſalutis. (inquit S. Doctor cap. 3.) Quarta ratio eſt, quia nullo inſtanti licet Chriſtum negare. *Semper* (idem Sidus Africæ) *cum timore recolendum eſt quicumque negaverit me coram hominibus negabo coram Patre meo.* Plura tum ejuſdem S. Auguſtini, tum aliorum Patrum & Theologorum haber Suarez de fide diſp. 14. ſect. 4. de legibus lib. 9. cap. 17. Er in Regem Angliæ lib. 6. cap. 9. Valentia 2. 2. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. Cardinalis de Lugo.

Adrianus huic veritati contrarius videtur ſuam opinionem fulcire in 4. tract. de Baptiſmo quæſt. 1. art. 1. ad 5. auctoritate D. Hieronymi epiſt. 89. ad Auguſtinum ubi ſcribit Petrum & Paulum ſimulaſſe ſe ſervare præcepta legis, ſeu legalia *Quâ fronte* (inquit) *quâ audaciâ, Paulus in altero reprehendit, quod ipſe commiſit. Ego, imò & alii, ante me expoſuerunt cauſam, quam putaverunt non officioſum mendacium defendentes, ſicut tu ſcribis, ſed oſtendentes honeſtam diſpenſationem, & ut Apoſtolorum prudentiam demonſtrarent, & blaſphemantis Porphyrii imprudentiam coercerent. Nam notoriũ Act. cap. 10. dixit, abſit Domine, quia nunquam manducavi commune.* At idem Petrus Actor. cap. 11. introivit ad viros præputium habentes, & manducavit cum illis. Deindè Antiochiæ Petrus edebat corã gentibus, ſed ex Jeroſolymis cùm aliqui Judæi veniſſent ſubtrahebat ſe & ſegregabat timens eos, qui ex circumciſione erant. Timebat Petrus Judæos, quorum erat Apoſtolus nè per occaſionẽ gentilium à fide Chriſti, & imitator boni paſtoris, nè perderet gregem ſibi creditum. Quemadmodum ergò oſtendimus Petrum benè ſenſiſſe de abolitione legis Moſaicæ, ſed ejus obſervationem ſimulaſſe timore cõpulſum. Videamus an ipſe Paulus, qui alium arguit, tale quid fecerit Actor. cap. 16. circumcidit propter Judæos Timotheum filium mulieris fidelis, patre autem gentili, Actor. cap. 18. totondit ſibi in Cenchris caput. Votum enim habuerat, totondit ſiquidem ex lege quod Nazaræi, qui ſe Deo vovebant juxta præceptũ Moyſis facere conſueverunt. Actor. cap. 21. verſ. 24. *Paulus aſſumptis viris poſtero die purificatus intravit cum illis in tẽplum annuncians expletionem dierum purificationis ſuæ donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.* Obtulit ſacrificia nè ſcandalizarentur qui ex Judæis crediderant. Simulavit ergò ſe Judæum, ut Judæam lucrifaceret. Et hanc ſimulationem Jacobus & cæteri eum docuerunt Præsbyteri. XIX.

Didicimus

Didicimus ergò quod propter metum Petrus & Paulus æqualiter finxerunt ſe legis præcepta ſervare. Idem S. Hieronymus explicans illud Apoſtoli ad Galatas cap. 2. verſ. 11. *Cùm autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtitit, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quam venirent à Iacobo cum gentibus edebat, cùm autem veniſſent ſubſtrahebat & ſegregabat ſe timens eos qui ex circumciſione erant, & ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur in illam ſimulationem, ſed cùm vidiſſem quod non rectè ambularent ad veritatem Evangelii dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cùm Iudæus ſis Gentiliter vivis & non Iudaicè, quomodò gentes cogis judaizare?* Idem Hieronymus. *Galatarum infirmitas compellit eum narrare quod nec ipſi Apoſtolorum Principi Petro pepercerit veritatem Evangelii defendenti. Sicut etiam ad profectum Corinthiorũ manifeſtat viſionem, quam annis quatuordecim celaverat. Hoc autem totum ait, ut oſtendat ſe nunquam circumciſionis fuiſſe factorem, quod de illo falſi Apoſtoli fingebant. Undè & alibi dicit Galat. cap. 5. Ego autem fratres ſi circumciſionem prædico, quid autem perſecutionem patior, &c. Non ideò reprehenſibilis erat quia cum illis edebat, ſed quia poſtea propter homines ſe ſubſtrahebat.* Ad illud. *Ita ut Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationẽ, qui mecum ad gentes miſſus nihil inter eos docuerat eſſe diſcriminis, ſed cùm vidiſſem, &c. Quãvis hoc propter ſcandalum faceret Iudæorum, tamen publicè illum convenit, ut & Iudæis ſuperbia & Gentibus deſperatio tolleretur, &c.* Expende illa verba. *Non ideò reprehenſibilis erat, qui cum illis edebat, ſed quia propter homines ſe ſubſtrahebat.* Reſpondet noſter P. Lezana ſupra Sanctum Hieronymum fuiſſe in eâ ſententiâ, cujus authoritati licet in aliis libenter ſubſcribamus, tamen quia (ut notat D. Thomas) alii Patres contrarium tenent, eorum authoritas ſancto debet præponderari. Undè negat Apoſtolos unquam ſimulaſſe falſam religionem. Quamvis uſi fuerint ad aliquod tempus cæremoniis legalibus Judaiſmi etiam poſt Chriſti mortem, tamen non utebantur illis pro ut erant cæremoniæ veteris legis, neque prout erant ſigna Chriſti venturi, ſed ut cum honore Synagogam ſepelirent, ut docet S. Auguſtinus, & alii cum ipſo. Diſcrimen enim eſt inter illas cæremonias veteris legis, & alias quaſcumque falſæ ſectæ, quod cùm illæ fuerint aliquando bonæ & ſigna veræ religionis priuſquam abolirentur à Chriſto, potuerunt etiam poſtquam ab ipſo abolitæ ſunt aſſumi non eo fine propter quem inſtitutæ ſunt, ſed alio honeſto, ſcilicet ſepeliendi Synagogam cum honore. Quæ ratio non poterat applicari ritibus alterius ſectæ qui nunquam boni fuerunt ſed ſemper mali & prohibiti. Quoad illam ſimulationẽ Petri & Pauli differunt inter ſe D. Hieronymus & D. Auguſtinus in 4. capitibus, ut notat D. Thomas in cap. 2. ad Galatas lect. 3. Sciendum (inquit eſt quod occaſione iſtorum verborum, non parva controverſia eſt inter Hieronymum & Auguſtinum, & ſecundùm quod ex eorum verbis apertè colligitur in quatuor diſcordari videntur, & primò in tempore legaliũ, quando ſcilicet ſervari debuerunt, nam Hieronymus duo tempora diſtinguit, unum ante paſſionem Chriſti, aliud poſt paſſionem. Vult ergò Hieronymus quod legalia ante paſſionem Chriſti viva eſſent, idest habentia virtutem ſuam, in quantum ſcilicet per circumciſionem tollebatur peccatum originale, & per ſacrificia & hoſtias placabatur Deus, ſed poſt paſſionem ſuam, non ſolùm dicit ea fuiſſe viva, vel mortua, ſed quod plus eſt ea fuiſſe mortifera, & quicumque poſt paſſionem Chriſti ea ſervant peccant mortaliter. Auguſtinus verò diſtinguit tria tempora; unum tempus ante paſſionem Chriſti, & concordans cum S. Hieronymo dicit iſto tempore legalia viva fuiſſe. Aliud tempus eſt poſt paſſionem Chriſti immediatè ante gratiam divulgatum, ſicut tempus Apoſtolorum in principio, in quo tempore dicit Auguſtinus legalia mortua fuiſſe, ſed tamen non mortifera Judæis, dummodò ipſa ſervantes ſpem in eis non

Galat. 2. verſ. 11. S. Hierō.

non ponerent, ſi verò in eis ſpem poſuiſſent, quicunque converſi ea ſervantes peccaſſent mortaliter, quia ſi poſuiſſent in eis ſpem, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem, quantùm in eis erat evacuaſſent gratiam Chriſti. Aliud tempus dicit eſſe poſt veritatẽ, & gratiam Chriſti divulgatam, & in iſto tempore dicit ea mortua & mortifera omnibus ea ſervantibus. Ratio autem dictorum eſt, quia ſi Judęi ſtatim poſt converſionem fuiſſent prohibiti ab obſervantiis legalium, viſum fuiſſet eos pari paſſu ambulare cum idolatris, qui ſtatim ab idolorũ cultura prohibebantur, & legalia non fuiſſe bona, ſicut nec idololatrarũ. Et ideò inſtinctu ſpiritus ſancti permiſſum eſt ut legalia modico tempore ſervarentur, eâ intentione, quæ dicta eſt, ut oſtenderetur legalia tunc bona fuiſſe. Undè dicit Auguſtinus *quod per hoc oſtendebatur, quod mater Synagoga cum honore deducenda ad tumulum erat, dum non ſtatim poſt paſſionem Chriſti legalia prohibita ſunt, quicumque verò non eo modo ipſa ſervaret, non honoraret Matrem Synagogam. ſed eam exturbaret.* Ecce in quo primo ſancti illi Doctores diſcrepabant. Eidem Auguſtino ſubſcribunt Beda, Lyranus in illud cap. 2. ad Galatas, D. Thomas. Cajetanus, 1. 2. quæſt. 103. artic. 4. ad 1. & alii apud Suarez tract. de legibus lib. 4. cap. 17. num. 18. Quod confirmat D. Auguſtinus epiſt. 19. ſatis fusè & doctiſſimè, & favet Sacer Textus Actor. cap. 21. verſ. 20. ubi fideles coram Apoſtolis licitè obſervabant legalia. *Vides Frater, quod millia ſunt in Iudaa, qui crediderunt in Chriſtum, & hi omnes ſunt æmulatores legis.* Ipſe Paulus ſuadente Jacobo raſit caput, & ſervavit legem. Deindè in eo differebant præfati Doctores, quod S. Hieronymus doceret Apoſtolos nunquam ſervaſſe legalia ſecundùm veritatem, ſeu amore colendi Deum, ſed tantùm ſimulabant ſervare. At D. Auguſtinus aſſereret Apoſtolos verè ſervaſſe. Secundò diſcordabant (inquit D. Thomas) præfati Doctores, quia dicebat Hieronymus quod Apoſtoli nunquam ſecundùm veritatem ſervabant legalia, ſed ſimulabant ſe ſervare ad vitandum ſcandalum fidelium, qui fuerant ex circumciſione. Et hoc quidem modo ait Paulũ ſimulaſſe quando perſolvit votum in templo Jeroſolymitano, ut habetur Actor. cap. 21 & quando circumcidit Timotheum, cap. 16. Item quando à Jacobo monitus quædam legalia ſuſcepit cap. 15. & hoc facientes non intendebant legalia ſervare, ſed ob aliquas cauſas: ſicut cùm quieſcebant in die Sabbathi, cùm abſtinebant ab immundis ſecundùm legem, non propter obſervantiam legis, ſed propter alias cauſas, ut potè propter abominationem & aliquid hujuſmodi. S. Auguſtinus autem ait. *Quod Apoſtoli ſervabant ipſa legalia, hoc intendentes non ponebant ſpem in eis, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem. Et hoc quidem licebat eis, quia fuerant ex Iudais: ita tamen* S. Auguſt. *quod hac ſervarint ante gratia legem divulgatam. Undè ſicut tunc Iudai converſi ſine periculo poterant ſervare abſque eo quod in eis ſpem ponerent, ita & ipſi.* Quaſi diceret Apoſtoli ſervabant illa legalia quæ ſciebant eſſe mortua. Undè non erant illis mortifera quia non ſervabant illa animo colendi Deum, nec quaſi neceſſaria ad ſalutem, alioqui omninò illiciti fuiſſent. Imò (inquit D. Thomas) *Numquam facienda ſunt mala, ut indè eveniant bona.*

Tertiò diſcordant in explicando peccato Petri. Nam D. Hieronymus ait ſimulatione præfatâ Petrum non peccaſſe, quia id ex charitate fecit, non ex aliquo metu mundano, ut dictum eſt. At S. Auguſtinus ait peccaſſe venialiter tamen, & propter indiſcretionem quam habuit nimis inhærendo huic parti, ſcilicet Judæorum ad vitandum eorum ſcandalum, & validius Auguſtini argumentum contra Hieronymum eſt, quia Hieronymus adducit pro ſe ſeptem Doctores, ſcilicet Laodicenſem, Alexandrum, Origenem, Didymum, &c. Quatuor hos S. Auguſtinus excludit, utpotè de hæreſi infames, aliis autem tribus opponit tres ſcilicet Ambroſium, Cyprianum, Imò ipſum Apoſtolum, qui clarè ait quod Petrus reprehenſibilis XXII

prehenſibilis erat. Si ergò nefas eſt dicere in Scripturâ ſacrâ aliquid falſum contineri, non licebit dicere Petrum reprehenſibilem non fuiſſe, & propter hoc verior opinio & ſententia S. Auguſtini eſt, quia cum dictis Apoſtoli magis concordat.

Noſter Lezana conſult. ultim numer. 12 ait Paulum reprehendiſſe Petrum eo modo quo ſubditi poſſunt reprehendere ſuos ſuperiores ſcilicet charitativè. Et allegat Cyprianum epiſt. ad Quintum, ubi laudat humilitatem Petri quod acceperit correctionem a Paulo ſe inferiori. Item
S. Greg. S. Gregorium homil. 18, in Ezechielem dicentem *A minori ſuo reprehenditur, ut reprehendi non dedignatur.* Illis addit D. Thomam qui 2. 2.
S.Thom. quæſt. 33. art. 4, ad 2. ſcribit. *Paulus qui erat ſubditus Petri propter imminens periculum ſcandali circa fidem publicè arguit.* Noſtrum Thomam Waldenſem in doctrinali fidei tomo 1. lib. 2. cap. 3. Toſtatum in cap. 18. Matthæi quæſt. 86. Imò D. Auguſti-
S.Auguſt num epiſt. 19. ad Hieronymum, qui *Rarius* (inquit) *& ſanctius exemplum Petri poſteris tribuit, quo non dedignetur à poſterioribus corrigi, quàm Paulus, quo confidenter auderent minores majoribus pro defendenda veritate ſalvâ charitate reſiſtere.* Magnâ diſcretione uti debent inferiores à quâ frequenter aberrant. *Firmitas* (inquit idem) *& charitas Petri, cui ter à Domino dictum eſt, Paſce oves meas, objurgationẽ talem poſterioris Paſtoris pro ſalute gregis libentiſſimè ſuſtinebat.* In quo Petri humilitatem commendat. Aliter reſpondet ex Gregorio IX. in epiſt. ad ad Germ. Patriarcham Conſtantinopolitanum, quod Paulus reſtitit Petro in faciem diſpenſativè, quod dicit in Patribus Orthodoxis legi. Quæ diſpenſatio in eo poſita eſt, ut qui non erat ſuperior, nec æqualis reprehenderet ſuum Paſtorem Hæc explicatio ſupponit cum D. Thomâ in cap 2. ad Galatas, D. Auguſtino epiſt. 19. D. Anſelmo, D. Ambroſio, Beda, D. Gregorio homil. 18. in Ezechielem, Salmerone in cap. 2. ad Galat. Bellarmino lib. 1. de ſummo Pontifice c. 28. non peccaſſe. Quod ſi ſupponat non peccaſſe, ſuſtinet cum Suare lib 9 de legibus cap. 20. num. 24. Vaſquez 1. 2. diſp. 182. cap 8. Hurtado de fide, diſp. 48. §. 48. Baronio ad annum 51 verbo *cum ergo* Petrum nullum actum peccaminoſum feciſſe, nec ex objecto, nec ex adjunctis circumſtantiis, quia nullo loco, vel tempore magis oportuno poterat ſervare legalia ad vitandum ſcandalum Judæorum: ſed quod prudenter faciebat inopinatè dedit occaſionem, ut gentes cogerentur judaizare. Quare reprehenſibilis erat, quia illa ſimulatio prudens dabat gentibus occaſionem judaizandi Undè hæc Apoſtolorum ſimulatiò ſimilis eſſe videtur ei, quæ fuit inter Angelos Danielis cap. 10. pro quâ conſule D. Thomam 1. part. quæſt. 13. artic 7. Dionyſium, Pererium in cap 10. Daniel. S Gregorium lib. 7. moral. cap. 8. & alios.

Quartò diſcordant in reprehenſio- XXII.
ne Pauli, nam S. Hieronymus ait, quod Paulus verè non reprehendit Petrum, ſed ſimulatoriè, ſicut & Petrus ſimulatoriè legalia ſervavit. Sicut Petrus nolens ſcandalizare Judæos ſimulavit ſe legalia ſervare, ita Paulus ut non ſcandalizaret gentes, oſtendit ſibi diſplicere quod Petrus faciebat, & ſimulatoriè reprehendit facientes hoc quaſi ex condicto, ut utriſque fidelibus ſibi ſubditis providerent. At S. Auguſtinus ait & Petrũ verè ſervaſſe legalia, & Paulum non ſimulatoriè, ſed verè reprehendiſſe Petrum, & Petrum ſervando peccaſſe, quia indè gentes ſcandalizabantur, à quibus ſe ſubſtrahebat. Paulum autẽ non peccaſſe reprehendendo Petrum quia ex ejus reprehenſione nullum ſcandalum ſequebatur. S. Auguſtinus & alii aſſerunt ſanctum Petrum non fuiſſe reprehenſum à S. Paulo ſimulatoriè & ex condicto ſed verè.

Quibus ita ſuppoſitis, ſi ſimulatio X
falſæ ſectæ, ſeu ſimulata obſervatio cæremoniarum, quæ apud Judæos exercebantur vix excuſari poteſt à peccato, quomodò Eccleſia ſancta aſcribit faſtis ſanctorum Martyrum Julianum, cujus meminit Surius 9. Januarii dicens gentilibus *Se in templo magnum ſacrificium cunctis cernentibus*

immolaturum

(ut aliqui dicunt) ſolùm declaravit hoc ipſi Naaman non eſſe illicitum. Undè aliqui aſtruunt, quod quamvis idololatria, & ejus ſimulatio fuerint vitioſæ de lege naturæ : non tamen id quod habet ſpeciem talis ſimulationis, dummodò non ſit in eo idololatria, aut ſimulatio ejus.

IV. Explicatio Cajetani placet noſtro P. Lezana tomo 3, diſp. 4. tract. de fide quæſt. 3. Undè Eliſeus annuit petitioni Naaman, non adorandi idolū ſed genuflectendi & ſerviendi Domino ſuo, quando illud adoraret. Adoratio igitur Regis fiebat intuitu Religionis, quia erat homo gentilis : adoratio verò Naaman erat civilis, politica, & intuitu obſequii, inquiunt etiam Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæſt. 5. Becanus 2. 2. tract. de fide cap. 3. n. 14. Et confirmatur ex eo quod Naaman publicè teſtatus eſt ſe eſſe alienum ab idololatriâ & profiteri Deū Iſrael eſſe ſolum Elochim, quando & verbo & facto aram ſummo Deo ædificaverit, eique immolarit, ideòque ſi aliquod obſequium præſtitit in templo Remmon Regi adoranti, cooperatio illa nec in ſe eſt mala, nec habuit ſpeciē mali, cùm humeris ejus Rex innitetetur ſivè in templo, ſivè in palatio, ſivè in horto eſſet.

V. Alteram reſponſionem, quæ eſt Hugonis non approbant Lyranus, Dionyſius, & alii. Nec etiam tertia reſponſio aliorum (quam affert Dionyſius) probabilis eſt, ſcilicet Deum diſpenſaſſe in primo illo præcepto permittendo ſcilicet idololatriam, ut noviſſimè ait Joannes Caramuel in ſuis dubiis orbi litterario propoſitis, aſſerens Deum diſpenſaſſe in facto per Eliſeum cum Naaman, per hæc verba *vade in pace.* Ergò (inquit Caramuel) Naaman poterat tutâ conſcientiâ adorare idolum Remmon. Patet conſequentia, quia aliàs non dimitteret in pacem, ſed in peccati ſervitutem. Sed nec credibile eſt Eliſeum diſpenſaſſe, & Deum ipſum ad hoc inſtigaſſe. Nec denique verum Deum diſpenſaſſe per Eliſeum in eo, quod haberet ſpeciem ſimulationis idololatriæ: ſed permiſiſſe illud obſequiū regis, quod eſt actus indifferens & urbanus. Poteſt etiam dici cum P. Lezana ſuprà, Eliſeum non approbaſſe idololatriam Naaman, ſed permiſiſſe genuflexionē. Dices ſi Naaman potuit adorare in templo modo explicato, quare ergò poſtulavit ab Eliſeo, ut à Deo impetraret illi remiſſionem ſeu condonationem hujus facti. Reſpondet Becanus, hoc ideò fecit, quia putabat eſſe peccatum. At Eliſeus reſpondit non eſſe. Alii aſſerunt Prophetam dixiſſe, Vade in pace, quia exiſtimavit diſſuadendo genuflexionem fore conſilium inutile. Deinde reſponderi poteſt Eliſeum conceſſiſſe ſeu promiſiſſe Naaman quod poſtulabat, ſcilicet ſe oraturum Deum pro eo, vel ut non committeret tale peccatum, vel poſt commiſſionem ageret pœnitentiam.

VI. Contra id quod dictum eſt Eliſeū permiſiſſe ut Naaman inſerviret Domino ſuo genuflectenti, & incurvanti ſe coram idolo Remmon, ſeu permiſiſſe iſtud obſequium quod eſt actio urbana & indifferens. Caramuel verba illa Naaman verſ. 17. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum, victimam Diis alienis niſi Domino.* Hebræus. *Sed tantùm Elochim, qui verus eſt & unicus eſt Moyſis & Iſraelis Deus.* Dionyſius. *Soli univerſorum Dominatori vero Deo, ac ſi dicat, de terrâ iſtâ ædificabo altare, ſuper quod vero Deo deinceps ſacrificabo.* Quibus verbis Naaman ſignificat ſe non oblaturum ſacrificium vel hoſtiam idolo non adjutando adorationem in cultu extrinſeco, ſicut quando Petrus promittit quod nunquam celebrabit aut faciet celebrari ſacrum, cum hac promiſſione, non pollicetur quod expoſitum ſacramentum non adorabit. Sed contra Naaman per hæc verba *non facies*, non tantùm promittit ſe non ſacrificaturum, non oblaturum hoſtias idolo Remmon, ſed etiam nullum cultum extrinſecum ei exhibiturū, alioqui non habuiſſet intentionem verè colendi & adorandi Deum, nec ſtetiſſet promiſſis jam jam factis. *Quæ enim* (inquit Apoſtolus 2. Corinth. cap. 6. verſ. 14.) *participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conventio*

4. Reg. 5. v. 17.

ventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei cum idolis. Ideſt nullo modo compatitur cultus Dei cum adoratione idoli. Undè quod allegatur de negatione celebrationis cum adoratione ſacramenti non probat intentum, licet enim phyſicè poſsit non celebrare, nec facere celebrare cum adoratione ſacramenti, & etiam non offerre ſacrificium cum adoratione externâ, tamen adoratio idoli non poterat compati cum adoratione veri Dei quam promiſerat. Et confirmatur exemplo propoſito, quia non poteſt aliquis nolle ſacrificium miſſæ celebrare, vel celebrari facere ex affectu deteſtationis veri Dei, & velle Sacramentum expoſitum adorare ex affectu veri cultus. Si igitur Naaman illis verbis *non faciet;* deteſtabatur cultum falſi Dei, non poterat per illã actionem externam velle eidem idolo verum cultum exhibere. Nec poteſt dici Naaman petiiſſe diſpenſationem ab Eliſeo, ſi enim potuiſſet illam diſpenſationem poſtulare, potuiſſet etiam diſpenſationem poſtulare ſacrificandi & offerendi hoſtias idolis. Poterat enim tam benè diſpenſari in uno ac in alio. Undè malè infertur ex textu petiiſſe diſpenſari in uno & non in alio, maximè cum non eſſet neceſſaria diſpenſatio illius actionis. Si Eliſeus igitur abſque diſpenſationis neceſſitate poterat reſpondere Naaman *abi in pace,* fruſtra poſtulat diſpenſationem.

VII. Nec iterùm dicendum eſt quod Eliſeus concedit Naaman adorationem quam poſtulat, & ſic concedit adorari idolum. At inquies concedit Eliſeus Naaman adorari quod petiit, igitur concedit & permittit adorationem idoli. Nec intereſt quod talis adoratio ſit merè materialis (ut Sylvius reſpondet) innixus aliquibus ſcripturæ locis; maximè hiſtoriâ Abrahami, Geneſis cap. 18. verſ. 3. ubi videns tres viros *Concurrit in occurſum eorum, de oſtio tabernaculi ſui, & adoravit in terrâ.* Cui (ut alia omittam) adjicio illud lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 14. *Videntes filii Prophetarum qui erant in Iericho è contra dixerant, requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum, & venientes in occurſum adoraverunt eum proni in terram.* Item cap. 4. verſ. 37. ubi de Sunamitide. *Venit illa & corruit ad pedes ejus, & adoravit ſuper terram.* In quibus caſibus reperitur ſemper aliqua adoratio ſaltem dubia (ut notant Interpretes) quam prohibet idolis. Ad hoc reſpondet illuſtriſſimus Criſpinus à Borgia in quæſtionibus ſelectis Moralibus quæſt. 2. retorquendo in Caramuelem, ab Eliſeo concedi Naaman quod petiit, ſed Naaman ſuis verbis ſtrictè acceptis non poſtulat diſpenſationem, ſed veniam ſeu remiſſionẽ. Supponit igitur illam adorationem fore peccatum, pro quo (ut veniam impetret) rogat Eliſeum, ut pro ſe intercedat. Minor conſtat. *Si* (inquit Naaman) *adoravero in templo Remmon adorante eo in eodem loco ut ignoſcat mihi Dominus ſervo tuo pro hac re.* Quod confirmant illa verba *Vade in pace,* Ideſt Deus remittet tibi illam rem, vel faciam, & rogabo Deum ut tibi ignoſcat, vel agas pœnitentiam, quæ reſponſio Eliſei non includit aliquam diſpenſationem.

Gen. 18. verſ. 3.

4. Reg. c. 2. v. 14

c. 4. v. 37

VIII. Deindè Eliſeus non permiſit adorationem materialem, ſed urbanitatem, ſeu obſequium, & ſervitium Regi, quod non continet ullam adorationem duliæ vel latriæ. Quidquid ſit de facto Abrahami, filiorum Prophetarum, & mulieris Sunamitidis. Nam certum eſt quod eadem actio materialis diverſimodè ſpectata poſſit eſſe latria, dulia, hyperdulia & politica urbanitatem ſeu reverentiam denotans. Nam genuflexio coram cruce eſt latria, coram B. Virgine eſt hyperdulia, coram aliquo Sancto eſt dulia, coram Rege eſt reverentia civilis, proprio Domino ſubmiſſio, perſonæ nobili vel mulieri eſt urbanitas. Quando igitur Abraham coram Angelis genuflectit, filii Prophetarũ & mulier Sunamitidis coram Eliſeo, Abdias coram Elia lib. 3. Regum cap. 18. fuit dulia, coram aliis hominibus fuit urbanitas. Idem de aliis exemplis philoſophandum eſt. In Naaman igitur adoratio potuit eſſe obſequium merè politicum ſuper quo non diſpenſavit

penſavit Eliſeus, ſed permiſit eo modo & ſenſu, quo poteſt regi exhiberi miniſterium & diſpenſatio abſque ullâ diſpenſatione.

X. Inſtat Caramuel propter ſcandalum non debebat Naaman exhibere tale obſequium Regi, igitur ſaltem quoad hoc Eliſeus cum eo diſpenſavit. Reſpondet Borgia poſt Sylvium negando teneri abſtinere ab ejuſmodi obſequio propter ſcandalum. Primò quia apud omnes notum erat quod Naaman abjurarat Gentiliſmum, & verum Dei cultum profiteretur. Secundò, quia nunquā templum Remmon ingrediebatur niſi cum Rege, ut ſolitum obſequium ei redderet. Undè quilibet concludere poterat Naaman non ingredi templum ut aliquem cultum idolo exhiberet, ſed ut Regi ſuo famularetur.

IX. Urget Caramuel, undè conſtat Naaman non alio intuitu ingreſſum eſſe deinceps templum Remmon, niſi ut Domino ſuo Regi obſequeretur. Peccat ſexcentis capitibus, & hujus rei Textus Sacer nullam mentionem facit, nullæ etiam hiſtoriæ authenticæ id declarant. Igitur ejuſmodi reſponſio Sylvii & aliorum eſt fabuloſa & ficta, ut ſuam opinionem foveant. Undè ſcitur quod Naaman ingrediatur templum niſi cum rege, undè ſciatur quod non alium Deum, quàm Deum Iſraelitarum colat. Si Sylvius ipſe neſcit quod Naaman nunquam ingrederetur ſine Domino ſuo, quomodò alii tunc temporis ſcire poterant. Prætereà ponamus quod omnes ſcirent, quomodò judicare poterant, quod idola non coleret. Sicut quis non judicaret ſervum Petri eſſe Chriſtianum, ſi videret toties noſtra templa ingredi, quoties Dominus ejus. Idem concludendum de Naaman reſpectu Domini ſui. Inſuper quamvis omnes ſciant quod Naaman non colat Remmō, vel alium falſum Deum, ſed omnes illos abjuraſſe, & amplius orthodoxam eſſe veram fidem, non inde ſequitur quod videntes eum ingredi templum Remmon, & coram idolo genuflectere non ſcandalizabantur, imò potius infertur omnes ſcandalizandos, nam omnia peccata publica ſcandalum pariunt, ſicque etſi Naaman exiſtimaretur quod verum Deum coleret corde, nihilominus ſic adorando idolum cenſeretur publicè peccare. Nam piaculum eſt unum Deum mente colere, & alterū linguâ ſeu actu exteriori. Ex his ratiocinationibus Caramuel vult inferre cùm ſibi à Sylvio & aliis ſivè Scholaſticis, ſeu Interpretibus fuerit ſatisfactum debuiſſe à Deo per Eliſeum diſpenſari cùm Naaman ſuper primo præcepto & ei conceſsiſſe cultum idolorum.

Sed nè totus orbis litterarius inermis videatur ejus tela ſigillatim retundenda ſunt. Primum quidem, quo dicit nec Sylvio, nec ſibi, nec aliis, notum eſſe, poſſe Naaman eſſe verum Dei cultorem, quia nec ſcriptura ſacra, nec hiſtoria ulla authentica id docet. Ad hoc reſpondeo id falſum eſſe, ſatis enim patenter ſcriptura ſacrâ ſignificat Naaman colere verum Deum. Primò quia omnibus Syris notum fuit, quod Naaman eſſet *Princeps militiæ Regis Syriæ*, quod eſſet lib. 4. Regnum cap. 5. *Vir magnus apud Dominum ſuum*, quod eſſet *honoratus*, quod *per illum dederat ſalutem Syriæ*, quod *erat vir fortis & dives*, & tamen eſſet *leproſus*. Omnibus notum erat, quod verſ. 9. *Venit cum equis & curribus* ad regem Iſrael, deinde ad Prophetam Eliſeum ut à lepra curaretur, & reverſus eſſet cum tali apparatu, verſ. 21. nam revertens cùm vidiſſet Giezi currentem ad ſe, *Deſiliit de curru in occurſum ejus*. Textus Sacer non ait quod Naaman venerit ſolus, ſed cum equis & curribus, & magno comitatu, ut teſtatur etiam verſ. 24. *Liguvit duo talenta argenti in duobus ſaccis, & duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus pueris ſuis; qui & portaverunt coram eo*. Sciebant etiam Syri quod Rex Iſrael & Eliſeus non colerent Remmon, ſed Deum Iſrael. Totus comitatus Naaman, & per illum tota aula regis Syriæ, totum regnum ſciebant Naaman fuiſſe curatum à lepra non medicamentis naturalibus, vel veneficiis, ſed miraculosè in aquis Jordanis, & ejuſmodi miraculum mirati ſunt omnes exceptis paucis fortè. Et

XI. (margin)

4. Reg. c. 5. v. 1. (margin) verſ. 21. (margin) verſ. 24. (margin)

Et ſic tum omnium ore talis morbi curatio circumferretur, facta meritis Eliſei, & Scriptura ſacra tam patenter id exprimat, nemo dubitabat.

XII. Quod addit Caramuel ex ſexcentis capitibus ſal um eſſe, quod Naaman nunquam ingrederetur templum niſi cum rege, refellitur ex hoc capite quod omnibus nota erat ejus miraculoſa curatio, quâ receptâ Textus ſacer ait, quod Naaman promiſerit Eliſeo, ſe nunquam adoraturũ Remmon: poſtquam enim agnovit Deum, quem colebat Eliſeus eſſe verum

4. Reg. 5. v. 15. Deum: lib. 4. Regum cap. 5. verſ. 15. *Verè ſcio quod non ſit alius Deus in univerſa terra niſi tantùm in Iſrael.* Non dicit probabile mihi eſt, vel opinor, ſed verè ſcio: non ait quod Deus Iſrael ſit Deus ſicut Remmon quem colunt Syri, ſicut Baal quem colunt Sidonii, ſicut Dagon quem colunt Philiſtini, ſed *quod non ſit alius Deus in univerſa terra niſi tantùm in Iſrael.* Scilicet cui adoratio latriæ debeat exhiberi, cui templa & altaria debeant extrui, cui victimæ debeant immola-

verſ. 19. ri. Verſ. 19. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino.* Ideſt ſacrificabit Diis alienis in recognitionem ſupremi alicujus dominii illis inexiſtentis, in quâ promiſsione etiam includitur genuflexio. Per illam enim ęquè adoratur Deus & ejus ſupremum dominium recognoſcitur, ac per immolationem vel thurificationem. Igitur

verſ. 20. quando ſubdit Naaman verſ. 20. *Hoc autem ſolum eſt, de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adoravero in templo Remmon adorante eo in eodem loco, ut ignoſcat mihi Dominus ſervo tuo pro hac re.* Non dicit quando ingrediar templum, ſed *quando ingredietur Dominus meus templum.* Quaſi dixiſſet, non faciet ſervus tuus ultra ſacrificium, &c. Nec ſolus templum Remmon ingredietur nec genuflectet, vel aliud ritum faciet quo profiteatur ineſſe Remmon aliquam divinitatem. Quia tamen ſum in obſequio regis Syriæ, qui me miſit ad te cum magno illo comitatu, quem vides, & eum comitari oportet quocumque eat, quando vel aſcendit, vel deſcendit, vel genua flectit, non poteſt illos geſtus præſtare ob corporis debilitatem. Seu etſi fortes & vegeti corpore ſint Reges & Principes Syri; tamen quando incedunt, ſemper alicui primario miniſtro innituntur. Hoc autem officium bajulandi Regem, mihi incumbat, Si tale officium à me præſtitum eſſe audias, non ægrè feras, nec exiſtimes me eſſe perjurum & apoſtatam à fide quam nunc profiteor ſemper colendi & adorandi ſolum & unicum Deum Iſrael. Genuflexio enim & adoratio quam Rex exhibebit, licet ſit religioſa, mea erit tantùm externa & civilis, ſine ullo affectu, devotione erga Remmon, abſque ullo deſiderio & intentione illum recognoſcendi ut verum Deum.

Quod verò Naaman nunquam ingrederetur templum Remmon niſi cum Rege, ex hoc patet, ſi ingrederetur ſolus, & abſque Rege ut adoraret & genuflecteret coram idolo Remmon, debuiſſet æquè petere diſpenſationem ingrediendi, genuflectendi & adorandi abſque Rege, ac cum Rege. Si enim uterque ingreſſus, utraque genuflexio redolet idololatriam ad quid petere diſpenſationem pro unâ & non pro alterâ? Certè hæc poſtulatio eſſet planè illuſoria & fruſtranea, ſicut ſi Chriſtianus ſervus ingrederetur ſolus templum hæreticorum quando fit cœna Calviniſtica vel cõcio hęretica, quorſum peteret facultatem tantùm ingrediendi, quãdo dominus ſuus ingredietur, ſi putet ſibi licere ingredi ſolus, deberet etiã exiſtimare illum ingreſſum eſſe ſibi licitum cum Domino, & ſi arbitretur poſtulationem ſolùm ingrediendi eſſe ſuperfluam, concludere etiam debet licentiam ingrediendi cum domino ſuo æquè inanem & ſuperfluam. Sic ſi Naaman pollicetur colere & adorare verum Deum & tamen poſtulat ſecum diſpenſari quando genuflecteret ante idolum Remmõ in comitatu ſui regis. Alterutrum ſequitur, vel quod nunquã deinceps velit ingredi templum, & genuflectere coram eo, XIII.

niſi ingredienti Regi inſerviat. Vel certè ſi aliàs ingrediatur & genufle-ctat, debeat petere diſpenſationem pro tali ingreſſu & genuflexione ſeor-ſim factâ, niſi velit Caramuel con-cludere quod Naaman irrideat pro-phetam Eliſeum. Si enim erat piacu-lum adorare Remmon præſente Re-ge, etiam erat piaculum adorare ab-ſente Rege.

XIV. Refutatur etiam Caramuel quan-do negat quod omnes ſciant Deum Iſraelitarum ſolum & non alium coli à Naaman. Propoſitio enim illa (om-nes ſciant) non intelligitur metaphy-ſicè quod omnes à primo ad ultimum à maximo ad minimum, nemine excluſo ſciant, ſed moraliter, ſcilicet major pars. Deindè malè argumen-tatur, quando ait, quod ipſe Sylvius, vel alius hodie neſciat an famulus talis Domini ingrediatur tem-plum ſine Domino, nec conſequen-ter omnes ſciebant an Naaman intro-iret templum ſeorſim & abſque rege. Magnum enim diſcrimen eſt inter fa-mulum principis & Naaman qui erat potens & dives, regi chariſſimus, fa-miliariſſimus, & à conſiliis, & indivi-duus comes, cujus actiones ab omni-bus conſpiciuntur, omnes obſervant, & norunt inveſtigant, ut ex iis vel imitationis, vel admirationis, vel murmurationis anſam & argumen-tum accipiant. Inſuper nec dubitat curationem morbi tam manifeſti fuiſſe miraculoſam, fidem Naaman fuiſſe tam admirabilem, ut Chriſtus Lucæ cap. 4. eam pro exemplo pro-duxerit, ex quo colligitur ejuſmodi ſanationem miraculoſam fuiſſe no-tam & Syris & Judæis omni tempore. Impugnatur etiam Caramuel in eo quod quāvis omnes ſciant, undè poſ-ſit judicare, quod Naaman non colat idola. Ille Princeps ſeu ſervus non cenſetur colere idola, qui cum rege rarò ingrediente templum (ut con-ſtat experientia quæ docet Reges impios rarò ingredi templum) tantùm etiam tunc ingreditur. Poſſet dubitari quod Naaman eſſet idolola-tra, ſi ſolus ſine Rege ingrederetur templum, ſicut ſervus hæretici poſ-ſet eſſe ſuſpectus de hæreſi, ſi non tan-tùm cum Domino ſuo, ſed etiam ſe-orſim templum hæreticorum dum eorum ritus fiunt adit. Servus Turcæ cenſeretur Mahometiſmum profite-ri, ſi ſolus ſine Domino Moſchæam ingrederetur & ritibus Turcicis in-tereſſet. Omnes autem ſciebant, quod Naaman ingrederetur templum ut domino ingredienti famularetur, nunquam autem ſeorſim.

Quartum argumentum Caramuel non etiam premit ſcilicet quod quā-vis ſcirent Remmon non coli à Naa-man ex hoc tamen nō cultu nō ſequi quod verum Deum coleret. Certum quidem eſt, ex hoc nō cultu Remmon non inferri cultum veri Dei, ſed re-ctè inferri poteſt non colere Remmō ex eo quod etiam agnoſcat verum Deum. *Verè ſcio quod non ſit alius Deus in univerſâ terrâ niſi tantùm in Iſrael.* Et polliceatur ſe rejecto cultu Rem-mon verum Deum adoraturum. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtū aut victimam Diis alienis niſi Domino.* Ex hac particulâ *niſi*, manifeſtè con-cluditur quod ſolum & verum Deum adoret. Ad quintam Caramuelis inſtantiam quâ ait, Eſto omnes ſciant eum non eſſe falſi Dei cultorem, ta-men illa genuflexio coràm Remmon non carebit ſcandalo: videntes enim eum ſic publicè genuflectere, meritò ſcandalizabuntur. Sed contra quia il-le ingreſſus & genuflexio Naaman veri Dei cultoris (ut docet Textus) non fiebat eâ intentione & in illum finem ut coleret Remmon, ſed ut re-gi famularetur, qui famulatus om-nibus innoteſcebat: Nec ullus pru-denter judicare poterat quod Naa-man Remmon & Deum verum cole-ret: illum voce, geſtu & genuflexio-ne, hunc autem mente, ſicque nullus ſcandali locus relictus erat. XV.

Alia hiſtoria habetur eodem lib. 4. Regum cap. 10. verſ. 17. *Congregavit Iehu populum, & dixit ad eos Achab coluit Baal parum: ego autem colam eum amplius.* Verſ. 19. *Nunc igitur omnes Prophetas Baal & univerſos ejus & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me, nullus ſit qui non veniat, ſacrificium enim grande eſt mihi Baal.* Septuagin-ta. *Ego ſerviam ei multùm.* Paraphraſis Chadaica XVI. 4. Reg. 10. v. 17 verſ. 19.

Chaldaica. *Colet eum multùm.* Vata-
blus. *Iehu autem auguſtius eum colet.*
Toſtatus quæſt. 23. *Coluerat Achab
ipſum Baal, & tamen dicebat, quod co-
let Baal, ad ſignificandum quod ipſe
vellet eum colere nimis.* Cajetanus. *Ego
autem colam eum valdè.* Quaſi diceret
volo grande & ſolemne ſacrificium
offerre Baal. Verſ. 20. *Sanctificate diem*
verſ.20. *ſolemnem Baal.* Ideſt, indicite diem
feſtum & ſanctum quo ſolemniter co-
lamus Baal. Quod factum Jehu lau-
davit Deus, quemadmodum laudan-
tur Magnates, ordinatque Jehu, ut
cautè procedatur contra Baalitas, ut
ſupra dictum eſt, nam verſ. 30. Textus
habet. *Quia ſtudioſè egiſti quod rectum*
verſ.30. *erat, & placebat in oculis meis, & om-
nia quæ erant in corde meo feciſti, &c.*
Septuaginta. *Quia benè feciſti ut face-
res rectum in oculis meis, & feciſti juxta
omnia, quæ in corde meo Domui Achab
&c.* Paraphraſis Chaldaica. *Eo quod
direxiſti facere quod rectum erat ante
me juxta omnia quæ erant in voluntate
mea, &c.* Vatablus. *Quandoquidem
ſtudio quodam rectum feciſti in oculis
meis, & juxta omnia quæ fuerunt in
corde meo feciſti de Achab, &c.* Particu-
la *ſtudioſè* ut patet, idem eſt quod *benè.*
Item particula *placebat* ſignificat *re-
ctum*, per *cor*, intelligit *voluntatem.*
Notat Cajetanus illud mendacium
Jehu fuiſſe officioſum, ut effectus te-
ſtatur non caſu, ſed intentus & præ-
dictus à Jehu dicente Jonadab verſ. 16
verſ.16. *Veni & vide zelum meum pro Domino,*
aitque fuiſſe pernicioſum, ut porè
profeſſio, quod ipſe eſſet cultor Baal,
ſed ex intentione loquentis, unâ eà-
demque ratione excuſatur à pernicie
ſui generis & ſcandali, quia ſtatim vi-
ſuri erant omnes animum loquentis.
Undè excuſat per hoc à peccato mor-
tali mendacii officioſi coram Deo vi-
dente cor loquentis, à pernicie coram
hominibus, qualis erat hæc, quia in
verbis conſiſtit nocivus apud homi-
nes neſcientes finem ſanctum lo-
quentis. Exiſtimavit enim Jehu men-
dacium illud profuturum divinæ
gloriæ, interim nec ſibi nec alteri no-
citurum, moram enim modici tem-
poris pro nihilo reputavit: fuiſſe etiã
culpabilem aſſerit Dionyſius.

Notat Cajetanus ad illa verba *Pro
eo quod feciſti benè &c.* nõ laudat Deus XVII.
verba ſed facta Jehu *feciſti*, quia facta
non ſolùm recta, ſed etiam benè fa-
cta. In verbis autem admixtum fue-
rat peccatum ſaltem officioſi men-
dacii. Vide quæ ſupra diximus ex S.
Thomâ 2. 2. quæſt. 111. art. 1. ad 2.
Quod ſi excuſandus eſt à peccato,
hæc excuſatio fundari dumtaxat po-
teſt in ignorantiâ invincibili, ut no-
tat Vericelli quæſt. 10. numer. 16. &
quæſt. 18. numer. 11. Cardinalis de
Lugo de fide diſp. 14. ſect. 5. num. 24.
ſcribit verba Jehu non ſignificare ne-
gationem actualem, ſed futuram.
Nam qui pollicetur ſe negaturum fi-
dem, vel culturum idola in rigore
necdum fidem negat, nec colit idola,
ſed ad ſummum ſignificat ſe habere
animum id poſtea faciendi. Sicut qui
promittit ingreſſum religionis & pro-
feſſionem in eâ, nondum promittit
caſtitatem & obedientiam, ſed ſigni-
ficat animum ea poſtea promittendi.
At ſignificare animum fidem negandi
poſtea, quam tamen nunc non negat,
non eſt eadem irreverentia, quæ eſſet
ſi actu negares fidem. Idem Cardinalis
n. 131. ait, quod quãvis hoc propoſitũ
diſcedẽdi poſtea à fide, ſi de facto eſſet
in corde, eſſet peccatum contra fidẽ,
non tamen in rigore eſſet infidelitas,
ſed voluntas futuræ Infidelitatis. Nec
homo ille dicitur abſolutè & ſimpli-
citer infidelis. Undè verba illa ficta
non habent malitiam negationis fi-
dei, quæ ex nullâ causâ excuſari po-
teſt, ſed aliam minorem, quæ ex gravi
causâ, & ad finem promovendi ean-
dem fidem videtur notabiliter excu-
ſari poſſe à ſacrilegio. Sed hanc expli-
cationem refellit Vericelli citatâ
quæſt. 10. Primò quia S. Auguſtinus
tomo 4. lib. contra Mendacium cap.
2. *Sic enim* (inquit) *Iehu ſervum Baal
ſe eſſe mentitus eſt, ut ſervos ejus occide-
ret.* Ex quibus verbis patet, quod Je-
hu non dicit ſe futurum ſervum Baal,
ſed tunc eſſe *Ego autem* (inquit) *colam
eum amplius.* Quæ verba ex communi
uſu loquendi ſignificant veram fidei
negationem. Sicut qui à tyranno in-
terrogatus verbis æquivocis ita reſ-
ponderet, ut appareret aſtantibus eum

fidem negaſſe, & ſignificat in corde eſſe propoſitum ſacrificandi, quod eſt actus infidelitatis, ſicut Sacerdos intendens eras celebrare, mentitur, quia facit actum religionis internum, ſcilicet propoſitum ſacrificandi.

XVIII. S. August. S. Auguſtinus libro citato per totũ inter alia cap. 1. ait *Illicitum eſſe Catholico ſe Priſcilianiſtam ſimulare, ut eorum latebras penetret, & convertat ad fidem.* Ratio eſt, quia non ſunt facienda mala, ut indè eveniant bona *Numquid* (inquit D. Auguſtinus proximè citatus) *dicturi ſumus faciamus mala, ut eveniant bona? An aliquando bonũ eſt mendacium, vel aliquando mendacium non eſt malum.* Et cap. 7. *Quæ conſtat eſſe peccata nullo bonæ cauſæ obtentu quaſi bono fine, nullâ velut bonâ intentione facienda ſunt.* Secunda ratio eſt, illicitum eſt negantes Chriſtum per ejuſmodi negationem arguere, & blaſphemantes per blaſphemias. *Tolerabilius Priſcilianiſta in noſtra comparatione mentitur. Priſcilianiſta dicit, quod anima ſit pars Dei, magna hæc eſt & deteſtanda blaſphemia. At ſi hoc & ille dicit, qui de tanto malo liberare cupit hominem per mendacium, videamus quid interſit inter utrumque blaſphemantem Priſcilianiſta dicit ita eſſe credens, Catholicus non ita credens, quamvis ita loquens: ille blaſphemat neſciens, ille ſciens.* Idem habet cap. 6. & 21. *Quod improbat veritas, tamen inconcuſsè teneas & deffendas in divinâ religione nunquam omninò eſſe mentiendum, latentes verò ſicut nec adulteris per adulteria, homicidas per homicidia, ita nec mendaces per mendacia, nec blaſphemos per blaſphemias eſſe quærendos.* Tertia ratio, quia certa & præſens proximi ruina non debet compenſari per incertam ac futuram ſpem ſalutis. (inquit S. Doctor cap. 3.) Quarta ratio eſt, quia nullo inſtanti licet Chriſtum negare. *Semper* (idem Sidus Africæ) *cum timore recolendum eſt quicumque negaverit me coram hominibus negabo coram Patre meo.* Plura tum ejuſdem S. Auguſtini, tum aliorum Patrum & Theologorum habet Suarez de fide diſp. 14. ſect. 4. de legibus lib. 9. cap. 17. Et in Regem Angliæ lib. 6. cap. 9. Valentia 2. 2. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. Cardinalis de Lugo.

Adrianus huic veritati contrarius XIX.
videtur ſuam opinionem fulcire in 4. tract. de Baptiſmo quæſt. 1. art. 1. ad 5. auctoritate D. Hieronymi epiſt. 89. ad Auguſtinum ubi ſcribit Petrum & Paulum ſimulaſſe ſe ſervare præcepta legis, ſeu legalia *Quâ fronte* (inquit) *quâ audaciâ, Paulus in altero reprehendit, quod ipſe commiſit. Ego, imò & alii, ante me expoſuerant cauſam, quam putaverunt non officioſum mendacium defendentes, ſicut tu ſcribis, ſed oſtendentes honeſtam diſpenſationem, & ut Apoſtolorum prudentiam demonſtrarent, & blaſphemantis Porphyrii imprudentiam coercerent. Nam notoriũ Act. cap. 10. dixit, abſit Domine, quia nunquam manducavi commune.* At idem Petrus Actor. cap. 11. introivit ad viros præputium habentes, & manducavit cum illis. Deindè Antiochiæ Petrus edebat corã gentibus, ſed ex Jeroſolymis cùm aliqui Judæi veniſſent ſubtrahebat ſe & ſegregabat timens eos, qui ex circumciſione erant. Timebat Petrus Judæos, quorum erat Apoſtolus nè per occaſionẽ gentilium à fide Chriſti, & imitator boni paſtoris, nè perderet gregem ſibi creditum. Quemadmodum ergò oſtendimus Petrum benè ſenſiſſe de abolitione legis Moſaicæ, ſed ejus obſervationem ſimulaſſe timore cõpulſum. Videamus an ipſe Paulus, qui alium arguit, tale quid fecerit Actor. cap. 16. circumcidit propter Judæos Timotheum filium mulieris fidelis, patre autem gentili, Actor. cap. 18. totondit ſibi in Cenchris caput. Votum enim habuerat, totondit ſiquidem ex lege quod Nazaræi, qui ſe Deo vovebant juxta præceptũ Moyſis facere conſueverunt. Actor. cap. 21. verſ. 24. *Paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus intravit cum illis in templum annuncians expletionem dierum purificationis ſuæ donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.* Obtulit ſacrificia nè ſcandalizarentur qui ex Judæis crediderant. Simulavit ergò ſe Judæum, ut Judæam lucrifaceret. Et hanc ſimulationem Jacobus & cæteri eum docuerunt Præsbyteri.

Didicimus

Didicimus ergò quod propter metum Petrus & Paulus æqualiter finxerunt ſe legis præcepta ſervare. Idem S. Hieronymus explicans illud Apoſtoli ad Galatas cap. 2. verſ. 11. *Cùm autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtitit, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quam venirent à Iacobo cum gentibus edebat, cùm autem veniſſent ſubſtrahebat & ſegregabat ſe timens eos qui ex circumciſione erant, & ſimulationi ejus conſenſerunt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur in illam ſimulationem, ſed cùm vidiſſem quod non rectè ambularent ad veritatem Evangelii dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cùm Judæus ſis Gentiliter vivis & non Judaicè, quomodò gentes cogis judaizare?* Idem Hieronymus. *Galatarum infirmitas compellit eum narrare quod nec ipſi Apoſtolorum Principi Petro pepercerit veritatem Evangelii defendenti. Sicut etiam ad profectum Corinthiorũ manifeſtat viſionem, quam annis quatuordecim celaverat. Hoc autem totum ait, ut oſtendat ſe nunquam circumciſionis fuiſſe factorem, quod de illo falſi Apoſtoli fingebant. Undè & alibi dicit Galat. cap. 5. Ego autem fratres ſi circumciſionem prædico, quid autem perſecutionem patior, &c. Non ideò reprehenſibilis erat quia cum illis edebat, ſed quia poſtea propter homines ſe ſubſtrahebat.* Ad illud. *Ita ut Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationẽ, qui mecum ad gentes miſſus nihil inter eos docuerat eſſe diſcriminis, ſed cùm vidiſſem, &c. Quãvis hoc propter ſcandalum faceret Iudæorum, tamen publicè illum convenit, ut & Iudæis ſuperbia & Gentibus deſperatio tolleretur, &c.* Expende illa verba. *Non ideò reprehenſibilis erat, qui cum illis edebat, ſed quia propter homines ſe ſubſtrahebat.* Reſpondet noſter P. Lezana ſupra Sanctum Hieronymum fuiſſe in eâ ſententiâ, cujus authoritati licet in aliis libenter ſubſcribamus, tamen quia (ut notat D. Thomas) alii Patres contrarium tenent, eorum authoritas ſancto debet præponderari. Undè negat Apoſtolos unquam ſimulaſſe falſam religionem. Quamvis uſi fuerint ad aliquod tempus cæremoniis legalibus Judaiſmi etiam poſt Chriſti mortem, tamen non utebantur illis prout erant cæremoniæ veteris legis, neque prout erant ſigna Chriſti venturi, ſed ut cum honore Synagogam ſepelirent, ut docet S. Auguſtinus, & alii cum ipſo. Diſcrimen enim eſt inter illas cæremonias veteris legis, & alias quaſcumque falſæ ſectæ, quod cùm illæ fuerint aliquando bonæ & ſigna veræ religionis priuſquam abolirentur à Chriſto, potuerunt etiam poſtquam ab ipſo abolitæ ſunt aſſumi non eo fine propter quem inſtitutæ ſunt, ſed alio honeſto, ſcilicet ſepeliendi Synagogam cum honore. Quæ ratio non poterat applicari ritibus alterius ſectæ qui nunquam boni fuerunt ſed ſemper mali & prohibiti. Quoad illam ſimulationẽ Petri & Pauli differunt inter ſe D. Hieronymus & D. Auguſtinus in 4. capitibus, ut notat D. Thomas in cap. 2. ad Galatas lect. 3. Sciendum (inquit) eſt quod occaſione iſtorum verborum, non parva controverſia eſt inter Hieronymum & Auguſtinum, & ſecundùm quod ex eorum verbis apertè colligitur in quatuor diſcordari videntur, & primò in tempore legaliũ, quando ſcilicet ſervari debuerunt, nam Hieronymus duo tempora diſtinguit, unum ante paſſionem Chriſti, aliud poſt paſſionem. Vult ergò Hieronymus quod legalia ante paſſionem Chriſti viva eſſent, idest habentia virtutem ſuam, in quantum ſcilicet per circumciſionem tollebatur peccatum originale, & per ſacrificia & hoſtias placabatur Deus, ſed poſt paſſionem ſuam, non ſolùm dicit ea fuiſſe viva, vel mortua, ſed quod plus eſt ea fuiſſe mortifera, & quicumque poſt paſſionem Chriſti ea ſervant peccant mortaliter. Auguſtinus verò diſtinguit tria tempora, unum tempus ante paſſionem Chriſti, & concordans cum S. Hieronymo dicit iſto tempore legalia viva fuiſſe. Aliud tempus eſt poſt paſſionem Chriſti immediatè ante gratiam divulgatum, ſicut tempus Apoſtolorum in principio, in quo tempore dicit Auguſtinus legalia mortua fuiſſe, ſed tamen non mortifera Judæis, dummodò ipſa ſervantes ſpem in eis

Galat. 2. verſ. 11. S. Hieró.

non ponerent, ſi verò in eis ſpem poſuiſſent, quicumque converſi ea ſervantes peccaſſent mortaliter, quia ſi poſuiſſent in eis ſpem, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem, quantùm in eis erat evacuaſſent gratiam Chriſti. Aliud tempus dicit eſſe poſt veritatē, & gratiam Chriſti divulgatam, & in iſto tempore dicit ea mortua & mortifera omnibus ea ſervantibus. Ratio autem dictorum eſt, quia ſi Judæi ſtatim poſt converſionem fuiſſent prohibiti ab obſervantiis legalium, viſum fuiſſet eos pari paſſu ambulare cum idolatris, qui ſtatim ab idolorū cultura prohibebantur, & legalia non fuiſſe bona, ſicut nec idololatrarū. Et ideò inſtinctu ſpiritus ſancti permiſſum eſt ut legalia modico tempore ſervarentur, eâ intentione, quæ dicta eſt, ut oſtenderetur legalia tunc bona fuiſſe. Undè dicit Auguſtinus *quod per hoc oſtendebatur, quod mater Synagoga cum honore deducenda ad tumulum erat, dum non ſtatim poſt paſſionem Chriſti legalia prohibita ſunt, quicumque verò non eo modo ipſa ſervaret, non honoraret Matrem Synagogam, ſed eam exturbaret.* Ecce in quo primo ſancti illi Doctores diſcrepabant. Eidem Auguſtino ſubſcribunt Beda, Lyranus in illud cap. 2. ad Galatas, D. Thomas, Cajetanus, 1. 2. quæſt. 103. artic. 4. ad 1. & alii apud Suarez tract. de legibus lib. 4. cap. 17. num. 18. Quod confirmat D. Auguſtinus epiſt. 19. ſatis fusè & doctiſſimè, & favet Sacer Textus Actor. cap. 21. verſ. 20. ubi fideles coram Apoſtolis licitè obſervabant legalia. *Vides Frater, quod millia ſunt in Iudæa, qui crediderunt in Chriſtum, & hi omnes ſunt æmulatores legis.* Ipſe Paulus ſuadente Jacobo raſit caput, & ſervavit legem. Deindè in eo differebant præfati Doctores, quod S. Hieronymus doceret Apoſtolos nunquam ſervaſſe legalia ſecundùm veritatem, ſeu amore colendi Deum, ſed tantùm ſimulabant ſervare. At D. Auguſtinus aſſereret Apoſtolos verè ſervaſſe. Secundò diſcordabant (inquit D. Thomas) præfati Doctores, quia dicebat Hieronymus quod Apoſtoli nunquam ſecundùm veritatem ſervabant legalia, ſed ſimulabant ſe ſervare ad vitandum ſcandalum fidelium, qui fuerant ex circumciſione. Et hoc quidem modo ait Paulū ſimulaſſe quando perſolvit votum in templo Jeroſolymitano, ut habetur Actor. cap. 21 & quando circumcidit Timotheum, cap. 16. Item quando à Jacobo monitus quædam legalia ſuſcepit cap. 15. & hoc facientes non intendebant legalia ſervare, ſed ob aliquas cauſas: ſicut cùm quieſcebant in die Sabbathi, cùm abſtinebant ab immundis ſecundùm legem, non propter obſervantiam legis, ſed propter alias cauſas, ut potè propter abominationem & aliquid hujuſmodi. S. Auguſtinus autem ait. *Quod Apoſtoli ſervabant ipſa legalia, hoc intendentes non ponebant ſpem in eis, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem. Et hoc quidem licebat eis, quia fuerant ex Iudæis: ita tamen quod hæc ſervarint ante gratiæ legem divulgatam. Undè ſicut tunc Iudæi converſi ſine periculo poterant ſervare abſque eo quod in eis ſpem ponerent, ita & ipſi.* S. Aug. Quaſi diceret Apoſtoli ſervabant illa legalia quæ ſciebant eſſe mortua. Undè non erant illis mortifera quia non ſervabant illa animo colendi Deum, nec quaſi neceſſaria ad ſalutem, alioqui omninò illicitè fuiſſent. Imò (inquit D. Thomas) *Numquam facienda ſunt mala, ut indè eveniant bona.*

XXI. Tertiò diſcordant in explicando peccato Petri. Nam D. Hieronymus ait ſimulatione præfatâ Petrum non peccaſſe, quia id ex charitate fecit, non ex aliquo metu mundano, ut dictum eſt. At S. Auguſtinus ait peccaſſe venialiter tamen, & propter indiſcretionem quam habuit nimis inhærendo huic parti, ſcilicet Judæorum ad vitandum eorum ſcandalum, & validius Auguſtini argumentum contra Hieronymum eſt, quia Hieronymus adducit pro ſe ſeptem Doctores, ſcilicet Laodicenſem, Alexandrum, Origenem, Didymum, &c. Quatuor hos S. Auguſtinus excludit, utpotè de hæreſi infames, aliis autem tribus opponit tres ſcilicet Ambroſium, Cyprianum, imò ipſum Apoſtolum, qui clarè ait quod Petrus reprehenſibilis

reprehenſibilis erat. Si ergò nefas eſt dicere in Scripturâ ſacrâ aliquid falſum contineri, non licebit dicere Petrum reprehenſibilem non fuiſſe, & propter hoc verior opinio & ſententia S. Auguſtini eſt, quia cum dictis Apoſtoli magis concordat.

Lez. I. Noſter Lezana conſult. ultim numer. 12 ait Paulum reprehendiſſe Petrum eo modo quo ſubditi poſſunt reprehendere ſuos ſuperiores ſcilicet charitativè. Et allegat Cyprianum epiſt. ad Quintum, ubi laudat humilitatem Petri quod acceperit correctionem a Paulo ſe inferiori. Item S. Greg. S. Gregorium homil. 18, in Ezechielem dicentem *A minori ſuo reprehenditur, ut reprehendi non dedignatur.* Illis addit D. Thomam qui 2. 2. S. Thom. quæſt. 33. art. 4. ad 2. ſcribit. *Paulus qui erat ſubditus Petri propter imminens periculum ſcandali circa fidem publicè arguit.* Noſtrum Thomam Waldenſem in doctrinali fidei tomo 1. lib. 2. cap. 3. Toſtatum in cap. 18. Matthæi quæſt. 86. Imò D. Auguſti- S. Auguſt num epiſt. 19. ad Hieronymum, qui *Rarius* (inquit) *& ſanctius exemplum Petri poſteris tribuit, quo non dedignetur à poſterioribus corrigi, quàm Paulus, quo confidenter auderent minores majoribus pro defendenda veritate ſalvâ charitate reſiſtere.* Magnâ diſcretione uti debent inferiores à quâ frequenter aberrant. *Firmitas* (inquit idem) *& charitas Petri, cui ter à Domino dictum eſt, Paſce oves meas, objurgationē talem poſterioris Paſtoris pro ſalute gregis libentiſſimè ſuſtinebat.* In quo Petri humilitatem commendat. Aliter reſpondet ex Gregorio IX. in epiſt. ad ad Germ. Patriarcham Conſtantinopolitanum, quod Paulus reſtitit Petro in faciem diſpenſativè, quod dicit in Patribus Orthodoxis legi. Quæ diſpenſatio in eo poſita eſt, ut qui non erat ſuperior, nec æqualis reprehenderet ſuum Paſtorem Hæc explicatio ſupponit cum D. Thomâ in cap 2. ad Galatas, D Auguſtino epiſt. 19. D. Anſelmo, D. Ambroſio, Beda, D. Gregorio homil. 18. in Ezechielem, Salmerone in cap. 2. ad Galat. Bellarmino lib. 1. de ſummo Pontifice c. 28. non peccaſſe. Quod ſi ſupponat non peccaſſe, ſuſtinet cum Suare lib. 9 de legibus cap. 20. num. 24. Vaſquez 1. 2. diſp. 182. cap 8. Hurtado de fide, diſp. 48. §. 48. Baronio ad annum 51 verbo *cum ergo* Petrum nul um actum peccaminoſum feciſſe, nec ex objecto, nec ex adjunctis circumſtantiis, quia nullo loco, vel tempore magis opportuno poterat ſervare legalia ad vitandum ſcandalum Judæorum: ſed quod prudenter faciebat inopinatè dedit occaſionem, ut gentes cogerentur judaizare. Quare reprehenſibilis erat, quia illa ſimulatio prudens dabat gentibus occaſionem judaizandi Undè hæc Apoſtolorum ſimulatio ſimilis eſſe videtur ei, quæ fuit inter Angelos Danielis cap. 10. pro quâ conſule D. Thomam 1. part. quæſt. 13. artic 7. Dionyſium, Pererium in cap 10. Daniel. S Gregorium lib. 7. moral. cap. 8. & alios.

XXII. Quartò diſcordant in reprehenſione Pauli, nam S. Hieronymus ait, quod Paulus verè non reprehendit Petrum, ſed ſimulatoriè, ſicut & Petrus ſimulatoriè legalia ſervavit. Sicut Petrus nolens ſcandalizare Judæos ſimulavit ſe legalia ſervare, ita Paulus ut non ſcandalizaret gentes, oſtendit ſibi diſplicere quod Petrus faciebat, & ſimulatoriè reprehendit facientes hoc quaſi ex condicto, ut utrique fidelibus ſibi ſubditis providerent. At S. Auguſtinus ait & Petrū verè ſervaſſe legalia, & Paulum non ſimulatoriè, ſed verè reprehendiſſe Petrum, & Petrum ſervando peccaſſe, quia indè gentes ſcandalizabantur, à quibus ſe ſubſtrahebat. Paulum autē non peccaſſe reprehendendo Petrum quia ex ejus reprehenſione nullum ſcandalum ſequebatur. S. Auguſtinus & alii aſſerunt ſanctum Petrum non fuiſſe reprehenſum à S. Paulo ſimulatoriè & ex condicto ſed verè.

X Quibus ita ſuppoſitis, ſi ſimulatio falſæ ſectæ, ſeu ſimulata obſervatio cæremoniarum, quæ apud Judæos exercebantur vix excuſari poteſt à peccato, quomodò Eccleſia ſancta aſcribit taſtis ſanctorum Martyrum Julianum, cujus meminit Surius 9. Januarii dicens gentilibus *Se in templo magnum ſacrificium cunctis cernentibus immolaturum*

immolaturum. Quomodò apud S. Euloginm Martyrem lib. 1. memorialis Sanctorum, in præfarione B. Iſaac Monachus & Martyr ad jndicem acceſſit & eum ſic affatus eſt. *Vellem judex cultor Mahometanæ fidei ſtrenuus fieri ſi modò non differas ordinem, rationemq́; ejus mihi exponere.* Quomodò ſeptem mulieres apud Surium 3. Februarii in actis S Baſilii promiſerunt ſe propè lacum ſacrificaruras, eâ conditione, ut in lacum idola projicerent, ut effectus comprobavit. Quomodò S. Apollonia apud Alexandriam ſtetit quaſi diſſimulans quid agendum forer? Quomodò lib. 2. Machabæorum cap. 7. generoſiſſima Mater ſeptem fratrum, cùm Rex An-
l. 2. Mac 7. v. 25. tiochus ante cædem junioris. *Vocavit & ſuadebat ei, ut adoleſcenti fieret in ſalutem*, ſcilicet ſuadendo ut fidem abjuraret & legem Moſaicam deſereret,
verſ. 26. verſ. 26. *Cùm autem multis eum verbis eſſet hortatus promiſit ſe ſuaſuram filio.* Quod tamen contrarium præſtitit,
verſ. 27. nam verſ. 27. *Itaque inclinata ad illum irridens tyrannum*, ait patriâ voce., *Fili mi miſerere mei, &c.*

XXIV. Dicendum eſt, quod licet in his materiale mendacium videatur, tamen piè credendum eſt ſanctos Martyres à Deo inſpiratos in ſuâ confeſſione locuros eſſe. *Quodcumque* (inquit S. Cyprianus epiſt. 53.) *paulò*
S. Cyprianus. *antequam pro Chriſti fide occumberent ſub illo confeſſionis momento Confeſſor Epiſcopus loquitur, aſpirante Deo ore omnium loquitur.* Scilicet juxta illud
Mat. 10. verſ. 19 Matthæi cap. 10. verſ. 19. *Dabitur enim vobis in illa horâ quid loquamini.* Sic D. Thomas 2. 2. quæſt. 110. art. 7. ad 8. Lyranus in cap. 10. verſ. 12. Judith. Toſtatus in cap. 1. Exodi quæſt. 6. Emmanuel Sa, Mariana, & alii exiſtimant Judith mendacium commiſiſſe rum exploratoribus Aſſyriorum, quibus dixit *Filia ſum He-*
Judith. cap. 1. *bræorum, ideò fugi à facie eorum, quia futurum cognovi, quod dentur vobis in deprædationem, &c.* Tum Holoferni, fuſius cap. 10. à verſ. 4. uſque ad 18. & cap. 11. ferè per totum. Illud tamē non fuiſſe peccatum docent S. Chryſoſtomus homil 32. & 35. in Geneſim, & lib. 1. de Sacerdotio. S. Hieronymus, Theodoretus, Theophilactus, OEcumenius in cap. 2. ad Galatas, Abbas Joſeph apud Caſſianum collat. 17. cap. 8. Gaſpar Hurtado apud Celadam in cap. 10. Judith. Imò à verbis Judith non tantùm malitiam, ſed etiam nomen mendacii removent. S. Auguſtinus, Origenes, Gloſſa, Rabanus, Hugo Cardinalis, Dionyſius, Alexander de Ales, Sixtus Senenſis, Thomas Sanchez, Leſſius, Serarius, Salianus, Sanctius, Tirinus, Celada aſſerentes verba illa ab eâ prolata inſtinctu Spiritus ſancti, eo modo, quo à mendacio excuſantur Abraham, Sara, Iſaac, Rebecca, maximè Jacob dicens ſe eſſe filium primogenitum Eſau. Angelus Raphael Tobiæ cap. 3. verſ. 16. dicens ſe eſſe Iſraelitam & vocari Azariam Ananiæ magni filium, quem Tobias optimè noverat, & ei fuerat familiaris. Vel dicendum cum Vericelli quæſt. 10. citatâ, S. Julianum Martyrem (idem de cœteris philoſophandum eſt) licet divinitus fortè præviderit templi ruinam: non tamen ex hoc inſerendum eſt divino inſtinctu, & Deo inſpirante ſe velle ſacrificare idolis, (non enim omnia quæ ſancti Martyres in agone dicunt, vera ſunt) ſed humanitus & invincibiliter erravit, credens licere ſimulare, ſe velle ſacrificare idolis. Sic alii ſancti Martyres, imò & ſanctus Maximus apud S. Ambroſium ſerm. 69. uſque ad S. Auguſtinum exiſtimarunt licere aliquando in aliquo caſu mentiri, quàm è ſuggeſtu docuit præfatus Maximus. *Sicut* (inquit) *Sanctus Paulus ait factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem, ita Euſebius hæreticis hæreticum ſe eſſe mentitus eſt, ut de hæreſi filium liberaret. Dixit enim eorum ſe conſentire perfidia, hoc ſibi placere quod illis, ſed quod ſibi filium Dionyſium præponerent graviter ſe moveri. Vos enim* (inquit) *qui dicitis filium Dei Patri Deo æqualem eſſe non poſſe, cur mihi filium prætuliſtis? Quâ illi ratione permoti ſtatim S. Dionyſii chirographum deleverunt priorem locum deſcribendi ſancto Euſebio deferentes; quot ille increpans & irridens, ait: Neque egome veſtris ſceleribus polluo, neque filium meum*

vobiſcum

vobiſcum participare permitto, undè cum dicat Evangeliũ in hac generatione prudentiores tenebrarum filios eſſe quã lucis. Ecce hic ipſis tenebris prudentior filius lucis inventus eſt. Excuſandus tamen eſt, ſed non ſequendus, quia nullo inſtanti licet hæreſim aut falſam ſectam ſimulare. Nam ex noſtro P. Lezana ſupra eſt contra præceptũ negativum fidei. Sicut enim per illud præcipitur non negare fidem verbis aut expreſsè, ſic etiam non negare implicitè, aut aliquo facto, quod ſit negatio virtualis illius, qualis eſt uſus ſimulatus falſæ ſectæ. Deindè eſto, quod in aliis materiis ſimulans creatura non peccaret, ut Raphael, Abraham. Sara, Rebecca, Iſaac, Jacob, Judith: tamen in materia fidei eſſet peccatum, primò quia maieſtas Chriſtianæ fidei tanta eſt, ut etiam violetùr per ſimulationem. Secundò, quia in aliis materiis ſimulatio eſt de re indifferente, quæ poteſt eſſe vera vel falſa, ut cùm aliquis ſimulat ſe eſſe Italum, Gallum, Hiſpanum, Nobilem, divitem, &c. at ſimulatio in materia fidei ſemper ſignificat rem falſam. Undè hæc ſimulatio eſt magis intrinſecè mala quam illa.

CAPUT XIX.

An liceat famulo Catholico miniſtrare Domino infideli ſacra facienti ſuo ritu infideli.

I. 1.3. Reg. 18. v. 25. SAnctus Propheta Elias libr. 3. Regum cap. 18. verſ. 25. *Dixit Prophetis Baal eligite vobis bovem unum, & facite primi, quia vos plures eſtis, & invocate nomina Deorum veſtrorum, ignemq́ non ſupponatis, qui cum tuliſſent bovem, quem dederat eis fecerunt.* Particula *fecerunt* ſignificare videtur, quod nullus fidelium, qui ibi aderant, eos in mactando bove adjuvit. Si fortè aliquis Baalita juvit erat de familiâ Jezabelis. Ex quo infero eſſe illicitum fidelibus qui Dominis infidelibus ſubſunt illis miniſtrare in iis quæ ſpectant ad eorum ſacrificia, ita Ricciullus de jure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium lib. 1. cap. 8 in fine. Navarrus conſil. 19. num. 3. de hæreticis. Accipe mentem Tertulliani de idololatriâ, ubi de hoc argumento ita concludit. *Cæterùm quid fecerunt ſervi vel liberi fideles, item officiales ſacrificantibus Dominis vel Patronis, vel Præſidibus ſuis adhærentes. Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, imo ſi verbo aliquo ſacrificio neceſſario adjuverit miniſter habebitur idololatriæ. Hujus regulæ memores etiam Magiſtratibus & Poteſtatibus offi sum poſſumus reddere ſecundùm Patriarchas & cæteros Majores qui Regibus idololatris uſque ad finem idololatriæ apparuerunt.* Ratio eſt quia illicitum facere id quod eſt intrinſecè malum. At miniſtrare & auxilium præbere mactanti victimam eſt intrinſecè malum. Fit enim particeps ritus hæretici, profiteturque, vel ſaltem falſam religionem exercet. Tertull.

II. Ex mente Tertulliani patet non eſſe illicitum miniſtrare Dominis infidelibus, in iis qui non ſpectant ad ritus falſæ religionis. Quod factum fuiſſe à Patriarcha Joſeph, à Daniele & ſociis teſtatur Sacer Textus. Quorum ille Pharaoni in Ægypto, hi verò Nabucodonoſor in Babylone ſervierunt. Patet etiam in Naaman qui poſt converſionem ſuam miniſtravit regi Syriæ gentili. Patet in Abdiâ, qui licet ab infantiâ timeret Dominum, tamen miniſtrabat in aulâ Achab & Jezabel, ut patet lib. 3. Regum cap. 18. Hanc quæſtionem fusè diſcutitur in caput proximè citatum.

CAPUT XX.

An Chriſtiani teneantur pendere tributum pro expenſis ſacrificiorum, quæ fiunt idolis.

PRæmitto ex lib. 4. Reg. cap. 5. verſ. 4. quod *Meſa Rex Moab nutriebat pecora multa, & ſolvebat regi Iſrael centum millia agnorum,* I. 14. Reg. c. 5. v. 4.

& centum millia arietum cum velleribus, cumq; mortuus fuiſſet Achab prævaricatus eſt fœdus, quod habebat cum Rege Iſrael. Egreſſus eſt igitur Rex Ioram in die illâ de Samarîa & recenſuit univerſum Iſrael, &c. Ex quibus verbis patet regem Moabitarum fuiſſe in aliquo ſubjectum, quandoquidem illi quotannis penderet tributa. Toſtatus quæſt. 4. ſcribit Regem Moabitarum fuiſſe tributarium Regi Iſrael, & ſingulis annis quæ obligatio ſolvendi iſtum numerum erat penes prædeceſſores ejus, ex quo David ſibi ſubjecerat multas regiones, & ſibi fecerat tributarias. Ex quibus erat terra Moabitarum & Idumæorum, de quibus lib. 2. cap. 8. Sicque remanſerunt tributariæ Salomoni & poſteris. At tempore Roboam diviſo Regno in duo regnum Moab tributariũ fuit Regi Iſraelitarum, & Regnum Idumeæ regi Juda. Moab autem ſe ſubſtraxerat ab hac ſolutione, non tantùm arietum, ſed etiam vellerum eorum, quæ prius detonſa fuerant, ſicq; poſt mortem Achab violavitũ eſt fœdus. Cùm Ochozias nõ eſſet bellicoſus inſtar patris ſui diſſimulavit. At Joram iſtam rebellionem non ferens movit bellum, ut patet ex textu. Ratione hujus hiſtoriæ hanc hypotheſim formo, ſi David fuiſſet idololatra ſicut fuerunt Reges ejus ſucceſſores, verbi causâ Salomon lib. 3. Regum cap. 11. verſ. 6. *Cùmq; jam eſſet ſenex depravatum eſt cor ejus per mulieres ut ſequeretur Deos alienos.* Quẽ ſecuti ſunt Roboam, Jeroboam, &c. Si (inquam) David fuiſſet gentilis, taleq́ue tributũ impoſuiſſet Moabitis & Idumæis, etiam infidelibus, & jure belli ſibi ſubjectis, non in recognitionem ſupremi Domini ſui, nec in bonum regni ſui, vel aulæ regiæ, vel ſublevamen populi ſui, ſed in uſum idololatriæ: ita quod illi agni & arietes annuatim penderentur, ut idolis in victimam offerrentur, an illud pactum ſeu obligatio ſtare deberet, & ad illud obligarentur ejuſmodi vaſalli?

II. Dicendum eſt non teneri ſolvere tributum impoſitum dumtaxat pro expenſis victimarum, quæ idolis offerrentur. Ita Tertullianus lib. de idololatria cap. 17. ſub finem his verbis: *Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoquo honore, vel in ſolo honoris* Tertull. *nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico aut edendis præſit.* Et paulò poſt. *Planè ad ſacerdotium aut ſacrificium vocatus non ibo: proprium officium eſt, ſed neque conſilio, neque ſumptu, aliâve operâ in ejuſmodi fungar.* Expende illa verba. *Non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret.* Scilicet illorum ſacrificiorum & templorum. Præterea ait, ſe nec gentilium ſacrificiis interſuturum, nec ad ea facienda *conſilio neque ſumptu*, ideſt tributo, aliavè operâ cooperaturum: quia ſcilicet, quemadmodum non licet intereſſe ſacrificiis idolorum, ſic non licet ſumptus, vel tributa pendere in illum finem.

Hæc reſolutio deciſa eſt Romæ à Sacrâ Congregatione Sancti Officii, anno 1645. III. *In populis & civitatibus regni Sinarum* (inquiebant Miſſionarii Chinæ) *mos eſt ponendi quaſdam contributiones, quæ à vicinis populis exiguntur, ut in Paſchate novi anni, in ſacrificiis & dæmoniorum ſuorum idololatriis, & invitationibus & conviviis in eorum templo præparantur, ſimulque in feſtivitatibus aliisq; indifferentibus pro populi lætitia demonſtrationibus expendantur. Quæritur an Chriſtianis ac miniſtris, à quibus etiam tanquam à populis vicinis poſtulant, licitum ſit pro nunc, ſaltem pro hujuſmodi rebus contribuere? Tumultus aliquis contra Chriſtianos inter gentiles fiet?* Reſponſum à Qualificatoribus ſeu Theologis ſancti Officii in hæc verba. *Cenſuerunt poſſe Chriſtianos Chinenſes pecunias contribuere, dummodò per hujuſmodi contributiones non intendant ad actus idololatricos & ſuperſtitioſos comparere ſuppoſitâ cautâ, quæ narratur in dubio, præſertim præmiſſâ (ſi commodè fieri poteſt) proteſtatione, quod impoſita tributa præſtant in ordine tantùm ad populi lætitiam, & ad actus indifferentes, vel ſaltem cultui Chriſtiano nõ repugnantes.*

Hâç

Hac reſolutione ſatis patenter innuit
illicitum eſſe concurrere ad ſolutio-
nem expenſarum, quæ fiunt in obla-
tione victimarum, quæ falſis Diis li-
bantur, vel in Cœnâ Calviniſticâ
fiunt. Undè meritò laudandi ſunt
Miſſionarii & fideles degentes in ter-
ris infidelium, qui renuunt ſolvere
tributa, quæ ab illis infideles exigunt;
nominatim in finem & uſum victi-
marum idolis offerendarum.

CAPUT XXI.

An & quando liceat Hæreticorum & infidelium templa ingredi, eorum concionibus intereſſe.

I. Sacra Hiſtoria Regum duo argu-
menta nobis ſuggerit, quæ in-
nuere videntur licitum eſſe in-
troitum in Moſcheas & templa hæ-
reticorum, eorumque concionibus,
& aliis exercitiis adeſſe. Primum ex
l. 4. Reg. 5. v. 18. lib. 4. Regum cap. 5. verſ. 18. ubi
Naaman Syrus integrè recuperatâ
ſanitate meritis Eliſei dixit S. Prophe-
tæ. *Hoc ſolum eſt, de quo preceris Do-
minum pro ſervo tuo, quando ingredie-
tur Dominus meus in templum Remmon
adorante eo in eodem loco ut ignoſcat
mihi Dominus ſervo tuo pro hac re. Qui
dixit vade in pace.* Poſſent nonnulli
reſpondere, quod etſi hoc petierit
ab Eliſeo, tamen poſtea non fuiſſe
ingreſſum templum Remmon; ſed
tali obſequio renunciaſſe. Eſto; ta-
men videtur quod Propheta talem
ingreſſum permiſerit his verbis. *Va-
de in pace.* Toſtatus ibi quæſt. 25. poſt
Lyranum & Burgenſem ita exponit:
Scias nullum eſſe peccatum quia ille
ingreſſus non tam eſt Religioſus,
quàm civilis, non tam eſt ob cultum
idoli, quàm ob honorem Domini ſui.
Eodem modo reſpondent Cardinalis
de Lugo de fide diſp. 14. numer. 173.
& alii. Eodem lib. 4. Regum cap. 10.
Jehu convocavit omnes prophetas
Baal in templum Baal, ut ibi ſolem-
niter ſacrificarent, occurritque ei
Jonadab filius Rechab, qui ex pro-
prio vitæ inſtituto habitabat extra
urbes, ut probus ac Religioſus, qu-
cum inter ſe peramenter cōſultaſſent
levavit eum ad ſe in currum, ut eum
zeli ſui pro Domino teſtem haberet
ſimulque ingreſſi ſunt Samariam, c. 10. v. 23
percuſsâque ſtirpe Achab, Cap. 10.
*Ingreſſuſque Jehu & Jonadab filius Rechab
templum Baal, ait, cultoribus Baal;
perquirite & videte nè quis fortè vobiſ-
cum ſit de ſervis Domini, ſed ut ſint ſer-
vi Baal ſoli.* Verſ. 24. *Ingreſſi ſunt igi-* verſ. 24.
*tur ut facerent victimas & holocauſta,
Jehu autem præparaverat ſibi foris octo-
ginta viros, & dixerat eis, quicumque
fugerit de hominibus, quos ego adduxe-
ro in manus veſtras, anima ejus erit
pro anima illius.* Verſ. 25. *Factum eſt* verſ. 25.
*autem cum completum eſſet holocauſtum
&c.* Hæc hiſtoria patenter innuit Je-
hu non tantùm ingreſſum eſſe tem-
plum Baal, ſed etiam ejus ſacrificio
interfuiſſe. Alibi reſpondimus Jehu
ingreſſum eſſe templum Baal, Baali-
taſque convocaſſe ad ſacrificium ce-
lebrandum, ut eos deciperet, & ibi
interceptos & incluſos deleret. Simi-
liter quando eodem libro cap. 11.
verſ. 18. *Ingreſſus eſt omnis populus ter-
ræ templum Baal,* non animo religio-
ſo erga Baal, ſed ut aras demoliren-
tur, ut patet ex ſequentibus. *Et de-* c. 11. v. 18
*ſtruxerunt aras ejus & imagines con-
triverunt valdè, Mathàm quoque
Sacerdotem Baal occiderunt coram
altari.*

II. Occaſione harum Hiſtoriarum va-
riæ difficultates occurrunt diſcutien-
dæ. Prima eſt ingreſſum in templo
hæreticorum ex ſe, & loquendo ge-
neraliter eſſe indifferentem, & in ali-
quibus caſibus licitum: in aliis autem
illicitum ratione circumſtantiarum.
Licitus eſt ingreſſus quando ex hoc
nullum ſequitur ſcandalum, nulla
fidelium offenſio; nullum periculum
propriæ vel alienæ perverſionis, ne-
que eſt communicatio in ritibus, pre-
cibus, cæremoniis hæreticorum &
infidelium cantando, genuflectendo,
orando, cum illis idololathyta; vel
cœnam Calviniſticam ſumendo, aut
explicita falſæ ſectæ profeſſio non
eſt, vel non eſt ſpeciale præceptum
ſuperioris Eccleſiaſtici illum ingreſ-

 ſum, &c.

ſum, &c. prohibentis, vel præceptum Principis hæretici urgentis talẽ ingreſſum in odium & contemptum fidei Catholicæ, ſed ſit aliqua cauſa rationabilis ingrediendi templum hæreticorum ſeu infidelium, & eorum cæremoniis aſſiſtendi, verbi gratiâ, ſi aliquis illud templum ingrediatur, ut ibi habitet, quaſi in domo ſæculari, vel deflectat à pluvia, vel æſtu ſolis, vel ut hoſtes perſequentes declinet, vel ut ejus fabricam & architecturam contempletur, vel ingrediendo palam proteſtatus fuerit ſe non ingredi vel adeſſe ejuſmodi cæremoniis animo Religioſo, ſed ut rem prophanam conſideret, & aliis ſtantibus aut genuflectentibus ſedeat, aliis deicgentibus caput tegat ſe, aliis reverenter & devotè aſſiſtentibus circumſpiciat, & oculis ac geſtibus vagetur, vel adſit ad aliquod civile negotium peragendum, quemadmodum Rex convocat Senatores & Magiſtratus in templum ad negotia civilia & politica peragenda, vel ad audiendas conciones animo ſtatim refutandi ſcriptis vel ex pulpito, ut vidi Pariſiis Dominum Veron qui ſingulis Dominicis diebus ibat in Charenton, vel ſuos emiſſarios mittebat ut miniſtros concionantes audirent, & referrent dogmata manè propoſita, quæ præfatus D. Veron poſt meridiem in aliquâ parochiâ Pariſienſi refellebat. Pro hac refutatione vide Cardinalẽ de Lugo de fide diſp. 14. num. 171. Hurtado, Peſantium, Malderum, Villalobos, Caſtropalaum, Coninck, Vericelli, Duvallium, apud noſtrum Lezanam tomo 3 Theolog. Scholaſt. tract. 1. de fide quæſt. 3.

III. Quibus emiſſis audiamus Tertullianum lib. de idololatriâ longè poſt medium, ubi inter cœtera hæc habet. *Si propter ſacrificium vocatus aſſiſtam, ero particeps idololatriæ, ſi me alia cauſa conjungit ſacrificanti, ero tantùm ſpectator ſacrificii. Cæterùm quid facient ſervi vel liberi fideles, item officiales ſacrificantibus Dominis, vel Patronis, vel præſidibus ſuis adhærentes Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, imò ſi verbo quoq; aliquo ſacrificio neceſſario adjuverit miniſter habebitur idololatriæ.*

Tertull.

Hujus regulæ memores etiam Magiſtratibus & Poteſtatibus officium poſſumus reddere ſecundùm Patriarchas & cæteros Majores qui Regibus idololatris uſque ad finem idololatriæ apparuerunt. Hinc hujus dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem capiat ſi ab omni ſpecie idololatriæ intactum ſe, aut gratiâ aliquâ aut aſtutiâ etiam præſtare poſſit, ſecundùm quod & Ioſeph & Daniel mundi ad idololatriâ, & dignitatem & poteſtatẽ adminiſtraverint in ornamento & purpurâ extitere totius Ægypti et Babyloniæ. Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoquo honore, vel in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico aut edendis præſit, nihil ſolemne pronunciet, vel edicat, nec juret quidem, &c. Exempla Joſeph & Danieiis ſatis noſtram propoſitionem probant. Nam non eſt dubium quin Joſeph fuerit primarius miniſter regis Ægypti, & Daniel non infimus princeps in aulâ Regis Babylonis, & cum ſuis Regibus templa idolorum adeuntes & ingredientes comitati eos fuerint, & interfuerint ſacrificiis idolorum, aliiſque ſuperſtitionibus. & tamen nemo eos ob hoc, quaſi alicujus flagitii reos condemnavit. Ratio P. Lezana eſt, quia ſecluſis illis circumſtantiis, ſunt aliquid indifferens, nec ſunt falſæ ſectæ exhibitio & proteſtatio, imò poſſunt eſſe bona ſi fiant ratione politici debiti Domino, vel Principi temporali, vel ad vitandam gravem jacturam bonorum, vel ad notandos ritus & errores infidelium, ut ſupra dictum eſt eſt de D. Veron.

Si tamen ex quadam curioſitate fideles ſe ingerant illis templis & ritibus infidelium, & concionibus, peccabunt ſaltem venialiter, ut notant Arriaga Vericelli, & noſter Lezana proximè citati, cum hac tamen moderatione, modò non præbeant aſſiſtentibus occaſionem dubitandi, quod à fide deflexerint, vel non ſe exponant periculo perverſionis, nec cedat in honorem infidelis ſacrificantis IV.

cantis

cantis, vel concionantis, ut notant de Lugo & Verricelli citati, Coninck, Sanchez qui monent nullo modo eſſe permittendum, ut imperiti conciones Hæreticorum audiant ob magnum periculum perverſionis. Doctis autem permittitur introitus in templum infidelium, & auditio concionum hæreticarum cum hoc moderamine & diſtinctione. Nam (inquiunt Ricciullus de jure perſonarum lib. 1. cap. 8. Sanchez, Coninck, Verricelli citati) ſi doctus commoretur in aliquâ civitate, in quâ non eſt libertas, & ſola hæreſis viget, ſintque tantùm templa Hæreticorum, & fiant conciones hæreticæ, tunc non licet doctis illis concionibus intereſſe & audire, ut notent & confutent errores & calumnias: quia conſuetus ille ingreſſus eſſet ſcandaloſus & ſignum hæreſis, quod ſcandalum prævalet bono notandi & confutandi errores. Deindè illi errores poſſunt aliter notari & confutari. Si tamen ſecundùm mentem à Valentiâ 2. 2. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. dubio 4. Becanum, Coninck, Caſtropalaum, Azorium, Sanchez, Layman, noſtrum Thomã à Jeſu Maria de converſione omnium gentium lib. 8. part 2. §. 4. Magna neceſsitas urgeat fidem Catholicam promovendi, vel Catholicos liberandi ab errore & periculo hæreſis poterit doctus concioni hæreticæ intereſſe, ſi oporteat fidem occultare, vel grave periculum effugere, modò non cantet, genuflectat, alioſque hæreticos actus obſervet.

V. Alterum moderamen eſt, ſi habitet doctus in aliquâ civitate in quâ ſit libertas conſcientiæ, & Catholici promiſcuè cum hæreticis converſantur, ſolentque Catholici hæreticorum templa adire, concionibus eorum intereſſe, ita ut hoc nõ reputetur ſignum hæreſis, tunc illi viro docto licitum eſt intereſſe hæreticorum cõcionibus, ad eorum errores notandos & convellendos, idiotis verò minimè licet, ut docent Valentia, Verricelli ſupra Cardinalis de Lugo, Bonacina. Moderamen tertium addi poteſt, nè ſcilicet perſona magnæ auctoritatis, ut Elias & Enoch in fine mundi. præcurſores ſecundi adventus Chriſti, nunc verò nè Cardinalis, Legatus, Legatus Regis vel Principis ſacris vel concionibus hæreticis, aut ſchiſmaticis interſit ſub pœnâ peccati mortalis, niſi urgeat graviſſima cauſa publica, ſicut quando S. Elias convocavit Baalitas & cunctum populum in Carmelum, interfuitque ſacrificio Baalitarũ urgebat cauſa graviſsima: Nam agebatur de ſummâ religionis, & ex tunc deſtruendus erat cultus Baal, delendi ſacerdotes Baal. Hâc causâ urgente non licebat. Nam ex hâc aſſiſtentiâ hæreſis & ſchiſma magnum argumentum faceret, multumque honoris acciperet ex tam graviſſimarum perſonarũ præſentiâ. Undè Cornelius in 2. epiſt. ad Timoth. verſ. 36. ſic Epiſcopum affatur. *Devita & fuge, non tam pro te, quam propter tuos ſubditos, ut quod illi ſuum Epiſcopum fugere videant, fugiant & ipſi.* Cui arridet S. Anſelmus in cap. 6. epiſt. 2. ad Corinthios. *infimus quiſque plus attendit facta Prælati quàm verba. & putat ſibi licere quidquid illum videt agere.* Idem de Parochis, Prælatis & Miſſionariis dicendum eſt. Undè meritò ſacra Congregatio his ſtrictiſſimè prohibet nè conventiculis. & concionibus infidelium, hæreticorum & ſchiſmaticorum ſub quocumq; prætextu interſint ob pravum exemplum & periculum perverſionis fidelium. Undè notant Layman lib. 5. tract. 5. part. 2 cap. 3. num. 3. Coninck, Verricelli, quod licet communicatio civilis & politica cum excommunicato denunciato ſit peccatum veniale. Si tamen vir gravis ſæpè illis communicet, peccaret mortaliter, quia minuitur æſtimatio Eccleſiæ, quæ tales cenſuras fulminat.

Cornel.

S. Anſel.

VI. Licitum eſt fidelibus in locis infidelium commorantibus eorum conviviis nuptialibus intereſſe, funera comitari, modò non ſint hæretici denunciati, nec eorum precibus, cantibus, genuflexionibus, &c. ſe ingerant, ſic enim eorum ritibus hæreticis communicarent, ſed id præſtent tanquam rem civilem & prophanam. Ita Navarrus lib. 5 conſil. 12.

 ſeu 15.

ſum, &c. probibentis, vel præceptum Principis hætetici urgentis talẽ ingreſſum in odium & contemptum fidei Catholicæ, ſed ſit aliqua cauſa rationabilis ingtediendi templum hæreticotum ſeu infidelium, & eorum cæremoniis aſſiſteodi, verbi gratiâ, ſi aliquis illud templum ingrediatur, ut ibi habitet, quaſi in domo ſæculari, vel deflectat à pluvia, vel æſtu ſolis, vel ut hoſtes perſequentes declinet, vel ut ejus fabricam & architeturam contempletur, vel ingrediendo palam proteſtatus fuerit ſe non ingredi vel adeſſe ejuſmodi cæremoniis animo Religioſo, ſed ut rem prophanam conſideret, & aliis ſtantibus aut genuflectentibus ſedeat, aliis detegentibus caput tegat ſe, aliis reverenter & devotè aſſiſtentibus circumſpiciat, & oculis ac geſtibus vagetur, vel adſit ad aliquod civile negotium peragendum, quemadmodum Rex convocat Senatores & Magiſtratus in templum ad negotia civilia & politica peragenda, vel ad audiendas conciones animo ſtatim refutandi ſcriptis vel ex pulpito, ut vidi Pariſiis Dominum Veron qui ſingulis Dominicis diebus ibat in Charenton, vel ſuos emiſſarios mittebat ut miniſtros concionantes audirent, & referrent dogmata manè propoſita, quæ præfatus D. Veron poſt meridiem in aliquâ parochiâ Pariſienſi refellebat. Pro hac refutatione vide Cardinalẽ de Lugo de fide diſp. 14. num. 171. Hurtado, Peſantium, Maldetum, Villalobos, Caſtropalaum, Coninck, Vericelli, Duvallium, apud noſtrùm Lezanam tomo 3 Theolog. Scholaſt. tract. 1. de fide quæſt. 3.

III. Quibus emiſſis audiamus Tertullianum lib. de idololatriâ longè poſt medium, ubi inter cœtera hæc habet. *Si propter ſacrificium vocatus aſſiſtam, ero particeps idololatriæ, ſi me alia cauſa conjungit ſacrificanti, ero tantùm ſpectator ſacrificii. Cæterùm quid facient ſervi vel liberi fideles, item officiales ſacrificantibus Dominis, vel Patronis, vel præſidibus ſuis adhærentes? Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, imò ſi verbo quoq; aliquo ſacrificio neceſſario adjuverit miniſter habebitur idololatriæ. Hujus regulæ memores etiam Magiſtratibus & Poteſtatibus officium poſſumus reddere ſecundùm Patriarchas & cæteros Majores qui Regibus idololatris uſque ad finem idololatriæ apparuerunt. Hinc hujus dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem capiat ſi ab omni ſpecie idololatriæ intactum ſe, aut gratiâ aliquâ aut aſtutiâ etiam præſtare poſſit, ſecundùm quod & Ioſeph & Daniel mundi ad idololatriâ, & dignitatem & poteſtatẽ adminiſtraverint in ornamento & purpurâ extitere totius Ægypti et Babyloniæ. Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoquo honore, vel in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico aut edendis præſit, nihil ſolemne pronunciet, vel edicat, nec juret quidem, &c.* Exempla Joſeph & Danielis ſatis noſtram propoſitionem probant. Nam non eſt dubium quin Joſeph fuerit primarius miniſter regis Ægypti, & Daniel non infimus princeps in aulâ Regis Babylonis, & cum ſuis Regibus templa idolorum adeuntes & ingredientes comitati eos fuerint, & interfuerint ſacrificiis idolorum, aliiſque ſuperſtitionibus. & tamen nemo eos ob hoc, quaſi alicujus flagitii reos condemnavit. Ratio P. Lezana eſt, quia ſeclusis illis circumſtantiis, ſunt aliquid indifferens, nec ſunt falſæ ſectæ exhibitio & proteſtatio, imò poſſunt eſſe bona ſi fiant ratione politici debiti Domino, vel Principi temporali, vel ad vitandam gravem jacturam bonorum, vel ad notandos ritus & errores infidelium, ut ſupra dictum eſt eſt de D. Veron.

Tertull.

Si tamen ex quadam curioſitate fideles ſe ingerant illis templis & ritibus infidelium, & concionibus, peccabunt ſaltem venialiter, ut notant Arriaga Vericelli, & noſter Lezana proximè citati, cum hac tamen moderatione, modò non præbeant aſſiſtentibus occaſionem dubitandi, quod à fide deflexerint, vel non ſe exponant periculo perverſionis, nec cedat in honorem infidelis ſacrificantis IV.

cantis, vel concionantis, ut notant de Lugo & Verricelli citati, Coninck, Sanchez qui monent nullo modo eſſe permittendum, ut imperiti conciones Hæreticorum audiant ob magnum periculum perverſionis. Doctis autem permittitur introitus in templum infidelium, & auditio concionum hæreticarum cum hoc moderamine & diſtinctione. Nam (inquiunt Ricciullus de jure perſonarum lib. 1. cap. 8. Sanchez, Coninck, Verticelli citati) ſi doctus commoretur in aliquâ civitate, in quâ non eſt libertas, & ſola hæreſis viget, ſintque tantùm templa Hæreticorum, & fiant conciones hæreticæ, tunc non licet doctis illis concionibus intereſſe & audire, ut notent & confutent errores & calumnias: quia conſuetus ille ingreſſus eſſet ſcandaloſus & ſignum hæreſis, quod ſcandalum prævalet bono notandi & confutandi errores. Deindè illi errores poſſunt aliter notari & confutari. Si tamen ſecundùm mentem à Valentiâ 2. 2. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. dubio 4. Becanum, Coninck, Caſtropalaum, Azorium, Sanchez, Layman, noſtrum Thomã à Jeſu Maria de converſione omnium gentium lib 8. part 2. §. 4. Magna neceſsitas urgeat fidem Catholicam promovendi, vel Catholicos liberandi ab errore & periculo hæreſis poterit doctus concioni hæreticæ intereſſe, ſi oporteat fidem occultare, vel grave periculum effugere, modò non cantet, genuflectat, alioſque hæreticos actus obſervet.

V. Alterum moderamen eſt, ſi habitet doctus in aliquâ civitate in quâ ſit libertas conſcientiæ, & Catholici promiſcuè cum hæreticis converſantur, ſolentque Catholici hæreticorum templa adire, concionibus eorum intereſſe, ita ut hoc nõ reputetur ſignum hæreſis, tunc illi viro docto licitum eſt intereſſe hæreticorum cõcionibus, ad eorum errores notandos & convellendos, idiotis verò minimè licet, ut docent Valentia, Verricelli ſupra Cardinalis de Lugo, Bonacina. Moderamen tertium addi poteſt, nè ſcilicet perſona magnæ auctoritatis, ut Elias & Enoch in fine mundi, præcurſores ſecundi adventus Chriſti, nunc verò nè Cardinalis, Legatus, Legatus Regis vel Principis ſacris vel concionibus hæreticis, aut ſchiſmaticis interſit ſub pœnâ peccati mortalis, niſi urgeat graviſſima cauſa publica, ſicut quando S. Elias convocavit Baalitas & cunctum populum in Carmelum, interfuitque ſacrificio Baalitarũ urgebat cauſa graviſsima: Nam agebatur de ſummâ religionis, & ex tunc deſtruendus erat cultus Baal, delendi ſacerdotes Baal. Hâc causâ urgente non licebat. Nam ex hâc aſſiſtentiâ hæreſis & ſchiſma magnum argumentum faceret, multumque honoris acciperet ex tam graviſſimarum perſonarũ præſentiâ. Undè Cornelius in 2. epiſt. ad Timoth. verſ. 36. ſic Epiſcopum affatur. *Devita & fuge, non tam pro te, quam propter tuos ſubditos, ut quod illi ſuum Epiſcopum fugere videant, fugiant & ipſi.* Cornel. Cui arridet S. Anſelmus in cap. 6. epiſt. 2. ad Corinthios. *infimus quiſque plus attendit facta Prælati quàm verba. & putat ſibi licere quidquid illum videt agere.* S. Anſel. Idem de Parochis, Prælatis & Miſſionariis dicendum eſt. Undè meritò ſacra Congregatio his ſtrictiſſimè prohibet nè conventiculis & concionibus infidelium, hæreticorum & ſchiſmaticorum ſub quocumq; prætextu interſint ob pravum exemplum & periculum perverſionis fidelium. Undè notant Layman lib. 5. tract. 5. part. 2 cap. 3. num. 3. Coninck, Verticelli, quod licet communicatio civilis & politica cum excommunicato denunciato ſit peccatum veniale. Si tamen vir gravis ſæpè illis communicet, peccaret mortaliter, quia minuitur æſtimatio Eccleſiæ, quæ tales cenſuras fulminat.

VI. Licitum eſt fidelibus in locis infidelium commorantibus eorum conviviis nuptialibus intereſſe, funera comitari, modò non ſint hæretici denunciati, nec eorum precibus, cantibus, genuflexionibus, &c. ſe ingerant, ſic enim eorum ritibus hæreticis communicarent, ſed id præſtent tanquam rem civilem & prophanam. Ita Navarrus lib. 5 conſil. 12.

ſeu 15. num. 2. & 4. conſil. 16. num. 8. tit. *de hæreticis*, & in manuali cap. 27. num. 137. Layman, Coninck, Caſtropalaus, Malderus, Verricelli. Id patet lib. 3. Regum cap. 17. ubi Elias mittitur à Deo ad mulierem Sareptanam viduam, quæ ex D. Chryſoſtomo ſerm. 1 de Eliâ, Eucherium in lib. Regum erat gentilis, & tamen ad eam mittitur, ut ab eâ hoſpitio excipiatur, paſcatur, alatur, illi convivat, Verſ. 9. *Surge & vade in* *l.3.Reg. c.17.v.9* *Sareptâ Sidoniorum & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ ut paſcat te.* Metaphr. Metaphraſtes apud Surium tomo 4. 20. Julii. *Fecit quidem Vidua ſicut ei præceptum fuerat benignè prius prophetam convivio excipiens.* Expende illa Eucher. verba *convivio excipiens*. Id Eucherius clarius exprimit. *Erat in illo tempore ſpectaculum Angelis, hominibusq; gratiſſimum, quod inter gentes, in terrâ prophana vidua mulier jam nunc eſſet filia Abrahæ, multò hoſpitalior ipſo parente, multò humanior fidei genitore. Erat quidem Abraham hoſpitalis erga peregrinos magno detentus affectu: ſed erat verè opulentus, erat dives, aderat ei poſſe quod vellet, quia nec minor erat animus quàm facultas, nec cenſus animum ſuperabat. Hæc verò quæ non ſolùm marito, ſed & facultatibus viduata, non ſolum natalibus tenuis, ſed & temporis malo conſtricta ad tantam devenerat paupertatem, ut in domo nihil, niſi quod augeret famem poſſidere poterat, ſcilicet parvulorum turbam ipſâ inediâ graviorem, ſed in his omnibus malis liberalis animus devotus præſtabat, pergit & ut præceperat homo Dei, fideliter complet, ſuſcipit Prophetam & recipit.* Quaſi diceret, Ille dives tantùm recepit peregrinos ex aliquo vitulo de armento convivium paravit, at vidua totum quod habebat Eliæ exhibuit, nec unâ horâ illum excepit, ſed toto ferè tempore illum aluit, illi convixit, illi cellam paravit, ut illuc ſe reciperet.

VII. Quid agis Elia? ignoras eam viduam eſſe gentilem? Audire videor *1.Cor. 9. verſ. 20.* Eliam reſpondentem cum Apoſtolo 1. Corinth. cap. 9. verſ. 20. *Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem, iis qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem, cùm ipſe non eſſem ſub lege ut eos qui ſub lege erant lucrifacerem, iis qui ſub lege erant tanquam ſine lege eſſem cum ſine lege Dei eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti ut lucrifacerem eos qui ſub lege erant.* S. Auguſtinus epiſt. 9. & S. Auguſt. 19. *Non metuendo ſed compatiendo, non ſimulantis aſtu ſed commiſerantis affectu omnibus omnia factus eſt Paulus.* Tertullianus lib. de Idololatriâ eadem Tertull. Apoſtoli verba ita elucidat. *Proindè cùm dicit omnibus factus ſum, ut omnes lucrifaciam, numquid idololatris idololatra, Ethnicis Ethnicus, numquid ſæcularibus ſæcularis? ſed etſi non prohibet nos converſari cum idololatris & adulteris, & cæteris criminoſis, dicens. Cæterum de mundo exiretis, non utique eas habenas converſationis immutat, ut quoniam neceſſe ſit & convivere nos & commiſceri cum peccatoribus, idem & cum peccare poſſimus, ubi eſt commercium vitæ, quod Apoſtolus concedit ſibi peccare, quod nemo permittit. Licet convivere cum ethnicis, commori non licet. Convivamus communibus, conlætemur ex communione naturæ, non ſuperſtitionis. Pares animâ ſumus, non diſciplinâ, compoſſeſſores mundi nō erroris.* Expende hæc verba *quoniam neceſſe ſit & convivere nos.* Subjungit. *Licet convivere cum Ethnicis commori non licet, convivamus communibus, conlætemur ex communione naturæ non ſuperſtitionis.* Quaſi diceret, licet ſit nobis prohibitum gentilium ſuperſtitionibus intereſſe animo Religioſo: tamen illis licet convivere, conlætari in eorum epulis ſponſalitiis. Nam religio diſtincta non tollit nec impedit naturæ ſocietatem & contubernium. Sed quid Tertullianus intelligit per illa verba *commori non licet*? Prohibet nè eorum funeribus tanquam rebus civilibus & prophanis intereſſe? minimè. Prohibetnè morari ubi gentilis obiit? Non, nam fortè filius mulieris Sareptanæ vel domeſtici erant gentiles, & tamen cum eis Elias habitavit in eadem domo, Cap. 17. verſu 19. *Tulitque eum de ſinu illius & portavit eum in cœnaculum ubi ipſe manebat.* *l.3. Reg. 17.v.19* Vatablus. *Ipſe tulit eum de gremio ejus, portavitq; eum in lectum ſuum.* Vel (ut vulgata) *Et poſuit ſuper lectulũ ſuum*

ſuum. Toſtatus quæſt. 30. *In domum quandam quam ipſe habebat intra domum viduæ.* Dionyſius. *Videlicet in camerâ ſeparatâ, in quâ ſolus ſoli Deo cum inæſtimabili devotione vacabat, & ubi ſolus eum devotius atque liberius exoraret, &c.* Denique Elias videtur velle puero commori, quandoquidem ponat illum ſuper lectum ſuum, quaſi optans ei vitam eandem, quâ ipſe fruebatur: imò ejus vitam ſuæ præferre videtur, quandoquidem ei cedat lectum, & locum ordinarium ſuæ quietis. Credo per *Commori* intelligendum eſſe vitam ſpiritualẽ optare, quia etſi modo urbano & civili gentilibus convivamus, non tamen illis oportet convivere & commori ſpiritualiter, ſcilicet in errore & peccato mortali.

VIII. Quod idem Tertullianus confirmat infra. *Circa officia verò privatarum & communium ſolemnitatum ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nuptialium, ut nominalium, nullum puto periculum obſervari de flatu idololatriæ, quæ intervenit Cauſæ enim ſunt conſiderandæ quibus præſtatur officium* Quaſi diceret Non perſona contaminat, ſed motivum & finis, quando fidelis intereſt alicui ſolemnitati infidelium, ut togæ puræ, cum ſcilicet anno 18. pueri deponebant togam prætextam & virilem aſſumebant. Vel ſolemnitati ſponſalium, ſeu nuptialium, quâ celebrabantur nuptialia communia, ut contractus civilis matrimonialis, qui eſt inter gentiles, vel nominalium quo ſcilicet nomen puero nato imponebatur, non intendebant adeſſe illis ſolemnitatibus in gratiam idoli, ſed obſequii civilis reverentiæ humanæ gratiam.

IX. Hugo Cardinalis locum Apoſtoli explicat quoad familiarem comeſtionem ad mentem Tertulliani. *Omnium me ſervum feci omnibus prout poteram ſecundum Deum me coaptans, lib. 4. Regum cap. 4. de Eliſeo, qui contravit ſe ad modum pueri, & qualiter ſe fecerit exprimit ſubdens, & factus ſum Iudæis tanquam Iudæus conſimiliter eis vivendo, dum eſſem inter eos.* Dicit *conſimiliter*, ideſt eiſdem menſis accumbebat, quibus illi, quando epulabantur in conviviis nuptialibus, idem faciebam cum illis, ita ut tam Elias, quàm Apoſtolus invitati ad menſam alicujus gentilis dicentis *Iudit. 12* cum Holoferne, Judith cap. 12. verſ. 17. *verſ. 17.* *Bibe nunc & accumbe cum jucunditate, quoniam inveniſti gratiam coram me.* Poſſent reſpondere cum Judith. *Bibam Domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis.* Quomodò *præ omnibus diebus?* Non quod eſſet præ cæteris diebus gratior ad voluptatem, aut glorioſior ad nominis immortalitatem, vel quia à nullo homine ita humaniter & honorificè excepta fuit, ſed magnificata ob animarum converſionem, quàm non rarò in illis comeſtionibus familiaribus lucrantur Viri Apoſtolici, verſ. 18. *verſ. 18.* *Et accepit, & manducavit, & bibit coram ipſo, &c.*

X. Quod ſi in illis conviviis gentiles vel hæretici aliqua ſigna exhiberent, quæ ad idola, vel ritus infidelium ſint relativa, Thomas à Jeſu Maria de cõverſione gentium lib. 5. part. 2. dubio 6. Azorius, Diana, Trullench, Hurtadus, Turrianus, Verricelli docent ejuſmodi ſigna reverentiæ eſſe licita, modò non fiant religionis causâ erga idolum, ſed ſicut Naaman Syrus obſequii & reverentiæ erga Dominum, vel alios aſtantes. Sic Chriſtiani Turcarum Moſchæas ingredientes ex curioſitate, vel alio motivo naturali, ſi more Turcarum ſe excalceent, non id facient ob loci reverentiam & ſanctitatem, & contra fidei confeſſionem, ſed nè deturpent pavimentum ſtratum tapetis, vel aliam cauſam naturalem, eo modo, quo in Turcarum cubicula intraturi.

CAPUT XXII.

An liceat admittere, imò invitare infideles, ut interſint noſtris Sacris & aliis Ritibus Catholicæ Religionis.

I. Lib. 3. Regum cap. 18. noſter Parens Elias auſpicaturus Sacrificium in monte Carmeli,

non

non jubet diſcedere vel amoveri Baalitas, eiſque adhærentes, ſed palam illis ſuam victimam mactat, ſuas preces fundit, ſacros ritus ſolitos obſervari adhibet. Quia igitur de verâ religione à falsâ diſcernendâ agitur, de vero Deo colendo, & idololatriâ exterminandâ, omnes promiſcuè admittit, ut ſint ſpectatores & diſcernant veram à falsâ religione, verum Deum à falſo. Hæc hiſtoria figuratè docet exiſtente gravi causâ licitum eſſe admittere, imò invitare hæreticum aut Schiſmaticum, ut interſit Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, vel aliis Ritibus ſacris, ita Suarez, Turrianus, Diana, nonet Corneio part. 3. tract. 5 de excommunicatione diſp. 10. §. 4. dubio 2. Probatur primò ex extravagante Martini V. *ad evitanda*. Secunda ratio, poteſt peti ab excommunicato vel hæretico, ut gravi urgente causâ miniſtret Sacramenta, ut docent Suarez, Avila, Sayrus, Ægidius, Corneio ſupra, §. 2. dubio ultimo. Igitur etiam urgente causâ poteſt invitari hæreticus & infidelis, ut interſit noſtro ſacro Miſſæ ſacrificio quod eſt minus.

CAPUT XXIII.

An liceat fideli ab aliquo Prælato infideli benedictionem accipere, coram eo ſe inclinare, eiq; deferre, ſeu ſe ſubmittere.

1. LIcitum eſt infideles honorare, tanquam perſonas nobiles, & in dignitate conſtitutas. Probatur ex facto S. Parentis Eliæ, qui quamvis variis Spiritus ſancti chariſmatibus donatus eſſet à Deo, tamen coluit regē Achab idolis ſervientem. Omiſſis variis locis ex hiſtoriâ præfati Vatis Eliæ depromendis, quibus id probari poſſet, unicum dumtaxat textum proponam lib. 3. Regum cap. 18. poſt emiſſum cœlitus ignem, qui victimam ejus penitus abſumpſit, poſt confuſos & deletos Prophetas Baal ad torrentem Ciſon, monuit Regem ut ſe itineri accingeret; currum aſcenderet, iter in Jezrael expediret ob imminentem imbrem,
lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 44. *Iunge* *l. 3. Reg.*
currum tuum, & deſcende ne occupet te 18. v. 44
pluvia. Dionyſius. *Iube eum parari & applica eum tibi, ut in eo citò veharis*. Cur Propheta tanto zelo, tantâque ſanctimoniâ conſpicuus, Regis infidelis tantam ſollicitudinem gerit? Cur ipſe qui eſt *Currus Iſrael & auriga ejus*, non curat ſibi parari aliquem currum, cùm tantùm laboraverit in extruendo altari, componendis in eo lignis, mactando bove, cùm uſque ad fauces clamaverit ad Dominum, ut a cuncto populo audiretur, & à Domino exaudiretur? Parùm ſanè ſuo honori proſpicit, nimiùmque deferre videtur iſti principi infideli, qui tot malorum auctor & fautor exiſtit.
Ut ipſe idem eidem exprobravit, *verſ. 18.*
verſ. 18 *Non ego turbavi Iſrael, ſed tu & domus Patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini & ſecuti eſtis Baalim*. Imò quaſi pediſſequus currit ante
rhedam ejus. Verſ. 46. *Accinctis lum-* *verſ. 46.*
bis currebat ante Achab donec veniret in Iezrael. Cornelius *Ut officium honorarium praſtaret Regi ſuo Achab, eum ſtipando, praeundo, & pracurrendo*. Eodem cap. non tantùm Regi, ſed etiam pſeudoprophetis Baal non mediocrem honorem videtur deferre, dicens verſ. 23. *Dentur nobis duo boves*
& illi eligant ſibi bovem unum. Verſ. *verſ. 25*
25. *Eligite vobis bovem unum & facite primi*. Cur ô Elia illis optionem & electionem das? Cur permittis illos prius ſuam victimam offerre? ſanè non tantùm tibi, ſed & Deo tuo non mediocrem injuriam infers. Non meminiſti oraculi Divini Iſaiæ cap 48 verſ. 11. *Gloriam meam alteri non dabo?* Non idem ſentis quod Apoſtolus 1. Timoth. cap. 1. verſ. 17. *Inviſibili*
ſoli Deo honor & gloria. Differſnè ab *1. Tim. 1*
opinione Seniorum qui Apoc. cap. 4. *verſ. 17.*
verſ. 10. *Procidebant ante ſedentem in* *Apoc. 4.*
throno & adorabant viventem in ſæcu- *verſ. 10*
la ſæculorum, & mittebant coronas ſuas
ante thronum dicentes. Verſ. 11. *Dig-* *verſ. 11.*
nus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem, &c. Syrus *Dignus es Domine, & Deus noſter*

iſta

ille ſanctè accipere gloriam & potentiã. Sylveira expoſitione 11. *Dignus es ut* Sylveira. *ex omnium ore accipias confeſſionem & laudem tuæ ſummæ potentiæ & fortitudinis.* Si ſoli debetur honor & gloria, ſi ſolus dignus es, cur Eliâ tantum honorem defers Regi & Pſeudoprophetis Baal? Nonnè ſcis eos eſſe tibi hoſtes infenſiſſimos? Conſtantior videtur Mardochæus, qui Eſther cap. 3. verſ. 2. Aman honorem deferre recuſavit. Cùm enim eſſet aulicus & captivus, Aman verò primarius Princeps aulæ Regiæ, ab omnibus ſummo honore affectus. *Cuncti ſervi Regis qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua & adorabant Aman, ſic enim præceperat eis Imperator, ſolus Mardochæus non flectebat genua, neque adorabat eum.* Et tu ô Elia tantum honorem defers Regi & Baalitis. Ille captivus denegat ſolitum dari ab omnibus honorem, & tu liber exhibes. Ille Aulicus nequidem movet pedem coram Aman, & tu Propheta Domini tu Pater Ordinis Prophetici, tu Auctor vitæ aſceticæ, quaſi pediſſequus aulam regiam comitaris. Non tantùm Regi Achab, ſed etiam cunctis cultoribus Baal te poſtponis, quando de ſummâ fidei agitur.

Eſter. 3. verſ. 2.

II. Nolo hic proferre varias Interpretum reſponſiones, cur Mardochæus noluerit adorare Aman, dicere poſſẽ prophetam Eliam de induſtriâ dixiſſe Baalitis, *Eligite vobis bovem unum & facite primi,* ut Dei gloria per bovem ab ipſis electum manifeſtaretur. Refert enim Dionyſius quoſdam Hebræos aſſerere, quod dum Pſeudoprophetæ & Sacerdotes Baal elegiſſent bovem unum, bos ille ſtatim declinavit ab eis nutu divino, & quaſi ſacrificari ab eis, & offerri falſis Diis abhorrens ad Eliam confugit, & per hoc quoque populus inſtrueretur, tuncque Elias reddidit illis bovem. Huic Rabbinorum opinioni favere videtur Sacer Textus verſ. 26. *Qui cùm tuliſſent bovem quem dederat eis, fecerunt & invocabant, &c.* Dico tamen Prophetam Eliam non peccaſſe, dum comiter & urbanè veneratus eſt Regem Achab, ipſiſque ſacrificiis Baal permiſit, imò injunxit ut primi

Reg. v.26

ſuam victimam offerrent, præter rationes à nobis adductas, & alias quas refert & fusè deducit Toſtatus. Dico eſſe duplicem venerationem: aliam urbanam, civilem ſeu politicam. Alteram Religioſam. Hæc tribuitur propter aliquam ſanctimoniam, virtutem ſingularem, ſeu aliquid divinum relucens in perſonâ quæ adoratur. Politica verò non promiſcuè omnibus defertur, ſed dumtaxat primariis perſonis, ut Regibus, Principibus, Magiſtratibus, & iis qui in aliquo gradu & dignitate ſupra alios eminent. De quâ Soſipater in epiſtolâ ad Ametrium apud Stobæum ſermone 46. Stobæus *Honorem quidem civilem ſuperioribus ab inferioribus ipſa Reipublicæ conſtitutio jubet.* Ariſtoteles lib. 9. Ethic. cap. 2. Ariſtotel. *Omni ſeni honos tribuendus eſt iis, qui ætatem illam decet, aſſurgendo, decedendo de viâ, aliiſq; generis ejuſdem.* Ibidem. *Ut Diis ſic ſuis honor tribuendus eſt parentibus. Non omnis quidem, ſed patri is, qui patrem. Matri is, qui matrem deceat.* Item. *Cognatis atque tribulibus civibus item, reliquiſque omnibus ſemper enitendum eſt, ut ſui, cuique honor tribuatur.* Hanc exhibuit Elias Regi Achabo & Baalitis ex humilitate, prudentiâ, politiâ, urbanitate. Eâdem Abraham Geneſis cap. 23. adoravit Ephronem & populum terræ. Eâdem Jacob adoravit fratrem ſuum Eſau Geneſ. cap. 21. Eâdem Judas adoravit cum fratribus ſuis Joſephũ Geneſis cap. 42. 43. & 44. Eâdem Judith cap. 9. verſ. 10. Judith adoravit Holofernem. Illam venerationem deferebant olim Perſæ ſuis Principibus, ut refert Valerius Maximus lib. 7. cap. 3. Curtius lib. 8. Juſtinus lib. 6. Marcellinus lib. 18.

Apoſtolus Paulus (ut ſcribit Baronius anno 58.) Fœlicem veneratus eſt. III. Baronius *Cùm ait Paulus optimè Fælix, optimè Feſte, liquidè apparet ſolitum hujuſmodi titulum imperteri nobiliſſimis viris, fuiſſeq; ampliſſimæ dignitatis indicem, & non perſonæ laudem, ut abſque mendacii ſcrupulo, quibuſcumque Magiſtratibus illis fungentibus conſueverit impertiri, aliàqui non putandum Paulum eâ adulatione atque mendacio demulcere voluiſſe ſceleſtiſſimum omnium Fælicem*

vel Feſtum optimos appellando. Non tantùm honor Magnatibus olim deferebatur, ſed eorum etiam ſtatuis & imaginibus, ita ut qui illis vel minimam injuriam inferret, crimen læſæ Majeſtatis incurreret. Sub Tiberio unus à Senatu damnatus eſt, quia ſtatuæ Auguſtæ caput ademiſſet, ut alterius imponeret. In Synodo Conſtantinopolitanâ ſub Mena Patriarchâ Epiſcopi Orientales conqueruntur apud Agapetum de contumeliâ Iſaaci Perſæ, qui auſus fuerat violare & percutere imaginem Juſtiniani Imperatoris, temeritatem illam *homicidalem appellantes.* Theodoſius in Nicæna Synodo ab honore qui Principum imaginibus defertur ad honorem qui in Chriſti & Sanctorum imagines committuntur, ita à minori ad majus ratiocinatur.
Theodoſius. *Si Imperatorum vexillis, ſanctioribus & imaginibus in civitates & provincias miſſis omnis populus occurrit cum cereis & ſuffimentis odoratis, multò juſtius eſt Chriſti Dei noſtri Eccleſiis ſervatoris Dei, & ejus Matris intemeratæ ſanctorumq́ omnium Patrum & Piorum imagines erigere.* Et actione 2. hæc ex divo Chryſoſtomo referuntur in epiſtolâ Adriani ad Conſtantinum & Irenem. *Nonne injuriâ afficis regem, qui regiam veſtem violas? Nonne noviſti quod is qui injuriâ afficit imperatoriam imaginem in Imperatorem ipſum velut exemplar imaginis, ejusq́ dignitatem injurius eſt? Neſcisq́ quod quicumque ex ligno & coloribus imagini convitia dicit illum non damnari veluti in rem inanimatam, ſed contra regem ipſum dixerit, judicatur enim occultè regi injuriam intuliſſe.* Et actione 5. ex epiſtolâ Simeonis Stilitæ ad Juſtinum Juniorē. *Cùm videamus ob pias veſtras leges eos, qui imaginem, vel ſtatuam Imperatoris ignominiâ afficiunt, extremo & juſto mortis ſupplicio plectere. Quâ tandem pœnâ puniendi ſunt, qui imaginem Domini noſtri, ejusq́ Matris infando facinore graſſati ſunt.* Quibus patet ab illis ſanctis non improbari honorem, qui Imperatoribus, eorumque ſtatuis ac imaginibus defertur ſed potiùs approbari. Ex quibus infero licere fidelibus coram Turcarum Imperatore proſtrari & fronte humum attingere, ille enim honos non eſt divinus & religioſus, nec talem ſibi affectat, ut olim Nabucodonoſor affectabat, ſed planè urbanus & politicus.

Nec huic opinioni obſtat Innocentius epiſt. 18. cap. 3. ad Alexandrum VI. Innocentius.
Epiſcopum, & refertur in Canon. *Arrianos,* 73. quæſt. 1. *Quomodo enim prophanos Sacerdotes Chriſti honoribus arbitremur.* Item D. Auguſtinus epiſt. 61. ad Dulcitium Tribunum, quam refert etiam Baronius anno 414. §. 9. quâ corripit Dulcitium eo quod Gaudentio Donatiſtæ ſcribens *Honorificis verbis nimis egiſſet cum hæretico.* Item Guido Falcodius poſteà dictus Clemens IV. Papa in quæſt. 9. *ad Inquiſitores,* inter fautores hæreticorum recenſet reverentiam Hæreticis exhibitam. Dicó quod præfati improbant honorem hæreticis, & ſimilis farinæ hominibus exhibitum tanquam viris probis & Deo acceptis, tanquam in dignitate Eccleſiaſticâ legitimè conſtitutis, non autem illum qui eis defertur tanquam ad aliquam dignitatem ſæcularem evectis. Jam verò quod etiam liceat ab illis benedictionem accipere, & coram eis profundè in hunc finem inclinari quocumque modo illa benedictio cōcedatur Textus Sacer innuere videtur, nam lib. 4. Regum cap. 5. Naaman Syrus poſt recuperatam ſanitatem acceſſit ad Eliſeum dicens, verſu 15. *Quæſo ut accipias benedictionem* 4. Reg. 5. v. 15.
à ſervo tuo. Quid hic per benedictionem intelligit? munera. Cur potius vocat benedictionem, quàm munera? Urbaniter loquitur, erat enim Naaman valdè urbanus. Undè non dixit accipe munera, ſed accipe benedictionem à ſervo tuo. *In quo* (inquit Toſtatus quæſt. 15.) *innuebat* Toſtatus
quod non faciebas gratiam Eliſeo dando ei illa munera, ſed potius faciebas Eliſeus ei gratiam. Suſcipe illa de manu ejus, &c. Vocantur illa munera benedictio, quia ex liberalitate dabantur, & bono animo. Undè ſicut liberalitas & avaritia opponuntur, ita benedictio opponitur avaritiæ, ut patet 2. Corinth. cap. 9. ſcilicet. *Qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui*

in

in benedictionibus ſeminat, in benedictionibus metet, &c. Iſte erat modus loquendi in terra Chanaam & Syriæ, ſcilicet, quod qui petebat ab alio munera dicebat ei, ut daret ſibi benedictionem, & qui dabat munera dicebatur dare benedictionem, ſic patet lib. 1. Reg. cap. 25. v. 14. cùm dicitur: *Ecce David miſit nuncios in deſerto, ut benedicerent Domino noſtro.* Ideſt ut
1. Reg. 25. v. 14 peterent ab eo benedictionem, vel munera. Et iterùm ibi cum ferret munera Abigail ad David, dixit ei verſu 27. *Quapropter ſuſcipe benedictionē hanc quam attulit ancilla tua tibi Dño meo.*
verſ. 27. Ideſt *accipe munera.* Quibus verbis innuit nos ab infidelibus poſſe benedictionem accipere ſeu munera. Quod confirmatur ex eo quod corvi nutriverunt Eliam ad torrentem Carith. Quid enim per corvos illos carnis etiam humanæ voraces denotatur, niſi peccatores & ſalutis alienæ hoſtes à quibus fideles ſuſtentantur aliquando? Non omnis tamen benedictio eſt donum, vel collatio munerum, nec benedicere eſt bona præſtare creaturæ, de quâ hic tantùm loquimur. Nam (ut notat Toſtatus in cap. 16. quæſt. 84.) benedicere accipitur dupliciter, primò pro bona dicere, ſeu precari: ſecundò pro bona dare. Primo modo, quilibet poteſt alteri benedicere ſivè major minori, ſeu minor majori, & ita Jacob benedixit Pharaoni Regi, Gen. c. 47. Et nos benedicimus Deo. Juxta illud Pſaltis, *Benedic anima mea Domino.* Item. *Benedicite Dominum omnes ſervi Domini*, & omnia benedicunt Deo. Ut illud, *Benedicite Domino omnia opera Domini Domino.* Secundò, non poteſt quis alteri benedicere, niſi major minori, cùm benedicere ſit bona præſtare, quod Deo competit, item Chriſto, imò & multis hominibus ſaltem inſtrumentaliter: quia juſtus poteſt alteri mereri gratiã, ſeu benefacere, flectendo Deum ſuis bonis operibus, ut moveat cor hominis ad gratiam de novo recipiendã, vel ad gratiam habitam augendam, & ſic ſemper requiritur aliqua majoritas in eo qui pro altero meretur, & ei benedicit. Saltem majoritas quantum ad illud, in quo unus pro alio obtinet, tale donum, in quo major eſt eo, quæ majoritas non eſt ſimpliciter ſed ſecundum quid, ſeu quantùm ad aliquid.

V. Miniſtri Eccleſiæ adhuc aliter benedicunt, ut ſacramentaliter quando abſolvunt peccatores eis per ſacramenta culpam & partem pœnæ, vel totam remittendo, & ad hoc requiritur majoritas non meriti vel ſanctitatis, ſed ordinis qualis eſt in Sacerdotibus. Præterea aliud jus benedicendi habent Prælati & Sacerdotes extra Sacramentum. *Unam* (inquit noſter Waldenſis tomo 1. Doctrinalis fidei lib. 2. artic. 3. cap. 59.) *habent conſimilis forma cum minoribus Chriſtianis*, *Thomas Walden.* *quamvis potioris effectus, quâ benedicunt, cum per plateas incedunt, vel in aliis locis non ſacris. Alteram dicunt in ſolemni officio Eccleſiæ ſecundum regulam eis traditam & præſcriptam. Sed exordium prioris benedictionis quoad geſtum corporis, per extrinſecum ſignum formam crucis efficere ſolet, non tantùm in memoriam ſanctæ Crucis quâ ſumus redempti, ſed forſan ex figura ejus ſumpſit initium, quando Iacob Patriarcha geminet filios benedixit manibus cancellatis, quem benedictionis modum progenies Iudæorum traduxit ad poſteros. Nec prætermiſiſſe illud videtur Salvator, quando elevatis manibus extra Bethaniam benedixit diſcipulis, & ipſo deſcendente reverſi ſunt in Ieruſalem. Tuncq; famosè habebatur ſignum illud benedictionis in uſu, nec de illa non oportuerit Apoſtolos informare.* Et infra. *Alia eſt benedictio ſolemnitatis, quam Præſules plenâ fruge manibus elevatis ſolent infundere Chriſtianis, maximè verò Miſſarum ſolemniis ferè completis, exemplo Patriarcharum legis, qui paulò ante ſpiritus vitalis occaſum vocatis filiis benedictione eos utili condonabant. Unde Geneſis cap. 27. Iſaac Patriarcha Iacob ſtirpis ſuæ Dominum benedictione conſtituit. Et cap. 48. Iacob omnem poſteritatem ſuam multiplici ſuâ benedictione laudavit. Et Chriſtus Deus noſter Luca cap. 24. valedicens mundo, benedicens diſcipulis ſuis receſsit ab eis, & ferebatur in cælum. Quorum vices ſacer Epiſcopus qui pater eſt & primus genitor ordinarius totius Cleri & Chriſtiani populi Et*

idcircò Epiſcopo benedicente piè credunt fideles nos etiam Chriſti benedictione reſici, & omnium veterum Patriarcharum benedictionibus inſtaurari. Vndè Apoſtolus ad Epheſios c. 1. Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, & ad Hebræos cap. 11. Hac fide, & de futuris benedixit Iſaac, Iacob & Eſau ut benedictio in illis incæpta terminaretur in nobis. Ita audacter credimus ſacra ipſorum verba divinum in nobis operari effectum, quia verba ſunt ejus. Vndè Auguſtinus tomo 4. lib. de quæſtionibus veteris & novi teſtamenti. Sine dubio (ait) Apoſtolus quod minus eſt à meliore benedicitur, quodnon utique ad traditionem retulit officii Eccleſiaſtici. Quis enim ambigeret regulam traditionis Dominicæ, quâ benedicuntur ab eâ? Dei enim miniſterium in his verbis quæ ipſum complectuntur ac memorant, operatur. Et infra ex eodem Auguſtino loco citato. *Quando meliores ſe benedicunt, quamvis enim quis ſanctus ſit, curvat tamē caput ad benedictionem ſumendam quia non proprium ſacerdotis eſt, ſed Dei meritum.* Expende hæc verba. *Audacter credimus ſacra ipſorum verba, &c.*

VI. Ex his concludo, quod quamvis Epiſcopus non ſit ſanctus, ſed Schiſmaticus, vel hæreticus, modò non ſit denunciatus, licitum ab eo poſtulare benedictionem, & accipere, coram eo profundè ſe inclinare, ejuſque manus deoſculari. Primò quia ex gravi causâ licet poſtulare ab excommunicato etiam hæretico non denuntiato, ut in gravi neceſſitate ſacramenta miniſtret, igitur licitum eſt à fortiori benedictionem accipere, manus deoſculari, coram eo ſe inclinare. *Quamvis enim quis ſanctus ſit, &c.* Nec refert quod ſit hæreticus & ſchiſmaticus, quia ante denunciationem ſemper retinet dignitatem Epiſcopalem, & conſequenter honorem. Hæc omnia confirmantur ex mandato Hormiſdæ Papæ, qui (ut refert Baronius ad annum 519 §. 2.) præcepit Legatis Sedis Apoſtolicæ, ut Epiſcopos ſchiſmaticos benignè & humaniter exciperent, tractarent ac venerarentur. Cui arridet Concilium Epheſinum part. 1. ut habetur tomo 1. part. 2. Conciliorum generalium, ubi legitur epiſtola S. Cyrilli & Synodi Alexandrinæ ad Neſtorium Epiſcopū Conſtantinopolitanum cum hac inſcriptione. *Cyrillus & Synodus ex Ægypti Provincia Alexandria congregata* Conciliū Epheſin.
Neſtorio religioſiſſimo, piiſſimo, ſacrorum comminiſtro in Domino ſalutem. In eâ autem Epiſtolâ hæc inter cætera continentur. *Totam Eccleſiam* (inquit Cyrillus) *graviter offendis, ac non iis modò qui Conſtantinopoli verſantur novæ ſolisq; hæreſios fermentum, ſed & omnibus ubivis locorum degentibus objeciſti: circumferebantur enim paſſim tuarum exegeon libelli.* S. Cyrillus deprehendebat in ejus libris fermentum hæreſeos, cur religioſiſſimum, cur piiſſimum, cur ſacrorum comminiſtrum appellat? potiùs eum irreligioſiſſimum, impiiſſimum, à ſacrorum & benedictionum miniſterio removendum proclamare deberet. Ideò S. Cyrillus tali verborum tenore ſcribit, talibus titulis eum honorat, quia nondum erat declaratus, denunciatus ac depoſitus.

Illicitum tamen eſt, & impium honorare hæreticos denunciatos, quaſi probos, ac Deo acceptos, ab eiſque accipere benedictionem. VII.
Non oportet (inquit Conciliū Laodicenſe cap. 32. & refertur in Canone *Non oportet*, 66. quæſt. 11.) *Hæreticorum benedictionem accipere, quoniam magis ſunt maledictiones quàm benedictiones.* Conciliū Conſtan.
Per hæreticos intelligit denunciatos. *Non liceat* (inquit Concilium Conſtantienſe ſub Martino Papa cap. 7. & refertur in Canone *Non liceat*, 67. quæſt. 1.) *Clericis vel laicis ab hæreticis Eulogias accipere, quia maledictiones ſunt magis quàm benedictiones.* Iiſdem ferè verbis loquitur D. Hieronymus in Malachiam, ut refertur. *Maledictum* 76. quæſt. 1. *Maledictum benedictionibus, hoc eſt, quidquid à vobis erit benedictum à me erit maledictum.* Quod & de Hæretico intelligit ibi Gratianus ſcilicet denunciato. Accedit Concilium Narbonenſe cap. 29. relatum à Pegnâ in Directorio part. 3. commentario 75. ſtatuens eos inter hæreticos reputandos qui pacem ab hæreticis, aut panem ab eis benedictū receperint, &c.

Et

Et certè ſi Concilium coactum ſub Pio Papâ, teſte Baronio prohibet, nè ab hæreticis Eulogiæ recipiantur, à fortiori prohiberi debet reverentia, proſtratio, petitio benedictionis, qui ritus præſupponunt eorum dignitatem eſſe ſanctam, & aliquid ſanctitatis benedicendo influere. Si apud eundem Baronium ad annum 356. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, qui ab Imperatore Ariano plurima paſſus eſt, propoſuit in exilio potius mori, quàm cibum accipere ab Epiſcopo Ariano, nè plebs nimis credula exiſtimaret ſe Arianæ fidei dare manum, magis cavere debent Catholici, nè coram hæreticis denunciatis proſtrati benedictionē poſtulent, &c. Id S. Cyrillus, innuit in epiſtola quam Neſtorio ſcribit, poſt ejus ſententiam & depoſitionē, ut habetur part. 2. act. 1. Concilii Epheſini tomo 3. part. 2. Conciliorum generalium, ubi non amplius religioſiſſimus, piiſſimus comminiſter, ſacrorum vocatur, ſed novus Judas. *Sancta Synodus in Epheſiorum Metropoli per gratiam Dei congregata Neſtorio*
Conciliū Epheſin. *novo Iuda: agnoſce te ob impias prædicationes tuas juxta Eccleſiaſticarum Sanctionum decreta à ſanctâ Synodo depoſitum, atque ab omni Eccleſiaſtico gradu alienum eſſe.* Non amplius eum ut perſonam in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutam ac venerabilem, ulliusvè Eccleſiaſtici miniſterii adminiſtratorem alloquitur: ſed ut hominem nullo honore, ſed omni infamiâ digniſſimum.

CAPUT XXIV.

An liceat Fidelibus Templa, Altaria Idolis fabricare, vel idola ſculpere, pingere, aut illis faciendis, cooperari.

I. l.3. *Reg.* 16.*v.*31. Lib. 3. Regum cap. 16. fertur, quod Rex Achab poſt matrimonium initum cum Jezabel filia Ethbaal Rege Sidoniorum, verſu 31. *Abiit & ſeviit Baal & adoravit eam, & poſuit aram Baal in templo Baal, quod ædificaverat in Samariâ, & plantavit lucum.* Non quod proprio labore, manibusque propriis ædificaverit illud templum, aramque poſuerit, ac lucum plantaverit: ſed quia ejus expenſis, juſſu & ordinatione hæc omnia facta ſunt. Sic eodem lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 40. *Duxit eos* (ſcilicet Pſeudoprophetas Baal) *Elias ad torrentem Ciſon & interfecit eos ibi.* horum aliquos fortè, & quidem primarios & Coriphæos illius turbæ Pſeudopropheticæ interfecit, at reliqui ejus juſſu deleti ſunt. Quorum igitur labore & induſtriâ illud templum fabricatum, ara illa extructa, ille lucus plantatus? Veriſimile eſt operâ Iſraelitarum, primò quia Sacer Textus non dicit ullum operarium ex regione Sidoniorum accerſitum fuiſſe ſicut dum Salomon ſtatuit ædificare templum Hieroſolymitanum lib. 3. Regum cap. 5. Rogavit rex Salomon Hiram Regem. *Præcipe ut præcidant ſervi tui cedros de libano, & ſervi mei ſint cum ſervis tuis: mercedem autem ſervorum tuorum dabo tibi, quodcumq; petieris, ſcis enim quomodo non eſt populo meo vir, qui noverit ligna cædere ſicut Sidonii, &c.* Si Achab operâ & induſtriâ Sidoniorum uſus fuiſſet, Sacer Textus non ſileret. Quare concludendum in illis omnibus conſtruendis Achab Regem uſum fuiſſe Iſraelitis edoctis alias à Sidoniis tempore Salomonis. Addi poteſt templum Baal conſtructum nō fuiſſe tam magnificum ac Salomonicum, ideoque ad illud fabricandum operam extraneorum non fuiſſe neceſſariam, cum tam brevi tempore perfectum fuerit (ut patet ex ſupputatione annorum à matrimonio Achab uſque ad adventum Eliæ.) Vide Salianū, Torniellum & alios.

Hoc templum Baal videtur deſtructum fuiſſe tempore Jehu lib. 4. Reg. II. *l 4. Reg.*
cap. 10. verſ. 25. *Ierunt in civitatem* 10.*v.*25
templi Baal. verſ. 26. *Et protulerunt* *verſ.*26.
ſtatuam de fano Baal & combuſſerunt, & comminuerunt eam, deſtruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro eâ latrinas uſque in diem hanc. Dionyſius per *ædem* accipit *templum Baal.* Quæritur an fideles Iſraelitæ potuerint

cooperari & allaborare ejuſmodi templo, aræ, luco, quæ rex Achab ſuadente impiâ Jezabele inſtituebat, & operantes ad vitandum mortis & exilii periculum peccarint? Idem de pictore vel ſculptore reſpectu idoli. Reſpondet affirmativè D. Thomas 2.
s.Thom. 2. art. 2. ad 4. his verbis. *Dicendū quod ſi quæ ars eſt ad faciendum aliqua opera quibus homines uti non poſſunt abſque peccato, per conſequens artifices talia faciendo peccarent (utpotè præbentes directè aliis occaſionem peccandi) puta ſi quis fabricaret idola vel aliqua ad cultum idololatriæ pertinentia.* Illi ſubſcribunt Toſtatus in cap. 3. Exodi, quæſt. 33. Duvallius 2. 2. tract. de fide quæſt 7. art 9. concl. 1. Granadus, Couinck, Verricelli contra Sylveſtrum verbo *infidelitas*, quæſt. 4. Layman, Hurtadum de Mendoza, Tannerum, Arriagã, Caſtropalaum. Probatur primò, ex decreto Sacræ Congregationis emanaro anno 1626. 7. Decembris referente Eminentiſſimo Cardinali Borgiâ. *Cenſuit non poſ-*
S.Congr *ſe Japonios fideles, ut periculum mortis, vel exilii evitent altaria vel templa idolis fabricare aut eorum fabricæ cooperari.* Auctoritas Tertulliani huic reſolutioni plurimùm favet, nam lib. de idololatriâ à principio uſque ad medium fuſiſſimè de hoc argumento diſſerit. *Indè omnis idoli artifex ejuſdem & unius eſt criminis, &c.* Quaſi diceret, qui idolis conficiendis vacat ejuſdem criminis reus eſt, ac ille qui idola colit. Quod inferius probat. *Idolum tam fieri, quàm coli Deus prohibet. Quantò procedit ut fiat, ſi coli non licet. Propter hanc cauſam ad eradicandam ſcilicet materiam idololatriæ lex divina proclamat, nè feceris idolum.* Quid magis urgere poteſt, quàm lex ipſa divina? Quid clarius illis verbis *nè feceris idolum?* Idem videtur conſequenter innuere quod crimen artificis gravius ſit, eo quod committatur ab idololatrâ, quodque ſcelus hujus refundatur in artificem. *Quid-*
Tertull. *quid idololatra committit in artificem quemcumque & cujuſcumque idoli deputetur neceſſe eſt.* Non dicit poteſt, debet, congruum eſt, ſed *neceſſe eſt deputetur.* Quod probat. *Damnavit Dominus ipſos prius artifices eorum, quorum cultores maledicit, & damnat, &c.* Paucis interjectis confirmat idem, & reſpondet vulgari artificum excuſationi. *Planè impenſius reſpondebimus ad excuſationes hujuſmodi artificum, quos nunquam in domum Dei admitti oportet, ſi quis eam diſciplinam norit, jam illa objici ſolita vox, non habeo aliud quo vivam, diſtrictius repercuti poteſt. Vivere ergò habes? quid tibi cum Deo?* Alteri argumento reſpondet. *De ſcripturis audeat argumentari, dixiſſe Apoſtolum, ut quiſque fuerit inventus ita perſeveret. Poſſumus ergò in peccatis perſeverare ex iſtâ interpretatione, nec quiſquam noſtrum non peccator inventus eſt, cùm Chriſtus non alia ex cauſa deſcenderit, quàm peccatorum liberandorum.*

Tertiam etiam Inſtantiam refutat. III.
Eundem præcepiſſe docens, ſecundùm ſuum exemplum ut manibus unuſquiſque operetur ad victum. Si hoc illorum eſt negas te quod facis colere præceptum de omnibus manibus defendatur credo & fures, balneatores manibus ſuis vivere, & ipſos latrones manibus agere, ſi quo vivant. Item falſarios utique non pedibus ſed manibus operari malas litteras, hiſtriones verò non manibus ſolis, ſed totis membris elaborare. Pateat igitur Eccleſia omnibus, qui manibus & ſuo opere tolerantur, ſi nulla eſt exceptio artium, quas Dei diſciplina non recipit. Aliam iterùm objectionem ſibi proponit. *Cur ergò Moyſes in eremo ſimulachrum ſerpentis ex ære fecit.* Reſpondet non debere afferri figuras. *Illam effigiem ærei ſerpentis ſuſpenſi in modum figuræ deſignaſſe Dominicæ Crucis à ſerpentibus, ideſt ab Angelis diaboli liberaturam nos, dum per ſemetipſum diabolum, ideſt ſerpentem interfectum ſuſpendit.* Infra. *Si eundem Deum obſervas, habes legem ejus, nè feceris ſimilitudinem. Si & præceptum factæ poſtea ſimilitudinis reſpicis, & tu imitare Moyſem. Nè facias adverſus legem ſimulachrum aliquod, niſi id tale Deus juſſerit. Si nulla lex Dei prohibuiſſet idola fieri, nulla vox Spiritus ſancti fabricatoribus idolorum, non minus quam cultoribus comminaretur. De ipſo Sacramento noſtro interpretemur nobis adverſas eſſe fidei ejuſmodi*

artes

artes. Et illicò ita in tales artifices invehitur. *Quomodò renunciavimus diabolo & Angelis ejus, ſi eos facimus? Quod repudium diximus his, non dico cum quibus, ſed de quibus vivimus. Poteſt lingua negaſſe quod manu confiteris. Facio ait quidam, ſed non colo, imò tu colis qui facis. Facis autem non ſpiritu viliſſimi nidoris alicujus, ſed tuo proprio; Nec anima pecoris impenſa, ſed anima tua. Illis ingenium tuum immolas, illis ſudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis, plus es illis quam Sacerdos, cùm per te habeant ſacerdotes diligentia Numen.* Denique oſtendit non tantùm artificem, ſed etiam eos, qui ad fabricanda templa, altaria, idola, vel ea ornanda conferunt, à peccato immunes non eſſe.

IV. Ex quibus infero, quod *ſi quis colit qui facit, ut coli poſſet,* quemadmodũ mortis aut exilii periculum non poteſt non excuſare à culpâ contractâ per cultum, ita nec per factum. Non minus colit idolum, qui tenet victimam, quàm qui mactat: ſic non minus colit, qui facit, & diſponit illud, quàm qui religioſum ſuum cultum ei exhibet, cùm ſit inſtrumentum pravæ intentionis, quam verbi causâ habent Rex Achab, & Sacerdotes Baalitæ, at is qui tenet hoſtiam eſt inſtrumentum Sacerdotis, non ſolùm quoad mactationem, ſed etiam quo ad malum cultum. Sicut enim ſacrificans non poſſet exequi primam ſuam intentionem niſi miniſter teneret victimam, ita Achab & Jezabel nequirent libare Baal, & ad illum colendũ populum inducere, niſi operarii templum, aram, & idolum conficerent. Id patenter docet D. Thomas citatus *Quod ſi qua ars, &c.* Quibus verbis innuere videtur eſſe duplices cooperantes. Alios qui directè, alios qui indirectè cooperantur. Eos, qui indirectè cooperantur mortis metus excuſat, eos verò qui directè cooperantur nullus mortis metus excuſare poteſt, cùm ſit intrinſecè malum, quia qui cooperatur directè ea agit quæ ſuaptè naturâ ad idololatriam ordinantur, vel quæ eſt pars, vel ſocius ejuſmodi actionum, cujuſmodi eſt qui fabricat templum, altare, idolum, ut patet in partibus infidelium, vel tempore Achab & Jezabel, qui præfatum templum vel lucum, de quo lib. 3. Regum cap. 16. ad petitionem vel mandatum illorum fabricarunt, vel idolum Baal ſculpſerunt. Illud templum, illud altare, illud idolum ſuaptè naturâ ad idololatriã ordinabant. Non quidem ſecundùm eſſe phyſicum, hoc enim modo neque mactatio bovis, ovis, &c. neque thurificatio ad idololatriam ordinantur, ſed mactatio bovis & ovis, &c. ad comeſtionem; thurificatio ad expellendum malum odorem refertur. Sed ſecundùm eſſe morale ex communi hominum inſtitutione in talibus circumſtantiis mactatio, thurificatio, confectio illius figuræ, fabricatio talis templi, erectio talis altaris ordinantur ad idololatriam. Cardinalis de Lugo diſp. 14. de fide ſect. 4. probat fidelem fabricando templum, erigendo aram, ſculpendoq; idolum occaſionem idololatriæ dando agere contra virtutẽ fidei. Ratio eſt, quia virtus fidei me obligat non tantùm credere & colere Deum, ſed etiam prohibet dare occaſionem aliis idololatrandi. Sicut is cenſetur reus læſæ majeſtatis non ſolùm qui detrectat obedientiam regis, ſed etiam qui ſubminiſtrat materiam rebellandi. Ita is peccat contra fidei virtutem, non tantùm qui fidem abjurat, ſed etiam qui eam occultat & ſilet, prævidens quod alii ſuo ſilentio fidem abjurabunt. Nam virtus fidei obligat etiam cum periculo vitę: quia fides eſt baſis totius vitæ Chriſtianæ, & in eâ ac per eam vigetur creatura, ut ſuo creatori honorem debitum reddat & exhibeat. Hinc meritò Ado ſcribit quod ſancti Martyres Claudius, Nicoſtratus, Caſtorius, & Simplicius tempore Diocletiani cùm eſſent inſignes ſculptores nullo modo adduci potuerunt, ut idolorum ſtatuas ſculperent. Quamobrem conjecti in carcerem, cum ibi in propoſito multos dies perſiſterent ſcorpionibus cæſi, deindè vivi loculis incluſi in flumen dejecti ſunt. Horum memoriam recolit Eccleſia 9. Novembr.

Non tantùm fabricatores templi, V.
altaris, idoli Baal peccarunt, quia
fecerunt

fecerunt aliquid, quod eſt intrinſecè malum, ſed etiam qui vendiderunt Baalitis idola Baalis, veſtes Sacerdotales ad uſum ſacrificii Baali offerendi. Quia iſta ex Achab & Jezabelis inſtitutione tunc temporis per ſe ordinabatur ad idololatriam, & directè præbebat occaſionem idololatrandi. Id colligitur ex doctrinâ D. Thomæ ſupra citati. Si enim ex eodem qui talia agunt, peccant utpotè directè occaſionem aliis præbentes. Ita vendentes non minus directè præbent occaſionem idololatrandi. Audi

Cajetan. Cajetanum 2. 2. quæſt. 10. art. 4. circa finem. *Vendere pertinentia ad ritum infidelium contingit primò, ea, quorum uſus ad nihil eſt, niſi ad infidelitatem.* Ut ſunt idola, Stolæ Sacerdotales, & hujuſmodi, & hoc conſtat eſſe illicitum, ut inferius ad quæſt. 169. art. 2. ad 4. Secundò ea, quorum uſus communis ad bonum & malum, ut res naturales, puta animalia, fructus, flores, & hujuſmodi, &c. Plura ibi fusè. Idem docent Arragonius ibid. & Bannes eâdem parte & quæſt. 77. art. 4. dubio 1. Joannes Wighers 2. 2. quæſt. 10. art. 9. Lorca ibidem. Salonius quæſt. 77. art. 4. controverſ. 5. Peſantius ibid. quæſt. 10. art. 9. Duvallius ibid. tractat. de fide quæſt. 7. art. 9. Conink diſp. 18. dubio 5. Diana part. 5 Baldellus, Rodriguez, Petrus Ledeſma, Azorius, Navarrus, Molfeſius, Vericelli. Ratio cur priorum venditio ſit illicita, etiam ſtante periculo mortis, eſt quia ordinatur ad malum uſum, & directè occaſionem præbet ſcandali. Undè poſitâ neceſſitate, vel periculo mortis nullo modo eſt licita. Deindè quamvis venditor non colat idolum tamen dat aliis occaſionem colendi idola. Ideò verò poſſunt vendi, quæ ex cõmuni uſu & inſtitutione ſunt indifferentia ad bonũ & malum (ut notat Cajetanus) ut agnus & myrrhus poteſt vendi Judęis, quia remotè, & per accidens, ſeu indirectè eſt illis occaſio ruinæ. Si tamẽ venditor certò ſciat, quod emptor rei indifferentis abutetur, peccabit vẽdendo, ut notat Lorca citatus Et favet Tertullianus lib. de idololatriâ in principio. *Idololatria eſt omnis circa omne idolũ famulatus & ſervitus.* A fortiori oſtendit, qui ſacrificanti actualiter idolo, vendit ovem immolandam: tunc enim & eſt proxima cauſa, & unam moralem cauſam conſtituit cum ſacrificante.

Olim illicitum erat etiam in gravi neceſſitate, & mortis periculo clangore tubarum vocare cultores Baal, vel alterius idoli ad ſacrificium & ritus gentiles. Quod ut intelligatur, ſuppono olim populum Dei ſolitum vocari ad ſacrificium & tabernaculum clangore tubarum, ut patet Numerorum cap. 10. verſ. 2. & ſeq. ubi Deus Moyſem ſic affatur *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare poſſis multitudinem quando movenda ſunt caſtra, cum increpueris tubis congregabitur ad te omnis turba ad oſtium tabernaculi fœderis, &c.* Eodem ritu uſos fuiſſe gentiles non eſt dubiũ. Sicut etiam in funeribus olim fideles pompas ſuas funebres convocabant & comitabantur, ſic gentiles ad convocandos populos ad exequias, illasq; comitandas tubis utebantur. Ita Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 7. Servius in lib. 5. Æneidos quem citat Roſius lib. 5. cap. 39. & lib. 8. cap. 6. Sic loquens. *Antiqua fuit conſuetudinis, ut majoris ætatis funera, minoris verò ad tibiam proferrentur.* Undè Ovidius libr. 6. Faſtorum vocat tibiam mœſtam. VI.

Ovidius. *At mihi funeſtâ flexibiliora tubâ.*

Et Propertius. Propert.

Tibia funeſtâ triſtior illa tubâ.

Idem eleg. ultim. lib. 4. hæc de funere Corneliæ canit. *(noſtrum*

Sic mæſta cecinere tuba, cum ſubdita

Detraheret lecto fax inimica caput.

Virgilius de Pallantis funere hæc ſcribit. *(barum.* Virgilius

It cælo, clamorq; virum, clangorq; tu-

Illis arridet hiſtoria Evangelica Matthæi cap. 9. verſ. 23. ubi Jeſus reſuſcitaturus filiam Archiſynagogi. *Cùm vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem.* Joannes Apocal. cap. 18. verſ. 22. *Et vox Citharædorum & muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur amplius.* Ideſt nulla erit vox tubarum & tibicinum, quæ pompas funebres convocat & comitatur. Id

Matt. 9. verſ. 23. *Apoc. 18. verſ. 23.*

totam

Lactant. totum confirmat Lactantius, *Jubet Religio ut majoribus mortuis tubâ, minoribus tibiâ caneretur.*

VII. Tubis ſucceſſerunt campanæ, quæ tam convocandis populis ad actum aliquem religionis, tam ad funera cõvocanda, quàm ad alios ritus Eccleſiaſticos inſerviunt, ut optimè notat Durand. Durandus in Rationali divinorum offic. lib. 1. cap. 4. *Pulſatur & benedicitur campana: ut per illius tactum & ſonitum fideles invitentur ad præmium, &c.* Plura ibi, & alibi quæ moralem campanæ ſignificationem referunt. Quod autem tuba, tibia, tympanum, cymbalum, & alia id genus adhibita fuerint tum ad celebrandas Dei laudes, tum ad excitandam populi devotionem patet ex ordinatione divinâ Levitici cap. 23. verſ. 24. Pſal. 80. verſ. 3. Pſalm. 97. verſ. 6. Pſalm. 149. verſ. 3. Pſalm. 150. verſ. 3. & paſſim alibi. Quoad uſum conſtat Joſue cap. 6. verſ. 20. Lib. 1. Paralip cap. 12. verſu 6. cap. 15. verſ. 24. & 28. & lib. 2. Paralip. cap. 20. fertur quod poſtquam Joſaphat debellavit Filios Moab, & filios Ammon. *Reverſus eſt omnis vir Juda & habitatores Jeruſalẽ & Joſaphat ante eos qui in Jeruſalem cum lætitia magnâ, &c. cum pſalteriis, & cytharis & tubis in domum Domini.* Plura paſſim in ſcriptura. Quem ritum canendi instrumentis Elias docuit ſuos ſucceſſores, ut animadvertit Joannes 44. Patriarcha Jeroſolym. lib. de inſtit. Monach. explicans illa verba Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 8. *Prophetas facis ſucceſſores poſt te.* Concludit. *Hi quidem ſunt illi prophetæ Domini, quorum liber regnorum meminit centum fuiſſe per Abdiam à nece præſervatos, & in ſpeluncis abſconditos, cùm Regina Jezabel cæteros eorum interficeret, quos divina ſcriptura illic appellat Prophetas Domini, non quia tunc futura præviderent, ſeu prænunciarent, ſed quia* (ut diximus) *cum inſtrumentis muſicis Pſalmos, Cantica & Hymnos Deo devotè pſallebant.* Et infra oſtendit quomodò Elias non erravit dicens ſe relictum ſolum Prophetam, ſcilicet futura prædicentem & prænunciantem: illi enim quos Abdias abſconderat ſunt Prophetæ appellati, *Eo quod devotè (cum inſtrumentis muſicis Deo canebant, non autem eo quod futura tunc præviderent, vel prænunciarent, &c.* Ex quibus liquidè conſtat prophetas ſeu diſcipulos Eliæ peritiſſimos fuiſſe in cantu inſtrumentorum. Sed cur in eos Jezabel & Achab ita ſævierunt, ut alios occiderent, alios in fugam converterent? Primò, quia in fide conſtantiſſimi erant. Secundò, quia populum hortabantur ut in avitâ religione perſiſterent. Tertiò quia diſcipuli erant Eliæ, qui tunc exoſiſſimus erat Achabo & Jezabeli. Quartò probabile eſt ideò præ aliis cæſos fuiſſe, alios in fugam converſos, quia nunquam adduci potuerunt ut canerent ſuis inſtrumentis muſicis in templo Baal. Si enim populus in captivitate Babylonica nec prece nec pretio induci potuit ut in illo loco exilii ſui in gratiam Babyloniorum ſuis inſtrumentis muſicis canerent, ut patet ex illo pſalmo 136. verſ. 1. & ſeq. *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & flevimus dum recordaremur tui Sion.* Ioan.44. *In ſalicibus, in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra. Quia illic interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos verba canticorum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodò cantabimus canticum Domini in terra aliena. Si oblitus fuero tui Jeruſalem oblivioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, &c.* Quantò magis illi Eliæ diſcipuli qui maximo amore divino incenſi erant, ejuſque altarium demolitionem ferre non poterant. Ex quo ut præmiſſum eſt infero illicitum eſſe fidelibus etiam ad extremam neceſſitatem & mortis periculum redactis tubis canere, campanas pulſare ad convocandos infideles & hæreticos ad concionem vel lectionem audiendam, vel alios ritus & ſuperſtitiones fidei Catholicæ oppoſitas faciendas. Item nec in eorum templis æditui, vel cantoris officio fungi. Ita Verricelli tract. de Apoſt. miſſ. tit. de fide, tit. 34. contra Layman lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 4. & colligitur ex verbis Tertulliani lib. Tertull. de idololatriâ. *Hinc proximè diſputatio oborta eſt an ſervus Dei alicujus*

dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem capiat, ſi ab omni ſpecie idololatriæ intactum ſe, aut gratiâ aliquâ aut aſtutiâ, etiam præſtare poſſit. Ideſt, an is non committeret idololatriam, & non cenſeretur idololatra, qui alicujus dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem in templo alicujus ſectæ infidelis ſuſciperet. Et reſpondet non eſſe probabile, ſed credibile & ab omnibus credi oportere. *Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoquo* Tertull. *honore, ut in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico, aut edendis præſit.* Quaſi diceret, illicitum eſt ſervis Dei aliquam adminiſtrationem ſivè ſupremam, ſivè mediocrem, ſivè infimam reſpectivã ad cultum idolorum ſuſcipere, neſas eſt illis ſacerdotio fungi, vel ſacrificium adjuvare, boves, oves, & alia animalia ad uſum ſacrificii vendere, ſacrificos & miniſtros ſuâ protectione fovere, ſeu ſuam auctoritatem accommodare, vectigalia colligere in uſum idololatriæ, ſpectacula infidelitatem redolentia edere, vel in illis præeſſe: imò curas templorum ſuſcipere, quales ſunt æditiuorum, cantorum, pulſantium campanas, accendentium cæreos, ornantium templa, &c. Ratio eſt, quia cooperantur directè ad malum. Nam ex D. Thomâ 1. 2. quæſt. 6. art. 3. Is directè cooperatur malo, qui ea facit, quæ ſuaptè naturâ ordinantur ad malum, vel qui eſt pars vel ſocius peccati. Directè cooperantur qui præcipiunt, conſulunt, ſtabiliunt, defendunt peccatum, aut materiam peccati ſubminiſtrant, quæ nullum habeat uſum quàm malum. Indirectè verò cooperantur ad malum, qui vel omittunt actum, & D. Thomas citatus vocat voluntariũ indirectum: quia non agit vel impedit malum, quod poteſt & debet impedire. Sicut rector navis, qui poteſt & debet regere navim cooperatur ejus ſubmerſioni, ſi permittat eam ex odio vel negligentiâ ſubmergi. Idem indirectè cooperantur cùm prævidentes peccatum, proximè tamen ſubminiſtrant materiam ſeu objectũ peccati vel facultatem peccandi. Dicitur indirecta cooperatio: quia non eſt ſuaptè naturâ ordinatum ad peccatum, ſed eſt indifferens. Vide plura apud Navarrum, D. Thomam, Cajetanum, Salas & alios.

CAPUT XXV.

An licita ſit librorum hæreticorum ſcriptio & impreſſio.

PAtet ex Joanne 44. Patriarchâ Jeroſol. cap. 10. & 11. lib. de 1.
inſtitut. Monachor. quomodò Elias ſuos diſcipulos erudiebat, quomodò ex Toſtato tempore Samuelis erant collegia, & gymnaſiâ, ubi ſtudiis ſapientiæ, doctrinæ & diſciplinæ legis fideles vacabant, diſcebantque componere Cantica divina, ac ea ipſa componebant. Quomodò tempore Eliſei filii Prophetarum erant per diverſa collegia diſtributi, erudientes quoſdam in doctrina legis & rectitudine morum: quomodò tot documenta ſacra poterant excipere auditores Eliæ & Eliſei, quæ documenta cedro notari merebantur, ob excellentiam ſuam perpetuâ memoriâ digna erant. Ex eodem Patriarcha. *Hos Domini devotos viros Elias ſecundum formam à Deo traditam habuit;* & tam ſtudioſos auditores habuit, ut nullum ex ore ejus verbum procederet, quod ab illis quaſi aurum & topazion non colligeretur. Nec tamen tam fœcundâ memoriâ, ut omnium uſque ad ultimum apicem recordarentur. Legimus quidem Mithridatem regem Ponti duabus & viginti nationibus imperantem tam portentoſâ memoriâ præditum fuiſſe, ut illarum omnium idioma perfectè calleret. Cyreneum Cyrum omnium ſui numeroſiſſimi exercitus militum nomina memoriâ tenuiſſe. Cyneum Theſſalum Pyrrhi legatum ad Romanos poſtero die Senatum & Romanam plebem Senatu circumfuſam ſuo quemque nomine ſalutaſſe. Tanta fuit Portio latroni memoria, ut

quæ

Digitized by Google

quæ dicturus erat ediſcendi causâ relegeret, ediſcerat cùm ſcribebat, dicebat ita ut in nullo unquam verbo memoria eum deciperet, jubebat aliquem nominari ducem, ſtatim illius geſta ad unguem reddebat. Seneca ſcribit adeò excelluiſſe, ut in miraculum uſque procederet. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta referebat, ducentos verſus ab ultimo incipiens recitabat. Legimus in Mureto tanquam teſte oculato quendam juvenem ad eam memoriæ felicitatem evaſiſſe, ut triginta ſex millia nomina hebræa, latina, græca, barbara, hiulca, ſtridentia, ſine ullo ordine, ſine ullo nexu recitata illicò reddidiſſe nunc à primo ad ultimum, nunc ab ultimo ad primum, nunc à medio ad extrema, nunc à primo ad tertium, à tertio ad quintum; Et ſic deinceps Eſdras Sacerdos univerſas Judæorum doctrinas habuit in memoria. At ejuſmodi memoriæ naturæ portenta reputantur, ſeu artis beneficio & exercitatione comparatæ ſunt.

II. S. Eliæ & Prophetarum diſcipuli & auditores non tam uberem memoriam ſivè à naturâ, ſivè ab arte nacti erant, ut omnia ſacra documenta, quæ ab eorum ore excipiebant abſque ullo periculo lapſæ memoriæ & erroris retinerent. Nec etiam tunc typus librorum vigebat, cui Elias, Eliſeus, & filii Prophetarum ſuas ſacras inſtructiones committere potuiſſent. Inventam enim fuiſſe typographiam Argentinæ à Joanne Gittembergio, deindè Moguntiæ ab eodem perfectam anno 1440, refert Jacobus Gualterius in tabula chronographica anno 1500. Alii apud eundem putant excogitatam typographiam à Joanne Fauſto Moguntino, anno 1452. Alii apud Genebrardum in Eugenio IV. referunt ab Indis ad nos per Scythiã, Moſcoviam perveniſſe. Jacobus Gualterius ait ſe legiſſe in hiſtoriâ Sinenſi à Patre Nicolao Trigualdo Religioſo Societatis Jeſu, ita antiquam eſſe apud Sinenſes typographiam ut nullum apud eos extet ejus originis monumentum. In Europa primi libri editi ſunt ii, quos de Civitate Dei edidit S. Auguſtinus, item inſtitutiones Lactantii: ita Genebrardus in Eugenio IV. Mathias Palmerius anno 1457. ſcribit hanc artem propè divinam fuiſſe per totum orbem propagatam circiter annum 1457. Quidquid ſit certum eſt typographiam non extitiſſe tempore Eliæ & filiorum Prophetarũ. Quomodò ergò agebant diſcipuli Eliæ & prophetarum? ut omnia & ſingula ſanctiſſimorum Magiſtrorum verba in illis ſapientiſſimis Athenæis percepta permanerent? Joſephus lib. 1. contra Appionem ſcribit libros ſacros, conſequenter oracula, quæ ab Elia & aliis audiebantur fuiſſe conſcripta à prophetis, ideſt non tantùm iis qui futura prænunciabant, ſed etiam ſub eorum diſciplina ſtudebãt. Hujus conſcriptionis à prophetis factę meminit ſacer Textus lib. 1. Paralip. cap. 29. & lib. 2. cap. 27. Eodem lib. cap. 12. verſ. 15. & cap. 26. *Reliqua ſermonum Oziæ priorum & noviſſimorum ſcripſit Iſaias filius Amos Prophetæ.* Ex quibus ſatis patet quibus rebus conſcribendis olim Prophetæ incubuerunt. Undè Hebræi libros Judicum, Samuelis & Regum vocant prophetas priores, quia à prophetis ſunt ſcriptis exarati.

Patres tradunt ſacros libros à Chaldæis incenſos ab Eſdra fuiſſe reparatos. III. Tamen de hac reparatione inter ſe diſcrepant D. Irenæus lib. 3. cap. 25. Tertullianus lib. de habitu mulieris cap. 3. Auctor de mirabilibus ſacræ Scripturæ, lib. 2. cap. 33. Euſebius in chronico, Beda, Iſidorus de vitâ & morte. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, Theodoretus in præfatione pſalmorum S. Antoninus part. 1. hiſtor. tit. 4. cap. 17. Comeſtor in hiſt. Judith cap. 1. Lyranus lib. 1. Eſdræ cap. 7. Dionyſius ibidem. Toſtatus lib. 2. Paralip. cap. 9. quæſt. ultim. hæc de Eſdra ſcribit. *Deus propheticum ſpiritum Eſdræ dedit ad reſtaurandum omnes libros legis, qui ante captivitatem ſcripti erant, nam omnes ſcripturas memoriter dictavit Levitis & aliis qui templo deſerviebant.* Toſtat. D. Athanaſius in Synopſi ait probabilius Eſdram libros ſacros cuſtodiviſſe, D. Chryſoſtomus homil. 8. in epiſt. ad Hebræos addit

eos explanaſſe. D. Hilatius præfatione in pſalmos ſcribit eum collegiſſe omnes libros in unum corpus. . Tandem vetiſimilius Eſdras lib. 4. licet Apocrypho cap. 14. aſſerit à ſe dictatos fuiſſe ducentos quatuor libros, cui ſuffragari videtur D. Baſilius epiſt. ad Chilonem. Genebrardus ſubdit Eſdram inſtituiſſe Academiam Jeroſolymis omni diſciplinarum genere refertam, ex qua multi viri docti, & Scribæ, & Legiſperiti prodierunt. Addit eundem Eſdram cum viris magnæ Synagogæ, ſivè magnæ Synodi, quæ tunc celebrata eſt, divino afflatis Spiritu Scripturas in verſus diſtinxiſſe. Licet de reſtitutione & reparatione ſacrorum librorum variè ratiocinentur, tamen in hoc omnes conueniunt, quod Eſdras non libros prophanos, ſed ſacros in populi favorem & utilitatem dictaverit. Quod ſanè exercitium ſcriptionis ad Monachos tranſiiſſe teſtatur Eccleſiaſtica hiſtoria, teſtantur antiquiſſima Scriptorum monimenta, quæ in pluribus monaſteriis aſſervantur, nec ab aliis prodierunt quam ab ipſiſmet Religioſis. Surius tomo 3. die 12. Maii inter acta Epiphan. hæc ſcribit. *Conſtruxerat ſibi Monaſterium, habebat autem ſecum decem Monachos, qui quidem libros diligenter ſcribentes,* ex iis ſibi victum parabant, &c. Quibus patet ſolitum Monachorum exercitium olim fuiſſe cõnſcriptionem librorum non communium, ſed ſacrorum, ut patet ex vitâ S. Martini Epiſcopi Turonenſis. Hic ut divinæ contemplationi vacaret ſe ad Monaſterium recipiebat. *Diſcipuli octoginta erant, qui ad exemplum Sancti Martini inſtituebantur, &c. Ars ibi exceptis ſcriptoribus nulla habebatur; cui tamen operi minor ætas deputabatur, Majores orationi vacabant.* Notent (inquit noſter P. Lezana tomo 2. Annalium noſtri Ordinis ad annum Chriſti 375.) hic Monachi noſtri proprias Monachorum virtutes, ſed & ſcriptionem librorum ad Dei ſcilicet laudem & proximorum commodum eis extraneam non eſſe: extraneam verò illis fuiſſe, imò prohibitam prophanorum ſcriptionem patet ex eo; quod modernæ impreſſioni æquivaleat.

IV. Nunc autem anathematizantur, qui retinent libros hæreſim cõtinentes, ut patet ex bullâ Cœnæ Domini, in primo caſu, & bullâ Urbani VIII. anno 1627. quæ habetur tomo 4 bullarii inter conſtitutiones ejuſdem numer. 62. quæ excommunicatio Sedi Apoſtolicæ eſt reſervata, ita Suarez, Sanchez, Filiucius, quos ſequitur noſter Lezana tomo 4 quæſt. regul. verbo *libri*, num. 18. & tomo 3. verbo *Bulla Cœna*, & verbo *Bulla Cruciata*, n. 22. Layman. Ratio eſt, quia tam ſcribẽs librum hæreticum per ſe concurrit ad perverſionem animarum, quàm retinẽs. Secundò tenetur quiſq; etiam cum periculo vitæ ex virtute charitatis & fidei vitare nè proximus à fide deficiat. At ſcribens vel imprimens libros præſtant oppoſitũ. Nomine ſcribentium & imprimentium intelliguntur illi, qui immediatè & proximè concurrunt ad ſcriptionem & impreſſionem, ut ſunt qui ſcripturas faciunt, & faciendas ordinant, dictãt, typographus qui typos ordinat, qui atramento compoſitos characteres attingunt, premunt torcular, madefaciunt chartas, madefactas torculari ſubjiciunt, folia corrigunt,. Domini officinarum cujus auctoritate libri hæretici ſcribuntur vel typis mandantur, ita Graffis, Sanchez, Tamburinus, Fagundez & Layman lib. 2. tract. 1. cap. 15. num. 7. Hic monet cavendum eſſe Bibliopolis, ac bibliopegis nè retinendo libros hæreticos ad vendendum, vel compingendum excommunicationem cõtrahant. Addunt Duardus in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 54. Sanchez, Fagundez, Suarez. Eandem cenſuram incurri ab iis, qui mandant deſcribi, ſivè imprimi, ſivè auctores, ſivè non, quia ex communi uſu loquendi cenſentur ſcribere, imprimere. Tamburinus in Decalogum, Leander, Suarez, Sanchez, Caſtropalao, Fagundez, Rocafuld, Trullench, & alii docent non ſubjici illi cenſuræ eos, qui emunt, vendunt chartam, aut characteres, atramentum ad imprimendum. Idem dicendum de ſcriptione. Ratio eſt, quia remotè ſe habent ad impreſſionẽ

vel

vel ſcriptionem, incurrunt tamen cenſuram fautorum hæreſis. Præfata confirmat Tertullianus lib. de idololatria. *Quidquid (inquit) idololatra committit in artificem quemcumque & cauſam idoli deputetur neceſſe eſt, &c.* Sic quidquid hæreticus committit in artificem quemcumque & cauſam hæreſis deputetur. Pius IV. in bullâ quæ incipit *Dominici gregis*, & habetur tomo 2. Bullar. inter conſtitutiones ipſius num. 77. & refert Lezana tomo 4. quæſt. regul. verbo *libri*, numer. 17. in fine & 29. Azorius, Filiucius, Layman. Damnantur ſcripta vel impreſſa geometriæ, auſpiciorum, aſtrologiæ judiciariæ, geomantiæ, hidromantiæ, piromantiæ, onomantiæ, chiromantiæ, negromantiæ, artis magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes continentur. Quæ omnia non tantùm ſunt prohibita in indice, ſed etiam à Sixto V. in bullâ *Cæli & terræ.* inter conſtitutiones numer. 27. Statuit præfatus Sixtus V. à nemine legi aut retineri poſſe, nec conſequenter ſcribi aut imprimi: ſed Epiſcopis & Ordinariis Locorum, vel Inquiſitoribus conſignari, & præſentari debere. Item ſcribentes, legentes aut retinentes eos ab Inquiſitoribus plectendos. Quam conſtitutionem confirmat & innovat Urbanus VIII. in bullâ, quæ incipit *Scrutabilis*, ubi alias pœnas hoc peccatum concernentes imponit. Plura ibi, Lezana.

V. Quamvis præfata excommunicatio non incurritur à Chriſtiano, ſeu fideli, qui ſcribit, dictat, imprimit libros aliorum infidelium, ſcilicet Gentilium, Hebræorum, Mahumetinorum, ita Ugolinus, Sancius, Portellus, Fagundez, Lezana ſupra num. 19. Ratio eſt, quia illi libri non ſunt hæretici, Bulla Cœnæ, aliique textus loquuntur tantùm de Hæreticis: tamen exiſtimo eodem modo philoſophandum eſſe de recenter converſis à Gentiliſmo ad Catholiciſmum, iiſque prohiberi ſcriptionem, impreſſionē, retentionem, &c. præfatorum librorum ob periculum relapſus, & perverſionis animarum. Undè quemadmodum in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 10. (& habetur in bullâ ejuſdem Leonis inter conſtituta ipſius num. 12. etiam refertur à Concilio Tridentino ſeſſ. 4.) præcipitur combuſtio publica librorum hæreticorum. Sic in terris infidelium recenter converſorum Miſſionarii & Epiſcopi debent præfatos libros Gentilium, &c. ignibus mandare. Id præſtitiſſe videtur Jehu lib. 4. Regum cap. 10. verſ. 26. *Protulerunt ſtatuam de fano Baal & combuſſerunt.* Verſ. 28. *Delevit itaque Iehu Baal de Iſrael*, non tantùm cædendo pſeudoprophetas illius; ſed etiam libros eorum combutendo in quibus ritus & cantus eorum continebantur. *4. Reg. 10. v. 26 verſ. 28.*

VI. Sicdum Apoſtolus Paulus Epheſi moraretur cap. 19. converſus ad fidē verſ. 19. *Multi ex eis qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros & combuſſerunt coram omnibus.* Arator. *Ut vivent ignibus ignes.* Ideſt (inquiunt S. Chryſoſtomus, Beda, OEcumenius) non tantùm abdicarunt, ſed etiam libros magicos exuſſerunt. Undè Syrus vertit, multi porrò etiam ex magis. Vel per *curioſa* Mariana accipit libros & opifices chalchymiæ, ſeu permutandi metalla ex ære in aurum ex ſtanno in argentum. Vel per *Curioſa*, alii intelligunt aſtrologiam judiciariam, in quam invehitur Sanctus Auguſtinus lib. 1. de doctrinâ Chriſtianâ cap. 21, 22. 23. & alii Patres. Alii *curioſa*, contendunt eſſe libros gentiles ritus ac ſuperſtitiones continentes, quos exhortationibus Apoſtoli flammis tradiderunt novi Chriſtiani, ut omnis occaſio relapſus & apoſtaſiæ à fide præriperetur. *Act. 19. verſ. 19.*

CAPUT XXVI.

An libri Hæreticorum legi vel retineri poſſint.

I. Lib. 4. Regum cap. 22. fertur quod cùm Rex Joſias regnaret in Jeruſalem reſtaurationi templum animum adjecit, collectaſque pecuniarum eum in finem inſtituit, Dumque ejuſmodi operi ſeriò allaboraretur, liber Legis, ſeu Deutero-

 nomium,

nomium, repertus eſt ab Helcia Pōtifice ut patet ex verſu 8. *Dixit autem* l. 4. Reg. 22. v. 8. *Helcias Pontifex ad Sapham librum legis reperi in domo Domini, &c.* Toſtatus quæſt. 10. exiſtimat quod iſte liber contineret librum Levitici & Deuteronomii, quia Leviticus tantùm continet præcepta & maledictiones non obſervantium legem: liber Deuteronomii exceptâ prologo & fine maximè à cap. 27. uſque ad cap. 31. eſt legalis. Veriſimilius tamen exiſtimat tantùm repertum fuiſſe librum Deuteronomii, ob varias rationes, quas ibi affert. Rabbi Salomon, & Lyranus aſſerunt fuiſſe abſconditum à Sacerdotibus tempore Ezechię filii Achaz Idololatrę, qui nè ejus idololatria impugnaretur omnes libros legis cremari juſſerat. Sed Toſtatus quæſt. 11. id refutat. Idem etiam refellit, quod Helcias invenerit iſtum librum in latere arcæ fœderis. Creditque inveniſſe in quadam arca templi, dum quæreret pecunias per omnes arcas. Comeſtor lib. 4. cap. 36. ait fuiſſe repertum in arcâ, ubi eum Moyſes repoſuerat. Ex quibus hæc documenta infert. Primum, quantopere exoſi fuerint libri ſacri idololatris. Secundùm, quanto in honore haberentur, quandoquidem in loco ſacro aſſervarentur. Tertium, quomodò ſummus Sacerdos dedit legendum ſcribæ, & nomine Sacerdotis Scriba Regi. Sacer Textus non dicit fuiſſe repertum in templo, quod erat ſymbolum & figura Eccleſiæ fundatæ à Chriſto vero Salomone, & in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi. Non aliquem librum prophanum, vel continentem ritus & leges gentilium, hæreticorum, & ſimilium Infidelium: ſed tantum ſacros & pios, nec in Eccleſia doctrinam prophanam, hæreticam debere doceri vel legi, ſed duntaxat piam & ſacram.

II. Ac primò cur libri hæreticorum fuerunt ſemper proſcripti & debeant proſcribi. Ratio eſt, quia ſunt nocivi ob eam rationem. Veteres Pagani aliquos libros noxios & nimis prophanos condemnarunt. Cicero lib. 1. de naturâ Deorum ſcribit Protagoram Abderitam de mandato Athenienſiū fuiſſe urbe & agro exterminatum, eo quod ſcripſiſſet libros eorum religioni contrarios & noxios, præfatosque libros fuiſſe in concione combuſtos. Inter alia in initio hæc habet. *De Diis neque ut ſunt, neque ut non ſunt habeo dicere* Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. C: ait Prætorem Romæ Urbinum juſſu Senatus corā populo fuiſſe punitum, eo quod libri ejus quædam continerent, quæ religionem ſolvere videbantur. Idem Valerius lib. 6. cab. 3. refert impudica Archilochi ſcripta apud Lacedemonios fuiſſe proſcripta. Rhodiginus antiq. lect. lib. 22. cap. 1. & Livius lib. 1. narrant Romæ libros fuiſſe combuſtos, eo quod eſſent contrarii Religioni. Ipſi Gentiles Juriſconſulti ſtatuêre magicos libros ignibus tradendos eſſe. Apud Vulpianum lib. 4. §. *tantundem*, ff. *familiæ hereiſcondæ*, Plato lib. 7. de Republicâ docet nullum librum in lucē prodire debere, niſi prius examinetur an nihil religioni, vel probis moribus oppoſitum contineat. Illi ſubſcribens Cicero epiſt. 72. docet quos Magiſtros & libros eligere debeamus. *Eligamus non eos, qui verba magnâ celeritate præcipiunt, & communes locos volvunt, & in privato circulantur, ſed eos, qui vitam docent.*

III. Quid ſunt libri hæretici & politici? quam ab omnibus legibus damnatæ blaſphemiæ ſcriptis exaratæ? Quid ſunt libri impuri, quàm in tenebris proſtibula? Lege divinâ damnantur incœſtus corporales, & impuro calamo caſta charta maculatur, ſpiritus incœſtatur. At (inquies) docta miſcentur politicis, & mollibus, & hæreticis, veneno ſcilicet ſaccaro, fel & helleborum aliquo pulmento temperantur. Uno verbo quid boni apparentis malo pernicioſiſſimo admiſcetur. Audias Scenicum Poetam, qui quamvis ejuſmodi obſcenitatibus eſſet addictus, tamen hanc veritatem aſtruere cogitur.

Eloquar invitus teneros nè tange Poetas,
Submoveo dotes impius ipſe manus.

Audi alterum impudicitiæ profeſſorem.

Qua

Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſtâ turpia viſa domo.
Ille puellarũ ingenuos corrupit ocellos
Nequitiaq́ ſuæ noluit eſſe rudes.

Alius etſi vitâ impudicus, tamen in hæc caſta verba prorumpit.

Nè legeres partem laſcivi caſta libelli
Prædixi & monui, &c.

Majorem ſanè ſtragem in animâ faciunt libri hæretici quàm impudici. Illi enim animam à fide faciunt omninò aberrare, quod impudici directè & immediatè non præſtant. Undè in veteri lege laici fideles ſolâ doctrinâ ſacrâ, non autem rebus prophanis, inutilibus & novis imbuebantur, ut patet lib. cap. 4. Reg. cap. 22. verſ. 14
l.4. Reg. 22.v.14 *Ierunt itaque Helcias ſacerdos, & Abicam, & Achobor, & Saphan, & Aſaia ad Holdam Prophetidem uxorem Sellum filii Thecuæ, filii Arais cuſtodis veſtiũ, quæ habitabat in Ieruſalem in ſecundâ.* Vatablus. *Quæ habitabat Ieroſolymis in altera parte.* Paraphraſis Chaldaica. *Et ipſa ſedebat in Ieruſalem in domo doctrinæ.* Quomodò *doctrinæ*? Cajetanus *Quia videlicet repetebat divina: frequens enim legis & divinorum repetitio non ſolùm meditando, ſed privatim inſtruendo alios ſignificatur officium ejus.* Idem habet Pagninus. Et ſubſcribens Genebrardus libr. 1. Chronologiæ circa annum 3526. *Holda* (inquit) *Prophetiſſa floret, ſcholas Ieroſolymitanas moderatur.* Cornelius. *Dabatur opera eruditioni & doctrinæ, quia in eo habitabant Prophetæ & Doctores,* ac inter eos Rechabitæ. Noſter P. Lezana tomo 1. Annalium mundi 3412. probat illam fuiſſe ordinis prophetici. Quid docebat? repetebat divina inſtruendo, inquit Cajetanus. Fuiſſe gymnaſia in Palæſtina deducitur ex lib. 1. Regum cap. 1, verſ. 10. ubi de Samuele & Saule dicitur. *Venerunt*
l.1. Reg. 1.v.10. *ad prædictum collem, & ecce cuneus Prophetarum obvius ei.* Vatablus. *Et cùm veniſſet illuc, nempe ad collem, ecce chorus prophetarum venit ei obviam.* Chaldaica Paraphraſis. *Et ecce cœtus ſcribarum ante eum.* Noſter P. Lezana citatus ait, quod domus vocaretur *Domus doctrinæ,* ſeu *ſchola domus conſeſſus.* Quid in illis gymnaſiis docebatur? non doctrina aliqua prophana, ſed ſacra. Reges ipſi quando illic erãt cum eis prophetabant, ideſt laudibus, canticis, & ſtudiis divinis vacabant, ut patet in Saule citato lib. 1. cap. 10. Vatablus in Scholiis num. 12. notat quod diſcipuli prophetarum operam dabant legi, & infra numer. 17. per prophetas Hebræi intelligunt *filios prophetarum ſtudioſos ſacrarum litterarum.* Non dicit ſtudioſos gentiliſmi, & librorum, quorum lectio erat ad pervertendas animas. Saul ipſe Rex prophetat inter illos licet rebus mundi foret immerſus. Verſ. 10. *Prophetavit in medio eorum.* Chaldaica Paraphraſis *Prophetavit in medio eorum, & canebat cantica in honorem Dei.* Rectè ſub anno 2973. num. 31. notat quod officium Samuelis nõ tantùm fuit, ut Dominum conſuleret, hoſtias offerret, ſed etiam doceret res ſacras & divinas. *Vt facile intelligere ſit hoc loco inſtitutos fuiſſe adoleſcentes, qui in lege Domini erudirentur, totam rem moderante Samuele.* Quæ volumina illis adoleſcentibus legenda præſcribit Samuel moderator ſuis diſcipulis? non prophana, ſed ſacra, ſed eos codices, qui legem Domini continebant. Id iterùm innuit Sacer Textus lib. 1. Regum cap. 7. verſ. 5. *Dixit autem* l. 1. Reg. c.7.v.5.
Samuel congregate univerſum Iſrael in Maſphat. Rabanus apud gloſſam ait, *Quod Maſphat, ideſt ſpeculatio, vel contemplatio, vel intentio, vel locus judicii.* Et infra dicit, quod ratio cur populum congreget in Maſphat: *quia doctor eos maximè docet, quos in intentione contemplationis, & ad amorem patriæ cœleſtis intentos eſſe perſpexerit.* Quaſi diceret, non variæ doctrinæ curioſos, non idololatriæ, & aliis impietatibus addictos inſtruit, ſed eos, qui contemplationi rerum divinarum addicti ſunt, qui ſuæ ſaluti incumbunt.

IV. Nonnullos à filiis Prophetarum prophanas doctrinas edoctos fuiſſe ex eo conjicitur, quod philoſophi gentiles ab iis inſtructi fuerunt. Nam Jamblicus Chalcidenſis Philoſophus, natione Syrus, Diſcipulus Porphyrii, genere illuſtris, antiquitate venerabilis, qui claruit circa tempora Conſtantini

ſtantini Imperatoris cap. 2. Libri de cujus P. Lezana vidit manuſcriptum in Bibliothecâ Vaticanâ, & Joannes Arſerius. Theodoretus Friſius anno 1598. typis mandavit. Cap. illo ſecundo ait Patrem Pythagoræ filiū dignifſimis diſciplinis imbuiſſe. Et cap. 3. ſcribit Pythagoram Phœniciam enavigaſſe, & in Carmelo templo diu degiſſe, & ab ejus alumnis multa accepiſſe. *Ab Ægyptiis* (inquit) *quibuſdam nautis opportuniſſimè in littore, quæ ſubſunt Carmelo monti Phœnicia appellent ibus tranſvectus Pythagoras: ubi ſolus in templo, ut plurimùm degebat, homines autem loci illius benignè ipſum datis dextris exceperunt, lucrati ſcilicet hoc, ut ejus fama conſpiraretur, & ſi quid contuliſſent rerum ſummam hominis exiſtimationem, pretiumque prævidentes libenter conferebant.* De ejuſdē Pythagoræ in Carmelo manſione Eugubinus & Lyppomanus in pſalm. 4. ad illum verſ. 4. *Iraſcimini & nolite peccare, &c.* Scutellius Eremita ſancti Auguſtini in collectaneis de vitâ Pythagoræ, ex hâc manſione in Carmelo, & cohabitatione ac converſatione cum Eliæ Alumnis deducit multis de rebus diſſeruiſſe, ab eiſq; res ſuæ ſaluti omnimodè inutiles didiciſſe. Sed abſit ut talem opinionem quis concipiat de filiis & ſequacibus Eliæ. Econtra didiciſſe ab eis plurima ad ſuam ſalutem, & veri Dei cultum ſpectantia tradit Jamblicus cap. 3. citato. ubi clarè teſtatur Pythagoram ordinariè morantem nonniſi ſacras lectiones audiviſſe, maximè ex libris Salomonis, qui docent qualiter quiſquè ſeipſum, familiam, populum, regnū regere debeat & preſcribūt. Hinc noſter P. Lezana tomo 1. Annalium anno 3515. notat Pythagoram accepiſſe à Carmeli incolis dogmara, quæ ſuis diſcipulis tradidit, ſcilicet obedientiam, ſilentium, abſtinentiam à vino, veſtem albam, diſcuſſionem ſui, & alia.

V. Sancta Eccleſia manifeſtius oſtendit quantum abhorreret ab hujuſmodi prophanarum doctrinarum lectione, dum non tantùm prohibuit illas doceri, eorumque librorum uſus, ſed hos cremandos ſtatuit. S. Lucas in actibus Apoſtolorum (ut diximus) c. 19. verſ. 19. de infidelibus recenter converſis ita loquitur. *Multi ex iis qui fuerunt curioſa ſectati contulerunt libros & combuſſerunt coram omnibus.* Act. 19. verſ. 19. Beda exiſtimat hos libros res magicas tractaſſe. Idem de libris hæreticorum, gentilium, pſeudoprophetarum Apoſtolos ſtatuiſſe teſtatur Clemens Roman. lib. 1. Apoſt. Conſtitut. cap. 7. Et meritò, ſi enim D. Cyprianus epiſt. 3. ad Cornelium ait. S. Cypr. *Declinent fortiter, evitent fratres noſtri verba & colloquia eorum, quorum ſermo ut cancer ſerpis, nullo eum talibus commercio copulentur.* Et epiſtola ad plebem univerſam ſcribit. *Vitate lupos, qui oves à paſtore ſecernunt. Vitate linguam Diaboli venenatam, qui ab initio mundi fallax ſemper & mendax mentitur ut fallat, blanditur ut noceat.* D. Auguſtinus lib. 4. de Symbolo ad Catechumenos cap. 8. S. Auguſtinus *Cavete doctrinas hæreticorum tanquam inſidias luporum.* Imo S. Irenæus lib. 2. cap. 5. non tantùm ut vulpes, ut lupos fugiendos docet, ſed ut dæmones. *Hæreticum ſicut dæmonem devitare oportet.* Unde lib. 3. cap. 3. refert S. Ioannem Apoſtolum ſubitò è balneo exiliiſſe, ut audivit Cerinthum eſſe intus, & ſanctum Polycarpum Romæ Marcioni occurrentem noluiſſe ullum notitiæ vel honoris indicium exhibere, quia eum quaſi Sathanæ primogenitum reputaret. Magis ſanè ſunt fugiendi eorum libri, quia ſicut meditatius & ſtudioſius in libris loquuntur Hæretici, quàm è ſuggeſtu, vel in familiari diſcurſu, ità perniciofiſſima ſunt eorum ſcripta quàm verba.

VI. Et miror quomodò in Galliâ teſte Patre noſtro Urbano ab Aſcenſione in Theologia morali tract. 1. cap. 23. ejuſmodi librorum hæreticorum non ſit prohibita lectio, cùm omni ævo univerſalis Eccleſia eorum lectionem vetuerit, in primis Concilia generalia, quibus interceſſe poſſunt & debent Epiſcopi totius orbis, niſi legitimè impediantur, & quibus præſidet ſummus Pontifex, vel alius ejus nomine, undè vocantur Œcumenica, id eſt orbis terræ Concilia. Ejuſmodi libros hæreticorum damnārunt

Concilium

Concilium Nicænum celebratum adverſus Arianos negantes Chriſti divinitatem ab anno Domini 327. uſque ad annum 330. qui fuit annus 25. Sylveſtri Papæ, 20. Conſtantini Imperatoris, cui interfuerunt 328. Epiſcopi, de quo Damaſus in pontificali, Hieronymus in Chronico, Theodoretus lib. 1. hiſtor. cap. 3. Sexta Synodus actione 18. Concilium Florentinum ſeſſione 5. Sulpitius lib. 2. hiſtoriæ, Euſebius lib 3. de vitâ Conſtantini, Epiphanius hæreſi 70. Nicephorus lib. 8. Hiſtor. Eccleſ. cap. 18. & 25. Illud, inquam, Concilium præcepit hæreticorum libros ignibus cõcremari. Secundum Conſtantinopolitanum adverſus Macedonium negantem Spiritus ſancti divinitatem; quod celebratum fuit ſub Damaſo ſummo Pontifice, & Theodoſio ſeniore Imperatore, de quo Socrates lib. 5. hiſtor. cap. 8. Theodoretus lib. 5. cap. 9. & alii, collatione 5. & 8. Eâdem pœnâ damnavit libros hæreticorum, Socrates lib. 1. cap. 24. ait Marcellum Ancyranum fuiſſe damnatum, quia libros errorum ſuorum cõburere noluiſſet Concilium Epheſinum contra Neſtorium B. Virginis Maternitati iniurioſum, congregatum tempore Cœleſtini I. Pontificis, & Theodoſii junioris Imperatoris, cui præfuit loco Pontificis Romani noſter S. Cyrillus Alexan. circa annum 424. de quo Liberatus in Breviario cap. 5. 6. 7. 8. & ſeqq. Socrates lib. 7. cap. 34. Evagrius lib. 1. cap. 4. non tantùm hæreſeon Neſtorii damnavit, ſed etiam ejus libri interdicti fuerunt, & ignibus damnati. Concilium Chalcedonenſe contra Eutychetem, qui unam poſt incarnationem in Chriſto naturam aſſerebat, congregatum fuit anno Chriſti 454. ſub Leone I. Pontifice, & Maximo & Martiano Auguſtis, cui interfuerunt 630. Epiſcopi, actione 3. damnavit libros Eutychetis ignibus, ita ut nemo eos legere vel habere auderet. Vide Matthæum Palmerium, Gregorium Habandium, Marianum Scotum, Sigebertum, Liberatum in Breviario cap. 11. & ſeq. Evagrium lib. 2. hiſtor. cap. 2. 3. 4. Quinta Synodus Vigilio ſummo Pontifice & Juſtiniano Seniore Imperatore anno 553. vel ut alii 556. contra Origenem, Evagrium, Dydimum & alios ejus ſectatores, vetuit legi libros Origenis, ut ſcribit Socrates lib. 6. cap. 9. & alii. Omitto ſeptimam Synodum, quæ actione 5. interdixit & comburi juſſit libros hæreticorum, & canone 9. excommunicavit eos, qui libros hæreticorum legerent. Vide Onuphrium & alios. Omitto Cõcilium Conſtantienſe ſeſſ. 5. 8. & 15. confirmans decretũ Concilii Romani prohibentis lectionem librorum Joannis Wickef. Omittõ Tridentinum, quod præcepit fieri indicem librorum hæreticorum, ut omnes ſcirent qui libri liciti, qui illiciti, cavendi & comburendi eſſent. Clemens Romanus lib. 1. Conſtitut. Apoſt. cap. 1. S. Leo Papa epiſt. 93. ad Turribium cap. 15. & 16. præcepit Epiſcopis ut falſatos codices, & Apocryphas quaſdam ſcripturas ex Eccleſiâ tollant, & incendio mandent, hæreticorũ verò libros nullo modo legi. S. Gregorius lib 5. Regiſt. cap. 164. nec legi, nec teneri permittant. Omnes Pontifices in Bulla Cœnæ Domini caſu 1. expreſſis verbis id prohibẽt. Accedit Bulla Pii IV. quæ vocatur Indicis, & eſt in 2. tomo Bullarii inter ipſius Conſtitutiones num. 77. Tam Bulla Cœnæ, quàm Pius IV. dicunt hæreticorum libros, &c. quia legentes, retinentes, &c. libros Gentilium, Hæreticorum, Turcarum, Catechumenorum, aliquid contra fidem continentium non incurrunt talem cenſuram Non enim iſti ſunt hæretici, cum necdum ſint baptiſati, ſed incurrunt cenſuram non reſervatam Clementis VIII. in legentes libros Talmud, Magaza, vel alios Hebræorum continentes aliquid contra fidẽ, Item legentes Alcoranum Baſileæ impreſſum & ſimiles cum ſcholiis & impiis annotationibus & præfationibus, ac pro hoc vide Durandum, Leandrum, Fagundez, Ugolinum, Sanchez, Vericelli, noſtrum P. Lezanâ tomo 3. Theolog. tract. de fide Theol. diſput. 10. quæſt. 6, & tomo 4. quæſt. regul. ve bo *libri*, numer. 18. & ſeq. & alios ab eo citatos. An illâ lectione,

retentione, &c. librorum hæretico-rum, ſit aliqua parvitas materiæ. Conſulendi Sayrus, Rodriguez, Portellus, Azorius, Sanchez, Fagundez, Vivaldus, Filliucius, Zerola, Diana, aſſerentes in hoc præcepto tam benè reperiri parvitatem materiæ ac in aliis, & cum finis prohibitionis ſit periculum perverſionis, majus eſt periculum ex longâ quam ex brevi lectione. Item quod parvitas materiæ ſit pagina una magni voluminis in folio citati authores docent, quibus adjungi poteſt Emmanuel Sa, Tamburinus, Layman, Leander, Trullench. Placet tamen diſtinctio Becani de fide cap. 15. quæſt. 8. num 8. P. noſtri Lezanæ qui docent parvam materiam dici ſi attentis circumſtantiis legentis & libri, non eſt legentis periculum perverſionis.

VII. Per libros hæreticorum etiam intelligendi ſunt libri auctoris Catholici vel communiter reputati Catholici, in quibus ſunt multæ hæreſes, quæ inſertæ ſunt ſivè ignoranter, ſivè malitiosè per hæreticos. Azorius, Layman, Navarrus, Sayrus, Duardus, Sanchez, Fagundez, Rodriguez, Sanctarellus, Suarez. An & quæ Commentaria, & Scholia excipiantur ab illâ cenſurâ vide Verricelli, & alios. Per libros hæreticorum non etiam intelliguntur ſcripta hæreticorum ad verbum inſerta libro Catholico, licet quis ea primâ intentione legeret, quia lex non affectum excommunicat, ſed factum ſeu effectum, ita Navarrus, Azorius, Sanchez, Laymã, apud Verricelli ſupra. Non cenſentur libri hæreticorum, qui ſunt ab hæreticis compilati ex auctoribus ſacris, ita Duardus, Verricelli. Per libros hæreticos illi cenſentur, qui necdum tales ab Eccleſiâ ſunt declarati, vel nominati, ſed apud omnes tales cenſentur, ita de Lugo, Suarez, Tamburinus, Caſtropalaus, Franciſcus Oviedo. Ratio eſt quia ille liber verè hæreticus eſt cujus auctor eſt hæreticus. Nomine libri hæretici non tantùm intelligitur impreſſus, ſed manuſcriptus, etſi liber ille contineat dumtaxat decem folia, ita de Lugo, Caſtropalaus, Franciſcus Oviedo, Sanctarellus, Sanchez, Tamburinus, & alii apud Verricelli. Qui legit epiſtolam, concionem, diſputationem Hæretici, ſivè ſcriptam, ſivè typis mandatam incurrit cenſuram, non bullæ Cœnæ, ſed indicis reſervatam, ita de Lugo, Layman, & alii apud Verricelli. Ratio eſt, quia bulla Cœnæ loquitur de libris. At conciones & epiſtolæ non ſunt propriè libri, Ratio verò cur incurrat cenſuram indicis petitur ex bullâ Pii IV. Excommunicatio bullæ incurritur à legente in notabili quantitate indicem vel epiſtolam ad Lectorem libri hæretici continentis hæreſim, vel tractantis de Religione. Ratio eſt, quia index eſt pars libri, ita Layman, Sanctarellus. Item ab eo qui legit librum in eâ parte, in quâ non eſt hæretica propoſitio. Ratio eſt quia in quacumque parte legat, ſemper legit librum hæreticum & continentem hæreſim, licet non ſe exponat periculo perverſionis. Hæc de Eccleſiæ & Pontificum prohibitione.

Quibus adjici poſſunt Patres, qui iſtam libertatem legendi promiſcuè libros hæreticorum omninò deteſtantur, S. Irenæus lib. 3. cap. 3. *Tantùm* (inquit) *Apoſtoli & horum diſcipuli habuerunt timorem, ut neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem* Si à verbali communicatione ita abhorruerunt, quantò magis à libris eorum, in quibus diſcurſus ſunt melius & artificioſius compoſiti. Sic explicandi S. Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. ad Cornelium. D. Auguſtinus epiſt. 62. Quod eorum tam ſcripta quàm ſcripta, idem D. Auguſtinus inſinuat lib. 1. confeſſ. cap. 16. Cui arridet Sanctus Hieronymus epiſt. 145. *Sed omnes ſuavitate delectant, & dum aures verſibus dulci modulamine currentibus capiunt, animum quoque penetrant, & pectoris interna devinciunt.* Quaſi diceret libri potentiores ſunt ad animas intoxicandas, quàm ſermones, quia ſub eloquentiæ pallio venena læthalia propinant. Quod ſi S. Antonius apud D. Athanaſium *Nunquam Manichæis aut aliis hæreticis ſaltem amicabilia verba largitus*

VIII. S. Irenæus S. Hieron. S. Anton.

eſt

eſt, denuncians talium amicitiam atque ſermones perditionem eſſe animæ, ſic & Arianos deteſtabatur, ut omnibus diceret nec juxta eos eſſe accedendum. Et proximus morti diſcipulis ſuis inter alia *Hæreticorum* (inquit) *& Schiſmaticorum venena vitate, meumq; circa eos odiũ ſectamini, ſcitis ipſi quod nullus mihi pacificus quidem ſermo cum eis unquam fuerit.* Quibus verbis non ſolùm ſermones, ſed & ſcripta fugienda eſſe innuit, quia lacteis leporibus jugulum fidei ſolvunt, & religionis repagula perfringunt. Illos libros vitandos patenter docent D. Dionyſius de divinis nominibus cap. 6. S. Gregorius Nazianzenus orat. 2. vocat *Hæreticorum libros tanquam aſpidum ova ad perdendas animas.*

IX. Ipſimet Cæſares populorum pacem & ſalutem pari ſtudio proſequentes pœnas capitales impoſuerunt legentibus & retinentibus libros hæreticos. Extat adhuc lex Theodoſii l. *damnato*, C. de hæreticis. Lex Honorii quâ præcipitur Mathematicis, ut omnes ſuos libros, in quibus eſt aliquid Catholicæ religioni contrariũ coram Epiſcopis comburant, l. *Mathematicos*, C. *de Epiſcopali audientiâ*, Valentinianus & Marrianus ſeverè prohibuerunt, nè ullus libros Eutychetis legere, aut habere audeat, ſed omnes ſtudioſè quæſiti ignibus mandentur, ut patet ex l. *quicumque ff. omnes*, C. *de hæreticis.* Juſtinianus ſtatuit amputandas manus eorum qui Anthymi libros deſcribunt, juſſitque eos comburi. Hæc conſtitutio extat in 3. actione Synodi 5. & in novellis conſtitut. 42. Juſſu Tiberii cremati ſunt libri Eutychii, quem D. Gregorius hæreſis convicerat, ut patet ex eodem lib. 14. moral. cap. 32.

X. Huic tamen Cæſarum zelo obſtare videntur quædam Gelaſii Papæ verba tomo de anathematis vinculo, ubi ſanctus Pontifex videtur improbare proceſſum Imperatorum, qui ſe (ut olim ante Chriſti adventum & inter gentiles) rebus ſacris, & ad religionem ſpectantibus ingerebant. At prohibere lectionẽ librorum hæreticorum & pœnas imponere libros hæreticorũ legentibus eſt quædam uſurpatio juriſdictionis Pontificiæ & Eccleſiaſticæ. Reſpondeo quod Cæſares tempore Gelaſii Papæ ſe cauſis fidei & cõtroverſiis Epiſcoporum ingerebant. Quippè Leo Imperator de Primatu Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſupra alios Patriarchales Sedes ſanctionem prius ediderat. Zeno Imperator Enoticon promulgarat, hoc eſt edictum unitivum de quo Evagrius lib. 3. cap. 14. quo Catholica fides labefactabatur, & Concilium Chalcedonenſe proſcribebatur, & inferebatur in Epiſcopos, & in omnes alios orthodoxos anathema, ejecto Joanne Tulinda Epiſcopo Catholico, & legitimè ordinato, Petrum Mogum hæreticum, & ob hæreſim prius depoſitum in Sedem Alexandrinam reſtituerat abſque Synodo, & inconſulto Romano Pontifice, qui illum damnaverat, nec ille hæreſim ſuam abjuraverat per novam fidei Catholicæ profeſſionem. Hoc ergò non improbat Gelaſius dicens has dignitates ſcilicet Pontificiam & Imperatoriam fuiſſe à Chriſto diviſas. *Ut militans* (inquit idem Põtifex) *minimè ſe negotiis ſæcularibus ſe implicaret, ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, &c.* Reprehendit ergò Gelaſius Imperatorem Chriſtianum, quia olim apud Ethnicos Pontificis munus obire volebat, oſtenditque quod ſicut Pontifices Romani nunquam invaſerunt munus, dignitatem, & nomen Imperatoris more Ethnicorum, ita & Imperatores debere ſacros Canones & regulas Eccleſiaſticas condere, Clericos, Præsbyteros & Epiſcopos ordinare, de Sacramentis agere, nec alia præſtare, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectant.

Nihil etiam refert quod Gelaſius eodem tomo probare volens Concil. Chalcedonenſe poſſe partim recipi, partim non recipi afferat exemplũ librorum hæreticorum, qui partim recipiuntur, partim rejiciuntur ſubjungens *Omnia probate, quod bonum eſt tenete.* Ad hoc enim cum Bellarmino tomo 2. lib. 3. cap. 21. dicendum eſt quod exemplum Gelaſii in eo conſiſtit, quod ſicut in Concilio Chalcedonenſi, quædam erant bona & recipienda XI.

pienda, quædam vana & rejicienda, ſic in libris hæreticorum: non tamē docet poſſe recipi libros hæreticorum quia erant quædam vera admixta, ſicut recipitur Concilium Chalcedonenſe. Nam alia eſt ratio Concilii & Patrum, alia hæreticorum. Veritas enim libris hæreticorum eſt bona. *Ideò* (inquit Gelaſius) *pravi libri ſuſcipiendi ſunt eorum, quia veritas quæ illic inſerta eſt non negatur*? Et quamvis in ſcriptis Patrum aliqua veritati Catholicæ parum ſit cōſentanea, non eadem tamen cenſurâ eorum libri damnandi ſunt, quia non ſunt hæreſes, ſed humani errores, qui extincti ſunt & mortui, nec nocere poſſunt, cùm non defendantur pertinaciter, nec detecti sūt illi errores dum viverent, alioqui ipſimet eos emendaſſent, vel certè ab Eccleſiâ ejecti fuiſſent: Gentilium errores tolerantur, quia ab omnibus irridentur, nec quiſquam fidelis gentiliſmum amplectitur, ut tempore Apoſtolorum, qui interdicebantur, ut teſtatur Clemens lib. 1. conſtitut. cap. 7. quos etiam ob eam cauſam Concilium Carthaginenſe 4, cap. 16. damnavit.

§. 1.

Ejuſdem Argumenti continuatio.

I. QUamvis S. Pater Elias numeroſum Baalitarum exercitum, ipſam aulam regiam, & univerſam ferè plebem pravis dogmatibus & ſuperſtitionibus imbutam ſciret, non tamen ad ea omnia facilius convellenda iis ſtudere voluit. Erat enim his promiſſionibus nixus, quæ poſtea Jeremiæ factæ ſunt cap. 1. verſ 5. excuſanti ſe & allegantiſuam impetitiam. *Ah Domine* (Jerem. 1. verſ. 5.) *Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum*. Deus reſpondit verſ. 6. (verſ. 6.) *Noli dicere puer ego ſum, quia ad omnia quæ mittam te ibis, & omnia quæcumque mandavero tibi loqueris.* Verſ. 7. (verſ. 7.) *Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum &c.* Nec aliam doctrinam docuit & profeſſus eſt, quam divinam. *Ut patet* (Inquit Joannes 44. lib. de inſtitut. Monachor. cap. 10.) *Primus Monachorum fieret in ſuos diſcipulos elegit quoſdam viros, qui idcircò ad ipſum & in ſolitudine Carith tunc latentem confugiebant, &c. ut ſub ejus doctrinâ in cultu veri Dei perſiſterent, idololatriam vitarent.* (Ioan. 44.) Quid docebat Elias? quid diſcebant? non libros ſuperſtitioſos Baalitarum, ut eos facilius impugnarent. Quid ergò? *Hos Deo devotos viros Elias ſecundùm formam à Deo traditam habuit ſuæ Monaſticæ vitæ primos diſcipulos & imitatores veros.* Ideſt ad ſui imitationem hortatus eſt. *Quos etiam docuit prophetare, ideſt laudem Dei Cantica, Hymnos & Pſalmos cum inſtrumentis muſicis canere, &c.* Ideſt non illis libros vanos præſcripſit non cantica ſæcularia docuit ad complacendum creaturis, ſed ſoli Deo grata. Quod confirmat infra. *Ad hoc officium ſunt inſtituti, ut ſcilicet cum inſtrumentis muſicis devotè Deum laudent, & ei pſallant.* Plura ibi & capite ſequenti.

II. Et ut rem hanc altius repetamus, cùm tempore Saul & David, dùm vicinæ regiones eſſent plenæ idololatriâ, ut patet in Philiſtæis, tamen in Jeruſalèm, &c. in Collegiis non alii codices prælegebantur & pervolvebantur niſi ſacri. Ut ſcribit Toſtatus quæſt. 31. in lib. 1. cap. 19. de collegiis prophetarum diſſerens, (Toſtatus) *In quolibet eorum erant multi viri, qui ſpecialiter vacabant contemplationi in comparatione ad alios homines, ſicut nunc ſunt religioſi comparatione ad populares, Et iſti in illis collegiis vocabant ſtudiis ſapientiæ & doctrinæ & diſciplinæ legis, & addiſcebant facere cantica divinæ laudis & illa faciebant.* Quibus oſtendit præfatos viros vitam mixtam duxiſſe, ita ut tum contemplationi, & pſalmodiæ, tum etiam inſtruendis popularibus vacabant, docebant, & diſcebant artem non prophanam, ſed ſacram, ſed diſciplinam legis. Idem repetit quæſt. 1. in cap. 6. lib. 4. Reg. non diſcebant Magorum, Ariolorum, &c. ſophiſmata, cavillationes, technas & fraudes, ſed dumtaxat, qui rectitudinem morum & doctrinam legis continent, non aliud diſcunt quàm

quàm cantica & encomia Domino Deo decantanda & celebranda. Uno verbo, *vacabant ſtudiis ſapientiæ*, ideſt myſteriis fidei cognoſcendis, non tantùm in ſui, ſed etiam in proximorum utilitatem.

III. Ex quibus infero non licere cuiquam etiam doctiſſimo & moraliter certo de conſtantiâ & perſeverantiâ in fide curioſè legere libros hæreticos & prohibitos abſque periculo peccati mortalis & cenſuræ, ita noſter Lezana tomo 3. Theologiæ Scholaſticæ tract. 1. de fide diſp. 10. quæſt. 6. poſt Cardinalem de Lugo, Toletum, Tamburinum, Baldellum, Azorium, Sanchez, Verricelli, Suarez, Coninck, Hurradum, Mendozam, Caſtropalaū, Ratio eſt quia finis adæquatus, cur libri Hæretici prohibeantur, non tantùm eſt periculum perverſionis, ſed etiam odium & pœna hæretici, ut ſcilicet ejus libri omninò eliminentur. Peccatum enim perverſionis eſt fons primarius, quamvis ergò non ſit in aliquo periculum perverſionis, tamen adhuc cenſura incurritur. Quod remoto perverſionis periculo prohibeatur etiam liber hæretici, patet primò quia ſufficit quod tractet de religione, ideſt de rebus ſacris, vel Eccleſiaſticis, verbi gratia, exponat ſacram ſcripturam, Theologiam Scholaſticam vel moralem, tractet de Deo & ſanctis, de ſtatu Religioſo, ſacris Canonibus, de rectâ & Chriſtiana inſtitutione morum, de Clericis. Ita Suarez de fide diſp. 20. ſect. 2. Card. de Lugo, Oviedo, Caſtropalaus, Sanchez, Pelliſarius, Fagundez. Si enim agat de philoſophiâ morali, vel jure civili, præfatus liber hæretici poteſt licitè legi, ita citati Auctores & Verricelli.

IV. Legens librum qui continet hæreſim incurrit cenſuram ſaltem judicis, licet legat in eâ parte, in quâ non eſt hæreſis, vel ex quo privata auctoritate hæreſim expunxit. Imò cenſuram incurrit, qui legit librum hæretici compoſitum idiomate ſibi ignoto, ſic que ſe exponit periculo. Ex quo patet quod periculum perverſionis non ſit finis adæquatus cur libri hæretici ſint prohibiti. Deindè eſto periculum perverſionis ſit adæquatus finis, tamen Covarruvias, Bonacina, Sotus, Suarez, Sanchez, Vaſquez, Coninck, & alii triginta quos citat Diana part. 1. tract. 10. reſol. 18. docent legem non ceſſare, licet finis adæquatus in caſu particulari ceſſet. Ratio eſt, quia poteſt Princeps gravare unum propter alium ob publicum bonum. Poteſt dux exercitus aliquos morti exponere ob ſalutem totius exercitus igitur etiam poteſt Eccleſia prohibere ſub cenſurâ, ut abſtineatur à lectione libri hæretici, licet in aliquibus non ſit perverſionis periculū. Eorum enim qui legūnt, quidam ſciunt quod legendo ſubjaceant periculo ſubverſionis, quidam invincibiliter credunt ſe nulli periculo ſubjacere, cùm tamen legendo ſubvertendi ſint. Alii credunt ſe nulli periculo exponere, & de facto legendo nullum incurrunt periculum: & tamen Eccleſia ut omnibus provideat, maximè illis qui invincibiliter credunt ſe nulli exponere periculo, qui reverà ſubjacent, potuit & ſtatuit ob bonum publicum omnes ſub cenſurâ obligare, etiam eos qui reverà ſunt à periculo maximè remoti: alioqui non poſſet caveri periculum ab eis qui credunt invincibiliter ſe non exponere periculo, cùm tamen pervertentur, ſi legant. Sic navis veniens è locis peſte infectis debet à commercio ceſſare nè multi qui invincibiliter exiſtimabant ſe non eſſe infectos, cùm tamen eſſent, ſe negotiationi ingerant cum magno damno ſtatus & Reipublicæ, in quâ prius non graſſabatur peſtis.

Quod ſi auctor libri hæretici ſit vir piiſſimus & de Eccleſia optimè meritus tamen invincibiliter erret, ejus liber non prohibetur omnibus in odium & pœnam auctoris: Lex tamen Eccleſiaſtica, ut caveat periculum ab iis, qui reverà ſubjacent periculo, & credunt invincibiliter ſe non incurrere periculum, omnes indiſtinctè obligat, ut facilius caveatur periculum. Vir etiam doctiſſimus non minori, imò majori ſubeſt periculo, quàm idiota. Nam ſi aliquam opinionem, ſed non hæreticam ſuſtineat, & V.

ſuam ſententiam videat at auctore hæretico ſuſtineri, ſolidioribus fortè fundamentis, magis ad ejus librum legendum animabitur, ut ſuam opinionem magis ſuæ menti inſerat, quem librum poſtea interdici continget; iſte liber non eſt retinendus, ſed cremandus, licet dumtaxat unam hæreſim contineat, ita Bonacina de cenſuris in particulari diſp. 2. quæſt. 5. puncto 4. Tamburinus, Filliucius, Layman, Sanchez, Durandus, Fagundez, Card. de Lugo, Suarez, Caſtropalaus, Coninck, Hurtadus de Mendoza, Granadus, Oviedo Ratio eſt, quia Pontifices non dicunt *libros continentes hæreſes* ſed *hæreſim*. Eſto obiter ſit pronunciata inquit Verricelli. Quod ſi auctor compoſuerit plura volumina, & unum ab alio pendeat, vel omnium ſit unicus index, vel volumina unico tomo cōprehendantur, ut unicus tomus ab alio dependeat, Card. de Lugo de fide diſp. 21. num. 56. Fagundez, Oviedo Duardus, Trullench, Diana docent omnes libros eſſe prohibitos, licet in uno dumtaxat ſit hæreſis. At oppoſitum tenent Ugolinus & Verricelli, ita ut ſi aliquis hæreticus ediderit duos tomos de homicidio diviſos in 20. capita & decem prima ſint in primo, reliqua in ſecundo. Si hæreſis ſit in primo poteſt legere ſecundum. Quod probat 4. rationibus.

VI. Quod ſi Elias, Eliſeus, & alii primarii idololatriæ expugnatores libros ſuperſtitioſos gentilium non legerint, ita nec hæreticorum libros legere licet Epiſcopis, undè Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 6. ſcribit Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum, qui floruit circa annum 250. reprehenſum fuiſſe à fidelibus eoquod libros hæreticorum legeret. Videtur tamen olim Epiſcopis licuiſſe, ut patet ex Concilio Carthaginenſi 4. can. 16. & Papa Hormiſda epiſt. 56. ad Poſſeſſorem Epiſcopum, quæ facultas eſt poſtea omnibus Epiſcopis & Cardinalibus revocata, per bullas Julii III. Pauli IV. Pii IV. quas referunt Pegna, Farinacius, Azorius, Duardus, Sanctarellus, Riccius, Suarez, noſter Lezana quæſt. regul. tomo 4. verbo *libri* numer. 28.

Quidam contendunt Inquiſitores non comprehendi in præfatâ revocatione, inter quos Pegna, Ugolinus, Farinaclus, Azorius, Graffius apud Verricelli, Lezanam, & probant ex bullâ Julii III. quæ incipit *Cùm meritata, &c.* quæ id ſupponere videtur. Secundò ex Tamburino in decal. lib. 2. cap. 1. Inquiſitores dant aliis facultatem legendi libros prohibitos. Igitur poſſunt illâ uti Oppoſitum tenent Barboſa de officio & poteſtat. Epiſc. alleg. 60 num 8 Suarez, Ricciullus, Lezana, Leandrus. Licet enim nō comprehendantur in bullis Pii III. Pauli IV. & Pii IV. tamen comprehenduntur in bullis Gregorii XV. Urbani VIII. quas refert Lezana, ibi enim univerſaliter revocantur facultates quibuſlibet perſonis conceſſæ. Regulares etiam carere facultate libros hæreticos legendi, idem Lezana docet lib. 1. quæſt. regul. cap 28 numer. 96 & tomo 3. Theolog. tract. 1. de fide quæſt. 6. Carena, Verricelli. Undè Sophronius cap 46 refert Beatam Virginem ingredi noluiſſe ad quendam Monachum, quia habebat apud ſe libros Neſtorii. & cap. 48. & 49. ait hæreticos fuiſſe divinitus prohibitos nè intrarent Chriſti ſepulchrum. Uſus librorum hæreticorum eſt etiam prohibitus infidelibus baptizatis. Sophronius non dicit Neſtorii librum fuiſſe lectum, ſed tantùm retentum, quia retinendo incurrit cenſuram, ut patet ex bulla Cœnæ caſu 1. *Scientes, legentes aut retinentes.* Et bullâ indicis a Pio IV. edita. *Qui libros hæreticorum legerit, habuerit, &c.* Addunt Graffius. Sayrus, Ugolinus, Sanchez, Fagundez hanc cenſuram etiam extendi ad eos qui retinent, ſivè in ſuâ, ſivè in alienâ domo, ſivè ſuo proprio nomine. ſivè alieno.

Layman lib. 2. tract. 1. cap. 15. num. 7. Duardus Verricelli, Fagundez, Ugolinus docent, quod eadem cenſurâ afficiuntur bibliopolæ, retinentes libros ad vendendum, vel compingendum illos, Fagundez, Sanchez, Ugolinus aiunt eâdem cenſurâ affici qui tantùm retinent ad ornandam bibliothecam. Addit Fagundez ab ea cenſura non excuſari, niſi VIII.

ſit

ſit metus mortis. Duardus ſcribit etiã innodari nautas, commodatorios, depoſitarios, cauponas, ſtabularios, qui quocumq; modo libros hęreticos retinent, ſivè ut vendant ſivè donent, ſivè locent, ſivè legãt, ſivè non. Item qui retinent libros hæreticos licet compoſitos idiomate cujus ſunt ignari. Eidem favent Tamburinus, Pellizarius, Sanchez. Ratio eſt, quia ideò Sedes Apoſtolica vetat retineri, vel apud aliquem eſſe, ut funditus & penitus extermінentur hæreſes. Fagundez aſſerit excommunicationem incurri ab iis qui retinent partem libri ſi illa pars tractet de religione vel hæreſim contineat. Quod ſi non contineat incurritur dumtaxat cenſurâ indicis non autem bullæ. Verricelli putat bullam Cœnæ militare contra libros Catholicos in indice prohibitos, quos etiam Pius IV. excommunicat his verbis *eos habentes*.

IX. Tamen Fagundez excuſat eos, qui tantùm retinent aliqua folia libri hæretici prohibiti, item eos, qui brevi tempore. Idem aſſerunt Lugo, Oviedo, Gaſpar Hurtado, Caſtropalaus, Tamburinus, Duardus, Sanchez, Layman. Eximuntur à cenſurâ qui retinent notabili tempore, ſed animo dandi Inquiſitoribus, quos nequeunt commodè convenire, ſed expectant opportunitatem. ita Cardinalis Lugo, Fagundez, Oviedo, Tamburinus, Graſſius, Duardus, Sanchez, Sayrus. Idem Lugo & Oviedo negant cenſuram incurri à ſervo detinente juſſu Domini habentis facultatem legendi. Verricelli excuſat eos qui expectant facultatem legendi illum. Pari modo excuſantur qui non legunt, nec permittunt ab alio legi. Verricelli etiam excuſat eum qui dat, vel vendit librum hæreticum habenti facultatem legendi.

X. Obiter Duvallius 2. 2. quæſt. 7. art. 3. §. 4. & 5. de pœnâ hæreticorum, ubi non viget Inquiſitio Epiſcopos poſſe legere libros hæreticos. Patet ex Concil. Carthag. 4. ubi ſermo eſt de libris Arianorum & Neſtorii (quod extendi poteſt ad alios hæreticos ob rationis identitatem.) Idem ſcribit non licere Theologis etiam doctiſſimis hæreticorum libros legere, quia Eccleſia id prohibet ſub pœnâ excõmunicationis latæ ſententiæ in bullâ Cœnæ & Pii IV. Quæ tamen cenſura & reſervatio non obligat in Galliâ, quæ bullas illas non recipit, eorum tamen lectio prohibetur ſub peccato mortali ab Epiſcopis, Parochis, & Concionatoribus. Legentes abſolvi poſſunt à Confeſſoribus approbatis, modò polliceantur abſtinere. Nec refert quod quidam ſint docti & pii, multi enim ex illis errarunt & opera eorum ſunt in indice librorũ prohibitorum, ut Claudii Spencei, Alberti Pighii, ex lectione librorum Calvini. Olim Ruffinus, Ammonius, Palladius & alii ex lectione librorum Origenis. Licet finis ceſſaret in nonnullis viris Theologis: tamẽ abſolutè generaliter non ceſſat, quia eſt generaliter lata tam in doctos quàm in indoctos.

CAPUT XXVII.

An & quis poſſit concedere facultatem legendi libros Hæreticorum.

SAnctum Eliam Prophetam conceſſiſſe Hebręis & Filiis Prophetarũ, qui in ſuis collegiis vivebãt licentiam legendi libros ſuperſtitioſos Baalitarum non conſtat: nec etiã conceſſurum in ſecundo ſuo adventu ut fideles legant libros Antichriſti & ſequacium, vel Hebræorum obſtinatorum immediatè præcedentium ultimum Chriſti Judicis tribunal ex nulla ſcriptura colligi poteſt. Exiſtimo enim habiturum eandem facultatem & auctoritatem quâ pollent moderni Romani Pontifices vel ſaltem Epiſcopi, cùm ſit immediatè mittendus à Deo, juxta illud divinũ Malachiæ oraculum cap. 4. verſ. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, &c.* Ita ut quemadmodum Romanus Pontifex, ut ex noſtris docent Thomas Waldenſis tomo 1. lib. 2. art. 3. cap. 41. Lezana tomo 3. Theolog. Scholaſt. tract. 1. de fide diſput. 8. quæſt. 5. & alii ab I.

eo

eo citati tam Patres, quàm Controverſiſtæ & Theologi. Vel ſicut Epiſcopi ſunt jure divino inſtituti, ut docent Cardinalis Bellarminus de controverſiis Chriſtianæ fidei tomo 1. controv. 3. generali lib. 4. de Rom. Pontifice cap. 35. Major, Mauritius de Alzedo, Petrus Duenuas, Barbatius, Barboſa de officio & poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 1. num. 8. Gregorius Lopes, Covarruvias, Gigas, Suarez, Valentia, Camillus, Borellus; Henriquez, Guilelmus Rodoanus, Didacus de Arteio ab eo citati. Et patet ex textu cap. *in nove*, cap. *videntes*; 22. quæſt. 1. conc. 2. Sic Eliaa jure divino propheticam habuit auctoritatem, habiturusque eſt in fine mundi Apoſtolicam, ut patet Apocalypſis cap. 11. verſ. 3. quæſt. 9. numer. 69. & ſeq. At Romanus Pontifex poteſt dare facultatem legendi libros prohibitos in bullâ Cœnæ. Ita Navarrus lib. 1. conſil. tit. de conſtit. conſil. 1. quæſt. 36. Farinacius, Duardus, Azorius, Fagundez, Verricelli, Suarez: Quos ſequitur noſter Lezana tomo 4. quæſt regul. verbo *libri*, & tomo 3. Theolog. Schol. tract. 1. de fide quæſt. 7. & alii ab eo citati.

II. Cardinales vacante Sede ſi urgeat neceſſitas graviſſima poſſunt dare facultatem legendi libros prohibitos, ita Suarez, Sanchez, Palaus, Cardinalis de Lugo apud noſtrum Lezanam tomo 3. Theol. Scholaſt. jam citato. Patet. 1. ex cap. *ubi periculũ*, de elect. Clem. *ad Roman. elect.* Ratio eſt, quamvis enim omni tempore eam auctoritatem nequeant ſibi arrogare, tamen ſtante tali neceſſitate poſſunt. Legati vel Nuncii præfatam concedere poſſunt, ſi in litteris ſuis Apoſtolicis illam expreſſam habeant.

III. De Inquiſitoribus aliqui negant eos poſſe legere libros in bullâ Cœnæ prohibitos. Ita Carena de S. Officio part. 2. tit. 10. num. 13. Sanchez Barboſa de officio & poteſt. Epiſc. alleg. 90. Ricciullus, Sanctatellus, Suarez. Affirmant & probabilius Farinacius quæſt. 180. Duardus, Pegna, Vericelli ſupra. Probatur primò, quia Julius III. in bullâ, quæ incipit *Cum meditatio, &c.* Sacra Congregatio S. Officii quæ fit coram ipſo Papâ, poteſt ut patet in bullâ Gregorii XV, quæ incipit *Apoſtolatus*, data anno 1623. Et Urbani VIII. in bullâ etiam *Apoſtolatus*, data anno 1631. quibus (inquit noſter Lezana tomo 1. quæſt. regul. cap. 18. num. 96.) revocantur omnes facultates conceſſæ quibuſcumque perſonis tam regularibus, quàm ſœcularibus. *Cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, qualitatis, & præminentia, etiam ſpeciali notâ & mentione dignus.* Nonnulli inter quos Laurentius de Peirinis tomo 2, privileg. Minimorum in conſtitutione 9. Pauli V. num. 9. aſſerunt præfatis cõſtitutionibus Gregorii XV. & Urbani VIII. revocari dumtaxat licentias particulares legendi ejuſmodi libroa, non autem privilegia Regularibus conceſſa. Contrà (inquit Lezana jam citatus) in prædictis conſtitutionibus revocantur facultates conceſſæ etiam per *Litteras Apoſtolicas & aliter quomodocumque*, ubi videntur etiam privilegia comprehendi, ideò ſecuriorem exiſtimat ſententiam aſſerentem præfata privilegia à Sixto IV. conceſſa Ordinibus Prædicatorum & Minorum, & à Pio V. & Gregorio XIII. Societati Jeſu eſſe revocata, licet oppoſita ſit forſan ſpeculativè etiam probabilis, modò conſtet prædictas conceſſiones non eſſe factas vivæ vocis oraculo, aliàs eſſent protſus invalidæ.

IV. Noſter Urbanus ab Aſcenſione in ſuâ Theologiâ morali tract. 1. cap. 32. lectionem librorum hæreticorum habitâ ratione uſus Galliç exiſtimat jure poſitivo humano non eſſe in illo regno prohibitam, ſed ſolo jure naturæ & præcepto charitatis erga ſeipſum, quod prohibet, nè quiſquam volens ſe periculo ſalutis aut peccati exponat, ſicut fit ab eo, qui legit ſcienter librum hæreticum, quo forte adduceretur ad diſcredendum alicui puncto fidei, aut de illo dubitandum, vel etiã præcepto charitatis erga proximum ſi puſillus indè poſſit ſcandaliſari. Quocirca nulla exindè cenſura incurritur, eo quod lex humana dictam lectionẽ prohibens non ſit recepta in Galliâ, quod patet tum ex cõmuni omnium

praxi

praxi, tum quia nec S. Officiũ ibi viget, nec correctiones librorum hæreticorum fieri procurantur ab Epiſcopis, ſed quiſque illas ſibi aſſumit, & per ſeipſum corrigit, quæ tamen omnia & ſimilia in indice Romano fieti debere ſupponuntur antequam obligatio legis illius vigere poſſit. Nihilominus examinatâ declaratione Sacræ Congregationis quam refert Carena de officio S. Inquiſitionis part. 2. tit. 10. §. 1. Patet ex praxi communi & ſtylo Curiæ, & Doctoribus, quos referunt ſupra citati, & noſter Lezana tomo 3. Theol. Schol tract. 1. de fide quæſt. 6.

V. Olim Epiſcopi & Inquiſitores poterant dare facultatem legendi libros Catholicorum prohibitos propter hæreſim, vel ſuſpicionem hæreſis, vel propter ſcholia & annotationes continentes hæreſim, Ita Reginaldus, Bonacina, Tamburinus, Farinacius, Baldellus, Pegna, Azorius, Caſtropalaus apud Verricelli ſupra. Patet primò ex 2. regulâ judicis, & instructione Clementis VIII. his verbis. *Si qui erunt qui librum unum aut plures ex prohibitis, qui ad praſcriptum regularum permitti poſſunt, certâ aliquâ ex causâ poteſtatem ſibi retinendi, aut legendi fieri ante expurgationem deſiderent, concedenda authoritatis extra urbem erit penes Epiſcopum aut Inquiſitorem, Romæ penes Magiſtrum ſacri Palatii.* Nunc verò præfati Epiſcopi & Inquiſitores nequeunt ullam facultatem dare legendi libros prohibitos, etiam nec propter hæreſim, nec propter ſuſpicionem hæreſis, ita Baldellua Verricelli, Lezana tomo 1. quæſt. reg. cap. 18 num. 69. Patet ex bullâ Urbani VIII. quæ incipit *Apoſtolatus, officium*, 2. Aprilis anno 1631. quas omnes facultates aliàs cõceſſas revocat his verbis *quorumcumq; librorũ quomodocumque prohibitorum.* Quæ verba innuunt licentias reſervatas eſſe Congregationi S. Officii habendæ coram ſummo Pontifice.

VI. Ex quibus patet Epiſcopos & Inquiſitores non poſſe dare facultatem legendi libros vetitos in bullâ Cœnæ, ita Duardus lib. 3. can. 1. Tamen ſi gravis neceſſitas urgeat legendi tales libros, in quâ Sedes Apoſtolica non poſſet conſuli, Epiſcopus talem licentiam impertiri poteſt, & poſtea ſummum Pontificem conſulere, ita Verricelli ſupra tit. 14. ſect. 12. noſter Lezana tomo 4. quæſt. regul. verbo *libri*, num. 28. & tomo 3. Theolog. Scholaſt. tract. de fide quæſt. 6. Ratio eſt: quia ex communi ſententiâ poteſt Epiſcopus circa caſus Pontificis quidquid poteſt Pontifex. Igitur & concedere talem facultatem in caſu neceſſitatis urgentis Extra quem caſum neceſſitatis Epiſcopi & inquiſitores nequeunt dare facultatem legendi libros non ſimpliciter prohibitos ſed ſuſpenſos, ita Rota, Joannes Andræas, Archidiaconus, Farinacius, Verricelli ſupra in fine, noſter Lezana tomo 1. quæſt. Regul. cap. 18. num. 96. Ratio eſt, quia particula *quomodolibet* comprehendit omnem modum etiam impropriè ſumptum. Cùm verò Congregatio S. Officii dat facultatem legendi libros prohibitos, illam limitat ad ſeptennium. Quidam contendunt, quod eo elapſo poſſit extendi ad alterum ſeptennium per Nuncios Apoſtolicos pro exiſtentibus in ſuo diſtrictu. Alii poſſe etiam per Epiſcopos, maximè in Germaniâ. At tutius eſt procurare præfatam extenſionem ad aliud ſeptennium à Sacrâ Congregatione S. Officii, quã praxim ſecutus ſum. Cum enim Romæ anno 1658. ſexto nonas Maii Pontificatus Sãctiſsimi Alexandri VII. anno 4. obtinuiſſẽ illam renovari ſeu extendi curavi anno 1667. octavo Calendas Januarii anno primo Pontificatus Clementis IX.

Diſtinctione utitur Duvallius 2. 2. quæſt. 7. art. 3 §. de *de quartâ & quintâ hæreticorum pœna*, in fine, dicens duo eſſe genera librorum prohibitorum. Alii enim ſunt argumenti Theologici & Hæretici, Epiſcopus nequit dare facultatem hos legendi. Licet fortè horum librorum auctor non ſit Hæreſiarcha, ſed tantùm ſimplex hæreticus: tamen eo ipſo, quo eſt argumenti hæretici, & eſt periculum ut ejus lectione aliquis ſeducatur, reſervatur Papæ, vel Legatis aut Nunciis ejus licentia. Ratio eſt quia interdum iſti libri ſunt elaborati magis induſtrioſè VII.

ſtriosè faciliusque ſe inſinuant animis, quàm libri Hæreſiarcharum, ut patet in Luthero, cujus diſcipuli elegantius & accommodatius ad decipiendum ſcripſerunt. Alii libri ſunt prohibiti, quorum licet argumentum non ſit hæreticum, tamen aliquibus erroribus ſcatent, ut Commentaria Melanchthonis in moralem philoſophiam Ariſtotelis, & ſimiles: & hi libri ſunt duplicis generis. Nam quidam ſunt editi ab Hæreſiarcha, ſeu qui novas hæreſes excogitavit, vel excogitatas, ſeu inventas acriter propugnavit. Alii ab hæreticis ſimplicibus, vel etiam à Catholicis, quibus in ſcribendo quidam errores obrepſerunt. Pro priorum lectione quidam putant recurrendum eſſe ad Sedem Apoſtolicā, pro poſteriorum lectione exiſtimant facultatem ab Epiſcopo eſſe poſtulandam. At præfatus Duvallius cenſet exemplo eruditiſſimorum virorum, & conſuetudinem Galliæ utrorumque legendorum licentiam in Galliâ ab Epiſcopo poſtulandam eſſe.

VIII. Idem ait quod quando incunda eſt diſputatio cum hæreticis ad horam (ut vocant) probabile eſſe Epiſcopū in conflictu poſſe licentiam legendi libros argumenti hæretici dare viris eruditis & litteratis, licet præfati libri ſint compoſiti ab Hæreſiarchis, ſeu hæreticorum antelignanis. Per horam non tantùm intelligit tempus diſputationis, ſed etiam aliquid præcedens, ut poſtea melius conſtet de hæreticis convictis, ſi ex eâ diſputatione ſperetur aliqua utilitas Eccleſiæ, & hoc conformiter ad praxim & morem Galliæ.

CAPUT XXVIII.

Quomodo inter infideles carnibus veſci liceat.

I. SAcra Hiſtoria Regum refert, quod cùm S. Vates Elias eſſet in torrente Carith, verſ. 6. cap. 27. lib. 3. *Corvi deferebant ei panem & carnes mane, ſimiliter panes & carnes*
l. 3. Reg. c. 17. v. 6 *veſperi*. Dyoniſius nomine corvorum intelligit infideles. Eodem capite verſu 13. habetur, quod mulier Sareptana pavit Eliam pane & oleo, quod eſculentum reſtabat ad vitam ejus & filiorum ſuſtentandam. Diximus ſup. ex S. Chryſoſtomo ſerm. de Elia, & aliis mulierem illam fuiſſe gentilem. Quomodò illæ carnes ſeu eſculenta, & poculenta ex ſpeciali ordinatione & providentia divina fuerint Eliæ allata ut patet ex illis verbis verſ. 4. *Corviſq; præcepi ut paſcant te ibi.* Sanctus Chryſologus habet. *Corvis præcipiam.* Idem habet Septuag. & Paraph. Chaldaic. *Corvis præcepi ut alant te ibi.* verſ. 4.
Varablus, *Ego verò corvis mandavi, ut te illic paſcant.* Modò dicit *præcepi*, *mandavi*, modò *præcipiam*. Cajetanus *Præcepi hoc eſt adinſtar præcipientis ordinavi, corvi enim non ſunt capaces præcepti, ſed ordinavit Deus per angelicum miniſterium movendos corvos ad portandum cibum Eliæ.* Vel *præcepi*, ideſt ordinavi Angelos, ut quotidiè moveat corvos. Vel *præcipiam corvis*, ideſt per Angelos movebo corvos. Et verſ. 10. eidem S. Eliæ Prophetæ dixit. *Surge, vade in Sarepta Sidoniorum & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ ut* verſ. 10.
paſcat te. Septuaginta. *Ecce præcepi, &c.* Paraphraſis Chaldaica. *Ecce præcepi ibi mulieri viduæ ut alat te.* Joſephus lib. 8. cap. 13. *Deus enim præceperat illic cuidam mulieri viduæ ut cibum ei præberet.* Hugo Cardinalis per *præcepit* intelligit inſpiravit, item intelligit charitatem, quâ prædicta moveretur ad alendum S. Prophetam Eliam ſuum Miſſionarium. *Charitas* (inquit) *quam Dominus dedit mulieri præceptum ejus.* Cajetanus verò ait præceptum non fuiſſe inſpirationem, ſed mandatum Angelicum. *Diſpoſui Angelorum miniſterio efficiendum, & intellige Deum quidem per Angelos præcepiſſe, non tamen præceptum tunc perveniſſe ad mulierem.* D. Chryſoſtomus S. Chryſoſtomus.
ſerm. 1. de Elia *Elias in alium tranſire locum jubetur, ut famelicus ipſe famelica viduæ, quæ & Ethnica erat, ſupplex eſſet. Quod hoc conſilio Dominus fecit, nam cum Iudæis interdictum ſit habere commercium cum Gentilibus, volens eum ad miſericordiam provocare prædixit ei futurum, ut à muliere gentili, &*

viduâ

viduâ paſcatur. Qui mox ut audiret Gentilis nomen ab alimento ab ea ſumendo abhorreret, & vel ſic Deum pro effundendo imbre imploraret. Surge (inquit) hinc & vade in Sarepta Sidoniorum. ut præcipiam illi mulieri viduæ ac gentili, ut te paſcat. Elias paſcitur carnibus & pane à corvis qui ſunt figura peccatorũ, ut dicit Hugo, & illas carnes de menſâ Jezabel aſportabant: & à gentili muliere pane, oleo, & aquâ, & tamen Elias hos cibos Elias non abhorret, non reſpondit cum Petro Actor. cap. 10, verſ. 14. *Abſit Domine*
Act. 10. verſ. 14. *quia nunquam manducam omne commune aut immundum.* Nam Nicolaus de Lyra, Tirinus, Salianus, Scrarius, Sanctius in cap. 10. Judith. Theodoretus lib. 3. hiſtoriæ cap. 14. Deorum imprecationibus contaminata erant plurima eſculenta & poculenta, quæ menſis inferebant. Quod cruditè probat Sanctius in Judith. cap. 10, verſ. 14. & 15. Ex Deuteron. cap. 32, verſu 37. Ozee cap. 9. verſ. 3. Actor. cap. 11. verſ. 3. Statio, Virgilio, Arnobio. Undè Daniel. cap. 1. verſ. 8. & ejus ſocii enixè rogarunt nè pollucrentur de menſâ Regis. Quod Judith probè ſciens itura ad Holofernem cap. 10. verſ. 5. *Itaque impoſuit Abra ſuæ aſcopiram vini, & vas olei, & polentam & palathas & panes & caſeum & profecta eſt.* Alii pro *polentam* ponunt *pulmentum*. Item *palathas* vertũt *lapates*. Qui cibus ſecundùm Rabanum, Lyranum, Dionyſium ſignificat cibum ex oleribus confectum. Sed veriſimilior eſt verſio communis, cui conformis eſt Græcus Textus, *palatha* quæ ſignificat maſſam pinguium caricarum & ficuum, quâ frequenter utuntur Syri, ut ait Plinius lib. 13. cap. 5. Eodem libro Judith, cap. 12. verſ. 19. cùm aſſideret menſæ Holofernis exquiſitiſſimis cibis ſtructæ, nullum cibum vel vinum menſæ regiæ ſumpſit, ſed *Accepit & manducavit & bibit coram ipſo ea quæ paraverat*
Cap. 12. verſ. 19. *ei ancilla ejus.* Ideſt prudentiſſima & religioſiſſima mulier ſciens illicitum eſſe Hebræis Gentilium menſę aſſidere, abſtinuit à cibis quos ſervi Nabucodonoſor illi affatim miniſtrabant, contenta iis quos ancilla ſecum domo detulerat. Non ergò Elias abhorret obſequium Corvorum, & mulieris, ſeu Gentilium, animo revolvens id quod reſpondit Dominus Petro. Act. cap. 10. verſ. 15. *Quod Deus purificares te commune nè dixeris.*

Quærimus hic an ſecluſò ſpeciali II.
mandato, ſeu ordinatione divinâ licuiſſet Eliæ in extremâ neceſſitate conſtituto veſci carnibus miniſterio corvorum allatis de menſa Jezabel, ſeu penuario Achab! Item licuiſſet nè poſtulare cibum & potum à Viduâ Sareptanâ (poſitò quod eſſet gentilis) & ab eâ nutriri, dubitando an cibi illi qui miniſtrabantur eſſent de idolothitis. D. Thomas in 4. diſt 38. quæſt. 2. art. 4. ad 3. ait veſci de idolothitis non eſſe intrinſecè malum, ſeu jure naturali. *Non tamen* (inquit D. Thomas citatus) *aliquis debet ſe dimittere fame mori, antequam cum ſcandalo idolothitum comedat, quia injiceret ſibi manus, & ſic cum malo pœnæ adjungeretur malum culpæ.* Ei ſubſcribunt Altiſiodorenſis, Vaſquez, Salas, Hurtadus, Cardinalis de Lugo, Verricelli tract. de miſſionibus Apoſtolicis. Noviſſimè noſter Lezana tomo 3. Theologiæ tractat. 4. de prudentiâ, fortit. & gratiis gratis datis, quæſt. 5. de gulâ. Probatur primò ex Apoſtolo 1. Corinth. cap. 10. verſ. 26.
Omne quod in macello venit manducate *1. Corin.*
nihil interrogantes propter conſcientiã; 10. v. 26
Domini eſt terra & plenitudo ejus. Verſ. 27. *Si quis vocat vos infidelium,* *verſ. 27.*
& vultis ire, omne quod vobis apponetur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Doctè & appoſitè D. Thomas lect. 6. *Superius monuit cavere ab idolothytis, & poſuit quadru-* D. Thom.
plicem rationem ſuæ monitionis. Hic tertiò docet modum cavendi à prædictis oſtendendo quomodo liceat edere, & quomodò non. Primò ergò oſtendit an liceat edere, ſecundò quando non licet, tertiò quid in utriſque debent attendere. In prima ponit duos caſus in quibus licet idolothyta comedere. Primò quando comedit per ſe, ſecundò quando cum aliis. Vel primus quando neſciret idolis immolatum. Secundus quando non in proximi ſcandalum. In primo caſu primò tangit comedendi licentiam, ſecundò comedendi

præſtat cautelam. Verſ. 26. ibi nihil interrogantes propter conſcientiam. Dicit ergò omne quod in macello venit, ideſt venditur, manducate ſi vultis. Omnis creatura Dei bona, & nihil habet rejiciendum. 1 Timoth. cap. 4. Vos dico nihil interrogantes ſcilicet an ſit idolis immolatum, vel non, & hoc propter conſcientiam aſtantis infirmi, Domini eſt terra. Quaſi dicat hoc ſecurè poteſtis facere, quia Domini eſt terra & plenitudo eius, ideſt omnia quibus terra impletur. Pſal. 49. Quoniam mea ſunt omnes feræ. S. Ambroſius hoc loco, non poteſt eſſe immundum quod Domini eſt, ſed omnes carnes ſunt Domini, ergò de ſe munda & licita. Deindè cùm dicit, ſi quis autem vocat, oſtendit quando licet comedere idolothyta cum aliis, quando ſcilicet dantur in conviviis & ignoratur ab infirmis quod ſint idolis immolata. Ubi implicantur quatuor expedientia cuilibet conviva, ſcilicet nè ſit impudens ſe ingerendo, quod notatur ibi, ſi quis vocat. Quod non ſit offendens in reſpuendo quod notatur ibi, & vultis ire. Quod non ſit oneroſus in petendo, & notatur ibi. Omne quod vobis apponitur. Quod non ſit indiſcretus in loquendo, ibi nihil interrogantes. Si quis ergò infidelium, ideſt gentilium, nam cum Iudæis comedere prohibitum eſt. 28. quæſt. 1. cap. Omnes, ubi ſic dicitur omnes, deinceps ſivè Clerici, ſivè laici Iudæorum convivia vitent, nec eos ad convivium quiſquam recipiat. Quia cùm Iudæi apud Chriſtianos cibis communibus non utantur, indignum atque ſacrilegum eſt eorum cibos à Chriſtianis ſumi. Si quis ergò infidelium ideſt gentilium vocat vos ad cœnam, & vultis ire, ideſt placet vobis invitatio; omne comeſtibile, quod vobis apponitur, manducate, conceſſio eſt, nam Lucæ cap. 10. Manducate quæ vobis apponitur, vos dico nihil interrogantes, ſcilicet an ſit immolatum idolis vel non, &c. Hæc explicatio ponderari meretur, ſed pauca duntaxat expendamus. *Vos dico nihil interrogantes, ſcilicet an ſit idolis immolatum vel non.* Et paulò poſt ſe ipſum explicans ait. *Hoc ſecurè poteſtis facere quia omnes carnes ſunt Domini, ergo de ſe munda ſunt.* Ideſt non ſunt intrinſecè immundæ, malæ, & jure naturali prohibitæ. Infra. *Quod non ſit indiſcretus in loquendo, ibi nihil interrogantes, &c.* Accuſat indiſcretionis eum qui inquireret an cibi eſſent idolothyta. Denique. *Si quis gentilium vocaret vos ad cœnam, & placet vobis invitatio omne comeſtibile quod vobis apponitur, manducate, &c. nihil interrogantes an ſit immolatum idolis, vel non.* At ſi comeſtio idolothytorum eſſet intrinſecè & per ſe mala, & ex naturali jure prohibita nunquam eſſet licita. Hanc illationem ſuggerit S. Auguſtinus lib. 32. contra Fauſtum cap. 13. *Si natura ipſa immolatitiæ carnis eſſet immunda, utique & neſcientem contaminaret: neque enim eo minus ipſa eſſet, quo minus ab ſciente acciperetur, ſed propter conſcientiam, ne dæmonibus communicaſſe videretur.* Quibus verbis patenter oſtendit idolothyta neſcientē non contaminare, nec in ſe intrinſecè eſſe mala, ſed habere diſſonantiam cum natura rationali, vel eſſe ſigna idololatriæ. Quare ſtando in jure naturali poterant olim à S. Elia & aliis fidelibus ſublato ſcandalo, vel aliâ parvâ circumſtantiâ comedi idolothyta.

Nec D. Auguſtinus huic veritati adverſatur, dum epiſt. 154. interrogatus. *Si Chriſtianus in ipſa multorum dierum famis neceſſitate, in quâ ſibi videt jam mortem proximare, invenerit cibū in idolio poſitum, ubi nullus ſit hominum, & non poſſit invenire alium cibum debet mori aut exindè cibari.* Cui propoſitioni reſpondet. *Si certum eſt eſſe idolothytum melius Chriſtianâ virtute reſpuitur.* Cardinalis de Lugo de fide diſp. 14. ſect. 5. ait S. Auguſtinum loqui tunc cùm eſus ſit vetitus talibus circumſtantiis, ut nequeat ſaltem apparenter à cultu idoli abſtrahi. At hāc reſponſionem non probat Verricelli, cùm edens ſit ſolus & ab omni hominum conſpectu remotus, ob eandem rationem non ſatisfacit reſponſio noſtri P. Lezanç dicentis intelligi debere, quando ex circumſtantiis oriretur aliquod ſcandalum, malum exemplū, aut ſuſpicio, quod comedentes ejuſmodi idolothyta tolerarent idola, aut communicarent cum gentilibus in ipſorum ſacrificiis. Vaſquez non veretur mentem D. Auguſtini improbare III. S. Auguſt.

Vaſquez. probare 1. 2. diſp. 163. num. 32. *Salvâ pace* (inquit) *tanti Doctoris in illo caſu arbitror hominem illum non debere nec poſſe abſtinere ab idolothytis.* Reſpondet Verricelli D. Auguſtinum non ſpectaſſe tam ad idolothytum, quàm idolium. Nam cùm idolium eſſet menſa & altare idolorum carnibus idolo dicatis, in eo veſci evidentem idoli cultum præferebat, licet autem nullus mortalium ibi eſſet, tamen facilè in aliorum notitiam venire poterat, atque ita reliquos ſcandaliſare. Et ideò melius Chriſtianâ virtute reſpuitur, ſed hæc reſponſio non adhuc ſatisfacit, quia ſupponitur non tantùm abſentia perſonalis omnium hominum, ſed etiam notionalis & cognoſcitiva, ita ut nullus unquam illius comeſtionis notitiâ habere poſſit.

IV. Lorca 2. 2. quæſt. 3. art. 2. diſp. 24 mem. 1. ait D. Auguſtinum loqui urgente illâ Apoſtolicâ lege ſeveram tamen proferre ſententiam. At melius meo judicio reſpondet Cornelius in cap. 10. 1. epiſt. ad Corinth. D. Auguſtinum non dicere eſſe illicitum, ſed melius & generoſius factunm. Sic (inquit Victoria relectione de temperantiâ num. 8.) licet Carthuſianus poſſet in extremâ neceſſitate veſci carnibus, tamen abſtinendo ſanctius facit, ita Chiſtiannus ob abominationem idolo abſtinendo melius facit, malens mori quàm eo veſci. Huic reſponſioni favere videtur Divus Aughſtinus lib. de bono conjugali cap. 16. & refertur in cap. *Satius*, 31. quæſt. 4. *Satius eſt* (inquit) *fame meri quam idolothyto veſci*. Satius erit ut Chriſtiani captivi, quos D. Leo epiſt. 79. ad Nicetam cap. 5. ait peccaſſe comedentes immolatitia ex metu, vel famis neceſſitate. *Et ſivè hoc terror extorſerit, ſivè fames non dubitetur pœnitentia abolendum, cùm hujuſmodi cibus pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione ſit ſumptus.* D. Auguſt. Ait peccaſſe licet ex famis neceſſitate comederint, & ſatius fuiſſet illis mors quia ejuſmodi comeſtio in venerationem idoli redundabat, cum more infidelium comederent.

V. Ex quo ſequitur primò, quod ſi Achab, Antichriſtus, vel alius tyrannus prohibeat determinatis perſonis verbi gratiâ, Eliæ & ſequacibus in carcere conſtitutis nullos alios cibos, quàm immolatitios miniſtrari, hoc caſu tenentur potiùs mortem pati, quàm ejuſmodi Idolothytis veſci. *Si* (inquit noſter Lezana citatus) *iſta comeſtio fiat à tyranno in odium fidei, vel religionis, vel comeſtio cauſet ſcandalum ſuſpicionem in fide, aut aliquod ipſius detrimentum, in tali caſu potius debeat quis fame mori, quàm hos cibos comedere: quia præceptum evitandi ſcandalum ſemper obligat, & præceptum confeſſionis fidei in eâ occaſione.* Lezana. Si enim quis ſit interrogatus ſivè à Tyranno, ſivè ab habente auctoritatem publicam, ſivè à quocumque alio, an ſit Catholicus, & filius Romanæ Eccleſiæ, tenetur manifeſtare, ſeu confiteri fidem; ſi ex taciturnitate vel ſilentio ſequatur aliquid contra religionem Chriſtianam, Dei cultum, aut utilitatem proximorum, ut docent D. Thomas, Suarez, Coninck, Valentia, Palaus, cum aliis apud noſtrum P. Lezanam tract. 10. de virtute fidei diſput. 4. quæſt. 2. Dico tertiò & Philippus à Sanctiſsimâ Trinitate tomo 3. diſp. 4. dubio 8. quia tunc maximè obligat præceptum affirmativum confeſſionis fidei, imò tenetur confiteri fidem; ſi ex ſilentio vel ambigua reſponſione videatur negare fidē, vel illam erubeſcere, ut docent Card. de Lugo, Suarez, Sanchez, Arriaga, Granado, apud Lezanam citatum. Dico quartò, item ſi ex communi doctrinâ fideles coacti à tyranno veſci carnibus diebus prohibitis in odium fidei & religionis, ex quâ comeſtione ſequatur ſcandalum, ſuſpicio in fide, vel aliud comedentis detrimentum, coactus debet potius fame mori, quàm veſci carnibus. A fortiori debet fidelis eligere potiùs mortem, quàm carnes immolatitias edere, ſi urgeatur à tyranno in odium fidei & religionis.

VI. Sequitur ſecundò, nullo præcepto poſitivo aut Eccleſiaſtico hoc tempore prohibitum eſſe eſum immolatitiorum, ſaltem ceſſante ſcandalo: ſed eſſe prohibitum per accidens ſcilicet ratione ſcandali fidelium, vel nè infideles cōfirmentur in ſua idololatria

exiſtimantes comedi in honorem idolorum, ita Cajetanus, Lorca, Remigius apud Toſtatum tomo 4. in Matthæum in cap. 15. quæſt. 40. Cornelius in epiſt. 1. ad Corinth. cap. 8. in principio, & in cap. 10. verſ. 28. Verricelli, noſter P. Lezana citatâ quæſt. 5. de gulâ, & alii apud ipſum. Quamvis enim Actor. cap. 15 verſ. 29
Act. 15. *verſ.* 29 Apoſtolus dicat. *Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, &c.* Ideſt (inquit P. Lezana) ab hujuſmodi idolothytis, idque fuerit repetitum in Concilio Grangreoſi cap. 2. & Aurelianenſi 3. cap. 19. Tamen ut idem notat ibidem, & tomo 2. tract. 6. diſp. 5. quæſt. 4 in fine, & ante ipſum Cornelius à Lapide in 1. epiſt. ad Corinth. cap. 8 verſ. 12. Illud præceptum eſt impoſitum gentilibus, ut pacem foverent cum Judæis recenter converſis, qui eſum ciborum ejuſmodi averſabantur: qui finis hoc tempore ceſſat. Undè illa Concilia provincialia non videntur intelligenda, niſi cùm ex tali eſu reſultat ſcandalum, malum exemplum, prava ſuſpicio. Et confirmat Verricelli hac ratiocinatione evidenti. Poſt illud Cōcilium Apoſtolicum Paulus ſcripſit ad Corinthios (ut concedit Vaſquez qui contrarium affirmat.) Ergo ſi in Concilio Apoſtolorum fuiſſent idolothyta univerſali lege prohibita, Paulus 1. Corinth. cap. 10. verſ. 15. non
1. *Cor.* 10 *verſ.* 25. potuiſſet dicere. *Omne quod in macello venit manducate nihil interrogantes.*
D. Thom. D. Thomas lect. 6. *Nihil interrogantes ſcilicet an ſit idolis immolatum, vel non, &c.* Notat item D. Auguſtinus in inchoata expoſitione ad Romanos cap. 8. quod caro immolatitia tunc vendebatur in macello. Si enim lex prohibuiſſet univerſaliter immolatitia, non licuiſſet Chriſtianis abſque peccato veſci omnibus, quæ in macello vendebantur, ſi vel certi, vel dubii fuiſſent quod vendebantur immolatitia, ſicut licet Chriſtus dixerit Apoſtolis Lucæ cap. 10. verſ. 8. *Comedite quæ apponuntur vobis.* Tamen feriâ 6. tenemur interrogare an illi cibi appoſiti ſint ex carnibus, & ſi certus ſum vel dubito, abſtinere teneor. Idem dicendum de immolatis ſi præceptum Apoſtolicum abſolutè prohibuiſſet, fuiſſet univerſale, etiam ſublato ſcandalo oporteret ab illis idolothytis abſtinere.

Sequitur tertiò quod ſi Pater noſter Elias in fine mundi veſcatur carnibus, quod credibile non eſt, nam noſtram primitivam regulam quoad abſtinentiam à carnibus mordicus obſervabit. Si ejus adjutores & infideles aliqui converſi carnes comedant, tunc abſtinebunt ab immolatitiis & ſuffocatis, & illis iterùm injungetur illud Actor. cap. 15. *Vt abſtineatis ab immolatis ſimulachrorum*, quia tunc debebunt convivere Judæis cōverſis, juxta illud Malachiæ cap. 4. VII.
verſ. 6. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini, & convertet cor Patrum ad filios & cor filiorum ad Patres eorum.* Vel *Malach.* c 4 v 6.
juxta dictum Chriſti Matthæi cap. 17. verſ. 11. *Et reſtituet omnia.* Undè cùm Judæi immolatitiorum & ſuffocatorum eſum maximè averſentur pro pace cum illis habendâ debebunt ab illis abſtinere, nec poterunt promiſcuè emere omne quod in macello venditur, ſi in illis vendantur immolatitiæ carnes. *Mat.* 17 *verſ.* 11.

CAPUT XXIX.

An & quando liceat veſci carnibus humanis.

LIb. 4. Regum cap. 6. verſ 28 refertur quod dum Benadab rex Syriæ obſideret Samariam tanta accidit fames, ut ad eſum carnium humanarum aliquos adegerit, inter quos duas mulieres, ex quâ comeſtione jurgium hoc ſecutum eſt. *Mulier iſta dixit mihi da filium tuum ut comedamus eum hodie, & filium meū comedemus cras. Coximus ergo filium meum & comedimus, dixiq; ei alterâ die, da filium tuum ut comedamus eum: quæ abſcondit filium ſuum.* Non unam Matrem prolem ſuam comediſſe præ fame, ſed plures narrat Joſephus de hac lib. 9. antiq. Judaicarum cap. 4. *Tunc illa feciſſe* I. *l.* 4. *Reg.* 6. *v.* 28.

feciſſe ſe dixit cum altera muliere vici-
Ioſephus. *na & amica ſua hanc pactionem, ut quoniam fames & inopia talis eſſet interficerent filios ſuos utraque maſculos, & ſingulis diebus comederent eos. Et ego (inquit) meum occidi, & præterito die meum ambæ comedimus, hæc autem non vult hoc facere, ſed pactum tranſcendit & filium ſuum nè comedatur abſcondit.* Id luculenter refert & exaggerat Divus Auguſtinus ſerm. 211. de tempore, & de hac fame fusè diſſerit. Divus Hieronymus in cap. 2. Thren, Jeremiæ eandem hiſtoriam etiam refert, & aliam adjicit. *Sic quoque & in*
S.Hieron. *captivitate ultima Romanorum ſub Tito & Weſpaſiano Principibus, mulier quædam ex plebe trans Iordanem habitantium incolarum nomine Maria, Eleazari filia, genere ac divitiis nobilis cum alia multitudine Ieroſolymam recepta cum cæteris obſidebatur. Vbi cum à raptoribus rebus omnibus & victualibus expoliata fuerat. Ad extremum neceſſitate famis urgente proprium filium lactantem interfecit, partemq́ ejus coquens comedit, partem verò ad comedendum reſervavit. Vndè & nidore aſſata carnis ipſi raptores excitati, cùm factum reperiſſent nimis exhorreſcentes receſſerunt.* Hujus etiam immanitatis meminit Hegeſippus lib. 1. de excidio Jeroſol. cap. 44. Joſephus & alii cum D. Auguſtino lib. 3. de civit. cap. 20. Valerius Maximus lib. 7. cap. 6. ſcribit tempore famis tantam fuiſſe rabiem in Hiſpaniâ, ut vix Matres fœtum ediderant utero, quin præ famis rabie adhuc utero redderent. Eandem inhumanitatem Romæ contigiſſe refert Zozimus lib. 6. Hiſtoriæ, cùm enim Rex Alaricus eam gravi obſidione premeret, lactantes Matres in proprios infantes deſævierint. Eam ibi calamitatem ita deplorat D. Hieronymus ad Princip.
S.Hieron. *Hæret vox & verba ſingultus intercipit, capitur urbs, quæ totum cepit orbem: imò fame prius perit quam gladio, & vix pauci qui caperentur, reperti ad infandos cibos, erupit eſurientium rabies, & ſua invicem membra laniarunt, dum mater non parcit filio, & recipit utero, quem nuper effuderat.* Sigebertus anno 849. ſcribit quod fames ita univerſos populos devaſtaret, ut patres dolo filios ducerent ad ſylvas ibiq́ue interficerent, & eorum carnibus veſcerentur. Procopius ait, quòd in Piceno & Æmiliâ eadem rabida fames graſſabatur, ita ut parentes filiorum carnes in dapes converterent. Martinus Cromerus lib. 11. narrat quod apud Sarmatas conſumptis omnibus rebus comeſtibilibus, non tantùm ad eſum carnium deventum eſt, ut vitam tolerarent, ſed etiam liberi in parentes, & parentes in proprios filios ſævierint. Ecce quomodò in pabulum ſuſcepta proles convertitur, ecce quomodò parricidium patratur quam ad funeſtas epulas venatur, quomodò anima artubus elicitur, & matrum viſcera polluuntur, quomodò innocens ſanguis effunditur, ut parentum fames rabida ſaginetur.

Quæritur an præfatæ mulieres edendo proprias proles tempore famis II.
graviter peccarint. Reſpondet Toſtatus quæſt. 31. in cap 10. lib. 4 Reg. affirmativè. Quæritur ſecundò an tunc licuiſſet comedere homines innocentes vel reos mortis occidere ad comedendum. Idem Toſtatus quæſt. 32. reſpondet eſſe abſolutè illicitum; Primò quia repugnat naturali pietati. Secundò quia homines naturaliter horrent veſci carnibus humanis. Undè Ariſtoteles lib. 7. Ethicorum vocat beſtialitatem. D. Thomas 2. 2. quæſt. 142 art. 4. ad 3. docet excedere modum humanæ naturæ. Quæritur tertiò an in aliquo caſu liceat veſci carne humanâ. Reſpondet Toſtatus in aliquo caſu non eſſe inconveniens, modò ad comedendum non præcedant alia mala, ut non occidatur vel procuretur ejus mors. Tunc licuiſſet Samaritanis iſto tempore famis mortis reos occidere, cùm jam nihil omninò haberent quod comederent. Si tamen extitiſſent alii cibi quicumque, vel cadavera animalium non licuiſſet, quia tunc non fuiſſet extrema neceſſitas, quæ urgeret homines ad veſcendum carnibus humanis. Undè ſi filii duarum mulierum, de quibus ſupra, per ſe obiiſſent, licitum fuiſſet illis filiorum carnes comedere, cùm nihil tunc haberent, tamen inexcuſabiles ſunt, quod

illos

illos occiderint. Et licet illa mater, quæ cum aliâ compoſuit ut occideret filium ſuum illā deceperit, non tamen (inquit Toſtatus q.33.) quod nè alia maneret decepta, iſta promiſſa exequi deberet, quia crudelius erat exequi, quàm quod alia maneret decepta, maximè cum culpâ ſuâ deciperetur.

III. Aliquando licitam eſſe comeſtionem carnium humanarum non tantùm Toſtatus ſuſtinet, ſed etiam Cajetanus, Martinus de Magiſtris, Toletus, Navarrus, Bonacina, Layman, Palaus, Megallus, Emmanuel Sa, Leſſius, Sanchez, Fulgoſius, quos ſequuntur noſter Lezana 2.2. tract.4. de prudent. diſput. quæſt. 5. de gulâ contra Azorium, Fagundez, à Victoriâ, à Valentiâ, Paſqualigum. Ratio eſt quia ex communi Theologorum mente, ſi occurrant duæ leges oppoſitæ, illam ſervare oportet quæ obligat ſtrictius. Sed quando neceſſitas extrema urget comedendi & omnes cibi deficiunt, reſtatque dumtaxat caro hominis mortui, vel occiſi: duæ occurrunt leges naturales. Prima ſubveniendi propriæ neceſſitati nè moriatur. Altera non veſcendi carnibus humanis. Legem illam ſervare oportet, quæ ſtrictius obligat. At lex ſubveniendi propriæ neceſſitati ſtrictius obligat quàm pręceptum non veſcendi carnibus humanis. Illud enim præceptum eſt naturaliter reſultans ex charitate, quâ homo debet ſe diligere, non veſci autem carnibus humanis à temperantiâ: ſed charitas eſt nobilior virtus quàm temperantia. Deindè paſſim pro curandis vulneribus, & roborandis nervis Chirurgi utuntur momiâ, quæ nō eſt aliud quàm adeps ſeu caro quibuſdam unguentis pretioſis delibuta. Præterea exiſtimant ſingulare eſſe medicamentum ad augendas & ſovendas vires alicujus ſenis ſanguinem adoleſcentis vegeti ex ejus vena detrahere, cujus uſum licitum eſſe docent Marſilius, & Fecinus, aliique Medici. A fortiori in extrema neceſſitate conſervandæ vitæ licitus erit eius carnis humanæ non mactatæ ad ſortem, ut refert Seneca lib. 1. de ira cap. 20. Herodotus lib 3. de exercitu Perſico. Cujus cum Rex Cambyſes partem amiſiſſet, reliqui exercitus decimam partem ſortitò comedi juſſit, ipſeque timuit, nè etiam vocaretur ad ſortem non ſervorum, vel captivorum, ut Sabellicus lib. 9. Enneade 4. refert de ſtipendiariis Carthaginenſibus, poſt primum bellum Punicum ſeditione motâ, ita ad extremum periculum res Carthaginenſium deduxerat, ut primò captivorum, deindè ſervorum corpora crudeliter abſumpſerint. Multò minus licita eſt manducatio carnis humanæ ſponte occiſæ, ut Procopius narrat accidiſſe ſub Juſtiniano, cùm Gothi in dies premerent Beliſarium urbis defenſorem, Romani ad tantam egeſtatem devenerunt, ut duæ mulieres ſæpè eorundem hominum occiſorum cadavera abſumpſerint. Et Æmilius lib. 3. ſcribit, quod apud Auglos ſub rege Guilelmo aliqui ad extremam omnium rerum redacti miſeriam vicinorum pueros furabantur, rapiebant, & devorabant. At licita eſt manducatio modò non occidatur homo, vel ejus occiſio non procuretur. Non tamen licet exponere venales coctas vel crudas, ut Robertus Abbas in Chronico anno 1146. refert contigiſſe in territorio Lingonenſi, in quo carnes humanæ coctæ publicæ vendebantur. Hoc enim nimis ab humanitate alienum eſt.

IV. Cœterùm etſi eſus carnis humanæ ſit intrinſecè malus contra ordinem præſcriptum à naturâ, ſeu præceptum prohibens ſit de jure naturali, cùm carnes humanæ non ſint à naturâ ordinatæ ad eſum, & ea, quæ ſunt intrinſecè mala nunquam ſint licita in quacumque neceſſitate, ut patet in mendacio, can. *Nequis*, can. *Omne genus*, can. *Si quis*, 2. 2. quæſt.2. Tamen quando occurrit cum præcepto ſtrictiori, quale eſt illud de conſervatione vitæ, quod eſt naturale & divinum, procedens ex charitate iſti cedit, deindè ſicut aliqua præcepta naturalia non obligant in caſu extremæ neceſſitatis, ut obſervatio voti, reſtitutio rei alienæ, depoſiti redditio, & ſimilia: ſic etiam nec prohibitio veſcendi carnibus humanis. Quare ſi quis à tyranno cogeretur veſci carnibus humanis

Digitized by Google

humanis, vel mori, poſſet ad vitandam mortem illis veſci, quia hic metus mortis ab intrinſecâ cauſâ procedit, & ab extrinſecâ neceſsitate, ita P. Lezana ſupra, notans diſparem eſſe rationem hujus caſus, & illius, quo ſcilicet in odium religionis præciperet eſum carnium, ſin minus mortē minaretur. Tunc enim ex eodem Lezana, & Paſqualigo teneretur fidelis potius ſubire mortem, quàm illis carnibus veſci.

CAPUT XXX.

Si aliquis Tyrannus minatus fuiſſet exilium, vel mortem, caſu quo non procuret cœlitus aliquod miraculum, an liceret Viro Apoſtolico illud poſtulare à Deo.

I. QUamvis omnibus notum ſit S. Eliam & plurimos Viros Apoſtolicos innumera miracula patraſſe in confirmationem fidei, & ut inducerent mundum idololatriis & hæreſibus pollutum ad veram fidem amplectendam, ut paſſim docent Patres & Theologi. Difficultas eſt, an ſi Achab vel ſimilis Tyrannus edicto publico, vel privatâ juſſione coegiſſet illos ſanctos viros ad ejuſmodi, vel ſimilia miracula edenda, alioqui pœnis comminatis afficerentur, patere debuiſſent. Quæ difficultas ita ſolvenda eſt. Grave peccatum committunt, qui abſque divinâ inſpiratione, neceſſitate vel utilitate poſtulant miraculum à Deo. Ita D. Auguſtinus lib. 15. de civitate cap. 19. lib. 22. contra Fauſtum cap. 36. & lib. 10. confeſſ. cap. 35. Quem ſequitur D. Thomas 2. 2. quæſt. 97. art. 1. & 2. Ratio eſt, quia hæc petitio eſt temeraria, quæ vocatur tentatio Dei, ſi fiat ut probetur Dei potentia, bonitas. Audi S. Auguſtinum citato cap. 35. libr. confeſſ. *Hinc etiam ipſa religione Deus tentatur, cùm ſigna & prodigia flagitantur, non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderantur. Vel eſt peccatum præſumptionis ſi quis ſine neceſſitate omiſſis mediis naturalibus credat quod exaudietur à Domino.* Dicit *abſque divinâ inſpiratione.* Quia ſi ex ſpeciali inſtinctu Spiritus ſancti poſtuletur aliquod miraculum, etiam nullâ exiſtente neceſſitate, non eſt peccatum. Ita Suarez de Religione tomo 1. tract. 3. lib. 1, cap. 2. dicens. *Adeò excellentem & ſupernaturalem eſſe hanc petitionem, ut ſine ſpeciali Dei motione fieri rectè nequeat.* Igitur poſitâ ſpeciali motione Dei poteſt rectè poſtulari. D. Auguſtinum ſequitur Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 34. Leſſius lib. 2. cap. 45. Per divinam autem motionem D. Gregorius dialog. cap. 48. D. Auguſtinus lib. 6. confeſſ. cap. 13. intelligunt quendam intimum ſaporem quo Deus ſe interius loquentem exhibet: talem ſaporem experiebatur D. Bernardus, quando miracula edebat. Tunc autem motio, ſeu inſpiratio eſt vera, quando anima à ſolâ Dei gloria movetur, & credit ſe à divinâ bonitate abſque ullâ hæſitatione exaudiendum. Quod ſi Sanctus ſentit ſe à Deo donatum dono miraculorū, ſeu gratiâ ſanitatum, licet non appareat gravis neceſſitas poteſt à Deo petere piè miracula ad Dei gloriam & proximi ſalutem, ita Maldonatus in cap. 10. Matthæi explicans illa verba verſ. 8. *Infirmos curate.* Subdit. *Quaſi dicat, nè parcatis miraculis, facite quotieſcumque ad perſuadendum aut neceſſarium aut utile judicabitis.* Illi ſubſcribit Verricelli tractat. de Apoſtolicis Miſſionibus, tit. 1. de fide, quæſt. 36.

Etſi nulla præceſſerit inſpiratio poteſt ex hiſtoria Eliana, huic poſt triennalem ſiccitatem dixit Deus lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 2. *Vade oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ. Ivit ergo Elias, ut oſtenderet ſe Achab.* Et priuſquam Regi Achabo proximam pluviam futuram prædiceret, verſ. 41. *Aſcende, comede & bibe, quia ſonus multæ pluviæ eſt.* Jubet congregari univerſum populum in monte Carmelo, Prophetas Baal & Lucorum, curat extrui hinc indè, & componi victimam ſuper altare, ut II. *l. 3. Reg. 18. v. 2.* *verſ. 41.*

igne cœleſti abſumatnr, dicens Baali- verſ.24. tis verſ. 24. & ſequentibus. *Invocate nomina Deorum veſtrorum & invocabo nomen Domini Dei, & Deus qui exaudirit per ignem ipſe ſit Deus.* Quid agis ô Elia? cnr convocas totam illam plebem in Carmelum? cur jubes etiam acceriiri Baalitas? enr ais. *Deus qui exaudierit per ignem ipſe eſt Deus.* Deus hoc tibl non præcepit, ſed tantùm nt regẽ adires, & ex parte Dei prædiceres imbrem nberrimum brevi lapſurũ qui totam terram irrorabit. Toſtatus quæſt. 25. reſpondet Eliam hoc dixiſſe motu & inſpiratione divinâ. Toſtatus. *Elias faciebat à Deo motus, ideò ſciebat quod Sacerdotes & Prophetæ Baal non poterãt habere in ſacrificio ſuo, quia Deus impediturus erat dæmones nè operarentur id, quod aliàs facere poterant.* Pondera hæc verba *à Deo motus,* non à ſe. Et infra. *Dicendum poſsibile eſſe, quod Deus verus nollet exaudire Eliam dando ignem, & dæmones prohiberentur à Deo inflammare ſacrificium Baal, tamen Elias ſciebat hoc eſſe impoſsibile, quia Deus diſpoſuerat exaudire per ignem.* Elias igitur ſciebat illam divlnam diſpoſitionem exaudiendl per ignem, ut ipſe innuit Elias verſ. 36. verſ.36. *Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Vatablus. *Quod tuo juſſu omnia hæc fecerim.* Chaldaica Paraphraſis. *Quod in verbo tuo feci omnes res iſtas.* Toſtatus quæſt. 32. Toſtatus. *Elias egit omnia iſta, quia Deus aſſeruit, ut ſic faceret, & non aliquid de corde ſuo.* Quæ verba prævium motum ſeu mandatum Dei ſignificant. Quod idem Toſtatus confirmat quæſt. 33. ſequenti. *Dicendum quod per ignem deſcendentem de cælo conſtabat quod Elias fecerat iſta de mandato Dei.* Et mox. *Non tamen conſtabat quod Elias recepiſſet à Deo iſta in mandatis*: Scilicet populo, aliiſque non conſtabat. Et infra. *Non conſtabat quod Deus juſſerat ei iſta facere.* Vericelli tract. de Apoſtolicis Miſſion. tit. 1. de fide quæſt. 36. *Neque licebit abſque divina motione uſurpare illud* Vericelli. *Eliæ. Deus, qui exaudierit per ignem, ille ſit Deus,* Sed eſto quod Deus non præcèpiſſet iſtud ſacrificium fieri, nec moviſſet Eliam ad probandam veram divinitatem tali medio, tamen adhuc Elias proponere illud poterat, & poſtulare à Deo miraculum pro majore Dei gloria, & proximi ſalute. Id colligo ex verbis citatis. *Et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Septuaginta ex Græco habent. *Et propter te feci hæc omnia.* Ideſt propter honorem tunm.

Quod etiam propter populi ntilitatem aliquis non inſpiratus à Deo poſſit poſtulare miraculum, patet III. verſ.37. verſ. 37. *Ut diſcat populus, quia tu es Dominus Deus, & convertiſti cor eorum iterùm.* Septuaginta ex Græco. *Ut cognoſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus, & tu convertiſti cor populi poſt te.* Vatablus. *Ut populus iſte cognoſcat te ſolum eſſe Dominum Deum, quodque tu tandem reduxiſti cor eorum.* Paraphraſ. Chaldaica. *Ut cognoſcat populus hic cum feceris illis ſignum, quod tu es Dominus Deus, & tu convertiſti cor populi poſt te.* Hebræus apud Cajetannm. *Et tu feciſti vertere cor eorum retro, &c.* Quæ verba idem ſic elucidat. *Cognoſcat etiam populus, quod tu feciſti hoc novo miraculo ut converteretur cor eorum retro ab idololatriâ, in quâ ambulabat, & in hoc petis converſionem populi ad verum Deum.* Potuit etiam petere miraculum, nt oſtenderet ſe non eſſe Pſeudoprophetam, ſed veri Dei cultorem. Ut patet ex præfatis verbis. *Hodie oſtende, &c. Et ego ſervus.* Toſtatus quæſt. 32. *Etiam oſtendebatur in hoc, quod Elias erat ſervus Dei, quia dato, quod verus Deus potens eſſet ad fa-* Toſtatus. *ciendum omnia hæc, ſi tamen Elias non eſſet ſervus ejus non mitteret ignem de cælo ad preces ipſius.* Cajetanus concludit. *Oravit itaque, primùm pro honore Dei, deindè pro teſtimonio ſui, tertiò pro converſione populi.*

Toſtatus quæſt. 33. ſcribit. *Dato* IV. *quod mandaſſet Deus facere hæc, ſed ipſe feciſſet ſacrificium de corde ſuo, & oraret devotè quod deſcenderet ignis de cælo Deus mitteret ignem, ſi Elias vir bonus erat. Sic patet in ſecundâ operatione omnium miraculorum, quæ fiunt ad preces Sanctorum, nam Deus non dixit ſanctis, quod facerẽt illa: & ipſi tamen confidentes de bonitate Dei petunt, & Deus illicò*

fecit

fecit. Licitum eſſe orare Deum etiam
abſque prȩvia motione pro obtinen-
do miraculo colligo ex lib. 2. Paralip.
cap. 20. ubi piiſsimus Rex Joſaphat
l.2. Par. videns ſe inopinatè obſeſſum à Moa-
c.20.v.2 bitis & Ammonitis verſ. 4 *timore per-
territus totum ſe contulit ad rogandum
Dominum, &c.* Verſ. 12. *Sed cùm igno-*
verſ.12. *remus quid agere debeamus, hoc ſolùm
habemus reſidui, ut oculos noſtros di-
rigamus ad te.* Quaſi diceret non ſen-
timus in nobis aliquem motum, quo
poſſimus ſcire, quod & his religionis
& regni infenſiſſimis inimicis appo-
nere poſſimus, & tamen ad extremas
anguſtias redacti ſumus, deficiunt no-
bis vires, ſubſidiis humanis caremus,
ſolum reſtat auxilium ſupernaturale.
Verſ. 20. *Stans Ioſaphat in medio eo-
rum dixit, &c. Credite in Domino Deo
veſtro & ſecuri eritis. Credite Prophetis
ejus, & cuncta evenient proſpera.*
verſ.21. Verſ. 21. *Deditq́ consilium populo, &
ſtatuit cantores Domini, ut laudarent
eum in turmis ſuis, & antecederent ex-
ercitum, ac voce conſonâ dicerent, con-
fitemini Domino, quoniam in æternum*
verſ.22. *miſericordia ejus.* Verſ. 22. *Cùmq́; cœ-
piſſent laudes canere vertit Dominus in-
ſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcili-
licet Ammon & Moab & montis Seir;
qui egreſsi fuerant, ut pugnarent contra
Iudam, & percuſsi ſunt.* Verſ. 23. *Namq́;*
verſ.23. *filii Ammon & Moab conſurrexerunt
adverſum habitatores montis Seir, ut
interficerent & delerent eos. Cumque hoc
opere perpetraſſent etiam in ſemetipſos
verſi mutuis ſe conciderere vulneribus, &c.*
Ecce quomodò confidentes & cre-
dentes Domino ad orationem con-
verſi ſine ferro abſque certamine &
conflictu hoſtes vicerunt. Hanc fidu-
ciam orationi conjunctam Chriſtus
videtur inſinuaſſe Matthæi cap 17.
verſ. 19. *Amen dico vobis, ſi habue-
ritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis
monti huic, tranſi hinc & tranſibit, &
nihil impoſſibile erit vobis.* Lucæ cap.
17. verſ. 6. *Dicetis huic arbori moro,
eradicare, tranſplantare in mare, &
obediet vobis.* Non dicit ſi habueritis
inſpirationem cœleſtem, & fueritis
interius moti à Deo: ſed abſque inſpi-
ratione prævia, licet ignoreris quid
agere debeatis, ſi habueritis fidem &
Deum amaveritis, Deus vobis pro-
pitiabitur, ſicut pio & fideli Joſaphat
quem Deus tam inſigniter & miracu-
losè juvit. D. Thomas 2. 2. quæſt. 97.
art. 1. in corpore, rectè ex hoc textu
lib. 2. Paralip. cap. 20. adducto do-
cet, quod etſi nulla præcedat inſpira-
tio petitionem miraculi in caſu neceſ-
ſitatis non eſſe tentationem, *Quando
propter aliquam neceſsitatem vel utili-
tatem committit ſe aliquis divino auxi-* D.Thom
*lio in ſuis petitionibus vel factis hoc non
eſt tentare Deum*, ſed credere. Ad
quam fidem hortatur Chriſtus. *Non
hortatur ut donum miraculorum habeat
ſicut neque ut habeat propheiam, aut
linguarum donum, quia id non in noſtra
ſitum eſt poteſtate. Manifeſtum eſt de eà-
dem fide Chriſtum loqui, de qua D. Pau-
lus 1. Corinth. cap. 13. verſ. 2. ad hunc
enim locum alludit. Si habuero, inquit,
omnem fidem, ita ut montem transferā,
charitatem autem non habuero nihil
ſum. D. autem Paulum non de fide mi-
raculorum, ſed de Chriſtianâ, quæ una
ex tribus theologicis virtutibus eſt loqui
perſpicuum eſt. Nunc autem manent fi-
des, ſpes, charitas tria hæc, major autem
horum eſt charitas.* Cur ait, *Sicut gra-
num ſinapis* Hugo Cardinalis in Lucā,
*Humilem exterius, & ferventem inte-
rius, quæ ſcilicet in facie hominum hu-
milis appareat, & intus in pectore fer-
veat, adverſitatibus trita ferventior fiat
quælibet impoſſibilia & miraculoſa fa-
cietis, quia talem fidem habenti ſæpè e-
tiam inanimata obediunt, &c. De Gre-
gorio Neoceſarienſi legitur, quia cùm
vellet ædificare Baſilicā in angulo mon-
tis, erat enim mons impedimento, per-
noctavit in oratione, & mane inventus
eſt mons de loco proprio in tantùm ſepa-
ratus ut libera haberet ſpatia ad Baſili-
cam conſtruendam. Etiam in vitis Pa-
trum legitur de quodam Eremitâ quod
in medio horto ejus erat lapis pergrandis
nocens oleribus quem precibus amovit.*
Undè concludit Rabanus apud Di-
vum Thomam in cap. 17. Matthæi.
*Sic enim fides mentem noſtram capacem
donis cæleſtibus facit, ut quæcumque
volumus facillimè à fideli Domino im-
petrare poſſimus.* Quomodò *quæcumque
volumus, &c.* Quot ſunt Sancti qui
aliqua miracula poſtularunt à Deo,

 quorum

quorum tamen preces non exaudivit? Nihil obſtat quæcumque volumus impetrare poſſumus, & quidem facillimè ſi ſit neceſſarium pro utilitate Eccleſiæ & ſalute proximorum, etiamſi non ex ſpeciali motione Dei, ſed coacti à Tyrannis, & perſecutoribus.

V. Audi D. Auguſtinum lib. de utilitate cap. 16. *Pollicetur Dominus Eccleſiæ miracula, dum opus fuerint, non tamen pollicetur omnes qui crediderunt ea acturos.* Quaſi diceret licet Eccleſia, & aliqui fideles non præmoti à Deo inſpiratione aliquâ ſupernaturali petant aliqua miracula, Deus tamen eos exaudit, eorum precibus annuit qui crediderint ſe illa miracula facturos. Quando annuet? cum opus fuerit, cum neceſſitas urgebit, ut minantibus tyrannis reſiſtant, ut fidem ſuam confirment, ut ſaluti proximorum proſpiciant, ut ſuam ſanctitatem probent, oſtendant ſe non eſſe ſicophantas, ſeductores, ſed veros eſſe ſervos Verbi Divini à Deo miſſos. Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. 9. cap. 19. ait quod quidam Chriſtiani in Babyloniâ montem ab uno loco ad alium tantâ celeritate miraculosè tranſtulerunt, quantâ navis in mari vehementiſſimo vento pelli poteſt. Henricus Gram in Speculo exemplorum diſtin. 9. exemplo 145. ſcribi anno 125. apud Tartaros ſimile miraculum accidiſſe, ſed videtur omninò idem. Marcus Polyt. Naviga. lib. 1. cap. 18. & Majolus de admirandis naturæ rebus colloq. 16. Poſt hæc omnibus ſæculis aliud miraculum narrat montis tranſlati in regno Moſcli ubi Rex Saracenus exilium è ſuo regno omnibus Chriſtianis minatus fuerat, in quibus ſanè caſibus Chriſtiani petentes à Deo miraculum non peccarunt, nec Deum tentarunt, quandoquidem tyrannus vrgebat, & aliis mortem, aliis exilium minaretur. Et juxta doctrinam D. Thomæ tale auxilium peterent propter urgentem neceſſitatem, & utilitatem, & ſecundùm D. Auguſtinum *opus fuerit.*

S. Auguſt.

VI. Eodem modo tunc fides in illis miraculis patrandis operabatur quo in idiotis qui coram Tyrannis ſapientiſſimè loquuntur ut probat Toſtatus tomo 5. in Matthæum quæſt. 50. Illi ſubſcribit Cajetanus 2. 2. quæſt. 97. art. 2. docens quod fideles in perſecutione coacti ad probandam ſuam fidem ſivè verbo, ſivè miraculo non tentent Deum. Art. 2. *Humiliter petere ſignum pro oportunâ inſtructione nullum peccatum eſt.* Expende hæc ultima verba *pro oportuna inſtructione.* Licet Sanctus Anianus non dubitaret ſuam fidem eſſe certam, tamen dubitabat, imò negabat Tyrannus eſſe veram, & ideò licitum fuit, Sancto illi Athletæ humiliter petere miraculum pro oportunâ inſtructione illius Principis & populi increduli. Suarez de Religione tomo 1. tract. 3. cap. 2. fuſius id probat & Eliæ Prophetæ exemplum producit. *Licet aliquis ſit certus, poteſt ſine peccato deſiderare vel certior fieri ex parte ſua ad excludendū omnem humanam tentationem, vel amplius illuminari in illa veritate de quâ certus eſt, vel propter ſe vel propter alios, &c.* Gregorius à Valentiâ tomo 3. diſp. 6. quæſt. 14. de tentatione Dei puncto 4. *Videmus interdum ſanctos fuiſſe hujuſmodi orationibus, vel ad miracula patranda, vel ad detegenda occulta, &c.* Idem docent Layman, Sanchez, Toletus, Bonacina, Sayrus: & confirmatur ex devotâ fidelium praxi. Hi enim in deſperatis morbis ad ſanctos recurrunt, ut eorum meritis & interceſſionibus Deus miraculum faciat, qui tamen non ſecuto miraculo nemo eos condemnat, quaſi aliquid ſiniſtrum abſque prævio inſtinctu aliquid petiiſſent. Optimè notat Vericelli tract. de miſſionibus Apoſt. tit. 1. de fide quæſt. 36. abſtinendum eſſe etiam in caſu neceſſitatis à curioſis miraculis, ſed procuranda miracula neceſſaria ſeu utilia. Cui favet D. Auguſtinus lib. de utilitate credendi cap. 16. *Quædam miracula ſunt, quæ ſolum faciunt admirationem, quædam verò magnam etiam gratiam, benevolentiam conciliant. Nam ſi quis volantem hominem cernat miratur tantùmmodo; ſi quis autem deſperato morbo affectus, mox ut juſſum fuerit convaleſcat, admirationem ſanitatis ſuæ etiam charitate*

Cajetanus.

Suarez

Gregor. à Valentia.

S. Auguſt.

charitate ſuperabit. Talia facta ſunt à Chriſto, ſanati, languidi, mundati, leproſi, inceſſus claudis, cæcis viſus, ſurdis auditus eſt redditus. Similia habet Toſtatus tomo 3. in Matthæum cap. 10. quæſt. 57. Abſtinendum eſt etiam à miraculis, quæ extorquentur à Tyranno ob curioſitatem, quæ ſi fiant potiùs præſtigiis attribuer quàm potentiæ divinæ, & ideò in hoc caſu mors potiùs ſubeunda eſt quàm ſimilia ſigna poſtulare. Talia non petiit Elias dum ſacrificaret in Carmelo, neque dum à Rege Ochoziâ conſuleretur. Nā cap. 18. lib. 3. Reg. igne cœ-
l. 3. Reg. 18. v. 39 litus abſumente victimam, verſ. 39. *Quod cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Tertius Quinquagenarius accedens ad Eliam ex parte ſui Principis, eum non ut præſtigiatorem, ſed ut veri Dei ſer-
l. 4. Reg. 2. v. 13. vum adoravit, Lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 13. *Homo Dei, noli deſpicere animam meam, neque animas ſervorum tuorum, qui mecum ſunt.* Sic Chriſtus coram Herode nullum miraculum edidit, nolens ejus curioſitati ſatisfacere. Ratio cur ab ejuſmodi miraculis petendis vel edendis ſit abſtinendum, eſt, quia ſic irreverenter cum Deo agunt, quaſi foret curioſitatis & luſus fautor. Deindè ſic eſt cooperari poſitivè ut tyrannus erga Deum ſe irreverenter gerat, ſicque eſt intrinſecè malum.

VII. Poſſunt tamen edi miracula, ſi tyrannus extorqueat illa non ex curioſitate, ſed infidelitate, & mortem minetur; Tunc quamvis credat eum in ſuâ infidelitate permanſurum, poteſt humiliter fidelis miraculum non abſolutè ſed conditionatè poſtulare. Sic Regi Nabucodonoſor dicenti
Dan. 3. verſ. 16. cap. 3. verſ. 16. Danielis. *Et quis eſt Deus qui eripiet vos de manu mea.* Ver-
verſ. 17. ſu 17. *Reſpondentes Sidrach, Miſach, & Abdenago dixerunt Regi Nabucodonoſor, non oportet nos de hac re reſpondere tibi: Ecce enim Deus noſter, quem colimus poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis Rex liberare. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi Rex quia Deos tuos non colimus, &c.* Quibus verbis innuunt & profitentur Deum eſſe omnipotentem, tamen ſe ab eo petere liberationem ab incendio Babylonico non abſolutè, ſed cōditionatè & cum ſubordinatione ad divinum ejus beneplacitum. Nam cùm Deus melius norit utilitatem converſionis infidelium, & neceſſitatem tuendæ vitæ quàm ſi non provideat nunc per aliquod miraculum, concludere debemus Deum ſapientiſsimum alia media habere quibus fiat ejuſmodi converſio.

CAPUT XXXI.

Licet Miracula edere in confirmationem fidei apud infideles quibus non alia ratio ſuppetit, quàm cognoſcendæ veritatis.

Lucæ cap. 4. fertur quod Chri- I.
ſtus verſ. 16. *Venit Nazareth, Luc. c. 4.*
ubi erat nutritus, & intravit verſ. 16.
ſecundùm conſuetudinem ſuam die Sabbathi in Synagogam, & ſurrexit legere, & tradidit illi liber Iſaiæ Prophetæ, &c.
Et verſ. 23. ſubdit. *Vtique dicetis mibi*
hanc ſimilitudinem. Medice cura te ip- verſ. 23.
ſum. Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in Patria tua,
verſ. 24. *Ait autem, Amen dico vo- verſ. 24.*
bis, quia nemo Propheta acceptus eſt in
patria ſuâ. Verſ. 25. *In veritate dico verſ. 25.*
vobis, quia multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael quando clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, cùm facta
eſſet fames in omni terra, & ad nullam
illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sareptâ
Sidoniæ ad mulierem viduam. Verſ. 26. *verſ. 26.*
Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus. Cur Chriſtus poſt factam illam celebrem concionem fundatam in textu Iſaiæ, quæ omnibus auditoribus maximum admirationis argumentum præſtitit, de miraculis diſſerit? Cur reſpondens ſe apud Capharnaitas & alios exteros miracula edere, potiùs quàm apud Nazaræos compatriotas ſuos. Subdit exemplum Eliæ & Eliſæi, quorum ille

in Sareptâ Sidoniæ gentili terra. Hic
in perſonam Naaman Syri etiam infi-
delis miracula operati ſunt. Nonnè
ſi illi ſimilia miracula operati fuiſſent
in patriâ ſuâ, ab aliquibus ſaltem pa-
rentibus & amicis benè excepti fuiſ-
ſent. Sanè ſi ad prædicationem unam
quam habet Chriſtus verſ. 21. *Omnes*
verſ. 21. *teſtimonium illi dabant & mirabantur
in verbis gratiæ quæ procedebant de ore
ipſius, & dicebant, nonne hic eſt filius
Ioſeph.* Majori ſanè ſtupore Nazaræos
affeciſſet, ſi coram illis aliqua pa-
traſſet miracula, nam miraculum ſe-
cundùm nominis etymologiam im-
portat aliquid mirum, ſeu mirandum
quaſi ſit admiratione plenum. Dein-
dè ſecundùm S. Cyprianum in libro
de multiplici Martyrio. Miracula in-
ter veræ fidei teſtimonia non ultimũ
obtinent locum. Undè & hæretici ut
ſuam probarent hæreſim miracula
affectarunt, & quæ ope divinâ facere
non poterant arte magicâ tentarunt,
Ut notat S. Iræneus lib. 2. cap. 58. &
patet in Simone Mago & aliis. S. Au-
guſtinus in lib. de hæreſibus cap. 24.
refert à Philumenâ immiſſum quidẽ
fuiſſe panem grandem in ampullam
vitream quæ anguſtiſſimum os habe-
bat. Sed hoc & ſimilia facta non mi-
racula, ſed illuſiones oculorum &
præſtigiæ dæmonum erant, ſimilia
erunt prætenſa Antichriſti facinora,
dequo Apocal. cap. 11. Joannes Caſ-
ſianus in collatione 15. Abbatis
Neſterotis cap. 3. ſcribit Beatum Ma-
charium cum Hæretico diſputantem
ad miracula provocaſſe, hæreticum-
que ſtatim aufugiſſe. Theodoretus
lib. 1. hæreticarum fabularum cap.
ultimo narrat, quod cùm Manes ja-
ctaſſet ſe curatutum filium Regis Per-
ſarum, qui in morbum inciderat, ef-
fecit, ut in graviora mala laberetur.
Filius Valentis Imperatoris, qui accer-
ſito S. Baſilio convaluerat, vocâtis
poſtea hæreticis Arianis occubuit.
Ita S. Amphil. in Hiſtor. tripart.
& alii.

II. Cur ergò prædicationi ſuæ non
adjecit miracula. Scio S. Ambroſium
reſpondere cauſam denegati miraculi
Nazaræis eſſe eorum incredulitatem.
Sed occurrit dubium, ſi erant incre-
duli, cur illis prædicabat? Nam æ-
què videbatur denegandum ſemen
Verbi Dei, ac miraculum. *Nolite*
(inquit Chriſtus Matthæi cap. 7. ver-
ſu 6.) *ſanctum dare canibus, neque* Mat. 7.
mittatis margaritas veſtras ante porcos, verſ. 6.
*nè forsè conculcent eas pedibus ſuis, &
canes converſi diſrumpant vos.* Sanctus
Chryſoſtomus homil. 23. *Neque
enim porcus aliquando novit cujus ſit
pretii margarita. Et hoc ergò quia neſ-* S. Chryſoſtomus.
*cit, ideò nec videas nè conculcet, quã
non novit.* Per porcos peccatores
ſordidiſsimos intelligit, qui cœnæ
delectationum hujus mundi perpe-
tuò vacant qui cum præ nimiã rerum
terrenarum cupiditate ſunt quaſi
alienati à ſe, res cœleſtes non cog-
noſcunt, ſaluris media contemnunt,
pedibus conculcant, Sacramenta
parvipendunt, vel negant ſibi ad
ſalutem neceſſaria vel proficua. Di-
cendum ad hoc omnibus nationibus
Chriſti verbum diſſeminandum aliis
facile, aliis difficile. Elias autem,
Eliſeus ſeu Chriſtus ferventiſſimè ac
luculentiſſimè in nativis ſuis regio-
nibus Dei verbum diſſeminavit, quod
medium ad eas nationes convertten-
das plurimum æſtimari debebat. Et
tamen ſecundùm Apoſtolum 1. Co-
rinth. cap. 1. verſ. 21. *Placuit Deo per* 1. Corin. 1. v. 21.
*ſtultitiam prædicationis ſalvos facere
credentes.* S. Thomas ibi lect. 3. *Per
ſtultitiam prædicationis idest per prædi-* D. Thom.
*cationem quam humana ſapientia ſtul-
tam reputat.* Dionyſius illi ſubſcri-
bens. *Placuit* (inquit) *Deo per prædi-
cationem Evangelicam quam mundus* Dionyſ.
*fatuam reputavit, ſalvos facere electos,
convertendo eos ad fidem & gratiam per
Apoſtolorum prædicationem.* Et ante
eos Theodoretus. *Viſum eſt Deo per* Theodoretus.
*prædicationis ſimplicitatem, quæ vide-
tur quidem eſſe ſtultitia, &c.* Quæ ſim-
plicitas prædicationis (ut idem Apo-
ſtolus ibidem probat) validum jacu-
lum erat, ad penetranda obduratiſ-
ſimorum hominum corda. Eos verò
quibus liberè, vel non ita diu (ut o-
portebat) verbum Dei annuntiari
non poterat, ut ad ſe Chriſtus attra-
heret uſus eſt miraculis. Sic Caphar-
naitis miracula exhibuit, Sic Elias
apud Sidonios miracula edidit,

viduamque

viduamque Sareptanam (quæ ſecundùm ſanctum Chryſoſtomum gentilis erat) & eius familiam ad fidem convertit: Sic cum Eliſeo in Syriam liber acceſſus non eſſet, nec verum Deum verbo annuntiari poterat, miraculis prædicavit, ut patet in Naaman à leprâ corporali & ſpirituali curato lib. 4. Regum cap. 5. verſ. 15.
4. Reg. c.5.v.15 *Reverſus ad virum Dei cum comitatu ſuo venit, & ſtetit coram eo, & ait, verè ſcio, quod non ſit alius Deus in univerſa terra, niſi tantùm in Iſrael.* Toſtatus quæſt. 14. 15. & 19. oſtendit
Toſtatus Naaman hoc miraculo converſum fuiſſe ad fidem. quæſt. 20. docet non tamen factum fuiſſe Hebræum, ſed tantùm ceſſaſſe à cultu Deorum gentilium, voluiſſeque perſiſtere in cultu Dei Iſrael, ita tamen ut non aſtringeretur ad legem Hebræorum, ut patet quia Naaman dixit Eliſeo verſ. 17. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino.* Manebat tamen in Syria, cum ſuum officium non dimitteret, iter q; cum Domino ſuo ad templum idolorum. Quod ſi factus fuiſſet Hebræus manſiſſet in terra Iſrael. Deindè ſi Hebraiſmum amplexus fuiſſet, circumciſus fuiſſet, & inſtructus in lege, quod factum non eſt, ſed tantùm dixit Eliſeo, ut Deum oraret nè peccatum imputaretur, quod in templo Remmon cum Domino ſuo adoraret. Et quæſt. 21. Toſtatus probat, quod non teneretur legem Hebræorum ſuſcipere, ut eſſet fidelis. Primò quia lex naturæ non determinabat aliquam cæremoniam particularem ad colendũ Deum. Secundò, lex Moſaica ſolos Iſraelitas obligabat, ſi tamen aliqui ritum Judaicum ſuſcipere volebant, tenebantur circumcidi, & illam legẽ ſervare, ut patet Exodi cap. 12. verſ. 48. quod *Si quis peregrinorum in veſtram volueris transire coloniam, &c.*
Exod.12 verſ.48. Naaman verò commiſit ſe diſpoſitioni Eliſei, qui non dixit eum obligari ad illam legem Judaicam, nec perſuaſit, ſed permiſit ſacrificare in terra ſua, & manere in eodem ſtatu, nec voluit ſervare legem Judæorum, licet ſciret Deum Iſrael eſſe verum Deum.

III. Ex his infero quod quando infidelis, cui non occurrit alia ſufficiens ratio cognoſcendæ veritatis, & comparandæ veræ religionis) poſtulat ex animo in ſe vel in alio aliquod miraculum, v.g. ſi aliquis Turca, vel Indus cui Chriſtianæ fidei rudimenta non fuêre ſufficienter propoſita polliceatur ſe crediturum, modò aliquo evidenti miraculo, quod vera fides probetur, tunc poteſt licitè abſq; periculo tentationis miraculum à Deo poſtulare, ita Leſſius lib. 2. cap. 47. n. 5. Verricelli tract. de miſſion. Apoſtol. tit. 1. de fide quæſt. 37. dubio 2. *Nam* (ut benè ratiocinatur S. Hieronymus S.Hieron. in cap. 2. Jonæ.) *aut hi fideles ſunt, aut infideles ſunt: Si fideles multò majora tenentur credere, tres pueros camino ignis illæſos, mare diviſum inſtar murorum ſtetiſſe rigidum, Danielem à leonibus non devoratum, & alia plura. Si verò infideles legant quindecim libros Naſonis Metamorphoſeos, & omnem Græcam. Latinamq; hiſtoriam, ibiq; cernent vel Daphnem in laurum, vel Phaetontis ſorores in populos arbores fuiſſe converſas, quomodò Iuppiter ſit mutatus in Cygnum, in auro fluxerit, in tauro rapuerit, & cætera in quibus ipſa turpitudo fabularum divinitatis denegat ſanctitatem. Sed cum turpibus credant, potentiaq; Dei univerſa defendant, cur eandem virtutem non tribuunt & honeſtis.* Quaſi diceret, ſi ſecluſo alio medio v.g. prædicatione verbi Dei, petant vel videant miracula ſivè fideles ſivè infideles ſint cogentur credere ſicut Naaman, videndo effectus ab eo fieri, qui à cauſâ creatâ produci non poſſunt. Hoc enim modo gentes veram deitatem inquirunt ut patet ex lib. 3. Regum cap. 18. ſic etiam Iſraelitæ cùm partim Deum, partim Baal colerent dixit Elias. *Vſquequo claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus ſequimini eum, ſi autem Baal, &c.* Et ad hoc dedit probationem veræ divinitatis, ut ſcilicet Prophetæ Baal ponerent unum bovem in uno altari abſque igne, & Elias alium bovem in alio altari pro Deo Iſrael, non ſuppoſito igne, & quicumque Deus exaudierit per ignem ipſe pro vero Deo habeatur,

quam

quam propoſitionem laudavit populus. S. Epiphanius de hæreſibus ſcribit Chriſtũ apparuiſſe cuidam Judæo, & præcepiſſe ut peteret miraculum. Tali medio uſus eſt Rhembertus, nam ſecundùm Bzovium lib. 5. de ſignis Eccleſiæ ſigno 11. *Sub annum 388. procurante Ludovico Pio Gregorius IV.*
Bzovius. *disseminandæ Chriſtianæ religionis per omnia Aquilonis regna Epiſcopis Hamburgenſibus dedit munus, eiq́; dedit initiũ Anſcharius in Daniâ, Sueciâq́; adjunctis nonnullis Monachis è nova Corbeiâ, poſt Anſchariũ Rembertus eſt ordinatus Hamburgi Epiſcopus à Nicolao Papa, qui Hamburgenſem Eccleſiam Bremenſi conjunxit, & Photium ſede indignum judicavit. Igitur Rembertus in Dania, Suetia, & Regionibus vicinis cultum Dei amplificavit. De ipſo inter alia prodivit, cum vidiſſet in Dania quadam regione innumeram Chriſtianorum multitudinem catenis vinctam dari in ſervitatem à Piratis quibuſdam, precibus ſe dedit, & continuò fracta ſunt vincula Barbaris Danis ſtupore perculſis: Sæpius cùm mare trajiceret Suetiam, vel alia loca petens tempeſtates ſupplici ad Deum voto ſedavit, cæco lumen reddidit, Chriſmatis ſacramento dæmones è corporibus fugavit, hæc & alia multa cum perficeret, multos ad Chriſti cultum traduxit è Danis.* Non verbo, ſed ſolo miraculorum aſpectu. Et ſubdit. *Poſt hæc accidit ut Dani majori parte nihilominus impiis eſſent ſuperſtitionibus addicti donec in quodam convivio præſente Haraldo rege oriretur contentio de religionis veritate. Aderat Clericus quidam Poppa nomine, qui pro veritate ſtetit adverſus alios. Tunc Rex petivit Clerico an velit periculum facere ſuæ religionis. Non renuit Poppa, juſsit eum Rex in craſtinum diem cuſtodiri conventuq́; advocato produci mandat magni ponderis ferrum candens & ignitum, Poppaq́; imperat, ut illud manu nudâ prenſum geſtet: intrepidus ille arripuit, diuque cunctis aſpicientibus circumgeſtavit, deinde illæſas omninò manus oſtendit. Eâ re obſtupefactus Haraldus, ſimulachra falſorum Deorum conteri jubet, cunctisq́; ut Chriſtum colerent imperavit.* Non alium præconem Evangelicæ fidei habent quam miraculum.

Idem poſt Petrum Damianum qui proximus fuit his temporibus refert, quod: *Erat inter alios Monachos Romualdi Boniſacius Buſclavius Sclavonicæ gentis Regis conſanguineus, qui divino inflammatus deſiderio cum conſecratus fuiſſet Archiepiſcopus illius nationis à Pontifice Romano in Rhuſſiam pervenit ad Regem, qui auditâ Chriſtiani cultus prædicatione ita ſe crediturum dixit, ſi Bonifacius per medias flammas rogi ardentis illæſus tranſiret. Accepit conditionem Bonifacius, & cum thure & aquâ ſacrâ ignem illuſtraſſet per medias flammas, nullo accepto ullius detrimenti vel tenui ſigno incolumis inceſſit. Ad tantum miraculum Rex cum tota ferè natione Chriſto ſe dedit.* S. Gregorius Archiepiſcopus Trephenſis in diſputatione cum Herbano Judæo Græcè & Latinè Pariſiis edita, quæ habetur in primo tomo Græco-Latino bibliothecæ veterum Patrum, ſcribit ſe cõvertiſſe Judæos petentes ſignum, ut Jeſus eis vivus appareret, quod factũ eſt. Quamvis enim non foret neceſſarium, tamen erat neceſſarium aliis, qui in invincibili infidelitate perſiſtebant. Baronius anno 481. refert Catholicũ contra Arianum philoſophum diſputantem ſuam fidem igne probaſſe. Zonaras tomo 1. Annalium & Cedrenus narrant quod à Baſilio Imperatore quidam Epiſcopus miſſus ad fidei veritatem diſſeminandam Roſſis quo faciliùs ſuum intentum attingeret, ad eorum inſtantiam projecit ſacrum Evangelii librum in ignem, in quo illæſus, & integer permanſit. In vitâ S. Alberti noſtri Ordinis legimus, quod: *Hic Sanctus proficiſcens Agrigentum, cùm ex altera ripa Platani fluvii Judæos quoſdam obvios habuiſſet repentè flumen alveum excedens illos prætereuntes invaſit, qui cum mergi cœpiſſent ad Sanctum, ut eis opem ferret clamare cœperunt, promiſit ille ſi Chriſtiani fieri vellent ſe eis auxiliaturum, quibus id promittentibus, Vir Dei ambulans ſuper aquas manus eis porrexit, eodemq́; in flumine eos baptiſavit, & ad ripam incolumes perduxit.* IV.

Quod ſi de converſione infidelium etiam noſtris temporibus factâ mentionẽ faciamus, reperiemus quaſdam V.

nationes

nationes barbaras viſis tantùm miraculis abjuratâ infidelitate Chriſtianos effectos fuiſſe. Bozius libro & ſigno ſupra citato. refert. *Veniſſe in manus Principis cujuſdam qui non longè aberat à finibus regni Peruani effigiem Chriſti Crucifixi ille acceptam conſpuere, ac multis modis irridere cæpit in conſpectu plurimorum. Ibi mirabiliter imago, quaſi verè ſpiraret cæpit ex oculis lumen emittere, caput motare, & aſpectu minari, regem cunctosq; terrere, quocirca pavore perculſi omnes & tremore correpti, partim cecidere ad terram, partim cum ſe viderent obrugeſcere, neque poſſe loco recedere, exclamare cæperunt, facti pœnitentes. miſericordiam ſupplieiter exorare. Ob id priſtino ſtatui protinus reſtituti magnum Chriſtianorum Deum palã confiteri altiſsimâ voce, rem cunctis enarrare. At Princeps unà cum multis è numero ſuorum ſe Cuzcum contulit, & factum divulgans Chriſto ſe devovit.* Licet hoc poſtremum miraculum ab argumento deficiat, tamen in hoc convenit, quod unico miraculo converſi ſunt plurimi, quibus prædicatio vel exoſa vel inaudita erat, præviſâ enim utilitate ſcilicet converſionis meritò fieri, optari & promitti poſſunt miracula, ut notant Baldellus, Sanchez, Toletus, Layman lib. 4. Quod maximè verum quando alia media converſionis non ita abundãt, ſeu facilè ſubminiſtrari poſſunt, ut præmiſſum eſt.

CAPUT XXXII.

An poſt longam diſputationem cum infidelibus factam, liceat ad Miraculum recurrere.

I. PRæſuppoſitâ divinâ inſpiratione, attentâ præſenti neceſſitate & præmiſsâ utilitate miraculi, poteſt peti miraculum. Id patet in Eliâ, qui cùm videret populum ad idololatriam deflectere, nec verbis, nec minis illos prævaricatores velle redire ad cor, tandem cœlitus inſpiratus ad miracula recurrit ſiccitatis & famis triennalis, & ſacrificii, ut illis extremo malo infidelitatis occurreret, & inanitatem falſorum Deorum patefaceret. Quod ad primum miraculum D. Chryſoſtomus homilia 1. & 2. de Elia clarè innuit populum in ſuis ſceleribus fuiſſe obduratum Homiliâ quippè 1. ait. *Cum Elias Propheta ſanctiſsimus populum prævaricatum aſpiceret, cumq; Baal & Lucos deſpecto Domino coli à ſacrilegis perviderct, eumq; Creatore deſpecto figmentis ſe nemoribusq; omnis populus addixiſſet.* Et clarius homil. 2. *Elias ut videt Iudæorum gentem contemptâ Dei miſericordiâ perpetuò in deliciis vivere, & idolorum cultui deditum, & à Deo quidem impietatem tolerari, ipſos autem longanimitate iſtâ ad majorem vitæ impœnitentiam abuti.* Quæ verba innuunt Deum Iſraelitis propoſuiſſe omnia media quæ in theſauro ſuæ miſericordiæ reperiebantur, quibus contemptis Elias eſt à Deo inſpiratus, ut patet ex illis verbis lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 2. *Vriit Dominus in cujus conſpectu ſto.* Judicavit neceſſarium eſſe miraculum, ut illo viſo ad ſaniorem mentem redirent. D. Chryſtomus homil. 1. *Quando pro eis oravero, & judicavero quod dignam animæ ſuæ curam gerant, probèque reſipiſcant.* Hoc autem miraculum ſunt fames & ſiccitas triennalis de quo miraculo ſic loquitur Eucherius Lugdunenſis in libros Regum lib. 4. *Magna vis propheticæ dignitatis humanus ſermo eſt divinus effectus, in terris homo loquitur, & imperio ejus cæleſtes obediunt poteſtates. Commovit omnem creaturam unius ſermo Propheta, & miro modo humi ſonans aera cœlumq; concuſſit, &c.* Expende illa verba *humanus ſermo divinus effectus*, ideſt miraculoſus & ſupra naturã. Quod ſequentibus probat. *In terris homo loquitur, & imperio ejus cæleſtes obediunt poteſtates.* Quaſi diceret, naturaliter ſublunaria obtemperant cœleſtibus, inferiora ſuperioribus, ſed ſupernaturaliter ut hic, *in terris, &c. & imperio ejus cæleſtes, &c.* Quod confirmat. *Commovit creaturam unius ſermo Propheta, & miro modo humi ſonans, &c.* Quaſi diceret ſi miraculum venit à miro vel mirando, Eliæ ſermo

S. Chryſoſtomus.

l. 3. Reg. 17. v. 2.

S. Chryſoſtomus.

Eucherius

miraculoſus eſt, quia *miro modo ſonans &c.* Inductione oſtendit. *Precedens enim velut ignis ſententia ipſa quodammodo terra vitalia penetrans, confeſtimq́ omnia arefecit, &c.* Hoc miraculo non emendantur Iſraelitæ, nam ſecundùm D. Chryſoſtomum homil. 2. de Elia *Creſcit malitia populorum, creſcit & inopia rerum, ſævit cunctorũ impietas, ſævit & in cunctis neceſsitas, &c.* Cùm primum hoc miraculũ non fuit efficax ad eorum converſionem, ad aliud pergit prævio inſtinctu di-
l.3. Reg. vino, ut patet ex illis verbis lib. 3.
18.v.1. Regum cap. 18. verſ. 1. *Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam in tertio anno dicens, Vade & oſtende te Achab, &c.* Et clarius ex illis Eliæ,
verſ.34. verſ. 34. *Et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Juxta quæ ſacrificium inſtituit in Carmelo & igne cœlitus emiſſo illud abſumit. Rectè Meta-
Metaphr. phraſtes apud Surium 20. Julii. *Licebat autem ſtatim videre (ô arcanum miraculum) ignem deſuper deſcendentem, & omnia penitus conſumentem. Tunc enim in holocauſtum & ligna, & aquã, quæ erant circumcirca & omnia alia exedit.* Expende iſtam exclamationem, *ô arcanum miraculum.* Quod probat. *Porrò autem lapides quoque, & pulverẽ, & ſi quid aliud invenit, elixit, & verè oſtendit non eſſe ſolummodò ignem, cui aqua repurgaſſet natura, ſed diviniorem quandam potentiam, & majorem, quam ut ignis eſſet operatio.* Pondera illà verba, *ſed diviniorem quandam & majorem, &c.* ideſt ſupernaturalem, & excedentem potentiam naturalem ignis.

II Textus ſubdit. *Quod cum vidiſſet*
verſ.39. *populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Toſtatus quæſt. 33. *Non fecerunt hoc ex timore, ſcilicet quod territi prop-*
Toſtatus. *ter miraculum caderent in terram, ſed fecerunt ex reverentia, quã Deus oſtenderat coram eis tantum miraculum, ideò humiliari debebant coram eo propter illud potiſsimè, quia per adventum ignis ſignificabatur præſentia Dei, & ſic humiliati ſunt, tanquam coram Deo humiliarentur.* Joſephus lib. 8. cap. 13.
Ioſephus. id innuere videtur. *Hoc videntes Iſraelitæ ceciderunt in terram, & adoraverunt verum Deum, maximum, ſolum, verumq́ proclamantes, alios verò fallaciter ſe & vanâ opinione coluiſſe.* Quaſi diceret tantâ fuit virtus iſtius miraculi, ut Iſraelitæ, qui ante ad ſermones Eliæ, & aliorum prophetarum ſurdi erant, & ad idololatriam converſi, ſtatim reſipuerunt, & Deum verum debito honore proſecuti fuerunt: Ita Eliæ imitatione plurimi ſancti ſe geſſere, non coram obſtinatiſsimis fecerunt miracula, quia tunc deerat utilitas, ut notant Toletus lib. 4. cap. 19. num. 8. & 9. Baldellus tomo 2. lib. 4. diſp. 17. numer. 10. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 34. num. 10. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 5. num. 2. noſter P. Lezana tomo 3. Theolog. tract. 4. diſp. 4. quæſt. 1. & 5. Quorum hic notat quod gratia gratis data qualis eſt gratia miraculorum ordinetur ad utilitatem aliorum ut ipſi coniungantur Deo, propterea enim Apoſtolus 1. Corinth. cap. 12. dicit eam eſſe ad utilitatem utique illorum. *Quemadmodum* (inquit dictus P. Le-
zana) *in corpore humano ſunt aliquæ* Lezanã.
facultates ſolum ad bonum particulare individui ut ſunt potentia nutritiva & augmentativa, & alia ad bonum commune ſpeciei, ut potentia generativa, &c. Sic etiam pro corpore myſtico Eccleſia providit Deus ut aliqua Chariſmata, ea videlicet, quæ pertinent ad gratiam gratum facientem ſolùm ſint ad privatum bonum habentis, ea verò quoad gratias iſtas in aliorum utilitatem. undè rectè definitur gratia gratis data, hoc modo, eſt donum ſupernaturale conceſſum aliquibus in utilitatem aliorum. Notat tamen nonnunquam concedi ad ſanctitatem eorum quibus conceduntur demonſtrandam, quæ ſub nomine utilitatis comprehendi poteſt, ut ſcilicet Sancti debito honore excipiantur. Vel Sancti ſuam innocentiã, & ſanctitatem probent, ut Elias innuit his verbis lib. 3. Regum cap. 18.
verſ. 36. *Oſtende hodie quia tu es Deus* *l.3.Reg.*
Iſrael & ego ſervus tuus. Sic S. Brltius *18.v.36*
(ex ejus vitâ) ut ſuæ caſtitatis teſtimonium redderet. *Infantem triginta dierum, quem ex Epiſcopo natum æmuli calumniabantur palam loqui, ſeq́ patrem non eſſe teſtificari fecit, & ut oſtenderet*

oſtenderet ſe concupiſcentia igne non fuiſſe combuſtum prunas ardentes ad ſepulchrum uſque beati Martini in veſtimento incombuſto detulit. Inimici autem ejus hæc omnia magicis artibus tribuentes, ab Eccleſia eum ejici curarunt.

III. Sed aliorum qui ob Eccleſiæ, & proximi utilitatem ad miracula recurrerunt, breviter hiſtorias exponamus. Primò occurrit S. Dominicus, verè Eliæ imitator, quemadmodum enim de Eliâ S. Epiphanius in lib. de vitis prophetarum hæc ſcribit. *Quem cùm eniteretur parens ejus, ejuſmodi* S. Epiph. *patri viſio apparuit. Viri niveum quendam præ ſe ferentes habitum patrem ſalutabant, Matriſq; uberibus in ignem evellebant, quin & flammam ignis cibi loco miniſtrabant.* Vel Eccli. 48 verſ. 1. ut Eccleſiaſt. cap. 48. vel. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebant.* Ita hujus Mater, *Gravida ſibi viſa eſt in quiete continere in alvo catulum ore præferentem facem, quâ editus in lucem orbem terrarum incenderet [: quo ſomno figurabatur, ut ſplendore ſanctitatis & doctrinæ gentes ad Chriſtianam pietatem inflammarentur, &c.* In hoc maximè vaticinium complevit, quod ſicut (ut dictum eſt) Elias veram Dei Iſraei divinitatem comprobavit, & populum ad veræ fidei profeſſionem reduxit per ignem cœlitus in ſacrificiũ ſuum dimiſſum. Sic S. Dominicus apud S. Antoninum part. 3. Chronic. tit. 19. cap. 1. §. 4. & alios, cùm propugnaret fidem Catholicam contra Albigenſes, ac verba & argumenta parùm prodeſſent, ad hanc diſputationem terminandam, ordinatum fuit, ut utriuſq; partis libri igni mandarentur, quod factum eſt. At Albigenſium liber mox combuſtus eſt, S. Dominici verò liber ter igni traditus, illæſus exivit. Nicephorus lib. 15. cap. 23. ſcribit quod ſub Anaſtaſio poſt longam diſſertationem infructuoſam Epiſcopus Catholicus Arrianum Epiſcopum ad rogum ignis invitavit, quem detrectante Arriano; Orthodoxus nihil moratus rogum ingreſſus eſt ibi diu diſſeruit, & tandem illæſus, ac incolumis egreſſus eſt. Palladius in hiſtoriâ Lauſiacâ cap. 54. narrat quod cùm S. Capres cujuſdam magi ſophiſmata & argutias ſolvere non poſſet, quas ille proponebat, nè daretur proceſſus in infinitum, & ut tandem vera fides clarius eniteret, magum invitavit ut ambo ignem ingrederentur, quod conceſſit S. Capres illæſus egreſſus eſt illo exuſto, & ſic ſimpliciores ac rudes technas iſtius magi, & errores detexerunt.

IV. S. Gregorius Turonenſis lib. de gloriâ Confeſſorum cap. 14. ſcribit quod tempore Levigildi Regis quidã Catholicus Hiſpanus cum Gotho Arriano diſputans, cùm illum nec verbis nec rationibus convincere poſſet, tandem eum provocavit ad annulum aureum ignitum contrectandum: quâ conditione acceptâ. Catholicus ſine ulla læſione vel offensâ contrectavit, alter minimè. Baronius tom. 7. anno 526 poſt Sophronium in prato ſpirituali cap. 36, habet quod ſanctus Ephrem Patriarcha Antiochenus, & Severianus hæreticus diſputantes: hic ut Patriarcham terreret propoſuit ut ignem ingrederentur, quod S. Patriarcha acceptavit. Ille videns quod non tantùm de propugnandâ fide, ſed etiam de vitâ ſeriò ageretur ſuam propoſitionẽ exequi noluit. Detectâ ejus fictione & malitiâ S. Ephrem ad miraculum recurrere non tenebatur, quia tunc nulla aderat neceſſitas miraculorum, cùm hæreticus non haberet anſam in ſe gloriandi, & fidem Catholicam irridendi. Nam hæreticus debebat prius ignem ingredi, vel ſaltem ambo ſimul, ut hæreticus ſacrilegii & temeritatis pœnas exſolveret: tamen etſi fides Catholica ſufficienter foret probata per illam fictionem ſeu verſutiam hæretici, Sanctus Patriarcha, Deo indubiè revelante, vel ſentiens in ſe Deum miraculorum auctorẽ ad majorem confirmationẽ, confuſionem hæretici, vacillantium in religione perſeverantiam, & errantium converſionem, projecit ſuam ſtolam quæ immunis & illæſa permanſit, quo viſo ipſemet hæreticus ad fidem Catholicam converſus eſt.

V. Verricelli citatus tit. 1. de fide, quæſt, 87.

quæſt 87. ait, ſi quidam Catholicus diſputans cum hæretico offerat probationem ignis & hæreticus acceptet, Catholicus promiſsi pœnitens brachium unguentis illiniat, & hæreticus fraudem detegat, clamans Catholicũ non ſuæ fidei, ſed magicis auxiltis cõfidere. Alterum Catholicum licitè poſſe ignis probationem ſubire, nè plebs ab hæretico ſeducatur: & probat ex Gregorio Turonenſi lib. 1. de coronâ Martyrum cap. 81. de Diacono Catholico diſputante, contra hæreticum Arianum, cui diſſidenti (ut præmiſſum eſt) ſupervenir Hiacynthus Diaconus, qui videns fidem periclitari, & plebem in hoc vacillare, temerariam promiſſionem & diffidentiam ſuâ fide, & vero miraculo ſuppleat. Quo facto. *Hæreticus* (inquit) *valdè confuſus injicit manum audax dicens, præſtabit mihi fides mea. injectâ manu protinus uſque ad oſſium aduſtionem, intermedia caro liquefacta defluxit. Et ſic altercatio finem accepit.*

CAPUT XXXIII.

Infideli vel Mago ſeducente populum per falſa miracula, an poſſit Catholicus poſtulare à Deo verum miraculum.

I. Divus Hieronymus in cap. 10.
S.Hieron. Matthæi hanc propoſitionem nobis ſuggerit. *Ruſticani majorem miraculis fidem quàm verbis adhibent.* Quaſi diceret, cùm major pars hominum ſit ſimplex & rudis, facilius ſeducitur per falſa miracula, & iis magis in errore firmatur, quàm per rationes & argumenta. Nam ſecundùm Poetam.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quã quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

Et S. Cyrillus Alexandrinus in cap. 1.
S. Cyrill. Alexandr. Joannis. *Semper autem currentia prodigia, quaſi machina quadam ad fidem trahunt*, præcipuè idiotas. Quare dum Miſsionarius & fidelis videt plebem ſimplicem irretitam fictis alicujus pſeudoapoſtoli miraculis, viderq; adeſſe neceſſitatẽ & utilitatem veri miraculi, poteſt humiliter recurrere ad verum miraculum. Id præſtituros ſanctos Eliam & Enoch in fine mundi. S. Joannes Apoc. cap. 11. teſtatur. Cùm enim Antichriſtus ſuâ tyrannide Diocletianos, Nerones, Julianos, &c. ſuâ verſutiâ & preſtigiis Simones Magos, &c. ſuâ ambitione Nabucodonoſores ſuperabit, ut ejus technæ & fraudes faciliùs diſcernantur, falſaque miracula detegantur præfati Chriſti judicis præcurſores ad vera miracula recurrent, verſ. 5. *Et ſi quis voluerit eis nocere, ignis exiet ex ore eo-* Apoc. 11.
rum. Syrus. *Et ſi quis eos velit lædere,* verſ. 5.
ignis exiet ex ore eorum. Textus. *Et devorabit inimicos eorum.* Syrus. *Et devorabit inimicum eorum.* Primaſius. *Exiet ignis comburens inimicos eorum.* Textus. *Et ſi quis voluerit eos lædere, oportet eum occidi.* Vatablus. *Et ſi quis voluerit eos injuriâ afficere, ſic oportet eum occidi.*
Noſter Sylveira in expoſitione 5. *Si* Sylveira.
quis voluerit eis nocere, ideſt toto illo tempore, ſeu ſpatio dierum mille ducentorum ſexaginta dierum, quod datum eſt eis ad prædicandum contra Antichriſtum, & ſi aliquis ex miniſtris Antichriſti eos voluerit tenere, eiſque damna inferre, *ignis exiet de ore eorum.* Non quod realiter exiet ab ore eorum, ſed quia ora eorum habebunt vim immittendi ignẽ in illos. Alluditur hic ad hiſtoriam lib. 4. Regum cap. 1. cùm Elias duos Principes quinquagenarios cum ſuis militibus igne evocato è cœlo interfecit. *Et ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi,* Ideſt, quoties intentatum fuerit eis inferre damnum, toties ex verbis eorum exiet ignis. Et illud verbum, *ſic oportet,* indicat ſic determinatum & conſtitutum eſſe decreto divino.

Verſ. 6. *Hi poteſtatem habent clau-* II.
dendi cælum, nè pluat diebus prophetiæ verſ. 6.
ipſorum, & poteſtatem habent ſuper aquas convertendi eas in ſanguinem & percutere terrã omni plagâ quotieſcumq; voluerint. Syrus. *Hi habent ut claudant cælum, ut pluvia non pluat in diebus illis & poteſtatem habent ſuper aquas, ut vertant*

vertant eas in ſanguinem, & ut percutiant terram omni plagâ, & quotquot vicibus voluerint. Arabicus. *Percutiendi terram quâcumque plagâ voluerint.* Primaſius. *Nè imbrem pluat in diebus ipſorum, & poteſtatem habent omnium aquarum convertendi eas in ſanguinem, & ferire terram.* Sylveira. *Hi habent poteſtatem claudendi cælum.* Scilicet Elias & Enoch habent poteſtatem inducendi famem & ſterilitatem pro tempore ſui Apoſtolatus, ac prædicationis ſuæ, ut fecit Elias lib. 3. Regum cap. 17. Quomodò ſecundùm Textum *habent poteſtatem convertendi aquas in ſanguinem?* ſcilicet ut fecerunt Moyſes & Aaron in Ægypto Exod. cap. 7. contra Pharaonē, in quem miſerunt decem plagas. Sic Elias & Enoch contra Antichriſtum & ſequaces, ſi eis libuerit, immittent, imò & alias graviores, quod ſatis denotatur in illis verbis. *Et percutient terram omni plagâ, quotieſcumque voluerint.*

III. Aretas conſiderans poteſtatem dandam duobus illis præconibus op-
Aretas, ponendo vera miracula falſis exclamat. *O admirandam bonitatem, quæ ex ore adverſo erroris ordinavit remedium Deitatis. Poſtquam enim Antichriſtus per omnia ſigna, prodigia & mendacia cunctis factis fuerit illuſtrior, ſecundùm operationem ſatanæ, benignus Deus ſanctos ſuos obumbrabit per potentiam verorum ſignorum, ut mendacium coarguant, & eos qui fuerunt ſeducti convertant, ac ſeductorem palam traducāt.* Noſter Sylveira ſupr. quæſt. 20. præfata Eliæ & Enoch ſigna & prodigia ad quatuor reducit. Primum, quod *ignis exiet ab ore eorum* modo jam explicato. Secundum, quod claudent cœlum nè pluat. Tertium, convertent aquas in ſanguinem. Quartum, percutient terram omni plagâ, ſcilicet in virtute Crucis, & Sanctiſsimæ Trinitatis. Quem ritum adumbravit Elias
l. 3. Reg. 17. v. 21 lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 21. *Expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus.* In quo ritu ut patet clarè Crucis formavit effigiem (inquit Sylveira ſupra) Homo enim extenſis brachiis Crucis effigiem exprimit, ut denotaretur, quod virtute Crucis miraculum operabatur. Sic ſentit Divus Auguſtinus ſermone 3. de Annuntiatione in bibliothecâ virginali, loquens de S. Eliſeo, qui eadem cæremoniâ ad imitationem ſui magiſtri S. Auguſt.
uſus fuit, ſic ait. *Hoc Sacramento Crucis S. Eliſeus Sunamitidis filium os ori, manus ſuas manibus ejus applicans orando ſuſcitavit, & vivum Matri reſtituit.* Ideò verò tribus vicibus & non potiùs duabus vel quaternis uſus fuit Propheta. *Vt* (inquit Gilbertus apud Gilbertus
Tilmannum ibi) *Trinitatis cognitionem conferat & dividat menſura fidei.* Metitur ergò tribus vicibus formam exhibens Crucis, & etiam Trinitatis declarans myſterium, in cujus fide ac cognitione miraculum fiebat. Et adverte quod Elias fuit primus homo, qui mortuum revocavit ad vitam, & ad citatum locum lib. 3. Regum notat Cajetanus his verbis. *Hic eſt primus* Cajetanus
mortuus qui ab initio mundi reſuſcitatus eſt. Et hoc factum in fide Trinitatis, quia à fide Trinitatis omnis vita & fides in nos dimanat.

Scio Hugonem Cardinalem & IV.
nonnullos alios exiſtimare Sanctos Eliam & Enoch in fine mundi non facturos miracula, ſed verior aliorum mens aſſerentium duos illos Viros Apoſtolicos habituros poteſtatem mirabilem edendi miracula. Cum citatis tenet Cœlius Pannonius collect. in Apoc. cap. 11 ſect. 2. ubi fusè oſtendit eodem jure deberi gratiam miraculorum Eliæ quo tempore Regis Achab Ad illa verba & ſequentia. *Si quis voluerit eos nocere.* Subdit. *Ad* Pannon.
ſuperiora geſta Eliæ reſpicit, de quo ſcriptura ait lib. 4 Regum cap. 1. &c. Quibus verbis probat eorum conſtantiā. Idem explicans verba ſequentia. *Et quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.* Convenienter reſpicit ad factum Eliæ, qui Quinquagenarios duos cum ſuis igne fecit abſumi. Hæc vero verba. *Et quia voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi,* oſtendit non intelligenda eſſe ad ſenſum Apoſtoli Roman. cap. 12. *Carbones ignis congeres ſuper caput eius.* Quod fit quoties maledicenti tibi benedixeris & benefeceris. Aitque hanc explicationem huic loco non eſſe commodam & factis Eliæ

igne cœleſti abſumatur, dicens Baali-
verſ.24. tis verſ. 24. & ſequentibus. *Invocate nomina Deorum veſtrorum & invocabo nomen Domini Dei, & Deus qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus.* Quid agis ô Elia? cur convocas totam illam plebem in Carmelum? cur jubes etiam accerſiri Baalitas? cur ais. *Deus qui exaudierit per ignem ipſe eſt Deus.* Deus hoc tibi non pręcepit, ſed tantùm ut regē adires, & ex parte Dei prædiceres imbrem uberrimum brevi lapſurū qui totam terram irrorabit. Toſtatus quæſt.25. reſpondet Eliam hoc dixiſſe motu & inſpiratione divinâ.
Toſtatus. *Elias faciebat à Deo motus, ideò ſciebat quod Sacerdotes & Propheta Baal non poterāt habere in ſacrificio ſuo, quia Deus impediturus erat dæmones nè operarentur id, quod aliàs facere poterant.* Pondera hæc verba *à Deo motus*, non à ſe. Et infra. *Dicendum poſſibile eſſe, quod Deus verus nollet exaudiri Eliam dando ignem, & dæmones prohiberentur à Deo inflammare ſacrificium Baal, tamen Elias ſciebat hoc eſſe impoſſibile, quia Deus diſpoſuerat exaudire per ignem.* Elias igitur ſciebat illam divinam diſpoſitionem exaudiendi per ignem, ut ipſe innuit Elias verſ. 36.
verſ.36. *Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Vatablus. *Quod tuo juſſu omnia hæc fecerim.* Chaldaica Paraphraſis. *Quod in verbo tuo feci omnes res iſtas.* Toſtatus quæſt. 32.
Toſtatus. *Elias egit omnia iſta, quia Deus aſſeruit, ut ſic faceret, & non aliquid de corde ſuo.* Quæ verba prævium motum ſeu mandatum Dei ſignificant. Quod idem Toſtatus confirmat quæſt. 33. ſequenti. *Dicendum quod per ignem deſcendentem de cælo conſtabat quod Elias fecerat iſta de mandato Dei.* Et mox. *Non tamen conſtabat quod Elias recepiſſet à Deo iſta in mandatis*: Scilicet populo, aliiſque non conſtabat. Et infra. *Non conſtabat quod Deus juſſerat ei iſtu facere.* Vercelli tract. de Apoſtolicis Miſſion. tit. 1. de fide quæſt. 36.
Vercelli. *Neque licebit abſque divina motione uſurpare illud Elia. Deus, qui exaudierit per ignem, ille ſit Deus,* Sed eſto quod Deus non præcèpiſſet iſtud ſacrificium fieri, nec moviſſet Eliam ad probandam veram divinitatem tali medio, tamen adhuc Elias proponere illud poterat, & poſtulare à Deo miraculum pro majore Dei gloria, & proximi ſalute. Id colligo ex verbis citatis. *Et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Septuaginta ex Græco habent. *Et propter te feci hæc omnia.* Ideſt propter honorem tuum.

III. Quod etiam propter populi utilitatem aliquis non inſpiratus à Deo verſ.37. poſſit poſtulare miraculum, patet verſ. 37. *Vt diſcat populus, quia tu es Dominus Deus, & convertiſti cor eorum iterùm.* Septuaginta ex Græco. *Vt cognoſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus, & tu convertiſti cor populi poſt te.* Vatablus. *Vt populus iſte cognoſcat te ſolum eſſe Dominum Deum, quodque tu tandem reduxiſti cor eorum.* Paraphraſ. Chaldaica. *Vt cognoſcat populus hic cum feceris illis ſignum, quod tu es Dominus Deus, & tu convertiſti cor populi poſt te.* Hebræus apud Cajetanum. *Et tu feciſti vertere cor eorum retro, &c.* Quæ verba idem ſic elucidat. *Cognoſcat etiam populus, quod tu feciſti hoc novo miraculo ut converteretur cor eorum retro ab idololatriâ, in quâ ambulabat, & in hoc petit converſionem populi ad verum Deum.* Potuit etiam petere miraculum, ut oſtenderet ſe non eſſe Pſeudoprophetam, ſed veri Dei cultorem. Ut patet ex præfatis verbis. *Hodie oſtende, &c. Et ego ſervus.* Toſtatus quæſt. 32. *Etiam oſtendebatur in hoc, quod Elias erat ſervus Dei, quia dato, quod verus Deus potens eſſet ad fa-* Toſtatus. *ciendum omnia hæc, ſi tamen Elias non eſſet ſervus ejus non mitteret ignem de cælo ad preces ipſius.* Cajetanus concludit. *Oravit itaque, primùm pro honore Dei, deindè pro teſtimonio ſui, tertiò pro converſione populi.*

IV. Toſtatus quæſt. 33. ſcribit. *Dato quod mandaſſet Deus facere hæc, ſed ipſe feciſſet ſacrificium de corde ſuo, & oraret devotè quod deſcenderet ignis de cælo Deus mitteret ignem, ſi Elias vir bonus erat. Sic patet in ſecundâ operatione omnium miraculorum, quæ fiunt ad preces Sanctorum, nam Deus non dixit ſanctis, quod facerēt illa: & ipſi tamen confidentes de bonitate Dei petunt, & Deus illicò fecit*

Digitized by Google

fecit. Licitum eſſe orare Deum etiam abſque prȩvia motione pro obtinendo miraculo colligo ex lib. 2. Paralip. cap. 20. ubi piiſsimus Rex Joſaphat
l. 2. Par. c. 20. v. 2 videns ſe inopinatè obſeſſum à Moàbitis & Ammonitis verſ. 4 *timore perterritus totum ſe contulit ad rogandum Dominum, &c.* Verſ. 12. *Sed cùm igno-*
verſ. 12. *remus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Quaſi diceret non ſentimus in nobis aliquem motum, quo poſſimus ſcire, quod & his religionis & regni infenſiſſimis inimicis apponere poſſimus, & tamen ad extremas anguſtias redacti ſumus, deficiunt nobis vires, ſubſidiis humanis caremus, ſolum reſtat auxilium ſupernaturale. Verſ. 20. *Stans Joſaphat in medio eorum dixit, &c. Credite in Domino Deo veſtro & ſecuri eritis. Credite Prophetis ejus, & cuncta evenient proſpera.*
verſ. 21. Verſ. 21. *Dediſq́ conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſonâ dicerent, confitemini Domino, quoniam in æternum*
verſ. 22. *miſericordia ejus.* Verſ. 22. *Cùmq́ cœpiſſent laudes canere vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Ammon & Moab & montis Seir; qui egreſſi fuerant, ut pugnarent contra Iudam, & percuſſi ſunt.* Verſ. 23. *Namq́*
verſ. 23. *filii Ammon & Moab conſurrexerunt adverſum habitatores montis Seir, ut interficerent & delerent eos. Cumque hoc opere perpetraſſent etiam in ſemetipſos verſi mutuis ſe concidere vulneribus, &c.* Ecce quomodò confidentes & credentes Domino ad orationem converſi ſine ferro abſque certamine & conflictu hoſtes vicerunt. Hanc fiduciam orationi conjunctam Chriſtus videtur inſinuaſſe Matthæi cap 17. verſ. 19. *Amen dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.* Lucæ cap. 17. verſ. 6. *Dicetis huic arbori moro, eradicare, tranſplantare in mare, & obediet vobis.* Non dicit ſi habueritis inſpirationem cœleſtem, & fueritis interius moti à Deo: ſed abſque inſpiratione prævià, licet ignoretis quid agere debeatis, ſi habueritis fidem & Deum amaveritis, Deus vobis propinabitur, ſicut pio & fideli Joſaphat quem Deus tam inſigniter & miraculosè juvit. D. Thomas 2. 2. quæſt. 97. art. 1. in corpore, rectè ex hoc textu lib. 2. Paralip. cap. 20. adducto docet, quod etſi nulla præcedat inſpiratio petitionem miraculi in caſu neceſſitatis non eſſe tentationem, *Quando propter aliquam neceſſitatem vel utilitatem committit ſe aliquis divino auxilio in ſuis petitionibus vel factis hoc non eſt tentare Deum*, ſed credere. Ad quam fidem hortatur Chriſtus. *D. Thom* *Non hortatur ut donum miraculorum habeat ſicut neque ut habeat propheſiam, aut linguarum donum, quia id non in noſtra ſitum eſt poteſtate. Manifeſtum eſt de eàdem fide Chriſtum loqui, de qua D. Paulus 1. Corinth. cap. 13. verſ. 2. ad hunc enim locum alludit. Si habuero, inquit, omnem fidem, ita ut montem transferã, charitatem autem non habuero nihil ſum. D. autem Paulum non de fide miraculorum, ſed de Chriſtianâ, quæ una ex tribus theologicis virtutibus eſt loqui perſpicuum eſt. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas tria hæc, major autem horum eſt charitas.* Cur ait, *Sicut granum ſinapis* Hugo Cardinalis in Lucã, *Humilem exterius, & ferventem interius, quæ ſcilicet in facie hominum humilis appareat, & intus in pectore ferveat, adverſitatibus trita ferventior fiat quælibet impoſſibilia & miraculoſa facietis, quia talem fidem habenti ſæpè etiam inanimata obediunt, &c. De Gregorio Neocæſarienſi legitur, quia cùm vellet ædificare Baſilicã in angulo montis, erat enim mons impedimento, pernoctavit in oratione, & mane inventus eſt mons de loco proprio in tantùm ſeparatus ut libera haberet ſpatia ad Baſilicam conſtruendam. Etiam in vitas Patrum legitur de quodam Eremitâ quod in medio horto ejus erat lapis pergrandis nocens oleribus quem precibus amovit.* Undè concludit Rabanus apud Divum Thomam in cap. 17. Matthæi. *Sic enim fides mentem noſtram capacem donis cœleſtibus facit, ut quæcumque volumus facillimè à fideli Domino impetrare poſſimus.* Quomodò *quæcumque volumus, &c.* Quot ſunt Sancti qui aliqua miracula poſtularunt à Deo,

 quorum

quorum tamen preces non exaudivit? Nihil obſtat quæcumque volumus impetrare poſſumus, & quidem facillimè ſi ſit neceſſarium pro utilitate Eccleſiæ & ſalute proximorum, etiamſi non ex ſpeciali motione Dei, ſed coacti à Tyrannis, & perſecutoribus.

V. Audi D. Auguſtinum lib. de utilitate cap. 16. *Pollicetur Dominus Eccleſia miracula, dum opus fuerint, non tamen pollicetur omnes qui crediderint ea acturos.* Quaſi diceret licet Eccleſia, & aliqui fideles non præmoti à Deo inſpiratione aliquâ ſupernaturali petant aliqua miracula, Deus tamen eos exaudit, eorum precibus annuit qui crediderint ſe illa miracula facturos. Quando annuet? cum opus fuerit, cum neceſſitas urgebit, ut minantibus tyrannis reſiſtant, ut fidem ſuam confirment, ut ſaluti proximorum proſpiciant, ut ſuam ſanctitatem probent, oſtendant ſe non eſſe ſicophantas, ſeductores, ſed veros eſſe ſervos Verbi Divini à Deo miſſos. Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. 9. cap. 19. ait quod quidam Chriſtiani in Babyloniâ montem ab uno loco ad alium tantâ celeritate miraculosè tranſtulerunt, quantâ navis in mari vehementiſſimo vento pelli poteſt. Henricus Gram in Speculo exemplorum diſtin. 9. exemplo 145. ſcribi anno 125. apud Tartaros ſimile miraculum accidiſſe, ſed videtur omninò idem. Marcus Polyt. Naviga. lib. 1. cap. 18. & Majolus de admirandis naturæ rebus colloq. 16. Poſt hæc omnibus ſæculis aliud miraculum narrat montis tranſlati in regno Moſcii ubi Rex Saracenus exilium è ſuo regno omnibus Chriſtianis minatus fuerat, in quibus ſanè caſibus Chriſtiani petentes à Deo miraculum non peccarunt, nec Deum tentarunt, quandoquidem tyrannus vrgebat, & aliis mortem, aliis exilium minaretur. Et juxta doctrinam D. Thomæ tale auxilium peterent propter urgentem neceſſitatem, & utilitatem, & ſecundùm D. Auguſtinum *opus fuerit.*

S. Auguſt.

VI. Eodem modo tunc fides in illis miraculis patrandis operabatur quo in idiotis qui coram Tyrannis ſapientiſſimè loquuntur ut probat Toſtatus tomo 5. in Matthæum quæſt. 50. Illi ſubſcribit Cajetanus 2. 2. quæſt. 97. art. 1. docens quod fideles in perſecutione coacti ad probandam ſuam fidem ſivè verbo, ſivè miraculo non tentent Deum. Art. 2. *Humiliter petere ſignum pro oportunâ inſtructione nullum peccatum eſt.* Expende hæc ultima verba *pro oportuna inſtructione.* Licet Sanctus Anianus non dubitaret ſuam fidem eſſe certam, tamen dubitabat, imò negabat Tyrannus eſſe veram, & ideò licitum fuit, Sancto illi Athletæ humiliter petere miraculum pro oportunâ inſtructione illius Principis & populi increduli. Suarez de Religione tomo 1. tract. 3. cap. 2. fuſius id probat & Eliæ Prophetæ exemplum producit. *Licet aliquis ſit certus, poteſt ſine peccato deſiderare vel certior fieri ex parte ſua ad excludendũ omnem humanam tentationem, vel amplius illuminari in illa veritate de quâ certus eſt, vel propter ſe vel propter alios, &c.* Gregorius à Valentiâ tomo 3. diſp. 6. quæſt. 14. de tentatione Dei puncto 4. *Videmus interdum ſanctos fuiſſe hujuſmodi orationibus, vel ad miracula patranda, vel ad detegenda occulta, &c.* Idem docent Layman, Sanchez, Toletus, Bonacina, Sayrus: & confirmatur ex devotâ fidelium praxi. Hi enim in deſperatis morbis ad ſanctos recurrunt, ut eorum meritis & interceſſionibus Deus miraculum faciat, qui tamen noo ſecuto miraculo nemo eos condemnat, quaſi aliquid ſiniſtrum abſque prævio inſtinctu aliquid petiiſſent. Optimè notat Vericelli tract. de miſſionibus Apoſt. tit. 1. de fide quæſt. 36. abſtinendum eſſe etiam in caſu neceſſitatis à curioſis miraculis, ſed procuranda miracula neceſſaria ſeu utilia. Cui favet D. Auguſtinus lib. de utilitate credendi cap. 16. *Quædam miracula ſunt, quæ ſolum faciunt admirationem, quædam verò magnam etiam gratiam, benevolentiam conciliant. Nam ſi quis volantem hominem cernat miratur tantùmmodò; ſi quis autem deſperato morbo affectus, mox ut juſſum fuerit convaleſcat, admirationem ſanitatis ſuæ etiam charitate*

Cajetanus

Suarez

Gregor. à Valentia.

S. Auguſt.

charitate ſuperabit. Talia facta ſunt à Cyrillo, ſanati, languidi, munduti, leproſi, inceſſus claudis, cæcis viſus, ſurdis auditus eſt redditus. Similia habet Toſtatus tomo 3. in Matthæum cap. 10. quæſt. 57. Abſtinendum eſt etiam à miraculis, quæ extorquentur à Tyranno ob curioſitatem, quæ ſi fiant potiùs præſtigiis attribuet quàm potentiæ divinæ, & ideò in hoc caſu mors potiùs ſubeunda eſt quàm ſimilia ſigna poſtulare. Talia non petiit Elias dum ſacrificaret in Carmelo, neque dum à Rege Ochoziâ conſuleretur. Nã cap. 18. lib. 3. Reg. igne cœ-

l. 3. Reg. 18. v. 39 litus abſumente victimam, verſ. 39. *Quod cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Tertius Quinquagenarius accedens ad Eliam ex parte ſui Principis, cum non ut præſtigiatorem, ſed ut veri Dei ſer-

l. 4. Reg. 2. v. 13. vum adoravit, Lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 13. *Homo Dei, noli deſpicere animam meam, neque animas ſervorum tuorum, qui mecum ſunt.* Sic Chriſtus coram Herode nullum miraculum edidit, nolens ejus curioſitati ſatisfacere. Ratio cur ab ejuſmodi miraculis petendis vel edendis ſit abſtinendum, eſt, quia ſic irreverenter cum Deo agunt, quaſi foret curioſitatis & luſus fautor. Deindè ſic eſt cooperari poſitivè ut tyrannus erga Deum ſe irreverenter gerat, ſicque eſt intrinſecè malum.

VII. Poſſunt tamen edi miracula, ſi tyrannus extorqueat illa non ex curioſitate, ſed infidelitate, & mortem minetur; Tunc quamvis credat eum in ſuâ infidelitate permanſurum, poteſt humiliter fidelis miraculum non abſolutè ſed conditionatè poſtulare. Sic Regi Nabucodonoſor dicenti

Dan. 3. cap. 3. verſ. 16. Danielis. *Et quis eſt*
verſ. 16. *Deus qui eripiet vos de manu mea.* Ver-
verſ. 17. ſu 17. *Reſpondentes Sidrach, Miſach, & Abdenago dixerunt Regi Nabucodonoſor, non oportet nos de hac re reſpondere tibi: Ecce enim Deus noſter, quem colimus poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis Rex liberare. Quod ſi nolueris, notum ſit tibi Rex quia Deos tuos non colimus, &c.* Quibus verbis innuunt & profitentur Deum eſſe omnipotentem, tamen ſe ab eo petere liberationem ab incendio Babylonico non abſolutè, ſed conditionatè & cum ſubordinatione ad divinum ejus beneplacitum. Nam cùm Deus melius norit utilitatem converſionis infidelium, & neceſſitatem tuendæ vitæ quàm ſi non provideat nunc per aliquod miraculum, concludere debemus Deum ſapientiſsimum alia media habere quibus fiat ejuſmodi converſio.

CAPUT XXXI.

Licet Miracula edere in confirmationem fidei apud infideles quibus non alia ratio ſuppetit, quàm cognoſcendæ veritatis.

I. LUcæ cap. 4. fertur quod Chriſtus verſ. 16. *Venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit ſecundùm conſuetudinem ſuam die Sabbathi in Synagogam, & ſurrexit legere, & tradiditus illi liber Iſaiæ Prophetæ, &c.* *Luc. c. 4. verſ. 16.*
Et verſ. 23. ſubdit. *Utique dicetis mihi hunc ſimilitudinem. Medice cura te ipſum. Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in Patria tua,* *verſ. 23.*
verſ. 24. *Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſuâ.* *verſ. 24.*
Verſ. 25. *In veritate dico vobis, quia multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael quando clauſum eſt cælum annis tribus & menſibus ſex, cùm facta eſſet fames in omni terra, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sareptâ Sidoniæ ad mulierem viduam.* *verſ. 25.*
Verſ. 26. *Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.* *verſ. 26.*
Cur Chriſtus poſt factam illam celebrem concionem fundatam in textu Iſaiæ, quæ omnibus auditoribus maximam admirationis argumentum præſtitit, de miraculis differit? Cur reſpondens ſe apud Capharnaitas & alios exteros miracula edere, potiùs quàm apud Nazaræos compatriotas ſuos. Subdit exemplum Eliæ & Eliſæi, quorum ille

in Sareptâ Sidoniæ gentili terra. Hic in perſonam Naaman Syri etiam infidelis miracula operati ſunt. Nonnè ſi illi ſimilia miracula operati fuiſſent in patriâ ſuâ, ab aliquibus ſaltem parentibus & amicis benè excepti fuiſſent. Sanè ſi ad prædicationem unam quam habet Chriſtus verſ. 21. *Omnes*
verſ. 21. *teſtimonium illi dabant & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius, & dicebant, nonne hic eſt filius Ioſeph.* Majori ſanè ſtupore Nazaræos affeciſſet, ſi coram illis aliqua patraſſet miracula, nam miraculum ſecundùm nominis etymologiam importat aliquid mirum, ſeu mirandum quaſi ſit admiratione plenum. Deindè ſecundùm S. Cyprianum in libro de multiplici Martyrio. Miracula inter veræ fidei teſtimonia non ultimū obtinent locum. Undè & hæretici ut ſuam probarent hæreſim miracula affectarunt, & quæ ope divinâ facere non poterant arte magicâ tentarunt, Ut notat S. Irænæus lib. 2. cap. 58. & patet in Simone Mago & aliis. S. Auguſtinus in lib. de hæreſibus cap. 24. refert à Philumenâ immiſſum quidē fuiſſe panem grandem in ampullam vitream quæ anguſtiſſimum os habebat. Sed hoc & ſimilia facta non miracula, ſed illuſiones oculorum & præſtigiæ dæmonum erant, ſimilia erunt prætenſa Antichriſti facinora, de quo Apocal. cap. 11. Joannes Caſſianus in collatione 15. Abbatis Neſteronis cap. 3. ſcribit Beatum Macharium cum Hæretico diſputantem ad miracula provocaſſe, hæreticumque ſtatim aufugiſſe. Theodoretus lib. 1. hæreticarum fabularum cap. ultimo narrat, quod cùm Manes jactaſſet ſe curaturum filium Regis Perſarum, qui in morbum inciderat, effecit, ut in graviora mala laberetur. Filius Valentis Imperatoris, qui accerſito S. Baſilio convaluerat, vocatis poſtea hæreticis Arianis occubuit. Ita S. Amphil. in Hiſtor. tripart. & alii.

II. Cur ergò prædicationi ſuæ non adjecit miracula. Scio S. Ambroſium reſpondere cauſam denegati miraculi Nazaræis eſſe eorum incredulitatem. Sed occurrit dubium, ſi erant incre-duli, cur illis prædicabat? Nam æquè videbatur denegandum ſemen Verbi Dei, ac miraculum. *Nolite* (inquit Chriſtus Matthæi cap. 7. verſu 6.) *ſanctum dare canibus, neque* *Mat. 7.*
mittatis margaritas veſtras ante porcos, *verſ. 6.*
nè fortè conculcent eas pedibus ſuis, & canes converſi diſrumpant vos. Sanctus Chryſoſtomus homil. 23. *Neque enim porcus aliquando novit cujus ſit pretii margarita. Et hoc ergò quia neſcit, ideò nec videat nè conculcet, quæ* *S. Chryſoſtomus.*
non novit. Per porcos peccatores ſordidiſſimos intelligit, qui cœnæ delectationum hujus mundi perpetuò vacant qui cum præ nimiâ rerum terrenarum cupiditate ſunt quaſi alienati à ſe, res cœleſtes non cognoſcunt, ſalutis media contemnunt, pedibus conculcant, Sacramenta parvipendunt, vel negant ſibi ad ſalutem neceſſaria vel proficua. Dicendum ad hoc omnibus nationibus Chriſti verbum diſſeminandum aliis facile, aliis difficile. Elias autem, Eliſeus ſeu Chriſtus ferventiſſimè ac luculentiſſimè in nativis ſuis regionibus Dei verbum diſſeminavit, quod medium ad eas nationes convertendas plurimum æſtimari debebat. Et tamen ſecundùm Apoſtolum 1. Corinth. cap. 1. verſ. 21. *Placuit Deo per* *1. Corin. 1. v. 21.*
ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes. S. Thomas ibi lect. 3. *Per*
ſtultitiam prædicationis idest per prædi- *D. Thom.*
cationem quam humana ſapientia ſtultam reputat. Dionyſius illi ſubſcribens. *Placuit* (inquit) *Deo per prædi-*
cationem Evangelicam quam mundus *Dionyſ.*
fatuam reputavit, ſalvos facere electos, convertendo eos ad fidem & gratiam per Apoſtolorum prædicationem. Et ante eos Theodoretus. *Viſum eſt Deo per* *Theodoretus.*
prædicationis ſimplicitatem, quæ videtur quidem eſſe ſtultitia, &c. Quæ ſimplicitas prædicationis (ut idem Apoſtolus ibidem probat) validum jaculum erat, ad penetranda obduratiſſimorum hominum corda. Eos verò quibus liberè, vel non ita diu (ut oportebat) verbum Dei annuntiari non poterat, ut ad ſe Chriſtus attraheret uſus eſt miraculis. Sic Capharnaitis miracula exhibuit. Sic Elias apud Sidonios miracula edidit,

viduamque

viduamq́ue Sareptanam (quæ ſecundùm ſanctum Chryſoſtomum gentilis erat) & ejus familiam ad fidem convertit: Sic cum Eliſeo in Syriam liber acceſſus non eſſet, nec verum Deum verbo annuntiari poterat, miraculis prædicavit, ut patet in Naaman à leprâ corporali & ſpirituali curato lib. 4. Regum cap. 5. verſ. 15. *Reverſus ad virum Dei cum comitatu ſuo venit, & ſtetit coram eo, & ait, verè ſcio, quod non ſit alius Deus in univerſa terra, niſi tantùm in Iſrael.* Toſtatus quæſt. 14. 15. & 19. oſtendit Naaman hoc miraculo converſum fuiſſe ad fidem. quæſt. 20. docet non tamen factum fuiſſe Hebræum, ſed tantùm ceſſaſſe à cultu Deorum gentilium, voluiſſeque perſiſtere in cultu Dei Iſrael, ita tamen ut non aſtringeretur ad legem Hebræorum, ut patet quia Naaman dixit Eliſeo verſ. 17. *Non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino.* Manebat tamen in Syria, cum ſuum officium non dimitteret, iterq́; cum Domino ſuo ad templum idolorum. Quod ſi factus fuiſſet Hebræus manſiſſet in terra Iſrael. Deindè ſi Hebraiſmum amplexus fuiſſet, circumciſus fuiſſet, & inſtructus in lege, quod factum non eſt, ſed tantùm dixit Eliſeo, ut Deum oraret nè peccatum imputaretur, quod in templo Remmon cum Domino ſuo adoraret. Et quæſt. 21. Toſtatus probat, quod non teneretur legem Hebræorum ſuſcipere, ut eſſet fidelis. Primò quia lex naturæ non determinabat aliquam cæremoniam particularem ad colendū Deum. Secundò, lex Moſaica ſolos Iſraelitas obligabat, ſi tamen aliqui ritum Judaicum ſuſcipere volebant, tenebantur circumcidi, & illam legē ſervare, ut patet Exodi cap. 12. verſ. 48. quod *Si quis peregrinorum in veſtram volueris tranſire coloniam, &c.* Naaman verò commiſit ſe diſpoſitioni Eliſei, qui non dixit eum obligari ad illam legem Judaicam, nec perſuaſit, ſed permiſit ſacrificare in terra ſua, & manere in eodem ſtatu, nec voluit ſervare legem Judæorum, licet ſciret Deum Iſrael eſſe verum Deum.

4. Reg. c 5. v. 15

Toſtatus

Exod. 12 verſ. 48.

III. Ex his infero quod quando infidelis, cui non occurrit alia ſufficiens ratio cognoſcendæ veritatis, & comparandæ veræ religionis) poſtulat ex animo in ſe vel in alio aliquod miraculum v.g. ſi aliquis Turca, vel Indus cui Chriſtianæ fidei rudimenta non fuêre ſufficienter propoſita polliceatur ſe crediturum, modò aliquo evidenti miraculo, quod vera fides probetur, tunc poteſt licitè abſq; periculo tentationis miraculum à Deo poſtulare, ita Leſſius lib. 2. cap. 47. n. 5. Verricelli tract. de miſſion. Apoſtol. tit. 1. de fide quæſt. 37. dubio 2. *Nam* (ut benè ratiocinatur S. Hieronymus in cap. 2. Jonæ.) *aut hi fideles ſunt, aut infideles ſunt: Si fideles multò majora tenentur credere, tres pueros camino ignis illaſos, mare diviſum inſtar murorum ſteti ſſe rigidum, Danielem à leonibus non devoratum, & alia plura. Si verò infideles legant quindecim libros Naſonis Metamorphoſeos, & omnem Græcam. Latinamq́; hiſtoriam, ibiq́; cernens vel Daphnem in laurum, vel Phaetontis ſorores in populos arbores fuiſſe converſas, quomodò Iuppiter ſit mutatus in Cygnum, in auro fluxerit, in tauro rapuerit, & cætora in quibus ipſa turpitudo fabularum divinitatis denegat ſanctitatem. Sed cum turpibus credant, potentiaq́; Dei univerſa defendant, cur eandem virtutem non tribuunt & honeſtis.* Quaſi diceret, ſi ſecluſo alio medio v.g. prædicatione verbi Dei, petant vel videant miracula ſivè fideles ſivè infideles ſint cogentur credere ſicut Naaman, videndo effectus ab eo fieri, qui à cauſâ creatâ produci non poſſunt. Hoc enim modo gentes veram deitatem inquirunt ut patet ex lib. 3. Regum cap. 18. ſic etiam Iſraelitæ cùm partim Deum, partim Baal colerent dixit Elias. *Uſquequo claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus ſequimini eum, ſi autem Baal, &c.* Et ad hoc dedit probationem veræ divinitatis, ut ſcilicet Prophetæ Baal ponerent unum bovem in uno altari abſque igne, & Elias alium bovem in alio altari pro Deo Iſrael, non ſuppoſito igne, & quicumque Deus exaudierit per ignem ipſe pro vero Deo haberetur,

S. Hieron.

quam

quam propoſitionem laudavit populus. S. Epiphanius de hæreſibus ſcribit Chriſtū apparuiſſe cuidam Judæo, & præcepiſſe ut peteret miraculum. Tali medio uſus eſt Rhembertus, nam ſecundùm Bzovium lib. 5. de ſignis Eccleſiæ ſigno 11. *Sub annum 388. procurante Ludovico Pio Gregorius IV. diſſeminanda Chriſtianæ religionis per* Bzovius. *omnia Aquilonis regna Epiſcopis Hamburgenſibus dedit munus, eiq; dedit initiū Anſcharius in Daniâ, Sueciâq;, adjunctis nonnullis Monachis è nova Corbeiâ, poſt Anſcharium Rembertus eſt ordinatus Hamburgi Epiſcopus à Nicolao Papa, qui Hamburgenſem Eccleſiam Bremenſi conjunxit, & Photium ſede indignum judicavit. Igitur Rembertus in Dania, Suetia, & Regionibus vicinis cultum Dei amplificavit. De ipſo inter alia prodivit, cùm vidiſſet in Dania quadam regione innumeram Chriſtianorum multitudinem catenis vinctam dari in ſervitutem à Piratis quibuſdam, precibus ſe dedit, & continuò fracta ſunt vincula Barbaris Danis ſtupore perculſis: Sæpius cùm mare trajiceret Sueciam, vel alia loca petens tempeſtates ſupplici ad Deum voto ſedavit, cæco lumen reddidit, Chriſmatis ſacramento dæmones è corporibus fugavit, hæc & alia multa cum perficeret, multos ad Chriſti cultum traduxit è Danis.* Non verbo, ſed ſolo miraculorum aſpectu. Et ſubdit. *Poſt hæc accidit ut Dani majori parte nihilominus impiis eſſent ſuperſtitionibus addicti donec in quodam convivio præſente Haraldo rege oriretur contentio de religionis veritate. Aderat Clericus quidam Poppa nomine, qui pro veritate ſtetit adverſus alios. Tunc Rex petivit Clerico an velit periculum facere ſuæ religionis. Non renuit Poppa, juſſit eum Rex in craſtinum diem cuſtodiri conventuq; advocato produci mandat magni ponderis ferrum candens & ignitum, Poppaq; imperat, ut illud manu nudâ prenſum geſtet: intrepidus ille arripuit, diuque cunctis aſpicientibus circumgeſtavit, deinde illæſas omninò manus oſtendit. Eâ re obſtupefactus Haraldus, ſimulachra falſorum Deorum conteri jubet, cunctiſq; ut Chriſtum colerent imperavit.* Non alium præconem Evangelicæ fidei habent quam miraculum.

Idem poſt Petrum Damianum qui proximus fuit his temporibus refert, quod: *Erat inter alios Monachos Romualdi Bonifacius Buſclavini Sclavonicæ gentis Regis conſanguineus, qui divino inflammatus deſiderio cum conſecratus fuiſſet Archiepiſcopus illius nationis à Pontifice Romano in Rhuſſiam pervenit ad Regem, qui auditâ Chriſtiani cultus prædicatione ita ſe crediturum dixit, ſi Bonifacius per medias flammas rogi ardentis illæſus tranſiret. Accepit conditionem Bonifacius, & cum thure & aquâ ſacrâ ignem illuſtraſſet per medias flammas, nullo accepto ullius detrimenti vel tenuis ſigno incolumis inceſſit. Ad tantum miraculum Rex cum tota ferè natione Chriſto ſe dedit.* S. Gregorius Archiepiſcopus Trephenſis in diſputatione cum Herbano Judæo Græcè & Latinè Pariſiis edita, quæ habetur in primo tomo Græco-Latino bibliothecæ veterum Patrum, ſcribit ſe cōvertiſſe Judæos petentes ſignum, ut Jeſus eis vivus appareret, quod factū eſt. Quamvis enim non foret neceſſarium, tamen erat neceſſarium aliis, qui in invincibili infidelitate perſiſtebant. Baronius anno 481. refert Catholicū contra Arianum philoſophum diſputantem ſuam fidem igne probaſſe. Zonaras tomo 1. Annalium & Cedrenus narrant quod à Baſilio Imperatore quidam Epiſcopus miſſus ad fidei veritatem diſſeminandam Roſſis quo facilius ſuum intentum attingeret, ad eorum inſtantiam projecit ſacrum Evangelii librum in ignem, in quo illæſus, & integer permanſit. In vitâ S. Alberti noſtri Ordinis legimus, quod: *Hic Sanctus proficiſcens Agrigentum, cùm ex altera ripa Platani fluvii Judæos quoſdam obvios habuiſſet repentè flumen alveum excedens illos prætereuntes invaſit, qui cum mergi cœpiſſent ad Sanctum, ut eis opem ferret clamare cœperunt, promiſit ille ſi Chriſtiani fieri vellent ſe eis auxiliaturum, quibus id promittentibus, Vir Dei ambulans ſuper aquas manus eis porrexit, eodemq; in flumine eos baptiſavit, & ad ripam incolumes perduxit.* IV.

Quod ſi de converſione infidelium etiam noſtris temporibus factā mentionē faciamus, reperiemus quaſdam V.

nationes

nationes barbaras viſis tantùm miraculis abjuratâ infidelitate Chriſtianos effectos fuiſſe. Bozius libro & ſigno ſupra citato. refert. *Veniſſe in manus Principis cujuſdam qui non longè aberat à finibus regni Peruani effigiem Chriſti Crucifixi ille acceptam conſpuere, ac multis modis irridere cœpit in conſpectu plurimorum. Ibi mirabiliter imago, quaſi verè ſpiraret cœpit ex oculis lumen emittere, caput motare, & aſpectu minari, regem cunctoſq; terrere, quocirca pavore perculſi omnes & tremore correpti, partim cecidere ad terram, partim cum ſe viderent obrugeſcere, neque poſſe loco recedere, exclamare cœperunt, facti pœnitentes. miſericordiam ſuppliciter exorare. Ob id priſtino ſtatui protinus reſtituti magnum Chriſtianorum Deum palã confiteri altiſsimâ voce, rem cunctis enarrare. At Princeps unà cum multis è numero ſuorum ſe Cuzcum contulit, & factum divulgans Chriſto ſe devovit.* Licet hoc poſtremum miraculum ab argumento deficiat, tamen in hoc convenit, quod unico miraculo converſi ſunt plurimi, quibus prædicatio vel exoſa vel inaudita erat, præviſâ enim utilitate ſcilicet converſionis meritò fieri, optari & promitti poſſunt miracula, ut notant Baldellus, Sanchez, Toletus, Layman lib. 4. Quod maximè verum quando alia media converſionis non ita abundãt, ſeu facilè ſubminiſtrari poſſunt, ut præmiſſum eſt.

CAPUT XXXII.

An poſt longam diſputationem cum infidelibus factam, liceat ad Miraculum recurrere.

I. PRæſuppoſitâ divinâ inſpiratione, attentâ præſenti neceſſitate & præmiſsâ utilitate miraculi, poteſt peti miraculum. Id patet in Eliâ, qui cùm videret populum ad idololatriam deflectere, nec verbis, nec minis illos prævaricatores velle redire ad cor, tandem cœlitus inſpiratus ad miracula recurrit ſiccitatis & famis triennalis, & ſacrificii, ut illis extremo malo infidelitatis occurreret, & inanitatem falſorum Deorum patefaceret. Quod ad primum miraculum D. Chryſoſtomus homilia 1. & 2. de Elia clarè innuit populum in ſuis ſceleribus fuiſſe obduratum Homiliâ quippè 1. ait. *Cum Elias Propheta ſanctiſsimus populum prævaricatum* S. Chryſoſtomus. *aſpiceret, cumq; Baal & Lucos deſpecto Domino coli à ſacrilegis perspiceres, cumq; Creatore deſpecto figmentis ſe nec moribuſq; omnis populus addixiſſet.* Et clarius homil. 2. *Elias ut vides Iudæorum gentem contemptâ Dei miſericordiâ perpetuò in deliciis vivere, & idolorum cultui deditum, & à Deo quidem impietatem tolerari, ipſos autem longanimitate iſtâ ad majorem vitæ impœnitentiam abuti.* Quæ verba innuunt Deum Iſraelitis propoſuiſſe omnia media quæ in theſauro ſuæ miſericordiæ reperiebantur, quibus contemptis Elias eſt à Deo inſpiratus, ut patet ex illis verbis lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 2. *Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto.* Iudicavit neceſſarium eſſe miraculum, ut illo viſo ad ſaniorem mentem redirent. D. Chryſoſtomus homil. 1. *Quando pro eis oravero, & judicavero quod dignam animæ ſuæ curam gerant, probèque reſipiſcant.* Hoc autem miraculum ſunt fames & ſiccitas triennalis de quo miraculo ſic loquitur Eucherius Lugdunenſis in libros Regum lib. 4. *Magna vis propheticæ dignitatis humanus ſermo eſt divinus effectus, in terris homo loquitur, & imperio ejus cœleſtes obediunt poteſtates: Commovit omnem creaturam unius ſermo Prophetæ, & miro modo humi ſonans aera cœlumq; concuſſit, &c.* Expende illa verba *humanus ſermo divinus effectus*, ideſt miraculoſus & ſupra naturã. Quod ſequentibus probat. *In terris homo loquitur, & imperio ejus cæleſtes obediunt poteſtates.* Quaſi diceret, naturaliter ſublunaria obtemperant cœleſtibus, inferiora ſuperioribus, ſed ſupernaturaliter ut hic, *in terris, &c. & imperio ejus cæleſtes, &c.* Quod confirmat. *Commovit creaturam unius ſermo Prophetæ, & miro modo humi ſonans, &c.* Quaſi diceret ſi miraculum venit à miro vel mirando, Eliæ ſermo miraculoſus

l. 3. Reg. 17. v. 2. S. Chryſoſtomus. Eucherius

miraculoſus eſt, quia *miro modo ſonans &c.* Inductione oſtendit. *Procedens enim velut ignis ſententia ipſa quodammodo terra vitalia penetrans, confeſtimq́ omnia arefecit, &c.* Hoc miraculo non emendantur Iſraelitæ, nam ſecundùm D. Chryſoſtomum homil. 2. de Elia *Creſcit malitia populorum, creſcit & inopia rerum, ſæviit cunctorū impietas, ſæviit & in cunctes neceſſitas, &c.* Cùm primum hoc miraculū non fuit efficax ad eorum converſionem, ad aliud pergit prævio inſtinctu divino, ut patet ex illis verbis lib. 3.
l. 3. Reg. 18. v. 1. Regum cap. 18. verſ. 1. *Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam in tertio anno dicens, Vade & oſtende te Achab, &c.* Et clarius ex illis Eliæ,
verſ. 34. verſ. 34. *Et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Juxta quæ ſacrificium inſtituit in Carmelo & igne cœlitus emiſſo illud abſumit. Rectè Meta-
Metaphr. phraſtes apud Surium 20. Julii. *Licebat autem ſtatim videre (ô arcanum miraculum) ignem deſuper deſcendentem, & omnia penitus conſumentem. Tunc enim in holocauſtum & ligna, & aquā, quæ erant circumcirca & omnia alia excedit.* Expende iſtam exclamationem, *ô arcanum miraculum.* Quod probat. *Porrò autem lapides quoque, & pulverē, & ſi quid aliud invenit, elixit, & verè oſtendit non eſſe ſolummodò ignem, cui aqua repurgaſſet natura, ſed diviniorem quandam potentiam, & majorem, quam ut ignis eſſet operatio.* Pondera illa verba, *ſed diviniorem quandam & majorem, &c.* ideſt ſupernaturalem, & excedentem potentiam naturalem ignis.

II Textus ſubdit. *Quod cum vidiſſet*
verſ. 39. *populus cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Toſtatus quæſt. 33. *Non fecerunt hoc ex timore, ſcilicet quod territi prop-*
Toſtatus. *ter miraculum caderent in terram, ſed fecerunt ex reverentia, quā Deus oſtenderat coram eis tantum miraculum, ideò humiliari debebant coram eo propter illud potiſſimè, quia per adventum ignis ſignificabatur præſentia Dei, & ſic humiliati ſunt, tanquam coram Deo humiliarentur.* Joſephus lib. 8. cap. 13.
Ioſephus. id innuere videtur. *Hoc videntes Iſraelitæ ceciderunt in terram, & adoraverunt verum Deum, maximum, ſolum, verumq́ proclamantes, alios verò fallaciter ſe & vanā opinione coluiſſe.* Quaſi diceret tantâ fuit virtus iſtius miraculi, ut Iſraelitæ, qui ante ad ſermones Eliæ, & aliorum prophetarum ſurdi erant, & ad idololatriam converſi, ſtatim reſipuerunt, & Deum verum debito honore proſecuti fuerunt.
Ita Eliæ imitatione plurimi ſancti ſe geſſere, non coram obſtinatiſſimis fecerunt miracula, quia tunc deerat utilitas, ut notant Toletus lib. 4. cap. 19. num. 8. & 9. Baldellus tomo 2. lib. 4. diſp. 17. numer. 10. Sanchez lib. 2. ſummæ cap. 34. num. 10. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 5. num. 2. noſter P. Lezana tomo 3. Theolog. tract. 4. diſp. 4. quæſt. 1. & 5. Quorum hic notat quod gratia gratis data qualis eſt gratia miraculorum ordinetur ad utilitatem aliorum ut ipſi coniungantur Deo, propterea enim Apoſtolus 1. Corinth. cap. 12. dicit eam eſſe ad utilitatem utique illorum. *Quemadmodum* (inquit dictus P. Le-
zana) *in corpore humano ſunt aliquæ* Lezanā.
facultates ſolum ad bonum particulare individui ut ſunt potentia nutritiva & augmentativa, & alia ad bonum commune ſpeciei, ut potentia generativa, &c. Sic etiam pro corpore myſtico Eccleſia providit Deus ut aliqua Chariſmata, ea videlicet, quæ pertinent ad gratiam gratum facientem ſolùm ſint ad privatum bonum habentis, ea verò quoad gratias iſtas in aliorum utilitatem. undè rectè definitur gratia gratis data, hoc modo, eſt donum ſupernaturale conceſſum aliquibus in utilitatem aliorum. Notat tamen nonnunquam concedi ad ſanctitatem eorum quibus conceduntur demonſtrandam, quæ ſub nomine utilitatis comprehendi poteſt, ut ſcilicet Sancti debito honore excipiantur. Vel Sancti ſuam innocentiā, & ſanctitatem probent, ut Elias innuit his verbis lib. 3. Regum cap. 18.
verſ. 36. *Oſtende hodie quia tu es Deus* l. 3. Reg.
Iſrael & ego ſervus tuus. Sic S. Britius 18. v. 36
(ex ejus vitâ) ut ſuæ caſtitatis teſtimonium redderet. *Infantem triginta dierum, quem ex Epiſcopo natum æmuli calumniabantur palam loqui, ſeq́ patrem non eſſe teſtificari fecit, & ut*

oſtenderet

Digitized by Google

oſtenderet ſe concupiſcentiæ igne non fuiſſe combuſtum prunas ardentes ad ſepulchrum uſque beati Martini in veſtimento incombuſto detulit. Inimici autem ejus hæc omnia magicis artibus tribuentes, ab Eccleſia eum ejici curarunt.

III. Sed aliorum qui ob Eccleſiæ, & proximi utilitatem ad miracula recurrerunt, breviter hiſtorias exponamus. Primò occurrit S. Dominicus, verè Eliæ imitator, quemadmodum enim de Eliâ S. Epiphanius in lib. de vitis prophetarum hæc ſcribit. *Quem cùm eniteretur parens ejus, ejuſmodi*
S.Epiph. *patri viſio apparuit. Viri niveum quendam præ ſe ferentes habitum patrem ſalutabant, Matriſq; uberibus in ignem evellebant, quin & flammam ignis cibi loco miniſtrabant.* Vel
Eccli.48 ut Eccleſiaſt. cap. 48. vel. 1. *Surrexit*
verſ.1. *Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebant.* Ita hujus Mater, *Gravida ſibi viſa eſt in quiete continere in alvo catulum ore præferentem facem, quâ editus in lucem orbem terrarum incenderet*: *quo ſomno figurabatur, ut ſplendore ſanctitatis & doctrinæ gentes ad Chriſtianam pietatem inflammarentur, &c.* In hoc maximè vaticinium complevit, quod ſicut (ut dictum eſt) Elias veram Dei Iſrael divinitatem comprobavit, & populum ad veræ fidei profeſſionem reduxit per ignem cœlitus in ſacrificiũ ſuum dimiſſum. Sic S. Dominicus apud S. Antoninum part. 3. Chronic. tit. 19. cap. 1. §. 4. & alios, cùm propugnaret fidem Catholicam contra Albigenſes, ac verba & argumenta parùm prodeſſent, ad hanc diſputationem terminandam, ordinatum fuit, ut utriuſq; partis libri igni mandarentur, quod factum eſt. At Albigenſium liber mox combuſtus eſt, S. Dominici verò liber ter igni traditus, illæſus exivit. Nicephorus lib. 15. cap. 23. ſcribit quod ſub Anaſtaſio poſt longam diſſertationem infructuoſam Epiſcopus Catholicus Arrianum Epiſcopum ad rogum ignis invitavit, quem detrectante Arriano, Orthodoxus nihil moratus rogum ingreſſus eſt ibi diu diſſeruit, & tandem illæſus, ac incolumis egreſſus eſt. Palladius in hiſtoriâ Lauſiacâ cap. 54. narrat quod cùm S. Capres cujuſdam magi ſophiſmata & argutias ſolvere non poſſet, quas ille proponebat, nè daretur proceſſus in infinitum, & ut tandem vera fides clarius eniteret, magum invitavit ut ambo ignem ingrederentur, quod conceſſit S. Capres illæſus egreſſus eſt illo exuſto, & ſic ſimpliciores ac rudes technas illius magi, & errores detexerunt.

S. Gregorius Turonenſis lib. de gloriâ Confeſſorum cap. 14. ſcribit, IV.
quod tempore Levigildi Regis quidã Catholicus Hiſpanus cum Gotho Arriano diſputans, cùm illum nec verbis nec rationibus convincere poſſet, tandem cum provocavit ad annulum aureum ignitum contrectandum: quâ conditione acceptâ, Catholicus ſine ulla læſione vel offensâ contrectavit, alter minimè. Baronius tom. 7. anno 526 poſt Sophronium in prato ſpirituali cap. 36, habet quod ſanctus Ephrem Patriarcha Antiochenus, & Severianus hæreticus diſputantes: hic ut Patriarcham terreret propoſuit ut ignem ingrederentur, quod S. Patriarcha acceptavit. Ille videns quod non tantùm de propugnandâ fide, ſed etiam de vitâ ſeriò ageretur ſuam propoſitionẽ exequi noluit. Detectâ ejus fictione ac malitiâ S. Ephrem ad miraculum recurrere non tenebatur, quia tunc nulla aderat neceſſitas miraculorum, cùm hæreticus non haberet anſam in ſe gloriandi, & fidem Catholicam irridendi. Nam hæreticus debebat prius ignem ingredi, vel ſaltem ambo ſimul, ut hæreticus ſacrilegii & temeritatis pœnas exſolveret: tamen etſi fides Catholica ſufficienter foret probata per illam fictionem ſeu verſutiam hæretici, Sanctus Patriarcha, Deo indubiè revelante, vel ſentiens in ſe Deum miraculorum auctorẽ ad majorem confirmationẽ, confuſionem hæretici, vacillantium in religione perſeverantiam, & errantium converſionem, projecit ſuam ſtolam quæ immunis & illæſa permanſit, quo viſo ipſemet hæreticus ad fidem Catholicam converſus eſt.

Verricelli citatus tit. 1. de fide, V.

vertant eas in ſanguinem, & ut percutiant terram omni plagâ, & quotquot vicibus voluerint. Arabicus. *Percutiendi terram quâcumque plagâ voluerint.* Primaſius. *Nè imbrem pluat in diebus ipſorum, & poteſtatem habent omnium aquarum convertendi eas in ſanguinem, & ferire terram.* Sylveira. *Hi habent poteſtatem claudendi cœlum.* Scilicet Elias & Enoch habent poteſtatem inducendi famem & ſterilitatem pro tempore ſui Apoſtolatus, ac prædicationis ſuæ, ut fecit Elias lib. 3. Regum cap. 17. Quomodò ſecundùm Textum *habent poteſtatem convertendi aquas in ſanguinem?* ſcilicet ut feccrunt Moyſes & Aaron in Ægypto Exod. cap. 7. contra Pharaonē, in quem miſerunt decem plagas. Sic Elias & Enoch contra Antichriſtum & ſequaces, ſi eis libuerit, immittent, imò & alias graviores, quod ſatis denotatur in illis verbis. *Et percutient terram omni plagâ, quotieſcumque voluerint.*

III. Aretas conſiderans poteſtatem dandam duobus illis præconibus opponendo vera miracula falſis exclamat. *O admirandam bonitatem, quæ ex ore adverſo erroris ordinavit remedium Deitatis. Poſtquam enim Antichriſtus per omnia ſigna, prodigia & mendacia cunctis factis fuerit illuſtrior, ſecundum operationem ſatanæ, benignus Deus ſanctos ſuos obumbrabit per potentiam verorum ſignorum, ut mendacium coarguant, & eos qui fuerunt ſeducti convertant, ac ſeductorem palam traducāt.* Noſter Sylveira ſupr. quæſt. 80. præfata Eliæ & Enoch ſigna & prodigia ad quatuor reducit. Primum, quod *ignis exiet ab ore eorum* modo jam explicato. Secundum, quod claudent cœlum nè pluat. Tertium, convertent aquas in ſanguinem. Quartum, percutient terram omni plagâ, ſcilicet in virtute Crucis, & Sanctiſsimæ Trinitatis. Quem ritum adumbravit Elias lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 21. *Expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus.* In quo ritu ut patet claré Crucis formavit effigiem (inquit Sylveira ſupra) Homo enim extenſis brachiis Crucis effigiem exprimit, ut denotaretur, quod virtute Crucis miraculum operabatur. Sic ſentit Divus Auguſtinus ſermone 3. de Annuntiatione in bibliothecâ virginali, loquens de S. Eliſeo, qui eadem cæremoniâ ad imitationem ſui magiſtri uſus fuit, ſic ait. *Hoc Sacramento Crucis S. Eliſeus Sunamitidis filium os ori, manus ſuas manibus ejus applicans orando ſuſcitavit, & vivum Matri reſtituit.* Ideo verò tribus vicibus & non potius duabus vel quaternis uſus fuit Propheta. *Vt* (inquit Gilbertus apud Tilmannum ibi) *Trinitatis cognitionem conferat & dividat menſura fidei.* Metitur ergò tribus vicibus formam exhibens Crucis, & etiam Trinitatis declarans myſterium. in cujus fide ac cognitione miraculum fiebat, Et adverte quod Elias fuit primus homo, qui mortuum revocavit ad vitam, & ad citatum locum lib. 3. Regum notat Cajetanus his verbis. *Hic eſt primus mortuus qui ab initio mundi reſuſcitatus eſt.* Et hoc factum in fide Trinitatis, quia à fide Trinitatis omnis vita & finis in nos dimanat.

Aretas.

l. 3. Reg. 17. v. 21

S. Auguſt.

Gilbertus

Cajetanus

IV. Scio Hugonem Cardinalem & nonnullos alios exiſtimare Sanctos Eliam & Enoch in fine mundi non facturos miracula, ſed verior aliorum mens aſſerentium duos illos Viros Apoſtolicos habituros poteſtatem mirabilem edendi miracula. Cum citatis tenet Cœlius Pannonius collect. in Apoc. cap. 11 ſect. 2. ubi fusè oſtendit eodem jure deberi gratiam miraculorum Eliæ quo tempore Regis Achab Ad illa verba & ſequentia. *Si quis voluerit eis nocere.* Subdit. *Ad ſuperiora geſta Eliæ reſpicit, de quo ſcriptura ait lib. 4 Regum cap. 1, &c.* Quibus verbis probat eorum conſtantiā. Idem explicans verba ſequentia. *Et quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.* Continenter reſpicit ad factum Eliæ, qui Quinquagenarios duos cum ſuis igne fecit abſumi. Hæc vero verba. *Et quia voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi,* oſtendit non intelligenda eſſe ad lentum Apoſtoli Roman. cap. 12. *Carbones ignis congeres ſuper caput eius.* Quod fit quoties maledicenti tibi benedixeris & benefeceris. Ait que hanc explicationem huic loco non eſſe commodam & factis Eliæ minimè

Pannon.

ope, rogus illicò extinctus eſt, Epiſcopus producto Venerabili Sacramento, juſſit iterùm rogum accendi, mago ad ſolitam dæmonis invocationem recurrenti reſpondit dæmon.

Cæſarius. *Iam tibi auxiliari nequeo, præſens eſt enim, qui eſt me fortior.* Bernardus Lutzemburgus in vitis hæreticorum in Guidone Lacha, de eo narrat, qui cùm foret nequiſſimus Hypocrita & Hæreticus, plurimoſque falſis ſuis miraculis ſeduceret, ejus hæreſes non-niſi poſt obitum ejus dejectæ ſunt, & juſſu Epiſcopi ejus cadaver igni mandatum eſt, quo facto dæmones cœperunt vociferari: populus in Epiſcopum inſurgere & murmurare cœpit, hic verò ad cohibendam dæmonis verſutiam, & magis manifeſtandam defuncti magi præſtigias ſacrum celebravit, cùmque ſacra Hoſtia elevaretur,

Bernardus Lutzemb. dæmones in hos clamores proruperunt. *Guido Lacha jam amplius te defendere non poſſumus.* Sicque ejus cadaver in cineres redactum eſt. Thomas Cantipratenſis lib. 2. apum cap. 57. parte 23. ſcribit, quod anno 1231. quidam hæreticus magus in Germaniâ conatus pervertere Religioſum Ordinis Prædicatorum, duxit eum in quandam montis cavernam, eique oſtendit magnificum ac ſplendidum palatium, variis tapetibus or-

Cantiprat. natum, in quo throni auro & gemmis ornati erant collocati & præ aliis aliquos, in quibus Chriſtus Rex, Beata Virgo, Angeliq́ue ac Sancti ordine ſuo ſedebant, coram quibus hæreticus genu flexit, Religioſus verò aſtans ex Pixide Venerabile Sacramentum eduxit, dixitque Pſeudo-Mariæ. *Si Regina es & Mater Chriſti, ecce filius tuus, quem ſi ſuſceperis te Matrem Dei recognoſcam.* His dictis, ſtatim illud magicum palatium diſparuit, hæreſimque ac magiam ſeductor abjuravit.

CAPUT XXXIV.

An & quomodò approbandæ Sanctorum Reliquiæ dubiæ, maximè quæ apud Hæreticos & Schiſmaticos repertæ ſunt.

Modus probandi veras Reliquias, & illas diſcernendi à falſis præfiguratus videtur in I.
Eliæ hiſtoriâ, cùm idololatria non mediocriter ſerperet in Paleſtina à temporibus Salomonis, Roboam, Jeroboam, &c. & unuſquiſque dubitare poterat, cui ſectæ ſui poſteri adhærerent. Idem dubium de ſuo filio adhuc utero materno incluſo pater Eliæ concipere poterat, Deus verò ut illum futuræ ſanctitatis filii certiorem faceret quandam viſionem illi propoſuit, cujus meminit S. Epipha- S. Epiph.
nius in libro de vitis prophetarum. *Elias* (inquit) *Propheta ex Thesbis exiſtebat, è continente Arabum de Tribu Aaron Levita, morabatur autem in Galaad, quoniam Thesbis erant ædes Sacerdotibus conſecrata ac deſtinata. Quem cùm eniteretur parens ejus ejuſmodi Sobac Patri viſio apparuit, Viri niveum quendam præ ſe ferentes habitum puſionem ſalutabant, Matriſq; uberibus in ignem evellebant, quin & flammam ignis cibi loco miniſtrabant.* Puſio ille in ignem immiſſus illæſus perſeverat, imò in igne fovetur & nutritur. Pater videns illud infantis corpus ſic immune ab incendio, Sacerdotes & Pontifices, ſeu potiùs divinum oraculum ſuper hoc conſulendum exiſtimavit. *Profectus eſt itaque in Ieruſalem genitor, viſaq; ad Sacerdotes retulit. Reſpondit autem illi Cremaſiſmus, hoc eſt oraculum, ſivè reſponſor. Cave manifeſtum facias. Erit quippè lumen filii hujus domicilium, ſermoq; ejus demonſtratio, ac ſententia, & judicabit Iſrael cum igne tum romphaâ.* Sacerdotes augurati ſunt ejuſmodi puerum cujus corpus ita integrum & immune erat ab incendio futurum ſanctum. Eandem & vitæ &

doctrinæ

doctrinæ ſuæ ſanctitatem inter tot perditos homines Antichriſti præſtigiis irretitos teſtabitur Elias in fine mundi per ignẽ ex ore ejus emittendum Apoc. cap. 11. v. 5 *Si quis voluerit eos lædere ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum.* Qui locus ſivè litteraliter, ſivè ſpiritualiter explicetur, indubium tamen eſt ignem ex ore procedentem Eliæ & Enoch ſanctitatem denotare.

Apoc. 11 verſ. 3.

II. Ex quo deduco corpora ſanctorum ſeu eorum reliquias dubias, ſeu quæ apud hæreticos & ſchiſmaticos reperiuntur per ignem probari debere ab Epiſcopo vel Pontifice. Nam Concilium Cæſarauguſtanum ſecundum, celebratum anno 592. ſub Gregorio I. quod habetur tomo 2. Conciliorum part. 2. Sic Canone 2. loquitur. *Statuit Sancta Synodus, ut Reliquiæ in quibuſcumque locis de Ariana hæreſi inventa fuerint, prolatæ à Sacerdotibus in quorum Eccleſiis reperiuntur Pontificibus præſentatæ igne probentur.* Hujus decreti meminit Baronius anno 592. §. 25. Sic explicandũ illud Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III. cap. 62. & refertur in cap. 2. de reliquiis & veneratione Sanctorum. *Inventas* (inquit) *de novo reliquias nemo publicè venerari præſumat, niſi prius authoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ.* Iſta verba intelliguntur de reliquiis Sancti non canonizati, quas publicè exponere, ut colantur tantum pertinet ad Romanum Pontificem. Et Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de invocatione & veneratione Sanctorum. *Nulla* (inquit) *admittenda ſunt nova miracula, nec novæ reliquiæ recipiendæ, niſi recognoſcente & approbante Epiſcopo, qui ſimul ac de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in concilium Theologis ac piis viris ea faciat quæ veritati & pietati conſentanea judicarit. Quod ſi aliquis dubius aut difficilis abuſus ſit extirpandus, vel omninò aliqua de iis rebus gravior quæſtio incidat, Epiſcopus antequam controverſiam dirimat, Metropolitani & Comprovincialium Epiſcoporum in Concilio Provinciali ſententiam expectet, ita tamen ut nihil inconſulto Sanctiſſimo Romano Pontifice novum aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.* Concilium hoc agit de reliquiis Sancti canonizati recenter inventis ut docent Barboſa de officio Epiſcopi alleg. 97. numer. 10. Sanchez, Fagundez. Hujus autem dubii & difficultatis ſolutio vix aliter haberi poteſt ut docent Baldellus, Fagundez, Armilla, Layman, Suarez, niſi ſcilicet conſentiente Epiſcopo, Concilio Provinciali, vel Rom. Pontifice. His Conciliorum ordinationibus accedit decretum Alexandri III. & Innocentii III. in cap. 1, & 2. de reliquiis & veneratione Sanctorũ. Ex Patribus, S. Gregorius lib. 3. epiſt. 30. fusè oſtendit quomodò varia corpora Sanctorum ab aliis miraculosè cognita, & diſcreta fuerint. Sancta Helena Mater Conſtantini Magni ex Ruffino lib. 1. cap. 7. ex tribus Crucibus veram Chriſti Crucẽ miraculo cognovit. D. Auguſtinus lib. 22. de Civit. cap. 8. ait Mediolani corpora Sanctorum Gervaſii & Protaſii miraculosè inventa fuiſſe. Quibus & ſimilibus hiſtoriis patet Sanctorum corpora aliàs ignota debuiſſe divinitus revelari, & aliquo miraculo verificari priuſquam publicè populo colenda exhiberentur, alioqui juxta ordinationes per ignem probanda forent.

Concil. Cæſaraug.

Lateranẽſ.

Trident.

Dixi *publicè*, quia hæc approbatio per ignem vel aliud miraculum ab Epiſcopo facienda neceſſaria eſt, pro veneratione publicâ ad privatam ſufficiens teſtimonium eſt probabilis conjectura, ſeu unius viri prudentis & viri aſſeverantis eſſe veram reliquiam. Ita P. noſter Lezana verbo *Reliquiæ*, num. 9. Baldellus, Emmanuel Sa, Azorius, Layman, Fagundez, Sanchez, Suarez, Vaſquez. Poſſunt item cultu privato coli Reliquiæ Sancti non canonizati nec beatificati ſine Papæ vel alterius Prælati authoritate, imò & thecis argenteis collo appendi, & deferri ex privata devotione, etiam aliis videntibus. Id probari figuratè poteſt ex lib. 4. Regum cap. 5. ubi Naaman curatus à leprâ petiit ab Eliſeo verſ. 17. *Obſecro concede mihi ſervo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra.* Cur Naaman petiit auferre illã terram III.

4. Reg. 5. v. 17.

&

Toſtatus & ſecum ferre. Toſtatus quæſt. 23. *Ex devotione; nam cùm ipſe in terra Iſrael ſanatus fuerit, voluit potius de terra religionis illius facere altare ad colendum Dominum, quàm de terra alterius religionis. Secunda cauſa eſt propter religionem & ſanctitatẽ terræ: nam terra Iſrael reputabatur ſancta, quia ibi colebatur verus Deus, et tenebatur lex ab illo lata. Terra autem alia non erat ſic ſancta ideò voluit de terra Iſrael accipere terrã pro altari. Tertia cauſa, quia Naaman volebat facere altare, in quo Deus acceptaret ſacrificia. Et quia Syria erat repleta idolis reputabatur cõtaminata, & credebat quod Deus nõ acceptaret ſacrificia facta in altari de terra iſta, ideò accepit terram de regione Iſrael.* Si Naaman ſingulariter affectus fuit erga terram Iſrael, & ex peculiari devotione aliquid ex eâ ſecum aſportare voluit, quia in ea ſanatus fuit, quia in ea colebatur Deus, & in eá lex à Deo lara magis quam alibi obſervabatur, quia victimæ in ea oblatæ erant Deo magis acceprabiles, ut potè ab idolorum cultu aliena. Privata ſanè devotio fidelium erga aliquos virtute & ſanctitate conſpicuos, licet necdum canonizatos & beatificos laudabilior cenſenda eſt, quia templum fuerunt Spiritus ſancti, Deum totâ vitâ coluerunt, legem divinam inviolabiliter obſervaverunt, quia juge ſui cordis ſacrificium ſemper obtulerunt, quia ab omnibus vitiis & maximè ab avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus abſtinuerunt. Illum cultum privarum innuere videtur Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reliq. & venerat. ſanctorum, quo cavetur publicus cultus non canonizatis, permittitur igitur cultus privatus ideſt licet prohibetur cultus, qui nomine totius Eccleſiæ & quaſi ab Eccleſia inſtitutus exhibetur, non tamẽ prohibetur qui coram aliis ſecluſo ſcandalo exhibetur. Et confirmat praxis Eccleſiæ, ſtatim enim ut vitâ exceſſerant Martyres fideles ad eorum exuvias rapiendas certatim currebant, uſque ad eorum ſanguinem effuſum exſugendum, ſicut de ſanctâ
S. Ambr. Praxede & Pudenriana legitur. Alii ſub alraribus condebant, ut teſtatur D. Ambroſius lib. de exhortatione ad virginitatem. *Munera* (inquit) *ſalutis accipita quæ ſub ſacris altaribus recondantur.* Et in epiſtola ad Marcellinam ſororem de inventione Sanctorum Marryrum Gervaſii & Protaſii. *Succedant victimæ triumphales in locum ubi Chriſtus paſſus eſt: iſti ſub altari, qui illius redempti ſunt paſſione. Hanc ergò locum prædeſtinaveram mihi, dignum eſt enim, ut ibi requieſcat Sacerdos, ubi offerre conſuevit, ſed cedo ſacris victimis dexteram portionem.* Quaſi diceret, locus ſub altari ſanctis Martyribus debitus eſt. Quod patentius innuit D. Auguſtinus ſermone 11. de S.Auguſt
ſanctis. *Martyrum corpora rectè ſub altari collocantur, ubi mors Domini quotidie celebratur & ſanguis effunditur.* Idem D. Auguſtinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. ait loca Martyrum ſeu ubi conditi erant vulgò Marryrii nomen accepiſſe, & ibi fideles oraſſe. *Cum loci cancellos ubi Martyrium, hoc eſt locus Martyris erat teneret idem juvenis orãs.* Sepulchra ſanctorũ paſſim à fidelibus ibi collocata fuiſſe teſtatur Eccleſ. hiſtoria ad ſepulchra SS. Gervaſii & Protaſii tota nocte vigilatum fuiſſe ſcribit Sanctus Ambroſius ad ſororem Marcellinam. Idem in ſermone de Martyrio ſanctæ Agnetis refert Parentes ad illius tumulum pernoctaſſe, & vidiſſe exercitum Virginum inter quas erat Agnes, & ad dexrram agnus nive candidior. Conſtantia Conſtantini Imperatoris filia, licet Ethnica, toto corpore malè affecta ad ejus ſepulchrum orans ſanitatem recuperavit, & quot illuc confluebant, curabantur à quacumque infirmitate detinerentur, ut teſtatur idem D. Ambroſius.
S. Hieronymus ad Lætam de inſtitut. filiæ cap. 1. *Populus currit ad Martyrum tumulos.* Scribens ad Marcellã inter alia Aſellæ devotæ ſigna illud refert. *Ad Martyrũ limina penè inviſa properabat.* S,Hieron;

Et certè ſi licet honorare viventes, quos credimus ſanctos, ut docet P. Lezana quæſt. regul. tomo 4. verbo *Reliquiæ*, n. 9. & verbo *ſanctorum cultus*, num. 5. & 6. & in conſultis ſuis fuſiſſimè probat de P. Eliá, qui licet adhuc vivat, tamẽ ab Eccleſia colitur, ei aræ, templa dedicantur. Cui favent etiam Peyrinis de privil. tomo conſtitut. 3. IV.

Leonis X. num. 3. Fagundez. Bonacina, Sanchez, Azorius, Bellarminus. Imò & viventium juſtorum habitus ſingulari honore coluntur, ut patet ex pallio Eliæ de quo P. Lezana tomo 1. Annal. anno Chriſti 3204. num. 10. ubi ſic ſcribit. *De pallio Eliæ quod Eliſeo conſigerat, dubitari poteſt quid actum fuerit poſt ipſius tranſitum, de quo* Lezana, *nobis aliqua dicenda ſunt. Primum illud ab Eliſeo, & diſcipulis in veneratione ſemper habitum. Quis enim aliter credat de chariſſimi & ſanctiſſimi Parentis pretioſo pignore plurium miraculorum inſtrumento, & cæleſtium, divinarumq; viſionum comite inſeparabili? Eò præſertim, quod cum ejuſdem pallii invectione Elias Eliſeum inſtituti prophetalis & inſtar Monaſtici contubernalem & participem fecerit juxta dicta ex Sanchez ſub anno 3127. num. 4. Procul dubio inſtar magni theſauri illud habuiſſet, ut notat idem Sanchez lib. 4. Reg. cap. 2. verſ. 13. Vnde illud ejuſdem loci, Levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei, non denotat illud cecidiſſe Eliſeo uti negligenti, ſed cecidiſſe Eliæ non fortuitò, ſed magno Dei cōſilio, ut pignus haberet Eliſeus dati ſibi muneris, pro ut non ſolùm Sanchez ipſe, ſed & Salianus ſub anno mundi 3139. num. 46. exponunt. Si ut dixi licet colere juſtos viventes & eorum habitus etiam venerari, cur non mortuos. Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 4. refert olim Martyres in carceribus detentos ſolitos fuiſſe viſitari à Chriſtianis qui illorum vincula & catenas oſculis & lacrymis venerabantur. Quis (inquit) in carcerē ad oſculenda vincula Martyris malos reputare patitur.* Imò lapſi ad pœnitentiam redeuntes poſtulabant à Martyribus pacem, & cōmendatitios libellos ut ad pœnitentiā reciperentur. Ut idem Tertullianus teſtatur in lib. ad Martyres cap. 1. & Origenes lib. 1. in lib. Judicum. Si vivis tantus honos exhibitus eſt quantus debet illis defunctis.

V. Quod Pater Eliæ profectus fuerit Jeruſalem, viſaque retulerit ad ſacerdotes, reſponderitque illis Crematiſmus hoc eſt oraculum ſivè reſponſor, figuratè innuit quid faciendum ſit in examine corporum & reliquiarum. Quippè per Jeruſalem Eccleſia ſancta, per ſacerdotes cōgregatio eorum qui in hoc examine conſuli debent, per Crematiſmū, Epiſcopus ſivè Pontifex intelligendi ſunt. Ac 1.ò ſicùt Sobach Pater Eliæ non recurrit ad ſacerdotē, ſed ad ſacerdotes, qui conſilio habito Crematiſmus ſive reſponſor ſuam deſuper mentem aperuit. Sic quando aliquod corpus, ſeu reliquias invenit, maximè apud infideles, hæreticos, ſchiſmaticos, non debet deſuper cōſulere ſimplicem ſacerdotem Epiſcopo inferiorem, ſivè pro veneratione publicâ, ſivè privatâ, ſed Epiſcopum, qui convocato conſilio Provinciali ad eas recognoſcendas & probandas per ignem (ſi opus ſit) judicet. Primò, quia Concilium Cæſarauguſtanum expreſsè ſtatuit Pontificibus præſentandas eſſe, & ab iis igne probandas. Secundò quia idem decrevit Concil. Tridentinum ſeſſ. 25. Hanc definitionem ſervandam eſſe ordinavit Sacra Congregatio Cardinalium, ut videre eſt apud Barboſam in remiſſionibus Doctorum num. 3. Farinacium, Petrum Marilla, Azorium, Bonacina. Ex quo ſequitur, quod ſi quis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeat, ut multi ſunt Abbates in Germaniâ, nequit diſcernere veras reliquias à falſis per ignem miraculoſum, nec earum cultum privatæ vel publicæ venerationi exponere, ſicut nec miracula approbare, quamvis habeat juxta ſe viros pietate & ſcientiâ præditiſſimos. Ratio eſt, quia Concil. Cæſarauguſtanū & Tridentinum ſtatuerunt id ſolis Epiſcopis ſeu Pōtificibus competere. Nam Cæſarauguſtanum dicit *Pontificibus*. At Abbates, & alii Pontificalia habentes non ſunt Pontifices. Et confirmatur ex particula in Concilio Tridentino *niſi*, quæ eſt determinativa perſonæ, cui jus illud competit, omnes alios Prælatos Epiſcopo inferiores excludendo, ut patet ex l. *conſulta*, C. *de teſtamentis*. Tiraquell. de retract. comment. Gloſſa 9. num. 9. Deindè non loquitur de Ordinario loci, ſed de Epiſcopo, ut excludat ordinarium, qui eſt inferior Epiſcopo. Quincillus, Marcus Antoninus, Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 97 num. 9. Et apud eundem Homobonus

de

de Bonis, Aloyſius Riccius, Fœlix Contrortius. Denique eodem modo philoſophandum eſt de approbatione reliquiarum ac miraculorum, hæc autem à ſolo Epiſcopo verificantur. Ut patet in deciſione S. Congregationis Rituum in Pratenſi 3. Decẽbris 1616. quod nemo Epiſcopo inferior poteſt verificare nova miracula facta interceſſione B. Virginis, aut ſuper illis formare proceſſum, ſed ſoli Epiſcopo competit, in cujus Diœceſi Imago Miraculoſa collocata.

VI. Patet etiam ex alterâ deciſione Sacræ Congregationis anne 1626. quod nulla miracula perſonæ tam canonizatæ quàm non canonizatæ ſunt admittenda niſi approbante Epiſcopo. Conciliũ Trident. Cõcilium Tridentinum etiam innuit ſeſſ. 25. his verbis. *Nemini licere niſi recognoſcente & approbante Epiſcopo.* Vide Barboſam ſup. alleg. 97. num. 9. & alios ab eo citatos. Et confirmari poteſt primò ex Sobach patre Eliæ. Doroth. *Qui cùm naſciturus eſſet, pater ejus Sobach* (inquit Dorotheus in ejus vitâ) *vidit illum ab Angelis albicantibus ſalutari, & igne tanquam faſciis involvi, & flammâ veluti cibo ali.* Ad hujus viſionis explanationem habendam non Prophetas vel Sacerdotes in pluribus civitatibus, vel ſaltem in Thesbe cõmorantes recurrit, eoſque conſuluit, ſed Hyeroſolymam petiit. *Hieroſolymã profectus rem iſtam indicavit, dictumq; illi eſt ex oraculo nè timeret, fore enim, ut puer naſciturus in luce habitaret, & quæ diceret firmã ſententiam haberent, judicaretq; Iſraelem in gladio & igne.* Eadem habent S. Epiphanius & Metaphraſtes in vitâ Eliæ, R.mus Ægidius Cammartus lib. de geſtis Eliæ, Cornelius in cap. 17. verſ. 1. lib. 3. Regum, noſter P. Lezana tomo 1. Annalium Ordinis noſtri, & alii. Secundò ex iis quæ in ortu Eliſei contigiſſe S. Epiphanius & Iſidorus in ejus vitâ, Lezana, Cornelius & alii in cap. 19. lib. 3. Reg. verſ. 15. & 16. ſcribunt ipſo naſcẽte mugiiſſe unum è vitulis aureis, quos conflavit Jeroboam, illiusque mugitum fuiſſe auditum Hieroſolymis, ex eo Sacerdotem Jeroſolymitanum prædixiſſe eo die natum eſſe, qui futurus eſſet ſculptilibus omnibus, atque idolis exterminium.

Notant tamen Sanchez de Matri- VII.
monio lib. 3. diſp. 19. num. 7 Fagundez in 5. præcep. Eccl. cap. 4. num 8. Diana reſol. moral. part. 2. miſcell. reſol. 51. verſ. *quæritur quintò*, Novarius verbo *Reliquia*, num. 2. Bonacina. Ricciulus, Barboſa, poſſe Epiſcopum extra ſuam Diœceſim exiſtentem abſque aliqua Epiſcopi Diœceſani licentia eam approbationem facere & facultatem concedere, ut in ſua Diœceſi publicè Reliquiæ collocentur venerandæ. Ratio eſt, quia hæc non eſt juriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ. At voluntaria juriſdictio exerceri poteſt extra propriam Diœceſim etiam abſque facultate Epiſcopi illius loci in quo exercens præfatam juriſdictionem repetitur. Hæc de ſecundâ parte.

FINIS TRACTATUS II.

TRACTATVS TERTIVS DE POTESTATE ET OFFICIO MISSIONARIORVM.

PROLOGUS.

I. TANTI facit Deus Eccleſiæ Sponſæ ſuæ chariſſimę pulchritudinem, ſeu ſanctimoniam, ut (l. 3. Reg. Cap. 18. l. 4. cap 1) quemadmodum olim Eliam Prophetam de Carmeli ſolitudine evocavit ad Synagogam idolorum cultu, aliiſque hominum ſceleribus labefactatã ac ferè collapſam reſtaurandam: ita nunc ad Eccleſię venuſtatem reparandam, fovendam, magis decorandam, non tantùm optimorum Præſulum, ſed etiam nonnullorũ Religioſorum, maximè Mendicantium miniſterio & operâ utitur, eoſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate è clauſtris & cellulis in remotiſſimas ac vaſtiſsimas infidelium regiones tranſmittit. Undè præter communem cæterorum Religioſorum obligationẽ tendendi ad perfectionem, & vitæ contemplativæ vacandi inſtar Monachorum, illi ſpecialiter tenentur non tantùm ex præcepto charitatis: ſed etiam ex inſtituto & auctoritate Eccleſiæ proximorum ſaluti procurandæ incumbere, confeſſionibus excipiendis, concionibuſque ad populum habendis, &c. Id patet primò ex diplomatibus Apoſtolicis infra referendis. Secundò ex regulis pręfatorum Mendicantium. In noſtrâ enim (ut alias omittam) cap. 11. habetur. *Dominicis quoque diebus, vel aliis ubi opus fuerit de cuſtodiâ ordinis & animarum ſalute tractetis, &c.* Ideſt (inquit Thomas à Jeſu ibi) de converſione animarum tractetis. Tertiò quia ſunt coadjutores Epiſcoporum, quorum primarium munus eſt animarum converſioni & ſaluti vacare, juxta illud Apoſtoli Actorum cap. 20. verſ. 28. *Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei.* (Act. 20. verſ. 28.) Scilicet exceſſus corrigendo, moreſque in melius reformando. (1. Tim. 3. verſ. 18.) Et 1. ad Timotheum cap. 3. verſ. 18. *Oportet Epiſcopum eſſe Doctorem.* D. Chryſoſtomus ibi hom. 15. *Vt quid dicit Apoſtolus oportet Epiſcopum eſſe doctorem, niſi ut doceat.* (S. Chryſoſtomus.) Et habetur in Conc. Meldenſi cap. 3. Rothomagenſi apud Burchardum lib. 1. cap. 83. In Clementinâ *dudum*, §. *Cæterum de ſepulturis*, in extravagante *ſuper Cathedram*, §. *finali*, eodem titulo juncto capite *inter cætera*, de officio Ordinarii. S. Gregorius epiſt. 39. lib. 2. indict. 10. ſcribens Dominico

Epiſcopo

Epiſcopo Carthaginenſi fatetur ſe ad illud onus teneri. *Epiſcopi eſt ſemper*
S.Gregor. *de prædicationis miniſterio cogitare, intenſiſſimo timore conſiderans, quod receſſurus ad percipiendum regnum Dominus & talenta diſtribuens, dicat Luca cap. 19. Negociamini dum venio, &c.* De eodem onere mellifluè loquitur D.Bernardus ſcribens Eugenio Papæ
S Bernar. *Fac quod tuum eſt, nam Deus quod ſuum eſt ſatis abſque tua ſollicitudine & anxietate curabit. Planta, riga, fer curam, & tuas explevisti partes, ſanè incrementum Deus, quando voluerit, dabit, &c.*

II. Ex quibus concludo Mendicantes profiteri ſtatum vitæ mixtæ ex contemplatione & actione, Magdalenam & Martham imitando, maximè in ſalute proximi procurandâ, docendo, concionando, Sacramenta confeſſionis, &c. miniſtrando, ut docet D.Thomas opuſc. 10. Azorius tomo 1. inſt. moral. lib. 13. cap. 1. Bannes 2. 2. quæſt. 33. art. 3. Sotus lib. 7. de juſtitiâ quæſt. 2. art. 1. Suarez tomo 4. de Religione tract. 6. lib. 1. cap. 8. Ex noſtris Thomas à Jeſu loco citato, & in cap. *non dicatis*, part. 5. cap. 1. Lezana quæſt. regul. tomo 1. cap. 1. numer. 17. & tomo 2. cap. 1. verſ. 10. & Id determinavit Alexander IV. in bullâ *Non ſine multa*, contra Guilelmum de S.Amore, Giraldum Odonē Academiæ Pariſienſis Doctores. Vide Bzovium tomo 13. Annalium ad annum 1257. num. 5. Meritòque Guilelmus à Pontifice vocatus Romam damnatus eſt, omnique Ordinis Eccleſiaſtici functione & redditibus privatus, liberque contra præfatos Mendicantes igni mandatus.

III. Ex quibus concludunt Panormitanus capitulo *cauſam*, Soto, Suarez, Lezana & alii probabile eſſe Mendicantes Religioſos ſic admiſſos ab Eccleſia, ut ſint Coadjutores Epiſcoporum in ſalute animarum procurandâ ac promovendâ poſſe ex vi voti obedientiæ emiſſi à Sede Apoſtolicâ obligari, ut ad terram infidelium ſe conferant pro eorum converſione. Non tamen eo modo, quo Patres Societatis Jeſu. Hi enim ad hanc miſſionem tenentur ratione voti expreſſi quod emittunt. Ita Suarez tomo 4. de religione tract. 10. lib. 6. cap 4. num 4. Sanchez de præceptis Decalogi lib. 6. cap. 18. Quod votum ultra communem obligationem, quam Mendicantes Religioſi habent ratione voti obedientiæ emiſſi ab ipſis, quâ tenentur obedire ſummo Pontifici, tanquam Generali ſupremo omnium religionum, ut notat Lezana tomo 1. quæſt. regul. cap. 4. numer. 31. Id intelligitur in iis, quæ concernunt regulam. At profectio ad partes infidelium, eorumque converſionem non concernit ſaltē propriè & regulariter. Regulam inquiunt Ludovicus Lopez part. 1. inſtructorii cap. 56. Rodriguez tomo 2. ſummæ cap. 9. numer. 5. & tomo 5. quæſt. regul. quæſt. 19. art. 7. Lezana ſupra. Et quamvis Religioſi Mendicantes ad id tenerentur ex vi ſuæ inſtitutionis, quâ ordinantur ad ſalutem proximi procurandam: non tamen cum iiſdem circumſtantiis, quibus Patres Societatis Jeſu, qui pollicentur ſe in infidelium regiones perrecturos, *ſine excuſatione, non petito viatico, quocumque gentium*. Ita Lezana poſt Suarez & Sanchez citatos, qui plura de hoc argumento proferunt.

CAPUT I.

Summus Pontifex ſuæ ſanctimoniæ ſpecimen præbet, dum Miſſionariis varia privilegia impertitur.

Converſionem infidelium, reductionemque hæreticorum & I.
ſchiſmaticorum ad Gremium Eccleſiæ Romanæ ita æſtimat Sedes Apoſtolica, ut videatur eſſe proprium ac primarium motivum, propter quod tot, tamque ampla privilegia Ordinibus Mendicantium ab ea fuerint communicata. Id patet ex ſummariis eorum, quæ Sixtus IV. compilavit, quorum ſingula Mare magnum nuncupavit; ac primò Mare magnum Prædicatorum ita auſpicatur. *Regimini univerſalis Eccleſiæ*, refertque quod

Mare mag. Prædicatorum. Eugenius IV. hęc de illis pronunciet, *Romanus Pontifex, in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit, ad ſtatum Eccleſiaſticarum perſonarum ſuarum, præſertim mundanis illecebris ſub ſacro Religionis jugo altiſſimo vota reddentium, & circa fidelium animarum ſalutem, necnon hæreticorum & aliorum infidelium quorumlibet debitam converſionem prædicationibus & doctrinâ cōtinuò laborantium libenter intendens.* Mare magnū Minorum eodem tramite ingreditur Mare mag. Minorum. idem Eugenius. *Ad ſacrum Ordinem Minorum, quorum præclara Religio, velut ager fertilis in Domino multiplices ac uberes fructus animarum ad laudem Dei & fidei incrementum ſemper attulit & affert quotidie verbo & exemplo in populo Chriſtiano, dirigentes velut pius pater oculos mentis noſtræ, dignum cenſemus & debitum, ut ipſum ordinem ejuſq; in odorem ſuavitatis altiſſimo ſervientes perſonas in ſuis privilegiis, præſertim per Romanos Pontifices conceſſis, debitè conſervemus, &c.*

II. In Mari magno Eremitarū S. Au-
Mare mag Er. S. Aug guſtini his verbis utitur idem Pontifex. *Dum fructus uberes, quos ſacer Ordo Fratrum Eremitarum S. Auguſtini in agro militantis Eccleſiæ, in propagatione Religionis & Fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter & producit, atque in futurum producturum fore indubitanter ſperamus diligenter attendimus, dignum cenſemus & debitum, nos ad alia debere dirigere cogitatus per ea, quæ pro Domini cultu & dicti Ordinis incrementa, animarum ſalute à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, &c. in ſuâ integritate perſiſtant, &c.* Idem enumerationi noſtrorum privilegiorum enco-
Mare mag. Carmelit. mia hæc præmittit. *Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum attentâ meditatione penſamus, quod Virgo venuſtiſſima, & omnium virtutum floribus inſignita, Virgo genitrix glorioſiſſima, cujus pulchritudinē ſol & luna mirantur, cujusq; precibus juvatur populus Chriſtianus, & quæ florem pretioſiſſimum, immarceſſibilem & æternum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ineffabili ſancti Spiritus cooperante virtute, genuit, produxitq; ſacrum Ordinem B. Mariæ de Monte Carmelo à Sede Apoſtolicâ, pluribusq; Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris approbatum, quem ejuſdem glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperq; Virginis Mariæ ſpeciali titulo voluit inſigniri ut ob ejus virginis reverentiam Ordo ipſe à Chriſtifidelibus meritò peramplius veneraretur, ipſiq; fideles propterea ejuſdem Virginis Mariæ adjuti ſuffragiis æternæ retributionis præmia facile conſequi mererentur. Dumq; ſublimium dicti ordinis utriuſque ſexus perſonarum, virtutum merita Deo quidem grata, & in conſpectu Sedis Apoſtolicæ accepta digna, memoriâ recenſemus, ac ordinem ipſum, & illius perſonas ſub Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ protectione immediatè exiſtentes, & inter cæteros Regularium Ordinū profeſſores in firmamento Catholicæ fidei militantes, tanquam Religionis ſpeculum & exemplar ſpeciali charitate fulgentes ſanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem habitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes, fructusq; uberes, quos dictus ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ, in propagatione Religionis & Fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, & producit, ac in futurum producturum indubitanter ſperamus, paternâ charitate intuemur, dignum potius, quinimò & debitum reputamus, nos ad illa noſtros debere dirigere cogitatus, per quæ eâ, quæ pro Divinis cultus, & dicti Ordinis incremento à quampluribus Rom. Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ſublatis ambiguitatibus, quæ exindè emerſiſſe noſcuntur in ſuâ integritate perſiſtant, & tantò firmius obſerventur, quantò erunt ſæpius Sedis Apoſtolicæ munimine ſtabilita, &c.*

Vide apud P. Lezanam in præfa- III.
tione explicationis hujus ſummarii, ſeu compilationis, ſeu Maris magni num. 1. Auctores, qui de excellentiâ, antiquitate, inſtitutione, laudibus & prærogativis hujus ſacræ Religionis tam domeſtici, quam exteri ſcripſerūt Pondera tantùm hęc verba ſequentia. *Fructus quoque uberes, quos dictus ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ in propagatione religionis & fidei orthodoxæ hactenus produxit.* Scilicet ab Eliâ prophetâ ejusque ſucceſſoribus uſque ad Chriſtum, ut doctiſſimè oſtendit

dictus

dictus P. Lezana tomo 1. Annalium
noſtri Ordinis, & à Chriſto uſque ad
annum milleſimum quadringenteſi-
Septuageſimum ſextum, tomo 2. 3.
& 4. & ab eo tempore uſque ad tem-
pora S. Thereſiæ. Eodem tomo 4. ex
tunc uſque nunc deſcribunt anna-
les Patrum noſtrorum Diſcalceatorũ,
& Pater Daniel à Virgine Provinciæ
Flandro-Belgicæ Provincialis noſtriq;
Ordinis Hiſtoriographus.

IV. Porrò horum verborum *ac in fu-
turum productorum indubitanter ſpe-
ramus, veritas patet ex oraculo S. Jo-
Apoc. 11. annis Evangeliſtæ Apocal. cap. 11.
verſ. 3. ubi de Enoch & Eliâ noſtri Ordinis
Patriarchâ, verſ. 3. hæc prænuntiat.
Et dabo duobus teſtibus meis, & prophe-
tabunt diebus mille ducentis ſexaginta
amicti ſaccis. Quæ verba maximè de
Eliâ intelligenda Deus teſtatur Mala-
Malach. chiæ cap. 4. verſ. 1. *Ecce ego mittam*
4. verſ. 1 *vobis Eliam Prophetam antequam ve-*
niat dies Domini magnus & terribilis,
& convertet cor patrum ad filios & cor
filiorum ad patres eorum. Nomine diei
horribilis accipiendus eſt dies judicii
Eccli 48 Quod confirmat Syracides cap. 48.
verſ. 10. verſ. 10. Eccleſiaſtici ubi Eliam ita
affatur. *Qui ſcriptus eſt in judiciis tem-*
porum lenire iracundiam Domini, &
conciliare cor patris ad filium, & reſti-
tuere tribus Iacob. Lyranus judicia
temporum ait eſſe dies judicii. Cor-
nelius ſcribit judicia temporum eſſe
prædicationes & redarguitiones, qui-
bus Elias zelo ſuo excitabit homines
ad pœnitentiam, & iram Dei ſedabit.
Quibus oraculis conſonant verba
Mat. 17 Chriſti Matthæi cap. 17. verſ. 10.
verſ. 10. *Quid ergò Scribæ dicunt, quod Eliam*
oporteat primùm venire? At ille reſpon-
dens ait eis, Elias quidem venturus &
reſtituet omnia. Ideſt (inquit Sanctus
S. Chryſoſtomus. Chryſoſtomus homil. 58. *Increduli-*
tatem Iudæorum, qui tunc erunt reſidui
ad fidem convertet. Ideſt ſuâ prædica-
tione efficiet ut Judæi ſuos veteres
Patriarchas imitentur, ita ut quem-
admodum hi crediderunt in Chriſtũ
venturum, eumque magno amore
proſecuti ſunt. Sic Judæi, qui tunc
erunt, Chriſtum diu ante incarnatum
ſummè diligent. Sic etiam exponunt
S. Hilarius, Theophilactus S. Paſcha-
ſius, S. Anſelmus, S. Thomas. Vel
(inquit Janſenius Gaudavenſis cap. Ianſenius.
67.) *Elias reſtituet? quando incredulos*
Iudæos gentibus credentibus uniet, &
ad fidem Patriarcharum redire faciet.
Undè S. Joannes Apocalip. cap. 11. *Apoc. 11*
verſ. 4. vocat Eliam & Enoch duas *verſ. 4.*
olivas, duo candelabra. *Hi ſunt duæ*
olivæ, & duo candelabra in conſpectu
Domini terræ ſtantes. Dicuntur olivæ,
quia tempore Antichriſti impietas,
ac omnium bonorum ſterilitas reg-
nabunt, quibus opponet Deus olivas
uberes, pulchras, fructiferas, & ſpe-
cioſas, ut ſuâ ubertate excludant ho-
minum ſterilitatem, ſua pulchritudi-
ne turpitudinem, ſuis fructibus opera
veneno peccati intoxicata, ſuâ ſpecie
larvas monſtruoſas hominum in be-
ſtias mutatorum, juxta illud pſalmi
48. verſ. 13. *Homo cum in honore eſſet*
non intellexit, comparatus jumentis in-
ſipientibus, & ſimiles factus eſt illis.
Vel dicuntur olivæ quia tepidos ac
vacillantes in fide corroborabunt,
ungent, generoſoſque contra Anti-
chriſtos efficient. Vel quia inſtar co-
lumbæ Noemeticæ denunciabunt
perſecutionem Antichriſti, diluvium-
que tribulationum brevi ceſſaturum;
pacem Eccleſiæ & prædeſtinatis re-
conciliationem cum Deo, adventum
gloriæ appropinquare. Vocantur duo
candelabra, quia eorum vaticiniis &
prædicationibus, exemplis & miracu-
lis Deus illuminabit Eccleſiam. Pul-
chrè Rupertus Abbas in cap. 24. Mat-
thæi. *Candelabra in quo ſunt? in eo vi-*
delicet, quod in illis diebus tam nigris, Rupertus
tam tenebroſis, clara prophetiâ ſuâ ſivè
prædicatione lucebunt, ita ut fieri non
poſsit, ut in errorem inducatur quiſpiam
electorum. Undè non immeritò Divus
Chryſoſtomus homilia de Aſcenſione
ſcribit quod *Elias* Græcè eſt *Helios*,
tunc enim apparebit inſtar ſolis ful-
gentiſſimi: quia nullus erit qui ſe ab-
ſcondat à calore doctrinæ, prædica-
tionis & exempli ejus.

Cùm verò teste S. Auguſtino lib. V.
20. de civitat. cap. 11. *Hæc erit noviſ-* S. Auguſt.
ſima perſecutio noviſſimo imminente ju-
dicio quam ſancta Eccleſia toto orbe pa-
tietur. S. Elias cum ſuo Collegâ pro
Eccleſiæ defenſione ad varias orbis
partes

partes mittent Prædicatores fide cõſtantes, zelo ferventes, aliiſque virtutibus conſpicuos. Quos? ſuos alumnos: nam ſi ſuo parenti Eliæ Carmelitæ adhærebunt, & ut ipſa Deipara Virgo S. Petro Thomæ noſtri Ordinis præclaro ſideri, S. Thereſiæ & aliis revelavit, noſter Ordo durarurus eſt uſque ad finem mundi, ut patet etiã ex hoc carmine. (ra Phœbus,

Dum fluet unda maris, curretq; per æthe-
Vivet Carmeli candidus ordo mihi.

Nemo dubitare debet, quin ſemper in Eccleſia Dei pro Chriſto, pro fide, ubique terrarum fortes & conſtantes ſtabunt. Teſte S. Thereſiâ apud Riberam in ejus vitâ lib. 5. cap. 5. in varias orbis regiones Miſſionarii dirigentur ex ſacra Familiâ S. Dominici & Societatis Jeſu, S. Franciſci, S. Auguſtini, undè patet non immeritò illos & noſtrum, maximis privilegiis Apoſtolicis fuiſſe inſignitos, quæ nunquam fuerunt revocata, cùm ſemper eodem zelo honorem Dei, fidei & Eccleſiæ propagationem, animarumque ſalutem promovere conentur, ut patet ex reformationibus in illis Ordinibus hoc ævo introductis.

VI. Innocentius VIII. in bulla quæ incipit, *Apoſtolicæ Sedis intuitus*, Mari magno Fratrum Servorum B. V. Mariæ hoc narrativum præponit. *Quoniam Profeſſores Fratrum Servorũ Beatæ Mariæ Virginis Ordinis ſancti Auguſtini à primævâ ordinis ſui cõſtitutione Domino diſponente, & quaſi divinitùs ex ore infantium Servi Mariæ vocati, ob ejus quidem reverentiam hunc devotum titulum ſemper coluerunt ac etiam in memoriam paſſionis ejuſdem in morte, quam Filii ſui Domini Ieſu-Chriſti ſuſtinuit, nigrum & mæſtitiæ quippè habitum eligentes ſibi deputarũt, ſub quibus profectò, & ſervituti titulo, & mæroris habitu ſacer Ordo præfatus ſic à ſuis primordiis plantatus in agro Dominico, laudum incrementum, divinâ cooperante clementiâ, ſucceſſivè profecit in Eccleſia Dei & inter alia plantaria Dominica puritate cõverſationis, exercitio Evangelicæ prædicationis, dono ſcientiæ, virtutum nitore, & virtute ſanctitatis dignoſcitur ſpecialiter inſignitus: propter ipſos in agro prædicto cultores idoneos non immeritò reputamus, meſſem ex hujus cultu afferente, gratiſſimũ Creatori, glorioſiſſimæ Dominæ noſtræ Virginis Mariæ devoto intuitu.* Hoc motivo *exercitio Evangelicæ prædicationis, dono ſcientiæ* impulſus, omnia ſuorum prædeceſſorum privilegia confirmat. Et Pius 5. Bullâ, quæ incipit *Romanus Pontifex*, apud Laertiũ num. 44. Servitas inter Mendicantes comprehendit his verbis. *Eorumq́; domos, Monaſteria & Loca, etiamſi in communi propria bona, tam mobilia, quàm immobilia & ſtabilia, ac alia quæcumque poſſederint, Mendicantium vocabulo, & omnibus & ſingulis Mendicantium Presbyteris, eis quomolibet conceſſis, uti poſſe & debere, nec ſuper præmiſſis ullo unquam tempore moleſtari poſſe, &c.*

Mare mag. Servit.

Mare magnum Minimorum eſt VII. ferè ſimile Mari magno Prædicatorũ, paucis exceptis (inquit noſter P. Lezana pag. ultim. ſeu num. 120.) Ideò Julius II. Sixti IV. nepos & Innocentii VIII. ſucceſſor illud compilavit, quia ordini Minimorũ devotiſſimus fuit, hujus devotionis cauſa fertur, quia S. Franciſcus de Paulâ Minimorum Fundator prædixit Julio Turonis in Galliâ agenti. *Cùm eris Romæ ſedebis in ſolio Petri commendo Religionem meam.* Quia igitur vaticinio ſancti effectus reſpondit, ideò Julius gratitudinis dono Mare magnum, ſeu omnia eorum privilegia contexuit. Hujus ſacræ Religionis inſtitutionem, excellentiam, virorum illuſtrium ſanctimoniam, doctrinam, zelum fidei, religionis Catholicæ & ſalutis animarum deſcribunt multi anctores apud Lezanam in Mari magno Minimorum, in præludio ante §. 1, Ingenuosè animadvertit noſter P. Lezana §. ultimo num. 120. quod licet in mari magno non concedatur Minimis communicario privilegiorum aliorum ordinũ Mendicantium, pro ut in aliorum Mendicantium mari magno conceſſa cernitur: attamen eâ gaudent ex eodem Julio in alia Bulla quæ incipit *Ad Sacrum*, ex Leone X. in bulla *Dudum*, Pio V. bullâ *Et Mendicantium*, & cum tanta extenſione, ut poſſint uti privilegiis aliorum Mendicantium, &

Mare mag Minimor.

ea curare tranſcribi mutatis eorum
nominibus in nomen Fratrum Mini-
morum ex Julio II. bullâ *Dum ad ſa-
crum*, quod eſt ſingulare privilegium
hujus Religionis.

VIII. Ut Pius V. declaret Societatem
Jeſu eſſe Ordinem & Religionem
Mendicantem hoc narratum præfert.
Dum indefeſſa conſiderationis intuitu
Societas Jeſu. *perſcrutamur, quantam Chriſtianæ rei-*
publicæ utilitatem attulerint dilecti filii
Presbyteri Societatis Ieſu, planè conſpi-
cimus eos verè mundi hujus relictis ille-
cebris adeò ſervatori ſuo ſe dedicaſſe, ut
conculcatis theſauris, quos ærugo tinea
comedit, lumbiſq́; paupertate & humili-
tate præcinctu, non contenti terrarum
finibus uſque ad Orientales & Occidenta-
les Indias penetrarunt, ac eorum aliquos
ita Domini amor perſtrinxerit, ut etiam
proprii ſanguinis prodigi, ut verbum Dei
inibi efficacius plantarent martyrio vo-
luntariè ſeſe ſuppoſuerint, per quæ eo-
rum ſpiritualia exercitia etiam regna
ipſa fidem Chriſti agnoverunt, ac tam ibi
quàm ubique terrarum Charitatis &
miſericordiæ opera exercere ſtudeant.
Hæc narratio tot laborum & ſtudio-
rum à dicta Societate impenſorum
pro propagatione fidei orthodoxæ,
Eccleſiæ ſanctimoniâ augendâ, infi-
delium converſione procurandâ
movit ſummum Pontificem ad eam
privilegiis Mendicantium dotandam
Pius V. ac decorandâ *Facere* (inquit Pius V.)
nullo modo poſſumus, quin eos tanquam
veros palmites in Chriſto per charitatē
conjunctos & benignè complectamur, &
ea ſibi ſpecialiter concedamus, quæ &
paupertatis per eos emiſſæ voto & eorum
inſtituto ac commoditati credimus pro-
futura. Hinc eſt quod nos attendentes
quod licet dilecti filii præpoſitus Genera-
lis & Presbyteri Societatis hujuſmodi,
tum quia ipſa Societas mendicans exiſtit,
quippè quæ ex ejus inſtituto & conſtitu-
tionibus Apoſtolicâ auctoritate confir-
matis bona ſtabilia poſſidere nequit, ſed
incertis eleemoſynis, fideliumq́; largitio-
nibus & ſubventionibus vivit: tum quia
non minus quàm cæteri Mendicantes in
excolenda vinea Domini aſſiduè laborãt,
fructuſque ingentes ac ſalutiferos pro-
ducunt, propterea iiſdem privilegiis, in-
dultis & gratiis Fratribus Mendican-
tibus hactenus conceſſis uti, frui, poti-
ri, & gaudere meritò poſſint ac de-
beant, &c.

Idem Pius V. non attentâ mendi- IX.
citate, ſed ſolo zelo, ſtudio pro ani-
mabus Chriſto & Eccleſiæ lucrandis
& aggregandis in bulla, quæ incipit,
Ex ſuperna diſpoſitionis arbitrio, apud
Chryſoſtomum Henriquez Ordinis
Ciſtercienſis Hiſtoriographum exten-
dit omnia privilegia Mendicantium,
(exceptis dumtaxat immunitatibus à
contributione ratione Seminariorũ,
necnon ſubſidiorum Apoſtolicâ au-
ctoritate pro tempore impoſitorum,
& quæſtatione eleemoſynarum) ad
nonnullos alios ordines, hoc tenore:
Pro parte filiorum Canonicorum Regu-
larium ordinis S. Auguſtini, Congrega-
tionis Lateranenſis, & ſancti Salvato-
ris, & ſanctæ Conimbricenſis, & Mo-
nachorum S. Benedicti Congregationis,
& Ordinum Caſſinenſis, Montis Oliveti,
Vallis Umbroſæ necnon etiam Ciſtercien-
ſis, & Carthuſienſis, necnon Sancti
Hieronymi Hiſpaniarum, & Camaldu-
lenſis, & Fratrum militiæ Ieſu Chriſti,
Reformatorum nuncupatorum Regni
Portugaliæ nobis nuper petitio contine-
bat, quod ipſi etiam juxta eorum cu-
juſlibet regularia inſtituta, tum vitâ
eorum exemplari, tum doctrinâ, ac verbi
Dei prædicatione, aliiſq́; ſummis eorum
laboribus & ſtudiis animarum ſalutem,
ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ dignitatis
& auctoritatis augmentum hactenus
ſemper procuraverunt, & in dies circa
hoc tam laudabile miniſterium magis
ac magis verſari non ceſſantes, ſibi fa-
vente ſuperni Numinis auxilio ſuaviſ-
ſimum, cunctiſq́; fidelibus gratiſſimum
ſuæ probitatis & diligentiæ latius dif-
fundunt odorem, pariterq́; in vineâ Do-
mini laborare non deſinunt, ac proindè
eos aliquâ ratione indignos cenſeri non
poſſe, quin ipſi quoque gratiarum, facul-
tatum, privilegiorum & aliorum præfa-
tis Fratribus Mendicantibus conceſſo-
rum participes fieri, necnon ipſorum
Monaſteria etiam Monialium, & alia
loca quæcumque extendi & gaudere de-
beant, &c. Quare, &c. Auctoritate
Apoſtolicâ tenore præſentium, perpetuò
extendimus & ampliamus, eaq́; omnia
ſingula eis concedimus & indulgemus,

illoiq; declarationibus, ſtatutis, &c. & privilegiis aniformiter, & abſque allâ penitus differentiâ proat dicti Fratres Mendicantes dicuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, liberè & licitè uti, potiri & gaudere poſſe ac debere, &c. Alios refert noſter Lezana tomo 3. verbo *Mendicantes Regulares* num. 3. ut Fulienſes ordinis Ciſterceienſis ex Sixto V. couſtitut. 70. *Super ſpecula.* Cœleſtinos ex Urbano VIII. conſtitut. *Sacroſancti.* Silveſtrinos ex Paulo V. dat. 1616. Religioſos B. Petri de Piſis ex Pio V. conſtitut. *Religionis.* Congregationis Redemptionis Captivorum ex Leone X. Cruciferos ex Gregorio XIV. conſtit. *Romanus.* Clericos Regulares vulgò Theatinos ex Clemente VII conſtit. *Dudum.* Clericos Regulares miniſtrantes infirmis ex Gregorio XIV. Religioſos Matris Dei Scholarum piarum ex Gregorio XV. conſtit. *Ad uberes.*

X. Clemens VIII. conceſſit noſtris PP. Diſcalceatis communicationem privilegiorum Mendicantium. *Conceſſa & concedenda (dummodò S. Concil. Trident. Regula primæva & eorum cõſtitutionibus non adverſentur) prædictis Fratribus B. M. V. de Monte Carmeli domibus, &c competere, verè & propriè, ac ſi eiſdem ſpecialiter conceſſa eſſent, decernimus & ſtatuimus.* Et ante illum Clemens VII. in bullâ, *Ex Clementi.* Eandem communicationem Privilegiorum conceſſorum & concedendorum quibuſcumque ordinibus, ſivè mendicantibus, ſivè non medicantibus concedit ordini noſtro apud Lezanam in mari magno Carmelitarum circa §. 105. num. 25. *Ipſosq; Fratres, Moniales, Sorores, Perſonas, Monaſteria, Domos & Eccleſias, & alia loca ejuſmodi omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, indulgentiis (citra tamen plenarias) peccatorum remiſſionibus & gratiis quibuſcumque Congregationibus dictis & aliorum ordinum etiam Mendicantium fratribus & perſonis, & confraternitatibus ſuæ profeſſioni non contrariis, aliisq; ordinibus etiam non mendicantium quomodolibet conceſſis & concedendis in genere, uti, frui & gaudere poſſe, atque debere in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi eis conceſſa fuiſſent, decernimus, necnon pro potiore cautelâ ea omnia de novo concedimus.* His verbis. *Mendicantium, &c. aliiſque ordinibus etiam non mendicantium quomodolibet conceſſis & concedendis, &c.* Reſolutiones in hoc Tractatu contentas ex præfatis Apoſtolicis Diplomatibus, & aliis infra referendis colligemus.

Clemés 8

Clemés 7.

CAPUT II.

Poteſtas collata Miſſionariis eundi ad terras Infidelium.

I. Poſtquam S. Elias Propheta ſecundùm plures Interpretes & præcipuè Joannem 44. Patriarcham Jeroſol. lib. de inſtitut. monach. latuit per ſex menſes in torrente Carith & in Sarepta Sidoniorum apud mulierem viduam per tres annos totos in exercitiis vitæ ſpiritualis & hominis interioris: ipſum Deus ex intimis illis receſſibus revocavit lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 2. *Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam in anno tertio dicens, vade & oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ. Ivit ergò Elias ut oſtenderet ſe Achab.* Cur Propheta non allegas exacerbatum regis animum contra te? Cur non objicis tuam quietem? Cur non alios te fortè capaciores ad hanc legationem obeundam proponis? Sanctius. *Hic Elias magnum illis documentum dedit, qui ſeceſſum ſibi & ſolitudinem elegerant, ut quietem relinquant & orationis quietum otium, ſi quando proximorũ ſalus noſtrum à nobis ſtudium & operam requirat.* Quis unquam majores in ſolitudine delicias percepit quàm Moyſes? Nam in mõte Jugi Dei præſentiâ, familiaritate & colloquio fruebatur, & tamen ubi Deus præcepit ut hoc relicto indilatè ad populum deſcenderet. Exodi cap. 32. verſ. 7. *Vade & deſcende peccavit populus meus.* Illicò Moyſes obtemperavit, non objiciens illi ſuam quietẽ & immenſas voluptates quas ex Dei contubernio percipiebat. Sic Elias ex

l. 3. Reg. 18. v. 2.

Exod. 32 verſ. 7.

ex Joanne Patriarchâ Hieroſolymit. libr. de inſtitutione monachorum cap. 9. latens in torrente Carith. *In ſpiritu raptus tranſibat in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei, à cujus ubertate inebriabatur ipſe, & torrente voluptatis ejus potabatur. Hoc itaque prædicto modo prophetalem vitã monaſticam ducebat Elias in eremo.* Quem tamen modum vivendi deſerit ut ſaluti animarum incumbat. Sic tanta eſt Eccleſiæ ſanctitas, ut ad eam conſervandam & propagandam è vaſtiſſimis ſolitudinibus, & pio orationis otio, aliquos evocet ad Pontificiã dignitatem. Ita Theleſphorus ſecundùm Coriolanum, Baronium, Gordonum, Gualterium, Scholiaſtem Conciliorum, faſcieulum, temporum, & alios apud noſtrum P Lezanam ad annum Chriſti 142. Ex vitâ Anachoreticâ quam agebat ad Pontificiam evectus eſt dignitatem, quam eremiticam aſſerit fuiſſe Elianam idem Lezana. Sic multi Sancti Religioſi ordinis S. Benedicti, & aliorum, ex infimo monaſteriorum ſuorum miniſterio ad ſupremum Eccleſiæ regimen ſuſcipiendum vocati ſunt, adinſtar Phraatis, de quo Theodoretus in hiſtoria lib. 4. cap. 24. cùm diu ſanctiſſimam in ſolitudine vitam duxiſſet, ubi Valentem Imperatorem in Religionem Chriſtianam debacchari, audivit, eremum deſerens, inter medios ſe populos ſtatuit, ut illius Monarchæ impietatem oppugnaret, Chriſtianoſque graviter oppreſſos liberaret, hunc Imperator videns corripuit, cur ſic relicto otio eremitico ad alienas & ſœculares curas ſe converteret, & ſuam cellulam in aulam permutaret. Ad quem Phraates. *Dicito mihi* (inquit) *ô Imperator, ſi filia alicujus eſſem, & ſedem in conclavi, uti*
Theodoretus. *adem curarem, atque deindè cernerem flammas in eas incidiſſe, adeſque paternas jam conflagrare, quid me facere oporteret? Intus nè manere & ades incenſas negligere, expectareq; donec flamma impetus pervaderet: an relicto conclavi ſurſum deorſumque curſitare & aquam afferre qua flammã extingueret. Atque hoc ipſum nos agimus Imperator, etenim cùm jam tu in patris noſtri ades flammas injeceris, nos circumcurſitamus, quo eam maturè poſſimus extinguere.* Sic Elias, Moyſes olim, ſic in lege novâ innumeri Religioſi, poſtquam diu in ſolitudine delituerunt hominibus ferè ignoti, ſoli Deo cogniti, ubi animadverterunt totum Chriſtianum orbem idololatriâ, hæreſi, flammisq; omnium vitiorum & cupiditatum incendi, ex ſuis latebris emerſerunt, ut ſuis lacrymis, precibus, doctrinis, exemplo, fœlici regimine in ſupremo Eccleſiæ culmine, vel gradu Epiſcopali, vel Apoſtolico munere hoſtes religionis & virtutis aggrederentur, & devios in viam veritatis reducerent. Tales fuiſſe Eliæ diſcipulos tempore Apoſtolorum refert noſter P Le- Lezana.
zana tomo 2. Annalium noſtri ordinis anno Chriſti 39. numer. 3. & ſeq. ex variis authoribus maximè Euſebio Cæſarienſi, lib. 2 cap. 3. aſſerente aliquos ex iis fuiſſe Prophetici Ordinis, ad quos accedit Joannes 44. lib. de inſtit. monach cap 38. qui de illis loquens. *Denique* (inquit) *eorum multi, ea qua ab Apoſtolis hauſerant cæteris effundentes, fidem Chriſti per Phœni-* Ioan. 44.
cen, & Palæſtinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei, & moribus vita, ac monaſticâ converſatione Eccleſiam Dei inſigniſſimam demonſtrantes. Ut Rom. Pontifices oſtendant quantam converſionis animarum ſollicitudinem habeant anathemate feriunt eos, qui impediunt Miſſionarios ad Indos Orientales aut Japones, &c. Urbanus VIII. poſt Adrianum VI ſic ſta- Vrbanus 8
tuit. *Necnon quoſcumque Eccleſiaſticos & Religioſos cujuſcumque Ordinis & Inſtituti, tam non Mendicantium quàm Mendicantium, etiam Societatis Jeſu, & ſæculares Religioſorum ut præfertur mittendorum ad Inſulas, Provincias, & Regna prædicta, ſcilicet & Indorum Orientalium, Iaponum, &c. acceſſum hujuſmodi impedientes excommunicationis latæ ſententia vinculo innodamus.* Erga ejuſmodi autem Miſſionarios non minùs ſe liberalem & effuſum oſtendit, quàm Elias erga Eliſeum, Deus erga Joannem Baptiſtam: quorum ille duplicem ſpiritum accepit, ideſt potentiam non vulgarem, ſed extraordinariam. Joannes verò venit in

 ſpiritu

doctrinæ ſuæ ſanctitatem inter tot perditos homines Antichriſti præſtigiis irretitos teſtabitur Elias in fine mundi per ignẽ ex ore ejus emitten-
Apoc. 11 verſ. 3. dum Apoc. cap. 11. v. 5 *Si quis voluerit eos lædere ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum.* Qui locus ſivè litteraliter, ſivè ſpiritualiter explicetur, indubium tamen eſt ignem ex ore procedentem Eliæ & Enoch ſanctitatem denotare.

II. Ex quo deduco corpora ſanctorum ſeu eorum reliquias dubias, ſeu quæ apud hæreticos & ſchiſmaticos reperiuntur per ignem probari debere ab Epiſcopo vel Pontifice. Nam Concilium Cæſarauguſtanum ſecundum, celebratum anno 592. ſub Gregorio I. quod habetur tomo 2. Conciliorum part. 2. Sic Canone 2.
Concilii Cæſaraug. loquitur. *Statuit Sancta Synodus, ut Reliquiæ in quibuſcumque locis de Arianæ hæreſi inventæ fuerint, prolatæ à Sacerdotibus in quorum Eccleſiis reperiuntur Pontificibus præſentatæ igne probentur.* Hujus decreti meminit Baronius anno 592. §.25. Sic explicandũ illud Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III. cap. 62. & refertur in cap.
Lateranẽſ. 2. de reliquiis & veneratione Sanctorum. *Inventas* (inquit) *de novo reliquias nemo publicè venerari præſumat, niſi prius authoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ.* Iſta verba intelliguntur de reliquiis Sancti non canonizati, quas publicè exponere, ut colantur tantum pertinet ad Romanum Pontificem. Et Concilium Tri-
Trident. dentinum ſeſſ. 25. de invocatione & veneratione Sanctorum. *Nulla* (inquit) *admittenda ſunt nova miracula, nec novæ reliquiæ recipiendæ, niſi recognoſcente & approbante Epiſcopo, qui ſimul ac de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in concilium Theologis ac piis viris ea faciat quæ veritati & pietati conſentanea judicarit. Quod ſi aliquis dubius aut difficilis abuſus ſit extirpandus, vel omninò aliqua de iis rebus gravior quæſtio incidat, Epiſcopus antequam controverſiam dirimat, Metropolitani & Comprovincialium Epiſcoporum in Concilio Provinciali ſententiam expectet, ita tamen ut nihil inconſulto Sanctiſſimo Romano Pontifice novum aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.* Concilium hoc agit de reliquiis Sancti canonizati recenter inventis ut docent Barboſa de officio Epiſcopi alleg. 97. numer. 10. Sanchez, Fagundez. Hujus autem dubii & difficultatis ſolutio vix aliter haberi poteſt ut docent Baldellus, Fagundez, Armilla, Layman, Suarez, niſi ſcilicet conſentiente Epiſcopo, Concilio Provinciali, vel Rom. Pontifice. His Conciliorum ordinationibus accedit decretum Alexandri III. & Innocentii III. in cap. 1, & 2. de reliquiis & veneratione Sanctorũ. Ex Patribus, S. Gregorius lib. 3. epiſt. 30. fusè oſtendit quomodò varia corpora Sanctorum ab aliis miraculosè cognita, & diſcreta fuerint. Sancta Helena Mater Conſtantini Magni ex Ruffino lib. 1. cap. 7. ex tribus Crucibus veram Chriſti Crucẽ miraculo cognovit. D. Auguſtinus lib. 22. de Civit. cap. 8. ait Mediolani corpora Sanctorum Gervaſii & Protaſii miraculosè inventa fuiſſe. Quibus & ſimilibus hiſtoriis patet Sanctorum corpora aliàs ignota debuiſſe divinitus revelari, & aliquo miraculo verificari priuſquam publicè populo colenda exhiberentur, alioqui juxta ordinationes per ignem probanda forent.

Dixi *publicè*, quia hæc approbatio III.
per ignem vel aliud miraculum ab Epiſcopo facienda neceſſaria eſt, pro veneratione publicâ ad privatam ſufficiens teſtimonium eſt probabilis conjectura, ſeu unius viri prudentis & viri aſſeverantis eſſe veram reliquiam. Ita P. noſter Lezana verbo *Reliquiæ*, num. 9. Baldellus, Emmanuel Sa, Azorius, Layman, Fagundez, Sanchez, Suarez, Vaſquez. Poſſunt item cultu privato coli Reliquiæ Sancti non canonizati nec beatificati ſine Papæ vel alterius Prælati authoritate, imò & thecis argenteis collo appendi, & deferri ex privata devotione, etiam aliis videntibus. Id probati figuratè poteſt ex lib. 4. Regum cap. 5. ubi Naaman curatus à leprâ petiit ab Eliſeo verſ. 17. *Obſecro concede mihi ſervo tuo, ut* l. 4 Reg.
tollam onus duorum bordonum de terra. 5. v. 17.
Cur Naaman petiit auferre illã terram

&

Toſtatus & ſecum ferre. Toſtatus quæſt. 23. *Ex devotione; nam cùm ipſe in terra Iſrael ſanatus fuerit, voluit potius de terra religionis illius facere altare ad colendum Dominum, quàm de terra alterius religionis. Secunda cauſa eſt propter religionem & ſanctitatē terræ: nam terra Iſrael reputabatur ſancta, quia ibi colebatur verus Deus, et tenebatur lex ab illo lata. Terra autem alia non erat ſic ſancta ideò voluit de terra Iſrael accipere terrā pro altari. Tertia cauſa, quia Naaman volebat facere altare, in quo Deus acceptaret ſacrificia. Et quia Syria erat repleta idolis reputabatur cōtaminata, & credebat quod Deus nō acceptaret ſacrificia facta in altari de terra illa, ideò accepit terram de regione Iſrael.* Si Naaman ſingulariter affectus fuit erga terram Iſrael, & ex peculiari devotione aliquid ex eâ ſecum aſportare voluit, quia in ea ſanatus fuit, quia in ea colebatur Deus, & in eâ lex à Deo lata magis quam alibi obſervabatur, quia victimæ in ea oblatæ erant Deo magis acceptabiles, ut potè ab idolorum cultu aliena. Privata ſanè devotio fidelium erga aliquos virtute & ſanctitate conſpicuos, licet necdum canonizatos & beatificos laudabilior cenſenda eſt, quia templum fuerunt Spiritus ſancti, Deum totâ vitâ coluerunt, legem divinam inviolabiliter obſervaverunt, quia juge ſui cordis ſacrificium ſemper obtulerunt, quia ab omnibus vitiis & maximè ab avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus abſtinuerunt. Illum cultum privatum innuere videtur Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reliq. & venerat. ſanctorum, quo cavetur publicus cultus non canonizatis, permittitur igitur cultus privatus ideſt licet prohibetur cultus, qui nomine totius Eccleſiæ & quaſi ab Eccleſia inſtitutus exhibetur, non tamē prohibetur qui coram aliis ſecluſo ſcandalo exhibetur. Et confirmat praxis Eccleſiæ, ſtatim enim ut vitâ exceſſerant Martyres fideles ad eorum exuvias rapiendas certatim currebant, uſque ad eorum ſanguinem effuſum exſugendum, ſicut de ſanctâ S. Ambr. Praxede & Pudentiana legitur. Alii ſub altaribus condebant, ut teſtatur D. Ambroſius lib. de exhortatione ad virginitatem. *Munera* (inquit) *ſalutis accepta quæ ſub ſacris altaribus recondantur.* Et in epiſtola ad Marcellinam ſororem de inventione Sanctorum Martyrum Gervaſii & Protaſii. *Succedant victimæ triumphales in locum ubi Chriſtus paſſus eſt: iſti ſub altari, qui illius redempti ſunt paſſione. Hunc ergò locum prædeſtinaveram mihi, dignum eſt enim, ut ibi requieſcat Sacerdos, ubi offerre conſuevit, ſed cedo ſacris victimis dexteram portionem.* Quaſi diceret, locus ſub altari ſanctis Martyribus debitus eſt. Quod patentius innuit D. Auguſtinus ſermone 11. de S. Auguſt. ſanctis. *Martyrum corpora rectè ſub altari collocantur, ubi mors Domini quotidie celebratur & ſanguis effunditur.* Idem D. Auguſtinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. ait loca Martyrum ſeu ubi conditi erant vulgò Martyrii nomen accepiſſe, & ibi fideles oraſſe. *Cum loci cancellos ubi Martyrium, hoc eſt locus Martyris erat teneret idem juvenis orās.* Sepulchra ſanctorū paſſim à fidelibus ibi collocata fuiſſe teſtatur Eccleſ. hiſtoria ad ſepulchra SS. Gervaſii & Protaſii tota nocte vigilatum fuiſſe ſcribit Sanctus Ambroſius ad ſororem Marcellinam. Idem in ſermone de Martyrio ſanctæ Agnetis refert Parentes ad illius tumulum pernoctaſſe, & vidiſſe exercitum Virginum inter quas erat Agnes, & ad dextram agnus nive candidior. Conſtantia Conſtantini Imperatoris filia, licet Ethnica, toto corpore malè affecta ad ejus ſepulchrum orans ſanitatem recuperavit, & quot illuc confluebant, curabantur à quacumque infirmitate detinerentur, ut teſtatur idem D. Ambroſius. S. Hieronymus ad Lætam de inſtitut. S. Hieron. filiæ cap. 1. *Populus currit ad Martyrum tumulos.* Scribens ad Marcellā inter alia Aſellæ devotæ ſigna illud refert. *Ad Martyrū limina penè inviſa properabat.*

IV. Et certè ſi licet honorare viventes, quos credimus ſanctos, ut docet P. Lezana quæſt. regul. tomo 4. verbo *Reliquiæ*, n. 9. & verbo *ſanctorum cultus*, num. 5. & 6. & in conſultis ſuis ſuſiſſimè probat de P. Eliâ, qui licet adhuc vivat, tamē ab Eccleſia colitur, ei aræ, templa dedicantur. Cui favent etiam Peyrinis de privil. tomo conſtitut. 3.

Ooo Leonis

Leonis X. num. 3. Fagundez. Bonacina, Sanchez, Azorius, Bellarminus. Imò & viventium juſtorum habitus ſingulari honore coluntur, ut patet ex pallio Eliæ de quo P. Lezana tomo 1. Annal. anno Chriſti 3204. num. 10. ubi ſic ſcribit. *De pallio Eliæ quod Eliſeo contigerat, dubitari poteſt quid actum fuerit poſt ipſius tranſitum, de quo* Lezana, *nobis aliqua dicenda ſunt. Primum illud ab Eliſeo, & diſcipulis in veneratione ſemper habitum. Quis enim aliter credat de chariſſimi & ſanctiſſimi Parentis pretioſo pignore plurium miraculorum inſtrumento, & cæleſtium, divinarumq; viſionum comite inſeparabili? Eò præſertim, quod cum ejuſdem pallii invectione Elias Eliſeum inſtituti prophetalis & inſtar Monaſtici contubernalem & participem fecerit juxta dicta ex Sanchez ſub anno 3127. num. 4. Procul dubio inſtar magni theſauri illud habuiſſet, ut notat idem Sanchez lib. 4. Reg. cap. 2. verſ. 13. Unde illud ejuſdem loci, Levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei, non denotat illud cecidiſſe Eliſeo uti negligenti, ſed cecidiſſe Eliæ non fortuitò, ſed magno Dei cõſilio, ut pignus haberet Eliſeus dati ſibi muneris, pro ut non ſolùm Sanchez ipſe, ſed & Salianus ſub anno mundi 3139. num. 46. exponunt. Si ut dixi licet colere juſtos viventes & eorum habitus etiam venerari, cur non mortuos. Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 4. refert olim Martyres in carceribus detentos ſolitos fuiſſe viſitari à Chriſtianis qui illorum vincula & catenas oſculis & lacrymis venerabantur. Quis (inquit) in carcerẽ ad oſculenda vincula Martyris malos reputare patitur.* Imò lapſi ad pœnitentiam redeuntes poſtulabant à Martyribus pacem, & cõmendatitios libellos ut ad pœnitentiã reciperentur. Ut idem Tertullianus teſtatur in lib. ad Martyres cap. 1. & Origenes lib. 1. in lib. Judicum. Si vivis tantus honos exhibitus eſt quantus debet illis defunctis.

V. Quod Pater Eliæ profectus fuerit Jeruſalem, viſaque retulerit ad ſacerdotes, reſponderitque illis Crematiſmus hoc eſt oraculum ſivè reſponſor, figuratè innuit quid faciendum ſit in examine corporum & reliquiarum. Quippè per Jeruſalem Eccleſia ſancta, per ſacerdotes cõgregatio eorum qui in hoc examine conſuli debent, per Crematiſmũ, Epiſcopus ſivè Pontifex intelligendi ſunt. Ac 1.ò ſicut Sobach Pater Eliæ non recurrit ad ſacerdotẽ, ſed ad ſacerdotes, qui conſilio habito Crematiſmus ſive reſponſor ſuam deſuper mentem aperuit. Sic quando aliquod corpus, ſeu reliquias invenit, maximè apud infideles, hæreticos, ſchiſmaticos, non debet deſuper cõſulere ſimplicem ſacerdotem Epiſcopo inferiorem, ſivè pro veneratione publicâ, ſivè privatâ, ſed Epiſcopum, qui convocato conſilio Provinciali ad eas recognoſcendas & probandas per ignem (ſi opus ſit) judicet. Primò, quia Concilium Cæſarauguſtanum expreſsè ſtatuit Pontificibus præſentandas eſſe, & ab iis igne probandas. Secundò quia idem decrevit Concil. Tridentinum ſeſſ. 25. Hanc definitionem ſervandam eſſe ordinavit Sacra Congregatio Cardinalium, ut videre eſt apud Barboſam in remiſſionibus Doctorum num. 3. Farinacium, Petrum Marilla, Azorium, Bonacina. Ex quo ſequitur, quod ſi quis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeat, ut multi ſunt Abbates in Germaniâ, nequit diſcernere veras reliquias à falſis per ignem miraculoſum, nec earum cultum privatæ vel publicæ venerationi exponere, ſicut nec miracula approbare, quamvis habeat juxta ſe viros pietate & ſcientiâ præditiſſimos. Ratio eſt, quia Concil. Cęſarauguſtanũ & Tridentinum ſtatuerunt id ſolis Epiſcopis ſeu Põtificibus competere. Nam Cæſarauguſtanum dicit *Pontificibus*. At Abbates, & alii Pontificalia habentes non ſunt Pontifices. Et confirmatur ex particula in Concilio Tridentino *niſi*, quæ eſt determinativa perſonæ, cui jus illud competit, omnes alios Prælatos Epiſcopo inferiores excludendo, ut patet ex l. *conſulta*, C. *de teſtamentis*. Tiraquell. de retract. comment. Gloſſa 9. num. 9. Deindè non loquitur de Ordinario loci, ſed de Epiſcopo, ut excludat ordinarium, qui eſt inferior Epiſcopo. Quincillus, Marcus Antoninus, Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 97 num. 9. Et apud eundem Homobonus

de

de Bonis, Aloyſius Riccius, Fœlix Conicrorius. Denique eodem modo philoſophandum eſt de approbatione reliquiarum ac miraculorum, hæc autem à ſolo Epiſcopo verificantur. Ut patet in deciſione S. Congregationis Rituum in Pratenſi 3. Decēbris 1616. quod nemo Epiſcopo inferior poteſt verificare nova miracula facta interceſſione B. Virginis, aut ſuper illis formare proceſſum, ſed ſoli Epiſcopo competit, in cujus Diœceſi Imago Miraculoſa collocata.

VI. Patet etiam ex alterâ deciſione Sacræ Congregationis anno 1626. quod nulla miracula perſonæ tam canonizatæ quàm non canonizatæ ſunt admittenda niſi approbante Epiſcopo. Conciliũ Trident. Cōcilium Tridentinum etiam innuit ſeſſ. 25. his verbis. *Nemini licere niſi recognoſcente & approbante Epiſcopo.* Vide Barboſam ſup. alleg. 97. num. 9. & alios ab eo citatos. Et confirmari poteſt primò ex Sobach patre Eliæ. Doroth. *Qui cùm naſciturus eſſet, pater ejus Sobach* (inquit Dorotheus in ejus vitâ) *vidit illum ab Angelis albicantibus ſalutari, & igne tanquam faſciis involvi, & flammâ veluti cibo ali.* Ad hujus viſionis explanationem habendam non Prophetas vel Sacerdotes in pluribus civitatibus, vel ſaltem in Thesbe cōmorantes recurrit, eoſq́ue conſuluit, ſed Hyeroſolymam petiit. *Hieroſolymã profectus rem iſtam indicavit, dictumq́; illi eſt ex oraculo nè timeret, fore enim, ut puer naſciturus in luce habitaret, & quæ diceret firmã ſententiam haberent, judicaretq́; Iſraelem in gladio & igne.* Eadem habent S. Epiphanius & Metaphraſtes in vitâ Eliæ, R.mus Ægidius Cammartus lib. de geſtis Eliæ, Cornelius in cap. 17. verſ. 1. lib. 3. Regum, noſter P. Lezana tomo 1. Annalium Ordinis noſtri, & alii. Secundò ex iis quæ in ortu Eliſei contigiſſe S. Epiphanius & Iſidorus in ejus vitâ, Lezana, Cornelius & alii in cap. 19. lib. 3. Reg. verſ. 15. & 16. ſcribunt ipſo naſcēte mugiiſſe unum è vitulis aureis, quos conflavit Jeroboam, illiusq́ue mugitum fuiſſe auditum Hieroſolymis, ex eo Sacerdotem Jeroſolymitanum prædixiſſe eo die natum eſſe, qui futurus eſſet ſculptilibus omnibus, atque idolis exterminium.

Notant tamen Sanchez de Matrimonio lib. 3. diſp. 19. num. 7 Fagundez in 5. præcep. Eccl. cap. 4. num 8. Diana reſol. moral. part. 2. miſcell. reſol. 51. verſ. *quæritur quintò*, Novarius verbo *Reliquia*, num. 2. Bonacina. Ricciulus, Barboſa, poſſe Epiſcopum extra ſuam Diœceſim exiſtentem abſque aliqua Epiſcopi Diœceſani licentia eam approbationem facere & facultatem concedere, ut in ſua Diœceſi publicè Reliquiæ collocentur venerandæ. Ratio eſt, quia hæc non eſt juriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ. At voluntaria juriſdictio exerceri poteſt extra propriam Diœceſim etiam abſque facultate Epiſcopi illius loci in quo exercens præfatam juriſdictionem reperitur. Hæc de ſecundâ parte. VII.

FINIS TRACTATUS II.

Epiſcopo Carthaginenſi fatetur ſe ad illud onus teneri. *Epiſcopi eſt ſemper* S.Gregor. *de prædicationis miniſterio cogitare, intenſiſſimo timore conſiderans, quod receſſurus ad percipiendum regnum Dominus & talenta diſtribuens, dicat Luca cap. 19. Negociamini dum venio, &c.* De eodem onere melliſluè loquitur D. Bernardus ſcribens Eugenio Papæ S Bernar. *Fac quod tuum eſt, nam Deus quod ſuum eſt ſatis abſque tua ſellicitudine & anxietate curabit. Planta, riga, fer curam, & tuas expleviſti partes, ſanè incrementum Deus, quando voluerit, dabit, &c.*

II. Ex quibus concludo Mendicantes profiteri ſtatum vitæ mixtæ ex contemplatione & actione, Magdalenam & Martham imitando, maximè in ſalute proximi procurandâ, docendo, concionando, Sacramenta confeſſionis, &c. miniſtrando, ut docet D. Thomas opuſc. 10. Azorius tomo 1. inſt. moral. lib. 13. cap. 1. Bannes 2. 2. quæſt. 33. art. 3. Sotus lib. 7. de juſtitiâ quæſt. 2. art. 1. Suarez tomo 4. de Religione tract. 6. lib. 1. cap. 8. Ex noſtris Thomas à Jeſu loco citato, & in cap. *non dicatis*, part. 5. cap. 1. Lezana quæſt. regul. tomo 1. cap. 1, numer. 17. & tomo 2. cap. 1. verſ. 10. & Id determinavit Alexander IV. in bullâ *Non ſine multa*, contra Guilelmum de S. Amore, Giraldum Odonē Academiæ Pariſienſis Doctores. Vide Bzovium tomo 13. Annalium ad annum 1257. num. 5. Meritòque Guilelmus à Pontifice vocatus Romam damnatus eſt, omnique Ordinis Eccleſiaſtici functione & redditibus privatus, liberque contra præfatos Mendicantes igni mandatus.

III. Ex quibus concludunt Panormitanus capitulo *cauſam*, Soto, Suarez, Lezana & alii probabile eſſe Mendicantes Religioſos ſic admiſſos ab Eccleſia, ut ſint Coadjutores Epiſcoporum in ſalute animarum procurandâ ac promovendâ poſſe ex vi voti obedientiæ emiſſi à Sede Apoſtolicâ obligari, ut ad tertam infidelium ſe conferant pro eorum converſione. Non tamen eo modo, quo Patres Societatis Jeſu. Hi enim ad hanc miſſionem tenentur ratione voti expreſſi quod emittunt. Ita Suarez tomo 4. de religione tract. 10. lib. 6. cap 4. num 4. Sanchez de præceptis Decalogi lib. 6. cap. 18. Quod votum ultra communem obligationem, quam Mendicantes Religioſi habent ratione voti obedientiæ emiſſi ab ipſis, quâ tenentur obedire ſummo Pontifici, tanquam Generali ſupremo omnium religionum, ut notat Lezana tomo 1, quæſt. regul, cap. 4. numer. 31. Id intelligitur in iis, quæ concernunt regulam. At profectio ad partes infidelium, eorumque converſionem non concernit ſaltē propriè & regulariter. Regulam inquiunt Ludovicus Lopez part. 1. inſtructorii cap. 56. Rodriguez tomo 2. ſummæ cap. 9. numer. 5. & tomo 5. quæſt. regul. quæſt. 19. art. 7. Lezana ſupra. Et quamvis Religioſi Mendicantes ad id tenerentur ex vi ſuæ inſtitutionis, quâ ordinantur ad ſalutem proximi procurandam: non tamen cum iiſdem circumſtantiis, quibus Patres Societatis Jeſu, qui pollicentur ſe in infidelium regiones perrecturos, *ſine excuſatione, non petito viatico, quocumque gentium.* Ita Lezana poſt Suarez & Sanchez citatos, qui plura de hoc argumento proferunt.

CAPUT I.

Summus Pontifex ſuæ ſanctimoniæ ſpecimen præbet, dum Miſsionariis varia privilegia impertitur.

Converſionem infidelium, reductionemque hæreticorum & ſchiſmaticorum ad Gremium Eccleſiæ Romanæ ita æſtimat Sedes Apoſtolica, ut videatur eſſe proprium ac primarium motivum, propter quod tot, tamque ampla privilegia Ordinibus Mendicantium ab ea fuerint communicata. Id patet ex ſummariis eorum, quæ Sixtus IV. compilavit, quorum ſingula Mare magnum nuncupavit; ac primò Mare magnum Prędicatorum ita auſpicatur. *Regimini univerſalis Eccleſiæ*, refertque quod I.

dictus P. Lezana tomo 1. Annalium noſtri Ordinis, & à Chriſto uſque ad annum milleſimum quadringenteſi-Septuageſimum ſextum, tomo 2. 3. & 4. & ab eo tempore uſque ad tempora S. Thereſiæ. Eodem tomo 4. ex tune uſque nunc deſcribunt annales Patrum noſtrorum Diſcalceatorũ, & Pater Daniel à Virgine Provinciæ Flandro-Belgicæ Provincialis noſtriq; Ordinis Hiſtoriographus.

IV. Porrò horum verborum *ac in futurum productorum indubitanter ſperamus*, veritas patet ex oraculo S. Jo-
Apoc. 11. annis Evangeliſtæ Apocal. cap. 11.
verſ. 3. ubi de Enoch & Eliâ noſtri Ordinis Patriarchâ, verſ. 3. hæc prænuntiat. *Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis.* Quæ verba maximè de Eliâ intelligenda Deus teſtatur Mala-
Malach. chiæ cap. 4. verſ. 1. *Ecce ego mittam*
4. verſ. 1 *vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & terribilis, & convertet cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum.* Nomine diei horribilis accipiendus eſt dies judicii
Eccli 48 Quod confirmat Syracides cap. 48.
verſ. 10. verſ. 10. Eccleſiaſtici ubi Eliam ita affatur. *Qui ſcriptus eſt in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, & conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Iacob.* Lyranus judicia temporum ait eſſe dies judicii. Cornelius ſcribit judicia temporum eſſe prædicationes & redarguitiones, quibus Elias zelo ſuo excitabit homines ad pœnitentiam, & iram Dei ſedabit. Quibus oraculis conſonant verba
Mat. 17 Chriſti Matthæi cap. 17. verſ. 10.
verſ. 10. *Quid ergò Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primùm venire? At ille reſpondens ait eis, Elias quidem venturus & reſtituet omnia.* Ideſt (inquit Sanctus
S. Chryſoſtomus. Chryſoſtomus homil. 58. *Incredulitatem Iudæorum, qui tunc erunt reſidui ad fidem convertet.* Ideſt ſuâ prædicatione efficiet ut Judæi ſuos veteres Patriarchas imitentur, ita ut quemadmodum hi crediderunt in Chriſtũ venturum, cumque magno amore proſecuti ſunt. Sic Judæi, qui tunc erunt, Chriſtum diu ante incarnatum ſummè diligent. Sic etiam exponunt S. Hilarius, Theophilactus S. Paſchaſius, S. Anſelmus, S. Thomas. Vel (inquit Janſenius Gandavenſis cap. Ianſenius.
67.) *Elias reſtituet? quando incredulos Iudæos gentibus credentibus uniet, & ad fidem Patriarcharum redire faciet.* Undè S. Joannes Apocalip. cap. 11. Apoc. 11
verſ. 4. vocat Eliam & Enoch duas verſ. 4.
olivas, duo candelabra. *Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.* Dicuntur olivæ, quia tempore Antichriſti impietas, ac omnium bonorum ſterilitas regnabunt, quibus opponet Deus olivas uberes, pulchras, fructiferas, & ſpecioſas, ut ſuâ ubertate excludant hominum ſterilitatem, ſuâ pulchritudine turpitudinem, ſuis fructibus opera veneno peccati intoxicata, ſuâ ſpecie larvas monſtruoſas hominum in beſtias mutatorum, juxtà illud pſalmi 48. verſ. 13. *Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus jumentis inſipientibus, & ſimiles factus eſt illis.* Vel dicuntur olivæ quia tepidos ac vacillantes in fide corroborabunt, ungent, generoſoſque contra Antichriſtos efficient. Vel quia inſtar columbæ Noemeticæ denunciabunt perſecutionem Antichriſti, diluviumque tribulationum brevi ceſſaturum; pacem Eccleſiæ & prædeſtinatis reconciliationem cum Deo, adventum gloriæ appropinquare. Vocantur duo candelabra, quia eorum vaticiniis & prædicationibus, exemplis & miraculis Deus illuminabit Eccleſiam. Pulchrè Rupertus Abbas in cap. 24. Matthæi. *Candelabra in quo ſunt? in eo videlicet, quod in illis diebus tam nigris,* Rupertus
tam tenebroſis, clara prophetiâ ſuâ ſivè prædicatione lucebunt, ita ut fieri non poſſit, ut in errorem inducatur quiſpiam electorum. Undè non immeritò Divus Chryſoſtomus homilia de Aſcenſione ſcribit quod *Elias* Græcè eſt *Helios*, tunc enim apparebit inſtar ſolis fulgentiſſimi: quia nullus erit qui ſe abſcondat à calore doctrinæ, prædicationis & exempli ejus.

Cùm verò teſte S. Auguſtino lib. V.
20. de civitat. cap. 11. *Hæc erit noviſ-* S. Auguſt.
ſima perſecutio noviſſimo imminente judicio quam ſancta Eccleſia toto orbe patietur. S. Elias cum ſuo Collegâ pro Eccleſiæ defenſione ad varias orbis partes

Digitized by Google

partes mittent Prædicatores fide cõſtantes, zelo ferventes, aliisque virtutibus conſpicuos. Quos? ſuos alumnos: nam ſi ſuo parenti Eliæ Carmelitæ adhærebunt, & ut ipſa Deipara Virgo S. Petro Thomæ noſtri Ordinis præclaro ſideri, S. Thereſiæ & aliis revelavit, noſter Ordo duraturus eſt uſque ad finem mundi, ut patet etiã ex hoc carmine. *(ra Phœbus,*

Dum fluet unda maris, curretq́ per æthe-

Vivet Carmeli candidus ordo mihi.

Nemo dubitare debet, quin ſemper in Eccleſia Dei pro Chriſto, pro fide, ubique terrarum fortes & conſtantes ſtabunt. Teſte S. Thereſiâ apud Riberam in ejus vitâ lib. 5. cap. 5. in varias orbis regiones Miſſionarii dirigentur ex ſacra Familiâ S. Dominici & Societatis Jeſu, S. Franciſci, S. Auguſtini, undè patet non immeritò illos & noſtrum, maximis privilegiis Apoſtolicis fuiſſe inſignitos, quæ nunquam fuerunt revocata, cùm ſemper eodem zelo honorem Dei, fidei & Eccleſiæ propagationem, animarumq́ue ſalutem promovere conentur, ut patet ex reformationibus in illis Ordinibus hoc ævo introductis.

VI. Innocentius VIII. in bulla quæ incipit, *Apoſtolicæ Sedis intuitus*, Mari magno Fratrum Servorum B. V. Mariæ hoc narrativum præponit. *Quonium Profeſſores Fratrum Servorũ Beatæ Mariæ Virginis Ordinis ſancti Auguſtini à primævâ ordinis ſui cõſti-*

Mare mag. Servit. *tutione Domino diſponente, & quaſi divinitùs ex ore infantium Servi Mariæ vocati, ob ejus quidem reverentiam hunc devotum titulum ſemper coluerunt ac etiam in memoriam paſſionis ejuſdem in morte, quam Filii ſui Domini Ieſu-Chriſti ſuſtinuit, nigrum & mæſtitiæ quippè habitum eligentes ſibi deputarũt, ſub quibus profectò, & ſervituti titulo, & mæroris habitu ſacer Ordo præfatus ſic à ſuis primordiis plantatus in agro Dominico, laudum incrementum, divinâ cooperante clementiâ, ſucceſſivè profecit in Eccleſia Dei & inter alia plantaria Dominica puritate cõverſationis, exercitio Evangelicæ prædicationis, dono ſcientiæ, virtutum nitore, & virtute ſanctitatis dignoſcitur ſpecialiter inſignitus: propter ipſos in agro prædicto cultores idoneos non immeritò reputamus, meſſem ex hujus cultu afferente, gratiſſimũ Creatori, glorioſiſſimæ Dominæ noſtræ Virginis Mariæ devoto intuitu.* Hoc motivo *exercitio Evangelicæ prædicationis, dono ſcientiæ* impulſus, omnia ſuorum prædeceſſorum privilegia confirmat. Et Pius 5. Bullâ, quæ incipit *Romanus Pontifex*, apud Laertiũ num. 44. Servitas inter Mendicantes comprehendit his verbis. *Eorumq́ domos, Monaſteria & Loca, etiamſi in communi propria bona, tam mobilia, quàm immobilia & ſtabilia, ac alia quæcumque poſſederint, Mendicantium vocabulo, & omnibus & ſingulis Mendicantium Presbyteris, eis quomolibet conceſſis, uti poſſe & debere, nec ſuper præmiſſis ullo unquam tempore moleſtari poſſe, &c.*

Mare magnum Minimorum eſt ferè ſimile Mari magno Prædicatorũ, paucis exceptis (inquit noſter P. Lezana pag. ultim. ſeu num. 120.) Ideò Julius II. Sixti IV. nepos & Innocentii VIII. ſucceſſor illud compilavit, quia ordini Minimorũ devotiſſimus fuit, hujus devotionis cauſa fertur, quia S. Franciſcus de Paulâ Minimorum Fundator prædixit Julio Turonis in Galliâ agenti. *Cùm eris Romæ ſedebis in ſolio Petri commendo Religionem meam.* Quia igitur vaticinio ſancti effectus reſpondit, ideò Julius gratitudinis dono Mare magnum, ſeu omnia eorum privilegia contexuit. Hujus ſacræ Religionis inſtitutionem, excellentiam, virorum illuſtrium ſanctimoniam, doctrinam, zelum fidei, religionis Catholicæ & ſalutis animarum deſcribunt multi auctores apud Lezanam in Mari magno Minimorum, in præludio ante §. 1. Ingenuosè animadvertit noſter P. Lezana §. ultimo num. 120. quod licet in mari magno non concedatur Minimis communicatio privilegiorum aliorum ordinũ Mendicantium, pro ut in aliorum Mendicantium mari magno conceſſa cernitur: attamen eâ gaudent ex eodem Julio in alia Bulla quæ incipit *Ad Sacrum*, ex Leone X. in bulla *Dudum*, Pio V. bullâ *Et Mendicantium*, & cum tanta extenſinne, ut poſſint uti privilegiis aliorum Mendicantium, & VII. Mare mag Minimo.

ea

ea curare tranſcribi mutatis eorum nominibus in nomen Fratrum Minimorum ex Julio II. bullâ *Dum ad ſacrum*, quod eſt ſingulare privilegium hujus Religionis.

VIII. Ut Pius V. declaret Societatem Jeſu eſſe Ordinem & Religionem Mendicantem hoc narratum pręfert. *Dum indefeſſa conſiderationis intuitu perſcrutamur, quantam Chriſtianæ rei-* Societas Ieſu. *publicæ utilitatem attulerint dilecti filii Presbyteri Societatis Ieſu, planè conſpicimus eos verè mundi hujus relictis illecebris adeò ſervatori ſuo ſe dedicaſſe, ut conculcatis theſauris, quos ærugo tinea comedit, lumbiſq́ paupertate & humilitate præcinctis, non contenti terrarum finibus uſque ad Orientales & Occidentales Indias penetrarunt, ac eorum aliquos ita Domini amor perſtrinxerit, ut etiam proprii ſanguinis prodigi, ut verbum Dei inibi efficacius plantarent martyrio voluntariè ſeſe ſuppoſuerint, per quæ eorum ſpiritualia exercitia etiam regna ipſa fidem Chriſti agnoverunt, ac tam ibi quàm ubique terrarum Charitatis & miſericordiæ opera exercere ſtudeant.* Hæc narratio tot laborum & ſtudiorum à dicta Societate impenſorum pro propagatione fidei orthodoxæ, Eccleſiæ ſanctimoniâ augendâ, infidelium converſione procurandâ movit ſummum Pontificem ad eam privilegiis Mendicantium dotandam

Pius V. ac decorandã *Facere* (inquit Pius V.) *nullo modo poſſumus, quin eos tanquam veros palmites in Chriſto per charitatẽ conjunctos & benignè complectamur, & ea ſibi ſpecialiter concedamus, quæ & paupertatis per eos emiſſæ voto & eorum inſtituto ac commoditati credimus profutura. Hinc eſt quod nos attendentes quod licet dilecti filii præpoſitus Generalis & Presbyteri Societatis hujuſmodi, tum quia ipſa Societas mendicans exiſtit, quippè quæ ex ejus inſtituto & conſtitutionibus Apoſtolicâ auctoritate confirmatis bona ſtabilia poſſidere nequit, ſed incertis eleemoſynis, fideliumq́ largitionibus & ſubventionibus vivit: tum quia non minus quàm cæteri Mendicantes in excolenda vinea Domini aſſiduè laborãt, fructusque ingentes ac ſalutiferos produnt, propterea iiſdem privilegiis, indultis & gratiis Fratribus Mendicantibus hactenus conceſſis uti, frui, potiri, & gaudere meritò poſſint ac debeant, &c.*

Idem Pius V. non attentâ mendicitate, ſed ſolo zelo, ſtudio pro animabus Chriſto & Eccleſiæ lucrandis & aggregandis in bulla, quæ incipit, *Ex ſuperna diſpoſitionis arbitrio*, apud Chryſoſtomum Henriquez Ordinis Ciſtercienſis Hiſtoriographum extendit omnia privilegia Mendicantium, (exceptis dumtaxat immunitatibus à contributione ratione Seminariorũ, necnon ſubſidiorum Apoſtolicâ auctoritate pro tempore impoſitorum, & quæſtatione eleemoſynarum) ad nonnullos alios ordines, hoc tenore: IX. *Pro parte filiorum Canonicorum Regularium ordinis S. Auguſtini, Congregationis Lateranenſis, & ſancti Salvatoris, & ſanctæ Conimbricenſis, & Monachorum S. Benedicti Congregationis, & Ordinum Caſſinenſis, Montis Oliveti, Vallis Umbroſæ necnon etiam Ciſtercienſis, & Carthuſienſis, necnon Sancti Hieronymi Hiſpaniarum, & Camaldulenſis, & Fratrum militia Ieſu Chriſti, Reformatorum nuncupatorum Regni Portugaliæ nobis nuper petitio continebat, quod ipſi etiam juxta eorum cujuſlibet regularia inſtituta, tum vitâ eorum exemplari, tum doctrinâ, ac verbi Dei prædicatione, aliiſq́ ſummis eorum laboribus & ſtudiis animarum ſalutem, ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ dignitatis & auctoritatis augmentum hactenus ſemper procuraverunt, & in dies circa hoc tam laudabile miniſterium magis ac magis verſari non ceſſantes, ſibi favente ſuperni Numinis auxilio ſuaviſſimum, cunctiſq́ fidelibus gratiſſimum ſuæ probitatis & diligentiæ latius diffundunt odorem, pariterq́ in vineâ Domini laborare non deſinunt, ac proindè eos aliquâ ratione indignos cenſeri non poſſe, quin ipſi quoque gratiarum, facultatum, privilegiorum & aliorum præfatis Fratribus Mendicantibus conceſſorum participes fieri, necnon ipſorum Monaſteria etiam Monialium, & alia loca quæcumque extendi & gaudere debeant, &c. Quare, &c. Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium, perpetuò extendimus & ampliamus, eaq́ omnia ſingula eis concedimus & indulgemus:*

illosq́ declarationibus, ſtatutis, &c. & privilegiis uniformiter, & abſque ullâ penitus differentiâ prout dicti Fratres Mendicantes dicuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, liberè & licitè uti, potiri & gaudere poſſe ac debere, &c. Alios refert noſter Lezana tomo 3. verbo *Mendicantes Regulares* num. 3. ut Fulienſes ordinis Ciſtercienſis ex Sixto V. conſtitut. 70. *Super ſpecula.* Cœleſtinos ex Urbano VIII. conſtitut. *Sacroſancti.* Silveſtrinos ex Paulo V. dat. 1616. Religioſos B. Petri de Piſis ex Pio V. conſtitut. *Religionis.* Congregationis Redemptionis Captivorum ex Leone X. Cruciferos ex Gregorio XIV. conſtit. *Romanus.* Clericos Regulares vulgò Theatinos ex Clemente VII conſtit. *Dudum.* Clericos Regulares miniſtrantes infirmis ex Gregorio XIV. Religioſos Matris Dei Scholarum piarum ex Gregorio XV. conſtit. *Ad uberes.*

X. Clemens VIII. conceſſit noſtris PP. Diſcalceatis communicationem
Clemés 8 privilegiorum Mendicantinm. *Conceſſa & concedenda (dummodò S. Concil. Trident. Regulæ primævæ & eorum cōſtitutionibus non adverſentur) prædictis Fratribus B. M. V. de Monte Carmeli domibus, &c competere, verè & propriè, ac ſi eiſdem ſpecialiter conceſſa eſſent, decernimus & ſtatuimus.* Et ante illum Clemens VII. in bullâ, *Ex Clementi.*
Clemés 7. Eandem communicationem Privilegiorum conceſſorum & concedendorum quibuſcumque ordinibus, ſivè mendicantibus, ſivè non medicantibus concedit ordini noſtro apud Lezanam in mari magno Carmelitarum circa §. 105. num. 25. *Ipſosq́ Fratres, Moniales, Sorores, Perſonas, Monaſteria, Domos & Eccleſias, & alia loca ejuſmodi omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, indulgentiis (citra tamen plenarias) peccatorum remiſſionibus & gratiis quibuſcumque Congregationibus dictis & aliorum ordinum etiam Mendicantium fratribus & perſonis, & confraternitatibus ſuæ profeſſioni non contrariis, aliisq́ ordinibus etiam non mendicantium quomodolibet conceſſis & concedendis in genere, uti, frui & gaudere poſſe, atque debere in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi eis conceſſa fuiſſent, decernimus, necnon pro potiore cautelâ ea omnia de novo concedimus.* His verbis. *Mendicantium, &c. aliiſque ordinibus etiam non mendicantium quomodolibet conceſſis & concedendis, &c.* Reſolutiones in hoc Tractatu contentas ex præfatis Apoſtolicis Diplomatibus, & aliis infra referendis colligemus.

CAPUT II.

Poteſtas collata Miſſionariis eundi ad terras Infidelium.

Poſtquam S. Elias Propheta ſecundùm plures Interpretes & I.
præcipuè Joannem 44. Patriarcham Jeroſol. lib. de inſtitut. monach. latuit per ſex menſes in torrente Carith & in Sarepta Sidoniorum apud mulierem vidnam per tres annos totos in exercitiis vitæ ſpiritualis & hominis interioris: ipſum Deus ex intimis illis receſſibus revocavit lib. *l.3. Reg. 18.v.2.*
3. Regum cap. 18. verſ. 2. *Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam in anno tertio dicens, vade & oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ. Ivit ergò Elias ut oſtenderet ſe Achab.* Cur Propheta non allegas exacerbatum regis animum contra te? Cur non objicis tuam quietem? Cur non alios te fortè capaciores ad hanc legationem obeundam proponis? Sanctius. *Hic Elias magnum illis documentum dedit, qui ſeceſſum ſibi & ſolitudinem elegerunt, ut quietem relinquant & orationis quietum otium, ſi quando proximorū ſalus noſtrum à nobis ſtudium & operam requirat.* Quis unquam majores in ſolitudine delicias percepit quàm Moyſes? Nam in mōte Jugi Dei præſentiâ, familiaritate & colloquio fruebatur, & tamen ubi Deus præcepit ut hoc relicto indilatè ad populum deſcenderet. Exodi cap. *Exod.32*
32. verſ. 7. *Vade & deſcende peccavit populus meus.* *verſ.7.* Illicò Moyſes obtemperavit, non objiciens illi ſuam quietē & immenſas voluptates quas ex Dei contubernio percipiebat. Sic Elias ex

Digitized by Google

ex Joanne Patriarchâ Hieroſolymit. libr. de inſtitutione monachorum cap. 9. latens in torrente Carith. *In ſpiritu raptus tranſibat in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei, à cujus ubertate inebriabatur ipſe, & torrente voluptatis ejus potabatur. Hoc itaque prædicto modò prophetalem vitã monaſticam ducebat Elias in eremo.* Quem tamen modum vivendi deſerit ut ſaluti animarum incumbat. Sic tanta eſt Eccleſiæ ſanctitas, ut ad eam conſervandam & propagandam è vaſtiſſimis ſolitudinibus, & pio orationis otio, aliquos evocet ad Pontificiã dignitatem. Ita Theleſphorus ſecundùm Coriolanum, Baronium, Gordonum, Gualterium, Scholiaſtem Conciliorum, faſciculum, temporum, & alios apud noſtrum P Lezanam ad annum Chriſti 142. Ex vitâ Anachoreticâ quam agebat ad Pontificiam evectus eſt dignitatem, quam eremiticam aſſerit fuiſſe Elianam idem Lezana. Sic multi Sancti Religioſi ordinis S. Benedicti, & aliorum, ex infimo monaſteriorum ſuorum miniſterio ad ſupremum Eccleſiæ regimen ſuſcipiendum vocati ſunt, adinſtar Phraatis, de quo Theodoretus in hiſtoria lib. 4. cap. 24. cùm diu ſanctiſſimam in ſolitudine vitam duxiſſet, ubi Valentem Imperatorem in Religionem Chriſtianam debacchari, audivit, eremum deſerens, inter medios ſe populos ſtatuit, ut illius Monarchæ impietatem oppugnaret, Chriſtianosque graviter oppreſſos liberaret, hunc Imperator videns corripuit, cur ſic relicto otio eremitico ad alienas & ſœculares curas ſe converteret, & ſuam cellulam in aulam permutaret. Ad quem Phraates. *Dicito mihi* (inquit) *ô Imperator, ſi filia alicujus eſſem, & ſederem in conclavi, uti*

Theodoretus. *ædem curarem, atque deinde cernerem flammas in eas incidiſſe, ædesque paternas jam conflagrare, quid me facere oporteret? Intus nè manere & ædes incenſas negligere, expectareq; donec flamma impetus pervaderet: an relicto conclavi ſurſum deorſumque curſitare & aquam afferre qua flammã extingueret. Atque hoc ipſum nos agimus Imperator, etenim cùm jam tu in patris noſtri ædes flammas injeceris, nos circumcurſitamus, quo eam maturè poſſimus extinguere.* Sic Elias, Moyſes olim, ſic in lege novâ innumeri Religioſi, poſtquam diu in ſolitudine delituerunt hominibus ferè ignoti, ſoli Deo cogniti, ubi animadverterunt totum Chriſtianum orbem idololatriâ, hæreſi, flammiſq; omnium vitiorum & cupiditatum incendi, ex ſuis latebris emerſerunt, ut ſuis lacrymis, precibus, doctrinis, exemplo, fœlici regimine in ſupremo Eccleſiæ culmine, vel gradu Epiſcopali, vel Apoſtolico munere hoſtes religionis & virtutis aggrederentur, & devios in viam veritatis reducerent. Tales fuiſſe Eliæ diſcipulos tempore Apoſtolorum refert noſter P Lezana tomo 2. Annalium noſtri ordinis anno Chriſti 39. numer. 3. & ſeq. ex variis authoribus maximè Euſebio Cæſarienſi, lib. 2 cap. 3. aſſerente aliquos ex iis fuiſſe Prophetici Ordinis, ad quos accedit Joannes 44. lib. de inſtit. monach cap 38. qui de illis loquens. *Denique* (inquit) *eorum multi, ea quæ ab Apoſtolis hauſerant cæteris effundentes, fidem Chriſti per Phœnicen, & Palæſtinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei, & moribus vitæ, ac monaſticâ converſatione Eccleſiam Dei inſigniſſimam demonſtrantes.* Ut Rom. Pontifices oſtendant quantam converſionis animarum ſollicitudinem habeant anathemate feriunt eos, qui impediunt Miſſionarios ad Indos Orientales aut Japones, &c. Urbanus VIII. poſt Adrianum VI ſic ſtatuit. *Necnon quoſcumque Eccleſiaſticos & Religioſos cujuſcumque Ordinis & Inſtituti, tam non Mendicantium quàm Mendicantium, etiam Societatis Jeſu, & ſæculares Religioſorum ut præfertur mittendorum ad Inſulas, Provincias, & Regna prædicta, ſcilicet & Indorum Orientalium, Iaponum, &c. acceſſum hujuſmodi impedientes excommunicationis latæ ſententiæ vinculo innodamus.* Erga ejuſmodi autem Miſſionarios non minùs ſe liberalem & effuſum oſtendit, quàm Elias erga Eliſeum, Deus erga Joannem Baptiſtam: quorum ille duplicem ſpiritum accepit, ideſt potentiam non vulgarem, ſed extraordinariam. Joannes verò venit in

Lezana. Ioan. 44. Vrbanus 8

ſpiritu & virtute Eliæ: Vel ut Græcus in potentiâ Eliæ. Seu Pontifex Rom. Chriſtum cujus vicarius eſt, imitatur qui non tantùm Apoſtolis Spiritum Sanctum miſit, ſed etiam plurimis Prophetici Ordinis alumnis. De quibus Gaſpar Sanchez in cap. 11. Actor. verſ. 27. ſcribit. *Hi Prophetæ qui veniſſe dicuntur ex Ieruſalem Antiochiã, ex illorum numero videntur in quos Spiritus ſanctus deſcendit.* Quod noſter P. Lezana confirmat tomo 1. annal. ad annum Chriſti 34. ex variis Authoribus, præcipuè ex noſtro Thomâ Waldenſi tomo 1. lib. 3, art. 1. cap. 4. & 6. & D. Auguſtino in pſalm. 132. ubi inter alia. *Vndè Apoſtoli filii Prophetarum, filii excuſſorum?* Et infra. *Vndè 120. qui ſimul erãt in uno loco poſt Domini aſcenſionem in cælum? quibus in uno loco conſtitutis supervenit Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes miſſus de cælo, ſic miſſus ſicut promiſſus.* Addit P. Lezana, ſi rectè expendantur maximè quia eo loco eos monachos appellare videtur Auguſtinus, cùm utatur verbo (*Monaſteria*) indicavit illorum aliquos fuiſſe ex ordine prophetico. Id quoque indicant vetuſta aliquot ordinis monumenta: in quibus inter eos, qui hac ſacrâ die Spiritum S. accepiſſe cum Apoſtolis notantur, depicti etiam cernuntur aliqui Eliani inſtituti profeſſores. Quod ex veteri & immemoriali ordinis ritu canitur Antiph. *Veni ſancte Spiritus, &c. quotidie fermè horâ diei tertiâ quando Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos igneis linguis viſibiliter deſcendiſſe creditur ante Conventualem Miſſam etiam flexis genibus cantatur, vel tanti beneficii recolendi gratiâ, vel pro novo ſpirituali in animos Numinis deſcenſu expoſtulando.* Plura ibi & alibi, tum de Spiritus ſancti deſcenſu in ipſos, tum de eorum prędicatione tempore Apoſtolorum.

Sanchez, S. Auguſt. Lezana,

Ut ſummus Pontifex paterna viſcera erga animarum regenerationem exhiberet in omnibus ſœculis Miſſionarios in diverſas orbis partes mittere ſtuduit, eoſque ſingularibus privilegiis ad facilitandam eorum miſſionẽ, cumulavit: ut videre eſt apud Annaliſtas. Quaſdam tantùm Bullas & favores his poſterioribus ſœculis emanatos pro Ordinibus Mendicantibus referemus.

Adrianus VI. apud Rodriguez Bulla 1. in Collect. privilegiorum de mittendis quatuor Mendicantibus in Indias, ſic ſcribit Carolo Regi Romanorum. *Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Regi Electo Adrianus Papa VI. Chariſſime in Chriſto fili noſter Salutem & Apoſtolicam Benedictionẽ. Expoſui nobis feciſti tuum flagrans deſiderium ad augmentum Chriſtianæ Religionis, converſionemque Infidelium, illorum præſertim, qui Chriſto duce tuæ ditioni ſunt ſubjecti in partibus Indiarum, à nobiſque inſtanter petiiſti, ut ad effectum hujuſmodi augmenti & converſionis, & debita gubernationis animarum, quas Redemptor noſter ſui pretioſi Sanguinis commercio redemit provideremus, quatenus ex omnibus religionibus Fratrum Mendicantium, præſertim Fratrum Minorum Regularis obſervantiæ, aliqui ad præfatas partes Indiarum authoritate noſtrâ tranſmitterentur, aliaque in præmiſſis provideremus: ſicut in petitione nobis deſuper oblata plenius continetur. Nos autem qui ex injuncta nobis cura paſtorali, ad ea quæ attinent ad ſalutem animarum intendere ſuper omnia, quique ferventiſſimum zelum tuæ Cæſareæ Majeſtatis ad augendam rempublicam Chriſtianam à teneris annis pleniſſimè cognovimus, tam ſanctum & laudabile opus in Domino commendantes, & deſuper providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium volumus ut omnes Fratres omnium Ordinum Mendicantium, præſertim Ordinis Minorum regularis Obſervantiæ à ſuis Prælatis nominati, qui divino Spiritu ultrò ac ſponte voluerint ad partes præfatarum Indiarum causâ convertendorum, & inſtruendorum in fide prædictorum Indorum ſe transferre liberè & licitè poſſint, & valeant: dum tamen ſint talis ſufficientiæ in vitâ & doctrinâ, quod tuæ Cæſareæ Majeſtati ac tuo Regali Concilio ſint grati, ac tanto operi idonei. Super quo conſcientias ſuorum ſuperiorum qui eos nominare & licentiare debent oneramus, ac ut in tam ſancto opere meritum obedientiæ non deſit, omnibus qui ut præfertur nominati fuerint*

II Adrian. 6.

fuerint, & ſe ſponte obtulerint, ad meritum obedientia præcipimus ut præfatum iter & opus exemplo Diſcipulorum Chriſti Domini exequantur, pro certò ſperantes, ut ſit in labore eos imitati fuerint, ita & in præmio eis ſociabuntur: præfatisq́ Fratribus noſtram Apoſtolicam benedictionem ex nunc libentiſſimè impertimur. Datum Cæſaraugustæ ſub annulo Piſcatoris die 10. *Maii* 1522. *ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officii anno primo.*

III. Pius V. Pius V. anno 1567. iiſdem quatuor Ordinibus & aliis generalem facultatem impertitur prædicandi. *Omnibus* (inquit) *& ſingulis Religioſis, quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, & in eorundem Ordinum Monaſteriis, vel de illorum ſuperiorum licentiâ extra illa commorantibus, &c.* Urbanus VIII. anno 1633. in Bullâ *Ex debito, &c.* 123 apud Laertium Cherubinum concedit cujuſcumque ordinis Generalibus, vel Capitibus, hortaturq́ue ut Religioſos mittant in Indias Orientales, idq́ue per quamcumque viã.

Vrban. 8. *Necnon* (inquit) *quoſcumq́ Eccleſiaſticos & Religioſos inſtituti, tam non Mendicantium, quàm Mendicantium, etiam Societatis Ieſu, & ſæculares Religioſorum (ut præfertur) mittendorum, ad Inſulas, Provincias & Regna prædicta, ſcilicet, Indiarum Orientalium, Iaponum, &c.*

CAPUT III.

Poteſtas prædicandi Miſsionariis.

I. SPecialem Bullam Pontificiam datam ab Innocentio IV. anno 1253. pro Patribus Ordinis ſancti Dominici ad partes Orientales, & terram Infidelium proficiſcentibus ad prædicandum Jeſu-Chriſti Evangelium refert Rodriguez in ſuâ Collectione Bullâ 20. *Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Fratribus de Ordine Prædicatorum in terras Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazavorum, Gothorum, Cicororum, Ruthenorum, Iacobitarum Nubianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſchelitarum, Tartarorum, Hungarorum majoris Hungariæ, Chriſtianorum Captivorum apud Tartaros, aliarumq́ infidelium nationum Orientis, ſeu quarumcumque partium proficiſcentibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm hora undecima ſit diei hominibus ut exeant ad opus uſque ad mundi veſperam deputata, & illud Apocalypſis elogium citò credatur cum Matris Eccleſiæ conſolatione complendum videlicet oportere viros ſpirituales vitæ munditiam, & intelligentiæ gratiam cum Ioanne ſortitos populis, & gentibus & linguis, regibusq́ multis denuò prophetare, quia non ſequetur reliquiarum Iſrael per Iſaiam prophetam ſalvatio, niſi juxta Apoſtolum prius introeat gentium plenitudo. Nos licet immeriti ſuper Apoſtolicæ Sedis ſpeculum cõſtituti fideliter ac prudenter diſpenſandis Dei miniſteriis & operibus coadjuvandis intendimus, ſi urgente plenitudine temporis poſt pia piorum ſtudia in vineam Domini Sabaoth novos & penè noviſſimos, qui ſapientiã longam didicere, per otium operarios mittere procuramus. Vos igitur quos juxta profeſſæ religionis officium zelus comedit animarum, & in quadrigæ 4. cum variis Chriſmatum donis, & fidei fortitudine trahitis, ubique diſcurrere, & vexillum Regis gloriæ procul levore geſtitis ad gentes, quæ Ieſum Chriſtum Dominum non agnoſcunt, & ad ſubſtractionis filios qui ſacroſanctæ Eccleſiæ non obediunt deſtinamus, vobis in remiſſionem peccatorum omnium injungentes, quatenus ſeminaturi ſuper aquas multas, in illo tantùm qui mundum dixit ſe viciſſe confiſi ad illuminationem cæcæ multitudinis & exterminium hæreticæ falſitatis: ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confortandos in luce ſermonis & certitudine operis propoſitũ vobis iter ſinè quorumlibet offenſione curatis, &c. Datum Aſſiſii* 10. *Calendas Auguſti Pontificatus noſtri anno* 11. Bulla hæc eſt unica apud Confertium & 20. apud Rodericum. Idem cõceſſit Alexander IV. anno 1258. apud Bzovium in annalibus ad annũ 1258. num. 6, aſſerentem auctographum

aſſervari in archivio Conventus Cracovienſis Sanctiſſimæ Trinitatis. Iiſdem verbis Nicolaus IV. anno 1278. utitur in bullâ *Cum hora*, undecima apud Rodericum. Eandem facultatē conceſſit Pius II. in bulla *Ad Deum levamus, &c.* quam confirmant Xiſtus IV. anno 1473. in bulla *Apoſtolicæ ſedis*, 4. apud Confeitium.

III. Gregorius IX. anno 1233. eandem facultatem concedit Religioſis ordinis S. Franciſci in bulla *Cùm meſſis* 6. apud Rodriguez, & in ſpeculo Minorum tract. 1. fol. 2. & 16. apud Wadingum in regiſtro dicentem, quod deprompta ſit ex archivio Aracœlitano. Idem innuit eodem anno in bulla *Pro zelo Dei*, apud Rodriguez & in ſpeculo Minorum tract. 1. fol. 3. & apud Wadingum tomo 1. annaliū pag. 477. Eodē anno in bulla *Animarum ſalutem*, 15. apud Wadingum in Regiſtro tomo 1. aſſerentem eam etiā eſſe in Archivio Aracœlitano num. 114. Innocentius IV. anno 1244. idem indulſit in bulla *Animarum ſalutem* in ſpeculo Minorum fol. 117. 21. apud Rodriguez, qui affirmat originale eſſe in conventu Salmaticenſi, & refertur à Wadingo in annalibus tomo 1. pag. 638. Idem ſcribit tomo 7. annalium pag. 466. in additionibus ad tomum 3. à Clemente V. conceſſum fuiſſe anno 1306. & tomo 3. annalium num. 27. ait idem indultum fuiſſe à Joanne XXII. anno 1321. Item tomo 4. refert idem privilegiū communicatum fuiſſe ab Urbano V. anno 1369. tomo 5. narrat Martinum V. in bullâ *Illius qui* anno 1431. idem indulſiſſe. Eugenius IV. anno 1433. in bulla *Romanus Pontifex* apud Wadingum tomo 5 pag. 256. & anno 1444. in bulla *Sacræ religionis* apud eundem Wadingum tomo 5. annal. pag 454. ex archivio Vaticano lib. 19 bullarum fol. 285. Idem Eugenius V. anno 1446. in bulla *Dum ſa nbria* apud Wadingum tomo 5. annalium pag. 490. Nicolaus V. anno 1447. confirmavit duas conſtitutiones Eugenii IV. inſertas bullis Joannis XXII Urbani V. Urbani VI. & Martini V. in bulla quæ incipit *Ineffabilis* apud Wadingum tomo 5. annalium.

IV. Pro iiſdem Religioſis S. Franciſci Rodriguez in ſua collectione bullâ 3. hęc ex Leone X. refert. *Dilecti filii, &c. Aliàs fœlicis recordationis Nicolaus III. & Joannes XXII. & Urbanus V. & Eugenius IV. alii Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri debitâ meditatione conſiderantes, quod veſtri ordinis munda religio à Chriſto exemplis ac verbis Apoſtolis ſuis tradita, ac B. Franciſco eum ſequentibus inſpirata fuerit, ac quod nonnulli ejuſdem ordinis profeſſores pro fidei propagatione in infidelium partes, cùm jam Apoſtoli nō exiſtant in orbe deſtinare opus eſſet, prout ipſe B. Franciſcus ſuo tempore actualiter fecit, ut in vinea Domini fructuoſos palmites producerent nonnullis veſtri ordinis tunc expreſſis Fratribus ut in terris infidelium tunc deſtinatis exiſtentibus, quod Dei verbum proponere, & ut de ſuis laboribus fructum reportarent, Fratribus prædictis verè pœnitentibus & confeſſis eam conceſſerunt, quam proficiſcentibus in terra ſanctæ ſubſidium Sedes Apoſtolica concedere conſuevit, &c. Cùm autem ſicut accepimus vos, quorum zelus eſt Deo animas lucrifacere, & per veſtræ operationis induſtriam & ſollicitudinem divinâ inſpirante gratiâ adulterinas plantationes avellere, ac in meſſe Domini virtutes ſerere, vitia radicitus extirpare, & humanum genus ad ſalvationis ſecuritatem reducere, ad Indias, aliaſq; Provincias Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Hiſpaniarum & Romanorū Regis Catholici in Imperatorem electi ditione ſubjectas, & illas propinquas terras, ubi homines veritatis fidei cognitione carent conferre deſideratis, & in illis verbum fidei ſeminando, hujuſmodi ſanctis actionibus vos exercere de ſuperiorū veſtrorum licentiâ intendatis. Nos tam ſancto & hominibus hujuſmodi pro earum animarum ſalute neceſſario opere, deſiderio annuere favorabiliter volentes, motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac poteſtatis plenitudine, vobis & veſtrûm cuilibet facultatibus, conceſſionibus, gratiis ac indultis ſupradictis juxta ſuperius narratorum continentiam, & cuilibet veſtrum ad vitam veſtram, & à vobis quatuor deputandis uti, potiri, & gaudere, prout ſuperius explicatur liberè & licitè valeatis, concedimus,*

&

& indulgemus, &c. Idem privileginm cõcedit Urbanus VIII. anno 1625. in bulla *Cum ſicnt*, apud Cberubinũ 139. Eremitis S. Auguſtini, Diſcalceatis degentibus in Philippinis, & in Indiis Occidenralibus.

V. P. Thomas a Jeſu Mariâ de converſione gentium in fine, & P. Auguſtinus à Virgine Mariâ verbo *Miſſionarii*, num. 17. referunt bullam Clementis VIII. datam pro noſtris Carmelitis Diſcalceatis mittendis in partes infideliuml, ſcilicet Perſarum, Schiſmaticorum, Hæreticorum, &c. his verbis. *Dilecti Filii ſalntem & Apoſtolicam benedictionem. Dominici gregis enra nobis divinâ diſpoſitione commiſſa exigit, nt non ſolùm Chriſti fidelium animarum ſaluti, quantùm cum Domino poſſumus proſpiciamus: ſed infidelinm quoque converſioni ſollicitis ſtudiis intendamns. Cumq; ad promiſſa exequenda religioſi viri pietate Chriſtianâ, & Catholicæ fidei zelo, ac ſacrarum litterarũ doctrinâ præſtantes, ac vita imprimis ac mornm ſanctitate conſpicui reqnirantur, ac in veſtra religione & congregatione, nunc ſpiritn fervente, benedicente Domino Religioſi plures reperinntnr, eo qnod divinâ affluente gratiâ orationi ac contemplationi vacantes, ſacrarum litterarnm ſtudiis, prædicationi Verbi Dei, atqne animarum ſalnti diligenter incnmbitis, & humilitate, panpertate, nnditate, abſtinentiâ, jejnniis & vita auſteritate prælucentes Patris veſtri & Prophetæ ſanctiſſimi Eliæ veſtri Inſtituti auctoris alumnos & imitatores vos oſtenditis, ex veſtrâ religione & congregatione primitiva obſervantia Diſcalceatorũ nnncupatornm ad illuſtrem & potentiſſimum Abaz Perſarum Regem, illinsq; Regna, loca, & ad aliornm quornmcumque infidelium, ſchiſmaticorum & hæreticorum, partes ut illis Evangelium Chriſti prædicare, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & tam fidelium in illis partibus forſan degentium ſaluti conſulere, qnàm infidelinm & aliornm prædictorum converſioni operam præſtare curent, nunc & in fnturum aliqnos per vos ad hoc depntandos, quàmprimùm eligendos & tranſmittendos eſſe duximus, &c.* Expende illa verba *Patris veſtri Prophetæ ſanctiſſimi Eliæ veſtri Inſtituti alumnos & imitatores vos oſtenditis, &c.* Quibus verbis vocat Eliam ſanctiſſimum Patrem Carmelitarum, inſtituti Carmelitani auctorem, Carmelitas verò alumnos & imitatores non tantùm quia ſanctæ orationi & contemplationi vacant, ſed etiam quia verbo & exemplo prædicant, *ſacrarnm litterarnm ſtudiis, prædicationi verbi Dei, atque animarnm ſaluti diligenter incumbitis.* His autem verbis. *Et humilitate, paupertate, nnditate, abſtinentiâ, jejuniis & vita auſteritate prælucentes.* Innuit eos præditos eſſe virtutibus, quas vir Apoſtolicus adipiſci debet, ut Chriſto & Eccleſiæ animas lucrari poſſit.

Poſſem hic producere bullas datas aliis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus in finem propagandæ fidei Chriſtianæ, maximè Societati Jeſu à Paulo III. anno 1549. bullam *Licet debitum*, 46. apud Cherubinum & 8. apud Rodriguez. Sed ſufficiat Urbanus VIII. qui anno 1633 in bulla *Ex debitâ*, 128. apud Cherubinum concedit quibuſvis cujuſcumque Ordinis Generalibus vel Capitibus, ut Religioſos ſuos mittant in Indias Orientales, & id per quamcumque viam, & quoſcumque acceſſum hujuſmodi impedientes excommunicat, & concedit omnibus Chriſtianis in Japoniâ exiſtentibus, & pro tempore futuris, & quibuſvis Sacerdotibus, ut ſupra, à Generalibus eorum miſſis ac mittendis munia viri Apoſtolici obire. Et meritò ſi S. Xaverius in ſuâ miſſione rectè obeundâ impeditus fuiſſet, immenſæ regiones Evangelicæ lucis radiis privatæ fuiſſent, nam non ut homo ſed Angelus, ſed Seraphim videbatur. Ejus pectus divino incendio ita flagrabat, ut foras erumperet, ac ſe diffunderet in omnes mundi partes, quæ aliis hactenus incognitę erant, & quarum nullus ſcriptor mentionem fecerat. Undè plurimis Hiſtoricis novam materiam & argumentum ſcribendi, & illas regiones deſcribendi ſubminiſtravit. VI.

Caſſiodorus lib. 1. Epiſtolarum, epiſt. 45. differens de parvulâ Archimedis ſphærâ ſcribit univerſum mundum V.

mundum ab eo comprehenſum fuiſſe. *Parvam machinam gravidam mundo, cælum geſtabile, compendium rerum, ſpeculum naturæ ad ſpeciem ætheris, incomprehenſibili mobilitate volitavit.* Quid Xaverius? *parva machina*, *ſed mundo gravida*, quæ enim gentes remotæ ſunt, quibus Chriſtianam fidem non invexit? Quæ maria, quæ non trajecit? quæ provinciæ? quod regnum etiam ampliſſimum in barbaris illis regionibus, quod intra cordis ſui anguſtias non concluſerit? *Cælum geſtabile* fuit, quandoquidè quot homines convertit, tot proles cæli aggregavit. Fuit *compendium rerum*: quia quod mille Viri Apoſtolici præſtare non potuiſſent, hic fæliciter & perfectè peregit. *Speculum naturæ* fuit quia quotquot ſunt Miſſionarii, in eorum legatio benè ſuccedat oculos in illum conjicere debent. Quis enim ab omni rerum humanarum cupiditate magis alienus fuit, &c. *Species ætheris* fuit, quâ potiùs Angelus quàm homo, potiùs cæleſtis quam terrenus videbatur. *Incomprehenſibili mobilitate volitavit*, quia tantâ animi contentione, tanto mentis impetu, tanto ſpiritus fervore ad convertendas animas ferebatur, tantâ celeritate orbem terrarum, præcipuè Indias peragravit, ut eas non tam peragraſſe quàm vidiſſe, ſicut puer Eliæ cenſeri poſſit.

Caſſiodor.

VI. Lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 43. S. Elias mittit ſuum puerum, ut proſpiciat contra mare ſeptem vicibus. *Aſcende & proſpice contra mare.* Quid per mare intelligit? totum mundum, omnes mundi plagas. Rectè Toſtatus. *Erat enim mare circa Carmelum tam ex parte Orientali quàm Occidentali. Nam ex parte Orientali erat mare Genezareth, quod vocatur in Evangelio mare Galilæa, vel mare Tyberiadis, vel ſtagnum Genezareth. Ab Occidente mare Mediterraneum, quod vocatur mare Palæſtinorum, & ideò vocatur Ioſue cap. 19 verſ. 26. Carmelus maris.* Septies etiam mittitur, quia ſeptenarius numerus univerſitatem, ſeu aliquid indefinitum ſignificat Sic peccata omnia ſeptenario numero comprehenduntur. Deindè totum tempus ſeptenario dictum numero exprimitur. Vide plura apud Toſtatum in cap. 13. Numeror. Pererium lib. 1. in Geneſim ad illa verba cap. 2. verſ. 3. *Benedixit Deus diei ſeptimo.* Ubi de dignitate numeri ſeptenarii diſſerit. Fabianum Juſtinianum in cap. 12. verſ. 15. Tobiæ. Per Eliam accipiendus Pontifex Romanus, qui mittit puerum ſcilicet Virum Apoſtolicum putà Xaverium, verè puerum, ob vitæ innocentiam & morum probitatem, &c. Puerum, quia nullis armis, nullis libris, niſi Bibliis ſacris munitus mittitur contra mare verſus immenſas mundi plagas, non tantùm peccatis, ſed etiam hæreſibus & idololatriâ exundantes, quas brevi temporis ſpatio ita illuſtravit lumine fidei, ut non tam illuc iviſſe, quam illas vidiſſe cenſendus eſt.

3. Reg. 18. v. 43

Toſtatus

VII. Meritò de illo effari licet illud Divi Chryſoſtomi homil. 33. in illa verba Apoſtoli *Charitas patiens eſt, &c.* 1. Corinth. cap. 13. verſ. 4. *Magnus doctor charitas, ſatis eſt idoneus, qui & tollat errores & mores formet, & ad philoſophiam manuducat & è lapidibus homines reddat.* Sic Xaverius magnus Doctor, Vir Apoſtolicus, quem Elias, ſeu Romanus Pontifex mittit. Puer eſt non profundiſsimæ literaturæ, & tamen quia charitate & zelo animarum flagrat, eſt ſatis idoneus ut hæreſes, idololatriæ errores funditus deſtruat, aras Deorum demoliatur, à quocumque erectæ ſint, ſatis prudens ut mores perditiſſimorum ac diſſolutiſſimorum hominum componat, eoſque Chriſtianæ & ſpiritualis vitæ doctrinâ inſtruat, idoneus ut ex obduratis & agreſtibus viros Dei & Angelos efficiat. Sed ſi contra eum Gentiles, Hæretici, Tyranni, imò tota dæmonum caterva inſurgat? Reſpondet D. Chryſoſtomus homil. 32. in 1. ad Corinth. cap. 1. *Charitas reddit hominem inſuperabilem.* Vir Apoſtolicus debet prorumpere in verba illa Jeremiæ Thren. cap. 1. verſ. 13. *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis & erudivit me.* Item in illa Oſee cap. 11. verſ. 4. *Traham eos in funiculis Adam.* Chaldæus. *Traxi eos in fortitudine charitatis.* Etiamſi obſtet caro, obſtet mundus, obſtent parentes, obſtet uxor, obſtent

1. Corin. c. 13. v. 4

S. Chryſoſtomus.

Thren 1. verſ. 13.

obſtent proles, obſtent mores inveterati, obſtet tota inferni rabies, &c. *traxi* & *traham in fortitudine anima mea.* Quamvis tota Platonicorum & aliorum Philoſophorum ſchola, mille ſophiſmata proponat, licet omnes hæreticorum ſectæ, univerſæ Judæorum ſynagogæ, Paganorum cœtus me aggrediantur, omnes ſuperabo, quia *de excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me.*

VIII. De hac charitate & inſuperabili animarum zelo loquitur S. Lucas cap.
Luc. 10. vers. 1. 10. verſ. 1. *Poſt hac deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quo erat ipſe venturus.* Euthymius. *Miſit eos binos.* Arias. *Miſit eos per binos.* Quando Marci cap. 6.
Marc. 6. verſ. 7. verſ. 7. de miſſione Apoſtolorum diſſerit. *Et vocavit* (inquit) *duodecim. & cœpit eos mittere binos, &c.* Et tamẽ poſt miſſionem Spiritus ſancti præcipuè Apoſtoli non bini, ſed ſinguli in varias partes deſtinantur. Petrus Romam ſortitur, Jacobus Hiſpaniam, Thomas Indiam, Andræas Scythiã, Matthæus Æthiopiam, &c. Quomodò ergò dicit ſe binos mittere. Reſpondeo primò binos mitti, ut ſocii itineris ſe ipſos conſolentur & confortent juxta D. Ambroſium in pſal. 37. vocantem *conſolationem ſubſidium animi.* Reſpondet ſecundò Toletus mitti, ut ſibi invicem conſilium præſtent? juxta illud nemo ſibi ſapit, nemo ſibi ſufficit, ut patet in Medicis, qui licet peritiſſimi ſint, & alios curẽt tamen in propriis morbis aliorum conſilio & operâ utuntur. Et in Moyſe, qui licet miſſus, tamen Jethro videns eum totâ die occupatum in negotiis populi diſcutiendis, dixit ei Exodi cap. 18. verſ. 18. *Stulto labore conſumeris, & tu & populus ille qui tecum eſt, ultra vires tuas eſt negotium.*
Exod. 18. verſ. 18. Statimque ſubdit. *Audi verba mea, atque conſilia.* Eique ſuadet ut eligat de populo viros prudentes & ſapientes ad cauſas populi in minoribus negotiis decernendas. Quod Moyſes ſtatim executioni mandavit, quamvis Moyſes quotidie familiariter ageret cum Deo, licet omni ſapientiâ Ægyptiorum imbutus eſſet, tamen à Socero ſuo in omnibus ei inferiore conſilium & normam regendi populi ſui accipit, ibique corripitur *ſtulto labore conſumeris.* Igitur etiam Apoſtolo alterius Apoſtoli, diſcipulo alterius diſcipuli ſocietas & comitatus præſcribitur, ut melius ſapiat juxta illud Proverb. cap. 1. verſ. 5. *Audiens ſapiens ſapientior erit.* Quæ verba S. Hierony-
mus ita elucidat. *Oſtendit neminem in* Prov. 1. verſ. 5.
hac vita ſapientem fieri poſſe, cujus ſapientia nequeat augeri, ſemperq; moris S. Hieron.
eſſe ſapientum, ut dictis majorum, aliquando minorum auſcultent, & quidquid in eis utilitatis audierint, ad ſe replicent, ſuoq; in corde recondant. Denique audivit Moyſes ſocerum multò inferiorem, ſublimior et ſapientior redditus eſt. Reſpondet tertiò S. Paſchaſius lib. 6. in Matthæum ad illa verba. *Hos autem duodecim, &c. Qui bini ac bini, quàm benè junguntur, ut botrum quo gentes inebriantur duo ac duo ſuis deferant humeris.* Alludit ad botrum quem Exploratores Numeror. cap. 23. verſ. 27. attulerunt ex terrâ promiſſionis. Botrus ille myſticus eſt Chriſtus Dominus auctor pacis. Botrus (inquam) in quo gentes inebriantur. Talis botrus non circumfertur per varias regiones niſi ab iis, qui bini ac bini incedunt, ideſt qui in unitate fidei, morum & charitate uniti ſunt. Reſpondent alii quartò, non unum ſingularem, non ternos, vel quaternos, &c. ſed binos, quia excepto Petro, omnes ſunt æquales & pares in obſequio & famulatu Dei. Vidit Ezechiel cap. 1. verſ. 6. quatuor animalia Dei currum ferentia, quorum unumquodque habebat quatuor facies, ſcilicet hominis, bovis, leonis & aquilæ. Cur quodlibet apparet cum quatuor vultibus? videtur hoc monſtruoſum, cur etiam in omnibus tam uniformis æqualitas, ita ut Sanctus Gregorius dicat. *Quidquid in uno inveneris, hoc in omnibus ſimul cognoſces.* Si vivam præſentiam hominis exprimeret, regiam dominationem ſignificaret, ſi alteram bovis effigiem exprimeret, ſervilem conditionem denotaret, ſi aquilæ caput gereret, ſublimem volatum in cælum præ ſe ferret, ſi leo appareret feſſionem terreuã

innueret, divina igitur Sapientia tot facies ſingulis attribuit, quia cùm illa animalia currum Dei vehant, jugum verbi Divini ferant, excepto Petro totius Eccleſiæ capite omnes Apoſtoli pari honore & dignitate debent inſigniri. Theodor. *Vnumquodque* (inquit Theodoretus) *quadruplici facie & quatuor alis praditum erat. Declarat autem per quatuor numero facies & alas eorum poteſtatum providentiam.* Reſpondet quintò Cornelius ideò binos mitti, ut quilibet ſuæ vitæ & actionum teſtem habeat. Nam (inquit Seneca epiſt. 25.) Seneca. *Omnia nobis ſolitudo perſuadet.* Et epiſt. 11. *Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat.* Quæ ſocietas maximè Viris Apoſtolicis & Religioſis neceſſaria eſt. D.Thom. Undè D. Thomæ vulgare adagium erat *Monachus ſolus incedens eſt dæmon ſolitarius.* Et Thomas Cantipratanus Cantiprat. ejuſdem Ordinis alumnus & Suffraganeus Leodienſis lib. apum cap 11. §. 1. *Quàm vera ſit hæc ſententia, Væ ſoli Ego novi qui triginta annis & eò amplius vices Epiſcopi in diverſis Provinciis & Diæceſibus habui, qui in hoc articulo, quo Religioſi vel ſoli vadunt in viis, vel ſoli manent in curiis, horrenda mala, horrenda ſcandala, horrendaq; pericula frequenter audivi, quæ nunquam ſuſtinuiſſent cum ſocio, vel feciſſent.* Id confirmat Cornelius multis Patrum auctoritatibus, & omnium Religioſorum inſtitutionibus, prohibentibus in ſuis Conſtitutionibus, ut nullus abſque ſocio, niſi juſta admodum cauſa urgeat iter agere ſinatur. Reſpondeo ſextò quod quemadmodum Deus eduxit Iſrael de Ægypto per manum Moyſis, & Aaron, Joſue & Caleb, & bina animalia inducta ſunt à Noe in arcam, & Lucæ cap. 22 verſ. 8. Duobus Diſcipulis euntibus Emaus poſt reſurrectionem Chriſtus apparuit, & Matthæi cap. 17. in monte Thabor Moyſes & Elias cum eo loquentes apparuerunt, tanquam teſtimonium haberet à lege & Prophetis, ſic binos in promulgationẽ fidei deſtinavit, ut majorem fidem eorum prædicationi auditores adhiberent, juxta illud Deuter. cap. 17. *In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbũ*

IX. At magis opportuna mihi videtur reſponſio S. Gregorii papæ homiliâ 17. in Evangelia ubi ait ideò binos mitti ad Evangelium propagandum, ut oſtendat quantùm charitas proximi & zelus animarum conferat ad infidelium converſionem. *Quia duo ſunt præcepta charitatis. Dei videlicet* S.Gregor. *amor & proximi, & minus, quàm inter duos haberi charitas non poteſt, &c. Ecce enim binos ad prædicandum diſcipulos Dominus mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officiũ ſuſcipere nullatenus debet.* Expende hæc verba *nullatenus debet*, ideſt niſi illâ geminâ charitate Dei ſcilicet & proximi præditus ſit, etiamſi univerſam Theologiam tam ſcholaſticam, quàm poſitivam perfectè noſcat, etiamſi omnium Patrum volumina evolverit, omnia Concilia & Eccleſię Canones memoriter retinuerit, omnes difficultates & controverſias poſſit ſubtiliſſimè dirimere, tamen ſi munus Apoſtolicum aggrediens charitate erga proximum, & zelo animarum careat, *prædicationis officium ſuſcipere nullatenus debet.* Idem docent S. Auguſtinus lib. 2. quæſt. Evangel. Beda & alii communiter, & præcipuè Eucherius lib. 3. in Regum. *Salvator binos ad prædicandum diſcipulos mittere curavit, ut tacitè doceret eos qui verbum fidei prædicarent, virtutem dilectionis ante omnia opera eſſe tenendam.* Qui hac charitate erga proximum præditus, qui hoc animarum zelo incenſus eſt, vix hic mundus illo zelo ſufficit, dilatat viſcera, pectus porrigit, offert ſinum omnibus, non ſemel atque iterum, ſed uſque ad ſeptem vices, ſed ſemper uſque ad extremum ſenium, uſque ad ætatem decrepitam, uſque ad extremum halitum.

X. Tanti Deus facit ejuſmodi zelum, ut Cantic. cap. 4. verſ. 9. exclamet: Cant. 4. verſ. 9. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in uno oculorum tuorum.* Vatablus, Pagninus & Clarius. *Abſtuliſti cor, excordaſti.* David Kimki *transfixiſti.* Alii *incordiaſti.* Alii *fodere me feciſti*, Symmachus *excitaſti cor meum.* S. Gregorius Nyſſenus homil. 8. in Cantica. *Indidiſti cor.* S. Ambroſius ſermone 16.

in

in pſalm. 118. *Corde nos cepiſti.* Per
oculos ſponſæ, Philo Carpathius, D.
Gregorius, Caſſiodorus, S. Anſelmus,
Beda intelligunt Prædicatores. Cur
Sponſus ait ſe vulneratum eſſe in uno
oculorum, & non in duobus? Gale-
nus lib. 10. de Uſu partiū cap. 20, do-
cet. quod ſi oculi ſunt ſani, & non ca-
ligantes, licet ſint duo, tamen ob in-
ternam unionem non diverſas, ſed
eaſdem res vident. Cui arridet Ter-
tullianus lib. 1. contra Marcionem
cap. 2. ſcribens. *Lippientibus oculis ſin-*
Tertull. *gularis lucerna numeroſa eſt.* Sic Con-
cionatores, maximè Viri Apoſtolici
dilectionem Dei & proximi ita con-
nexam habere debent, ut unum ſine
altero non intueantur, ut non ha-
beant præ oculis mentis ſolum Dei
amorem, vel ſolum zelum animarū,
ſed utrumque, quaſi unam & eandem
rem intueantur. Hoc intuitu divinum
cor vulnerabunt, ideſt Deus illos mi-
rificè præ cæteris ad ſui amorem at-
trahet, talis miſſionis operatio erit di-
vino Numini gratiſſima, proximoq;
maximè proficua. Idemque Viro
Apoſtolico continget quod puero
miſſo ab Eliâ in verticem montis Car-
meli, de quo Textus Sacer lib. 3. Re-
gum cap. 18. verſ. 41. ait. *Cumq; ſe
verteret huc atque illuc, ecce cœli conte-
nebrati ſunt, & nubes & ventus & fa-
cta eſt pluvia magna.* Sic Miſſionarius
volutando, & vertendo ſe huc atque
illuc monet Regem populumque illi
ſubditum, ut viam mandatorum Dei
excurrat, inſtantemque divinæ gra-
tiæ imbrem prædicit.

XI. Nota tamen quod regulares ne-
queant proficiſci ad terras infidelium
ut eorum ſalutem procurent abſque
ſuorum ſuperiorum facultate ſub pœ-
nâ excommunicationis Papæ reſer-
vatâ. Ita Joannes 22. bullâ 3. apud
Rodriguez in ſuo Bullario. Dum à
ſuis Prælatis mittuntur ad partes In-
diarum, nequeunt commorari in iti-
nere, nec ad loca non deſtinata de-
flectere ſub eadem excommunicatio-
nis pœnâ, ut ſtatuit Paulus V. apud
noſtrum Lezanam tomo 1. quæſt. reg.
cap 16. num. 22. in bulla quæ inci-
pit *Accepimus*, anno 1609. inter bullas
hujus Pontificis 56. tomo 3. bullarum
ejuſdem Pontificis. Idem Lezana nu-
mer. 28. narrat eundem Paulum V.
addidiſſe anno 1608. bullam, quæ in-
cipit *Sedis Apoſtolica*, quæ habetur
in appendice ad tertium tomum bul-
larum, & conceſſiſſe facultatem om-
nibus Regularibus eundi etiam per
aliam viam, quàm per Luſitaniam ad
Japonicas, & alias Indiarum Orien-
talium regiones, nonobſtante bul-
lâ & prohibitione Clementis VIII.
apud eundem Lezanam, quæ incipit
Oneroſa.

§. 1.

Obligatio Prædicationis à Viris Apoſtolicis & Miſſionariis apud Infideles & Hæreticos facienda.

TExtus Sacer lib. 4 Regum cap. I.
2. verſ. 4. ait quod S. Propheta
Elias dixit ad Eliſeum, ſede hic, l. 4. Reg.
quia Dominus miſit me uſque in Bethel. c. 2. v. 4.
Dionyſius. *Hoc eſt ire juſſit uſque in Be-
thel ad viſitandum & conſolandum filios
Prophetarum ibi commorantes.* Peractâ
hac viſitatione verſ. 6. iterùm. *Dixit* verſ. 6.
*Elias ad Eliſeum, ſede hic quia Dominus
miſit me in Iericho.* Dionyſius. *Ad viſi-
tandum filios Prophetarum ibidem.* Sci-
licet in qualitate ſuperioris, non ut
ſolos Prophetarum filios viſitaret ac
inſtrueret, ſed etiam populos & inco-
las illorum locorum, ut patet ex textu
verſ. 3. & 4. *Dominus miſit me, ſeu ire
juſſit*, ut errantes in viam ſalutis re-
ducam, ac peccatorum tenebris offu-
ſos illuſtrem. Undè meritò D. Chry-
ſoſtomus ait quod Elias idem ſit quod
Sol. Quia quemadmodum ſol ſubje-
ctum orbem gyrat & luſtrat, tenebras
fugat, omnia ſuis radiis colluſtrat, ſic
Elias nō tantùm aulam regiam Acha-
bi, ſed etiam populum Iſraeliticum
luſtrabat, & ab eo omnes impietatis
errores ac caliginem diſſipabat, ne-
ceſſitatibusq; tam ſpiritualibus quàm
corporalibus ſuccurrebat. De ſpiri-
tualibus patet ex illis verbis lib. 3. l. 3. Reg
Regum cap. 19. verſ. 10. & 14. *Zelo* 19. v. 10
zelatus ſum pro Domino Deo exercituum. & 14.

quia dereliquerunt pactum ſuum. Dionyſius. *Hoc eſt à fœdere amicitiæ, quod Deus cum populo Iſrael iniit, & ab obſervantiâ Decalogi, quem cum proteſtatione dedit per Moyſem, filii Iſrael receſſerunt, &c.* Patet ſecundò ex ſacrificio facto in Carmelo, cap. 18. quo ſolum Deum Iſrael unicè colendum demonſtravit. De corporalibus patet ex pluviâ obtentâ precibus Eliæ, quæ totam terram irrigans fœcundavit. De hâc Elianâ ſollicitudine dicere licet, quod olim Mamertinus ſub Maximiano Auguſto in 2. Panegyri. *Neque illud progreſſio fuit, nec itineris cõfectio nec ſolitis adminiculis uſa properatio. Quis ſimilis conatu equus? aut velivola navis? Divinus quidam impetus fuit, quo repentè in eundem locum ab utroque ſole adverſo fine veniſtis. Ipſos ſiquidem, quos præmiſeratis nuntios reliquiſtis: ipſamque vos conata eſt prævenire famam prævenistis, ut cæteri homines fortaſſe crediderunt diurna vobis & nocturna curricula utraq; mundi lumina commodaſſe.* Quod hic adulator de ſuo Auguſto prędicaſſe fertur, id dę Eliâ dici poteſt. Nam diurnis æquè nocturnis horis eâdem agilitate pergebat ad veram religionem reſtaurandam, & animarum ſalutem reſtituendam.

Mamertinus.

II Id clarè innuitur lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 8. Ubi *Angelus tetigit eum, dixitq; illi, ſurge comede, grandis enim tibi reſtat via: qui cùm ſurrexiſſet comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus uſque ad montem Dei Oreb.* Cur ait quadraginta diebus & quadraginta noctibus? cur non ſolùm diebus continuis, & inceſſanter, & abſque Interruptione? Sacer Textus innuere videtur Eliam non tantùm ſolis nomine, ſed etiam officio functũ eſſe. Solis ambulando ſuper mundi hemiſpherium quadraginta diebus. Lunæ ambulando quadraginta noctibus, ita ut de Eliâ eſſari liceat illud Gen. cap. 1. v. 16. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus ut præeſſet nocti.* Vel potius fecit luminare magnum quod pręeſſet diei & nocti, ita ut quemadmodum ſol & luna ex officio præeſſe debent diei & nocti, ita Eliæ ex officio incumbebat allaborare ſaluti animarum, tam in Iſraelitico populo quàm Gentili. De populo Iſrael patet ex ejus verbis lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 19. ad Regem Achab. *Verumtamen nunc mitte & congrega ad me univerſum Iſrael & congregavit Prophetas in monte Carmeli.* De Gentili etiam conſtat ex miſſione in terram Sidoniorum, ubi mulierem Sareptanam gentilem convertit, & ejus filium defunctum vitæ reſtituit, cap. 17. verſ. 9. & 22.

l. 3. Reg. c. 16. v. 8

Geneſ. 1. verſ. 16.

l. 3. Reg. 18. v. 19

III. Hanc explicationem confirmat Siracides Eccleſiaſt. cap. 48. verſ. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Cur igni aſſimilatur? Quia quemadmodum ignis ardere & lucere debet, nec poteſt eſſe ignis abſque calore. *Ignis* (inquit Ariſtoteles de ſenſu cap. 4.) *calor proprius eſt.* Sic Elias erat ignis ſed ardẽs, verbum ejus non tantùm lucebat, ſed ardebat ex officio ſuo. Et quemadmodum ignis non hanc vel illam materiam incendit, ſed id omne, quod illi obvium eſt, ut patet lib. 3. Regum cap. 19. verſ. 35. *Cecidit ignis Domini & voravit holocauſtum, & ligna & lapides, pulverem quoque & aquã quæ erat in aquæductu lambens.* Ita Elias non hujus vel illius converſioni ſed omnium ſaluti incumbebat, non tantùm Judęorũ ſed etiam Gentilium. Sic cùm Pontifex Romanus ſit totius Eccleſiæ Caput & Paſtor, totiuſque orbis cura ſit illi demandata ex officio ſuo ad omnium hominum converſionem animum adjicere debet, ac Viros Apoſtolicos & Miſſionarios ubique habere debet, ut Verbum divinum diſſeminent, juxta illud S. Gregorii lib. 9. moral. cap. 10. *Tantò enim pondera unuſquiſque ſuſtinere compellitur, quantò in hoc mundo principatur.* Ideſt non hujus vel illius Provinciæ, Regionis, populi Princeps ſivè Eccleſiaſticus, ſivè ſæcularis ſuſcipere curam debet, ſed tot populorum, quibus præeſt. Cur ait *pondera*? quia ſcilicet ex officio tenetur, & cum onere conſcientiæ. Mellifluus Bernardus lib. 2. ad Eugenium. *Non otio* (inquit) *torpeas, ne tibi dicatur Matthæi*

Eccli 48 verſ. 1.

l. 3. Reg. 19. v. 35

thæi

thæi cap. 20. *Quid ſtas totâ die otioſus, Multò minus inveniri oportet, aut delicus reſolutum, aut reſupinum in pompis. Nihil tibi tabula teſtatoris aſsignant. Sed quid? Si illarum tenore contentus ſis, curam potius hæreditabis & operam, quam gloriam & divitias. Blanditur Cathedra, ſpecula eſt, indè deniqueſuper intendis, ſonans tibi Epiſcopi nomine non dominum, ſed officium. Quid ni loceris in eminenti, undè proſpectes omnia, qui ſpeculator ſuper omnia conſtitueris. Enim verò proſpectus iſte proeinctum parit, non otium, quando libet gloriari, ubi otiari non licet, nec locus eſt otio, ubi ſedula viget ſollicitudo omnium Eccleſiarum.* Ultima hæc verba *nec locus eſt otio, ubi ſedula viget ſollicitu lo omnium Eccleſiarum.* Ideſt non eorum, qui ſunt in Italiâ, in Germaniâ, in Galliâ, Hiſpaniâ, Poloniâ, &c. ſed in Europâ quanta quanta eſt, in Africâ, in Aſiâ, in Americâ.

IV. Quod probat ex verbis Apoſtoli Petri cap. 3. verſ. 6. Actuum. *Quod autem habeo, hoc tibi do,* Subdit S. Bernardus. *Quid illud unum ſcio, non eſt aurum neque argentum, cùm ipſe dicat aurum & argentum non eſt mihi, &c Quod habuit hoc dedit, ſollicitudinem, ut dixi ſuper Eccleſias.* Et infra. *Exi in agrum Domini, & conſidera diligenter quantis hodieq; de veteri maledicto ſylveſcat ſpinis ac tribulis. Exi (inquam) in mundum: ager eſt enim mundus, iſq; creditus tibi.* Expende hæc ultima verba, *Exi in mundum: ager eſt enim mundus, iſque creditus tibi.* Non dicit Italia tibi credita, ſed & Germania, Gallia, Hiſpania, Luſitania, India, America, &c. *Exi in illum, non tanquam Dominus, ſed tanquam villicus videre illum & procurare, undè exigendus eſt rationem. Exi dixerim quibuſdā tua paſsibus intentis ſollicitudinis, & ſollicitis intentionis. Neque enim ipſi, qui juſsi ſunt Marci cap. 16. ire in orbem univerſum orbem circuierunt præſentiâ corporali, ſed mentis providentiâ. Es in leva oculos quoſdam conſiderationis tuæ, & vide regiones, ſi non ſint magis ſicca ad ignem, quam alba ad meſſem, quam multæ, quam putaveras fruges diligenter inſpecta, vepres potius apparebunt, imò nè vepres quidem annoſa, & veternoſæ arbores ſunt, ſed non profectò fructifera, niſi fortè glandium, aut ſiliquarum, quas porci manducant quouſque occupant terram? Nonnè ſi exis & cernis iſta, pudebit otioſam jacere ſecurim, pudebit ſine causâ falcem Apoſtolicam accepiſſe. In hunc quondam agrum Geneſis cap. 24. Iſaac Propheta cùm primò Rebecca occurrit ei (ut Scriptura habet) exierit ad meditandum. Ille ad meditandum, tu ad extirpandum egredieris neceſſe eſt, tibi non præceſſiſſe meditatio debet, tempus faciendi præ manibus.* Et paucis interjectis. *Sic Prophetæ, ſic Apoſtoli factitabant, fortes facti ſunt in bello, non molles in ſericis. Si filius es Apoſtolorum & Prophetarum & tu fac ſimiliter, &c.*

Luc. c. 3. verſ. 6. Bernardus

X. His verbis, *ſi filius es Apoſtolorum & Prophetarum,* innuit non tantùm Romano Pontifici, ſed etiam omnibus Viris Apoſtolicis incumbere, ut juxta Provinciam & curam ſibi demandatam ſemper concionentur, catechiſent, &c. Hujus rei rationem affert S. Auguſtinus tomo 7. lib. 3. contra litteras Petiliani cap. 56. *Perfectè baptiſare, etiam minus docti poſſunt, perfectè etiam evangelizare multò difficilioris & rarioris eſſe operis ideò Doctor gentium plurimis excellentior evangelizare miſſus non baptiſare, quia hoc per multos fieri poterat. Illud per paucos inter quos eminebat. Et cum legimus 2. Timoth. cap. 2, eum aliquibus locis Evangelium meum, Baptiſmum autem nunquam dixit.* Idem habet Toſtatus præfatione in Evangelium Matthæi cap. 11, ubi oſtendit Timotheum vocari Evangeliſtam, ideſt Prædicatorē. *Dicitur ibi in omnibus labora, ideſt circa omnes ſubditos tuos, informando eos in fide, & in moribus, quia ad hoc tenetur Epiſcopus, cum ipſe ſit Paſtor, ideò per ſe tenetur facere, vel providere, ut per alios diligenter fiat, alioqui totum exigitur ab eo, quia ſpeculatorem eum poſuit Deus domui Iſrael, Ezechielis cap. 3. verſ. 33. Etenim dicitur miniſterium tuum imple, ideſt fac omnia, quæ pertinent ad Epiſcopum & Paſtorem animarum.* Pondera illa verba, *circa omnes ſubditos tuos informando eos in fide & moribus.* Non dicit aliquos ſubditos

S. Auguſt.

Toſtatus.

ſubditos, ſed omnes: non dicit baptiſando, aliaque Sacramenta adminiſtrando, ſed *informando in fide & moribus.* Item expende hæc, *Ideo per ſe tenetur illud facere, vel providere, &c.*

VI. Munus prædicandi ita incumbit Epiſcopis, ut S. Gregorius Summus Pontifex ſcribens ad Dominicum Epiſcopum, munus illud ritè obeundum aſſerat. Hujus omiſsionis peccatum quàm grave ſit cognoſcẽs Iſaias cap. 6 verſ. 5. clamat *Væ mihi, quia tacui.* Vatablus. *Væ mihi quia ad ſilen-*
Iſaiæ 5. verſ.6. *tium redactus ſum.* Dionyſius. *Væ mihi quia tacui, quæ dicere debui, ſicq́; incurrit peccatum omiſsionis quantùm ad linguam, non obſervans illud Eccleſ cap. 3. Tempus loquendi & tempus tacendi. Iſaias inordinatè, quando regem Oziam de ſuâ præſumptione non ſatis audacter corripuit.* Idem apprehendit Apoſtolus 1 Corinth. cap. 9. verſ. 17. *Væ mihi ſi non evangeliſavero, &c.* Gorram. *Pœna tranſgreſsionis in me manet, ſi non evangelizavero, &c.* Sicut mihi injunctum eſt. Pœnam damnationis minatur Viris Apoſtolicis & Miſsionariis, cùm tacent dum evangelizare debent, vel qui non evangelizant, ſicut illis injunctum eſt. Undè Azorius part. 2. lib. 3. quæſt. 9. Acunna in cap. *omnes,* 6. num. 5. diſtinct. 38. Barboſa de officio & poteſt. Epiſcopi part. 1. tit. 2. Gloſſa 10. num. 24. ſuſtinent quod Epiſcopus debet Epiſcopatum dimittere, aut ſibi idoneum adjutorem adſciſcere, alioqui ſuo muneri non ſatisfacit.

VII. Quod etiam de Parochis intelligendum eſt, ut notat Emmanuel Sa
Emm. Sa. verbo *Parochus,* num. 5. *Negligentia magna in docendo ad ſalutem neceſſaria, nempè Symbolum, Decalogum, & Pater noſter mortalis eſt. Vbi paſsim magnus abuſus eſt eorum, qui contenti docuiſſe Symbolum Latinè non explicant populo rudi myſteria fidei præſertim Trinitatis, & Incarnationis tantoperè ad ſalutem neceſſaria, Væ Parochis, væ Epiſcopis,*
Azorius. *væ Prælatis.* Azorius ſupra, quæſt. 16. *Reſpondeo* (inquit) *inter alia debere diebus Dominicis & Feſtis, itemq́; quadragenariis diebus, niſi fuerit legitimè impeditus, Verbum divinum populo ſibi commiſſo annunciare, pueros docere fidei rudimenta, libros neceſſarios habere, Miſſale, Breviarium, Catechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum, Biblia aliquas breves ſummas ſelectiores, quæ tractent de caſibus conſcientiæ, ut vocãt. Item Parochus diligenter inquirat, an obſtetrices ſciant formam baptiſandi, nè in baptiſando errent. Librum habeant in quo ſcribantur eorum nomina, qui baptiſmum ſuſcipiunt, parentum item eorundem, item ſuſceptoris illorum. Notet annum, menſem & diem, in quo ſinguli baptiſantur. Librum item in quo ſcribat eos, qui Confirmationis ſacramentum accipiunt, parentes eorum & ſuſceptores. Diebus Dominicis indicat dies feſtos & jejunia, quæ in hebdomadâ occurrunt, cures ut ſinguli quot annis peccata ſua confiteantur, & in Paſchate ſacrum Chriſti Corpus accipiant. De iis qui non confitentur Epiſcopum certiorem faciat. Exteros matrimonio non conjungat, niſi prius adhibitâ diligentiâ requirat, qui ſint undè venerint, & rem totam ad Epiſcopum deferat. Peregrinorum ad Parochiam venientium, ut in eâ habitent, fidem, religionem, vitam & mores ſcire curet, ut videat num ſacramenta recipiant, rem divinam audiant, & feſtos dies obſervent.*

Parochus etiam debet habere li- VIII.
brum matrimonialem, in quo conjuges, teſtes, diem, menſem, & annũ ſcribat. Ita Navarrus in manuali cap. 62. num. 79. verſ. 5. Fuſchus, Cevallos, Poſſevinus, Azevedo, Henriquez, Zebello, Baſilius Pontius, Nicolaus Genoa, Homobonus, Thomas Valaſcus, Molfeſius, Barboſa. Probatur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de reform. cap. 1. Idem Barboſa de officio & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 91. numer. 15. comparat medicos Parochis, & viciſſim ſicut Parochi ad animas curandas fuerunt inſtituti, aſſiduèque illorum ſaluti invigilare debent, nec quidquam prætermittere, quo poſſit illorum incolumitas adjuvari, cùm tamen ſciant rectè vivendi, atque in virtutibus proficiendi ſubſidium à Dei providentiâ & miſericordiâ in primis pendere. Sic medicus ad curanda corpora obſtringitur quâcumq; poteſt induſtriâ, ratione ac etiam

conſilio

conſilio morbo laborantibus opem ferre, ſibi nihilominus perſuadentes illorum ſanitatem, aut interitum à Dei beneplacito pendere, qui dixit per Prophetam ſuum Deuteron.cap. 32. *Ego occidam, & vivere faciam, ego percutiam & ego ſanabo, & non eſt qui de manu meâ poſſit eruere.*

IX. Eodem modo de Miſsionariis eſſe differendum docet Verricelli tract. de Apoſtolicis Miſſionib. Prologom. quæſt. 2. qui ſubdit ex canone Catecheſi diſt. 4. D. Thomâ & Soto Miſſionarios ex officio obligari inſtruere quos baptiſant. Ratio eſt, quia inſtructio primariò neceſſaria eſt ei, qui baptiſat, ſaltem pro virili contendere debet, ut baptiſandi myſteriis noſtræ fidei imbuantur. Plura in ſequenti.

CAPUT IV.

Viri Apoſtolici Poteſtas & Obligatio adminiſtrandi Sacramenta.

I. QUando Viri Apoſtolici mittuntur à ſummo Pontifice, ſeu Sacrâ Congregatione, & Religioſi Mendicantes, &c à ſuis Generalibus à Sede Apoſtolicâ deputatis ad loca ubi deſunt Paſtores Catholici, tenentur ex officio Sacramenta miniſtrare, & ſunt veri Paſtores. Ita Verricelli ſup. quæſt. 3. contra Rodriguez tomo 1. quæſt. 35. art. 5. & Pellizarium in manuali Regul. tomo 2. tract. 8. cap. 4. num. 90 negantes propriè eſſe Parochos, ſeu habere juriſdictionem ordinariã, tamen teneri facere ex juſtitiâ quæ faciunt Clerici Parochi. Hæc aſſertio videtur delineata in hiſtoriâ Elianâ. Aliqui enim contendunt Eliam non fuiſſe Sacerdotem, quomodò ergò ſacrificavit? Solis enim Sacerdotibus licebat immolare, & aliis piaculum erat divina exercere officia, ut patet ex variis hiſtoriis veteris legis. Reverendiſſimus Cammartus Generalis Minimorum lib. de geſtis Eliæ cap. 3. ſect. 3. reſpondet S. Eliam non fuiſſe Sacerdotem, nec miniſtrum ordinarium, ſed extraordinarium, & ad id ſpecialiter deſtinatum, bovem in Carmelo immolaſſe ex ſingulari privilegio & divinâ ordinatione. At quæri poteſt, quomodò ſanctus Propheta præſumpſerit offerre ſacrificium in Carmelo, ſi illud opus ex præcepto divino & obligatione non exercuit? quomodò populus illuc convocari potuit tanquã ad templum, ſeu quaſi ad aliquam ſolemnitatem & feſtum celebrandũ: cùm ad ſolum templum Jeroſolymitanum Sacerdotes & populus causâ ſacrificii cõfluere ſolerẽt? Sanè idem illi objici potuiſſet quod poſtea l. 2. Paralip. cap. 26. Oziæ Regi qui verſ. 19. *Ingreſſus in templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare Thymiamatis.* Verſ. 17. *Statimq; ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta viri fortiſſimi.* Verſ. 18. *Reſtiterunt regi atque dixerunt, Non eſt tui officii Ozia, ut adoleas incenſum Domini, ſed Sacerdotum, hoc eſt filiorum Aaron quiconſecrati ſunt ad hujuſmodi officium, egredere de ſanctuario nè contempſeris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.* Dionyſius. *Uſurpatoriè tu agis, intromittendo te ſacerdotali officio, cui regale officium eſt commiſſum.* Deus ipſe ejus ſacrificium gratum non habuiſſet, ſed ipſum Eliam ita temerariè ſacrificantem eo modo plectere potuiſſet, quo Oziam, de quo Sacer Textus verſ. 19. *Statim orta eſt lepra in fronte ejus coram Sacerdotibus in domo Domini ſuper altare thymiamatis.* Verſu 20. *Cùmque reſpexiſſet eum Azarias Pontifex & omnes reliqui Sacerdotes viderunt lepram in fronte ejus, & feſtinatè expulerunt eum.* Verſ. 21. *Sed & ipſe perterritus acceleravit egredi.* Dionyſius. *Ibi primò cœpit oriri, vel ſaltem apparere, & citò corpore perfuſus eſt leprâ ad innuendum, quod turpiter egit, & ad humiliandam tantam ſuperbiam.* Joſephus lib. 9. cap. 11. addit Deum Oziæ & Judææ duas alias plagas inflixiſſe. Primò terra vehementer concuſſa eſt, ſiſſumque supernè templum ita ut radius ſolis os regis feriẽrit, quod ẽ veſtigio leprâ contactum eſt. Secundò, terræ motus ante urbem

[Right margin notes: 2. Par. 26. v. 16 — verſ. 17. — verſ. 18. — Dionyſ. — verſ. 19. — verſ. 20. — verſ. 21. — Dionyſ.]

urbem in loco, qui dicitur Eroge dimidium montem ad occidentem vergentis revulſum per quatuor ſtadia volutum. Objectu demum Orientalis montis conſtitit, obſtructa via publica, & oppreſſis ruinâ hortis regiis. S. Cyrillus, S. Chryſoſtomus, Origenes, S. Hieronymus in cap 6. Iſaiæ ad illa verba. *In anno quo mortuus eſt Ozias vidi Dominum, &c.* Scilicet Deum ob Oziæ peccatum, cui nonnulli primores conſenſerant, primò privaſſe Judæos ſuis oraculis, prophetiis & ſpiritu uſque ad mortem Oziæ. Si Elias officium Sacerdotis uſurpaſſet in Carmelo divinam indignationem, eaſdem que pœnas incurriſſet, & tam ipſe quàm poſteri oraculis, prophetiis & ſpiritu privatus fuiſſet. At contrarium contigit, Deus enim ejus victimam gratiſſimam habuit, lib. 3.

l. 3. Reg. 18. v. 32 Regum cap. 18. verſ. 38. *Cecidit ignis Domini & voravit holocauſtum, & ligna, & lapides, pulverem quoque & aquam, quæ erat in aquæductu lambens.* Deinde Sacerdotes Baal & Lucorum

verſ. 40. quaſi ſacrilegos verſ. 40 *Duxit ad torrentem Ciſon & interfecit eos ibi.* Præterea prædixit Achabo Regi, & obtinuit à Deo pluviam, verſ. 44. *Iunge currum tuum & aſcende, ne occupet te pluvia.* Inſuper verſ. 46. non fuit percuſſus leprâ, ſed *Manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſque lumbis currebat ante Achab* Dionyſius

Dionyſ. *Divina virtus confortavit eum, ſpiritus divini fervoris eum accendit, currum ejus præcedens tantùm gloriabatur in Domino de idololatriæ dejectione, & idololatrarum reprobatione, & divini cultus promotione, impetrationeq́; pluviæ, & eos qui erant in Iezrael informare optavit.* Cap. 21. verſ. 17. mittitur à Deo, qui Achab & Jezabel exitium denunciet, ob vineam & vitam Naboth injuſtè ereptam. Lib. 4. Regum cap. 1. mortem Regi Ochoziæ denunciat ob conſultum Beelzebub, verſ. 4. Duos Quinquagenarios à rege miſſos ad ſe capiendum igne cœleſti cum quinquaginta igne abſumpſit. Verſ. 10. & 12. Denique tantùm abeſt ut ſuo ſpiritu privatus fuerit, quin potiùs Eliſeo ſucceſſori ſuo duplicem obtinuerit, Verſ. 10. ipſeque verſ. 11. curru igneo & equis igneis ſurſum evectus. *Aſcendit per turbinem in cælum* quaſi triumphator. S. Ambroſius ſerm. 2. de Eliſeo. *Elias Magiſter Eliſei nonne Angelis ducentibus raptus eſt ad cælum, & quadriga ignea impoſitus, quaſi in quodam triumpho victor aſcendit, &c.* S. Ambr.

& S. Chryſoſtomus homil. de aſcenſu Eliæ. *Deus Rex Regum Eliam ſuum, tota ſe corporis & anima devotione zelantem, poſt multorum laborum ſudores, poſt dirarum perſecutionum graviſſimas fatigationes, poſt tantorum bellorum magnas illuſtresq́; victorias, optima de mundo & diabolo ſpolia referentem, igneo curru, atque equis flammantibus impoſitum triumphali gloriâ præfulgente, ad ſua regna voluit perveniri, &c.* S. Chryſoſtomus.

Cum igitur ageretur de religione, verâ divinitate cognoſcendâ, & populi in utramque partem claudicantis confirmatione, cenſuit S. Propheta Elias non in Jeruſalem, ſed in Carmelo, non in die feſto ſed feriali ex juſtitia & officio ſibi ſacrificium eſſe offerendum, alioſque ritus in templo fieri ſolitos obſervare, idque ex ſpeciali Dei commiſſione & præcepto, ut patet ex verbis ipſius lib. 3. reg. cap. 18 verſ. 36. *Et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Septuaginta. *Et propter te feci omnia hæc.* Paraphraſis Chaldaica *Quod in verbo tuo feci omnes res iſtas.* Vatablus. *Et quod tuo juſſu hæc omnia fecerim.* Cajetanus *Ne præſumptionis arguî poſſim, & quod ſacerdotis mihi officium uſurpo, & quod extra templum tuum ſacrifico, & quod novum miraculum promiſi.* Toſtatus quæſt. 32. doctè etiam notat quod *Elias egit omnia iſta quia Deus juſſerat ſibi, ut ſic faceret & non egit aliquid de corde ſuo. Non dicit, congregaverim populum in Carmelum, concionem ad illum habuerim, ſed altare illud inſtruxerim, hoſtiã ita diſpeſuerim, aquam ſuper & circum altare infuderim & quidem hodie hoc tempore feci omnia verba hæc.* Seu feci omnes res iſtas in tali loco ſpecialiter juſſus, & miſſus à te A pari quando Viri Apoſtolici mittuntur ex ſpeciali mandato Dei, ſeu Sedis Apoſtolicæ, ſeu Sacræ Congregationis dirigun-tur ad loca, ubi deficiunt paſtores, II. *l. 4. Reg. c. 2. v. 11*

qui

qui ex officio eos paſcant, dicti Viri Apoſtolici, ſeu Miſſionarii tenentur illorum locorum incolas paſcere.

III. Idem dicendum de iis, qui per ſpeciale votum obedientiæ Sedi Apoſtolicæ factum promiſſionibus, ſi enim in locis, in quibus non ſunt adhuc Epiſcopi vel Parochi reſideant, ſivè explicitè, ſivè implicitè præcipiantur, tenentur docere, Sacramenta adminiſtrare, infirmis inſervire, militibus pro religione & Eccleſiâ actu prælıantibus ſpiritualia beneficia communicare. Ita Sanchez de religione tomo 4. tract. 10. lib. 6. cap. 4. Pellizarius in manuali Regularium, tomo 1. tract. 4. cap. 3, ſect. 4. Ratio eſt, quia hæc omnia pertinent ad ſpiritualem profectum animarum, Religionem Chriſtianam propagandam, Eccleſiam magis ſanctificandam, ob quos fines Viri Apoſtolici mittuntur, peccantque contra votum, ſi negligant miniſtrare deficientibus parochis. Imò qui abſque voto miſſionem acceptant, tenentur ea exercere, quæ ad illud munus debitè & ritè obeundum ſpectant, ſaltem quæ moraliter ſunt poſſibilia. Quod Regulares ad munus Parochi, præſertim in Indiis Orientalibus poſſint aſſumi, patet ex privilegio Pii V. apud Rodriguez tomo 1. quæſt. 35. Imò (inquit Antonius à Spiritu ſancto Luſitanus Diſcalceatus Ordinis noſtri in Directorio Regularium tractat. 2. diſput. 4. ſect. 1. §. 2. poſt Rodriguez ſupra artic. 2.) poteſt Rex abſque illis privilegiis committere Regularibus tale officium.

CAPUT V.

An Eccleſia vel Princeps poſſit cogere infideles ſivè ſubditos, ſive non ſubditos, ad prædicationem Evangelii excipiendam.

I. SUppono Eccleſiam habere jus prædicandi ubique terrarum, & quolibet tempore, cùm ſit eadem & ſemper ejuſdem auctoritatis. Id colligitur ex Matthæi cap. 28. verſ. 19. ubi Chriſtus ait Apoſtolis. *Mat. 28 verſ. 19.* *Euntes docete omnes gentes, &c.* Sylveira ibi. *Cùm poteſtas ejus ſit in omnes gentes, de omnibus curam agit.* Quaſi repeteret illud Jeremiæ cap. 1. verſ 10. *Ierem. verſ. 10.* *Ecce cõſtitui te hodie ſuper omnes gentes & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices & plantes.* Et Marci cap. 16. verſ. 13. idem *Marc. 16 verſ. 13.* Chriſtus ait. *Euntes in mundum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Syriacus. *Proficiſcimini in univerſum mundum & prædicate Evangelium meum omni creaturæ.* Sylveira. *Non dicit* Sylveira. *ite, ſed euntes, ac ſi in munere ſibi commiſſo, & negotio eis dato ſalutis animarum ſemper eſſet eundum, & nunquã ceſſandum in mundum univerſum. Olim tantùm in Iudæâ miſerat eos Dominus evangelizare, prohibens nè in viam Samaritanorum abirent Matthæi cap. 10 verſ. 10, Nunc verò limites tollit, & eos prædicatores ac doctores totius orbis conſtituit, &c.* Principes infideles nequeunt impedire illam poteſtatem & jus. Primò, quia ipſimet tenentur audire & amplecti Evangelium. Secundò, quia jus aliquod divinum eſt ſuperius qualibet poteſtate temporali. Tertiò, quia Apoſtoli Evangelium prædicarunt nonobſtantibus Cæſarum, Regum, Magiſtratuum edictis. *Act. c. 5. verſ. 29.* Quartò, quia videmus Actorum cap. 5. verſ. 29. quod *Petrus & Apoſtoli dixerunt obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Denique cùm fides omnibus ſit neceſſaria ad ſalutem nõ eſt convenientior modus ad propagationem ejus, quâm prædicatio, cùm per illam veritas Evangelica, motiva credibilitatis, præmia fidelibus juſtis, ſupplicia incredulis promiſſa proponantur. Undè Apoſtolus Rom. cap. 10. verſ. 17. *Ergò fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Verſ. 18. *Rom. 10 verſ. 17. verſ. 18.* *Sed dico, nunquid non audiverunt? Et quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ.* Per auditum intelligit prædicationẽ Apoſtolorum, qui quaſi legati miſſi à Chriſto ejus verbum prædicant. Ex quibus patet jus Eccleſiæ non tantùm datum, ſed etiam præceptum, ut

ubique utatur, quantùm fieri poſſit, nec impediri poſſit à quoquam homine cujuſcumque ſit poteſtatis.

II Suppono ſecundò jus illud non omnibus indiſcriminatim cõpetere, ſed dumtaxat legitimis Paſtoribus, miſſis ad illud munus per legitimam auctoritatem, juxta illud Apoſtoli Roman. cap. 10. verſ. 15. *Quomodè prædicabunt niſi mittantur.* Legitimi verò paſtores illi ſunt, qui Apoſtolis ſuccedunt, ut Romanus Pontifex & Epiſcopi. Quia verò poteſtas Epiſcoporum non extenditur extra eorum Diœceſim, ſed ſolus Pontifex poteſtatem habet ubique terrarum, nec ullis ſpatiis terrarum coarctatur, ideò propriè & præcipuè illius eſt mittere aliquos ad prædicandum infidelibus, undè nullus Sacerdos vel Religioſus pergere poteſt ad partes infidelium ad prædicandũ Evangelium ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ facultate. Dices quoſdam poſſe à Deo extraordinarie mitti, ut patet in Elia & aliis Patribus antiquæ legis. Reſpondeo hanc miſſionem extraordinariam in lege gratiæ nullum locum habuiſſe, niſi probatum ſignis extraordinariis. Undè ſi qui ad plagas infidelium profecti fuerunt, id contigit ex mandato implicito vel explicito Pontificis, vel ſ ltem eorum miſſio miraculis ipſis innotuit. Nunc verò Eccleſia prohibuit nè quis aſſumat munus prædicandi Evangelium infidelibus abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, ſeu Sacræ Congregationis de propagandâ fide mandato: ita ut in viâ ordinariâ tacitus, vel interpretativus cõſenſus Apoſtolicus locum non habeat, ut patet experientiâ Miſſionariorum Ordinum Mendicantium, Societatis Jeſu & aliorum Ordinum, qui illuc migrant cum facultate Apoſtolica. His poſitis.

III. Dico Eccleſiam vel Principes non poſſe directè cogere infideles, ſivè ſubditos, ſivè non ſubditos ad audiendam prædicationem Evangelii. Ita Duvallius tract. de fide quæſt. 6. Becanus de fide cap. 13. quæſt. 4. & alii poſt D. Thomam 2. 2. quæſt. 10. art. 8. D. Bonaventuram, Durandum, Paludanum ibidem, Sotum. Ratio eſt quia nullam in eos juriſdictionem habent, juxta illud Apoſtoli 1. Corinth. cap. 5. verſ. 12. *Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt judicare?* Ideſt extra Eccleſiam, inquiunt Interpretes. *Nonnè de iis, qui intus ſunt vos judicatis. Nam eos, qui foris ſunt Dominus judicabit.* Ideſt ſoli Dei judicio & punitioni reſervantur. Secundò Chriſtus mittens Apoſtolos ſuos ad infidelium converſionem ait Matthæi cap. 10. verſ. 9. & 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Non peram in viâ, neque calceamenta, neque virgam, &c.* Euthymius. *Neque baculum.* Exemplaria Græca. *Neque virgas.* Et Lucæ cap. 10. verſ. 1 *In quamcumque domum intraveritis, primùm dicite, pax huic domui.* Quibus verbis formam præſcribit, quâ uterentur, quæ longè abeſt à coactione. Præcipit enim ut intrando domum aliquam pacem offerant, ob Evangelium pacis nunciativum, ut prędicent illis regnum Dei, ut curent infirmos. Verſ. 9. *Curate infirmos, qui in illâ ſunt. Et dicite illis appropinquavit ad vos regnum Dei.* Syriacus. *Et ſanate eos qui ægri fuerint, & dicite eis, appropinquavit ad vos regnum Dei.* Ut non ferant baculum, quo poſſint terrorem incutere. S. Ambroſius lib. de Joſeph, cap. 13. *Dominus miſit Diſcipulos ſine auro & argento, ſine pecuniâ, ſinè virgâ, ut & incitativa litis, & inſtrumenta eriperet ultionis.* Subdit Matthæi cap. 10. v. 14. *Et quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus veſtris.* Marci cap. 6. verſ. 11. *Et quicumque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes indè excutite pulverem de pedibus veſtris in teſtimonium illis.* Lucæ cap. 10. verſ. 11. *Etiam pulverem, qui adhæſit nobis de civitate veſtra extergamus in vos.* Marcus dicit *in teſtimonium*, ſcilicet quod omnem vindictam de eorum reſiſtentia Deo committunt. Denique Matthæi cap. 10. verſ. 16. addit. *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporũ.* Syriacus. *Ecce ego mitto vos tanquam oves inter lupos.* S. Athanaſius lib. de communi eſſentiâ Patris. *Emitto vos*

1. Corin. c. 5. v. 12

Mat. 10. verſ. 9. & 10.

Lucæ 10. verſ. 5.

verſ. 9.

Marc. 6. verſ. 11.

Mat. 10. verſ. 16.

quaſi

quaſi oves in medios lupos. Quæ tantùm abeſt, ut lupos mactent & dilanient, quin potiùs ab iis mactantur & dilaniantur. Vocat Apoſtolos & eorum ſequaces, oves, ut(inqurit Toſtatus quæſt. 93. poſt Euthymium, Rupertum & alios,) patientiam commendet. Nam ovis dum mactatur & occiditur, non clamat, non infert malum, nec in corde furorem concipit, ſic Vir Apoſtolicus patiens eſſe debet, in adverſis non obmurmuret, malum paritur, ſed non infert injurias illatas, non reſervat in aliud tempus ad vindictam. D. Chryſoſtomus notat Chriſtum ibi potiſſimum loqui de Judæis, quibus Evangelium erat primò annntiandum. Sic ergò eos noluit cõpelli, qui ſecundùm Chriſti ordinationem tenebantur recipere Evangelium.

I. V Viros Apoſtolicos debere ab ejuſmodi compulſione & coactione abſtinere figuratè innuitur in hiſtoriâ Eliſei & Eliæ Prophetarum. Ille filium Sunamitidis ad vitam revocaturus, lib. 4. Regum cap. 4. verſ. 29. dixit
l. 4. Reg. 4. v. 29. Giezi miniſtro ſuo. *Tolle baculum in manu tuâ, & vade, &c. Et pones baculum meum ſuper faciem pueri.* Verſ. 31.
verſ. 31. *Giezi autem præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri, & non erat vox neque ſenſus.* At superveniens Eliſeus verſ. 34. *Aſcendit, & incubuit ſuper puerum, poſuitq́; os ſuum ſuper*
verſ. 34. *os eius, & oculos ſuos ſuper oculos ejus & manus ſuper manus ejus, & incurvavit ſe ſuper eum; & calefacta eſt caro pueri.* Verſ. 36. Matri accerſitæ ait: *Tolle puerum tuum.* Cur Eliſeus non applicat baculum, ſicut miniſtro ſuo præceperat, ſed illo relicto os ori pueri admovet? Conſideravit Propheta quod Giezi utens baculi ſeu virgæ vigore filium Sunamitidis immobilem, frigidum & inanimem reliquerat. Quare omiſſo vigore utitur affabilitate ac benignitate, ad oſcula, ad halitus & amplexus recurrit. Ingenioſè doctiſsimus Rupertus lib. 5. in pſalm.
Rupertus. cap. 25. *Puer ab Eliſeo miſſus cum baculo non ſuſcitavit. Per ſemetipſum verè Eliſeus veniens, & in ore mortui ſpirans, hunc ad redivivam lucem protinus animavit.* Hoc facto myſticè inſinuans ad convertendas animas, & revocandas à morte peccati ad vitam gratiæ efficaciorem eſſe benignitatẽ & clementiam, quàm rigorem & ſeveritatem. *Auctor* (inquit idem Venerabilis Abbas) *quippè humani generis Deus quaſi mortuum puerum doluit, & qui per Moyſem terrorem legis protulit, à peccati morte timor ſuſcitare non valuit, ſed ad ſtatum vitæ aſpiratæ manſuetudinis gratia erexit.* Cui arridens S. Petrus Damianus lib. de contemptu ſœculi cap. 18. *Is* (inquit) *quem terroris virga ſuſcitare non pote-* S. Petrus Damian.
rat, per amoris ſpiritum ad vitam reddit, dumq́; ſe parvulo accommodavit, & compoſuit, facile erexit, & ſuſcitavit.

Eandem manſuetudinem ſibi à V.
Deo commendatam fuiſſe manifeſtavit S. Elias habitu exteriori, qui erat melote. Nam (inquiunt nuncii Regis Ochoziæ lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 8. *l. 4. Reg. c. 1. v. 8.*
ejus figuram deſcribentes) *Vir piloſus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus.* Cornelius. *Hiſpido veſtitu & piloſo, puta melote, ſivè pelle ovinâ,* vel caprinâ intonsâ *circumdatus.* Sic Chriſtus mittens Apoſtolos ſuos, non aſſimilat eos lupis, leonibus, urſis, leopardis, &c. ſed ovibus. *Ecce ego mitto vos ſicut oves inter lupos.* Ut innuat Prædicatores Apoſtolicos proficiſcentes ad regiones gentilitatis, hæreſis erroribus infectas & commorantes inter lupos, agreſtes ac inhumanos homines cum ſummâ paupertate, humanitate & manſuetudine, non rigore & ſeveritate agere debere. *ecce ego mitto vos ſicut oves inter lupos.* S. Chryſoſtomus S. Chryſoſtomus.
homil. 24. in imperfecto hac paraphraſi utitur. *Non humanæ naturæ beneficium tollo, ſed ovilis patientiæ opus injungo. Non dedignentur ſervi vocabulum ovis accipere, cùm ſciant Dominum ſuum nomen agni portaſſe. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Joannis cap. 1. verſ. 28. Eadem particulâ utitur Apocal. cap. 14. verſ. 1. *Vidi* *Apoc. 14 verſ. 1.*
& ecce agnus ſtabat ſuper montem Sion, & cum eo centum quadraginta millia. Verſ. 4. *Hi ſequuntur agnum quocumq́; ierit.* *verſ. 4.*
Ecce Chriſtus in quâ formâ? cui ſimilis? non in formâ lupi, non inſtar leonis, ſed agni. Sub illa forma

quid effecit? quid debellavit? lupos, leones, urſos ſeu peccatores in omni genere & profundo vitiorum demerſos. *Ecce qui tollit peccata mundi.* Vis lucrifacere Deo animas? imitare Chriſti manſuetudinem, vis vincere noli pugnare, ſed patienter agere. Melliflue S. Bernardus ſermone 6. de aſcenſione. *Sequamur Fratres, ſequamur agnum quocumque ierit, ſequamur patientem.* Et S. Gregorius homil. 17. in Evangelia. *Qui locum prædicationis ſuſcepit mala inferre non debet, ſed tolerare ut ex ipſa ſua manſuetudine iram ſævientium mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipſe afflictionibus vulneratus ſanet.* In hoc maximè Chriſti mittentis virtus ineſt, ſi indole ovina præditi Viri Apoſtolici in medio luporum, id eſt gentilium & hæreticorum verſentur, ſic enim lupos in agnos convertent. Rectè S. Chryſoſtomus homil. 34. in Matthæum. *Non ſimpliciter adverſus lupos, ſed in medium luporum, ſic enim maximè virtus ejus patere poteſt, ſi lupi ſuperabuntur ab ovibus: quia cum in medio luporum ſint, & hinc atque illinc moribus luporum lacerarentur, non modò deficerent, ſed in naturam ovium tranſmutarentur.* Tantùm abeſt, ut eorum indolē induerent, quin potiùs ipſi lupi in ovinā clementiam convertentur. Ex quibus patet Judæos & Infideles non eſſe vi compellendos, ſed benignè inducendos ad audiendum Evangelium.

Bernardus

S. Gregor.

S. Chryſoſtomus.

VII. Id confirmat Chriſtus Lucæ cap. 9. verſ. 52. ubi fertur quod, *Miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum ut pararent illi.* Verſ. 53. *Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Ieruſalem.* Quia iam Chriſtus, quàm nuncii habitu, geſtu, voce oſtendebāt ſe eſſe Judæos & pergere in Jeruſalem adorationis causâ. Verſ. 54. *Cum vidiſſent autem Iacobus & Ioannes, dixerunt, Domine vis dicamus, ut ignis deſcendat de cœlo?* Verſio Syriaca, Arabica & Græca habet, *quemadmodum & Elias fecit.* Quaſi dicerent ſi Elias igne cœleſti abſumpſit duos quinquagenarios miſſos ad ſe capiendum à Rege Samariæ lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 10. quantò magis his Samaritanis id fieri debet. *Si* (inquit S. Hieronymus ad Algaſiam epiſt. 152. quæſt. 5.) *ad ſervi Eliæ injuriam ignis deſcendit de cœlo, & non Samaritas, ſed Iudæos conſumpſit incendium, quantò magis ad contemptum filii Dei in impios Samaritas debet flamma ſævire.* Verſ. 55. *Et converſus increpavit illos, dicens, neſcitis cujus ſpiritus eſtis.* Id eſt neſcitis, quo ſpiritu ducamini, quis ſpiritus vos impellat, putatis vos ſpiritu Dei agi, & tamen movemini ſpiritu humano impatientiæ & vindictæ. Vel neſcitis ad quem ſpiritum eſtis à me vocati & electi. Scitote vos debere eſſe manſuetos, benignos inſtar ovium, non verò feros, immites, inſtar luporum. Si ego ſum Dominus & Magiſter veſter, Matthæi cap. 11. verſ. 29. *Diſcite à me quia mitis ſum.* Diſcite me non eſſe ſeverum, rigidū, inſtar quorundam Dominorum, quorundam Regum, qui vi & flagellis extorquent à ſuis ſubditis ſuorum mandatorum executionem. Diſcite non habere ſpiritum immitem, ſpiritum vindictæ inſtar Eliæ, qui duos quinquagenarios igne cœleſti abſumpſit, ſed ſpiritum clementiæ, ut ipſi Eliæ inſinuavi, lib. 3. Regum cap. 19. v. 11 qui cum in monte ſtaret coram Domino. *Ecce Dominus tranſit & ſpiritus grandis & fortis ſubvertens montes & conterens petras ante Dominum, non in ſpiritu Dominus. Et poſt ſpiritum commotio, non in commotione Dominus.* Verſ. 12. *Et poſt commotionem ignis, non in igne Dominus: & poſt ignem ſibilus auræ tenuis.* Theodoretus quæſt. 17. *Per hoc oſtendens quod lenitas, benignitas, & clementia ſola eſt Deo grata.* Quam imitari & induere debent Elias & quivis Vir Apoſtolicus. Uno verbo ſpiritū hujus legis alium eſſe à ſpiritu veteris legis. Ille enim erat ſpiritus inclementiæ & vindictæ, hic verò manſuetudinis, beneficentiæ. Ille perdere volebat, hic ſalvare: ille peccatis mala, hic beneficia: ille pœnas, hic gratias: quem agendi modum vult ab omnibus Chriſticolis, præcipuè à Viris Apoſtolicis obſervari, Matthæi cap. 5. verſ. 44. *Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderunt vos.*

Luc. c. 9. verſ. 52.

verſ. 53.

verſ. 54.

S. Hieron.

verſ. 35.

Mat. 11 verſ. 29.

l. 3. Reg. 19. v. 11

verſ. 12.

Theodoretus.

Mat. c. 5. verſ. 44.

Hanc

Hanc manſuetudinem & clementiam ſe exercuiſſe teſtatur Apoſtolus 1. Corinth c. 4. verſ. 12. *Maledicimur* ideſt (inquit Cornelius) *probris afficimur, vocamur magi & malefici*, *& obſecramus.* Ideſt manſuetè eos compellamus, more obſecrantium, ita Cornelius ex Græco. Vel (inquit Cajetanus) Deum pro illis obſecramus. *Tanquam purgamenta, hujus mundi facti ſumus, omnium peripſema uſque adhuc.* Theodoretus & Theophilactus purgamenta vocant fœces, excrementa, ſordes. Syrus tanquam ſtercus mundi facti ſumus uſque ad hanc horam. Vel (inquit Cornelius) habemur contemptiſſimi, abjectiſſimi, indigni hominum conſortio, mundo ejiciendi & exterminandi. Cur ô Apoſtole contra eos, maximè Judæos & infideles non procedis ſeveritate? cur ad cenſuras & alia Eccleſię flagella non recurris? Reſpondet 1.
1. Corinth. 5. v. 12. Corinth. cap. 5. verſ. 12. *Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt judicare? Nonne de iis qui intus ſunt vos judicatis?* Per eos qui foris ſunt intelligit infideles qui ſoli Dei judicio reſervantur, nec ab Eccleſia cõpellendi ſunt ad audiendum verbum Dei. Ratio eſt, quia Judæi & infideles nequeunt cogi ad audiendum verbum Dei. Nam auditus Evangelii eſt medium per ſe ordinatum ad ſuſceptionem fidei, ut docet Apoſtolus Roman. cap. 10. verſ. 17.
Rom. 10. verſ. 17. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* Cornelius per prædicationem Apoſtolorum, qui quaſi legati miſſi à Chriſto ejus verbum prædicant. Indè enim ſequitur quod fides quâ credimus Chriſto & Evangelio fit ex auditu, ſi igitur non licet vim adhibere ad Evangelium ſuſcipiendum, ergò neque ad audiendum. Confirmatur eodem præcepto, tenemur credere, quo audire. Sed cùm naturaliter nequeat demonſtrari obligatio & præceptum credendi, nec ullus directè ad fidem ſuſcipiendam cogi poteſt, ergò nec demonſtrari naturali lumine poteſt præceptum audiendi prædicationem Evangelicam. Secunda Ratio, Chriſtus neminem cõpulit & coegit ad audiendam prædicationem: imò prohibuit Lucæ cap. 9. cùm Apoſtoli plecti vellent Samaritas, nolentes illi credere & recipere ipſum.

VIII. Dices, Chriſtus dedit Eccleſiæ poteſtatem prædicandi Evangelium omnibus infidelibus, Matthæi cap. 28. verſ. 19. *Euntes docete omnes gentes.* Marci cap. 16. verſ. 13. *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Nè igitur illa poteſtas ſit fruſtranea, ſequitur etiam præcepiſſe aliis ut audirent, & conſequenter dedit poteſtatem compellendi eos qui audire noluerint. Patet conſequentia, quia ex eo quod Chriſtus dedit poteſtatem remittendi peccata, colligimus Eccleſiam poſſe cõpellere Chriſtianos ad peccatorum confeſſionem. Reſpondeo eſſe diſcrimen, quia poteſtas abſolvendi à peccatis, eſt poteſtas juriſdictionis quâ Eccleſia utitur in ſubditos. Et ideò cum hæc poteſtas foret inutilis & ſuperflua ſi fideles non confiterentur peccata ſua, undè meritò poteſt Eccleſia ipſos compellere ad confeſſionem. At poteſtas prædicandi non eſt poteſtas juriſdictionis, cum Eccleſia poſſit prędicare infidelibus, in quos tamen nullam habet juriſdictionem prędicandi, ſed eſt quædam poteſtas cœleſtis, quâ poteſt divinitus per ſuas prædicationes auditores illuminare, ſi ipſi velint audire. Undè ſicut qui habet in aliquâ academiâ poteſtatẽ docendi, non ideò poteſt compellere Scholaſticos ad audiendas lectiones. Et licentiatus in jure civili quamvis poſſit ſuſcipere patrocinium partium, non ideò poteſt partes ipſas cogere, ut ſuum potiùs quàm alterius patrocinium implorent. Sic Eccleſia habet quidem poteſtatem prædicandi Evangelium infidelibus, nequit tamen compellere ipſos infideles ad audiendum. Brevius Becanus cap. 13. de vitiis fidei oppoſitis quæſt. 4. Non eſt ſimile de jure remittendi peccata & prædicandi Evangelium. Nam alterum conceſſum eſt Eccleſiæ reſpectu ſubditorum dumtaxat, qui ratione baptiſmi ſunt ſubjecti Eccleſiaſticę juriſdictioni. Alterum autem reſpectu cunctorum etiam non ſubditorum, in eos non habet Eccleſia juriſdictionem.

IX. Dices, Romæ ſummus Pontifex cogit Judæos Romæ degentes ad audiendum à Doctore Catholico explicationem veteris teſtamenti, & ex ipſo contextu probationem adventus Meſſiæ. Reſpondeo Romanum Pontificem illud legitimè poſſe, vel ob pactum, quod fortè initum eſt cum Judæis, quando cœperunt habitare Romæ. Vel ob profeſſionem veteris legis, quam Judæi ipſi jactant, ſic enim nulla fit illis injuria ſi cogantur ad audiendam ejus explanationem & probationem Chriſti adventus, quæ indè eruitur.

X. Si infideles Chriſtianos Prædicatores malè tractent, vel eos ab officio prædicandi impediant, poſſunt Principes Chriſtiani eos defendere, eoſq; cogere ad amovenda illa Evangelicæ Concionis obſtacula. Ita D. Thomas 2, 2. & alii Doctores tum hic, tum in 4. diſtinct. 6. Duvallius tract. de fide, quæſt. 6. Victoria in relectione de Indis. Prima ratio eſt, quia Eccleſia non eſt deterioris conditionis quàm aliæ Reſpublicæ politicæ & temporales: alioqui Deus & Chriſtus non benè illi proſpexiſſent. Sed quilibet Rex & Reſpublica jus habent defendendi legatos ſuos, quos ad aliud Regnum & Rempublicam mittunt, cùm præſertim non eos mittant in perniciem, ſed in illius Reipublicæ utilitatē. At tales ſunt Concionatores Evangelicæ veritatis, quos ad terras infideliū Eccleſia mittit. Si igitur afficiantur contumeliis & malè tractentur, Eccleſia, vel Principes Chriſtiani hanc injuriam propulſare debent. Secunda ratio, quia qui aliquid concedit, cenſetur etiam concedere illa omnia, ſine quibus illud jus nequit exerceri. Ita cap. *Præterea*, cap. *Prudentiam*, de officio legati. At ſi Prædicatores Evangelici malè excipiantur ab infidelibus, nullo modo exerceri poteſt jus prædicandi, igitur Deus dedit facultatem propulſandi impedimenta exercitii illius juris. Dices, objicient Principes infideles, quod Prædicatio Evangelica ſit ſuo ſtatui pernicioſa, ſeditiones & tumultus in ſuis ditionibus excitet, ideòq; quod jus habeant omnibus modis arcendi præfatam prædicationem; imò extremo ſupplicio afficiendi prædicatores Evangelicos. At ex eo quod pacem & tranquillitatem publicam ſuorum ſtatuum reſpiciant, nequeunt ab ullo jure reprehendi, vel bello moleſtari. Reſpondeo in prædicatione Evangelii duo ſpectari, ſcilicet ſubſtantiam prædicationis, & modum quo ipſa populis annunciatur. Quoad ſubſtantiam Prædicationis non eſt perturbativa tranquillitatis & pacis publicæ, ſed potius regna quæ lumē Evangelii non receperunt, manifeſtiſſimum ſuæ ruinę diſcrimen incurrunt, juxta illud Iſaiæ cap. 60. verſ. 12. *Gens & regnum quod non ſervierit tibi peribit.* Ideſt vaſtabuntur & deſolabuntur. Quod variis exemplis & hiſtoriis probat Cornelius ad illum locum. Deindè ab Evangelio obſervantia legis naturæ proponitur, omnia bona promoventur, & cuncta mala arcentur, præcipitur etiam obedientia Principibus diſcolis, item mutua inter homines ſocietas & pax cōciliatur, & ideò nemo niſi demens, ſuiſq; paſſionibus obcœcatus exiſtimat prædicationem Evangelicæ veritatis eſſe ſtatuum & regnorū perturbativam. Nec refert quod olim Cayphas & Phariſæi Joannis cap. 11. verſ. 48. Imperatores & Tyranni id ſenſerunt. Certùm enim eſt horum judicium fuiſſe omninò irrationabile, ideoque eorum exemplum fruſtra citatur, utpotè peſſimum. *Iſai. 60. verſ. 12.*

XI. Dices ſecundò illicitum eſt Chriſtianis conventiculis infidelium intereſſe, igitur etiam eſt illicitum infideles admittere imò inducere ad noſtras conciones Evangelicas excipiendas. Reſpondeo non ſequi, quia licet audire veritatem, ſed non errorem: licet facere quod honeſtum eſt, ſed non quod turpe. In noſtris autem concionibus proponitur veritas evangelica, quæ honeſta eſt. In conventiculis infidelium proponitur idololatria & ſuperſtitio. Quare licitum eſt admittere infideles ad prędicationem verbi Dei audiendam, non tamen ad ſacrificium Miſſæ. Ita D. Thomas 3. part. quæſt. 80, art. 4. Idque definitum eſt in Concil. Carthaginenſi 4. can. 84.

Concilio Cartagh. 4 can. 84. *Epiſcopus nullum prohibeat ingredi in Eccleſiam, & audire Verbum Dei ſivè gentilem, ſivè Judæum, ſivè hæreticum, uſque ad Miſſam Cathecumenorum.* Quæ verba refert Gratianus cap. *Epiſcopus*, de conſecratione diſt. 1.

XII. Modus prædicandi Evangelium infidelibus poteſt eſſe legitimus & illegitimus. Legitimus cùm Prædicatores more Apoſtolico ſe gerunt, nihilque aliud quærunt quàm animarum lucrum, inſiſtuntque in prodendis motivis & argumentis credibilitatis fidei noſtræ. Illegitimus autem eſt, quando ſub prætextu prędicandæ veritatis Evangelicæ moliuntur aliqua contra regnum, ejus pacem & tranquillitatem. Tunc enim Princeps infidelis eos expellere poteſt à ſuis Ditionibus, ac impedire eorum prædicationem, eo quod modo illegitimo procedunt. Nec in hoc caſu Principes Chriſtiani poſſunt bellum movere cùm ipſe Princeps infidelis jus habeat protegendi & conſervandi tam ſe, quàm ſuum regnum. Nota tamē ejuſmodi modum illegitimum prædicandi non eſſe relinquendum judicio & prudentiæ ipſorum infidelium: cùm ſint cœci & paſſionibus maximè obnoxii & obcœcari, multaque incommoda eventura ſibi fingant & perſuadeant, non debent in hac parte ſuo judicio acquieſcere, ſed apud ſe cogitare an Viri Apoſtolici iniquè ac illegitimè ſe geſſerint, & an ſecundùm S. Gregorium ſe ſuaque potius quæſierint quàm quæ Dei ſunt, alioqui cùm *Nemo* (inquit S. Dionyſius) *intendens ad malum operatur.* Cayphas, Phariſæi, Romani Imperatores, cœterique tyranni, cùm ſemper ſe rectè & rationabiliter agere exiſtiment, occaſionem arripient ſe excuſandi de perſecutionibus atrociſſimis, cædibus cruentis, quibus ſanctos Martyres vexarunt, & accuſandi ejuſmodi Chriſti Athletas quaſi iniquè & illegitimè ſe geſſiſſent in prædicatione Verbi Evangelici. Quod cogitare vel dicere nefas eſt.

XIII. Quod ſi conſtaret eſſe in aliquâ Provinciâ homines quoſdam qui cuperent audire prædicationem Evangelicam, Princeps autem vel major pars reipublicæ nullo pacto permittere vellet, ut illis Evangelium annuncietur, poſſent Principes Chriſtiani eos armis compellere ad ejuſmodi Miſſionarios admittendos, ſicque ſatisfacerent deſiderio eorum, qui vellent prædicationem Evangelicam excipere. Ita Duvallius ſupra & alii Ratio eſt, primò quia fit Injuria Eccleſiæ quæ habet jus prædicandi ubique terrarum. Secundò fit injuria illis hominibus, cùm habeant jus audiendi Evangelium, & conſequenter Principes Chriſtiani poſſunt armis illorum injuriam vindicare. Dices, ſi hoc fit, Turcæ impediti nè in noſtris regionibus prædicent ſuam ſectam, poterunt bellum inferre Eccleſiæ, quia lumine naturali judicant ſuam ſectam eſſe præ cæteris amplectendam. Quod verò Eccleſia ſit in verâ religione, & habeant jus prædicandi ubiq; locorū, id non naturaliter, ſed duntaxat per lumen ſupernaturale, quod Turcæ admittere non tenentur.. Reſpondeo inſiſtendo ſoli naturali lumini, Eccleſiam poſſe oſtendere doctrinam Chriſtianam eſſe honeſtam, & ad ſalutem neceſſariam. Cœteras, ſectam præcipuè Mahometanam, continere multa abſurda. Et conſequenter Eccleſiam poſſe oſtendere ſe jus habere ubique præcandi, ſectas verò alias minimè. Quod non tantùm Eccleſiæ notum eſt, ſed etiam infidelibus, ſi affectibus remotis ipſam rem attentè perpendant.

XIV. Dices, illud jus prædicandi eſt ſupernaturale, igitur cum Eccleſia lumine ſupernaturali dirigatur, illi ſoli erit manifeſtum, non verò Turcis, aliiſq; infidelibus. Reſpōdeo licet illud jus ſit ſupernaturale ex parte dantis & objecti, ſeu doctrinæ: tamen aliquo modo naturaliter cognoſcitur extare in Eccleſia tale jus, non tamen apud Turcas vel alios infideles. Undè qui tenet veram doctrinam, & ad ſalutē neceſſariam, jus habet illam communicandi, ſicut alii habent jus illam acceptandi. Sed patet doctrinam Eccleſiæ talem eſſe per motiva credibilia, quæ cognoſcuntur humano modo. Igitur jus habet eam omnibus communicandi. Hoc argumentum

moraliter

moraliter negari nequit.

XV. Dices, poſſunt eſſe nonnulli infideles obſervantes perfectè legem naturæ, colentes unum verum Deum, viventes ſecundùm dictamen rectæ rationis. Igitur habebunt jus propagandi ſuam religionem, & armis impediendi obſtacula. Reſpondeo, conceſſo illud poſſe, cùm conſtet eos naturâ duce rectè vivere, alios autem malè, & ideò ſi intra limites naturæ maneamus iſtis infidelibus par erit jus ac Eccleſiæ: quamvis Eccleſia præter jus naturale, jus etiã habeat aliud ſupernaturale potentius & efficacius, ratione cujus poteſt cogere infideles (licet vivant conformiter rectæ rationi) ne impediant ſuos prædicatores promulgare Evangelium ubi aliqui ſunt, eos audire cupientes. Et licet non conſtaret eſſe aliquos in terris infidelibus volentes audire Evangelium: ſi eſſet tamen probabile futuros aliquos, qui in tantâ multitudine eſſent audituri, & Princeps nollet Miſſionarios admittere in ſuas ditiones, poſſet Eccleſia vel Principes Chriſtiani armis cogere ad eos admittendos. Ratio prima eſt, quia ſic fit injuria Eccleſiæ, quæ habet jus faciendi, quod in ſe eſt, ut doceat veritatem, quam novit ad ſalutem prorſus neceſſariam, & probabile ſcit aliquos convertendos, vel ſaltem audituros Evangelium, fitque injuria juri quod habet à Chriſto. Secunda ratio, jure gentium repugnat negare tranſitum euntibus ad aliquam regionem, vel negotiantibus ibi, ſi illi exteri non ſint exploratores, nec accedant ut aliquid moliantur contra regni tranquillitatem. Nam ille tranſitus & commercium jure ſocietatis humanæ ſunt. Undè benè docet Sanctus Auguſtinus quæſt. 44. in Numeros, & 20. in Joſue, Iſraelitas jus habuiſſe Amorrhæos, Jebuſæos & Amalechitas delendi, quia negarunt illis tranſitum per ſuas terras. Si igitur Princeps vel Reſpublica infidelis commeatum vel commercium ſpirituale neget, poteſt Eccleſia cum Principibus Chriſtianis hanc injuriam propulſare, licet qui audituri ſunt Evangelium ſint occulti & prædicatoribus ignoti. Sufficit quod Miſſionariis conſtet futuros aliquos. Apoſtolis in orbem prædicationis ergò euntibus nihil aliud conſtitit. Nec Miſſionarii ad quædam regna infidelium vel hæreticorum ſe conferentes aliam notitiam habere quam probabilem & generalem fore aliquos, qui audito Evangelio reſipiſcent.

CAPUT VI.

Facultas Baptiſandi.

I. SAcer Textus lib. 4. Regum cap. 5 refert quod Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ, vir magnus apud dominum ſuum, fortis & dives, ſed leproſus, venit ad Eliſeum ſanitatem ab eo percunctaturus, Ad quem Propheta Eliſeus miſit nuntium dicens verſ. 10. *Vade lavare ſepties in Iordane, & recipies ſanitatem caro tua,* l.4. Reg.
atque mundaberis. Verſ. 14. *Deſcendit* 5. v. 10.
& lavit in Iordane ſepties juxta ſermonem viri Dei, & reſtituta caro ejus ſicut caro pueri parvuli, & mundatus eſt. verſ. 14.
Verſ. 17. *Obſecro concede mihi ſervo tuo ut tollam onus duorum burdonum de terra, non enim faciet ultra ſervus tuus* verſ. 17.
holocauſtum aut victimam Diis alienis niſi Domino. Rabanus apud gloſſam ait per Naaman intelligi populum gentilem, per Eliſeum Eccleſiam, per nuntium Evangelicos Prædicatores, per Jordanem baptiſmum quem Chriſtus ſanctificavit. In hoc enim fluvio Sacramentum novæ legis fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutum tenent S. Matthæus cap. 3. Marcus cap. 1, Tertullianus contra Judæos, S. Cyprianus de baptiſmo, S. Ambroſius lib. 2. in Lucam, S. Hieronymus in cap. 3. Matthæi & alibi. S. Chryſoſtomus homil. 17. in Mathæum, D. Auguſtinus ſermone Dominicæ infra octavas Epiphaniæ & alibi, Beda ſermone de Epiphaniâ, D. Thomas 3, part. quæſt. 66. art. 2. in corpore, Cajetanus, Nugnus, Peſantius, Vaſquez diſput. 140, cap. 6. Bellarminus tomo 3. lib. de baptiſmo cap. 5, Suarez noſter Sylveira & alii, aſſerentes Chriſtum contactu ſuæ carnis mundiſſimæ

diſſimæ ac puriſſimæ tribuiſſe aquis vim ſanctificandi & regenerandi, nō aliquam qualitatem novam ipſis imprimendo, ſed eas deſtinādo, ut eſſent deinceps idonea materia baptiſmi animas vivificantis. Rectè igitur Rabanus ait. *Veniens gentilis populus ad domum Eliſei, ſanctam ſcilicet Eccleſiam, per nuncium ideſt Evangelicos prædicatores accepit, ut ſe in Iordane ſepties lavaret, renovatus ex aqua & ſpiritu. Iordanus baptiſma ſignificat, quia in eo nobis Salvator baptiſmum conſecravit, &c. Loto ſepties reſtituta eſt caro ſicut pueri caro, quia mundatus baptiſmo per invocationem Spiritus ſeptiformis, quiſq; ad innocentiæ vitæ infantiam redigitur. Quia in baptiſmo abrenunciare Satanæ, ac fidem Domini confiteri præcipimur. Negat ſe Naaman ultra diis liturum, ſoli per omnia Deo ſerviturum &c.* Non eſt dubium, quin per Eliſei nuncium ſpiritualiter intelligantur Religioſi Miſſionarii.

II. Hi igitur ad tertam Paganorum, Saracenorum, Græcorum, Æthiopum, Armenorum, Jacobitarum, Ruthenorum, & c. aliorumq; Infideliū pergentes poſſunt nō tantùm illis prædicare, ſed etiam cum illis communicare, quamvis ſint excommunicati, eoſq; catechiſare, & ad fidem recipere. De Orientalibus Infidelibus aſſerit Rodriguez in ſuo Bullario, & Thomas à Jeſu Diſcalceatus noſtri Ordinis, Auguſtinus à Virgine Mariâ, & Antonius a S. Spiritu ſupr. § 1. num. 4. probantque ex Bullâ Nicolai III. apud eundem Rodriguez. De Orientalibus iidem probant ex Bullâ 2. Leonis X. Bullâ 1. Adriani VI. Gregorii IX. & alii.

III. Quod etiam præfatos infideles poſſint baptiſare in locis ſibi deputatis, ſi ibi deſint Parochi, & maximè ſi officium parochiale exerceant. Ita Palaus tomo 4. tract. 10. part. 9. Cruz lib. 2. cap 4. dub. 1. concl. 3. Auguſtinus à Virgine, Antonius à Sancto Spiritu ſupra, probantque ex diverſis Indultis Pontificum, Innocentii IV. & aliorum. Quod ſi in prædictis locis ſint jam Parochiæ deſignatæ nequeūt baptiſare in illis Parochiis abſque licentiâ Parochi, id enim tantùm facere queunt in ſuis Conventibus, ſeu locis ſibi deputatis.

Miſſionarii conferentes Baptiſmū uti poſſunt Oleo & Chriſmate antiquis uſque ad tres annos Ita Antonius à ſancto Spiritu ſupra. §. 2. num. 8. poſt Rodriguez aſſerentem id conceſſum à Leone X. bullâ 3. in Bullario, imò uſque ad quatuor annos ex conceſſione Gregorii 13. apud eundem Rodriguez tomo 1. quæſt. 31. artic. 5. In Regionibus ubi ſunt Eccleſiæ, & non urget neceſſitas nequeunt Miſſionarii baptizare extra Eccleſias, nec baptiſare abſque cæremoniis conſuetis. Ita Palaus tomo 4. tractat. 19. part. 9. num. 6 & 7. Ex noſtris Thomas à Jeſu, Antonius a Spiritu ſancto citatis locis. Nec obſtant quædam privilegia conceſſa à Pio V. & Gregorio XV. quæ Rodriguez tomo 1. quæſt. 35. refert. Nam præterquam quod eiuſmodi privilegia conceſſa ſunt ad decennium, nihil amplius concedunt, ut Lector animadvertere poterit. Si tamen urgeat neceſſitas, vel non ſint Eccleſiæ, poterunt Miſſionarii baptiſare abſque ſolitis cæremoniis. IV.

§. 1.

An infantes infidelium invitis parentibus liceat baptiſare.

PEr Infideles intelligo ſolos non baptiſatos, non verò hæreticos & apoſtatas, qui à fide defecerunt Hi enim cùm maneant Eccleſiæ ſubjecti, ſicut ipſi poſſunt cogi ad fidem ſervandam, ſic eorum proles poſſunt æquè baptiſare ac filios Catholicorum etiam parentibus invitis. Ratio eſt quia illæ proles ratione parentum ſunt ſubjecti Eccleſiæ quoad ſalutem ſpiritualem, & ratione hujuſmodi juriſdictionis ſpiritualis poſſunt cogi ad obſervantiam omnium mandatorum legis Evangelicæ, ſivè mandata ſint divina, ſivè humana, & conſequenter ad baptiſandas eorum proles: & in caſu rebellionis privare eiuſmodi parentes patriâ poteſtate, & eas ab eorum curâ abſtrahere, ſicq; I.

illis invitis baptiſare. Sic Elias, vel
alii ejus ſequaces poterant circumci-
dere pueros Iſraelitarum, qui ad cul-
tum Baal deflexerant etiam his invi-
tis, quia per circumciſionem parentū
Synagoga poterat præfatos parentes
circumciſos cogere ad obſervanda
præcepta legalia, cæremonialia, &
judicialia.

II. Baptiſmus collatus infidelium pro-
libus, diſſentientibus eorum paren-
tibus ratus eſt & validus, nec poſtea
iterandus. Ita D. Thomas 3. part.
quæſt. 78. art. 10. Scotus, Sotus & fe-
rè omnes Theologi. Ratio prima eſt,
quia valor baptiſmi parvulorum non
pendet à fide & intentione parentū,
ſed ſolius Eccleſiæ. Igitur nec à con-
ſenſu. Secunda ratio, quia parvuli
mactari pro Chriſto invitis parenti-
bus, ſunt veri Martyres, ut patet ex
cæde Innocentium. De quibus S. Au-
guſtinus ſermone 1. de Innocentibus
ſcribit. *Mater crines capitis diſſipa-*
S. Auguſt *bat, &c.* Dixi *infidelium*, ut innuerem
contra Calvinum in Antidoto Con-
cilii Tridentini ſeſſ. 6 cap. 3. filios in-
fidelium eſſe capaces baptiſmi. Et fa-
cilè probatur ex eo quod Deus dixit
Geneſ 22 verſ. 18. Abrahamo Geneſis cap. 22. verſ. 18.
Benedicentur in ſemine tuo omnes gen-
Act. c. 10 *tes.* Et Actorum cap. 10. verſ. 11. *Ap-*
verſ. 11. *paruit Petro Apoſtolo vas ſeu linteum*
magnum continens animalia etiam im-
Rom 10 *munda.* Et Apoſtolus Romanor. cap. 10
verſ. 12. verſ. 12. ſcribit. *Non eſt diſtinctio Iu-*
dæi & Græci, idem Dominus omnium,
dives in omnes. Denique Baptiſmus eſt
ſimpliciter neceſſarius ejuſmodi pue-
ris, utpotè peccato originali infectis.
Adde quod nunquam ſoleat Eccleſia
rebaptiſare baptiſatos contra volun-
tatem parentum infidelium, ut cum
juſto bello capiuntur, & poſtea in ter-
ras Chriſtianorum aſportantur. Reſ-
pondent aliqui tunc valere baptiſmū
infantium, quia juſto bello licitè à
parentibus abſtracti ſunt ſub poteſta-
te Chriſtianorum, qui ſuccedunt loco
parentum. Undè docent ad baptiſmū
infantium, qui naſcuntur ex Chriſtia-
nis nō requiri voluntatem parentum,
quia in iis loco parentum ſuccedit Ec-
cleſia. Sed contra ſæpè ob periculum
mortis antequam ejuſmodi infantes
abſtrahantur à poteſtate parentum
baptiſantur, qui tamen non ſolent po-
ſtea rebaptiſari. Deindè licet Eccleſia
ut ejuſmodi infantes baptizarentur
propter periculum apoſtatandi,
fieri poſſet, ut poſt juſtum bellum
parentes factà cum victore compoſi-
tione manerent cum ſuis prolibus in
priſtinâ gentilitate. Tunc enim adhuc
poſitâ Eccleſiæ prohibitione, ſi aliquis
infans baptiſaretur invitis parentibus
non eſſet rebaptiſandus. Igitur ſig-
num eſt ad valorem baptiſmi non re-
quiri etiam Eccleſiæ voluntatem, ſed
ſufficere voluntatem Chriſti inſtitu-
entis hoc ſacramentum. Nec refert
quod adulti baptiſandi requiratur
conſenſus, quia cùm adultus ſit ſui
juris in ordine ad ſalutem æternam,
quam Deus non decrevit dare adultis
niſi liberè cooperantibus, neceſſarius
eſt proprius ipſorum conſenſus ad va-
lorem baptiſmi. Infantes cùm non ſint
ſui juris debuerunt in ordine ad ea,
quæ ſpectant ad ſalutem æternam eo-
rum pendere ab alterius voluntate:
quæ voluntas non debet neceſſariò
eſſe parentum vel Eccleſiæ, ſed Chri-
ſti, ut parentis univerſalis omnium.
Quemadmodum enim ſola voluntas
Adæ fuit ſufficiens, ut omnes ab eo
deſcendentes peccatores generaren-
tur, ſic ſola Chriſti voluntas fuit ſuf-
ficiens, ut omnes regenerarentur ju-
ſti, quia Chriſti meritum non eſt mi-
nus efficax ad juſtificationem, quàm
Adæ peccatum ad damnationem.

Quamvis ex dictis ſit validus bap- III.
tiſmus collatus prolibus infidelium
non baptiſatorum, quorum Eccleſia,
ſeu principes Chriſtiani nullam ha-
bent, nè quidem civilem poteſtatem,
non tamen licitè conferri poteſt niſi
præfati parentes conſentiant. Ita San-
ctus Thomas 2. 2. quæſt. 10. art. 12.
& part. 3. quæſt. 68. art. 10. Caje-
tanus, Coninck, Nugnus, Valentia,
Suarez, Vaſquez, & paſſim Theologi.
Id præfiguratum videtur in hiſtoria
S. Eliæ, ſuppoſito quod hic Propheta
repræſentet Eccleſiam vel aliquem
miniſtrum baptiſmi. Mulier Sarepta-
na, quam Gentilem fuiſſe tenent ſan-
ctus Chryſoſtomus homil. 7. de Eliâ,
Toſtatus quæſt. 24. & alii, fuit figura
populi

populi gentilis, reſurrectio pueri iſtius mulieris eſt idea baptiſmi. Quid enim eſt reſurrectio, niſi quædam quaſi regeneratio ſpiritualis. Quamvis enim quælibet hominis juſtificatio poſſit vocari ſpiritualis ejus regeneratio, quia per illam novum & divinum eſſe acquirit. Ut patet ex illo S. Petri
1. Petr. 1. verſ. 3. cap. 1. verſ. 3. *Regeneravit nos in ſpem vivam.* Dionyſius. *Per infuſionem gratiæ nos ſpecialiter regenerando infudit*
Dionyſ. *& contulit nobis efficacem fælicitatis æternæ fiduciam, &c.* Item ex Apoſtolo
Galat. 4. verſ. 19. Galat. cap. 4. verſ. 14. *Filioli, quos iterùm parturio, donec formetur Chri-*
D.Thom. *ſtus in vobis.* S. Thomas lect. 6. *Recipiatis ſimilitudinem ejus, quam veſtro vitio perdidiſtis. Nam Chriſtus per fidem formatam formatur in corde, Epheſ. cap. 3. Habitare Chriſtum per fidem, &c. Sed quando quis non habet fidem formatam jam in eo moritur Chriſtus 2. Petri cap. 1: Donec dies illuceſcat, & ſic ſecundùm hominis profectum in fide Chriſtum in homine proficit. E converſo ſecundùm defectum deficit. Tamen hæc vox & ratio regenerationis ſingulariter baptiſmo convenit quia per illum fit ſanctificatio ſimpliciter & abſolutè prima, & peccatum quod eſt mors animæ funditus deſtruitur & ex membro Adæ homo fit membrum Chriſti & filii Dei.* Ut habet Concilium Trid. ſeſſ. 6 Undè ſecundùm ſuam formalem ſignificationem baptiſmus ſpectatus rectè ſic definitur. *Baptiſmus eſt ſacramentum regenerationis ſpiritualis ex aqua & Spiritu ſancto per verbum.* Quæ definitio
Joan. c. 3. verſ. 3. ſumpta eſt ex illo Joannis cap. 3, v. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnũ Dei.*
Tit. c. 3. verſ. 5. Et ad Titum cap. 3. *Salvavit nos per lavacrum regenerationis.* S. Thomas hunc
D.Thom. locum explicans ait. *Notandum quod homo indigebat duobus in ſtatu naturæ perditionis, quæ conſecutus eſt per Chriſtum, ſcilicet participatione divinæ naturæ, & depoſitione vetuſtatis. Erat enim ſeparatus à Deo, Iſaiæ cap. 59. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos & Deum, & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus à vobis nè exaudiret, & erat inveteratus, Baruch cap. 3. Inveteraſti in terra aliena. Sed primùm conſequitur per Chriſtum ſcilicet per participationem divinæ naturæ, 1. Petri cap. 2. Ut per hoc efficiamini conſortes divinæ naturæ, ſed nova creatura ita datur, quod etiam remanet noſtra, & ita ſuperadditur. Sic enim generatur participatio in filium Dei, quod non deſtruitur homo, Ioannis cap. 3. Oportet vos naſci denuò. Et ideò dicitur regeneratio Iacobi cap. 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis ſuæ. Homo etiam per Chriſtum depoſuit vetuſtatem renovatus ad integritatem naturæ, & hoc vocatur renovatio, Epheſ. cap. 4. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ. Sed quæ eſt cauſa hujus effectus, ut cor abluas? Hæc virtus eſt à ſanctâ & individuâ Trinitate Matthæi cap. ultim. Baptiſantes eos, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.*

IV. Ecce quomodò Baptiſmus eſt reſurrectio & altera nativitas figurata per reſurrectionem pueri Sareptani, quem Elias reſuſcitavit non inſciâ, invitâ & nolente matre, ſed ipsâ conſciâ, volente, rogante lib. 3. Regum
l. 3. Reg. 17, v. 19. cap. 17. verſ. 19. *Da mihi* (inquit Propheta) *filium tuum.* Volo pro eo Dominum rogare, ut illi vitam reſtituat, niſi velis, niſi conſentias, niſi tu ipſa mihi eum tradas. Nolo mihi improperes filium tuum vitæ reſtitutum fuiſſe, cujus curam habere non vis, cujus educationem negliges. Undè ſubdit Textus. *Tulitque eum de ſinu ejus.* Non abſtraxit, non avulſit, non furtim, non violenter rapuit, ſed à ſinu materno amoris & benignitatis ſymbolo dulciter amovit. Septuaginta & Paraphraſis Chaldaica. *Accepit eum de ſinu.* Textus. *Et portavit eum in cænaculum, ubi ipſe manebat, & poſuit ſuper lectum ſuum.* Non portavit extra domum, non eſt egreſſus foras, ſed in domo propriâ matris ſtetit, ubique ſciente, audiente matre, pro defuncti filii reſurrectione preces fudit. Poſtquam verò illum reſuſcitavit, regeneravit, non curavit deferri in Judæam, in domum Abdiæ vel alicujus fidelis, ut ab eo in verâ Religione inſtrueretur, ſed verſ. 23. *Tulit Elias*
verſ. 23. *puerum, & depoſuit eum in inferiorem domum & tradidit Matri ſuæ.* Toſta-
Toſtatus. tus quæſt. 37. *Volens matri pueri congaudere præſentavit puerum.* Quia illâ

conſciâ & volente fuerat renatus, eum educandum propriæ Matri reddidit. Poſito quod non fuerit tunc cõverſa, ſed adhuc gentilis & pagana. Ex dictis ſupra credibile eſt ipſi puero non tantùm vitam corporalem, ſed etiam ſpiritualem reſtituiſſe, vel reddiſſe matri abſq; periculo perverſionis.

Idque colligo ex verſ. 24. vbi ma-
V. ter in hæc verba prorumpit. *Nunc in iſto cognovi, quoniam vir Dei es, & verbum Domini in ore tuo eſt.* Toſtatus quæſt. 37. *In hoc quod ſuſcitaſti puerum cognovi, quod es Propheta, quia alioqui non potuiſſes ſuſcitare eum.* Ideòque non pervertam illum, nè peccata mea adhuc illi cauſent mortem. Quod à fortiori probari poteſt, nam puer ille redivivus erat Jonas, ut teſtantur Epiphanius in hiſtoria prophetarum, S. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 7. Etym. cap. 7. de Partiarch Dorotheus in Synopſi Petrus de Natalibus in Catalogo ſanctorum lib. 3. cap. 26. Adrichomius in theatro Terræ Sanctæ in Tribu Aſſur cap. 71. Rupertus, Lyranus, Dionyſius, Haymo, Ribera in cap. 1. Jonæ, Toſtatus in lib. 3. Regum cap. 17. verſ. 31 Noſter P. Lezana tomo 1. annalium anno mundi 3127. S. Hieronymus prologo in Jonam, & Joannes 44. Patriarcha Jeroſolymitanus libro de inſtitut. Monachor. cap. 12. ait. *Inter Prophetas Eliæ diſcipulos, fuit Sanctus Ionas de regione Geth quæ eſt in Offir, filius illius mulieris viduæ, cui ligna colligenti in Sarepta Sidoniorum Elias obviavit in cujus Domo latuit, dum Rex Achab per omnes gentes & regna eum*
Ioann. 44 *ad mortem perquiri fecit. Hunc Ionas puerum Elias ſuſcitavit a mortuis cùm ſuſtentaretur in domo ſua Matris, quẽ ob hoc Mater ex devotione tradidit Eliæ erudiendum in diſcipulum Propheticæ vitæ Monaſticæ & factus Eliæ diſcipulus miniſtrabat ei.* Accedit ratio. Ideò filii infidelium nunquam baptiſatorũ, carentes uſu rationis, & qui ſunt ſub dominio, tutelâ & curâ parentum ſuorum nequeunt invitis parentibus baptiſari, quia vel iſti filii ſubtrahuntur parentibus, vel ipſis relinquuntur. Si ſubtrahuntur fit injuria parentibus quia quodammodo privantur jure, quod habent in filios. Non ſunt autẽ facienda mala, ut eveniant bona. Si relinquantur, aut ſit periculum nè ad ipſos revertantur, adeſt periculum ſubverſionis, quia hi filii ſic baptiſati non poterunt educari in religione Chriſtianâ, ſed ad errores falſos traducentur à parentibus. Quod (ut notat Charemota de baptiſmo dubio 3. cap. 5. & alii) eſt maximè injurioſum Chriſtianæ religioni & Sacramento Baptiſmi ob periculum perverſionis. Deindè ſicut Eccleſia nequit compellere infideles pœnis corporalibus vel aliis ad amplectendam fidem Chriſtianam, ita nec eorum pueros rationis expertes baptiſare parentibus invitis. Cõfirmatur, proles ratione generationis naturalis ſunt pars parentum undè jure naturali illos habent ſub propriâ poteſtate: quos jus parentum in filios Chriſtus noluit violari per legem baptiſmi, nec Eccleſia unquam hactenus hoc tentavit, licet ſæpè habuerit commoditatẽ, & de facto habeat baptiſandi proles Judæorũ, quorum multi parentes ſubsũt poteſtati civili Eccleſiæ.

Pueri infidelium non baptiſatorum VI.
verbi gratiâ, Turcarum, Judæorum, in extremo mortis periculo conſtituti poſſunt licitè baptiſari invitis parentibus, licet ſint in eorum poteſtate & curâ. Ita Valentia diſput. 4. de baptiſmo quæſt. 3. puncto 3. Vaſquez part. 3. quæſt. 68. art. 10. quæſt. 155. cap. 3. Philiarchus, Reginaldus, Naldus, Bonacina, Coninck, & alii. Ratio eſt quia in caſu talis neceſſitatis ſpiritualis parvulorum nequeunt parentes ita rectè urgere ſuum jus paternum, ut baptiſmus non deberet illis adminiſtrari ob contrariam voluntatem prædictorum parentum. Deindè tunc parentes ſunt irrationabiliter inviti. Præterea ceſſat in illo caſu periculum perverſionis & apoſtaſiæ talium puerorum ex hypotheſi ſtatim moriturorum. Denique ſubveniendum eſt proximo in extremâ neceſſitate conſtituto. Et quemadmodum Elias vel alii ex ejus ſequacibus potuiſſet circumcidere puerum mulieris Sidoniæ in extremâ neceſſitate conſtitutum, ſic & Eccleſia pari jure poſſet baptiſare puerum Turcæ, vel Judæi agonizantem. Imò Miſſio-

nariun

nárium teneri eum baptiſare docent Suarez diſput. de fide ſect. 2. num. 3. Coninck, Major, Sylveſter, Azorius citati à Lorca 2. 2. diſp. 28. mem. 2. num. 32. Sylvius, Diana part. 3. tract. 5. reſol. 51. Valentia, Vaſquez, Philiarchus, Filliucius, Reginaldus, Naldus, Bonacina.

VII. Infantes infidelium non baptizatorum conſentiente uno parente verbi gratiâ patre vel matre, & alterâ diſſentiente poſſunt licitè baptiſari. Ita Valentia loco citato, Henriquez, Suarez, Poſſevinus, Vaſquez, Nugnus, Bonacina & alii apud illum. Probatur ex figurâ Elias & alii ex ejus ſequacibus potuiſſent circumcidere puerum patris Iſraelitæ fidelis & matris Sidoniæ ſeu Gentilis, verbi gratiâ, filium Achabi Iſraelitæ & Jezabelis infidelis & invitæ. Quoad baptiſmum patet ex cap. *ex litteris*, extra de converſione infidelium. De matre verò conſtat ex Concilio Toletano 3. cap. 14. & Concil. Toletano 4. cap. 61. Undè Valentia refert Gregorium XIII. id ſtatuiſſe. Ratio eſt, qui utrique parenti incumbit cura filiorum etiam in ſpiritualibus. Quare ſi alter parentum conſentiat poteſt Eccleſia uti jure illius in favorem parvuli.

VIII. Infantes infidelium invitâ matre ſuperſtite & conſentiente avo, vel alio ſuccedente in locum patris pro gerendâ curâ liberorum poſſunt licitè baptizari, adhibitâ ſemper prudentiâ quam ſupra notavimus. Sic Gregorius XIII. apud Valentiam ſtatuit ut Romæ parvulus quem avus ejus paternus volebat baptizari invitâ matre Judæâ, quæ defuncto patre ſuperſtes erat, baptiſaretur. Ratio Prima eſt, quia tali caſu interveniente illâ circumſtantiâ, quod ſcilicet unus parentum vel etiam avus conſentit, non poteſt alter parens ſuperſtes tantopere urgere ſuum jus cum diſpendio ſpirituali. Secunda ratio quia jure naturali & civili præfatæ perſonæ accipiunt patriam poteſtatem in proles patris defuncti.

IX. Poteſt infans natus ex uno ſaltem parente Chriſtiano baptiſari invitis parentibus. Ita Bonacina ſupra. Probatur ex cap. *Judæi*, 28. quæſt. 1. Sic Achabo renuente filius ejus poterat circumcidi. Ratio eſt quia talis filius ex vi ſuæ originis eſt ſubditus Eccleſiæ, ſicut alter parentum. Infans oriundus ex utroque parente infideli, quorum unus converſus eſt, poteſt altero infideli renuente baptiſari. Ita Navarrus conſil. 5. de baptiſmo & Doctores citati. Ratio prima eſt, quia infans ſequitur parentem innocētem & converſum. Secunda, hic actus cedit in favorem religionis & ſalutē infantis, & conſequenter contradictioni alterius parentis. Sic S. Elias in fine mundi baptiſabit infantes, quamvis dumtaxat alter parentum fuerit converſus. Notant tamen Navarrus, Filliucius & Bonacina baptiſmum non conferendum eſſe ab Eliâ, etiamſi parentes petant baptiſmum pro filiis, eâ ſolâ intentione ut ſanitatem ejus vi & meritis recuperent, quod aliquando à Turcis fuit factum, videntibus & audientibus, quod baptiſmus collatus ægrotis ab infirmitate liberaret. Ratio eſt, ſi enim non ſit ſpes, quod præfatus infans non alatur in Religione Chriſtianâ, ſed immineat periculum perverſionis & apoſtaſiæ, non debet baptiſari.

Parvuli infidelium qui jure, vel emptionis, vel alio juſto titulo, & legitimo ſunt mancipia & ſervi propriè dicti dominorum fidelium poſſunt invitis parentibus baptiſari. Primò, quia Syri capti ab Iſraelitis in bello, de quo lib. 4. Regum cap. 6 poterant licitè circumcidi ab Eliſeo, ſi illos retinere voluiſſet. Secundò, ex facto, nam Matathias lib 1. Machab. cap. 2. verſ. 46. juſſit circumcidi parvulos in bello captos. Sic (inquit noſter P. Gabriel à S. Vincentio de Sacramento baptiſmi diſp 4. quæſt. 4.) poſſunt Principes fideles baptiſare infantes infidelium qui juſto bello ſunt mancipia Chriſtianorum illis invitis, modò ſic baptiſati abſtrahantur à curâ Parentum. Ita expoſitores D. Thomæ, & alii apud Bonacinam, Valentiā & noſtrum P. Gabrielem citatum. Ratio eſt, quia Dominus alicujus rei poteſt pro arbitrio diſponere, ac etiā eſt verè Dominus parvulorum illorū cùm ſit Dominus parentum, qui ſunt X.

ejus mancipia, & conſequenter eorum quæ ad ipſos ſpectant, ut ſunt eorum filii. Igitur velint nolint parentes poteſt Eccleſiaſticus ſeu Catholicus Dominus de filiis eorum diſponere, & quidem abſque injuriâ filiorum, cùm his conferatur inſigne privilegiũ ſpiritale. Item abſque injuriâ Sacramenti, cùm ſupponamus ejuſmodi proles ſeparari à parentibus infidelibus, ſicque vitari periculum apoſtaſiæ, in quam facillimè laberentur ſeducti. & ſubverſi parentum conſortio. Deindè ex dictis non poteſt filius alicujus infidelis baptiſari invito parente, quia hic fieret injuria, & patriâ poteſtate privaretur. At in præſenti caſu mancipia & ſervi non ſunt ſui juris, ſed pertinent ad Dominum, igitur poſſunt eorum filii baptiſari abſque eo quod mancipium lædatur. Non ſequitur idem jus poſſe competere Gentilibus & Judæis quod Dominis Chriſtianis reſpectu ſuorum mancipiorum & captivorum, lib. 4.
l. 4. Reg. c. 5. v. 2. Reg. cap. 5. verſ. 2. ſertur. *Porrò de Syria egreſſi fuerant latrunculi, & captivã duxerant de terrâ Iſrael puellam parvulã, quæ erat in obſequio uxoris Naaman.*
verſ 3. Verſ. 3. *Quæ ait ad Dominam ſuam, utinam fuiſſet Dominus meus ad Prophetã, qui eſt in Samaria.* Si præfata puella fuiſſet maritata & capta cum infante, non potuiſſet Naaman, utpotè Dominus hujus captivæ filium ejus ipsâ invitã ad gentiliſmum inducere, nec Saracenis nunc licitum eſt filios mancipiorum Chriſtianorum ipſis parentibus invitis circumcidere. Ratio eſt, quia Gentiles & Saraceni opus bonum non exercent, cum illorum ſecta ſit falſa. Falluntur que ſummoperè ſi erga proles ſuorum captivorũ, & mancipiorum id ſibi licere perſuadeant. Deindè ipſis etiam Chriſtianis Dominis etiam per accidens illicitum eſt proles ejuſmodi mancipiorum his renitentibus baptiſare ob damnum ſubſequens, verbi gratiâ, ob permutationem vel redemptionem captivorum vel mancipiorum. Si enim ejuſmodi Principes Chriſtiani prævideant, quod ejuſmodi mancipia vel captivi redimentur & in ſuam patriã gentilem remeabunt, non debent proles ipſorum baptiſari ob periculum perverſionis.

Pueri infidelium, qui non ſunt ſer- XL.
vi, tributarii & vaſalli principum fidelium nequeunt baptiſari invitis parentibus. Ita Suarez loco citato ſect. 4. Vaſquez in 3. part. quæſt. 68. Coninck quæſt. 86. Victoria de ſacramentis quæſt. 27. Toletus lib. 2. cap. 21. num. 2. & alii apud Bonacinam citatum, noſter P. Gabriel à S. Vincentio tract. de Baptiſmo diſput. 4. quæſt. 4. Probatur ex noſtrâ hiſtoriâ. Licet Moabitæ eſſent tributarii regi Iſrael, & Idumæi tributarii regi Juda ut habetur lib. 4. Regum cap. 3. Filii Moabitarum & Idumæorum non poterant circumcidi à Judæis & Iſraelitis invitis parentibus Ratio prima eſt, quia parentes, qui ſunt tributarii & vaſalli, verbi gratiâ, Judæi commorantes permittentibus principibus in horum dominiis & civitatibus, non amittunt jus in filios ſicut non amittunt jus & dominium aliarum rerum, igitur ipſorum filii nequeunt baptiſari ipſis invitis. Secunda ratio quia vel filii iſtorum parentum ſubſtrahuntur à parentibus, vel ipſis relinquuntur. Si ſubſtrahantur injuſtè privantur jure quod habent in filios, ſi non ſubſtrahantur filii ſubjacent periculo ſubverſionis, & cõſequenter illicitum principibus baptiſare fillos Vaſallorum invitis parentibus. Tertia ratio, Eccleſia id nunquam permiſit, etiam dum occaſio ſeſe obtulit, verbi gratiâ tempore Auguſtorum Conſtantini Magni, Theodoſii, qui cùm eſſent ſubjecti Rom. Pontifici S. Sylveſtro, & S. Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi facilè id obtinuiſſent, ſi fuiſſet licitũ, & Eccleſiæ à Chriſto conceſſum. Quin imò Concilium Toletanum IV. damnavit factum Zizibuti Regis, eo quod nonnullos Judæos ſibi tantùm civiliter & non ſerviliter ſubjectos baptiſaſſet. Quarta ratio, cap. *de Iudæis*, diſt. 45. cap. *cui* de Saracenis, cap. *Sicut Iudæi*, de converſione infidelium, infideles non ſunt àd fidem cogendi. Igitur nec infantes infideliũm debent baptizari his nolentibus. Denique quamvis Eccleſia & Principes Chriſtiani poſſint jure impedire infideles

nè

nè aliquid agant contra jus naturæ, ac proindè filios ab illis invitis ſubſtrahere ſi doceant jurare, furari, blaſphemare, diis immolare & alia ejuſmodi cum bonis moribus pugnantia, vel ſi velint filios occidere, quia ſunt crimina, ideòque non facienda. Sunt enim contra lumen naturale, cui fideles ſubjiciuntur, & cujus cuſtodes ac vindices Principes Chriſtiani conſtituti ſunt. Tamen nequeunt cogere infideles, nè aliquid agant contra legem ſupernaturalem, ſeu fidei, cujuſmodi eſt præceptum de baptiſmo, cum de lege ſupernaturali, & de abuſu circa illam nequeant convinci, & ratione talis legis implendæ ſoli Deo ſubjiciantur, non verò Eccleſiæ vel principibus Chriſtianis juxta illud 1. Corinth. cap. 5. verſ. 12. *De iis qui foris ſunt Deus judicabit.*

XII. Dices Deum præcipere, ut infantes baptizentur, igitur potiùs illi parendum, quam hominibus. Reſpondeo Deum etiam præcipere nè violetur jus naturæ, quod nobis fieri non volumus alteri non faciamus Matth. c. 5. Ideòq; Deum præcipere baptiſmum ſervato juris ordine, ita ut nulla fiat injuria juri naturali, quæ tamen fieret ſi infantes invitis parentibus baptizarentur. Quod ſi dicas jus divinum eſſe majus jure naturæ, & conſequenter illud eſſe huic præferendũ. Reſpondeo negandam eſſe conſequentiam ſi applicetur præſenti inſtituto, tunc enim dumtaxat jus minus cedere debet majori, quando duæ leges ſimul ſervãdæ occurrunt, quod hic non occurrit, cùm nullum divinum præceptum exter obligans nos ad baptizandos filios infidelium repugnantibus parentibus. Eſt enim præceptum naturale relinquere unicuique, quod ſuum eſt nec illud diſtrahere invito Domino. Cæterùm, P. Gabriel à S. Vincentio poſt Suarez, Vaſquez & alios ait Dominum Chriſtianum non teneri filios mancipiorum baptizare parentibus invitis. Ratio eſt ideo licitum eſt mancipiorum filios baptiſare parentibus invitis, quia tam parentes quàm filii non ſunt ſui juris, ſed Domini, qui poteſt ad nutum abſque parentum injuria alienare. At Dominus rei quamvis poſſit rem diſtrahere, non tamen ad id tenetur. Poteſt ergò Dominus illorum mancipiorum illis & eorum filiis uti ſi velit, verbi gratiâ, proles baptizare abſque cujuſquam injuriâ. Nec refert quod ſi proles mancipiorum baptiſentur, quod parentes paſſivè ſcandalizabuntur, & ſument occaſionem convitiis afficiendi Eccleſiam & religionem Chriſtianam. Dico illud ſcandalum oritur ex ignorantiâ, vel ex fragilitate, quod ſcandalum curari non debet, cum Sacramentum ſit infantibus neceſſariũ, & miniſter teneatur ex miſericordiâ Chriſtianâ illum baptiſare, quod non debet omittere ob ſcandalum paſſivum parentum.

Quoad tutores & curatores puerorum infidelium qui utroque parente ſunt orbati, dicit P. Gabriel à ſancto Vincentio, quod ſi ſermo ſit de infantibus infidelium non ſubditorũ Principibus Chriſtianis non poſſe baptizari (ſi careant utroque parente) abſque conſenſu curatorum. At infantes infidelium ſubditorum Principibus Chriſtianis dico poſſe baptizari ſolo Principis conſenſu. Ratio eſt quia tutores & curatores jure naturali nullam habent poteſtatem tutandi & curandi infantes adinſtar parentum, ſed solùm jure humano & civili, in quo Princeps diſpenſare poteſt, quia diſpenſatione ſeu conſenſu Principis factâ poſſunt pupilli baptizari abſque tutorum & curatorum conſenſu. Deindè Princeps eſt ſupremus tutor & curator orphanorum, & conſequenter adveniente Principis conſenſu interpretativo, ſine formali diſpenſatione infans licitè baptizari poteſt. XIII.

Filii quorumcumque infidelium non baptizatorum habentes liberum uſum rationis, licet civiliter adhuc ſubjiciantur parentibus, adeòque nequeant civiles contractus inire. Poſſunt invitis parentibus baptizari, ſi dicti filii conſentiant. Ratio eſt, quia homines cujuſcumque ſint ætatis ſtatim atque pollent uſu rationis, poſſunt pro ſeipſis reſpondere, & benè & malè agere, & non dependent amplius à parentibus quoad obſer- XII.

vantiam

vantiam legis etiam ſupernaturalis, ſed tenentur utramque ſervare, & peccant niſi ſervent. Nihilominus diligenter cavendum eſt periculum apoſtaſiæ, ideòque ſi filii conſentiant ad ſuſceptionem baptiſmi amovendi erunt à parentibus, ac inſtruendi inter Chriſtianos, nè conſortio parentum incidant in apoſtaſiam, quæ eſt deterior infidelitate, ſicque fiant noviſſima pejora prioribus. Id patet ex hiſtoria noſtra, ſupponamus enim Eliſeum (qui inſciis parentibus ſuis vocatus eſt ab Eliâ lib. 3. Regum cap. 19 verſ. 19.) nondum attigiſſe annum quo ſolent contractus civiles
l.3. Reg. 19.v.19 fieri inſciis & invitis parentibus, nihilominus inquit Textus Sacer ver-
verſ.20. ſu 20. ait, quod *ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam.* Nec obſtat quod ſubdit. *Oſculor oro patrem meum & matrem meam, & ſic ſequar te.* Dionyſius. *Da mihi licentiam valedicendi parentibus meis, & ſic ſequar te.* Non ait non poſſum te ſequi invitis parentibus meis, nec ipſis inconſultis (ſuppoſito quod fuerint gentiles) ſed *oſculer oro,* precor da mihi licentiam ut ipſis va-
verſ.21. ledicam. Verſ. 21. *Reverſus ab eo poſtquam cucurrit, tulit par boum & mactavit illud, & in aratro coxit carnes & dedit populo & comederunt,*
Dionyſ. *conſurgens abiit & ſecutus eſt Eliam.* Dionyſius. *Reverſus ab Eliâ poſtquam tulit duos boves ſuos cum quibus aravit, & mactavit par boum per carnificem, & per ignem quem fecit ex ligno aratri in fruſta conciſi, coxit carnes, & dedit populo, & comederunt, hoc eſt ex contribulibus ſuis & ſociis ad comedendum, & ita ſe habuit liberaliter & curialiter valedicens, & gaudii ſui eos voluit eſſe conſortes, ac honeſtè receſſit ab eis, quos tamen benè & charitativè refecit, &c. Conſurgensq; manè oſculatis parentibus abiit, &c.*

§. 2.

An qui poſt Baptiſmi ſuſceptionem à ſuſceptâ fide aberrarunt poſſint compelli ad eam iterum amplectendam.

I. INter Apoſtatas aliqui ſunt, qui fidem veram & Chriſtianam de facto vel ſecundùm eorum opinionem prætenſam veram profeſſi ſunt ſine baptiſmi ſuſceptione, verbi gratiâ, ſi Catholici vel Hæretici non baptiſati deflectant ad Judaiſmum, vel Paganiſmum: alii ſunt qui poſt ſuſceptum baptiſmum ad illas ſectas aberrant. Et horum duo ſunt genera, nam aliqui verum Baptiſma ſuſceperunt, ſed exterius nullum fidei actum exercuerunt, alii cum ſuſcepto baptiſmate publicè profeſſi ſunt fidem.

II. Qui Baptiſmate ſuſcepto, & profeſſione fidei factâ ſectam infidelium amplectuntur, poſſunt cogi ab Eccleſiâ ut toto vitæ tempore retineant fidem profeſſam, Ita Duvallius tract. de fide quæſt. 7. Probatur primò ex D. Auguſtino epiſt 33. ad Bonifaciū, & ex S. Gregorio epiſt. ad Gennadium ducem Africæ. Quamvis autem S. Auguſtinus agat præcipuè de hæreticis, tamen in hac parte idem eſt judicium de apoſtatis, cùm ipſi æquè ac hæretici fidem Eccleſiæ datam violarint. Secundò ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. & praxi Eccleſiæ, quæ eos ſemper compellere conſuevit. Tertiò, ratione, quia per Baptiſmum Eccleſia acquirit jus in eos. Baptiſma enim eſt janua, quâ intratur in Eccleſiam. Ex Concilio Florentino in inſtructione Armenorum. Ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. de Pœnitentiâ cap. 2. At Eccleſia juriſdictionem habet in eos, qui in eâ ſunt ex Apoſtolo 1. Corinth. cap. 5. verſ. 12. *Sunt enim* (inquit Cornelius ibi) *ſicut mancipia in familia, & rei incarcerati in urbe.* Poteſt igitur cogere nè polluant baptiſmum ſuſceptum, & ut fidem quam tunc profeſſi retineant totâ vitâ ſuâ.

Dices

III. Dices illos Apoſtatas non eſſe intus, ſed foris, cùm non ſint amplius de Eccleſia, ſeu cœtu fidelium. Reſpondeo ſufficit ad hanc compulſionē quod aliquando fuerint de Eccleſia, ut poſſit in eos exercere juriſdictionem. Seu ſunt extra Eccleſiam, quia privati ſunt bonis Eccleſiæ, tamen ſunt intus, quia ſubſunt ejuſmodi juriſdictioni: nam retinentes characterem baptiſmalem, manent ſuâ primâ profeſſione devincti, obligati, & ſubjecti Eccleſiæ, teneanturque obſervare feſta, jejunia, aliaſque Eccleſiæ leges. Vel ſunt ſemper de Eccleſia quoad vim coactivam & pœnalem, nec Eccleſia per apoſtoſiam illorum perdidit jus quod in eos habebat, ſicut nec Rex quando ſubditus ad caſtra hoſtiū ſe recepit, nec Dux quando miles fugit. Et licet quis poſſit Rempublicam civilem, in quâ natus eſt aliquando deſerere, & tranſire ad regnum aliud, tamen non licet deſerere Eccleſiam ſine illius injuriâ. Undè poteſt jure animadvertere in deſertores & apoſtatas, & à fortiori in hæreticos.

IV. Poteſt Eccleſia compellere apoſtatas, qui verum Baptiſmum ſuſceperunt, ut redeant, quamvis nullum unquam actum emiſerint privatim vel publicè. Probatur primò ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de Baptiſmo can. 14. *Si quis dixerit parvulos baptiſatos cùm adoleverint, interrogandos eſſe an ratum habere velint, quod Patrini eorum nomine, dum baptiſarentur polliciti ſunt. Et ubi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos. Nec aliâ interim pœnâ ad Chriſtianam vitā cogendos, niſi ut ab Euchariſtia aliorumq́; Sacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant, anathema ſit.* Secundò, probatur ex cap. *contra Chriſtianos*, tit. *de hæreticis* in 6. ubi Pontifex pręcepit procedi contra eos quaſi contra hęreticos. *Etiamſi* (inquit) *fuerint baptiſati dum erant infantes.* Tertiò, Eccleſia accipit poteſtatem in homines, non tam ex vi actus fidei eorum, quam ex vi Baptiſmi ſuſcepti. Nam Eccleſia eſt quędam viſibilis reſpublica, juriſdictio cujus fundari debet, non in aliquo actu interiori fidei, ſed in ſigno aliquo viſibili. At illud ſignum viſibile eſt baptiſmus. Denique qui verum Baptiſmum ſuſceperunt, habent characterem omninò indelebilem. Licet igitur nunquam emiſerint actum fidei, poſſunt ab Eccleſiâ baculo reduci inſtar ovium, quæ errant extra ovile, & ſignatę ſunt, alioqui ſi hoc non poſſet cederet in opprobrium maximum & manifeſtam Eccleſiæ injuriam.

Concilii Tridentini.

V. Qui metu ſuſceperunt Baptiſmum poſſunt & debent cogi. Probatur ex cap. *majores*, tit. *de Baptiſmo, & ejus effectu*, ubi Pontifex decernit eum, qui vi & pœnis coactè baptiſatus fuit, etiam characterem ſuſcepiſſe, & ideo cogendum ad ſervandam fidē Chriſtianam. Et cap. *contra Catholicos*, ubi ſtatuitur debere compelli infideles, quamvis fuerint baptizati timore mortis. Modò præcisè & abſolutè non fuerint coacti, id eſt ſecundùm Gloſſam modo renitentes aut reclamantes Baptiſmum non ſuſceperint. Confirmatur ex diſt. 45. can de Judæis, ex Concilio Toletano. Quartò, accedit ratio prima quia quæ fiunt ex metu, licet ſecundùm quid ſint involuntaria: tamen abſolutè ſunt voluntaria, ut patet ex eo, qui contraheret metu ſupplicii, carceris, vel infamiæ, qui contractus ex naturâ validus eſt, quamvis jure poſitivo, illa quæ vi, timoriſque causâ fiunt, ſoleant irritari. Ergò licet aliquis metu mortis, exilii, vel alterius ſupplicii Baptiſmum ſuſceperit, tamen ex ſe cogi poteſt ad ſervandam totam fidem Chriſtianam, maximè cùm ejus Baptiſmus nullo jure irritetur, ſicut irritantur alii contractus ex metu mortis facti. Secunda ratio, juramentum vi extortum propter interpoſitionem Divini Numinis obligat, igitur & Baptiſmus metu ſuſceptus, quia opus operatum Chriſti in eo intervenit, proindèque Eccleſia in eos ita baptiſatus poteſt opportunè exercere juriſdictionem ſuam.

VI. Dices, jus nemini quæritur per injuriam, ſi igitur aliquis eſſet baptiſatus per metum, non ideò Eccleſia acquireret jus in illum. Reſpondeo negando conſequentiam, quia ex dictis ipſe conſenſit, & ſuſcepit Baptiſmum

voluntariè & ideò Eccleſia acquirit jus in eum per hanc voluntariam ſuſceptionem: non autem per metum, ſeu actum injurioſum.

VII. Dices ſecundò, ex hoc ſequi parvulos infidelium baptizatos invitis parentibus non poſſe cogi ad fidem, quia voluntariè non ſuſceperunt baptiſmum. Neque enim in ſe, nec in parentibus, ut patet, talem habuerunt voluntatem. Reſpondeo poſſe cogi, ut conſtat ex diſt. 45. cap. *de Judæis*, Ratio eſt, quia etſi neque parentes, neque ipſi elicuerint talem voluntatem, tamen non deſinunt Baptiſmũ voluntariè ſuſcepiſſe, ratione voluntatis eorum, qui baptizarunt. Nam horum voluntas debet interpretativè iis imputari, cùm illud negotium geſſerint in eorum utilitatem. At quilibet interpretativè in id conſentit, quod factum eſt in ſuam utilitatem. Undè fit ut illi parvuli cùm adoleverint debent ratum habere ſuum Baptiſmum. Quod ſi illum ratum habere nolint, nec obſervare ea quæ ſunt Chriſtianæ fidei, poſſunt jure compelli ab Eccleſia, maximè cùm ſanctitas Baptiſmi id exigat, nè ſcilicet polluantur per infidelitatem. Verum quidem eſt factam eſſe injuriam parentibus iſtorum parvulorum, quia cum ſub eorum tutela ſint, & ſint quaſi res eorum, non potuerunt ipſis invitis baptiſari, loquendo more humano, nec obligare ad aliquid. Nihilominus tantùm abeſt, ut ipſis parvulis facta ſit injuria, quin potius indè magnum commodum reportarunt, ut patet. Et ideò Baptiſma illis collatum jure eos obligat ad obſervationem fidei Chriſtianæ. Dices tertiò, fides libera eſſe debet & conſequenter nemo ad eam cogendus eſt. Reſpondeo id verum ante ipſius fidei profeſſionem, poſt verò, qui eam ſuſcepit, cogi poteſt jure ad eam retinendam, ut patet in aliis multis, verbi gratiâ, in matrimoniis, votis, Sacerdotio, militiâ & ſimilibus, quæ libera ſunt priuſquam quis iis ſe obſtringat, poſt autem non amplius libertati ſubjiciuntur.

VIII. Qui nunquam verum Baptiſmum ſuſceperunt, ſi tamen fidem Catholicam profeſſi fuerunt ab eâ recedentes, ab Eccleſia compelli poſſunt ad fidem retinendam. Ita Alphonſus à Caſtro lib. de juſtâ hæreticorum punitione cap 8. Duvallius ſupra. Verbi gratiâ, ſi Catechumeni ſufficienter inſtructi in fide Chriſtiana, qui firmum propoſitum ſuſcipiendi Baptiſmi conceperunt, illudque manifeſtarunt publicè coram Eccleſia, ſi poſtea fidem deſerant, poſſunt ab eâ compelli. Probatur primò ex cap. *veniens*, de Presbytero non baptizato. *Non ſolùm per ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti efficitur quis membrum Chriſti.* Sed ſi efficiamur membra Chriſti per ſolam fidem, igitur etiam membra Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius. Sed Eccleſia poteſtatem habet in ſua membra, igitur & in ſuos Catechumenos ſi ſuum propoſitum & fidem declararint publicè. Nam Eccleſia eſt aliquod corpus viſibile, quæ indiget aliquo ſigno viſibili vel actu, ut ſuam juriſdictionẽ exerceat in aliquem. Secunda ratio, conſentaneum eſt, ut Eccleſia à Deo & à Chriſto inſtituta rationabiliter ſuam extendat juriſdictionem, igitur ubi habet jus aliquod imperfectum, & quaſi indirectum, ſicut habet in Cathecumenos ratione exterioris profeſſionis eorum, legitimè poterit ſuam juriſdictionem exercere in eos, ſi deliquerint. Tertia ratio, Cathecumenus moriens ante ſuſceptionem baptiſmi, ſalvatur, ſed extra Eccleſiã nemini ad ſalutem introitus datur. Igitur ille Cathecumenus debuit eſſe non tantùm de animâ, ſed etiam de corpore, ſi patefecerit ſui animi propoſitum & quaſi profeſſionem publicam fidei Chriſtianæ jam emiſerit, & ideò non tantùm eſt de anima, quæ eſt quid internum & inviſibile, ſed etiam de Eccleſiæ corpore viſibili & externo.

Dices primò Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. de pœnitentia cap. 2. ait. *Conſtat certò baptiſmi miniſtrum judicem eſſe non oportere, cùm Eccleſia in neminem judicium exerceat, qui non priùs in ipſam per Baptiſmi januam fuerit ingreſſus.* Igitur non baptiſatus nequit cõpelli ab Eccleſia. Reſpondent IX. Conciliũ Trident.

Alphonſus

Alphonſus à Caſtro & Duvallius per Baptiſmum, qui dicitur janua Eccleſiæ, non tantùm intelligi baptiſmum aquæ ſeu fluminis, ſed etiam flaminis ſeu Spiritus ſancti. Undè Cathecumeni, quatenus Chriſtianam fidem admiſerint publicè tanquam veram, & profeſſi ſunt, de corpore eſſe, & in eam ingreſſi dicuntur, quia qui ſunt baptiſati Baptiſmo flaminis ſeu S. Spiritus baptizati ſunt, quamvis non ita perfectè, ſicut illi qui baptiſmo aquæ regenerati ſunt. Hi enim habent baptiſmalem characterem, quo tanquam membra Eccleſiæ realiter inſigniuntur, alii autem non habent, ut Duvallius docet parte 1. de Eccleſia cap. 5.

X. Dices ſecundò Eccleſiam non poſſe abſolvere Sacramentaliter Cathecumenum in extrema neceſſitate. Igitur ſi in aliquo delinquat contra religionem Chriſtianã, nequibit Eccleſia eum judicare, vel plectere, cùm duo hæc ſint inter ſe cõjuncta. Reſpondeo primò Cathecumenum poſſe in extrema neceſſitate abſolvi ſacramentaliter. Reſpondeo ſecundò & verius, cùm Baptiſma ſit primum & janua omnium Sacramentorum, diſparem eſſe rationem abſolutionis ſacramentalis & punitionis, quia abſolutio refertur ad bonum particulare illius, qui abſolvitur: punitio autem extenditur etiam ad bonum totius communitatis. Nam Reſpublica quæcumque illa ſit, in inferendis pœnis non ſolùm intendit perſonam rei ad meliorem frugem revocare, ſed etiam communitati ſatisfacere, ut pote offenſæ & læſæ per peccatum apoſtaſiæ illius. Undè fit, ut aliquis poſſit puniri ab Eccleſia, qui tamen nequibit ab ea abſolvi Sacramentaliter: ut patet in hæreticis, & aliis peccatoribus obſtinatis, in quos animadvertit Eccleſia, licet eos ob indiſpoſitionem nequeat ſacramentaliter abſolvere, quia abſolutio Sacramentalis eſt Sacramentum, cujus Baptiſma eſt janua, ſicut & aliorum Sacramentorum. Punitio autem illius ob apoſtaſiã non eſt actus ſacramentalis, ſed dumtaxat actus poteſtatis jurisdictionis, cujus juriſdictionis janua non eſt ſolus Baptiſmus, ſed profeſſio ipſius fidei. Undè qui noſtram cõcluſionem improbant debent iſtud neceſſariò affirmare cùm dicant, quod ſi quis nõ baptiſatus diu viveret & iſto temporis intervallo aliis Sacramentis participaret, præſertim Eccleſiæ, poſſet compelli ab Eccleſia ſi deficeret à fide. Ergò fons & origo juriſdictionis Eccleſiaſticæ in aliquem non eſt Baptiſmus.

Dices tertiò, Eccleſia nequit Cathecumenum excommunicare ob delicta commiſſa contra bonos mores, igitur nec ob apoſtaſiam vel hæreſim: nam in ratione puniendi eſt utrobique par ratio, quamvis regulariter loquendo hæreſis debeat magis plecti quàm quodvis aliud peccatum. XI. Reſpondeo poſſe etiam plecti Cathecumenos ob alia peccata, licet ſit major ratio eos plectendi ob apoſtaſiam quæ eſt horrendum peccatum. Dices quartò, qui propoſuit fieri membrũ alicujus Reipublicæ, vel alicujus Congregationis nequit cogi antequam de facto ſit factus civis iſtius Reipublicæ, vel membrum Congregationis. At Cathecumeni dumtaxat propoſuerũt per Baptiſmum corpori Eccleſiæ inſeri, non tamen de facto ſe Eccleſię inſeruerunt. Igitur non poterunt ab ea cõpelli, niſi poſt baptiſmum ſuſceptum. Reſpondeo 1. deſiderium ſeu propoſitum ſe affiliandi alicui Reipublicę vel Cõgregationi, non affiliare perſonam deſiterantem vel proponentem: tamen optimè aggregare Eccleſiæ, quæ eſt quędam cœleſtis & ſpiritualis Reſpublica, bona enim deſideria & vota ſolent à Deo acceptari: & ſi innoteſcant publicè, etiam ab Eccleſiâ, quæ ipſius Dei viventis Sponſa eſt. Sicque Cathecumeni per votum & propoſitum in ſuâ mente conceptum optimè dicuntur membra corporis Eccleſiæ. Et hinc eſt, quod conceduntur aliquando à Sede Apoſtolicá Indulgentiæ iis, qui votum habent ſeu propoſitum alicuius Confraternitatis ingrediendę vel Cõgregationis & pares ſunt ſi ac eſſent de facto ingreſſi. Reſpõdeo ſecundò, Cathecumenos non ſolùm mente proponere ingredi Eccleſiam: ſed de facto & reipsâ eam eſſe ingreſſos per illud propoſitũ firmum, quatenus

innoteſcit, quamvis non ita perfectè, ac per ſuſceptionem Baptiſmi aquæ.

CAPUT VII.

An Infideles, qui nunquam fidem ſuſceperunt ſint ad fidem compellendi.

I. SUppono primò tria eſſe genera infidelium: Alii qui de facto ſubjiciuntur Chriſtianis Principibus, ut Judæi, qui in Italia, Germania, & alibi degunt. Alii, qui de jure ſubduntur, ſed non de facto, ut Turcæ qui incolunt terras Chriſtianorum occupatas per tyrannidem. Alii qui iis non ſubduntur de jure, vel de facto, ut infideles in regionibus nuper detectis. Suppono ſecundò duplicem eſſe coactionem, unam violentam abſolutè, quâ quis invitus & nolens ſimpliciter cogitur ad fidei profeſſionem, aut aliquod Sacramentum ſuſcipiendum. Alteram ſecundùm quid, quâ quis ad fidem profitendam metu pœnæ vel ſupplicii inducitur & movetur. Ut ſi quis Princeps bellum minaretur infidelibus, niſi religionem Chriſtianam amplecterentur. Suppono tertiò poſteriorem coactionem poſſe exerceri dupliciter. Primò directè quando movetur bellum in finem fidei ſuſcipiendæ. Indirectè autem, quando vexantur infideles alio titulo, ſed intenditur eos ad fidem reducere. Ut ſi Chriſtianus Princeps vectigalibus gravibus infideles ſubditos oneraret, à quibus Chriſtiani ſibi ſubditi forent exempti.

II. Conveniunt Doctores nullum infidelem quicumque ſit ille, ſivè ſubditus, ſivè non, poſſe cogi coactione abſolutè violentâ, itaut cogatur invitus & nolens fidem profiteri, vel aliquod Sacramentum ſuſcipere. Ut ſi manu traheretur ad templum, vel ei invito & renitenti aqua baptiſmi infunderetur. Hoc enim & illicitum eſt, & nullitatem actus prorſus inducit, eo quod ejuſmodi profeſſio ſit planè involuntaria, imò (ut patet) non eſt actio humana. Nõ tantùm ſic collatus eſt nullus, ſed forma baptiſmi in tali caſu eſt omninò irrita. Et conſequenter cogendi non ſunt infideles coactione abſolutè violentâ. Conveniunt ſecundò poſſe infideles compelli, nè blaſphemiis, perſecutionibus iniquis, maliſque artibus religioni Chriſtianę noceant, ſivè ſubditi ſint, ſivè non, diſt. 23. quæſt. 8, Cõmendantur Chriſtiani Principes eo quod coercuerunt bello tales infideles. Ratio eſt, quia Eccleſia Catholica non habet minus jus ad ſe tuendum, quàm Politicæ Reſpublicæ, ſed quælibet civilis Reſpublica poteſt ſe ſuoſque tueri contra iniquos adverſariorum conatus, igitur & Catholica Reſpublica, alioqui Chriſtus illi malè providiſſet, eſſetque conditionis deterioris reliquis aliis rebuſpublicis quod abſurdum eſt.

An autem infideles poſſint ab Eccleſia, vel Chriſtianis Principibus compelli ad de facto fidem ſuſcipiendam non conveniunt Doctores. Suppono eos non poſſe compelli per excommunicationem & alias cenſuras. Ratio eſt, quia cùm infideles nomen nõ dederint Eccleſiæ, non ſunt ſubjecti juriſdictioni illius, proindeque nequeunt compelli hoc genere correctionis juxta illud Apoſtoli 1. Corinth. cap. 5. verſ. 12. *Quid mihi de his qui foris ſunt.* Scilicet infidelibus. Quæſtio igitur dumtaxat eſt, an infideles poſſint cogi ab Eccleſia, vel Principibus Chriſtianis per arma, carceres, exilia, tributa, & alia ſimilia. Dico primò infideles, qui non ſubduntur de jure vel de facto Eccleſiæ, vel principibus Chriſtianis nequeunt cogi in eum finem ut fidem amplectantur. Ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 10. art. 8. D. Bonaventura, Durandus, & Paludanus, Sotus, Duvallius in 2. 2. quæſt. 7. Becanus 2. 2. cap. 13. quæſt. 4. & alii paſſim contra Sotum in 4. diſtict. 4. quæſt. ultim. Gabrielem ibid. quæſt. 1. Probatur ex citato text. Apoſtoli. *Quid enim mihi de iis qui foris ſunt judicare, nam eos qui foris ſunt Deus judicabit.* Ubi nomine eorum, qui foris ſunt intelliguntur infideles qui ſunt extra Eccleſiam.

III. 1. Corin. 5. v. 12.

ſiam. Per eos autem qui intus accipiuntur fideles, qui ſunt intra Eccleſiam. Non poſſunt igitur eos judicare. Undè ſic argumentor. Prælati Eccleſiæ vel Principes Chriſtiani non habent temporalem, vel ſpiritualem juriſdictionem in infideles, qui ſunt extra eorum ditionem & Eccleſiam, igitur nequeunt judicare, vel pœnis ad fidem compellere. Poſſunt tamen hæretici compelli, quia licet ſunt extra Eccleſiam quoad internam unionem quæ fit per fidem, ſunt tamen Eccleſiæ ſubjecti ratione Baptiſmi.

IV. Dico ſecundò, Infideles ſubditos Eccleſiæ, vel Principibus Chriſtianis, ut Judæi Romæ, in Germaniâ, Hiſpaniâ exiſtentes nequeunt directè compelli ad fidem. Ita D. Thomas ſupra art. 8. ad 2. Duvallius, Becanus & alii. Probatur ex Matthæi cap. 10. & Lucæ cap. 10. Ubi Chriſtus mittens Apoſtolos ut infideles ad fidem convertant, præſcripſit eis formam obſervandam, quę à coactione prorſus aliena eſt, ut dictum eſt ſupra. Secundò, ex Concilio Toletano IV. can. 55. de

Conciliũ Tolet. 4. Judæis, prohibente nè vis inferatur cuiquam Judæorum ad credendum. *Deus enim* (inquit) *cujus vult miſeretur, & quem vult indurat, non inviti, ſed volentes ſalvandi ſunt, ut integra ſit forma juſtitiæ.* Tertiò ex Clemen-

Clem. 3. te III. idem ſtatuente de Judæis, & Saracenis, cap. *ſicut Iudæi.* Subjiciens hanc rationem. *Fidem creditur non habere, qui ad Chriſtianorum baptiſmũ, non ſpontaneus, ſed invitus cogitur pervenire.* Quartò ex Patribus paſſim docentibus Chriſtianam religionem potius manſuetudine, quàm minis, terroribus & ſuppliciis eſſe promul-

S. Gregor. gandam. S. Gregorius ut refertur diſt. 45. can. *Qui ſincerâ*, Ita loquitur *Qui ſincerâ intentione extraneos à Chriſtianâ religioni ad fidem cupiunt perducere, blandimentis non aſperitatibus ſtudere. Nam quicumque liter agunt, & eos ſub hoc velamine à conſuetâ ſui ritus voluerint cultutâ removere, ſuas illic magis, quam cauſas Dei probantur attendere.* Dices eundem ſanctum Gregorium hom. 33. in Evangelia locum Lucæ cap. 14. *Compelle intrare.* explicare de infidelibus ſcilicet Judæis & Gentilibus. Reſpondeo per compulſionem non accipit eam, quæ minis, terroribus & ſuppliciis infertur, ſed quæ conſiliis, ſuaſionibus opportunis, importunis, miraculis, & ſimilibus aliis. *Quibus ſuaſionibus* (inquit) *Diſcipuli Emaus uſi ſunt, cùm Chriſtum, ut cum iis maneret, coegerunt.* Idem habet lib. 2. epiſt. 52. *Egregius Prædicator ait, argue, obſecra, increpa in omni patientiâ & doctrinâ. Nova autem atque inaudita eſt illa prædicatio, quæ verberibus fidem exigit.* Acce-

dit S. Auguſtinus ſermon. 6. de verbis S. Auguſt. Domini. *Multi* (inquit) *Pagani habent iſtas abominationes idolorum in fundis ſuis Nunquid accipimus & confringimus, prius agimus ut in eorum cordibus idola confringamus.* Quintò ex Eccleſiæ traditione, quæ probabiliter à Chriſto & Apoſtolis deducitur ex regulâ S. Auguſtini lib. de doctrinâ Chriſtianâ. *De conſuetudinibus Eccleſiæ, quarum cùm initium nullum apparet, & per univerſalem Eccleſiam jugiter obſervatur, ſignum eſt eas eſſe Apoſtolicas.* Sed Eccleſia ad convertendos infideles nunquam uſa eſt mediis violentis, imò eos qui his uſi ſunt ſemper corripuit. Nec dicas Prælatos & Principes qui in Eccleſia olim floruerunt hac in parte zelo illo caruiſſe. Imò dico Principes Religioſiſſimos, & propagandæ fidei ubique locorum ſummo zelo incenſos, Conſtantinum, utrumque Theodoſium, Valentinianum, Honorium & alios, qui infideles ſibi ſubditos non coegerunt ad fidem amplectendam minis, terroribus, ſuppliciis, &c.

Sextò, Rationibus, poteſtas & juriſdictio Principum Chriſtianorum V. ordinatur dumtaxat ad finem naturalem, nec ſe extendit ad ea, quæ ſunt ordinis ſupernaturalis, ſed ſuſceptio fidei & baptiſmatis, non habet finem naturalem, ſed ſupernaturalem. Igitur poteſtas & juriſdictio Principum non ſe extendit ad eam. Confirmatur, quia in ſæcularibus Principibus, juriſdictio vel eſt ſolùm civilis, vel etiam Eccleſiaſticâ. Si civilis ſolùm, nõ ſe extendit niſi ad civilia & politica, cujuſmodi nõ eſt ſuſceptio fidei, vel baptiſmi. Si Eccleſiaſtica

etiam nequit exerceri niſi in eos, qui Eccleſiæ ſubſunt. At infideles non ſubſunt Eccleſiæ, nam ſunt foris & extra Eccleſiam ex Apoſtolo ſæpè citato. Secunda ratio, hinc ſequerentur multa incommoda. Nam qui metu adacti profiterentur fidem ſimulatè converterentur, redderentque Sacramenta irrita, & invalida, ſicque inferrent ſummam injuriam. Inſuper eandem ſimulationem poſteros ſuos docerent, religionemq; noſtram odio maximo proſequerentur, exiſtimarēt enim eam eſſe ab hominibus quærentibus quæ ſua ſunt, non autem à Deo, nec quærere ſalutem animarum, ut docet S. Gregorius loco citato, quod cedit in notabile religionis opprobrium. Denique judicarent fidem poſſe propagari non divinâ ope, ſed humanâ virtute & potentiâ. Tertia ratio. Religio Chriſtiana divina eſt & ſupernaturalis. Igitur proponenda mediis ſupernaturalibus & divinis, verbi gratiâ, miraculis, æternæ beatitudinis vel damnationis propoſitionibus, non autem naturalibus & humanis, multò minùs atrocibus & violentis, cujuſmodi ſunt timor mortis, exilii, carceris, mutilationis, &c. Quarta ratio, ad id (inquit Durandus) cogi nequit quod ratione naturali nō patet, hoc enim denotaret atrocitatē injurioſiſsimam quâ violaretur lumen naturę, imò ipſa natura. At fides Chriſtiana nequit naturaliter demonſtrari ex dictis.

VI. Dices veritatem ipſorum articulorum non poſſe oſtendi, tamen ipſos eſſe credibiles, dignoſque qui credantur ab omnibus hominibus evidenter demonſtrari. Contra eſto fides ſit evidenter credibilis, non eſt tamen evidens eam eſſe cum tantâ firmitate, quantâ opus eſt ad ſalutem credendam, ita ut malimus potius mori, quàm de ipſorum articulorum veritate paululùm dubitare. Deindè ex eo dumtaxat ſequitur poſſe quidē compelli infideles, ut fateantur articulos fidei credibiles & dignos creditu, non tamen ut ſibi perſuadeant de facto eſſe veros & abſolutè credendos. Hoc enim non demonſtratur naturaliter; imò inſiſtendo ſoli lumini naturali & ſolis humanis viribus, tam eſt impoſſibile perſuadere homini Chriſtum ex Virgine natum, quàm eum volare poſſe. Nam ad utrumque exigitur auxilium ſupernaturale. Igitur quemadmodum ridiculum valdè eſt, & periculoſum compellere hominem ad credendum quod poſſet volare: ita non eſt minus ridiculum & ſeverum eum compellere ad credendum quod Chriſtus ſit ex Virgine natus. Denique quando Chriſtus in ſuo primo adventu venit manifeſtaturus mundo ſuam doctrinam non uſus eſt armis & viribus potentiæ ſuæ, ſed manſuetudine & humilitate. Undè (inquit Matthæi cap. 24. verſ. 2.) Mat. 21. verſ. 2. Chriſtus ingreſſurus Jeruſalem, miſit duos diſcipulos, dicens eis. *Ite in caſtellum, quod contra vos, & ſtatim invenietis aſinam alligatam & pullum cum eâ, ſolvite & adducite mihi.* Cur aſinæ inſidet? quia eſt animal laborioſum & pacificum, non autem equo bello potiùs quàm pacis amatori. *Dominus* (inquit S. Chryſoſtomus homil. 37. in Matthæum in imperfecto) *aſcendens Ieroſolymam magnam gratiam pacis & concordia mundo reliquit.* S. Chryſoſtomus. *Non ſedit in curru aureo, pretioſâ purpurâ fulgens, neque aſcendit ſuper fervidum equum diſcordiæ amatorem & litis, qui de longè odorat bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & cum videt ſanguineam pugnam dicit in corde ſuo, benè eſt factum, ſed ſedet ſuper aſinam tranquillitatis & pacis amicam.* Id confirmat S. Matthæus verſ. 4. *Hoc totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum* verſ. 4. *eſt per prophetam dicentem.* Verſ. 5. *Dicite filiæ Sion,* verſ. 5. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullū filium ſubjugalis.* S. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagogiæ cap. 5. *Venit tibi juſtus, & manſuetus, & ſervans & ipſe mitis, facilis, &c.* Venit damnās bella & diſſenſiones: venit damnans pompas regum principū. Os Aureum proſequitur. *Non vides in circuitu ſplendentes gladios, aut cætera ornamēta terribilium armorum. Sed quid? ramos frondentes teſtimonia pietatis. Venit ergò manſuetus, non ut propter potentiam timeretur, ſed ut propter manſuetudinem amaretur.*

VII. Si manſuetudine ſtipatus & atmatus Rex Chriſtus venit, quomodò Abac. 3. verſ. 4. Abacuc fortem vocat cap. 3. verſ. 4. *Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius?* Dico per fortitudinē intelligi non robur bellicum, ſed clementiam & manſuetudinem. Undè Drogo lib. de Sacramento Paſſionis Chriſtum ſic affatur. *Quæ eſt autē fortitudo tua, niſi manſuetudo tua?* Quaſi diceret, tuâ manſuetudine ô Chriſte tantis viribus pollet, ut pervicaciam gentilium, obſtinationem hæreticorum, obdutiſſimorum peccatorum coercere ac delinire poſſit. Hâc præcinctus omnia ad te traxiſti. Cur ſuam prædicationem auſpicaturus in Jordanem baptiſandus deſcendit, & tunc columba de cœlo lapſa capiti ejus inſidet, niſi ut ſignificaret mentes hominum ad fidem & baptiſmum clementiâ magis quàm juſtitiâ, pietate magis quàm ſeveritate inducendos eſſe. Hoc myſterium ingenioſè elucidat S. Anſelmus in Lucam cap. 3. *Rectè ſicut columba Spiritus in eū deſcendit, ut ejus manſuetudinem, nobis intimaret. Ipſe enim Iudex eſt generis* S. Anſelm. *humani, ſed quis eius ferret iuſtitiam, ſi prius quam nos per manſuetudinem colligeret, culpas noſtras per zelum rectitudinis examinare voluiſſet. Homo ergò pro hominibus factus mitem ſe hominibus præbuit, noluit peccatores ferire, ſed colligere. Prius venit per manſuetudinē colligere, ut haberet, quos poſtmodum in iudicio ſalvaret.* Uſus eſt Chriſtus in ſuo adventu manſuetudine ad retrahendos homines à ſiniſtrâ ad dexteram.

Apoſtolus methodum convertendi animas præſcribens ad Galatas c. 6. VIII. Galat. 6. verſ. 1. verſ. 1. *Fratres* (inquit) *etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* S. Ambroſius lib. S. Ambr. 2. offic. cap. 7. probat exemplo Moyſis. *Moyſes ſic ſibi populi mentem devinxerat, ut plus eum pro manſuetudine diligeret, quàm pro factis admirarentur.* Idem de Davide aſſerit. *David fortis in prælio, manſuetus in Imperio, patiens in conviciis, ferre magis quàm referre iniurias, ideò omnibus tam charus fuit, ut iuvenis ad regnum etiam invitus peteretur, & ſenex nè prælio intereſſet à ſuis rogaretur, quod mallent pro ipſo omnes periclitari, quàm illum pro cunctis. Itaque eum parentes filiis, filii parentibus præferebant.*

Hanc manſuetudinis ad ſalutem efficaciam teſtatur Apoſtolus, cùm enim Joannis cap. 1. Præcurſor ut homines ad Chriſtum traheret, eius proſapiam retuliſſet, perſonæ excellentiamq́, vitæ ſublimitatem, officii magnitudinem, doctrinæ profunditatem, baptiſmatis efficaciam, aliaq́; ejus magnalia prædicaſſet, ſed his omnibus nullum reportaret fructum, Ioan c. 1. verſ. 29. die ſequenti verſ. 9. ubi oculos in Jeſum conjecit, dixit, *Ecce agnus Dei, & audierunt duo diſcipuli dicentem, & ſecuti ſunt Jeſum.* Dum Chriſtus agnus nuncupatur, dum ille Rex Regum & Dominus dominantium à manſuetudine commendatur, ita diſcipulorum mentes devincit, ut illicò ipſo priore Magiſtro relicto ad Chriſtum convolent, illique adhæreant. *Intuere* (inquit S. Chryſoſtomus hoc loco) S. Chryſoſtomus. *quod neque cum dixit, poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, neque cum nō ſum dignus ſolvere corrigiam calceamenti quemquam lucratus eſt. Verùm cum de Chriſti generatione verba habere & in humiliorem ſermonē deſcendere cœpit, nempè ecce agnus Dei, ſecuti ſunt diſcipuli.* Dum manſuetus Rex nominatur ipſum ſequuntur & manſuetudine univerſum orbem ſe Chriſti jugo ſubjecturus ſperant. IX.

Principes Chriſtiani poſſunt infideles ſibi ſubditos compellere indirectè ad fidem vel baptiſmum, negando illis jus habitandi in ſuis provinciis niſi audiant Prædicationem, fidem amplectantur & baptiſmum ſuſcipiant, aut imponendo vectigalia graviora quam aliis ſubditis Chriſtianis, manendo tamen intra limites juſtitiæ, verbi gratiâ, poſſunt Sedes Apoſtolica & Cæſar imponere varia onera & tributa Judæis, à quibus Chriſtianos reddent immunes, eoſq́; ex ſuo diſtrictu pellere, ſicque illis non facient injuriam, cùm precario & abſque ullo jure olim admiſſi fuerint. Ita Duvallius & Becanus ſupra cum aliis. Probatur primò ex S. Gregorio X.

gorio epiſt. 6. expreſsè affirmante Judæos & Saracenos onerandos eſſe ejuſmodi tributis gravibus, ut ſic veniant ad fidem. Secundò rationibus. Quod abſolutè & abſque conditione alicui poteſt negari, hoc à fortiori poteſt negari ſub honeſtâ aliquâ conditione, ſed Chriſtiani Principes poſſunt abſolutè negare. Conditionatè, niſi velint audire prædicationem. Secundò, Chriſtiani Principes alio titulo, quàm ob infidelitatem poſſunt illis imponere illa onera & tributa, ut patet, cùm ſint eorum ſubditi, igitur etiam ad eos ad fidem inducendos poſſunt tacitè iſto jure uti. Non licet tamen Principibus eos omnibus bonis ſpoliare, niſi fortè conſtaret ea uſuris, & aliis iniquis modis acquiſita. Sicut paſſim Judæi feruntur his modis ſua bona acquirere. Si enim Judæi juſto titulo ſua bona poſſideāt, nequeunt Principes eā juſtè conſiſcare, nec poſſunt pro illius negatione & carentiâ eos conviciis afficere, cùm fides non ſit naturaliter demonſtrabilis.

XI. Nec obſtat primò quod Lucæ cap. 14, verſ. 23. in parabolâ Evangelicâ paterfamilias præcipiat ſervo, ut exeat in vicos, & compellat intrare ad cœnam quoſcumque invenerit. *Exi in vias & ſepes & compelle intrare.* Syriacus. *Et coge intrare.* Arabicus. *Compelle illos quoſcumque intrent.* Reſpondeo ut ſupra, per eos qui ad cœnam compelluntur, intelligi hæreticos & ſchiſmaticos, qui ratione Baptiſmi ſpectant ad Eccleſiæ juriſdictionem, poſſuntque compelli, ut ad unitatem Eccleſię redeant, ut notat Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium. Si verò intelligantur infideles tunc compulſio non accipitur pro violentâ compulſione, ſed pro vehementiori amore Chriſti, quo deſiderat omnes ad fidē converti, partim vehementiâ, & evidentiâ miraculorum, quibus Apoſtoli uſi ſunt ad fideles convertendos, Ut docet D. Thomas quæſt. 22. de veritate art. 9. ad ultimum. Vel vehementiori energiâ verbi. *Cogi verò* (inquit Euthymius) *juſſit eos qui ex gentibus erunt, non quod violentiam inferri præceperit, ſed ſubindicans quod vehemē-*

Euthym.

tiorem, ac conſtantiorem adhiberi prædicationem eos oporteat, utpotè fortiter à dæmonibus detentis, & in profundis erroris tenebris dormientibus. Et Titus Boſtrenſ. *Quia gentes intolerandâ quâdam errorū ſervitute tenebantur diabolo ſubditâ, Dei autem divinaq; cognitionis prorſus ignara: propterea validiori quadam vocatione egebant tali nimirùm, qualis aliquā compulſionis ſpeciem præ ſe ferret.* Vel compelli dicuntur, qui laboribus, ærumniis, fame ac infirmitatibus gravati ad Deum trahuntur, inquiunt S. Gregorius, Beda, Haymo ad hunc locū. Quibus accinit Regius Propheta pſal 77. verſ. 34. *Cùm occideret eos quærebant eum.* Beda. *Sæpè namq; aut longâ habitudine tabeſcunt, aut afflicti injuriis concidunt, aut percuſſi gravioribus damnis affliguntur, ſeque ipſos in ſuis deſideriis reprahendentes ad Dominum cordu convertunt, &c.* Dionyſius in pſal. 77. *Quærebant eum id eſt miſericordiam Dei pro indulgentiâ invocabant, & revertebantur ad Deum per pænitentiam diluculo, id eſt celeriter ex magno pænarum timore veniebant ad eum, non greſſibus pedum, ſpatioq; locorum, ſed mentis immutatione & pænitentiâ cordis.* Et pſalm. 15. verſ 4. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea acceleraverunt.* D. Auguſtinus. *Poſt multiplicatas infirmitates, acceleraverunt, ut ſalvarentur.* Fuſius noſter Michael de Bononia, vulgò Incognitus. Hoc intentum habuit P. Elias dum lib. 3. Regum cap. 17. Regem Achab affatus hanc ſententiam pronunciavit. *Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba.* Ut idololatras ab impietate ad verum Dei cultum revocaret, nubibus clauſtra injecit, cæloque ſiccitatis legem impoſuit, zelo Dei incenſus homines flagitia, & impietatem ſpirantes fame punit, occluſit promptuaria cœleſtia, & otio tellurem addixit. Acutè S Baſilius Seleucius orat. 11. poſt S. Chryſoſtomum. *Quod Iudæi in idolorum venerationem inclinarunt, quod auctore vita relicto dæmonibus mortis auctoribus ſe dediderunt, propriis edocti calamitatibus viventem agnoſcant.* Ecce ſententiæ Elianæ indignationis

Titus Boſtrenſis

Pſal. 77. verſ. 34.

Beda.

Dionyſ.

Pſal. 15. verſ. 4.

S. Auguſt.

l. 3. Reg. 17. v. 1.

S. Baſil. Seleucius.

indignationis cauſa, ecce finis, flagellantur, ut ad verum Dei cultum ſe conferant. Et Eucherius Lugdunenſis in lib. Regum, *Magna vis Propheticæ dignitatis, humanus ſermo eſt divinus effectus, In terris homo loquitur & imperio eius cæleſtes obediunt poteſtates, commovit omnem creaturā unus ſermo Prophetæ, & miro modo humi ſonans aera concuſſit, &c.*

Eucherius

XII. Nec obſtat ſecundò, quod Actor. cap 9. Paulus videtur externâ vi cōpulſus eſt fidem amplecti. Cùm enim eſſet Judæus verſ. 1. *Et ſpirans minarum in diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum.* Verſ. 2. *Et petiit ab eo epiſtolas in Damaſcum, ad Synagogas, ut ſi quos inveniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem.* Verſ. 3. *Et cùm iter faceret, contigit ut appropinquaret Damaſco, & ſubitò circumfulſit eum lux de cælo.* Verſ. 4. *Et cadens in terram, audivit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule quid me perſequeris.* Verſ. 5. *Cui dixit, quis es Domine. Et ille ego ſum Ieſus quem tu proſequeris, durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Verſ. 6. *Et tremens ac ſtupens dixit Domine quid me vis facere, &c.* Verſ. 7. *Et Dominus dixit ad eum, ſurge & ingredere civitatē, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat ibi facere, &c.* Verſ. 8. *Surrexit autem Saulus de terra, & apertis oculis nihil videbat, ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damaſcum.* Verſu 9. *Et erat ibi tribus diebus non videns, &c.* Vox illa Chriſti *Saule, Saule quid me perſequeris*, deiectio ex equo, cæcitas, tractio in urbem manifeſtè denotant compulſionem ad fidem amplectendam, & præcipuè hæc verba. *Durum eſt tibi cōtra ſtimulum calcitrare.* Alludit enim ibi Chriſtus ad boves cervicoſos, qui ab aratoribus, vel aurigis ut incedant compelluntur, ſtimuloque punguntur, & dum recalcitrant magis ſtimulantur, acriuſque punguntur. Sic Saulus cum tot concionibus, miraculis a Chriſto, Stephano & Apoſtolis patratis ad fidem amplectendam non moveretur, ſed recalcitraret. Nam (inquit Eccleſiaſtes cap 12. verſ. 11. *Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi.* Tandem potentiori ſtimulo pungit eum Chriſtus, proſternens cum humi, tremore ac ſtupore eum affecit, viſum illi eripit, ac in hæc verba prorumpere cogit, *Domine quid me vis facere?* Quæ omnia deſignant violentam tractionem & compulſionem ad fidem. Reſpondet Duvallius iſtud a Deo de iure præſtari poſſe, cùm ſit abſolutiſſimus omnium Dominus, omnimodamque in eos habeat poteſtatem, quam tamen Principes non habent. Non enim ſunt domini vitæ, famæ, aut bonorum ſubditorum ſuorum, ſed dumtaxat cuſtodes, ut omnes fatentur. Reſpondet ſecundò, Deum exterius cogendo, interius eos illuminare, ſuaviterque flectere eorum voluntatem, ut verè & non ſimulatè fidem amplectantur Ut patet in Apoſtolo, qui protinus ex equo dejectus, ſeriò & ex animo exclamavit. *Domine quid me vis facere.* Quod Principes ſuis minis, terroribus ac ſuppliciis à ſuis ſubditis exigere nequeunt, quin imò ſuâ vexatione ipſos infideles potiùs inducunt ad hypocryſim & perfidiam, quam ad profeſſionem veræ fidei.

Act c. 9. vers. 1. vers. 2. vers. 3. vers. 4. vers. 5. vers. 6. vers. 7. vers. 8. vers. 9.

Nec tertiò obſtat quod multi Principes commendentur, eo quod infideles è ſuis ditionibus ejecerint, ſic diſt. 45. *de Iudæis*, laudatur S. Sibutus Rex Hiſpaniæ, quod Judæos in ſuis provinciis morantes ad Baptiſmum ſuſcipiendum, & fidem amplectendam coegerit, ut habetur etiam in Concilio Toletano IV. can. 55. Idem præſtitit Ferdinandus Rex etiam Hiſpaniæ eiiciens è ſuis terris Judæos nolentes baptiſmum ſuſcipere. Idem egit Religioſiſſimus Conſtantinus Imperator, dum juſſit claudi omnia templa Paganorum, ut habetur l. *nemo*, C. *de Paganis*, cumque laudat D. Auguſtinus epiſt. 48. & S. Ambroſius epiſt. 30. Adde quod S. Gregorius Papa invitat Gennadium Ducem Africæ, ut bellum moveat contra infideles. Reſpondeo zelum & intentionem bonam S. Sibuti Regis erga fidem laudari, factum autem reprehendi, ut patet ex eodem Canone Concili Toletani IV. ubi prohibetur nè in poſterum Judæi & Saraceni ita XIII.

 compel-

compellantur ad fidem. Quoad Ferdinandum dico potuiſſe jure expellere Judæos ex ſuis provinciis, qui nolebant converti. Nam precario olim eos admiſerant Reges Hiſpaniæ, nec habebant ullum jus ad habitandum in illis provinciis. Eodem modo noſtro tempore Philippus III. Rex Hiſpaniæ eos expulit, ſi quidem ob eorum multitudinē univerſum Regnum terrore affectum erat, & in evidens periculum conjiciebatur. Præterea (inquit Valentia) Judæorum commoratio ibi erat Chriſtianæ Religioni valdè contumelioſa, & eorum cum Hiſpanis convictu, converſatione metuebatur non ſine ratione totius Hiſpaniæ ſubverſio & perturbatio, Denique Ferdinandus & alii potuerunt expellere Judæos ex ſuo regno cum hac conditione, niſi velint converti. Quod enim quis facere poteſt abſolutè, poteſt etiam ſub conditione honeſtâ, ut dictum eſt, ſed Ferdinandus potuit abſolutè expellere Judæos è ſuo Regno, quia non tenebatur eis dare jus ſemper ibi manendi. Dices, Ferdinandus lege ſuâ ſanxit, ut ſi Judæi vellent fidem amplecti, poſſent tutò habitare in ſuis Provinciis. Igitur eos præcisè compulit ad fidem amplectendam. Reſpondeo hanc legem fuiſſe æquiſſimā, nam eam edidit, ut vitaretur contumelia fidei, & perturbatio ſui regni. Quia verò hæc contumelia, & perturbatio non ex Judæorum dumtaxat exilio, ſed etiam ex converſione ceſſabat, potuit ſimul ſignificare citra ullam Chriſtianæ fidei injuriam, ut ſi vellent converti poſſent ſecurè morari in Hiſpaniâ. Quoad Imperatorē Conſtantinum, non compulit infideles ſibi ſubditos ad fidem, ſed tantùm ut abſtinerent à cultu idolorum, qui legi naturæ adverſabatur. Id autem præſtare poſſunt & debent cuncti Chriſtiani Principes, tanquam cuſtodes & vindices legis naturalis in ſuis ditionibus. Et ſanè ſi ſubditis ſuis poſſunt prohibere furta, homicidia, adulteria, à fortiori exercitium idololatriæ, quod conſtat naturaliter eſſe prorſus illicitum. Quoad Sanctum Gregorium dico eum loqui de apoſtatis Africæ, qui deſeruerant ſuſceptā fidem, & ad quam poterant compelli abſque ullâ injuſtitiâ.

XIV. Nec obſtat tertiò quod quiſque tenetur fidem ſuſcipere Marci cap. 16. verſ. 16. *Qui non crediderit condemnabitur.* At Eccleſia & Chriſtiani Principes ejus membra, ſunt cuſtodes & depoſitarii juris divini, ergò ipſa cum principibus Chriſtianis poterit infideles cogere ad ipſum jus obſervandum: neque enim ipsa eſt minoris auctoritatis, minuſq; ſibi ſufficiens reſpectu juris divini, quàm civilis Reſpublica reſpectu jurium civilium, ad quorum obſervantiam ipſa poteſt compellere ſuos ſubditos minis, terroribus & pœnis. Cōfirmatur. Quando finis cadit ſub præceptum, media quoque neceſſaria ad illum obſervandum ſub illud cadunt. Cùm igitur fides ſit præcepta omnibus prorſus hominibus, ſi infideles credere nolunt, niſi redigantur in ſervitutem, vel vexentur alio modo, poterunt jure Chriſtiani Principes eos vexare & in ſervitutem redigere. Reſpondeo Eccleſiam & Principes Chriſtianos ſemper eſſe cuſtodes & vindices juris divini & naturalis, quia verò nequeūt naturaliter demonſtrare quemlibet hominem obligari ad jus divinum, ſcilicet Evangelium amplectendum & obſervandum, fit, ut nequeant infideles compellere ad illud. Quoad naturale obſervandum (cum ſatis innoteſcat lumine naturali ſeu rationis) poſſunt ſuos ſubitos infideles ad illud compellere. Reſpondeo ad confirmationem, medium quod eſt per vim non eſſe ordinatum ad perſuaſionem fidei, imò prorſus abhorrere à lege Chriſti, & Apoſtolorum conſuetudine. Et ideò quamvis infideles obligentur ad fidem, non tamen per violenta media, ſed dumtaxat per ea quæ ſunt ſuavia & lenia pertrahi debent ad fidem.

XV. Dices forſan infideles ſaltem ſubditos cogi, nè ſibi manus violentas inferant, vel nè ſuos infantes immolent idolis. Igitur à fortiori poterunt compelli ad fidei amplexum, quæ eſt omninò neceſſaria ad vitam ſpiritualem nobiliorē corporali. Reſpondeo

poſſe

poſſe naturali lumine oſtendi vitam corporalem non eſſe negligendam. Et ideò congruè Principes poſſunt ſubditos infideles impedire, ne vim ſibi inferant, præcipue cum ipſis Principibus aliquid aliter depereat. Sic enim ſuorum ſubditorum jacturam faciunt, fides autem nullâ naturali ratione demonſtratur, & conſequenter nequeunt compellere ſuos ſubditos infideles ad eam ſuſcipiendam.

XVI. Dices, ſi Eccleſia id nequeat, neque Principes Chriſtiani præſertim ob rationem D. Thomæ, quia videlicet eſt voluntatis, quam conſtat abeſſe ab homine qui minis & terroribus ad aliquid cogitur. Sed ſi hæc ratio eſſet momenti alicujus, valeret etiam contra hæreticos & apoſtatas. Si enim cogantur periculum eſt nè inviti & renuentes credant. Nihilominus omnes aſſerunt hos poſſe legitimè cogi ab Eccleſia. Reſpondeo diſcrimen eſſe hæreticorum & infidelium. Nam infideles tenentur dumtaxat ad legem amplectendam ex lege Dei. Hæretici autem ad eam utroque jure Divino & Eccleſiaſtico obligantur. Nam per Baptiſmum ſe ſubdiderunt Eccleſiæ & ejus legibus, undè ſequitur Eccleſiam habere jus illos compellendi. Nam quemadmodum ipſe Chriſtus poteſt infideles ad eam cogere, ſicut Paulũ coegit, quia ſuis legibus obligantur. Ita poterit Eccleſia compellere jure hæreticos: quia ſuis legibus Eccleſiaſticis ſe ſubjecerunt in Baptiſmo. Nec dicas ſequi eadem incommoda ex hac hæreticorum compulſione, ac ex ipſâ infidelium. Nam hæretici fictè profitebuntur fidem, erunt Sacramentis Eccleſiæ injurioſi. Sicque Eccleſia concurret ſuâ compulſione ad ſacrilegium eorum. Reſpondeo non concurrere, quia utitur jure ſuo, quo poteſt ſibi ſubditos adigere ad obſervantiam promiſſorum. Eſt autem per accidens ejuſmodi hæreticorum ſacrilegium, & fictus ad Eccleſiam reditus, quia Eccleſia primò & per ſe nihil aliud intendit, quàm nè ſui ſubditi diſcedant à ſuo inſtituto, quæ intentio eſt bonum aliquod generaliſſimum, timor autem nè fictè aliquis convertatur, vel in receptione Sacramentorum committant ſacrilegium eſt quoddam particulare. At Eccleſia non tenetur omittere vel avertere bonum quoddam generale, quale eſt ut omnes ſubditi Eccleſiæ obſervent leges ab eâ latas, nec ab illis impunè recedant, pro bono particulari.

XVII. Quod ſi inſtes cum Scoto idem aſſerendum eſſe de coactione infidelium. Nam minus malum eſt, ut infideles compulſi fictè convertantur, & malo animo ſuſcipiant Sacramenta, quam ut relinquantur impunè in ſuis ſuperſtitionibus, maximè cùm poſſit probabiliter ſperari eorum proles poſt tertiam vel quartam generationem amplexuras Chriſtianam Religionem verè & ſincerè, & conſequenter omnem infidelitatem perituram, quod eſt bonum valdè generale. Reſpondent Cajetanus & Valentia compellere infideles eſſe majus malum ob ſacrilegia, quæ committuntur ab illis & eorum proles, quæ in tertiâ & quartâ generatione ſimiles parentibus ſuis erunt, ſunt ſatis incertæ. Quod ſi forſan cogerentur res contingeret aliter quàm ipſi dicunt. Reſpondeo ſecundò quidquid ſit de ratione Scoti an ſcilicet ſit majus vel minus malum infideles relinquere in ſuâ infidelitate, quam eos cogere ad fidem. Tamen eſt omninò irrationabile, quod Eccleſia ſibi arroget poteſtatem à Chriſto non conceſſam, & à quâ Chriſtus & Apoſtoli de facto abhorruerunt. *Non eſt maior defectus quam defectus poteſtatis.* Et in humanis actibus non habenda ratio boni indè exurgentis, vel mali quod impeditur per eos quàm poteſtatis eos producendi. Quare cùm Eccleſia nullam acceperit poteſtatem compellendi, qualecumque ſperetur bonum ex illâ coactione, eâ uti repugnat rectæ rationi. Ideòque hæc reſponſio accommodatior eſt. Reſpondeo tertiò cum Becanò, ſuſceptionem coactam fidei & Baptiſmi ſummoperè gravare illum, qui cogitur & quidem gravamen eſt contra juſtitiã, dum fit ab eo qui caret poteſtate, verbi gratiâ, ab Eccleſiâ reſpectu infidelium, ſicut votum caſtitatis ſponte emiſſum non cedit in detrimentum, ſed commodum voventis.

At cogi ad vovendum caſtitatem ab eo, qui caret poteſtate, injurioſum eſt illi qui cogitur.

XVIII. Ex his ſequitur primò, quod ſi parvulus baptiſatus ante uſum rationis, capiatur ab infidelibus, ſi ſectam Mahumetis amplectatur, nolitque fidem Catholicam profiteri poteſt ab Eccleſia compelli. Patet primò ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. can. 14. *Si quis dixerit hujuſmodi parvulos baptiſatos, cùm adoleverint, interrogandos eſſe, an ratum habere velint quod Patrini, eorũ nomine, dum baptiſarentur polliciti ſunt, & ubi ſe nolle reſponderint ſuo eſſe relinquendos arbitrio, nec aliâ interim pœnâ ad Chriſtianã vitam cogendos, niſi ut ab Euchariſtia, aliorumq́; Sacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant, anathema ſit.* Ratio eſt, quia Eccleſia per baptiſmum habet jus in illum, quamvis de actò fidem Chriſtianam nunquam ſit per ſe profeſſus. Huic corrolario cautelam hanc addit Duvallius, modò illi homini fides fuerit ſufficienter propoſita. Cùm enim fides interior infuſa per baptiſmum ad reipsâ credendum, non ſufficiat, niſi intercefſerit ex parte objecti propoſitio ſufficiens antequam cogatur, & vi cenſurarum adigatur, neceſſe eſt ut illi fides debitè & ſufficienter proponatur. Nam eſſet abſurdum aliquẽ damnare & punire ob id quod nullo modo poteſt facere vel vitare. In hoc ergò corrolario volumus dumtaxat non requiri expreſſam profeſſionem fidei ad puniendum eum qui fuit baptizatus in infantiâ, ſed ſolùm propoſitionem ſufficientem illius cum ſuo baptiſmo. Sequitur ſecundò, quod ii qui ſuſceperunt falſum baptiſmum, falſamq́; fidem profeſſi ſunt, ut Ariani, quorum baptiſma erat in nomine Patris majoris, & Filii minoris, &c. poſſunt ab Eccleſia cogi, primò quia Eccleſia ſic ſemper ſe geſſit adverſus eos. Secundò, quia profitentur ſe eſſe puros Chriſtianos, eoque participant aliis Sacramentis Eccleſiæ. Et ideo cederet in magnum Eccleſiæ dedecus & in confuſionem verè Babylonicã, ſi Eccleſia in eos animadvertere nequiret, & cenſuris plectere, dum ſic omnes ſectæ ſaltem intuitu eorum hominum, qui poſtquam tales hæreſes involverunt, nati ſunt & non ſuſceperunt verum baptiſmum, neque profeſſi veram fidem, impunè in Eccleſia graſſarentur. Nec dicas Turcas imitando noſtræ Religionis myſteria, non ideo ſubjici pœnis Eccleſiæ. Differunt enim Ariani, aliique hæretici à Turcis, quod Turcæ non profiteantur ſe eſſe Chriſtianos, imò abhorent ab hoc nomine. Et ideò potiùs jocosè, quam ſeriò imitantur ſacramenta noſtræ religionis. At Ariani profitur ſe eſſe Chriſtianos. Et ideò Eccleſia vindicat ſibi legitimè jus in eos.

Sequitur tertiò quod filii Anabaptiſtarum necdum baptizati quatenus fatentur ſe Chriſtianos, & volunt haberi pro talibus poſſunt etiam plecti ab Eccleſia & coerceri, quamvis enim colant fidem falſam, quia tamen eam prætendunt Chriſtianam & veram: eorum prætenſio ſufficit ut Eccleſia animadvertat in eos. Et licet nullo modo nec unquam fuerunt de corpore Eccleſiæ reipsâ, fuerunt tamen ſecundùm ſuam opinionem, quod ſufficit ut legitimè coerceantur, nam ex ore ſuo judicantur, verbi gratiâ, ſi quis eſſet Leodii, qui ſe Leodienſem proteſtaretur, taliſque ab omnibus cenſeri, certè licet à parte rei nõ eſſet, tamen ſi delinqueret Leodii, jure poſſet plecti lege Leodienſi ratione ſuæ prætenſionis, ſic ii qui prætexunt veram fidem, cùm tamen falſa ſit. Decet enim quantum rationabiliter poteſt fieri juriſdictionem Eccleſiæ ampliare. Illud verò rationale eſt, quia certum eſt quod ob ipſorũ Anabaptiſtarum prætenſionem de veritate Chriſtianæ fidei ipſa Eccleſia habet aliquod jus imperfectum. XIX.

Sequitur quartò, quòd filii Chriſtianorum, qui non fuerunt baptizati, & cùm ad uſum rationis pervenerunt nunquam profeſſi ſunt fidem, nequeunt compelli ad fidem. Ratio eſt quia nullo titulo ad eam obligantur, non titulo baptiſmi, ut patet, nec profeſſionis veræ fidei, vel illius, quæ vera exiſtimatur. Et quamvis Eccleſia habeat jus in parentes, non ideò ſequitur, quod habeat jus in filios adultos, habentes uſum rationis. Nam XX.

illi

illi per uſum rationis pro ſuâ perſonali diſpoſitione, nõ ſubſunt paternæ poteſtati: ſed ſui juris ſunt. Undè Eccleſia ex jure quod habet in parentes poteſt filios parvulos baptiſare, inſtruere & educare in fide Chriſtianâ, adhibitâ etiam aliquâ coactione, non poteſt tamen eâ uti quando adoleverint ob allatam rationem.

§. 1.

An quilibet præcipuè Miſsionarius teneatur cum certo vitæ periculo infantem jam moriturum baptiſare.

I. SAcer Textus lib. 4. Regum c. 11.
l. 4. Reg. 11. v. 1. verſ. 1. ait. *Athalia verò Mater Ochoziæ videns mortuum filium ſuum ſurrexit & interfecit omne ſemen regium.* Et lib. 2. Paralip. cap. 22. v. 10.
l. 2. Par. 22. v. 10 *Siquidem Athalia Mater ejus videns quod mortuus eſſet filius ſuus ſurrexit, & interfecit omnem ſtirpem regiam domus Ioram.* Dum illa crudelis Megera ita ſæviret non parcens ætati vel ſanguini, ſubdit hiſtoria lib. 4. Regum
l. 4. Reg. 11. v. 2. cap. 11. verſ. 2. *Tollens autem Ioſaba filia Regis Ioram, ſoror Ochoziæ Ioas filium Ochoziæ, furata eſt eum de medio filiorum Regis, qui interficiebantur, & nutricem ejus de triclinio, & abſcondit eum à facie Athaliæ, ut non interficeretur, eratq; cum ea ſex annis clam in domo Domini.* Citatis lib. & cap. Paralip. verſ. 11. *Porrò Ioſabeath filia Regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata eſt eum de medio filiorum Regis, cum interficerentur, abſconditq; eum cum nutrice ſuâ in cubiculo lectorum Ioſabathaatem, quæ abſconderat eum, erat filia Regis Ioram uxor Ioiadæ Pontificis, ſoror Ochoziæ, & idcircò Athalia non interfecit eum, fuit ergò cum eis in domo Dei abſconditus ſex annis quibus regnavit Athalia ſuper terram.* Magno ſanè vitæ diſcrimini ſe expoſuit Joſaba, dum ſic illum infantẽ furtim abſtulit, & eum nõ tantùm à morte corporali, ſed etiam ſpirituali præſervavit. Fortè enim necdum circumciſus erat. Non tam terrenum diadema illi ſervare voluit, quam cæleſte illi procurare, nam erat uxor Joiadæ Pontificis, cujus officium potiùs ad ſpiritualia, quam ad temporalia intendebat. Deindè eum abſcondit in templo, templum autem eſt Eccleſiæ figura, quaſi diceret non abſcondit eum extra templum, extra Eccleſiam, extra fidem: ſed in Eccleſia nutrivit, in Eccleſiam introductus eſt per circumciſionem, ſicut nunc introductio in Eccleſiam fit per baptiſmum.

II. Hæc explanatio hiſtorialis Textus viam ſternit ad quæſtionem moralem an ſcilicet quilibet teneatur ſe certo vitæ periculo exponere, ut baptiſet infantem, qui illicò eſſet moriturus abſque baptiſmo. Reſpondent affirmativè Sylveſter verbo *bellum*, 2. Martinus Navarrus in manuali c. 24. num. 10. Petrus Navarrus in manuali cap. 3. num. 143. Armilla, Ledeſma, Zambranus, Bonacina, Major, Sylvius Ochagania, Malderus, Caſtropalaus, Layman, Azorius, Suarez, Valentia, Diana, noſter Lezana tomo 3, Theolog. tract. 3. *de Charitate*, diſput. 5. quæſt. 3. Ratio prima eſt quando occurrit neceſſitas ſpiritualis, quilibet tenetur ſuccurrere etiam cum certo propriæ vitæ diſcrimine, at talis eſt infantis jam jam morituri abſque baptiſmo. Secunda ex D. Thoma 2. 2. quæſt. 6. art. 5. & Theologis paſſim tum hic tum alibi. Et in 3. diſt. 27. quilibet tenetur magis diligere proximum in ſpiritualibus quàm ſeipſum in corporalibus. Et hoc videtur præceptum eſſe divinum & naturale. Divinum patet ex illo Joannis cap. 13.
verſ. 34. *Hoc eſt præceptum meum ut*
diligatis invicem ſicut dilexi vos. Quaſi *Ioan. 13. verſ. 34.*
diceret ſicut ita dilexi vos, ut animam meam poſuerim pro vobis, ita & vos eodem præcepto tenemini pro ſalute proximi animam ponere. Hanc
illationem facit D. Joannes 1. epiſt. *1. Epiſt. Ioan. c. 3. verſ. 16.*
cap. 3. verſ. 16. *In hoc cognovimus charitatem Dei, quia ille animam ſuam poſuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animam ponere.* Hugo Cardina- *Hugo.*
lis. *Hic oſtendit quam efficaciter ſit diligere proximum. Et hæc efficacitas conſiſtit in duobus, primò in hoc quod debemus contemnere vitam noſtram temporalem pro ſpirituali vitâ proximi. & hoc probat exemplo Chriſti, &c.* Cui

ſubſcribit Dionyſius. Illis arridens D. Auguſtinus lib. de Mendacio c. 6. S. Auguſt. *Temporalem* (inquit) *vitam ſuam pro æterna vita proximi nō dubitabit Chriſtianus amittere. Hoc enim præceſſit exemplum, ut pro nobis Dominus ipſe moreretur.* Eum ſancti Paulus & Paulinus ſecuti ſunt pro fratribus animam ponere parati. Id præſtitit S. Sebaſtianus vitam ſuam exponens morti & martyrio, ut SS. Marcum & Marcellinum ex tentatione parentum nutantes in fide confirmaret. Id egit ſanctus Vitalis Urſicinum Medicum in Martyrio claudicantem corroborans quâ exhortatione Martyrii coronam adeptus eſt. Idem legimus in Actis Martyrum & Sanctorum. Naturale præceptum fundatur in amore proximi, quem Apoſtolus probat per analogiam ad corpus Epheſ. cap. 4. verſ. 2, *Ephеſ. 4 verſ. 2* *Unum corpus.* Verſ. 15. *Quoniam ſumus invicem membra.* Cap. 5. verſ. 30. *verſ. 15.* *Quia membra ſumus corporis ejus.* Quid membra operantur in corpore? Cuncta ſe mutuò juvant, tamen minora & viliora in majoribus & excellentioribus juvandis magis laborant quàm pro aliis. Ita cùm anima ſit corpore cujuſque hominis præſtantior, ſi anima alicujus periclitetur debet proximus pro eâ ſalvandâ vitam ſuam exponere, & proprium corpus illi poſtponere. Hanc primorum Chriſtianorum charitatem mirantes Pagani, dicebant teſte Tertulliano in Apologetico adverſus gentes cap. 39. Tertull. *Vide ut invicē ſe diligant, & ut pro altero mori ſunt parati.* Scilicet ſunt parati mori corporaliter, ut animarum ſaluti proſpiciant.

III. Accedit naturale illud præceptum quod omnis hominis finis eſt beatitudo, debet magis diligere id quod de illa beatitudine participat. At anima magis participat de beatitudine, ſivè naturali, ſivè ſupernaturali. Nemo enim dicet beatitudinem præcipuè in rebus corporeis ſtatutam eſſe. Igitur ut illâ beatitudine proximus potiatur debemus omnia noſtra corporalia conferre. Tanta enim eſt excellentia beatitudinis, ut ad eam comparandam omnes ærumnas & ſupplicia debeamus tolerare. Roman. cap. 8. verſ. 18. *Non ſunt* (inquit Apoſtolus) Rom. 8. verſ. 18. *condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Si nulla eſt noſtrarum paſſionum comparatio, ſi ſupplicia, quæ patimur ſunt prorſus inæqualia gloriæ quam adipiſci ſperamus, quid pro ea, tam nobis quàm proximo comparanda, facere debemus?

VI. Quod ſi dicas hoc videri ipſi naturali hominis inclinationi non conſentaneum, ſed contrarium. Nam corpus & anima ita ſe diligunt, ut ab invicem ſeparatæ ambæ illæ partes ad reunionem anhelent, quomodò igitur homo pro alterius ſalute conſervandâ ſeu procurandâ ex præcepto proprium ſanguinem effundere, propriamque vitam dare debet? Contra urgeo quomodò Deus pro ſalute hominum tot afflictionibus, perſecutionibus, injuriis, calumniis, ſuppliciis, morti ignominioſiſſimæ ſe ſubjecit amore creaturę humanæ. At inquies. Amor creaturarum cœcus eſt, divinus autem totus oculatus eſſe debet, eo quod Deus amat nos, ejuſque ſapientia nullam caliginem, nullam eclypſim pati poteſt, nec debet. Quid autem inſipientius quàm Deum pati pro homine ingratiſſimo? quid etiam imprudentius & abſurdius quàm hominem occumbere pro ſalvandâ animâ creaturæ ſibi extraneæ & ignotæ. Accipe reſponſionem D. Petri Chryſologi ſerm. 147. *Quid erit, quid debeat, quid poſſit non reſpicit vis amoris.* S. Petrus Chryſol. *Amor ignorat judicium, ratione caret, modum neſcit, amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, non recipit de difficultate remedium, amor niſi ad deſiderata pervaſerit necat amantem, & ideò vadit quò ducitur, non quò debeat.* Sic amor Dei in homines agebatur, modò rem amatam recuperaret & illâ frueretur reddidit ſapientiam quaſi inſipientem, potentiam debilem, immenſitatem coarctavit, divinitatē ſuam annihilavit, vitam ſuam immortalem mortis legibus quaſi obnoxiam reddidit. Sic homo vitam ſuam, licet ſibi charam, licet variis dotibus locupletatam ſaluti proximi poſtponere debet, corpus ſuum barbarorum furori exponere, infidelium

crudelitati

crudelitati date in prædam, ut animâ proximi in cælum evehat. Quod ſi ejuſmodi amoris exceſſum mens humana nequeat comprehendere, ſufficit quod amor poſſit quod audeat. *Amor ignorat judicium, ratione caret, modum neſcit.* Sicut rationem humanam longè ſuperat, ſic ratiociniis ejus ſubjacere recuſat, modum ratiocinandi excellentiorem habet amor, quàm ipſamet ſapientia.

V. Apoſtolus Paulus Epheſ. cap. 3. verſ. 10. de ſcientia amoris hæc effatur. Epheſ. 3. verſ. 10. *Vt poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas & profundum, ſcire ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.* S. Auguſtinus epiſt. 120, Sanctus Ambroſius legunt *Cognoſcere ſupereminentem charitatem Chriſti,* cujus ſcientiæ ſupereminentem? non tantùm humanæ, quamvis enim omnia attributa Dei ſint æqualia, & æqualiter perfecta ac divina, tamen charitas ejus in Chriſto reliqua omnia tranſcendiſſe videtur. Id innuit D. Chryſoſtomus oſtendens, quod licet viæ Domini ſint inveſtigabiles, & judicia ejus inſcrutabilia, tamen voluit Deus ut ſui amoris ſcientiam ſcrutaremur, & comprehenderemus, ut ſic compendioſam diſceremus, & ejus imitatione ſalutem humanam omnibus rebus ſublimioribus, etiam propriæ vitæ præponeremus. Audi illum epiſtolâ 7. in illum locum. *Vt poſsitis* S. Chryſoſtomus. *comprehendere, hoc eſt ut cognoſcatis myſterium, quod pro vobis diligenter diſpenſatum eſt, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas & profunditas, ideſt quæ ſit magnitudo dilectionis Dei, quomodo illa nuſquam ſe extenderit, &c.* Quid intelligit per *ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti?* D. Thomas lect. 5 S. Thom. in illud caput. *Sciendum* (inquit) *quod quidquid eſt in myſterio redemptionis humanæ, & incarnationis Chriſti, totum eſt opus charitatis. Nam quod incarnatum eſt ex charitate proceſsit, propter nimiam charitatem, quâ dilexit nos, &c. Quia verò mortuus fuit ex charitate proceſsit, Ioannis cap. 15. Majorem hac dilectionem nemo habet, & infra ex Apoſtolo Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſeipſum oblationem & hoſtiam Deo propter hoc dicit Gregorius. O inæſtimabilis dilectio charitatis, ut ſervũ redimeres filium tradidiſti! & ideo ſcire charitatẽ eſt ſcire omnia myſteria Incarnationis Chriſti, & redemptionis, quæ ex immenſa Dei charitate proceſſerunt, quæ quidẽ charitas excedit omnem intellectum creatum & omnium ſcientiam, cum ſit incomprehenſibilis cogitatu, & ideò dicit ſupereminentem ſcientiæ, ſcilicet naturali & omnem intellectum creatum excedentem. Philipp. cap. 4. Et pax quæ exſuperat omnem ſenſum, charitatem Chriſti, ideſt quam Deus patefecit per Chriſtum 2. Corinth. cap. 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Brevius Dionyſius aptè ad noſtrum intentum. *Scire etiam ſcientiâ practicâ* D. Dionyſ. *hoc eſt ſciendo imitari, & juſtè agere dilectionem illam præcipuam, quâ Chriſtus ſecundum ſuam ſcientiam nos dilexit, &c.* In quo ejus ſcientiam debemus imitari? Ut ſicut ille pro noſtrâ ſalute ſuam vitam corporalem ignominiis & ſuppliciis expoſuit, ita ſi ſpiritualis neceſſitas proximi ſit extrema, non vereamur ex charitate pro eâ vitam noſtram exponere: quia gravis neceſſitas ſpiritualis, & bonum ſuperioris ordinis eſt, ſicque præponi debet miſſioni cujuſcumque boni temporalis. Dixi ex charitate, quia ſicut non tenebatur ex juſtitiâ id præſtare, ſic qui non habent beneficium paſtorale non obligantur ex juſtitiâ, ſed ex lege charitatis. Paſtores autem & curam animarum habentes non tantùm ex charitate, ſed ex juſtitia tenentur proximorum ſeu ſubditorum ſaluti proſpicere. Ut docent Navarrus cap. 2. num. 10. Bonacina de charitate diſp. 3. quæſt. 4. puncto 4. Adrianus in quæſt, 4. de correctione fraterna, Malderus 2. 2. quæſt. 26. art, 5. Duvallius 2. 2. quæſt. 9. art. 4. Emmunuel Sa verbo *charitas*, num, 2. Lopez, Valentia, Lorca, Azorius, Cajetanus, Bannes, Suarez, Caſtropalaus, noſter Lezana tomo 3. Theol. tract. de charitate diſput, 5. quæſt. 3. Thomas a Jeſu de converſione omnium gentium lib. 5. dubio 2, Antonius à Spiritu Sancto de regimine Prælar. Reg. tract. 4. diſput. 3. ſect. 2. undè præfatus Pater Lezana rectè

infert

Digitized by Google

infert cum aliis Paſtores animarum, videlicet Epiſcopos, Parochos, Prælatos Religionum teneri quærere & inveſtigare an ſubditi ſint in ejuſmodi neceſſitate, ut illis ſubveniant. Nec poſſe fugere ac relinquere ſua officia tempore quo eſſet aliqua extrema neceſſitas, ut tempore belli, peſtis, hæreſis, niſi fortè aliqui ſint, qui eorum loco poſſint & velint ſubſtitui, ut talibus neceſſitatibus ſuccurrant. Idem addit quod eo ipſo quod ſint alii, quibus cura animarum incumbit & illis ex juſtitia ſubvenire debeat, ceſſat aliorum obligatio ex charitate, alioqui eſſet valdè durum perſonis liberis à curâ animarum, & illis occaſio magna cadendi in multa peccata. Deinde ſequeretur eſſe æqualem obligationem habentium & non habentium curam animarum.

Valentia 2. 2. diſput. 3. quæſt. 4. puncto 4. aſſert. 3. Coninck limitant non eſſe ſuccurrendum cum vitæ periculo, quando eſt parva ſpes profectus. Sic tempore ſiccitatis triennalis plures obierunt qui ad cultum Baal deflexerant, ut innuit D. Chryſoſtomus homil. 2, de Eliâ, & tamen Propheta illis non ſuccurrit, quia inveterati erant nec ulla ſpes emendationis & melioris vitæ affulgebat, quia Elias Regi Achab & populo exoſus erat. Idem philoſophandum de Viris Apoſtolicis in terris infidelium latenter morantibus. Hi enim non tenentur accedere ad moribundum Judæũ Gentilem, & Hæreticum, qui ſæpè monitus obturavit aures ſuas, Sacramenta irriſit, imò Catholicos perſecutus eſt, quia de illis dici poteſt, quod Dominus Jeremiæ cap. 51. v. 9. ait. *Curavimus Babylonem & non eſt ſanata, derelinquamus eam, &c.* At ſi ſit Catholicus & inter Catholicos vixerit, tamen addictus uſui & concubinatui, quilibet Sacerdos cum vitæ periculo debet ei ſuccurrere, quia tunc eſt neceſſitas extrema, & ejus converſio non eſt moraliter impoſſibilis, ſi excitetur ad contritionem. Quod ſi non ſit inveteratus peccator non eſt manifeſta neceſſitas, nec illi ſuccurrendum cum manifeſto vitæ diſcrimine. Quia (ut docent Verricelli tract. de miſſionibus Apoſtolicis tit. 2. de charitate quæſt. 63. & ſeq. poſt Gregorium à Valentia, Lorca & Toletum.) nemo tenetur ſuam vitam certo vitæ periculo exponere, ſi ſit incertus de extremâ neceſſitate proximi.

CAPUT VIII.

De Sacramento Confirmationis à Miſſionariis conferendo.

CUm Joram Rex Iſrael rediiſſet I.
ſaucius è bello Syriaco & curaretur in Jezraele, ad eumque
deſcendiſſet Ochozias Rex Juda ejus
ex ſorore Athalia nepos, Deo monente miſit Eliſeus unum de filiis
prophetarum ad inungendum Jehu
in regem Iſrael. Accipe verba Textus
Sacri lib. 4. Regum cap. 9. verſ. 1, *l.4.Reg.*
Eliſeus Propheta vocavit unum de filiis c.9. v.1.
Prophetarum, & ait illi, accinge lumbos
tuos, & tolle lecticulam hanc olei in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.
Verſ. 2. *Cumq; veneris illuc videbis Ie- verſ.2.*
hu filium Ioſaphat filii Namſi, & ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum
ſuorum, & introduces in interius cubiculum. Per Fratres Cornelius intelli-
git Collegas, Principes. Verſ. 3. *Te- verſ.3.*
nensq; lenticulam olei fundes ſuper caput
ejus, & dices: Hæc dicit Dominus, unxi
te regem ſuper Iſrael, &c. Notant Hiſtoria Eccleſiaſtica, Caietanus, Sanchez, Cornelius & alii, hanc unctionem fuiſſe ſecundam. Nam prima videtur facta ab Eliâ juxta præceptum Dei lib. 3. Regum cap. 19, verſ. 15. Ideoque eum juſſerat ire in Damaſcum, ut ibi ungeret Hazael in regem Syriæ, deindè in Samariam, ut ungeret Jehu in regem Iſrael. At prima unctio facta ab Elia fuit prævia & pronoſtica regni. Hæc verò ſecunda ordinaria ab Eliſeo fuit regni collatio, ejuſque creatio in Regem. Quæri poteſt an oleum lenticulæ infuſum ad ungendum Jehu in regem, fuerit ſacrum? Reſpondeo affirmativè primò quia David unctus fuit in regem

Iſrael

Pſal.88. verſ.21. oleo ſancto ut ipſe teſtatur pſalm. 88.
verſ. 21. *Inveni David ſervum meum, & oleo ſancto meo unxi eum.* Salomo-
nem etiam oleo ſacro unctum fuiſſe
l.3.Reg 1.v.39. Sacer Textus teſtatur lib. Reg. cap. 1.
v. 39. *Sumpſit Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem.*
At oleum quod aſſervabatur in ta-
bernaculo erat ſacrum. Secundò, ſi
oleum, quo Jehu ungendus erat, erat
prophanum, quorſum hic de filiis
prophetarum mittitur cum lenticulâ
olei quod in Ramoth Galaad abundè
inveniri poterat, niſi quia quod tere-
batur erat ſacrum, quod in Ramoth
Galaad erat prophanum?

II. Hæc unctio allegoricè ſignificat
Sacramentum Confirmationis, non
ſolùm quoad materiam, ſed etiam
quoad effectũ ſuum & miniſterium.
Auguſtinus Triumphus de poteſtate
Eccleſiaſticâ quæſt. 38. numer 2. &
Toſtatus in lib. 1. Regum cap 10.
quæſt. 1. aſſerunt Reges Iſrael ungi,
ut hoc ritu non tantùm ſignificare-
tur ſumma eorum dignitas, ſed e-
tiam gratiam & robur animi ad de-
fenſionem Religionis & ſubditorum
illis communicari. Sacramentum
Confirmationis non confert dum-
taxat augmentum gratiæ ſanctifican-
tis, ſed etiam auxilium gratiæ actua-
lis robur, conſtantiam & firmitatem
animi, ut deinceps ſuperemus omnia
tentationum pericula circa fidem,
nec fidem vivam ullis terroribus no-
bis excuti vel excidere unquam pa-
tiamur. Hac de causâ dicitur Sacra-
mentum Confirmationis apud San-
ctos Cyprianum & Ambroſium per-
ficere baptiſatos, & à D. Thomâ par-
S. Thom. te 3. quæſt. 72. art. 1 & 7. *Præter mo-
tum generationis quo aliquis accipit
vitam corporalem, eſt motus augmen-
ti, quo aliquis perducitur ad æta-
tem perfectam: ſic etiam vitam ſpiri-
tualem homo accipit per Baptiſmum,
qui eſt ſpiritualis generatio. In Confir-
matione autem homo accipit quaſi quan-
dam ætatem vitæ ſpiritualis, &c.* Un-
dè à S. Auguſtino dicitur *conſummare
gratiam baptiſmi.* Quia per Baptiſmũ
efficimur quaſi modò geniti infantes,
per Confirmationem evadimus ve-
luti in viros perfectos & adultos.

Quemadmodum olim ordinarius III.
unctionis Regiæ miniſter erat ſum-
mus Sacerdos lib. 3. Regum cap. 1.
verſ. 38, *Deſcendit Sadoc ſacerdos, &
Nathan Propheta, & Banaias filius* l.3. Reg.
Ioiada & Cerethi & Phelethi, & impo- c.1.v 38.
*ſuerunt Salomonem ſuper mulam Regis
David, & adduxerunt eum in Gihon,
ſumpſitq; Sadoc ſacerdos cornu olei de
tabernaculo, & unxit Salomonem, &c.*
Et lib. 4. Regum cap. 11. verſ. 12. l 4. Reg.
Ioiadas ſacerdos produxit filium Regis; 11.v.12.
*& poſuit ſuper eum diadema & teſtimo-
nium, feceruntq; regem & unxerunt, &c.*
Et tamen extraordinarius miniſter
ungendi Reges ab eodem textu ſacro
recenſetur unus è filiis Prophetarum
lib. 4. Reg. cap. 9. verſ. 1. citatis. Sic
licet miniſter ordinarius Confirma-
tionis non ſit quilibet Sacerdos ex
Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. con-
tra Wiclephum, ſed ſolus Epiſcopus;
ut patet primò ex Actorum cap. 8. &
19. ubi legimus ſolos Apoſtolos ma-
nus impoſuiſſe baptiſatis, miſiſſe Pe-
trum & Joannem, qui non ſolùm e-
rant Apoſtoli, ſed Apoſtolorum Co-
riphæi. Et Paulum eodem munere
functum eſſe, quamvis nollet quem-
piam baptizare ob ſuas occupationes.
Secundò ex Conciliis Florentino in
Decreto unionis pro Armenis his
verbis. *Ordinarius miniſter eſt Epiſco-
pus, &c.* Senonenſi cap. 38. tomo 4.
Conciliorum. Hiſpalenſi II. canon. 2.
6. & 7. Tarraconenſi cap. *dictum eſt*,
de conſecrat. Aurelianenſi cap. *jejuni*,
Tridentino ſeſſ. 7 de Confirmatione
canon. 3. his verbis *Si quis dixerit*
ſanctæ Confirmationis Miniſtrum Ordi- Concilii Trident.
*narium non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed
quemvis ſimplicem Sacerdotem, anathe-
ma ſit.* Et ſeſſ. 23. cap. 4. Tertiò, ex
Summis Pontificibus, Euſebio Papâ
epiſt. 3. in tomo 3. Concil. quod &
refertur de conſecrat. diſt. 5. *Manus
quoque, &c.* Melchiade Papâ in bullâ
decretali tomo 1. Concil. & habetur
diſt. 5. *De his verò &c.* Damaſo Papâ
epiſt. 4. Innocentio I. epiſt. ad De-
centium cap. 3. Leone I epiſt. 86. ad
Epiſcopos Germaniæ & Galliæ. Gre-
gorio I. lib. 1. indict. 12. epiſt. 12. ad
Januarium. Gelaſio relato in cap.
Præsbyterit, diſt. 95 Quartò ex Patribus

Digitized by Google

D. Dionyſio Eccleſ. Hierar. cap. 2. D. Hieronymo dialog. adverſus Luciſerianum, S. Cypriano epiſt. ad Jubaianum, Paciano lib, de Baptiſmo. Quintò ex Scholaſticis D. Thomâ in 4. diſt. 7. quæſt. 3. art. 1. & in ſumma, Scoto, S. Bonavonturâ, Alenſi, Richardo, Suare, Gammachęo, ex noſtris de Baccone, Franciſco Bonæ Spei, Stephano à S. Paulo. Sextò probatur ratione à priori, quæ eſt voluntas Chriſti inſtituentis manifeſtata per Tridentinum Concilium ſupra, ratione etiam à poſterioti. Quia per Sacramentum Confirmationis perficimur Chriſtiani, & milites Chriſti recipimur ac conſignamnr. Igitur conſentaneum fuit ut miniſtraretur ab Epiſcopis, qui ſcilicet ſunt in ſtatu perfectinnis acquiſitæ, & Duces in exercitu Eccleſiæ militantis, &, ſi non ſoli, ſaltem præcipui pertinentes ad ordinem Hierarchicum, & poſiti à Spiritu Sancto regere Eccleſiam ipſiſque Sacerdotibus ſuperiores, ut loquitur Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 4. Undè cùm ordinatio & adminiſtratio Confirmationis ſit actus ordinis ſeu characteris Epiſcopalis indelebilis, ſolo Epiſcopo ordinariè competit confirmare ex neceſſitate & Chriſti inſtitutione.

IV. Tamen ex ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ poteſt ſimplex Sacerdos Confirmationis Sacramentum conſerre. Ita D. Thomas ſupra, Alenſis, Richardus, D. Bonaventura, Paludanus, S. Antoninus, Victoria, Vivaldus, Henriquez, Suarez, Lugo, Iſambertus, Gammachæus, Lâyman, ex noſtris Joannes de Baccone, Franciſcũs Bonæ Spei, Lezana in Mari Magno Prædicatorum num. 36. Thomas à Jeſu verbo *Sacramentum Confirmationis*. Auguſtinus à Virgine de Sacrament. & verbo *Miſſionarii*, Stephanus à S. Paulo de Sacramento Confirm. Antonius à Spiritu Sancto tract. 2. diſput. 5. ſect. 1. §. 6. Patet primò ex Concilio Florentino in decreto Eugenii. *Legitur aliquando per Sedis Apoſt. diſpenſationem ex rationali & urgente admodum causâ ſimplicem ſacerdotem Chriſmate per Epiſcopum confecto hoc adminiſtraſſe Confirmationis Sacramentum*. Idem habet Concilium Senonenſe anno 1578. in decretis morum cap. 38. Concilium Toletanum videtur talem diſpenſationem laudare & approbare, definiens ordinarium miniſtrum eſſe Epiſcopum, videtur enim ſic innuere aliquem alium ſcilicet Sacerdotem poſſe Sacramentum Confirmationis conferre extraordinariè, & ex delegatione. Secundò ex Pontificibus, D. Gregorio lib. 3. epiſt. 26. & refertur diſt. 93. *Pervenit quoque, &c.* ubi concedit ſimplicibus Sacerdntibus Sardiniæ, ut ubi Epiſcopi deeſſent, illud Sacramentum adminiſtrarent. Idem conceſſerunt Clemens V. Eugenius IV. Joannes XXII. qui ab Eccleſia, vel ab ullo Concilio non fuerunt reprehenſi. Tertiò ratinne à poſteriori, quia cùm ſit difficillimum in remotiſſimas regiones, ubi viget infidelitas, mittere Epiſcopos, conveniens fuit, ut Chriſtus inſtitueret ſimplices Sacerdotes qui hoc Sacramentum adminiſtrarent ad confirmandos & perficiendos Chriſtianos. Dixi *ex rationali & urgente admodum causâ*, nam ſublatâ neceſſitate, ſeu rationali & urgente causâ, licet talis conceſſio ſit valida, nnn tamen eſt licita inquiunt Henriquez, Coninck, & alii, Pontifexque delegans abſque gravi causâ graviter peccat, quia ſic non explicat jus divinum, ſed violat ac pervertit.

Concilii Florentin.

Cùm igitur Epiſcopi nequeunt facilè in terras infidelium proficiſci, Sedes Apoſtolica ſolet licitè aliquos Sacerdotes præcipuè Religioſos mittere, quibus confert poteſtatem cõferendi Sacramentum Confirmationis Chriſmate ab Epiſcopo conſecrato. Ita Cardinalis Lugo in reſponſis lib. 1. dubio 6. Pellizarius tomo 2. tract. 8. cap. 4. ſect. 3, Duennas in ſuis ſingul. tract. 2. de Sacram. Confirmat. ſingul. 6. ex noſtris Lezana in Mari magno Prædicatorum num. 36. Auguſtinus à Virgine Maria in privilegiis Religioſorum verbo *Miſſionaris*. Thomas à Jeſu verbo *Sacramentum Confirmationis*, Antonius à Spiritu ſancto §. 3. V.

Conceſsêre præſatam facultatem multi VI.

multi Romani Pontifices, Clemens V. anno 1306. Minoritis in Bullâ, *Cum hora undecima, &c.* apud Wadingum tomo 7, annalium. Joannes XXII. anno 1321. iiſdem idem induiſit teſte eodem Wadingo tomo 3. annalium ex regiſtro Vaticani. Eandem poteſtatem eorundem Miſſionariis datam in bulla *Cum hora undecima*, affirmat Wadingus tomo 4. annalium anno 1369 apud eundem tomo 5. ex regiſtro Vaticani. Martinus V. anno 1418. in bulla *Illius qui*, eandem facultatem approbavit. Quos ſecuti ſunt Eugenius IV. anno 1433. in bulla *Romanus Pontifex*, apud Wadingum tomo 5. annalium. Et anno 1444. & 1446. pro Vicariis Boſniæ Nicolaus V, anno 1447. apud Wadingum tomo 5. necnon Leo X. his verbis. *In cujus neceſſitatis Epiſcopis in provinciis non exiſtentibus, Confirmationis Sacramentum & Ordinationis uſque ad minores ordines fidelibus miniſtrare.* Denique Adrianus VI. *Ut melius* (inquit) *præfata converſio infidelium fieri valeat, & ſaluti animarum in præfatis terris Indorum pro tempore provideatur, volumus, tenore præſentium de plenitudine poteſtatis concedimus, ut præfati Prælati fratrum & alii, quibus ipſi de fratribus ſuis in dictis Indiis commorantibus duxerint committendū in partibus in quibus nondum fuerunt Epiſcopatus creati. Vel ſi fuerint, tamen duarum dietarum ſpatium, vel Officiales eorum inveniri minimè poſſunt, tam quoad fratres ſuos, & alios cujuſcumq; ordinis ibidem fuerint ad hoc opus deputati, ac ſuper Indos ad fidem converſos, quàm ad alios Chriſticolas ad dictum opus eoſdem mittentes, omnimodam auctoritatem noſtram in utroque foro habeant tantam, quantam ipſi, & per eos deputati, de fratribus ſuis (ut dictum eſt) judicaverint, oportunam & expedientem pro converſione dictorum Indorum, & manutentione ac perfectâ illorū præfatorum in fide Catholica & obedientia, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & quod præfata auctoritas etiam extendatur quoad omnes actus Epiſcopales exercendos, qui non requirunt ordinem Epiſcopalem, donec per Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum.* Ex quibus patet Sacramenti Confirmationis miniſterium non exigere eſſentialiter Ordinem Epiſcopalem, quia ſimplex Sacerdos poteſt illud miniſtrare, ut miniſter extraordinarius per poteſtatem collatam à Sede Apoſtolicâ, & conſequenter poſſunt Miſſionarii in Indiis Sacramentum Confirmationis miniſtrare.

VII. Suarez tomo 3. in 3. partem diſp. 36, ſect. 2. aſſerit hanc poteſtatem ab Adriano conceſſam confirmandi in remotis regionibus quibuſdam fratribus pro Indiis. Quę conceſſio authentica dicitur haberi Hiſpali in Cōventu S. Franciſci. Hanc verò poteſtatem non eſſe perſonalem, ſed conceſſam toti Ordini, ſeu omnibus Monaſteriis ejuſdem Ordinis; ut patet ex verbis ipſius Adriani VI. *Volumus ut omnes Fratres Ordinum Mendicantium præſertim Ordinis Minorum regularis obſervantiæ, qui ſponte voluerint ad partes Indiarum præfatarum, causâ convertendorum & inſtruendorum in fide prædictorum Indorum ſe transferre liberè & licitè poſſint & valeant, habentes omnia pro ſufficienter expreſſis.* Expende hæc verba; *omnes Fratres Ordinum Mendicantium.* Item illa, *præſertim Ordinum minorum.* Quod privilegium etiam extenditur ad omnes Miſſionarios, qui habent communicationē privilegiorum; & converſioni Indorum incumbunt, ut docet Rodriguez tomo 2. quæſt 99 art. 5.

VIII. Thomas à Jeſu Mariâ de converſione omnium gentium in fine, in compendio privilegiorum, verbo *Confirmatio*, cum Mirandâ, Suare; Arcudio, Mendozâ, Solorſano; Vericelli, negat ejuſmodi privilegium eſſe conceſſum toti ordini, ſeu indiſtinctè omnibus Miſſionariis; quia eſt perſonale. Perſonale enim cenſetur quando nominatur perſona, niſi urgeant graves aliæ conjecturæ. Lezana tomo 4. quæſt. regul. verbo *Privilegium*, num. 4. & alii. Nec refert, quod Leo X. dicat. *Præfatos Fratres deputandos à vobis, vel à miniſtro Generali.* Quaſi poſſet Generalis ſucceſſivis temporibus deputare pro converſione infidelium. Sed in dubio privilegium eſt ſtrictè interpretandū;

Xxx 2 quando

quando derogat juri communi, ſicq; præſumitur perſonale. Ita ex cap. 1. ff. *Ille verò de filiis Præsbyter.* in 6. docent Pontius lib. 8. de Matrimonio. cap. 18. §. 1. Suarez de legibus cap. 3. Mendoza Theol. moral. lib. 6. ſect. 2, Bonacina de legibus quæſt. 2.

IX. Quoad Adrianum VI. ſecundùm nonnullos non comprehendit Sacramentum Confirmationis in illâ generali conceſſione. Nam quæ ſunt ſpeciali notâ digna non comprehenduntur generali conceſſione, Lapus allegat. 7. numer. 7, & alii apud Verricelli. Joannis XXII. privilegium eſſe etiam perſonale patet ex eo quod communicatur iis, qui cum dictis fratribus tranſire debuiſſent, ſcilicet iis, quibus ſcribit, non autem aliis, qui illuc mitterentur. Undè Manuel Sarmiento à Mendoza, & Solorzanus ſuadent & rogant, ut Romanus Pontifex permittat aliquibus Prçlatis Regularibus, ut in Japoniâ & aliis terris remotis conferri Sacramentum Confirmationis, quam facultatem fuiſſe conceſſam aliquibus Viris Apoſtolicis magis conſpicuis teſtatur Arcudius de Sacramentis Eccleſię Orientalis, his verbis. *Nec defuerunt alii Pontifices, qui hac noſtrâ ætate ob penuriam Epiſcoporum eandem facultatem pauciſſimis quibuſdam Viris Apoſtolicis ſpectatis Patribus Societatis Ieſu conceſſerunt, ut Religioſiſſimus Pater Ludovicus Fonſeca mihi retulit, qui ex Braſilea ſolverat, & Romam venerat ad Generalem Conventum anno 1593. affirmabat ſe ſolitum eſſe in illis partibus Sacramentum Confirmationis adminiſtrare, ibique hujus auctoritatis conceſſæ aſſervari diploma Pontificis.* Arcudius.

X. Quemadmodum ad Confirmationem licitè conferendam requiritur juriſdictio, ideoque Epiſcopus confirmare debet ſolum proprium ſubditum ſpiritualiter, niſi habeatur licentia, ſaltem rationabiliter præſumpta proprii Ordinarii. Sic Miſſionarii nequeunt Sacramentum Confirmationis conferre, ſi adſit Epiſcopus, tunc enim ceſſat poteſtas Miſſionariorum, nec poteſt licitè confirmare. Sicut Epiſcopus longo tempore Sacramentum Confirmationis intermittens peccat mortaliter, ut communiter docent Summiſtæ & Theologi maximè Angelus verbo *Sacramentum.* Sylveſter, Emmanuel Sa, Suarez, ſic Miſſionarii in locis ubi deeſt copia Epiſcoporum. Ratio eſt, quia licet per ſe loquendo, & citra contemptum nullus teneatur in particulari ſub peccato ſuſcipere Sacramentum Confirmationis, ex D. Thomâ part. 3. quæſt. 65. art. 4. & alibi, Scotus, Durandus, Suarez, Gammachæus, ex noſtris Michael de Bononia, Auguſtinus à Virgine, Urbanus, Stephanus, quia non eſt neceſſarium neceſſitate medii vel præcepti, tamen per accidens fieri poteſt, ut quis teneatur illud ſacramentum ſuſcipere. Primò, ob majorem illius effectus neceſſitatem, ſivè ex perſecutione tyranni, ſivè ex vehementi tentatione contra fidem, quo ſpirituali effectu Miſsionarius privat fideles, quorum ex indulto Apoſtolico curam habet, maximâq; eos afficit injuriâ, exponitque apoſtaſiæ periculo, quando eſt tardus & moroſus in conferendo Sacramento Confirmationis. Quare olim dum frequentes erant perſecutiones ſæpè immediatè poſt Baptiſmum cõferebatur Confirmatio. Et hoc ſenſu intelligendus eſt Melchiades Papa in ſua epiſtola decretali de Sacramentis Baptiſmi & Confirmationis loquens. *Ita conjuncta ſunt hæc duo Sacramenta ut ab invicem, niſi morte præveniente, nullatenus poſſint ſegregari, et unum ſine altero ritè perfici non poteſt.* Melchiad. Papa. Secundò, etiam ob Ordinum ſuſceptionem. Nam ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 4. de reformatione nemo illos ſuſcipere poteſt niſi ſit initiatus prima tonſurâ, & Sacramentum Confirmationis prius ſuſceperit.

Chriſma debet ordinariè eſſe benedictum ab Epiſcopo, ita D. Thomas, Gammachæus, Suarez, ex noſtris Bacconius, Auguſtinus à Virgine Maria, Stephanus à S. Paulo, & alii. XI.
Patet primò ex Concilio Florentino 2. decret. pro Armenis, S. Dionyſio, & aliis tam Conciliis, quàm Patribus. Dixi *ordinariè* nam incertum eſt, an ex ſpeciali privilegio & licentiâ Apoſtolicæ Sedis ſimplex Sacerdos, ut

Miniſter

miniſter Chriſti extraordinarius poſſit conficere hanc materiam Confirmationis. Opinionem affirmativam probabilem tenet Suarez. Patet primò ex Eugenio IV. anno 1444. & Nicolao V. anno 1447. Ille conceſſit Miſſionariis Ordinis Minorum in partibus Scythiæ, Moldaviæ, & ſeptem Sedibus Siculorum partibus, ut poſſent Oleum ſanctum & Chriſma conficere & benedicere. Nam in eodem diplomate paulò ante iiſdem conceſſit, ut poſſent Sacramentum Chriſmatis ſeu Confirmationis miniſtrare, bulla incipit *Sacra Religionis*, apud Wadingum tomo 5. Annalium anno 1444. num. 45. deprompta ex archivio Vaticano ſuperiori lib. 19. bullarum. Illam conſtitutionem confirmavit Nicolaus V. in bullâ, quæ incipit *ineffabilis*, quam refert Wadingus. ad annum 1447. numer. 16.

XII. Dices hanc facultatem conceſſam conficiendi & benedicendi Oleum ſanctum & Chriſma, non ad miniſtrandum Sacramentum Confirmationis, ſed ad innunctionem eorum, qui baptizantur, & benedictionem Capellarum, Altarium & Calicum, &c. quorum ibi facultas confertur. At hæc inſtantia ſtare nequit: quia ſi ad miniſtrandum Sacramentum Cōfirmationis fuiſſet opus præfatis Miſsionariis Chriſma confectum & benedictum ab Epiſcopo, ſine illo uti potuiſſent & debuiſſent ad cœtera munia potius, quam conſecrare & benedicere aliud novum.

XIII. Si Chriſma ſit incorruptum, ſen maneat ſubſtantia olei cum odore balſami poſſunt Miſsionarii uti oleo & Chriſmate antiquo, ita Suarez diſputat. 33. ſection. 1. Patet primò ex Concilio Florentino, in decreto pro Armenis, ubi non requirit iſtam conditionem. Secundò ex Clemente V. qui anno 1306. conceſſit Miſsionariis Minorum in bulla *Hera undecima*, apud Wadingum tomo 7. annalium. *Vt poſſint uti Oleo & Chriſmate antiquis, cum in eiſdē partibus novum oleum ſine magna difficultate haberi non poſſit, conſtitutionibus ſuper iis in contrarium editis nonobſtantibus.* Nicolaus V. in bulla *Ineffabilis*, apud Wadingum anno 1447. confirmat Conſtitutionē Joannis XXII. quæ incipit *Cùm hora undecima*, qui idem & iiſdem verbis concedit, quamvis præceptum conficiendi quotannis novum Chriſma, & eo deinceps utendi, & vetus comburendi ab Apoſtolis latum eſſe Fabianus Papa doceat epiſtola 2. quæ refertur de conſecrat. diſt. 3. *Litteris veſtris*. Quod præceptum Eccleſia in ſuis Canonibus frequenter iteravit, ut notat Suarez citatus.

XIV. Porrò ex communi Theologorum opinione Chriſma immediatè manu, vel digito Epiſcopi applicari debet per modum Crucis in fronte illius, qui confirmatur, probaturque ex perpetua praxi Eccleſiæ. Ratio eſt quia hoc Sacramentum debet eſſe aliqua manuum impoſitio, qualis non eſſet ſi Chriſma apponeretur mediante aliquo inſtrumento. Debet etiam adhiberi hæc forma, *Signo te ſigno Crucis, & confirmo Chriſmate ſalutis. In nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti.* Denique præter augmentum gratiæ ſanctificantis, datur auxilium gratiæ actualis, ſeu robur ad Chriſti fidem cōſtanter, intrepidè, generosè & inverecundè profitendam in terris infidelium ut docet D. Thomas quæſt. 72. artic. 1 & 7.

XV. In Confirmatione ſicut in Baptiſmo debet ex præcepto Eccleſia adeſſe patrinus nō tamen idem vel eadē, qui in baptiſmo de fonte levavit, ita D. Thomas & alii communiter. Probatur ex Canonibus Eccleſiæ de conſecrat. diſt. 4. *in Catechiſmo*, & can. *in Baptiſmate*. Ex hoc ultimo canone præter conditiones in patrinis requiſitas, injungitur ut pro Confirmatione ipſimet Patrini ſint confirmati, Deindè ex Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 2. de reformatione matrimonii, contrahitur cognatio ſpiritualis dirimens matrimonium inter patrinum, ſeu tenentem & confirmatum, ejuſque patrem & matrem dirimens matrimonium.

CAPJT IX.

Poteſtas Miſsionariorum porrigendi Sacramentum Euchariſtiæ & celebrandi.

I. LIb. 3. Regum cap. 19. dum S. P. Elias Regis Achabi perſecutionem ac impiæ Jezabelis furorem fugiens deſerta ac invia loca petiiſſet, longius progreſſus ſedit fatigatus ſubter unam juniperum, ibiq; à Deo petiit, ut moreretur non tædio vitæ aut ærumnarum impatientiâ, ſed ex zelo divinæ gloriæ, quam proculcatam videre non poterat. Quare projecit ſe & obdormivit ſub umbra juniperi. Noluit Dominus providus ac pius ſervum incœnatum dormire, ulteriusque incedere, ſed ad reliquum iter vegetius peragendum miſit Angelum ſuum, qui illum excitavit, *l. 3. Reg. 19. v. 5* verſ. 5. *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, ſurge & comede.* Pagninus. Pagninus Iſagogæ lib, 9. cap. 52. Elias typus eſt hominis habitantis in terris infidelium & hæreticorum, qui indè *ſurgens excitatur ab Angelo Domini, ideſt porrigitur à ſacerdote Dominici Corporis & Sanguinis ſacramentum.* Et Berchor. Berchorius clarius. *Panis ille ſubcinericius ſignificat Sacramentum Altaris, ubi panis, qui de cælo deſcendit ſub cineribus accidentium continetur, qui ſcilicet peccatori à ſomno peccati per pœnitentiam ſurgenti ab Angelo, ideſt à ſacerdote porrigitur.* Cùm verò *Angelus* idem ſit ac *miſſus, legatus,* Concludo quod licet miniſter Ordinarius ſit Papa, Epiſcopus, Parochus, quia diſpenſatio Sacramentorum, præſertim Euchariſtiæ, quo fideles ſpiritualiter paſcuntur, ad proprium paſtorem ſpectat, tamen ex privilegio quidam Religioſi omnibus Chriſtifidelibus S. Euchariſtiam in ſuis templis per ſe vel alios Sacerdotes miniſtrare poſſunt communionem liberã, ſeu ad quam ex præcepto fideles non obligantur. Dixi non obligantur, quia viaticum & communionem Paſchalem à proprio Paſtore ſumere debent incolæ & parochiani. Peregrini autem & advenæ (inquiunt Sanchez lib. de Matrimonio diſp, 23, Suarez part. 3. tomo 3, diſp. 72. ſect. 2. ferè omnes alii Doctores apud ipſos) poſſunt abſque ſcrupulo recipere Euchariſtiam toto tempore Paſchali à Regularibus. Ratio eſt, eâ re nullam faciunt Parochis injuriam, cùm in loco per quem tranſeunt non acquirant jus vel obligationem Parochiæ, ad propriam autẽ Parochiam pro accipiendâ Communione accedere nequeunt ob diſtantiam, quæ doctrina à fortiori de Miſſionariis intelligenda eſt.

Quod Miſſionarii poſſint officia divina, & ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrare, ubi eos hoſpitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus aliquomodo morabuntur. Patet primò ex figurâ Elianâ lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 30. *Dixit omni populo, venite ad me, & accedente ad ſe populo curavit altare, quod deſtructum erat.* Verſ. 21, *Et tulit duodecim lapides juxta numerum filiorum Iacob, &c.* Quæ erectio quoad fabricã licet non ſit contra legem, cum ex lapidibus impolitis ſit erecta juxta legem Exodi cap. 20. verſ 24. & 25. Tamen videtur legem violaſſe quoad locum, quia erat extra tabernaculum ubi non licebat ſacrificare, Deuteron. cap. 12. verſ. 13. Nam in Carmelo nec arca, nec ſanctuarium unquam fuiſſe legitur. Nihilominus quod Elias non peccarit conſtat quod nemo ex 450. prophetis Baal, & 400. Prophetis Lucorum in Carmelo congregatis illi objecit quod extra templum ſeu tabernaculum immolare Deo Iſrael tentaret. Nullus etiam ex toto populo contra præfati altaris erectionem reclamavit. Imò cum verſ. 24. diceret Baalitis, *Invocate nomina Deorum veſtrorum, & ego invocabo nomen Domini Dei mei, & Deus qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus:* Reſpondens non aliquis è populo, *Sed omnis populus ait, optima propoſitio.* Imò verſ, 34. ipſe populus ſacrificio cooperatus eſt nam jubente Eliâ, *Implete quatuor hydras aqua & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna.* Rurſumque dicente II.

l. 3. Reg. 18. v. 30

ve ſr 13

verſ. 24.

verſ. 34.

Etiam

Etiam ſecundò hoc facite, qui cum feciſſent ſecundò, ait etiam tertiò idipſum facite, fecerunt tertiò, &c. Dico itaque S. Eliam ibi immolaſſe ex divinâ diſpenſatione & privilegio, ut patet ex verbis ipſius Elię verſ. 26.
verſ. 36. *Cùmq; tempus eſſet, ut offerretur holocauſtum, accedens Elias Propheta ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie, quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc, &c.* Lyranus. *Scilicet immolando in excelſis ex-*
Lyranus. *tra Ieruſalem poſt templi ædificationem quod erat illicitum, niſi ex ſpeciali diſpenſatione divinâ, quod fecerat Elias in propoſito. Et Deus hoc oſtendit per ignem deſcendentem ſuper holocauſtum ejus.* Secundò, quod etiam poſſit extra templa maximè à Miſſionariis celebrari ac offerri incruentum Miſſæ ſacrificium patet ex variis diſpenſationibus & privilegiis Apoſtolicis, ex bullâ Innocentii IV. datâ Religioſis S. Dominici proficiſcentibus in regiones infidelium his verbis. *Inſuper in locis in quibus vos hoſpitari contige-*
Innocen. 4 *rit, vel in locis partiam earundem, in quibus reſidentiam facietis, miſſam, & cætera divina celebrare officia, & in eiſdem, &c. facultatem & licentiam habeatis.* Quod privilegium confirmavit Nicolaus III. anno 1278. Eandem facultatem conceſſerunt Minoritis Clemens V. anno 1306. & Leo X. his verbis. *Inſuper in locis in quibus Fratribus ipſis reſidentiam facere, vel eas hoſpitari contigerit, Miſſam & divina officia cum ſola ſolemnitate celebrare, &c.*

III. Quod etiam poſſint uti portatilibus altaribus more Antiſtitum innuit Innocentius IV. anno 1255. reſpectu
Leo 10. Fratrum Prædicatorum. *Cæterum* (inquit) *Vobis concedimus, quod à Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis ordines & alia Sacramenta ſuſcipere, & altaria portatilia more ipſorū à jam præfatis Epiſcopis benedicta habere & eis uti poſſitis, &c.* Idem privilegium, eodemque verborum tenore concedit Nicolaus III. anno 1278. Eandem licentiam Religioſis S. Franciſci impertierunt Clemens V. anno 1316. Joannes XXII. anno 1321. Urbanus V. anno 1369. Martinus V. anno 1418. Eugenius IV. anno 1433. modò illa loca in quibus celebrabitur in altaribus portatilibus, ſint decentia, honeſta, & ab omnibus actibus humanis ſeparata & diſtantia, ut declaravit Clemens VIII. anno 1604. pro noſtris Carmelitis Diſcalceatis in Perſarum & quorumcumque infidelium, ſchiſmaticorum & hæreticorum partes mittendis his verbis. *Altaria portatilia cum debito honore & reverentia habere & ſuper illis in quibaſlibet* Clemen. 8.
locis decentibus tamen, & honeſtis, & ab omnibus humanis actibus ſemotis, & remotis Sacroſanctum Miſſæ Sacrificiū. etiam ante lucem regulariter per mediam horam ante, dummodò illuceſcat dies. Vel ſi neceſſitas id poſtulaverit, etiā per horam ante, & per mediam horam poſt meridiem, &c. Gregorius XIII. in bullâ *Vſum Altaris*, tomo 3. Bullarum inter bullas Gregorii numer. 57. conceſſit Præsbyteris Societatis Jeſu, ut in ſuis miſſionibus uti poſſint altari viatico & ſuper illud etiam in caſtris militùm ubique gentium, modò loca ſint tuta & honeſta judicio Generalis aut Provincialis Miſſæ Sacrificium celebrare, &c. Suarez tomo 3. in 3. part. diſp. 81. ſect. 3. negat alias Religiones cum Societate communicantes hoc privilegio gaudere, ſed Peirinis tomo 1. Privilegiorum Minimorum in conſtit. Pyrrhi num. 28. noſter Lezana tomo 1. quæſt. regul. cap. 21. num. 14: Pellizarius, Fagundez, Verricelli, Quartanaduennas, & alii affirmant modò adſint conditiones à Pontifice aſsignatæ & tempore miſſionum.

Innocentius IV. In bullâ *cum hora undecima*, apud Cherubinum & Rodriguez conceſsit Religioſis S. Domi- IV.
nici. *Si contingat* (inquit) *vos aliquo caſu noſtra altariola non habere, ac veſtes ſacerdotales, altaris, pallas, corporalia, per eos, qui ex vobis ſunt Præsbyteri cum neceſsè vobis fuerit, benedicere ubi Catholicorum Epiſcoporum copia non habetur, necnon alia facere quæ ad augmentum Dominici Nominis & amplificationem Catholicæ fidei augmentationem & irritationem illorum, qui ſacris traditionibus contradicunt, ſicut*

pro

pro loco & tempore videbitis expedire, etc. Idem Alexander IV. iiſdem conceſſit anno 1258 apud Bzovium. Nicolaus III. anno 1278. apud Rodericũ Patribus Minoritis, Alexander IV. apud Wadingum tomo 2. & Clemẽs V. anno 1306, Urbanus V. anno 1369 apud Wadingum tomo 4. annalium, & alii Pontifices apud eundem. Idem indulſit Patribus Societatis Jeſu Miſſionariis in regionibus infidelium, altaria portatilia, imò & calices benedicere. Subditque. *Et quia in numeroſis populis illarum regionum tanta eſt ſacerdotum raritas, ut unus plurium curam ſuſcipere debeat, & bis eadem die Miſſam celebrare diverſis in locis valeat, etc.* Poſſunt Religioſi Societatis Jeſu ex Gregorio XIII. uti poſſunt altari portatili ubique gentium, quo privilegio fruuntur aliorum Ordinũ Religioſi, qui habent (ut dictum eſt) communicationem privilegiorum, & jubentibus ſuperioribus Deo & Eccleſiæ miniſtrant in hoc Miſſionum exercitio ſivè in terris fidelium, ſivè infidelium, in caſu tantùm miſſionum. Pellizarius in manuali regul. tomo 2. tract. 8. cap. 2. numer. 86, Facundez in præc. 1. lib. 1. cap. 13. Debet tamen Miſſionarius à ſuo Provinciali habere licentiam utendi altari portatili ſaltem tacitam, ita Gregorius XIII. quæ præſumitur data hoc ipſo, quod ad miſſionem deputatur, Quintanaduennas in Theolog. mor. dubio 9, num. 7, Item ſing. 32. numer. 5. Verricelli ſupra tit. 8. de Euchar. & ſacrific. miſſæ quæſt. 35.

V. Miſſionarii poſſunt uti hoc privilegio in itinere, ita Thomas à Jeſu Maria de converſione omnium gentium in compend. Privil. in princip. quæſt. 3. non tantùm in caſtris, ſed etiam cubiculis ſœcularium. Patet ex illis verbis Gregorii XIII. *Ubique gentium etiam in caſtris militum modò loca eſſi communia et prophana, tuta et honeſta ſint, etc.* Quo etiam privilegio potiuntur Miſſionarii Regulares qui habent communicationem privilegiorum. Thomas Hurtado reſolut. moral. tomo 2. tract. 12. num. 2226, Quintanaduennas in Theol. moral. tract. 7. ſingul. 34. num. 6. Layman lib. 5: tract. 5. cap. 5. num. 5. Hurtadus de Sacram. diſp. 4. diff. 6. verſu *Obſervandum.* Pellizarius in manuali Regul. tomo 2. tract. 8. cap. 2. ſect. 2. ſubſect. 1. num. 86. Paſqualigus deciſ. 174. Quo privilegio uti poſſunt extrà neceſsitatem, & diebus ferialibus. Idem Paſqualigus deciſ. 167. & alii.

Quemadmodum enim in primitiva Eccleſia in omni loco & die licebat ſacrificare, Euſebius lib 7, cap. 7. Baronius ad annum 57. 303. 377. 404. ita & nunc, imò ubicumque voluerint cum altari viatico, verbi gratiâ in plateis ſi non ſint loca honeſta, licet in plateis fiant multa prophana. Ut de Fratribus Prędicatoribus & Minoribus, patet in cap. *in his*, 30. de Privileg. Xiſto IV, bulla 14. & 37. apud Rodriguez tomo 1. quæſt. reg. quæſt. 43. art. 4. Alexander VI. apud Rodriguez in compend. reſol. 9. numer. 4. & 8. Paſqualigum deciſ. 174. & 176. Tamburinus lib. 1. de Miſſa cap. 4. §. 3. num. 8. Refert aliud privilegium conceſſum à Paulo III. Patribus Societatis. Quæ privilegia non eſſe revocata per Concilium Tridentinum modò non prohibeat Epiſcopus. Probabiliter docent Tamburinus lib. 1. de miſſa, cap. 4. §. 3. num. 10. Thomas Hurtado reſol. moral. tomo 2. tract. 12. cap. 1. num. 226. Franciſcus Lugo de Sacramen. lib. 5. cap. 6. num. 32. Rodriguez quæſt. regul. tomo 1. quæſt. 43. art. 5. & in ſumma verbo *miſſa*, num. 16. Portellus, Villalobos, Ledeſma, Joann. de la Cruz, Paſqualigus, & probabile docent Cardinalis de Lugo de Euchariſtia diſ. 20. ſect. 2. num. 51. Serra part. 3. quæſt. 83. art. 2., & alii apud Verricelli ſup. num. 2. VI.

Si Turca vetuit ſub pœna capitis celebrari extra Eccleſiam, vel in privata domo tunc Miſſionarius poteſt celebrare in Eccleſiis hæreticorum, aut ſchiſmaticorum, licet ibi habita fuiſſet cœna Calviniſtica, & hæretici eſſent ſepulti, ita Avila de cenſuris diſput. 7. dubio 3. concl. 2. Sorus in 4. diſt. 13. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 4. Suarez tomo 3. diſp. 3. ſect. 4 Perſicus, Villalobos, Bauny, Ratio eſt Eccleſia VII.

Eccleſia non eſt verè polluta ob ſacrilegos ritus hæreticorum, nec ullibi In jure expreſſum eſt. Undè Sacra Congregatio Concil. 19. Decembr. 1602. apud Barboſam in collect. bull. verbo *Eccleſia*, primò reſpondit. *Quod Eccleſia conſecrata ritu Græco ſi ad Romanam Eccleſiam redierit non eſt iterùm conſecranda, ſi fidem Sanctæ Trinitatis tenuerit, qui prius conſecravit.* Nec Eccleſia per ſepulturam hæretici non denunciati polluitur. In illis autem locis nullus eſt nominatim denunciatus, Reginaldus lib. 29. num. 148. Perſicus lib. 1. cap. 7. Fagundez, Navarrus, Suarez tomo 3. diſput. 81. ſect. 4. & tomo 5. diſp. 12. ſect. 4. num. 5. Deinde eſto ſit violata neceſſitas non habet legem & ſtante neceſſitate ceſſat ſcandalum cum prohibente Turca non poſſit celebrari extra eam.

VIII. Poſſunt Miſſionarii regulares Eccleſias & Hoſpitalia (prout illis expedire videbitur) reformare & condere ſtatuta, ordinationes deſuper neceſſarias, eaſque poſtquam conditæ ſunt mutare, addere illis vel detrahere. Ita Pellizarius tomo 8. cap. 4. ſect. 3. numer. 88. Ex noſtris Thomas à Jeſu lib. de converſione omnium gentium procuranda verbo *Altare*, verbo *benedicere*, verbo *Eccleſia*, verbo *Hora Canonica*, verbo *miſſio*, Auguſtinus à Virgine Maria in privilegiis omnium Religioſorum Ordinum verbo *Miſſionarii*, Antonius à Spiritu ſancto tract. 2. diſp. 5. ſect. 1. §. 4. In partibus hæreticorum & infidelium Miſſionarii poſſunt de novo fundare Eccleſias. Quod ſi fortè fuerint fundatæ ſed pollutæ, poſſunt eas reconciliare, ac de novo fundatis providere de idoneis rectoribus. Procul abſentes ab Epiſcopis poſſunt altare portatile cõſecrare, veſtes, pallas, & corporalia benedicere, & in locis ubi reſident concedere indulgentias, ita Antonius à Spiritu ſancto ſupra num. 11. Probaturque ex Innocentio IV. bullâ 2, Nicolao III. & V. Paulo III. bullâ 8. apud Rodriguez in bullario. Poſſunt Regulares Miſſionarii fidelibus Euchariſtiam miniſtrare. Ita Antonius a Spiritu Sancto ſupra & alii, Probatur ex Leone X. bulla 34. Pio V. qui (ut teſtatur de la Cruz lib. 2. cap. 5. conceſſit Regularibus Indiarum, ut in Monaſteriis & locis ibi deputatis poſſint baptiſare, aliaque Sacramenta inſtar Parochorum miniſtrare. Quo privilegio (inquit idem de la Cruz) gaudent omnes Provinciæ Indiarum. Idem Privilegium confirmarunt Paulus III. Innocentius IV. & Nicolaus III. & V ſupra citati.

§. 1.

An noſtra templa gaudeant immunitate reſpectu reorum etiam infidelium ad ipſa confugientium.

I. Lib. 4. Regum cap. 11. verſ. 13. cum in templo fierent aliqui ritus extraordinarii, applauſuſque feſtivi Athalia videns populum illuc confluentem. *Ingreſſa ad turbas in templum Domini.* Verſ. 14. *Vidit Regem ſtantem ſuper tribunal juxta morem, & cantores & tribus propè eum, omnemque populum terræ lætantē, & canentem tubis, & ſcidit veſtimenta ſua, clamavitq́; conjuratio, conjuratio.* Verſ. 15. *Præcepit autem Ioiada Centurionibus, qui erant ſuper exercitum, & ait eis, educite eam extra templum, & quicumque ſecutus fuerit feriatur gladio. Dixerat enim Sacerdos non occidatur in templo Domini.* Notat Dionyſius quod lib. 2. Paralip. cap. 23. verſ. 13. *Fertur clamaſſe inſidiæ, inſidiæ, quia conjurationem & inſidias appellavit conſpirationem, & practicam contra ſe factam.* Toſtatus in cap. 11. lib. 4. Regum notat Athaliam non incongruè eductam fuiſſe è templo. *Iuſſit Ioiada Athaliam non occidi intra templum, quia Deus juſſerat, quòd etiamſi aliquis eſſet reus mortis non occideretur in templo, ſed educeretur, Exodi cap. 21. ſcilicet ſi quis per induſtriam occideret proximum ſuum, ab altari meo evelles eum, ut moriatur. Ergò non licebat occidi eum intus, ſed evelli, & extra occidi. Secundò etiamſi Deus non juſſiſſet, ratio hoc dictabat quia Sanctuarium*

4. Reg. 11. v. 13. verſ. 14. verſ. 15. Dionyſ. Toſtatus.

ctuarium erat res ſanctiſsima, & mundiſsima, ideò non debebat pollui ſanguine humano, occidendo ibi aliquem. Tertiò, quia illi qui tangebant mortuos, vel oſſa mortuorum, aut aliquid pertinens ad mortuos, erant immundi, ita ut non liceret eis intrare Sanctuarium. Numer. cap. 19. A fortiori ergò occidere aliquem in Sanctuario erat major immunditia. Quartò quia aliquem occidere in templo pertinebat ad dedecus templi. Nam propter hoc Ioiada, & totus populus occiderunt Matham ſacerdotem Baal intra templum Baal coram altari, quia volebat reddere templum vituperabile, lib, 2. Paralip. cap. 23. Non debebat enim templum Domini contemni occidendo aliquem. Quintò ad dignitatem alicujus domus pertinet quod gaudeat immunitate, & ob hoc Eccleſia noſtra gaudent immunitate, & etiam aliqua domus nobilium eadem gaudent immunitate. Debuit ergò templum eſſe immune. Et quanquam Athalia non mereretur gaudere templi immunitate: tamen templum non debuit contemni propter ipſam effundendo ibi ſanguinem.

II. Nec refert quod libr. 3. Regum cap. 2. verſ. 31. occiſus fuit Joab in templo, quia ſecundùm aliquos non erat templum Salomonis, ſed tentorium, quod fecerat David, tamen quod erat ſacrum & commune, tum propter vaſa, tum propter arcam fœderis & altare. Ut patet lib. 2. cap. 2 & cap. 6 Imò potiùs Joab ſalvari debebat quam Athalia. Hæc enim tantùm erat in atrio, in quo populus morabatur, quod non erat tantæ ſanctitatis ſicut domus interior, ad quam ſoli Sacerdotes intrabant. Ait ergò Toſtatus, quod *Salomon juſſit occidi Ioab in templo, non quidem ut licitum eſſet ibi occidi, ſed quia nolebat exire de tabernaculo, ut occideretur extra, ipſe autem noluit, ideò juſsit quod occideretur ibi, ita fuiſſet de Athalia. Nam ſi non potuiſſet educi de templo, ibi occidi poterat licitè.* Idem quæſt. 22 ſcribit olim templa non habuiſſe immunitatem. *In veteri teſtamento templum non propriè gaudebat immunitate, ſed propter reverentiam ejus aliquando timentes confugiebant illuc credentes quod ibi non arceretur eis.* Conſequenter oſtendit contra Juriſtas quod templum in veteri lege non gaudebat immmunitate ſeu privilegio. *Et ideò* (inquit) *quando aliquis erat reus mortis & cum fugeret ad templum, iudices poterant eum indè licitè trahere. Et ſic Athalia, cùm eſſet rea mortis, licitè poterat deduci indè. Secundò, dato quod templum gauderet immunitate aliquâ, tamen ſolum eſſet cùm quis non occidiſſet alium per inſidias vel per induſtriam Exodi cap. 21, & tamen Athalia occiderat multos per inſidias & induſtriam, quia ſubitò & induſtrioſè occidit omnes de ſanguine regio lib 2. Paralip. cap. 22. undè non debet gaudere immunitate. Tertiò immunitatis eſt quod fugientes ad talia loca non poſſunt indè deduci, & tamen Athalia non confugerat ad templum, ut ibi liberaretur, ſed potius iverat illuc, ut offenderet populum qui erat in coronatione regis, & ideo non debebat gaudere immunitate. Quartò ſi Athalia immunitate loci frueretur poterat inde ſequi deſtructio loci, & occiſio regis, & omnium qui convenerant ad coronationem ejus, quia ipſa concitaſſet omnes fautores ſuos, ſi permiſſa fuiſſet aliquanto tempore ſupervivere.* Ideò etiam ſi aliàs debuiſſet gaudere immunitate loci, non erat permittendum tunc quod gauderet. Nam cum ipſa infeſta eſſet cultui Dei & nunc videret quod in templo Domini facta fuerat cõtra ſeipſam conjuratio, non eſt dubium quin comminata fuiſſet deſtruere templum ſi superviveret.

Tamen noſter P. Lezana tomo 3. quæſt. regul. verbo *Immunitas Eccleſiarum*, videtur Juriſtatum mentem ſequi. *Eſtq́.* (inquit) *ſatis conforme juri divino, veteris legis, quo non ſolùm inſtituta ſunt civitates refugii pro delinquentibus, ſed etiam ipſum templum Salomonis.* Eo privilegio frui videbatur, prout colligitur probabiliter Exodi cap. 21, lib. 3. Reg. cap. 1. citat ex antiquioribus Bacchonem noſtrum in 4. diſt, 12. art. 1. ex Neotericis Covarruviam reſol. cap. 20. num, 2, Rodriquez tomo 2. quæſt. regul. quæſt. 50. Suarem tomo 1. de Relig. tomo 2. lib. 3. cap. 8. num. 9, & ſeq, Layman lib. 4. tract. 9, cap, 3, n. 1. Bordonum reſol. 1. III.

reſolut. 1. Et hujus opinionis argumentum non leve eſt quod Gentiles fidelium imitatores aras ſuas & templa voluerint ſimili privilegio & immunitate gaudere. Ovidius lib. 3.
(Ovidius.) Faſtorum.

Romulus ut ſaxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.

Hujus refugii Romani à Romulo inſtituti meminit Lactantius, qui conſtituit aſylum ut eò paſſim confugerent ex finitimis locis peſſimi quique ſine ullo conditionis diſcrimine, ita conflavit ex his omnibus populum. Virgilius lib. 1. Æneidos.

(Virgilius.) *Ad te confugio ſupplex, tua Numina poſco.*

Statius lib. 12. Thebaidos ſcribit filios Herculis poſuiſſe Athenis, *Aram miſericordiæ ſeu clementiæ, ad quam non tantùm venerationis, ſed protectionis*
(Statius.) *ergo veteres confugiebant.*

Urbe fuit mediâ nulli conceſſa potentū
Ara Deum juris poſuit clementia ſedē.

Pauſanias in Achaicis ait Jovem Dodoneum Athenienſibus tale oraculū ediddiſſe.

Ara tibi Eumenidum fumans, &
(Pauſanias) *curia Martis*
Sint cordi, hinc bello donati: Nam fortè Laeones *(tela*
Supplicit er triſtes veniunt, tu projice
Supplicibus parcens Divûm quos jura tuentur.

Quibus ſatis patenter innuit quod rei ad aras Deorum confugerent, ut eorum tutelam ac protectionem experirentur. Et ut ad Romanos regrediamur. D. Auguſtinus lib. 1. de Civit.
(S. Auguſt.) cap. 34. de Romuli & Remi aſylis. *Romulus & Remus* (inquit) *aſylum conſtituiſſe perhibentur, quo quiſquis confugeret ab omni noxa liber eſſet.* Ad illa refugia alludit Cicero oratione pro Publio Quintio, & lib. 2. Tuſcul. *Ad te confugimus, à te opem petimus.* De aſylis & refugii in templis Herculi ſacris conſtitutis Herodotus in Euterp. lib. 2. refert ſervos Alexandri ad illa confugiſſe. Notat Leſſius in librum annalium Taciti num. 70. quod ſedere ſolebant ſupplices, imò ſcribunt Hiſtorici ſimulachrorum cultum ab ejuſmodi indemnitate & immunitate originem accepiſſe, ut patet in Nino primo Aſſyriorum rege, qui cùm mortuo patri ſtatuam erexiſſet publico edicto ſancivit, ut quiſquis ad ſtatuam venerabundus accederet omnium ſcelerum impunitatem conſequeretur, ita S. Antoninus lib. 1. hiſtor. tit. 1. cap. 3. §. 1. Ipſi Romani omnium nationum ſuperſtitionibus infecti ſuis Imperatoribus divinos honores reddere cupientes à refugio ad eorum ſtatuas auſpicati ſunt, ut notat Leſſius proximè citatus. Cui adſtipulari videtur D. Ambroſius lib. 6. Hexameron. *Solo are* (inquit) *fuſa*
(Leſſius.) *principum capita, & ducti vultus de are vel marmore adorari.* De Tiberio ſcribit Philoſtratus in vitâ Aponii lib. 1.
(Philoſtratus.) *Apud Aſpendios* (inquit) *aſylum Tiberis ſtatuaq́ ſanctiores illis in locis venerabilioresq́ quàm Iovis Olympii ſimulachrum habebantur.* Meritò notat quod ſtatuæ Imperatorum ſanctiores & venerabiliores haberentur, nam cùm rei omnium criminum impunitatem ex ejuſmodi refugiis experirentur pluſquam ab ipſis Deorum ſtatuis. Factum eſt ut illas imperatorum ſtatuas majori honore proſequerentur, ipſosq́ue Imperatores ſanctiores exiſtimarent & victimas quaſi Numinibus maſtarent. Quod etiam animad-
(Plinius.) vertit Plinius lib. 2. cap. 6. *Hic fuit vetuſtiſſimus referendi benè merentibus gratiam mos, ut tales Numinibus aſcriberentur.* De his plura vide apud Fulgentium lib. 1. Mytologiarum, Toſtatum in cap. 20. Joſue.

Eandem immunitatem ſuis ſtatuis IV.
& imaginibus adſcripſerunt Imperatores Chriſtiani qualem olim Gentiles non idololatriæ intuitu, non religionis, ſed honoris gratiâ, ut patet ex l. *unica*, C. *de iis qui ad ſtatuas confugiunt*, ex l. 1, ff. *de officio præfecti urbis* l. 2, §. *ideoq́*, ff. *de his qui ſui vel alieni juris*, l. 1. *Capitalium*, §. *ad ſtatuas*, ff. *de pœnis*, l. *Quis ſit*, §, *apud*, ff, *de ædilio edicto.* Undè ex hoc recurſu Chriſtiani Imperatores divinos honores nuſquam ſibi vindicarunt, imò prohibuerunt ut patet ex l. 2. C. *de ſtatuis*, ubi hæc verba habentur. *Sine adorationis ambitioſo faſtidio.* Licet hono-

rarctur principis ſtatua, quæ in ejus recordatione fuerat erecta, ut patet ex præfato l.2. Cœterùm etſi non clarè conſtet an in veteri lege præter civitates refugii adhuc templa divino cultui à Salomone & aliis dedicata eadem immunitate gauderent.

V. Certum eſt in novâ lege omnes Ædes ſacras immunitatis privilegiũ habere, ita ut ibi exiſtentes tuti ſint à laicâ poteſtate, ita ex noſtris Bacconius in 4. diſt.13. art. 1 Lezana tomo 3. quæſt. regul. verbo *immunitas*. Quibus favent Suarez de Religione, tomo 1. tract. 2. lib. 3. cap. 12. Sylveſter verbo *immunitas*, Sanchez tomo 2. moral. conſil. lib. 6. cap. 1. num. 2. Bonacina de legibus diſp. 3. quæſt. 7. puncto 1, & alii. Quæ vocatur immunitas Eccleſiaſtica, vel quia ab Eccleſia conceſſa fuit, vel quia eſt privilegium Eccleſiæ & locorum ſacrorum. Nomine autem Eccleſiæ non tantùm accipitur illa quæ conſecrata eſt, etiam ſolùm benedicta, cùm ſit locus Deo ſacer, ita Bacconius in 4. diſt.13. art.1. & alii apud P. Lezanam ſupra & tomo 1. cap. 18. Inſuper per nomen loci ſacri non tantùm intelliguntur loca conſecrata vel benedicta ſed etiam Monaſteria, ſeu domus Religioſorum, &c. Idem P. Lezana & alii ab eo citati. Addit Bonacina domus Canonicorũ, Parochorum aliorumq; Eccleſiaſticorum exiſtentes intra triginta paſſus propè Eccleſiam, Palatium Epiſcopi, &c. puncto 4. Immunitas ergò de quâ hic præcipuè agimus, efficit ut exiſtens in illis locis ſacris capi nequeat à Laicâ poteſtate, ut patet ex C. *miror*, C. *definunt*, C. *nullus* 17. quæſt. 4. C. *inter alia de immunitate Eccleſiæ*, & Conſtitut. Gregorii XIV. quæ incipit. *Cùm alias nonnullis*, Ita ut lib. 4. Regum cap. 11, 4. Reg. cap. 11. ſicut Athalia educta eſt ex templo Pontificis auctoritate, & tradita poteſtati ſœculari, vel quia illam templi immunitatem violare volebat, ut dictum eſt, vel ex ſpeciali ordinatione divinâ. Ita ſecundùm præfatam Conſtitutionem Gregorii cavetur nè aliquis è loco ſacro extrahatur ſine expreſsâ Epiſcopi vel ejus Officialis authoritate, cum interventu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo authoritatem habentis, Bonacina ſupra puncto 3. num. 2. qui ibidem obſervat post Covarruviam 2. var. cap. 20. Suarem citatum & alios licere judici ſœculari extra locum ſacrum obſidere delinquentem in loco ſacro exiſtentem, ut illum egredientem capiat. Sic enim non violatur immunitas loci ſacri, cùm judex non obſervet locum ſacrum, ſed prophanum, ut reum capiat ſi in prophanum locum immunitate carentem ſe conferat. Quod ſi poteſtas ſæcularis reum è loco ſacro vi extrahere velit poteſt reſiſtere & deterrere cenſuris, vel claudendo januas, licitum eſt enim mediis licitis vim vi repellere, tueri immunitatem Eccleſiaſticam, Bonacina ſupra, noſter P. Lezana verbo *immunitas*, ubi num. 20. & 21. refert qualem culpam & pœnam incurrunt ſœculares qui ſic violenter extrahunt reos, quid etiam reorum nomine & qualium reorum intelligatur, idem P. Lezana numer. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

VI. Inſuper numer. 5. docet omnes fideles baptiſatos gaudere illâ immunitate, hæreticos etiam. Licet enim quoad ipſum crimen hæreſis illâ immunitate non gaudeant, tamen probabiliter tenet quoad alia crimina potiuntur. Item licet indigni ſint hoc favore, tamen pia Mater Eccleſia in citatis juribus loquitur generaliter de omnibus, & eos non excludit, citatq; Sylveſtrum verbo *immunitas*, quæſt. 3. Suarem ſupra num. 3. Dianam part. 1. tract. de immunitate Eccleſiarum, reſol.29. qui addit quod in locis ubi hæretici impunè habitãt, poſſunt propter alia crimina hac immunitate gaudere. De Judæis verò, paganis, vel ſaracenis negantem & affirmantem opinionem ita cõciliat. *Vel enim tales cùm confugiunt ad Eccleſias petunt baptiſmum vel non, ſi ſecundum non gaudent, ſi primum gaudẽt. Tum quia par eſt, quod Eccleſia defendat eos, qui eam Matrem habere deſiderant, tum quia ita intelligitur ex l.1. C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, & ex declaratione quam refert Barboſa de jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num.44. & Diana tomo 5 in collectan. art.* 39. Pro hac ſententia

citat

citat etiam Suarem tomo 1. de relig. tract. 2. lib 3. cap, 8. num. 11. Bonacinam ſupra §, 3. numer. 5. Layman lib, 4. tract. 9, cap. 3. num. 12. Supponit etiam eos non fictè petere baptiſmum ut eos Eccleſia tueatur, quod ex circumſtantiis colligi debet. De Catechumenis credit etiam gaudere hac immunitate, quia ſunt fideles, licet non baptiſati, & volunt in Eccleſię gremium recipi etiam quoad numerũ & conſequenter æquum eſt, ut ipſa eos defendat præſertim cùm non ſint excluſi à jure. Denique poſt Sylveſtrũ ſupra verbo *immunitas*, quæſt. 3. Navarrum in manuali cap. 25. num, 19. & alios docet excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos potiri illâ Eccleſiaſticâ immunitate, cùm nullus textus eos excludat ab hoc communi fideliũ privilegio.

VII. Cùm Eccleſiaſtica Immunitas conceſſa ſit iis ſolis qui ſunt de Eccleſiæ gremio, vel ad illum aſpirant, & gentiles ſuis templis immunitatem tribuant: difficultas eſt an contra fidei confeſſionem faciant homicidæ Chriſtiani qui ad ejuſmodi idolorum templa confugiunt. Reſpondeo cum Verricelli tract. de miſſion. Apoſtol. tit. 1. de fide quæſt. 57. Quod ſi ad immunitatem conſequendam fidelis non tantùm ad templa, altaria, & idolorum ſimulachra confugiat, ſed etiam ipſa tangat & amplexetur, vel ſimile quid præſtet, illicitum eſſe & intrinſecè malum, nec mortis timor excuſat à peccato contra fidei confeſſionem. Ratio eſt: licèt tangere, amplecti ſtatuam ſecundùm ſe, & abſolutè ſit aliquid indifferens, nec intrinſecè malum, tamen in his circumſtantiis, & in tali caſu particulari ad obtinendam criminum impunitatem. Hæc actio determinatur ad ſignificandam idoli venerationem, ſicut adolere thura idolo. *Actiones* (inquit Suarez lib. 6. contra Regem Angliæ cap. 9. num. 29.)

Suarez. *aliquæ, quamvis abſtractæ & generatim ſumptæ dici poſſunt indifferentes quatenus, intrinſecè malæ non ſunt, tamen in particulari ſumptæ, ut cum tali modo & cum talibus circumſtantiis ſiunt habent intrinſecam malitiam.*) Sic tangere, amplecti aram ex ſe & abſolutè ac generatim eſt aliquid indifferens, ſed cùm amplecti & tangere pro conſequendâ immunitate, cùm ſit ad ipſum confugere, ab eo auxilium præſtolari, & quaſi ſupplex petere eſt intrinſecè malum, & prohibitum. Id innuere videtur Sanctus Chryſoſtomus homil. 25. in Mathæum in imperfecto, ubi fusè oſtendit quod non ſufficiat, fides cordis, ſed quod etiam fidelis debeat fidem ſuam palam & exterius non tantùm ore, ſed auribus, ſed guſtu, viſu, odoratu, S. Chryſoſtomus. & tactu profiteri. *Conſidera nè fortè dicant fideles Chriſtiani: ſi neceſſitas perſecutionis advenerit, interim coram hominibus de negatione patior pœnas, in corde autem meo veritatem teneo Chriſti. Ideo non dicit, qui me confeſſus fuerit in corde ſuo, ſed coram hominibus, quoniam qui coram hominibus non confitetur, non prodeſt ei aliquid quod in corde credat in Chriſtum, quia qui ore denegat, non poteſt fieri ut in corde credat. Radix enim confeſſionis fides cordis, confeſſio autem fructus eſt fidei. Sicut ergo quamdiu radix eſt viva, neceſſe eſt ut ramos producat aut folia, ſi autem non produxit, ſine dubio intellige quod radix ejus in terra ſiccata eſt. Sic quamdiu fides cordis integra eſt ſemper germinat confeſſionem in ore, ſi autem confeſſio non fuerit oris, intellige ſine dubio, quia fides cordis ejus jam ante ſiccata eſt. Sic enim dicit Apoſtolus. Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Ergò nec valet confeſſio oris ſine fide cordis, nec fides cordis ſine confeſſione oris. Si autem tibi prodeſt corde credere, & non coram hominibus confiteri, ergo & infideli & in hypocriſi confiteri Chriſtum prodeſt, etiamſi corde non credas, ſi autem illi nihil proſit confiteri ſine fide, nec tu proficis credendo ſine confeſſione. Si ſufficis Chriſto qui cognoſcit, & ſi confeſſus eum non fueris coram hominibus, ergo & tibi ſufficiat, quia cognoſcit te Chriſtus, & ſi non fueris te confeſſus coram Deo: ſi autem tibi non ſufficiat confeſſio ejus nec illi ſufficiet fides tua, ſi enim ſufficeret tibi fides cordis, cor tantummodo Deus creaſſet, nunc autem & os tibi creavit Deus, ut ore credas & ore confitearis, nec tantùm ore ſed quinque ſenſibus carnalibus. Si enim*

ſufficeret cor aut os, ſic diceret & Propheta, Confitemini Domino in cythara unius aut duarum chordarum, pſalmum dicite ei: nunc autem dicit in pſalterio decem chordarum, quia homo qui eſt pſalterium decem chordarũ, decem ſonos habes, quinque carnales & quinque ſpirituales. Cum his omnibus oportet confiteri Chriſtum. Si autem unius ſenſus minus fueris non eſt perfecta confeſſio, ergo ſi quis tibi dicat nõ manduces idolatrium, ſed aſpicias tantùm ad idola quomodo ſpecioſa ſunt, ſi aſpexeris provocatus oculis tuis, negaſti Chriſtum, non quia aſpicere idola aliquid ſit, ſed quia invitatus aſpicis peccas ſi autem non aſpexeris oculis tuis confeſſus es Chriſtum. Ideo ſcriptum eſt, Averte oculos meos nè videant vanitatem. Si verò dixerit tibi, nolo ut aſpicias idola, ſed tantùm auſculta quomodo ille gentilis blaſphemat Chriſtum, ut glorificet Deos. Si auſcultaveris auribus tuis negaſti, ſi dixerit tibi nolo ut audias blaſphemiam Chriſti, ſed ecce quomodo incenſum Diis offert, tantùm ſta & accipe odorẽ incenſi illius, ſi odoratus fueris, odoratu tuo Chriſtum offendiſti. Item ſi dixerit tibi mandaca carnem dentibus tuis, tantùm finge te de immolato manducare, ſi ſimulaveris ſic guſtu tuo Chriſtum negaſti, ſi autem nolueris fingere Chriſtum confeſſus es, ſicut Eleazarius in lib. 2. Machabæorũ cap. 6. quia carnes vervecinas ſub ſpecie porcina noluit manducare. Si dixerit, nolo fingas te de immolato manducare, ſed tantùm tange idolum manu tua, aut tene thuribulum, ſi tetigeris aut tenueris tactu tuo Chriſtum negaſti, ſi autem nolueris tactu tuo, Chriſtum confeſſus es, ſicut ſcriptum eſt, Si eſt iniquitas in manibus meis. Omnia enim membra animæ vel corporis tui, non ſolùm tibi ad uſum Deus creavit, ſed ſibi ad gloriam. Aurea ſanè verba quibus oſtendit confeſſionem fidei fieri debere non tantùm corde, ſed etiam ore, imò omnibus facultatibus. Etſi enim viſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus aliquid ſit ſecundùm ſe indifferens nullam malitiam intrinſecè includẽs, tamen ſi provocatus ad videndum idola, ea intuearis oculis tuis negaſti & idolum illud coluiſti. Si provocatus audias in Chriſtum blaſphemias vibrari, & idola laudari, Chriſtum abjuraſti & idola adoraſti. Si provocatus odore incenſorum quæ adolentur Diis, libenter perfuſus es, Chriſtum negaſti: ſi provocatus tenueris thuribulũ, & amplexatus fueris aram, adoraſti, quia pro obtinendâ immunitate ad ejuſmodi aram idoli fugis, ejus auxilium imploras, & conſequenter adoras ejus Numen, quemadmodum hoc facto exiſtimes pollere aliquâ authoritate, & per illud te poſſe à morte, à vinculis liberari. Ratio omnium eſt, quia Deus dedit tibi quinque ſenſus, non ut illis utaris ad utrumlibet, ad quodcumque opus exercere volueris, *Omnia enim membra animæ vel corporis tui, non ſolùm tibi ad uſum Deus creavit, ſed ſibi ad gloriã.* Igitur illis utitur ut currat ad templum idoli, vel ejus aram complectatur, innuit ſe rogare à judicibus veniam ob honorem & amorem idoli, & cujus aram amplectitur, denotat ſe illud Numen venerari, cujus opem & protectionem ſupplex poſtulat.

Quemadmodum enim illi qui con- VIII.
fugiebant ad urbes refugii ordinatas à Moyſe, tacitè recognoſcebãt Deum Iſrael, profitebanturque ſe eum colere, ut patet Numer. cap. 35, verſ. 10. *Quando tranſgreſſi fueritis Iordanem in terram Chanaam, decernite, quæ urbes eſſe debeant in præſidia fugitivorum,* Num. 35
qui nolentes ſanguinem fuderunt, in qui- verſ. 10.
bus cum fugerit profugus, cognatus occiſi non poterit eum occidere, &c. Tandem poſt ordinata ejuſmodi refugia, & promiſſam impunitatem ad illa confluentibus, concludit verſ. 34. *Ego e-* verſ. 34.
nim ſum Dominus qui habito inter filios Iſrael. Quaſi diceret, ideò talibus locis immunitatem & exemptionem impertior, ideò talem impunitatem ad illa convolantibus polliceor, quia hoc facto recognoſcent & venerabuntur me ut Deum ſuum, quandoquidem ad illa loca accedant, ut meam opem & protectionem implorent.

Verricelli tract. de Miſſion. Apoſt. IX.
tit. 1. de fide quæſt. 57. exiſtimat Chriſtianum poſſe licitè confugere ad templum, ad aram, vel ſimulachrũ idoli, non ut innuat hoc facto ſe illud

venerari

venerari, vel ab eo opem expetere, vel rogare veniam à cultoribus idoli, & judicibus, ob timorem & amorem quo erga idola ſua afficiuntur. Sic ex Oſtienſi, Joanne Andræâ, Innocentio in cap. *inter alia*, de immunit. Eccleſ. S. Antoninus part. 3. tit. 12. numer. 3. §. 1. Sylveſter verbo *immunitas*, numer. 2.

X. Imò Armilla docet Chriſtianos judices debere dare immunitatē Judæo, vel alteri infideli, licet recuſanti baptiſmum, fugienti ad Eccleſiam Chriſtianam ob honorem illius ſacri loci. Ratio eſt, quia immunitas non datur propter perſonas, ſed datur perſonis propter locum. Barboſa de jure Eccl. lib. 2. cap. 3. numer. 44. teſtatur ſic declaratum fuiſſe à ſacrâ Congregatione menſe Febr. 1631. & à Carolo V quam refert & probat Marius Italia de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. § 1. Diana part. 1. tract. 1. reſol. 22. & part. 4. tract. 1. reſol. 50. & part. 5. tract. 1. reſol. 2. part. 6. tract. 1. reſol. 23. multique alii tam Canoniſtæ, quàm Caſuiſtæ apud Verricelli ſup. citatum. Deindè Marius & Magalianus aſſerunt loca refugiorum, de quibus ſupra, fuiſſe conceſſa non tantùm Judæis, ſed etiam advenis & peregrinis, Numer. cap. 35. verſ. 14. *Tres*
Num. 35 verſ. 13. *erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaam tam filiis Iſrael, quàm advenis & peregrinis.* Quibus favere videtur Hugo Cardinalis inferens. *Sic Eccleſia non ſolùm Chriſtianis, ſed Iudæis,*
Hugo Cardin. *& Gentilibus debet eſſe refugium.* Quam opinionem Lorinus & Cornelius etiā probabilem exiſtimant. Patet etiam à ſimili. Gentiles enim omnibus indiſtinctè abſque ullo religionis intuitu impunitatem dabant ad ſua refugia confluentibus, ut patet ex Ovidio lib. 5. Faſtor. citato a Lactantio. Ille enim canit. *Quilibet.* Hic verò. *Peſſimi quiq; ſine ullo religionis diſcrimine, &c.* Concludo, quod ſi id fieri poſſit abſque ullo puſillorum ſcandalo, vel contemptu Chriſtianæ Religionis, poſſe licitè Chriſtianum fugere ad templa idolorum.

§. 2.

An Catholicus concedere poſſit Epiſcopis vel Sacerdotibus Schiſmaticis et excommunicatis ſacras veſtes, ut illis utantur in ſuis Sacrificiis.

Lib. 4. Regum cap. 10. poſtquā omnes Baalitæ convenerunt ad ſuum ſacrificium celebrandum, Jehu verſ. 22. *Dixit his qui præerant ſuper veſtes, proferte veſtimenta univerſa ſervis Baal, & protulerunt eis veſtes.* Quamvis nullus Interpretum cenſeat illas veſtes fuiſſe ſacras, ſeu eas quibus Sacerdotes & Levitæ utebantur in templo Domini, tamen dubitari poteſt an Jehu potuiſſet licitè ejuſmodi ſacras veſtes Baalitis proferre. Reſpondeo minimè, quia Judæi ſacrificabant vero Deo, Pſeudoprophetæ Baali. An nunc liceat Viris Apoſtolicis dare ſua ornamenta ſacra ordinata ad uſum ſacrificii ſchiſmaticis, ut iis in ſuis ſacrificiis & ritibus utantur? Verricelli de Apoſt. Miſſ. tit. 1. de fide quæſt. 59. Reſpondet affirmativè, refertque ita cenſuiſſe Theologos in Congregatione habitā Romæ anno 1631. 30. Aprilis. Ratio eſt, quia Miſſionarius non eſt cauſa proxima illius peccati largiendo ſacras veſtes: quam rationem videtur confirmare Sanchez lib. 1. ſummæ cap. 7. num. 12. quando quis cooperatur ad peccatum remotè verbi gratiâ, vendit agnum Judæo ſacrificaturo, ſternit menſam, cibos præparat ei, qui violaturus eſt jejunium, excuſatur à peccato. Sic ſacrarum veſtium conceſſio eſt cauſa peccati per accidēs & remotè, quià valdè remotum eſt, & per accidens, quod illis utatur, dum eſt excommunicatus. Deindè ille Schiſmaticus eſſet ſacrificaturus licet non darentur ejuſmodi ornamenta. Undè ad conciliandam ſibi amicitiā Epiſcopi eſt juſta cauſa illi concedendi ſacras veſtes, & cooperandi ejus peccato. I.
4. Reg. 10. v. 22.

CAPUT

CAPUT X.

Poteſtas Viri Apoſtolici in Sacramento Pœnitentiæ.

I. QUemadmodum olim Prophetæ miſſi ſunt à Deo ut homines ad pœnitentiam provocarent, ſic in lege novâ Apoſtoli, Viriq́ue Apoſtolici à Chriſto immediatè vel mediatè mittuntur ut peccatorum ſordes lavacro Pœnitentiæ ſignanter delineato lib. 4. Regum cap. 6. diluant. *Miſit Eliſeus* (inquit verſ. 10.) *ad Naanum Nuntium dicens, Vade & lavare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis.* *Eliſeus* ſeu *Eliſu* idem eſt quod *Ieſus*, nam *El* ideſt Deus, *Ieſua* ſalus, vel Salvator inquiunt Beda, Eucherius, Angelomus. Nuntius ab Eliſeo miſſus denotat virum Apoſtolicum, Naanam peccatorem, Jordanis lavacrum pœnitentiæ, inquiūt Berchorius, & alii. Sicut Naaman integrè ſanatus eſt, ſic in ſacramento Pœnitentiæ Sacerdos omnia peccata quamvis graviſſima remittit. *Omnibus* (inquit Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. 4.) *delictis ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pænā per judicium deſtinavit, idem veniam per pænitentiam ſpopondit* Ideſt divinam ſeveritatē non ſentiet, qui ſe per pœnitentiam ſacramentalem divinæ pietatis tribunali ſiſtit. Et tract. de ſeptem verbis Domini in Cruce. *Non arctatur* (inquit Arnoldus) *numero, non clauditur fine, nullas omninò habet metas divina clementia, ſit qui invocet, erit qui exaudiat, ſit qui pæniteat non deerit qui indulgeat.* S. Auguſtinus vim lavacri pœnitentialis perpendens ſerm. 11. ad Fratres in eremo in hæc verba exclamās prorumpit. *O fælix lavacrum pænitentiæ lacrymarum, quod toties vates ad purgandū, quoties purgatione indiget cor humanum.* Addit ibidem. *Simus tam proni ad fletum, quantùm fuimus ad culpam audaces.* Quam latum diſcrimen inter fluvium, in quo Naaman ſanitatem recuperavit, & aquam pœnitentialem. Illi enim Propheta Eliſeus præcepit, *Vade lavare ſepties in Iordane & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis.* At pœnitentia modo compendioſiori ſalutem noſtram operatur. Tertullianus lib. contra Marcionem. *Quia unius lavacri vis et plenitudo Chriſto ſoli dicabatur factum in terris ſicut ſermonem compendiatum, ita & lavacrum.* Teſte publicano, qui uno ſuſpirio, unâ lachrymâ anteactæ vitæ maculas omninò abſterſit, dicens Lucæ cap. 18. *Domine propitius eſto mihi peccatori*, deſcendit in domū juſtificatus. Teſte Mariâ Magdalenâ *Quæ* (inquit S. Chryſoſtomus orat. 2. de prec.) *intemperantia omnem anteactæ vitæ curſum confecerat, ſimul atque ſe ad Chriſti pedes abjecit ſalutē conſecuta eſt.* Meritò Petrus Abbas Cellenſis lib. de panibus cap. 12. miratur in hoc Chriſti artificium. *Mirum in hoc artificio Dei ingenium, ut lacryma de venis erumpens peccatorum profuſa humiliter abſorberet omne peccatum.* Efficacior ſanè quàm mare rubrum, hoc enim vaſtiſſimum eſſe debuit, ut univerſum Pharaonis abſorberet exercitum. At hic lacrimâ *abſorbet omne peccatum, &c.* Teſte iterùm Pſalte Regio, cujus animi ſuſpirium, lacrymā, confeſſionem peccati illicò ſubſecuta venia & remiſsio. Lib. 2 Regum cap. 12. verſ. 13. *Dixit David ad Nathan, peccavi Domino, dixitq́, Nathan ad David, Dominus quoque tranſtulit peccatū tuum.* S. Ambroſius in exhortat. ad pœnitentiam. *Peccavi in tribus ſyllabis, flamma ſacrificii ad cœlum aſcendit.* Et in Apol. David cap. 2. *Prematurā confeſſione, atque immenſo dolore reddidit peccatum ſuum Domino.* Et cap. 4. *Peccavit David quod ſolent reges, ſed pænitentiam geſſit, flevit, ingemuit, &c.* Tantæque fletus ille virtutis eſt ut in pœnitētē, major mutatio efficiatur, quàm in Naaman, de hoc enim ait Sacer Textus lib. 4. Regum cap. 5. verſ. 14. *Reſtituta eſt caro ejus, ſicut caro pueri parvuli & mundatus eſt.* At in illo animæ pulchritudinem deducit pſalm. 95. verſ. 6. Vates Regius canit. *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus.* Noſter Michael de Bononia vulgò Incognitus. *Munditiā interiorem*

[Margin notes: 14. Reg. 6. v. 10. — Tertull. — Arnoldus. — S. Auguſt. — Tertull. — l. 2. Reg. 12. v. 13 — S. Ambr. — l. 4. Reg. 5. v. 14 — Pſal. 95. verſ. 6. — Michael de Bonon.]

notat

notat hic dicens, Confeſsio, quia per confeſsionem mundatur anima ab omni ſorde, pſal. 31. Dixi confitebor, &c. Et tu remiſiſti impietatem peccati mei. Undè *hic ait Gloſſa. Confitendo fit homo de fœdo pulcher. Si ergò amas pulchritudinẽ, confitere ut ſis pulcher, ideſt juſtus, &c.* Cui arridens D. Bernardus epiſt. 113. ſcribit. *Revera ubi confeſsio, ibi pulchritudo, ibi decor.* Tantâ pulchritudine & nitore ornatur ut ejus deformitas, ac lutoſus ſquallor in aurum puriſsimum commutetur. Rectè ac fusè id declarat S. Gregorius lib. 25. Moral. S.Gregor cap. 7. *Quia ad pretium æternæ ſalutis peccatorum turpitudines atteruntur, flendo deaurantur.* Infra. *Dum commiſſa attentius lugemus in juſtitiæ ſplendorem membra deaurantur.* Quomodò & quando fit ejuſmodi deauratio? Reſpondet. *Membra deaurantur, cum corpus terrenâ & cœnosâ concupiſcentiarum fœditate, deforme in ſplendorẽ commutatur æternæ vitæ, cùm videlicet per ſanctæ converſationis pulchritudinẽ radiat, quod in appetitum mundanæ delectationis peccatorum fœtore ſordebat.* Id confirmat auctoritate Apoſtoli Rom. cap. 6. verſ. 19. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibeatis membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem.*

11. Quod ſi auro venalia ſunt regna mundi, pœnitens contritionis lacrymis non emit, ſed facit, ſed invenit Cellenſis. regnum cœlorum. Abbas Cellenſis lib. de panibus cap. 12. *Aqua hæc aut facit aut invenit Paradiſum.* Tam pretioſa eſt lacryma & cõtritio pœnitentis, ut paradiſo æquivaleat, ſi illa paradiſo poſſit comparari. Undè S. Chryſoſtom. eleganter oſtendit lectũ regis Davidis perfusũ lacrymis quaſi gemmis ornatum fuiſſe, pretioſioremq; ac ditiorẽ regum molliter dormientium lectulis. Propheta Amos cap. 6. *Amos 6. verſ. 4.* verſ. 4. invehitur in Principes molliter dormientes. *Væ qui dormitis in lectulis eburneis.* Quibus aurea hæc verba ſubjicit hom. 22. ad popul. *Miles dormit non in lecto ſed humi, & paſtor ſub dio ſtans noctem conſummat, operarius ille Iacob lapidem ad caput ſibi poſuit dormiens, ut intellectualem per ſomnos lapidem videret. Quam verò lectus eburneus utilitatem habet? Vis videre lectum regium virtutibus plenum? reſpice lectum Davidis, in quo tanquam margaritæ ſubſellium per ſingulas noctes erant congelatæ prophetæ lacrymæ.* Ubi Jacob cœlos apertos vidit? non dum inter paternas delicias molliter quieſceret, ſed dum mœſtus ſuper duros lapides quieſceret. Undè cùm evigilaſſet de ſomno ait Geneſis cap. 28. verſ. 16. *Verè Dominus eſt in loco iſto,* *Gen. 28.* *& ego neſciebam, pavenſq;, quàm ter-* *verſ. 16.* *ribilis eſt, inquit, locus iſte non eſt aliud niſi domus Dei & porta cæli.* Infra verſu 22. *Lapis, quem erexi in titulum,* *verſ. 22.* *vocabitur domus Dei.* Tanti valoris eſt ille lapis, ut divinâ viſione ſanctus Patriarcha dignum illum reputet. Id ingenioſè animadvertit S. Clemens Alexandrinus lib. 2, Pædag. cap. 9. S. Clem. Alexandr. *Iacob humi dormiebat, & lapis erat pulvinus, atque viſum videre dignus eſt habitus quod captum hominis ſuperabat.* Quid captum hominis ſuperabat? Divina viſio, ut teſtatur Apoſtolus 1. Corinth. cap. 2. verſ. 9. *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor* *1. Cor. 2.* *hominis aſcendit, quæ præparavit Deus* *verſ. 9.* *diligentibus illum.* Hæc Apoſtolica verba olim converterunt S. Adrianũ & ad Martyrium ſubeundum animarunt. Cùm enim ipſe miles florenti ætate, ſcilicet 28. annorum, tantamq; Chriſtianorum in tormentis pro Chriſti fide tolerandis conſtantiã videret, eos interrogavit, quid pro tantis ſuppliciis expectarent. Reſponderunt: *Speramus bona illa, quæ nec oculus vidit nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit quæ Deus præparavit diligentibus ſe.* Hac reſponſione ita commotus fuit Adrianus ut anno 306. ſub Diocletiano Martyrium alacriter ſubierit ſpectante & hortante ipſum Nataliâ uxore. Illâ viſione hominis captum ſuperante Jacob dignus habitus eſt dum Geneſis cap. 28. verſ. 12. *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram* *Gen. 28.* *& cacumen illius tangens cælum, An-* *verſ. 12.* *gelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum Dominus Deus Abraham Patris tui, & Deus Iſaac, &c.* In lege novâ ad æternum

illum Dei intuitum evehuntur ho-
mines per Sacramentalem Confeſ-
ſionem, cujus miniſtri ſunt ſoli Sa-
cerdotes.

III. Hac poteſtate miniſteriali gaudere
Religioſos Mendicantes, præcipuè
Miſſionarios in terris infidelium &
hæreticorum patet ex Diplomatibus
Apoſtolicis illis conceſſis. Pius V.
anno 1567. *Omnibus & ſingulis Religio-
ſis quorumcumque etiam Mendicantiũ*
Pius 5. *Monaſteriis, vel de illorum ſuperiorum
licentiâ, extra illa commorantibus, ut in
locis ipſarum partium, eis de ſimili li-
centia aſſignatis & aſſignandis, &c,
Confeſſiones audire tenore præſentium
concedimus, & indulgemus.* Specialiter
Religioſis S. Dominici in terras infi-
delium proficiſcentibus Innocentius
IV. anno 1253. *Sit* (inquit) *etiã vobis*
Innocen. 4 *licitum omnium fidelium in terris præ-
dictis confeſſiones audire & ipſis injun-
gere pænitentias ſalutares, &c.* Idem
indulſit Pius II. anno 1464. in bullâ
Ad Deum levamus, quam confirma-
vit Xiſtus IV. anno 1473. in bulla
Apoſtolicæ, 4. apud Confettium. Reli-
Gregor. 9 gioſis S. Franciſci Gregorius IX. anno
1233. *Fratres veſtri valeant congruâ
ſatisfactione præmiſsâ ſecundum formam
Eccleſiæ abſolutionis beneficium imper-
tiri, eorumq; confeſſione auditâ pæniten-
tiam ſalutarem injungere, &c.* Vide
bullam *Cùm Meſſis*, 6. apud Roderi-
guez, & in ſpeculo Minorum tract. 1.
apud Wadingum in regiſt. tomo 1.
aſſerentem ſe deprompſiſſe ex Archi-
vio Aracœlitano. Idem repetit in bul-
lâ *Animarum ſalutem*, 15. apud Wa-
dingum, & Innocentius IV. an. 1244.
ex ſpeculo Minorum tract. 2. Wadin-
go tomo 1. Annal. Rodericus ait Ori-
ginale extare in Conventu Salmanti-
cenſi. Idem anno 1213. in bullâ *Cum
hora undecima*, apud Wadingum con-
ceſſit Urbanus V. anno 1369. apud
Wadingum tomo 4. annalium, Mar-
tinus V. anno 1418. apud Wadin-
gum tomo 5. ex Regiſt. Vaticano,
Eugenius IV. anno 1433. & 1444. in
bullâ *Sacræ Religionis* apud Wadingũ
tomo 5. annal. ex Archivio Vatican.
Idem 1446 ſpecialiter Miſſionariis
Vicariæ Boſniæ, in bullâ *Dum ſalubria*
apud Wadingum tomo 5. Pro Patri-
bus noſtris Diſcalceatis in Perſarum,
& quorumcumque ſchiſmaticorum
& hæreticorũ partes mittendis. Cle-
mens VIII. anno 1604. in bulla *Domi-
nici*, 18. in appendice Roderici & apud
noſtrum Auguſtinum de Virgine Clemen. 8.
Maria verbo *Miſſionarii*, numer. 17.
*Quorumcumque Chriſti fidelium utriuſ-
que ſexus in illis partibus degentium
confeſſiones audire, ac injuncta illis pro
modo culpæ eorum arbitrio pænitentiâ* Paulus 3.
ſalutari, &c. Idem indulſit Paulus III
anno 1549. pro Patribus Societatis
in bullâ *Licet debitum*, 48. apud Che-
rubinum 8. apud Roder. ut ſcilicet
*Præpoſitus Generalis, eùm Saracenorum
& Paganorum, aliorumq; infidelium
terras à quibus non poteſt adiri Sedes
Apoſtolica miſerit, poſſit eis auctori-
tate noſtrâ facultatem concedere, ut
Chriſtianos ibidem cõmorantes cõfeſſione
peccatorum ſuorum auditâ & pænitentiâ
ſalutari injunctâ eos, &c. abſolvere.*

Pius V. anno 1567. in bulla quæ in- IV.
cipit *Exponi nobis*, 34. apud Cherubi-
num permittit Miſſionariis quorum-
cumque etiam Mendicantium præ-
dicare, confeſſiones audire, &c. abſ- Pius 5.
que licentia Epiſcopi. *Dummodo ipſi
in reliquis ſolemnitatibus dicti Concilii
formam obſervent; Verbum Dei, & ut
præfertur quatenus ipſi Religioſi Indorũ
illarum partium idioma intelligant, de
ſuorum ſuperiorũ licentiâ, ut præfertur,
in eorum Capitulis Provincialibus ob-
tentâ prædicare, ac confeſſiones audire,
Ordinariorum locorum, & aliorum quo-
rumcumque licentiâ minimè requiſitâ
liberè & licitè valeant, licentiam &
facultatem auctoritate Apoſtolicâ teno-
re præſentium cõcedimus & indulgemus.
Et inſuper nè in locis illarum partium,
in quibus ſunt Monaſteria Religioſorum
qui animarum curam exercent, aliquid
per prædictos Epiſcopos innovetur eâdem
auctoritate & tenore præſentium ordi-
namus, &c.* Nonobſtantibus, &c.
Conciliis Generalibus, &c. Eandem
exemptionem ab ordinariis locorum
communicavit Clemens VIII. noſtris
Patribus Diſcalceatis, in bullâ *Domi-
nici*, anno 1604. his verbis, *Prædictos
Religioſos ejuſdem Congregationis veſtræ* Clem. 8.
*Domos, Conventus, Monaſteria, & loca
quæcumque, quæ in illis partibus pro
tempore*

Digitized by Google

tempore habueritis, ab omnium & ſingulorum quorumcumque Prælatorum & perſonarum Eccleſiaſticarum juriſdictione, poteſtate, ſuperioritate, & auctoritate ſicut in cæteris locis iſtis, &c. prorſus eximimus & liberamus, &c. Thomas à Jeſu de converſione omnium gentium in fine addit in partibus illis infidelium abſente Epiſcopo & ejus Vicario poſſe ex eodem Clemente VIII. ſine ullâ approbatione Ordinarii excipere confeſſiones. *Carmelitis Diſcalceatis ex commiſsione Patris Generalis pro tempore exiſtentis euntibus ad quaſcumque infidelium, ſchiſmaticorũ, & hæreticorum partes, ut tam fidelium, quàm infidelium ſaluti incumbant, conceſſit facultatem audiendi confeſſiones, & abſolvendi à quibuſcumque caſibus etiam Sedi Apoſtolicæ & Epiſcopo reſervatis, etiam contentis in bullâ Cœnæ Domini.* Quod autem Clemens VIII intendat ad hoc non requiri ut Miſſionarii præſententur Epiſcopis & Ordinariis locorum, quando commodè adiri non poſſunt, nec eorum approbatio haberi, patet ex his verbis: *Ut autem ii, ad quos ipſi hoc munus deputaverit is miniſterium hoc faciliùs & commodiùs ad Dei gloriam, & Catholicæ Eccleſiæ exaltationem adimplere poſſint &c.* Deindè idem Clemens VIII. concedens privilegium audiendi cõfeſſiones, non ait eſſe petendam facultatem ab Epiſcopo, quem tamen ſupponit in illâ provinciâ eſſe, quandoquidem & ejuſmodi Miſſionariis facultatem det abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis. *Eoſdem à quibuſcumque peccatis, criminibus exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam in caſibus nobis & Apoſtolicæ Sedi, & locorum Ordinariis reſervatis.* Quandoècontra de reconciliatione Eccleſiæ, & conſecratione loquitur præcipit ut reconcilietur aquâ Epiſcopo benedictâ, ſi Epiſcopus non diſtet ultra duas dietas. *Et ſi quæ adſint in illis partibus prophanata, eas benedicere, & ſi erant conſecrata, aquâ ab aliquo Epiſcopo, vel ſi Epiſcopus ultra duas dietas diſtaverit à vobis benedictâ reconciliare.* Tertiò vult ut qui ordinandi ſunt habeant dimiſſoriales ab Epiſcopo Diœceſano, ſi ibi ſit Epiſcopus Diœceſanus. *Sacris Ordinibus non initiati à quibuſcumque Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus ad omnes etiã ſacros & Presbyteratus Ordines etiam extra tempora à jure ſtatuta, & non ſervatis interſtitiis & abſque litteris dimiſſoriis, quatenus ibi locorum ordinarii ſeu Epiſcopi non ſint cum teſtimonio tamen de vitâ & moribus, &c.*

Nec hoc privilegium abſolvendi V.
ſine approbatione Epiſcopi derogat juri communi vel Concil. Trid. quia Tridentinum prærequirit approbationem Epiſcopi in Religioſis, quando eſt periculum nè incapaces confeſſiones audiant. Religioſi verò ad partes infidelium proficiſcentes ſunt litterati, providi, experti, &c. ut patet ex extravagan. Joannis XXII. quæ incipit *Ad noſtram de regularibus, &c.* ubi Pontifex præcipit ſub excommunicatione & aliis pœnis, *Nè abſque licentiâ ſuperioris ordinis ſui ſe transferãt ad partes infidelium, ac Superioribus injungit, nè quibuſvis ſui Ordinis Fratribus, niſi dumtaxat viris litteratis, providis & expertis hujuſmodi licentiam impertiri præſumant.* Clemens VIII. bullâ ſupra citatâ, *Cumque ad præmiſſa exequenda Religioſi viri pietate Chriſtianâ, & Catholicæ fidei zelo, ac ſacrarum litterarum doctrinâ præſtantes, & in veſtra Religione & Congregatione Spiritu fervente benedicente Domino Religioſi plures reperiantur, eo quod divinâ affluente gratiâ ſanctæ Orationi, Sacrarum Litterarum ſtudiis, &c. Incumbitis nunc & in futurum per vos ad hoc deputandos quamprimùm deligendos & tranſmittendos eſſe duximus.* Quaſi diceret, ſtatuimus ut ex iis qui orationi, &c. litterarum ſacrarum ſtudiis incumbunt, eligatis. Præterea quomodò in maximo Regno Chinæ ſeu Synarum, quod ſuperat omnia regna totius mundi, conſtat centum & octo Provinciis, & in his ſunt 247, Civitates majores, & 1152. minores, & numerantur ferè quinquaginta duo milliones hominum qui ſolvunt tributum regi, non comprehenſis Magiſtratibus, Doctoribus, militibus, adoleſcentibus, mulieribus. Stipendiarii

autem milites ſunt ad decies centena millia militum, ut videre eſt apud Trigacium de Regno Chinæ lib. 1. cap. 2. Et tamen ibi unus tantùm reſidet Epiſcopus. Paulus V. in tota Armenia creavit unicum tantùm Epiſcopum Latinum, qui toti illi genti præeſſet. Apud Japones ubi ſunt 56. regna unus extat Epiſcopus. In Indiâ Orientali ſunt tantùm ſex Epiſcopi. In Occidentali 33. Quomodò (inquã) Religioſus ſe poteſt præſentare Epiſcopo tam remoto, maximè ubi navigationes ſunt tam periculoſæ, itinera tam immenſa, loca incognita, linguæ ignoræ, perſecutiones frequentes: quorum metu Epiſcopi debent aliquando latere, nec facilè poſſunt inveniri? Si in totâ Germaniâ eſſent tantùm quatuor Epiſcopi, in Galliâ duo, in Italiâ unus, nec ibi eſſet liberum Catholicæ Religionis exercitium, quis tantis periculis & laboribus ſe exponere vellet in quærendo Epiſcopo? Quomodò pauper Religioſus poſſet tot expenſas facere, ut Epiſcopum inveniret? ad quid privilegium Pontificium prodeſſet? ſine dubio vanum foret? cap. *ſi Papa*, de privilegiis in ſexto, Peregrinus in compendio privilegiorum verbo *diſpenſatio*, §. 2, in ſcholio, Gordonus tomo 2. reſol. 52. num. 131. niſi tacitè derogarent diſpoſitioni juris cõmunis & Tridentini, ex quo fit ut Sedes Apoſtolica, vel Sacra Congregatio in privilegiis, quæ Miſſionariis conceduntur, apponitur hæc clauſula, *audiendi confeſſiones de licentia Epiſcopi, ubi ſunt Epiſcopi vel Vicarii*, ideſt ubi ſunt præſentes in illâ Civitate & oppido, vel commodè poſſunt Miſſionarii ad eos accedere. Sic explicat Pellizarius in manuali prælat. tomo 2. cap. 4. num. 37. Vide plura apud Verricelli tract. de Apoſtolicis Miſſionib. tit. 9. quæſt. 160. de pœnitentia. Qui ibidem notat etiam præſentis Epiſcopi licentiam non eſſe petendam à Miſſionariis Epiſcopi, niſi ex urbanitate & reverentiâ quando aſſignati ſunt in regionibus Indiarum à Rege, ut munus Parochi exerceant. Patet ex indulto Pii V. apud Rodriguez in collect. privil. bullâ 4. *Quia in partibus maris oceani Religioſi ob præsbyterorum defectum hactenus parochi officio* Pius 5.
functi ſunt, & quod attinet ad converſionem Indorum exercuerunt, & adhuc exercent, ex quo maximos fructus reportant, etiam verbum Dei eiſdem Indis prædicando, explicando, & confeſſiones audiendo, ad fidei Catholicæ propagationem. Nos igitur qui ſingulorum præſertim Catholicorum Regum votis ad divini cultus augmentum & animarum ſalutẽ tendentes libenter annuimus hujuſmodi ſupplicationibus, inclinationibus & ſingulis Religioſis quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum in dictis Indiarum partibus de ſuorum ſuperiorum licentia, in eorum Capitulis Provincialibus obtenta prædicare, ac confeſſiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorũ quorumcumq; licentiâ minimè requiſitâ liberè & licitè valeant licentiam authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus & indulgemus. Expende hæc verba *Ordinariorum licentiâ minimè requiſitâ*. Favent Rodriguez tomo 1. quæſt. regul. quæſt. 35. numer. 1. Joannes Baptiſta in advertentiis ad Confeſſarios Indorum cap. 2. Solorzanus de gubernatione Indorum tomò 2. lib. 3. cap. 18. num. 26. & 27. docentes Sacramenta poſſe miniſtrari ab ejuſmodi Miſſionariis etiam contradicente Epiſcopo. Ad cujus probationem citant bullam Pii V. & Urbani VI. quarum vi Reges & Proreges poſſunt mittere Religioſos in partes infidelium, ibi parochorum officia exercere in foro interiori & exteriori, abſque eo quod Epiſcopi ullum obicem ponere queant. Noſter P. Lezana conſulto 40. numer. 10. attento Brevi Innocentii X. explicat illam bullam Pii V. quod Regulares miſſi à Rege Hiſpaniarũ vel Pro rege ſecundùm formam præſcriptam à Pio V. ubi non ſunt Parochi, poſſunt irrequiſito vel invito Epiſcopo audire confeſſiones, & omnia munia parochialia obire. Si verò ſint ibi Parochi vel Epiſcopi velint in parochos nominare clericos ſæculares, tunc regulares indigẽt approbatione Epiſcoporum. Sic Sacra Congregatio declaravit approbante Innocentio X. Tamen Solorzanus de gubernatione

Indorum

Indorum tomo 2. lib. 3. cap. 18. nu-
mer. 28. colligit ex bullâ Urbani
VIII. quod Miſsionarii apud Japones
poſſint abſque approbatione Epiſcopi
tempore perſecutionis miniſtrare.
omnia Sacramenta, licet ibi eſſet
Parochus, cui ſubſcribit loco citato.
Quia Sacra Congregatio non loqui-
tur de locis ubi eſt perſecutio, vel
impoſſibile, aut periculoſum eſt ut
illuc parochi eant.

VI. Quod Miſſionarii regulares in ter-
ris infidelium & hæreticorum com-
morantes poſſint abſolvere ab omni-
bus peccatis, criminibus, delictis
quantumlibet enormibus etiam papæ
Pius 2. reſervatis declarat Pius II. anno 1464
in bullâ *Ad Deum levamus*, datâ pro
Prædicatoribus. Eugenius IV. anno
1444. pro Minoritis in bulla *Sacræ
Religionis*, his verbis. *Infidelium ad eos
Eugeni. 4. pro tempore undecumque confluentium
confeſsiones audire, & pro commiſſis ab
eis, etiam quantumcumque gravibus &
enormibus criminibus & delictis, etiamſi
ſimonia, vel alia talia fuerint, propter
quæ Sedes Apoſt. ſit meritò conſulenda,
debitam abſolutionem impendere & pæ-
nitentiam injungere ſalutarem.* Cle-
mens VIII. in bulla *Dominici*, pro no-
ſtris Patribus Diſcalceatis anno 1604.
facultatem impertitur, ut ibidem ab-
ſoluant quoſcumque in ſuis partibus
Clemen. 8 degentes, *à quibuſcumque peccatis, cri-
minibus, exceſsibus & delictis, quan-
tumcumque gravibus, & enormibus,
etiam in caſibus nobis & eidem Sedi
Apoſtolicæ, & locorum ordinariis re-
ſervatis, etiam contentis in litteris die
Cœnæ Domini legi ſolitis, etiam de qui-
bus dicta Apoſtolica Sedes meritò conſu-
lenda eſſet, quoad ejuſmodi caſus con-
tentos Cœnæ Domini, videlicet ſemel in
vitâ & in articulo mortis, niſi aliquis
caſus urgens pluries occurrat, cui propter
periculum animarum ſtatim ſit provi-
dendum, quo ad reliquos verò toties quo-
ties eis videbitur, & fuerit opportunum,
&c.* Paulus III. in bullâ *Licet debitum*,
anno 1549. idem indulget Patribus
Societatis Jeſu in Saracenorum, Pa-
ganorum, aliorumque infidelium
terris exiſtentibus. Vide ex noſtris
Thomam à Jeſu verbo *abſolutio*, Au-
guſtinum à Virgine Mariâ verbo *Miſ-
ſionarii*, Antonium à Spiritu ſancto,
ſup. §. 5.

Poſſe etiam à Miſsionariis abſolvi VII.
eos, *per apoſtaſiam, ſchiſmu, vel hæreſim
à Chriſtiani nominis confeſsione receden-
tes inter Saracenos habitant.* Conceſsit Gregor. 9.
Gregorius IX. anno 1233. in bulla
pro zelo fidei, Fratribus Minoribus
apud Wadingum tomo 1. annalium,
& in ſpeculo Minorum tract. 1. Et
Clemens VIII. apud noſtrum Augu-
ſtinum à Virgine Mariâ in bulla *Do-
minici*, annuit, *ut quoſcumque in illis
partibus degentes hæreticos, ſchiſmati-* Clemen, 8
*cos, à fide Chriſtianâ apoſtatas, etiam
hæreſiarchas, non tamen relapſos, ſi ad
pœnitentiam redierint, factâ per eos pu-
blicè vel privatim, prout perſonarum &
locorum ratio poſtulaverit, ſuorum er-
rorum deteſtatione, & abjuratione, &
injunctis eis pœnitentiis ſalutaribus, &
aliis injungendis, ab hæreſis, ſchiſmatis
& apoſtaſia à fide reatibus, &c.* Ita
noſter Auguſtinus à Virgine Maria,
verbo *Miſsionarii*. Idem paulò ante
conceſſum fuiſſe à Paulo III. Patribus
Miſsionariis Societatis Jeſu cenſet
poſt Suarem Pellizarius tomo 2, cap.
4. ſect. 13. num. 94. Palaus tomo 4.
tract. 23. num. 8. noſter Antonius à
Spiritu ſancto ſupra num. 15.

Abſolutionem ab excommunica- VIII.
tione à Miſsionariis Franciſcanis dare
poſſe conceſsit Gregorius IX. in bulla Greg. 9.
Animarum ſalutem, 15. apud Wadin-
gum & noſtrum Auguſtinum à Vir-
gine verbo *Miſsionarii*, num. 3. his
verbis. *Ac ipſis, ſi aliquibus excommu-
nicationis ſententiis ſint aſtricti abſolu-
tionis beneficium exhibere.* Miſſionariis
Dominicanis Innocentius IV. anno,
1253. cōceſſit his verbis. *Et excommu-
excommunicatos à canone, vel à alio* Innocen. 4
*modo juxta formam Eccleſiæ abſolvere,
dummodò injuriam & damna paſsis ſa-
tisfaciant competenter.* Ita noſter Au-
guſtinus à Virgine num. 5. Eugenius
IV. anno 1444. præfatis Franciſcanis
in Scythiç, Moldaviç, & ſeptem ſedili-
bus Siculorum partibus pro tempore
commorantibus facultatem impertit
abſolvendi *à quibuſcumque excommu-
nicationis, ſuſpenſionis & interdicti,
aliiſq; Eccleſiaſticis ſententiis & pœnis,
tam à jure, quàm ab homine latis &*

promulgatis, etiam dictæ Sedi reſervatis caſibus in forma Eccleſia conſueta injunctis ſibi, &c. Pius II. anno 1464. eandem abſolutionem à cenſuris permiſit præfatis FF. Prædicatoribus in bullâ *ad Deum levamus.* Quam confirmavit Xiſtus IV, anno 1473. in bulla *Apoſtolica*, Et Paulus V. Patribus Societatis Jeſu in bulla *Licet debitum*, Clemens VIII. noſtris Diſcalceatis anno 1604. in bulla *Dominici*, his verbis. *Necnon excommunicationis aliisq; Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis per eos incurſis in utroque foro abſolvere illosque reconciliare, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ gremio & unitati fidelium reſtituere.*

IX. Irregulares item poſſe abſolvi à Miſſionariis Dominicanis patet ex bullâ *Cum hora undecima*, apud Confeſtium hoc tenore. *Cùm irregularibus autem partium earum, in caſibus in quibus ſolent Legati Sedis Apoſtolicæ diſpenſare, ac etiam cum Clericis ipſarum partium patientibus defectum natalium, (dummodò non ſint de adulterio, vel inceſtu, aut de regularibus procreati) ſit vobis diſpenſandi facultas, quam circa illos ſimiliter habeatis, qui ab unitate Eccleſiæ Catholicæ, ſeu Religione, vel Clericali ordine diſceſſerunt, ſi humiliter redire voluerint, & dignè ſatisfacere de commiſſis, ita quod ipſi Religioſi ad ſua loca, ſalvâ diſciplinâ ordinis reſumantur, & illos ex jam dictis qui excommunicationis vinculo ſunt adſtricti, juxta præmiſſam formam, & prædictæ ſatisfactionis modum abſolvere valeatis, & cum irregularibus ex eiſdem (ſicut eſt expreſſum) diſpenſare ad hæc ſit vobis abſolvendi facultas occiſores Clericorum & Religioſarum perſonarum in prædictis partibus conſtitutos, &c.* Idem & iiſdem conceſſit Nicolaus III. anno 1278. & Clemens V. anno 1306. Eugenius IV. 1444. in bullâ *Sacra Religionis*, apud Wadingum permittit Minoribus ut ſuos abſolvât ab irregularitatibus hoc tenore. *Et cum vobis, & veſtrû quolibet*
Eugen. 4. *ſuper irregularitatibus, ſi quas hujuſmodi ſententiis ligati miſſas & alia divina officia non tantùm in contemptum clavium etc. voluntarii homicidii, mutilationis membrorum, etc. dumtaxat exceptis diſpenſare, omnemq; à vobis & quolibet veſtrum inhabilitatis & infamiæ maculam, ſivè notam per vos, vel quemlibet veſtrum quomodolibet contractam abolere.* Pius II. anno 1464. in bulla *Ad Deum levamus*, iterùm conceſſit Dominicanis facultatem diſpenſandi ſuper omni irregularitate, eâ exceptâ quæ oritur ex bigamiâ.

Ex indulto Innocentii IV. in bullâ X.
Cum hora undecima in miſſionibus, FF. Prædicatores gaudent privilegio commutandi vota, Thomas à Jeſu verbo *diſpenſare*, & verbo *votum*, Auguſtinus à Virgine verbo *Miſſionarii*, num. 17. Antonius à Spiritu ſancto ſup. Ex Clemente VIII. in bulla *Do-* Clem. 8.
minici, aſſerunt conceſſum eſſe Patribus noſtris Diſcalceatis ut abſolvant à quorumcumque votorum etiam juramentorum & Eccleſiæ præceptorû tranſgreſſionibus. *Præterea* (inquit Clemens) *ut poſſint vota quæcumque etiam jurata (caſtitatis & Religionis dumtaxat exceptis) ex aliquâ rationabili causâ in alia pietatis opera commutare.* Clemens VIII. citatus permittit noſtris Diſcalceatis *Super votis quoque ſimplicibus caſtitatis & religionis ſimili eâ causâ rationabili diſpenſare.* Religioſi S. Dominici gaudent privilegio conceſſo ab Innocentio IV, anno 1253. *Ut diſcordantes inter ſe* (inquit) Innocen. 4
ad invicem quod ad pacem redeant, nec non quod inordinatè viventes de ſuis exceſſibus ſicut viſum fuerit ſatisfactionê exhibeant compellendi per cenſuram Eccleſiaſticam vobis libera ſit facultas. Idem repetit Nicolaus III. anno 1278, Idem privilegium Innocentius IV. extendit ad Minores in bulla *Cum hora undecima* apud Wadingum tomo 2. annalium.

Poſſe à Miſſionariis indulgentias XI.
dari patet ex bullis citatis Innocentii IV. & Nicolai III. * Item Eugenius IV. anno 1444, in bullâ *Sacra Religionis*, apud Wadingum tomo 3. annal. ex Archivio Vaticano conceſſit ut indulgentias lucrari poſſint ſecundùm hæc diplomatis verba. *Necnon vobis in ſinceritate fidei, & unitate ſacræ Roma-* Eugen. 4.
na Eccleſia, & devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſiſtentibus plenariam remiſſionê in mortis articulo,

quam

quam etiam quemlibet veſtrum, quem huju ſmodi articulo confeſſoris copiam non habere continget, dummodò verè contritione decedat conſequi volumus concedere valeant. Eandem indulgentiam plenariam communicat Miſsionariis ordinis Prædicatorum in articulo mortis Pius II. anno 1464. Imò ibidem *ut perſonæ quæ in prædicationibus eorum fuerint & illas cum propoſito ſe emendandi audierint, ſingulis vicibus uniuſ anni, & 40. dierum indulgentiã conſequantur.*

X. Ex indulto Gregorii IX. anno 1233 in bulla *Cum meſſis*, ex ſpeculo Minorum, Rodrigo Wadingo, & noſtro Auguſtino à Virgine poſſunt Miſsionarii Minores in terris infidelium communicare cum excommunicatis in his quæ ad fidem pertinent. Idem conceſſit Clemens V. anno 1306 Innocentius IV. anno 1253. Dominicanis in terras infidelium proficiſcentibus ſic enim eos affatur. *Concedimus* Innocen.4 *ut in terris, quæ adhuc Sedis Apoſtolicæ Magiſterio non intendunt, proponere verbum Dei, & conſtitutis ibidem (non obſtante aliquã ſint excommunicatione ligati) in verbis, officio & cibo ac in aliis ſecurè communicare, &c.* Quod confirmavit Nicolaus III. anno 1278 bulla *Cum hora undecima*, 2. apud Rodericum. Idem privilegium illis dat Pius II. anno 1444. his verbis. *Gaudere iiſdẽ* Pius 2. *privilegiis, indulgentiis, &c quibus Fratres Terræ ſanctæ. Non evitare ſchiſmaticos & excommunicatos, ſeu interdictos, quantumvis notorios, niſi quos Vicarius Patrum, ſeu Deputati per eum evitare mandaverint.* Eodem favore fruuntur noſtri Diſcalceati miſsi & habitantes in terris infidelium. Sic enim Clemens VIII. *Vt autem ii, quos* Clemen.8 *ipſi ad hoc munus deputaverimus hoc miniſterium, ac ſilius & commodius ad Dei gloriam & Catholicæ Eccleſiæ exaltationem adimplere poſsint, eiſdem Religioſis qui pro tempore ad partes prædictas per te fili Commiſſarie, ac per Præpoſitum Generalem, pro tempore exiſtentem mittuntur, ut in iiſdem partibus, tam cum infidelibus, quàm cum hæreticis & ſchiſmaticis & excommunicatis quibuſcumq́, tutá conſcientiá converſari, ac verbo, officio & cibo communicare, &c.*

§. I.

An liceat confiteri Sacerdoti Schiſmatico, Apoſtatæ à fide, ſeu Excommunicato, etc.

Quod non liceat poſtulare ſeu recipere Sacramenta à Miniſtro excommunicato, &c. figuratè ſuadet Hiſtoria Giezi, quem ſignificare Sacerdotes legis innuunt Eucherius in lib. Regum, Hugo Cardinalis, Dionyſius, & alii. Hujus Giezi miniſterio paſsim utebatur S. Propheta Eliſeus, ut patet lib. 4. Regum cap. 4. in filio mulieris Sunamitidis ad quem reſuſcitandum mittit Giezi verſ. 20. *Accingere lumbos* 14. Reg. *tuos, & tolle baculum in manu tua, &* 4. v. 20. *vade, &c.* Imò fuiſſe ejus interpretẽ & mediatorem teſtatur idem caput. Eum enim mittit Eliſeus ad mulierẽ, ut inquirat ab eâ, quid negotii habeat, ſuam operam & patrocinium illi offerens. Quod ipſe Giezi interpellet pro eâ patet verſ. 4. *Ne quæras filium enim non habet, & vir ejus ſenex eſt.* verſ. 14. Et tamen paulò poſt video Giezi proſcriptum, privatum omni officio & miniſterio, quo fungebatur in cœtu prophetarum & domo Eliſei: imò orbatum omni humanâ ſocietate. Undè hoc? in quo offendit Eliſeum? etſi offenderit, cur non ei ignoſcit? cur tam ſeverè eum eo procedit? Quia Giezi ſimoniacus eſt, nam lib. 4. Regum cap. 5. poſt perpetratam ſimoniam, quam fusè probat Toſtatus quæſt. 29. nunquam amplius ad miniſterium & contubernium Eliſei & Prophetarum admiſſus eſt, in cujus excluſionis & privationis probationẽ leprâ affectus cum ſuis poſteris, quæ ſecundùm legem erat pœna peccati. De hoc ab omni humaná ſocietate di- 10. tio noſter Lezana diſſerit tomo 4. annalium ad annum mundi 3150. num. 7. & alii paſsim in cap. 5. lib. 4. Regum. Eliſeus non amplius ei committit ſuum baculum ad aliquem defunctum reſuſcitandum, non utitur amplius ejus legatione, mediatione,

ur

Digitized by Google

ut afflictorum mœrores excipiat. Idem ſanè accidit ¡Prælatis & Sacerdotibus ſimoniacis, ſchiſmaticis, hæreticis, concubinarus, &c. quamvis Eccleſia ſeu Chriſtus iis uteretur ad filios Sunamiridis ſpiritualiter reſuſcitandos, eorum operam adhiberet ad concionandũ, per eos ſuam mentem aperiret, tamen ex quo ſimoniam perpetrarunt, publicos concubinatus commiſerunt, vel per ſchiſma vel hæreſim ab Eccleſiâ deflexerunt, maximè in iis, quæ Chriſtianæ religionis exercitia, cultum & religionem concernunt, ut ſunt ſacramenta, eos præfatis miniſteriis privat.

II. D. Auguſtinus lib. 2. quæſt. Evangelicarum quæſt. 40. id probat ex Lucæ cap. 17. ubi agitur de decem leproſis verſ. 12. Luc. 17. verſ. 12. *Cum Chriſtus ingrederetur quoddam caſtellum occurrerunt ei decem viri leproſi qui ſteterunt à lõgè & levaverunt vocem dicentes, Ieſu præceptor miſerere noſtri.* Cur à longè ſtant? cur non propius accedunt? Ut oſtendant eos qui lepra ſchiſmatis, hæreſis, ſimoniæ, &c laborant eſſe vitandos. ac primò quod ſimonia advehat excommunicationem, & in quibus caſibus fusè probat Bonacina tract. de Simoniâ diſput. 1. quæſt. 7. punct. 1. & alii ab eo citati. His præſuppoſitis dico licitum eſſe ſuſcipere ſacramenta à ſimoniaco excommunicato tolerato, & conſequenter ab hæretico, concubinario etiam tolerato, quando paratus eſt adminiſtrare, ita S. Thom. D. Thomas 3. part. quæſt. 64. art. 6. ad 2. *Ille* (inquit) *qui ad ſacramentum accedit, ſuſcipit ſacramentum à miniſtro Eccleſiæ, non in quantum eſt talis perſona, ſed in quantùm eſt miniſter Eccleſiæ & ideò quamvis ab Eccleſia toleratur in miniſterio, ille qui ab eo ſuſcipit Sacramentum, non communicat peccato ejus ſed communicat Eccleſiæ, quæ eum tanquam miniſtrum exhibet.* Patet etiam ex cap. fin. 15. quæſt. 8. ubi de Nicolao Papa, & cap. *veſtra*, de cohabitat. Cleric. & mulierum. Probant tertiò Cabrera, Ledeſma, Valentia, Diana. Licet cuilibet uti iniquitate alterius in propriam utilitatem & commodum, quando ille eſt paratus ad peccandum. Si enim eſſet illicitum uti alterius nequitiâ quando paratus eſt; maximè quia daretur occaſio ſcandali. Licet enim peccet motaliter adminiſtrando, jam prius illud idem peccatum quaſi virtualiter commiſerat, cùm jam paratus eſſet miniſtrare ſacramentum, ſeu (ut ratiocinatur D. Thomas) qui recipit ſacramentum à miniſtro parato. non communicat peccato miniſtri, ſeu non cooperatur peccato, quia non utitur illo ut perſona particulari purè affectâ, ſed ut miniſtro publico Eccleſiæ ab eadem Eccleſia tolerato. Licet igitur ſacramenta ſuſcipere à ſimoniaco miniſtro excommunicato tolerato ab Eccleſia, & parato adminiſtrate, eò maximè quod in prædicto caſu fidelis poſtulans Sacramentum à malo miniſtro, poſtulat rem licitam, & quam miniſter (ſi velit) poteſt licitè præſtare: Petit inſuper à miniſtro rem ſibi utilem & bonam, etiam ſecundùm ſe ab ipſo miniſtro quamvis excõmunicato. Quod ſi actio habet adjunctam malitiam, culpa eſt miniſtri, nam ſecundùm ſe caret omni culpâ.

Probatur quartò à ſimili ex Diana III. reſol. 7. de ſcandalo. Licet in die jejunii invitare ad cœnam eum, quem ſcio paratum frangere jejunium, jam enim ſupponitur commiſſa culpa, nec eſt conditio ſine quâ jejunium non violaretur extrinſecè, quia alibi cœnaturus ſupponitur, ſed tantùm eſt oblatio materiæ, quam ille elegit ex ſuppoſitione quod cœnaturus eſt. Ex eodem Diana reſol. 8. de ſcandalo licet petere mutuum ab uſurario parato, quia fœnatoris peccatum eſt ex purâ malitiâ, non ex vi petentis mutuum. Nam petens mutuum petit rem bonam, quam ille ſine peccato concedere poteſt, ſi velit. Nec uſurarius in peccatũ labitur ex vi petitionis alterius, ſed ob malitiam ejuſdem uſurarii. Ex eodem reſol. 9. licet exigere juramentum ab eo, quem ſcio falsò juraturum, modò adſit aliqua neceſſitas vel utilitas illud petendi, ex Suare tomo 2. de relig. lib. 3. de juramento cap. 15. & alii apud Dianam. Ergò licet etiam recipere Sacramenta à malo miniſtro excommunicato tolerato, parato ad miniſtrandum

dum. Nec refert quod S. Gregorius citatus cap. *ſi qui ſint*, diſt. 81. dicat: *Non eſſe licitum audire divina officia à Clerico fornicario*, multò minus ab eo ſuſcipere Sacramenta. Et cap. *præter*, diſt. 32. cap. *veſtra*, & alibi ubi, cavetur nè quis audiat Sacrū, ſuſcipiatq; Sacramenta a publico concubinario. Reſpondet Sotus & alii illas prohibitiones eſſe revocatas à Martino V. nec revalidatas, ut ait Navarrus in ſumma cap. 25. n. 80. Et per Concilium Tridentinum ſeſſ. 15. cap. 14. de reformatione, ubi revocat pœnas olim latas contra publicos concubinarios. Antiquæ enim prohibitiones erant quædam ſuſpenſiones, & cenſuræ revocatæ per Concilium Conſtantienſe, nec revalidatæ a Tridentino. Hoc enim Concilium tantùm loquitur de pœnis non de cenſuris. Undè eadem ratio eſt nunc de publicis concubinariis, ac de aliis publicis peccatoribus, verbi gratiâ ſimoniacis toleratis. Nec petens ſacramenta peccat, quia permittit peccare, alioqui Deus hominum & Angelorum peccata permittens peccaret, & malè ageret quod impium eſt dicere. Nec Reſpublica permittens Hebræorum uſuras, meretricium, peccat. Minus ergò petens bonam rem, quam miniſter benè præſtare poteſt, imò poteſt Sacramentum licitè adminiſtrare ſi velit.

IV. Notant tamen Tannerus 2. 2. diſp. 4. quæſt. a, dubio 4. num. 56. Diana part. 1, tract. 1. reſol, 4 quod venialiter peccet petens Sacramentum extra caſum neceſsitatis à miniſtro excommunicato indignè miniſtraturo, ita actualiter parato, ut me petente ſacramentum non plura peccata perpetraret, quàm non petente, verbi gratiâ, ſi ſimoniacus ille actu adminiſtraret Euchariſtiæ ſacramentum fidelibus, ſi cum cœteris accedam ad recipiendam Euchariſtiam, tantùm pecco venialiter. Tunc enim non ſum moraliter cauſa cur peccet, nec me accedente aliud peccatum committit. Aliqui enim probabiliter docent quod qui in mortali peccato adminiſtrat ſacramentum, licet plures unâ vice communicet, unum tantùm committit, quia unicus actus eſt in genere moris. Quod ſic accedens peccet tantùm venialiter etiam affirmare videntur Sotus in 4. diſt. 1. quæſt. 5. art. 6. Cajetanus 2. 2. quæſt. 78, art 4. item in ſumma verbo *uſura*, cap pen. Mendoza 2. 2. diſp. 173, ſect. 14. & 176. 177. Navarrus cap. 17. num 262 Emmanuel verbo *uſura*, num. 5. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 8. num. 23 Diana part. 3, tract. 4 reſol. 59. part. 4. reſol. 21. part. 5. tract. 7, reſol 4. part 7. tract. 12. reſol. 33, Idem Diana tract 7. reſol. 43. & part. 5. tract 7. reſol. 7. in hujus propoſitionis confirmationem probabiliter teneri, quod ſi Sacerdos in ſede confeſſionali ſedens multorum confeſsiones ſucceſſivè excipiat ſine interruptione notabili unicum tunc peccatum mortale committit, igitur cum me accedente vel non accedente non committat plura peccata, quia omnes iſtæ confeſsiones reputantur moraliter unus actus, accedēs ſic peccat venialiter, quandoquidem illo non accedente alius accederet, nec plures eo die confeſsiones exciperet.

V. Stante illâ controverſiâ mihi placet eorum doctrina ſeu cautela, qui aſſerunt quod præſtet confiteri imperito idiomatis quàm ſchiſmatico, hæretico, ſimoniaco, concubinario, aut idiotæ. Si dubites an peritus tui idiomatis ſit Sacerdos ritè ordinatus, ſi timeas in forma falſa aut ritu hæretico abſolvat, ſi verearis periculum perverſionis vel nè peccato indignè miniſtraturi cooperetis, quia vides quod non ſit miniſtraturus ſacramenta niſi ſimoniacè & acceptâ pecuniâ. Vereris nè Catholici offendantur videntes te ſuſcipere Sacramenta ab hæreticis, ſeu nè puſilli ſcandalizentur & credant te incidiſſe in errores Confeſſarii hæretici, & ſic facilè hæreſi inficiantur. Nè confitearis indoctiſsimo qui non ſciat diſcernere inter peccatum veniale & mortale. Ratio eſt, quia tunc melius eſt omittere confeſſionem quam confiteri ſimoniaco, hæretico, ſchiſmatico, & ignaro. Igitur præſtat confiteri docto quamvis non calleat linguā, quàm ſe exponere periculo non confitendi

integrè, quia quando eſt periculum nè ex tali confeſſione integrè facta ſimoniaco, hæretico, ignaro, &c. reſultet aliquod damnum ſpirituale, vel corporale famæ vel bonorum ipſi pœnitenti, confeſſario, vel alteri: tunc excuſatur à confeſſione ſaltem integrâ, licet enim non confiteatur integrè materialiter, quia non confitetur omnia peccata commiſſa, tamen integrè confitetur, ideſt omnia quæ hic & nunc moraliter poteſt. nam non poteſt moraliter confiteri ea, quæ confitendo grave damnum ſibi vel alteri cauſaret. Lex enim poſitiva faciendæ integræ confeſſionis, cedit legi naturali charitatis quâ obligamur fugere noſtrum vel proximi periculum. *Quod pro charitate intro-*
S.Bernardus. *ductum eſt contra eandem charitatem exerceri non debet.* Inquit D. Bernardus lib. de conſider. præcepto & diſpenſatione. Deindè ut docet D. Thomas in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. quæſtiuncula 4. Alenſis 3. part. quæſt. 77. membro 3. art. 1. ad 1. Adrianus in 4. quæſt. 1, & 4. de confeſſ. Altiſiodorenſis in ſumma tract. 6. cap. 3. quæſt. 3. Paludanus & Major in 4. diſt. 17. quæſt. 5. Sotus in 4. diſt, 18. quæſt. 2 art. 5. Suarez de pœnitent. diſp. 23. ſect. 2. Coninck de Sacram. diſp. 7. num. 75. Medina cap. confeſſ. quæſt. 10. Silveſter verbo *confeſſio.* quæſt, 18. Navarrus cap, 1. art. 3. & 4. Petrus Soto lect. 10. de confeſſ, Toletus lib. 3, cap, 8. num. 5. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 8. num. 11. Reginaldus lib. 6. numer. 156. Filliucius tract. 7. num. 124. Villalobos lib. 1. tract 9. diffic. 3. num, 2. Fagundez de præcept. Eccleſ. part. 2. l. 3. cap. 3. Nullum poſitivum præceptum obligat cum gravi periculo. Si igitur confiteri volens præfata incommoda prævideat, non tenetur confiteri ſaltē integrè Deindè ſi occurrat præceptum confeſsionis extra articulum validè & licitè confitetur imperito idiomatis ſi deficiat copia alterius confeſſarii, ut docent Reginaldus lib. 6. num, 155. Naldus in ſumma verbo *mutus*, num. 1. Layman lib. 5. tract 6, cap, 8. num. 9. Lopez part. 1. inſtructorii cap. 27. Henriquez lib. 5. cap. 12. §, 3. in comment. Fagundez præcept. 2, lib. 3. cap. 3. numer. 13. Diana part. 5. tract. 6. reſol. 3. At non habere niſi ſimoniacum, hæreticum, ſchiſmaticum, vel idiotam eſt perindè ac non habere copiam Confeſſarii. Prætereà debeo evitare ſacrilegam confeſſionem & communicationem in ritu hæretico. Igitur ſtante dubitatione præfatâ excuſor à præcepto poſitivo confeſſionis, etiam aliquando integræ: præceptum naturale præponderat poſitivo, ſivè humano, ſivè divino: & corporale periculū famæ vel bonorum à peccato confeſſionis vel ejus integritate, & à fortiori à periculo ſacrilegii, ſi dubitet an ſit ordinatus, an veram formam applicabit, vel ritu Catholico abſolvet. Confirmatur, obligatio legis naturalis eſt ordinis ſuperioris quàm ſit lex poſitiva, quia lex naturalis eſt immutabilis, vetuſtior, & regulâ legis poſitivæ ſemper igitur eſt præferenda legi poſitivæ, & conſequenter ſola pręcepti poſitivi obſervantia pręcisè, non ſufficit ad licitè petendum Sacramentum ab indignè miniſtraturo, niſi ſit paratus (ut dictum eſt) aut obligatus ex officio qualis, eſt parochus. Specialiter verò quod præſtet confiteri idiomatis imperito, quàm ſimoniaco qui negaret abſolutionem ſine pecunia. Patet, quia ſimonia eſt intrinſecè mala, ut docet D. Thomas in 4. diſt. 5, quæſt. 2. art. 2. quæſtiun. 4. Marſilius quæſt. 4. art. 4. dubio 14. Paludanus quæſt. 3. num. 17. Alenſis part. 2. quæſt. 187. num. 3. art. 3. §. 1. Sotus in 4. diſt. 15. quæſt, 2. ad 2. Gabriel ibidem quæſt. unic. art. 2. Silveſter verbo *Simonia*, quæſt. 8. art. 3. Non habens ergò niſi ſimoniacum cenſebitur nō habere copiam, ſicq́ue imperito idiomatis confiteri poterit, maximè inſtante mortis articulo. Item quando urget præceptum confeſſionis annuæ. Ita Reginaldus lib, 6. num. 159. Fagundez præcept. 2. lib. 3. cap. 3. Suarez de pœnitent. diſp. 23. ſect. 2. Coninck diſp. 7. numer. 77. Villalobos tomo 1, tract. 9. diſp, 37, num. 3, Filliucius tract. 7. num. 125. Item quando debes celebrare vel cōmunicare ad evitandum aliud majus

damnum

damnum vel ſcandalum, ſi habes aliquod peccatum mortale. Ratio eſt, quia ſivè in articulo mortis, ſivè ante celebrationem cum non habeat certitudinem de actu contritionis ex propriâ charitate obligatur quantùm poteſt reddere ſuam ſalutem tutam per ſuſceptionem Sacramenti. Imò etiam licet non extet præceptum confitendi, ſed tantùm ſit magna utilitas, vel diu eſſet differenda. Poteſt pœnitens confiteri Sacerdoti idiomatis ignaro, ita Reginaldus lib. 6. numer. 159. Filliucius tract 7. num 125 Villalobos tomo 1. tract, 9. diffic. 37. num. 3. Sotus in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 2. Suarez de pœniten. diſput. 23. ſect. 2. num. 7. numer. 77. Ratio eſt, quia eſt grave incommodum diu carere Sacramentorum fructu maximè cùm homo ſit incertus an habeat cōtritionem, ſicque diu carendo Sacramento Confeſſionis fortè diu maneret in peccato mortali quod eſt magnum malum. Cùm igitur Confeſſio ſit inſtituta ob noſtrum commodum ſpirituale, non debet obligare nos ad differendum cum tanto noſtro incommodo ſpirituali. Notant tamen Reginaldus lib. 6. num 159. Filliucius tract. 7. numer. 159. Villalobos in ſumma tomo 1. tract 9. diffic. 37. numer. 3. Fagundez præcept. 2. lib. 3. cap. 3. numer. 15. Henriquez lib. 5. cap. 12. §. 6. Sotus in 4. diſt. 18, quæſt. 2. not. 5. Suarez diſp. 23. ſect. 2. n. 9. Coninck diſp. 2. num. 77. Quod facta confeſſio Sacerdoti idiomatis imperito debet iterari, maximè quoad peccata quæ nō intellexit, vel dubitat intellexiſſe. Quia illa peccata omiſſa non fuerunt directè clavibus ſubjecta. Tenetur igitur pœnitens ea directè ſubjicere, & quaſi omiſſa confiteri non ſtatim ſed quando alterius confeſſionis præceptum obligat. Ita Reginaldus, Filliucius, Villalobos, Fagundez proximè citati, Suarez ſupr. ſect. 2. num. 9. Quos ſequitur Diana parte 3. tract. 4. reſol. 131. & part. 5. tract. 14. reſol. 54.

VI. Verricelli tract. de miſſionibus Apoſt. tit. 1. de fide quæſt. 56. docet quod nè quis confiteatur ſimoniaco, hæretico, ſchiſmatico, concubinario indignè adminiſtranti, poteſt etiam extra articulum mortis à Sacerdote idioma ignorante petere abſolutionem, ſi Sacerdos certus ſit, quod ex corde doleat, verbi gratiâ, quia genu flexus lacrymis, & aliis ſignis, &c. illam petit, vel per interpretem dixit ſe petere abſolutionem, ſimiliaque ſigna oſtendit. Probat primò ex Antonio Fernandez inſtruct. confeſſ. part. 1. docum. 4. n. 33. Diana part. 5. tract. 6. reſol. 2. docentibus poſſe Cōfeſſarium tempore, quo præceptum obligat abſolvere mutum præbentem ſigna doloris, licet ex ejus ſignis nullum peccatum intelligere poſſit, nec ſit copia alterius ſacerdotis, qui melius intelligat, ſed eadem ratio militat pro eo, qui non percipit idioma pœnitentis non habentis alium ſacerdotem, quam ſimoniacum, hæreticum, ſchiſmaticum, vel concubinarium indignè miniſtraturum. Deindè quemadmodum integrè confiteri nō eſt de ejus eſſentiâ exprimere aliquod peccatum in particulari. Nam de eſſentiâ confeſſionis, ſeu proxima materia eſt actus externus pœnitentis exprimens internum dolorem peccatorum. Præterea ſi expreſſio peccati auricularis eſſet de eſſentiâ nō poſſet moribundus in articulo mortis abſolvi nullo expreſſo peccato, quod eſt contra determinationem Concili III. Carthaginenſis cap. 34. Carthaginenſis IV. cap. 76. Arauſicani I. cap. 12. S. Leonis epiſt. 9. ad Theod. D. Auguſtini lib. de adulterinis cōjugiis in fine & praxim receptam.

Nec refert quod Conc. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 5. dicat. *Iudicium hoc incognitâ cauſâ exerceri non poſſe.* Nam ſi ex dimidiatâ confeſſione, per quam animæ ſtatum non cognoſcit poteſt abſolvere, verbi gratiâ, ſi quis commiſerit mendacium & homicidium erga fratrem Confeſſarii, audito ſolo mendacio non minus ignorat ſtatum animæ, quam ſi nullum peccatum expreſſiſſet, igitur Sacerdos non callens linguam poterit nullo expreſſo peccato abſolvere, ſi pœnitens ſit genuflexus, fleat, & aliquibus ſignis petat abſolutionem, quamvis illa ſigna ſint dubia. Ita Layman lib. 8. tract. 6. cap. 8 VII.

 num. 4.

num. 4. Sanchez in ſelectis diſp. 44. nnmer. 35. Diana part. 3. tract. 3. reſol. 3.

CAPUT XI.

Quomodò Vir Apoſtolicus poſſit Sacramentum Extremæ-Vnctionis adminiſtrare.

I. QUædam mulier vidua Prophetæ pauperis & oberati ad tantam auguſtiam redacta erat, ut cùm non

l.4. Reg. c.4 v.2.

eſſet ſolveudo creditor veniret ad tollendum duos filios ejus ad ſerviendum ſibi lib. 4. Regum cap. 4. verſ. 2. *Cùm dixit Eliſeus, quid vis ut faciam tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? At illa reſpondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, niſi parum olei, quo ungar.* Cornelius. *Quo ſemel dumtaxat ungi poßim.* Scilicet (inquit) Dionyſius. *Pro temperamento æſtivalis caloris juxta illius conſuetudinem regionis.* Uxor illa Prophetæ obærati eſt anima juſti variis delictis & eorum reliquiis onerata. Filii ſunt intellectus & voluntas brevi à juſtitia divina in ſervitutem ignis purgatorii redigendi. Paululum olei quod illi reſiduum eſt, quo ungatur ad temperandum calorem æſtivalem purgatorii erat oleum ex olivis expreſſum. Sic materia Extremæ Unctionis eſt oleum olivarum. Noſter Thomas Waldenſis tomo 2. de Sacramentis cap. 163. Alphonſus à Caſtro lib. de hæreſibus, verbo *Extrema Unctio*, Petrus Sotus lect. 1. de hoc Sacramento, Maldonatus in illa verba Marci cap. 6. verſ. 13. *Vngebant oleo multos agros & ſanabantur.* Et clarius id innuit S. Jacobus cap. 5. verſ. 14. *Infirmatur quis ex vobis inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum ungentes oleo, &c.* Patet ſecundò ex Innocentio III. ex cap. unico de ſacra Unctione. Concilio Florentino in decreto Eugenii §. *quintum Sacramentum*, Tridentino ſeſſ. 14. cap. 5. Oleum viduæ non erat benedictum ſed uſuale. At oleum Extremæ Unctionis debet eſſe neceſſariò benedictum, ſi non neceſſitate ſacramenti, ſaltem neceſſitate præcepti. Ita Victoria in ſumma de ſacramentis numer. 116. Quemadmodum Vidua facit mentionem actualis unctionis, *quo ungar.* Ita materia proxima Extremæ Unctionis eſt actualis unctio facta tamen à Sacerdote, ita D. Thomas in 4, quæſt. 2. art. 3. S. Bonaventura quæſt. 2, art. 3. Richardus artic. 3. quæſt. 5. Paludanus quæſt. 3, art. 3. Scotus quæſt. unic. Sotus quæſt. 2. ar. 3 Supplementum D. Thomæ quæſt. 32. art. 5. & 6. Layman lib. 6. tract. 8. c. 2. num. 5. Suarez diſp. 40. ſect. 2. & diſp. 41. ſect. 2, Coninck diſp. 19, dubio 3. Zambrana de extrema unctione, Becanus cap. 27. quæſt. 3, de extrema unct. Gammachæus cap. 2. in fine. Patet primò ex his verbis, *Ungentes eum oleo.* Secundò omnia ſacramenta exceptâ Euchariſtiâ conſiſtunt in uſu. Sic proxima materia Baptiſmi non eſt aqua, ſed ablutio per aquam; &c. Quemadmodum ex dictis vidua parum olei, quod reſtabat, reſervabat, ut ungeretur pro temperamento æſtivalis caloris, ita Sacramentum Extremæ Unctionis eſt primariò conſtitutum ad confortandum animam hominis ægrotantis contra difficultates illi occurentes in articulo mortis. Patet primò ex cap. 1, D. Jacobi verſ. 14. *Et alleviabit eum Dominus.* Secundò Rationibus. Prima, quia unctio exterior per oleum id ſignificat, nam illius virtus eſt corroborare & diſponere luctatores ad certamen. Secunda inſtitutum eſt hoc Sacramentum pro iis, qui infirmantur uſque ad mortis periculum. Igitur eſt inſtitutum ob aliquam neceſſitatem quæ in articulo mortis occurrit. At nequit alia fungi, quam ea quæ dicta eſt. Tertia in aliis omnibus neceſſitatibus ſufficienter homini proſpectum eſt per alia ſacramenta. Igitur hoc ſacramentum debet eſſe pro neceſſitate in mortis articulo, nè homo tunc tentationibus ſuccumbat. Undè ſequitur quod ſpecialis gratia ſacramentalis hujus Sacramenti non conſiſtat in ſola remiſſione ſeu expulſione alicujus mali, culpæ vel pœnæ, ſed præſertim in collatione auxiliorũ

gratiæ

gratiæ, quibus homo juvetur & corroboretur in tali caſu. Primò ad benè ſperandum de miſericordiâ Dei, ſecundò ad concipiendum animi hilaritatem. Tertiò ad ſuperandas tentationes.

II. Extremę Unctionis Sacramentũ, ſecundariò inſtitutum eſt ad animã pręparandam & diſponendam, quantum eſt in ipſo Sacramento ad ingreſſum in cœlum. Id innuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. in proœmio de hoc Sacramento. Duo verò ſunt, quibus poteſt homo proximè ad ingreſſum cœli præparari. Unum eſt perfecta animæ ſanctificatio, quæ præter gratiam ſanctificantem conſiſtit in ablatione omni mali provenientis. Alterum eſt perſeverantia in bono uſque ad mortem, quæ confertur per auxilium gratiæ. Si enim non ponatur impedimentum in homine ægrotante tollitur omne malum, quod poſſet ingreſſum cœli retardare vel impedire. Undè ſequitur primò hoc Sacramentum ſaltem ſecundariò tollere peccata quoad culpam, ſi quæ fortè relicta ſit poſt aliorum Sacramentorũ ſuſceptionem, ut patet ex verbis ſancti Jacobi epiſt. 4. *Si in peccatis ſit remittetur ei.* Et Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 2. *Delicta ſi qua ſint adhuc expianda abſtergit.* Sequitur ſecundò hoc Sacramento remitti reatum pœnæ temporalis, qui relictus ex peccatis prius remiſſis quoad culpam. Hic enim reatus poteſt etiam impedire, vel retardare introitum in cœlum, probabileque vel totum reatum, vel aliquam partem pœnæ remitti juxta recipientis diſpoſitionem vel devotionem. Sequitur tertiò ideò hoc ſacramentum dici tollere reliquias peccatorum, quia dat robur & vigorem per auxilia gratiæ cõtra hæc omnia; non autem hoc facit tollendo fomitem, vel pravos habitus, vel phantaſmata, vel mutando corporis diſpoſitionem. Sequitur quartò poſſe aliquando per hoc Sacramentum hominem fieri de attrito contritum & primam ſanctificantem recipere, & conſequenter remiſſionem peccatorum mortalium (ſi quæ fortè ſint relicta in homine ægrotante) deleri. Quod ſi inferas, igitur Confeſſio vel Sacramentum Pœnitentiæ non eſt neceſſarium. Reſpondeo, ſi ægrotus ſciat ſe eſſe in ſtatu peccati mortalis, tenetur confiteri ſi poteſt, vel ſi non habeat copiam Confeſſariorum tenetur elicere actum contritionis. Nec ſufficit Sacramentum Extremæ Unctionis, Si verò præ morbi vehementia & nimia capitis turbatione, &c. ignoret ſe eſſe conſcium peccati mortalis, aut ſi hoc ſciat, tamen bona fide exiſtimet ſe eſſe contritum, cùm ſit dumtaxat attritus, tunc Extrema Unctio ſufficit, nec confeſſio neceſſaria eſt, niſi in voto, ſi nequeat habere Confeſſarium.

Eugenius IV. anno 1444. permittit Miſsionariis Ordinis Minorum *Euchariſtia, Baptiſmatis, Chriſmatis ſeu Confirmationis, Extrema Vnctionis, aliaq. Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare.* Idem concedit Minoritis Miſſionariis Vicariæ Boſniæ anno 1446. bulla *dum ſalubria*, apud Wadingum tomo 5. Gregorius XIII. apud Rodriguez tomo 1. quæſt. reg. quæſt. 31. conceſſit Miſſionariis præcipuè Societatis Jeſu pergentibus ad Indos, ut pro Extremâ Unctione utantur oleo & chriſmate benedicto uſque ad quatuor annos. Clemẽs VIII. idem privilegium communicavit noſtris Carmelitis Diſcalceatis, ſi factâ diligentiâ (ſcilicet mediocri) nequeat novum comparari. Vide Thomam à Jeſu in fine tractatus de converſione omnium gentium, Verricelli tit. 10. de extremâ unctione. III.

CAPUT XII.

An & quomodo Sacramentum Ordinis poſſit à Miſſionariis conferri.

IN veteri lege Summi Pontifices, Sacerdotes & Levitæ debebant aſſumi ex tribu Levi. Elias ex ſpeciali tamẽ privilegio (licet foret ex civitate Thesbe in terrâ Gad, vt animadvertit Cornelius in cap. 17. lib. 3. Reg.) fuit aſſumptus ad Sacerdotale munus I.

eunduæ cap. 18. Sic quamvis Eliſeus eſſet ortus in Abelmeula de Tribu Manaſſe ex S. Hieronymo, Saliano, Adrichomio, Cornelio & aliis: tamen eum officio Levitico functùm fuiſſe colligitur ex lib. 4. Regum cap. 3. ubi unus de ſervis Regis ait. *Eſt hic Eliſeus qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ.* Ideſt ſecundùm Cornelium, *Qui Eliæ quaſi miniſter ſerviebat, miniſtrorum enim eſt fundere aquas ſuper manus Dominorum, cùm eas manè vel ante prandium abluunt.* At nõ eſt probabile ſanctum Prophetam tali miniſterio uſum fuiſſe, cùm pauperrimus eſſet tam in victu quàm in veſtitu nec talem ritum ſuæ comeſtioni præmiſiſſe in torrente Carith & in domo viduæ Sareptanæ. Secundò cùm in Carmelo fons perennem aquam effunderet nõ indiguit aquali ad lotionem manuum, ut veſceretur oleribus vel ſolo pane. Tertiò, illa infuſio aquæ miniſterio alicujus non eſt in uſu in domibus Religioſis, ſed propè refectorium ſunt canales ad hoc deſtinati. Quartò. Aulici Regis Joram filii Achab parum curabant, an Elias refectioni ſuæ præmitteret ſimilem lotionẽ manuum. Probabilior igitur eſt eorum opinio, qui apud Lyranum & Dionyſiũ dicunt, quod in ſacrificio, quo Elias bovem in Carmeli Monte ſacrificavit, Eliſeus fudit aquam ſuper manus Eliæ, tuncque ad officium illud Leviticum obeundum ex ſpeciali diſpenſatione aſſumptum fuiſſe.

II. Sic per privilegium Apoſtolicum poſſent Regulares Miſſionarii in terris infidelium converſis ad Catholicã fidem conferre quatuor Minores Ordines. Ita Pellizarius tomo 2. tract. 8. cap. 4. ſect. 3. num. 88. Ex noſtris Lezana tomo 5. in Mari Magno Prædicatorum num. 36. Auguſtinus verbo *Miſſionarii*, Thomas à Jeſu verbo *Ordines*, Antonius à Spiritu Sancto §. *de Ordinis Sacramento.* Id patet ex Innocentio IV. anno 1253. in bulla *Cùm*
Innocen. 4 *hora undecima* apud Confettium ubi Dominicanis ait. *Concedimus &c. ut Presbyteri ex vobis ipſos aggregatos poſſint inſignire charactere Clericali, & ipſos ad Acolytatus ordinem promovere*

Idem privilegium conceſſit Leo X. in bullâ 2. Adrianus VI. bullâ 1. Pius II. anno 1464. in bullâ *Ad Deum levamus*, conceſſit Fratribus Prædicatorum, ut Vicarius qui pro tempore fuerit, poſsit ſuper natalibus & ætatis infra 23. annum, defectibus cum perſonis & fratribus ordinem prædictum ingredi volentibus & profeſſis, ut ad omnes ordines uſque ad Presbyteratum ordinem incluſivè, & ſingulas Ordinis prælaturas & officia in iis partibus promovere & miniſtrare valeant. Clemens VIII. Patribus noſtris Diſcalceatis hæc effatur. *Inſuper ut ii ex dictis Religioſis ad par-* Clemen. 8
tes prædictas profecturis, vel qui in dictis partibus ad habitum & profeſſionẽ ejuſdem ordinis recipientur ſacris Ordinibus non initiati, à quibuſcumque Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus, ad omnes etiam ſacros & Presbyteratus Ordines, etiam extra tempora à jure ſtatuta, & non ſervatis interſtitiis & abſque litteris dimiſſoriis, quatenus ibi locorum Ordinarii ſeu Epiſcopi non ſint, cum teſtimonio tamen de vitâ, moribus & idoneitate illorum, qui in illis partibus eorum ſuperior pro tempore fuerit promoveri, & promoti in illis etiam in altaris miniſtrare liberè valeant. Urbanus VIII.
anno 1615. Minoritis de Obſervan- Urban. 8
tiâ in partibus Indiarum Occidentalium exiſtentibus expreſsè profeſſis etiam indulſit. *Ut de ſuorum ſuperiorum licentia, à quocumque, quem maluerint Antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, in propria Diœceſi reſidente, vel in alienâ de Diœceſani loci conſenſu Pontificalia exercente per eos eligendo, ad omnes etiam ſacros & Presbyteratus Ordines extra tempora ad id à jure ſtatuta, ac interſtitiis à ſacro Concilio Tridentino deſignatis, minimè ſervatis, &c. promoveri poſſint.* Vide Bullam *Cùm ſicut*, apud Cherubinum. Idem Pontifex anno 1633. conceſsit Eremitis S. Auguſtini Diſcalceatis degentibus in Philippinis, & in Indiis Occidentalibus in bullâ *Cùm ſicut*, 136. apud Cherubinum eodẽ anno & permiſit omnibus Chriſtianis apud Japones

morantibus

morantibus, & pro tempore futuris, à Generalibus eorum miſſis, ac mittendis, Sacramenta (ordinem tamen Epiſcopalem non requirentia) etiam Parochialia, durante præſenti rerum ſtatu miniſtrare valeant cum ampliſsimâ derogatione omnium contrariorum. Undè (inquit Innocentius IV.
Innoc. 4. & Alex. 4. anno 1253. bullâ *Cùm hora undecima*, apud Confetrium & Rodericum, & Alexander IV. anno 1258, bullâ *Cum hora undecima* apud Bzovium in Annalibus anno 1258. numer. 6. Miſſionarios S. Dominici ita affatur. *Si contingat vos aliquo caſu noſtra altariola non habere, ac veſtes ſacerdotales, altaris pallos, corporalia, per eos qui ex vobis ſunt Presbyteri, cùm neceſſe vobis fuerit benedicere, ubi Catholicorũ Epiſcoporum copia non habetur, &c.* Eodem privileg. Miſsionarios Minoritas honoravit Clemens V. anno 1306. apud Wadingũ tom. 7. Eâdem gratiâ fruuntur noſtri Patres Diſcalceati, ut patet ex bulla Clementis VIII, anno 1604. his verbis. *Indumenta, paramenta, cor-*
Clemen. 8 *poralia & vaſa Eccleſiaſtica, non tamẽ ea in quibus ſacra Unctio adhibetur, pro eorum & aliorũ Sacerdotum in illis partibus exiſtentiũ uſu quacumq; benedicere.* Et bullâ Pauli V. anno 1612. emanatâ
Paulus 3. quæ incipit *Ut regni*, in quâ hęc habentur, permittitur *Inſuper, ut pro Eccleſiarum prædicti regni*, ſcilicet Perſarum, *tantùm neceſſitate & commoditate altaria & calices ex oleo ab Epiſcopo Catholico benedicto, & dum ab Epiſcopo Catholico per duas dietas diſtantes fueritis, benedicere & conſecrare, necnon ubi neceſſitas id exigerit Chriſmate veteri uti, &c.* Sacra Congregatio die 15. Aprilis anno 1630. referente Illuſtriſſimo Aſſeſſore Sancti Officii,
S. Congr. cenſuit Miſſionarios Capucinos Maris Egæi & aliorum locorum Orientis ubi Epiſcopi non exiſtunt poſſe calices conſecrare. Ubi verò exiſtunt ab ejuſmodi facultatis uſu abſtinere debere. Cumque Miſſionarii poſsint in itinere celebrare extra Eccleſiam, ſi ibi non adſit Epiſcopus poſſunt benedicere paramenta, altariola, calices, ſi indigeant. Ita noſter Thomas a Jeſu lib. 12, de convert. gentiũ, Verricelli ſup. tit. 4, quæſt. 98. §. 26.

Innocentius IV. ſupra facultatem III.
impertiit Miſsionariis Ordinis Prędi- Innoc. 4.
catorum *Fundandi de novo in partibus infidelium Eccleſias, & reconciliandi ipſas, quæ ſunt caſu aliquo profanatæ, ac de novo fundatis rectores idoneos providendi.* Idem repetit Nicolaus III. & Pius II, anno 1464. Eadem omninò cõmunicat Fratribus Minoritis Clemens V. anno 1306. Eugenius IV. Eugen. 4.
permittit Fratribus Minoritis in terris infidelium, *Non tantùm Capellas; Altaria, necnon Calices & paramentâ Eccleſiaſtica, Oleum ſacrum & Chriſma cõficere & benedicere, ſed reconciliandas Eccleſias, & reconcilianda cœmiteria reconciliare, &c. Sed ut poſsint jam constructa ad obſervantiam prædictam reducere, ſed etiam alia, Conventus, Domos, & loca, unum, duo, tria; & plura, & tot, quot ipſi Vicario expediens videbitur pro veſtro uſu & habitatione de novo acquirere, & in eis Eccleſias cum campanilibus, campanis, cœmiteriis, dormitoriis, etc. & aliis officinis neceſſariis fundare & conſtituere, etc.* Idem anno 1446. impertit Miſsionariis Vicariæ Boſnæ in bullâ *dum ſalubria*, apud Wadingum tomo 5. Clemens VIII. ſępè citatus noſtris PP. Diſcalceatis ait. *Eccleſias, Oratoria, Cœmiteria, Conventus & Monaſteria, Confraternitates, tam veſtri quàm aliorum quorumcumque ordinum, & alias quaſcumque, necnon cætera loca pia extruere, fundare erigere, ac ſi qua adſint in illis partibus prophanata eas benedicere, etſi erant conſecrata, aqua prius ab Epiſcopo, vel ſi Epiſcopus ultra duas diætas diſtaverit à vobis benedictâ reconciliare.* Eodem favore gaudent Patres Societatis, ut
patet ex indulto Pauli III. anno 1549. Paulus 3.
quod incipit *Licet debitum*, his verbis: *Ac in locis prædictis remotiſsimis quæcumque Eccleſias, hoſpitalia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, erigere, ac pro nunc, & pro tempore erecta reformare, ſine alicujus præjudicio. Et veſtes ſacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cœmiteria, ſi Epiſcopus qui ea faciat, Catholicus inibi non adſit, benedicere, ac prophanatas Eccleſias reconciliare poſsint, etc.* Denique iiſdem licentiam dat leges condendi & mutandi. *Et quæcumque ſtatuta & ordinationes*

nationes deſuper neceſſaria facere, illaq́; poſtquam facta fuerint mutare, alterare, ac illis addere ac detrahere. Item Patribus noſtris Diſcalceatis Clemens VIII. ſupr. ait. *Quaſcumq́; illarum partium perſonas habitum veſtri ordinis recipere volentes etiã non ſervatâ formâ conſtitutionis fœlicis recordationis Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, & decretorum noſtrorum, ad hujuſmodi habitum & deindè ſuo tempore ad profeſſionem regularem admittere, &c.*

CAPUT XIII.

Miſsionarii poſſunt inſtar Parochorum Matrimonium contrahentibus adeſſe.

I. QUamvis ſit illicitum Matrimonium fidelis cum infideli ut patet Exodi cap. 34 v. 16. ubi Deus prohibet ejuſmodi conjugium ob periculum ſubverſionis & idololatriæ. *Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, nè poſtquam ipſa fuerint fornicare faciant & filios tuos in Deos ſuos.* Et cap. 23. verſ. 32. *Non inibis cum eis fœdus.* Nè ſcilicet occaſionem colendi idola accipiant. Deuteron. cap. 7, verſ. 3. *Nec ſociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus. Nec filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium nè ſequatur me, & ut magis ſerviat diis alienis.* & lib. 3 Regum cap 11. v. 2. *Non ingredimini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras. Certiſsimè enim avertent corda veſtra, ut ſequamini Deos earum.* Id patet in hiſtoria Eliæ lib. 3. Regum cap. 16. ubi Achab
3. Reg. 16. v. 31 Rex Iſrael non tantùm ambulavit, verſ. 31 *In peccatis Ieroboam filii Nabat inſuper duxit uxorem Iezabel filiam Ethbaal Regis Sidoniorum, & abiit & ſervivit Baal & adoravit eum.* Verſ. 32 *Et poſuit Aram Baal in templo Baal, quod ædificaverat in Samaria.* Lyranus. *Duxit uxorem Iezabel, quæ erat nutrita in idololatria, ad quam induxit virum ſuum* Ideò ſubditur. *Et abiit, etc.* Idem in moral. ſcribit, quod Jezabel interpretatur *fluxus ſanguinis.* Id manifeſtius patet in Salomone, qui cùm eſſet mortalium ſapientiſsimus, tamen conſtat ex lib. 3. Regum cap. 11. quod ſenex à mulieribus alienigenis illectus earum idola coluit, verſu 1. *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, etc.* Verſ. 2. *De gentibus ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſrael, non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras, certiſsimè avertent corda veſtra, ut ſequamini Deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſsimo amore, etc.* Verſ. 4. *Cumq́; jam eſſet ſenex depravatum eſt cor ejus per mulieres ut ſequeretur Deos alienos, etc.* Verſ. 5. *Colebat Salomon Aſtarthem Deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum, etc.* Verſ. 7. *Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos, idolo Moab in monte, qui eſt contra Ieruſalem, & Moloch idolo filiorum Ammon.* Verſ. 8. *Atque in hunc modum fecit univerſis uxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura & immolabant Diis ſuis.*

II. Hæc mala prævidens Apoſtolus ſcribit 2. Corinth. cap. 6. verſ. 14.
Nolite jugum ducere cum infidelibus. 2. Cor 6 verſ. 14.
Quaſi diceret, abſtinete ab infidelium cœtibus, conviviis, ſacrificiis, templis omni eorum commercio, vel per ſe impio, vel injuſto, vel periculoſo, vel ſcandaloſo, præcipuè conjugio. Hunc enim locum D. Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum, Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 1. D. Ambroſius, D. Thomas in illud caput, D. Auguſtinus lib. de conjugiis adulterinis cap. 21. exponunt de matrimonio. Confirmatur ex eodem Apoſtolo 1. Corinth. cap. 7. verſ, 39. *Cui vult nubat* 1. Cor. 7.
tantùm in Domino, Ideſt ex D. Augu- verſ. 39.
ſtino lib. & cap. citato, D. Anſelmus, Sedulius, D. Thomas & alii. Nubat in Eccleſia & Chriſtianiſmo, ſeu viro Chriſtiano. Sic idem Apoſtolus ſæpè vocat Chriſtum, Chriſti fidem, gratiã, inſtitutionem, Baptiſmum, Eccleſiam, Religionem, verſ. 2. *Si circumcidamini Chriſtus.* Ideſt Chriſtianiſmus *vobis nihil proderit,* Ad Coloſſ. cap. 2. verſ. 6. *Sicut accepiſtis Ieſum Chriſtum,* ideſt Chriſti fidem, doctrinam, religionem, *in ipſo ambulate,* ideſt in fide & religione ipſius.

Ex

II. Ex his & aiiis locis veteris & novi teſtamenti aliqui contendunt diſparitatem cultus eſſe impedimentum de jure divino: At refelluntur quia licet Textus citati evidenter probent has nuptias cum gentilibus eſſe illicitas, non tamen præcisè eſſe invalidas, cùm multi acceperint alienigenas abſque culpâ & reprehenſione. Sic Geneſis cap. 30. verſ. 25. Jacob accepit filias Laban idololatræ. Geneſis cap. 41. verſ. 45. Joſeph filiam Putipharis. Exodi cap, 2. verſ, 21. Moyſes filiam Jethro Æthiopiſſam, Ruth. cap. 1. verſ. 4. Mahalon & Chelton uxores Moabitidas. Matthæi cap. 1. verſ. 5. Salomon Raab Cananæam, Judicum cap. 14. verſ. 2, Sampſon Philiſtæam, lib. 2. Regum cap. 3. v. 3. David filiam Regis Geſſur, lib. 3. Reg. cap, 3. verſ. 1. Salomon filiam Pharaonis regis Ægypti. Eſther cap. 2. verſ. 17. Eſther nupſit Aſſuero Regi Perſarum, qui erat gentilis. Ex novâ lege ex S. Gregorio Turonenſi lib. 2. hiſtoriæ cap. 28. S. Clotildis nupta Clodovæo Regi Gallorum adhuc pagano, illa verò baptiſata. S. Monica Mater S. Auguſtini ex lib. 9, confeſſ. cap. 9, cùm eſſet baptiſata accepit virum paganum. Eſto ambæ illæ fœminæ in hoc peccàrint, niſi fortè per ignorantiam vel neceſſitatem publicā excuſentur: tamen Eccleſia illarum nuptias non declaravit nullas, nec ſeparationem præcepit, undè ambæ viros ſuos ad Chriſtianam fidem perduxerunt. Deindè lex naturæ nòn minus viguit in veteri lege, quàm in novo teſtamento, nec unquam Synagoga permiſiſſet, multò minus Eccleſia poſt Chriſti Incarnationem Tertiò potuerunt olim extraordinariè mulieres gentiles, primò ſi uxores relicto Gentiliſmo ad verum Dei cultum converterentur, tunc enim ceſſabat periculum apoſtaſiæ a fide. Sic converſæ fuerunt Raab, Ruth, Moabitis, & aliæ plures. Hoc ſēſu Deus permiſit Deuteron. cap. 21. verſ. 11, accipere allenigenas in bello captas, raſo ſcilicet capite, præciſis unguibus, mutatâ veſte, delertis patre & matre, Hujuſmodi ritibus ſignificabant, quod deberent priùs ejurare ritus & mores patriæ, & præcipuè cultum idolorum: ut notat Serarius in cap 6 Joſue q. 50 Secundò ideò Deus excitavit Judæum ut acciperet mulierem Gentilem etiā in Gentiliſmo permanentem, ut ex eo aliquod bonum ſequeretur. Sic Eſther nupſit Aſſuero, quia ex tali matrimonio multa bona genti Judaicæ obventura erant, Sic Judicum cap. 14. verſ, 4. parentibus inſciis Sampſon accepit Philiſtæam. *Quod res à Domino fieret & quæreret occaſionem contra Philiſtym.* Tertiò dum occurrit aliqua neceſſitas, vel urgens cauſa accipiendi mulieres alienigenas, ut patet in Mahalon & Chelion qui acceperunt mulieres Moabitas. Nam erant juvenes, in fervore ætatis, in patriâ alienâ, egentes & famelici, nullumq; remedium apparebat contra egeſtatē vel famem, niſi uxores illius regionis acciperēt à quibus ſuſtentarētur, ut ingenioſè animadvertit Rupertus lib. 1. in Math. *Mahalonem non lex juſtificat, ſed neceſſitas excuſat, ſcilicet fames quæ fuerat, & propter quam ut ſcriptura refert, abiit homo de Bethleem.* Et ibidē. *Niſi neceſſitas illos excuſaret, nec ipſi uxores ducere debuiſſent Moabitidas.* Cui arridet illud Valentiniani Imperatoris in Novellis l. 11, Theodoſiani codicis. *Nihil turpe, nihil vetitum credit eſuriens, ſola cura eſt ut qualicumq; vivatur.* Vide Serarium in cap. 1. Ruth quæſt. 11. Ex cœteris qui acceperunt uxores Gentiles, quidam etiam poſſunt excuſari. Reliquorum nuptiæ prohibitæ quidem fuerunt, ut illicitæ non autem ut poſſint dirimi, quaſi nullæ. Præterea ſi quod ſit præceptum ſeparationis in lege Moſaicā, non fuit reſpectu omnium gentilium, ſed dumtaxat, qui habitabant in terrâ. Undè concludunt Theologi illud præceptū ſeparationis reſpectu Chananæorum tantùm fuiſſe judiciale, non morale, & conſequenter non tranſiiſſe ad nos nec ad alias provincias. Et quamvis eſſet morale, quatenus ſimpliciter prohibet non tamen in ratione dirimendi vel deſtruendi matrimonium, ſicque patet hoc totū impedimentum, quatenus dirimit eſſe de jure Eccleſiaſtico & Eccleſiam ob legitimas cauſas poſſe in eo diſpenſare

ita ut Chriſtianus cum muliere paganâ contrahat matrimoniũ, ſi ſit opus ob bonum publicum totius religionis & infidelis permittat vivere honeſtè cum fideli abſque injuriâ & contumeliâ Creatoris, præcipuè ſi affulgeat aliqua ſpes converſionis, ut patet ex dictis, & Apoſtolus notavit 1. Corin. cap. 7. verſ. 14. *Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata mulier infidelis per virum infidelem.* Id patet exemplis præmiſſis quibus adde S. Cæciliam, quæ Maritum ſuum Valerianum convertit, Theodora quæ Siſnitum, S. Natalia quæ Adrianum non tantùm ad fidem convertit, ſed ad glorioſum Martyriũ pro eâ ſubeundum incitavit, his verbis. *Precor te mi Domine, ſerve Chriſti, dum adhuc in te hæret ſpiritus, extende etiam manum ut amputent eam ut ſanctis Martyribus ſimilis efficiaris per omnia, maiora enim ſupplicia illi perpeſſi ſunt quàm tu* Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus in expoſitione Concilii Florent ſeſſ. 5. refert Theophilum Imperatorẽ hæreticum filium Michaelis Baldi ſalvatum fuiſſe precibus Auguſtæ uxoris ſuæ. Hæc enim in ſomnis audire meruit à Chriſto judice, *Mulier magna eſt fides tua, propter te, ſacerdotumq́; tuorum preces conjugi tuo do veniam.* Vide Baronium tomo 9. Annalium ad annum Chriſti 842. Cæſara uxor Arnulphi Perſarum Regis tempore Mauritii Imperatoris baptizata, cùm maritus eam repereret, ad eum redire recuſavit, niſi ipſe Chriſtianus fieret, quare ipſe Conſtantinopolim veniens ibi baptizatus eſt, & ab Auguſto de fonte ſuſceptus, ſicque lætus cum conjuge ad ſuos rediit, ita Baronius ad annum 593. Vide plura apud Doctores. Nunc diſcutiendum eſt, quid poſſint Miſsionarii in terris infidelium.

S Bernardus,

Poſſunt Miſsionarii Regulares in
IV. regionibus infidelium, Hæreticorum, &c. à ſuis Prælatis illuc deputati cognoſcere de cauſis matrimonialibus, ac viventes inordinatè compellere per cenſuras. Item dare poſſunt licentiam, ut ii valeant retinere uxores, qui de gentibus noviter ſunt converſi, modò non cõtraxerint in gradibus à lege divinâ prohibitis. Ita Pelizarius tomo 2. ex noſtris Lezana in Mari magno Prædicatorum num. 36. Antonius à Spiritu ſancto §. 7. de Matrimonii ſacramento, num. 20. Probatur ex bullâ Innocentii IV. *Cum hora undecima*, apud Rodericum, & unicâ apud Conſertium. *Vobis præterea diſpenſare liceat, ut illi, &c. qui in gradibus & caſibus à divinâ minimè lege prohibitis matrimonia contraxerunt, remaneant in eiſdem* anno 1253. Et Nicolaus III. *Cum hora undecima*, 2. apud Rodericum anno 1278.

Poſſunt etiam in Partibus Indiarũ V.
ubi munus Parochi exercent, in locis ſibi à ſuperioribus aſsignatis aſsiſtetere matrimonio. Id patet ex bullâ Alexandri IV. apud Sanchez de matrimonio lib. 3. diſp. 26. numer. 4. Idem Sanchez & Henriquez addunt id præſtari poſſe ab alio ſacerdote, ubi defuit proprius Parochus, ex tacitâ licentiâ Sedis Apoſtolicæ. Ratio eſt, quia alioqui ejuſmodi infideles manerent deſtituti Sacramentorum miniſterio, quod non eſt aſſerendum. Imò multi apud Sanchez libr. 3. diſp. 18. numer. 35. ſuſtinent quod ſi defectu ſacerdotis & teſtium Chriſtiani in partibus infidelium cõmorantes, vel etiam hoſpites matrimonium contraxerint ſit validum. Ita Thomas à Jeſu lib. 12. tit. *matrimonium*, Antonius à S. Spiritu. Ratio eſt, quia in illis regionibus Concilium Trid. nõ eſt receptũ. Vide plura apud eundem Thomam à Jeſu in ſtimulo miſsionum, Auguſtinum à Jeſu Mariâ verbo *Miſsionarii*, & alios.

Matrimonium infidelium contra- VI.
ctum ante converſionem fit Sacramentum poſt ſuſceptionem Baptiſmi, ita Sanchez lib. 2. diſp. 9. & ali ab eo citati contra Ledeſma quæſt. 59. art. 2. Coninck diſp. 34. dubio 2. & alios. Ratio eſt, quia illi non videntur privandi gratiâ Sacramenti Matrimonii, quâ reprimitur cõcupiſcentia & munia conjugalia ritè obeuntur, qui ſunt effectus Sacramenti Matrimonii. Matrimonium infidelium fit Sacramentum, non quando infideles baptizantur, ut vult Sanchez lib. 2. diſp. 9. num. 5. & alii ab eo citati, ſed quando

poſt

poſt baptiſmũ interveniunt novi conſenſus, vel præcedentes rati habentur per ſigna externa, & per verba, per nutus, per côpulam materialem. Ita Bellarminus lib. 1. de matrimonio, cap. 5. Bonacina de matrimonio q. 2. puncto 2. num. 5. & alii. Ratio eſt, quia non ſubſiſtit Sacramentum novum niſi adſit nova forma & materia. Sed Matrimonium eſt novum, & diſtinctum Sacramentum à Baptiſmo. Igitur Matrimonium non ſubſiſtit niſi adſit nova materia & forma diſtincta à materiâ & formâ baptiſmi. At nova materia & forma ſunt novi conſenſus, vel ratificatio præcedentium. Igitur tunc fit ſacramentum quando interveniunt novi conſenſus ſeu ratificatio præcedentium. Dices ad ſacramentum aliud requiritur ſcilicet mutua corporum traditio, mutuuſq; cõtractus. At infideles conjugati poſt baptiſmum non ineunt mutuum contractum, nec mutuò ſibi tradunt corpora. Igitur matrimonium infidelium non fit Sacramentum poſt ſuſceptionem baptiſmi. Reſpondeo hoc argumentum dumtaxat probare contractum requiri ad ſacramentum Matrimonii, non autem probare opus eſſe, ut hic contractus fiat ſimul eodem omninò tempore, quo fit ſacramentũ. Nam ſufficit, ſi eo tempore quo fit ſacramentum adſit expreſſio conſenſus, vel ratificatio præcedentis conſenſus per ſigna externa. Unde ad propoſitam majorem reſpondeo non requiri ad ſacramentum matrimonii ut adſit mutua corporum traditio quando fit Sacramentum, ſed ſufficit ſi præceſſerit, & adſit expreſsio conſenſus, vel ratificatio illius. Hæc porrò expreſsio vel ratificatio conſenſus non debet neceſſariò fieri coram Parocho ſeu Sacerdote Miſsionario & teſtibus, ut matrimonium infidelium converſorum fiat ſacramentum. Ita Sanchez ſup. num. 1. Rodriguez in ſumma part. 1. cap. 230. Gutierez de matrimonio cap. 42. num. 6, Bonacina ſupr. num. 6. & alii. Ratio eſt, quia Concilium Tridentinum exigit præſentiam Parochi & teſtium, ut contractus validè celebretur. At nos ſupponimus contractum infidelium fuiſſe validè celebratum ante ſuſceptionem baptiſmi, & conſequenter non videtur neceſſaria præſentia Parochi ſeu Sacerdotis Miſsionarii & teſtium, ut matrimonium infideliũ poſt ſuſceptionẽ baptiſmi fiat ſacramentũ, ſed ſufficit expreſsio novi conſenſus vel ratificatio præcedentis, quâ poſitâ fit ſacramentum matrimonii & recipitur gratia ſacramentalis ad officia conjugalia ritè obeunda. Adde ſacerdotem nõ eſſe miniſtrum eſſentialem ſacramenti matrimonii, ſed tantùm accidentarium, ita Bonacina ſupr. puncto 4. num. 5. Ratio eſt, quia tantùm jungit & benedicit contrahentes quod ſpectat ad perfectionem matrimonii, non verò eſt miniſter contractus, ſeu non eſſentialiter celebrat contractum, ſed ipſi contrahentes celebrant.

VII. Quoad matrimonium Catholicorum cum hæreticis, vel hæreticorum inter ipſos, ſi nullum aliud impedimentum fuerit quàm hæreſis, tunc matrimonium nefarium eſt & illicitum, ſed tamen ratum, validum. Ita D. Thomas diſt. 39. art. 1. ad 5. S. Bonaventura, Gabriel, Durandus & alii. Patet primò cap. *decrevit.* de hæreticis ubi ſtatuitur ut uxores ſuâ dote careant ſi ſcienter contrahant cum hæreticis, non verò præcipitur talis ſeparatio. Secundò, quia habent omnia requiſita ad ſubſtantiam veri matrimonii tam in ratione contractus, quàm veri ſacramenti. Ut fusè probat Gammachæus de matrimonio cap. 28. An matrimonia hæreticorum inter ſe ſint valida in iis locis, in quibus Decretum Tridentinum de clandeſtinis nuptiis promulgatum fuit. Reſpondet negativè Gamachæus.

VIII. Paulus V. Paulus V. anno 1612. bulla *Vt regni* permittit noſtris Patribus Diſcalceatis *Vt cum prædictis regni Perſarum populis tam ad fidem jam converſis, quam de cætero convertendis ſuper quibuſcumque, præterquam in lineâ tranſverſali, & quocumque inter ſe aſcendentes & deſcendentes conſanguinitatis vel affinitatis gradibus, quibus inter ſe conjuncti, aut attinentes fuerint, ita ut impedimentis huiuſmodi nonobſtantibus matrimonium inter ſe publicè ſervatâ formâ*

Concilii Tridentini contrahere, & in facie Eccleſiæ ſolemnizare, & in eo poſt modum remanere teneantur liberè & licitè poſsitis & valeatis diſpenſare. Et ante illum Adrianus IV. in bullâ *Licet debitum.* Jus aliud diſpenſandi largitur Fratribus Minoritis in Indiis commorantibus. *Et cum iis* (inquit) *qui ab infidelitate converterentur tantùm, & in locis remotiſsimis, qui prius in gradibus non licitis, tamen lege divinâ non prohibitis matrimonium contraxerant, ut in eiſdem manere poſſint diſpenſare.* Innocentius IV. anno 1255. idem jus concedit Dominicanis.

CAPUT VIII.

Quomodò Miſsionarii poſsint Parochialia Munia exercere.

I. Pius 5. PIus V, anno 1567. in bullâ *Exponi nobis* apud Cherubinum Miſſionariis permittit ut officia Parochi obire queant. *Omnibus & ſingulis Religioſis quorumcumque etiam Mendicantium ordinum in dictis Indiarum partibus, & in eorundem ordinum Monaſteriis, vel de illorum ſuperiorum licentiâ extra illa commorantibus, ut in locis ipſarum partium eis de ſimili licentiâ aſsignatis & aſsignandis officium Parochi huiuſmodi matrimonia celebrando & ei Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrando, &c. liberè & licitè valeãt &c.* Id ſignanter concedit Minoritis Eugenius IV. anno 1444. in Bullâ
Eugen. 4. *Sacra Religionis,* apud Wadingum tomo 5. Annalium, his verbis. *Illis Euchariſtia. Baptiſmatis, Chriſmatis ſeu Confirmationis, Extremæ Unctionis, aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, &c. Necnon omnia alia iura parochialia eis miniſtrare & regere, &c.* Eiſdem Minoritis Miſsionariis Vicariæ Boſniæ. *Ipſis ad fidem converſis & quos converti contigerit populis illorumque ſingularibus, utriuſque ſexus perſonis, quicumque, & quotcumque fuerunt (quos omnes & ſingulos quoad ipſorum animarum curam) noſtris, aut illorum etiam Presbyterorum ſæcularium, quos ad id dicti deputati Fratres duxerint pro tempore deputandos regimini & gubernationi per præſentes ſubeſſe decernimus, Baptiſmatis, Confirmationis, &c.* Clemens VIII. ſæpè citatis permittit noſtris Diſcalceatis. *In illis partibus, ubi Parochi non fuerint Baptiſmatis, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, Matrimonii & Extremæ Unctionis Sacramenta, quæ alioqui Parochi ſuis Parochianis miniſtrare ſolent & poſſunt, vice Parochorum miniſtrare.*

CAPUT IX.

Nonnulla alia Miſsionariorum Privilegia recenſentur.

INnocentius IV. anno 1253. dat I.
Dominicanis miſſionem obeuntibus in partibus infidelium facultatem, *De cauſis matrimonialibus, quas in partibus illis, ad audientiam veſtram deferri contigerit, legitimè cognoſcendi, &c.* Eugenius IV. anno 1444 Innoc. 4.
Minoritis ait. *De Matrimonialibus & aliis Spiritualibus cauſis cognoſcere, illaſque decidere, & in eis illam prorſus habere & exercere, quam Diœceſanus Epiſcopus, ſi ibidem eſſet, haberet & exercere poſſet, &c.* Eugen. 4.

Pius II anno 1464. in bullâ *Ad Deum levamus,* communicat Miſſionariis Ordinis Prædicatorum jus: *Ut in iis partibus, &c. Vicarios ad actus publicos in favorem fidei Chriſtianæ conſcribendos creare & inſtituere, &c.* II. Pius 2.
Quam facultatem confirmavit Sixtus IV. anno 1473. in bullâ *Apoſtolica,* 4. apud Confettium. Denique Adrianus VI. anno 1522. in bullâ *Licet debitum,* 48. apud Cherubinum & 8. apud Rodericum, noſtrum Auguſtinum à Virgine verbo *Miſsionarii,* num. 15. Minoribus Miſſionariis Indiarum conceſsit, ut eorum Prælati & alii de Fratribus ſuis, quibus ipſi duxerint committendum, in partibus, in quibus nondum fuerint Epiſcopatus creati, vel ſi fuerint, tamen

infra duarum diætarum ſpatium ipſi vel officiales eorum inveniri minimè poſſunt, omnes actus Epiſcopales exerceant, qui non requirunt Ordinem Epiſcopalem. Nonobſtantibus, &c. præſertim Sixti IV. incipiente bulla *Etſi Dominici gregis*, bullâ Cœnæ, bullâ *Exponi nobis*, apud Rodericum. Præfata privilegia tanti ſunt momenti ad ſanctimoniam Eccleſiæ fovendā & propagandam, ut Pontifices nolint ea ab ipſis etiam Epiſcopis convelli vel controverti. Audi Pium V. anno
Paulus 5. 1567. ſupra citatum. *Inſuper nè in locis illarum partium, in quibus ſunt Monaſteria Religioſorum, qui animarum curam exercent aliquid per prædictos Epiſcopos innovetur, eadem auctoritate & tenore ſtatuimus & ordinamus, &c. Nonobſtantibus, etc. Conciliis Generalibus, &c.* Et Clemens VIII.
Clemen. 8 in bullâ *Dominici*, de noſtris Patribus Diſcalceatis hæc decrevit. *Adhac omnes prædictos Religioſos ejuſdem Congregationis veſtræ, ac domos, & Conventus, & Monaſteria vel loca quæcumque, quæ in illis partibus pro tempore habueritis, ab omnium & ſingulorum quorumcumq. Prælatorum, & perſonarum Eccleſiaſticarū juriſdictione, poteſtate, ſuperioritate & auctoritate, ſicut in cæteris locis eſtis prorſus eximimus & liberamus, etc. Volumus & in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ pœnâ, eo ipſo contra facientes incurrendâ, à quâ nonniſi à nobis & Romanis Pontificibus noſtris, præterquam in articulo mortis conſtitutus, quiſquā abſolvi poſſit, directè præcipiendo mandamus, omnia præmiſſa dictis Religioſi gratis & abſque ulla prorſus impenſa omninò impendant & impertiantur. Neque ab illis aliquid hac de cauſa petere & exigere, vel ſponte oblatum accipere præſumant ſub eiſdem præcepto & excommunicationis pœnâ ipſo facto incurrendâ, nobisq. pariter reſervatâ, nè quis non ſuperior illorum prædictos Religioſos retardare, moleſtare, inquietare, aut quoquo modo directè vel indirectè, quominus miniſteria prædicta exequantur, impedire audeant, diſtrictè prohibemus, etc.* Omitto verba Alexandri IV. Prædeceſſorum in bulla *Nimis iniquâ viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, etc.* Sileo Paulum III. in bullâ *Cum inter*, datâ in favorem Patrum Societatis Jeſu.

Audiamus Pium V. in bullâ quæ III.
incipit *Etſi mendicantium*, quâ Mendicantium privilegia confirmat. *Attendentes* Pius 5.
pleroſque ex venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui ordines Mendicantium præcipuè, tanquam fructiferos in agro Domini palmites & colere & adjuvare deberent, non ſolùm id exequi negligere, verùm etiam Concilii Tridentini decretis in pravum ſenſum retortis vos & eorum quemlibet, variis afficere incommodis & perturbationibus, & eorum quemlibet privilegia non modicum afferre gravamen conarentur. Poſt aliqua enarrata ſubdit. *Propterea volentes præmiſſis ac aliis ſimilibus exceſſibus et gravaminibus ex noſtri Paſtoralis officii debito providere: attendentes etiam illos, qui onus diei et æſtus, tam in prædicationibus, quàm in cæteris ſpiritualibus muneribus quotidie ſuſtinent, niſi etiam aliquantùm piè ſubleventur, facilè ut oppreſſi à ſuis officiis omninò deſiſtant, nè in poſterùm aliquod eis gravamen inferatur, etc. omnia et ſingula privilegia, etc. quomodolibet conceſſa, etc. auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò approbamus et confirmamus.* Hæc verba. *Attendentes etiam illos, qui onus diei et æſtus, tam in prædicationibus quàm in cæteris ſpiritualibus muneribus quotidie ſuſtinent, etc.* Quæ præcipuè intelligenda ſunt de Viris Apoſtolicis miſſis in regiones Orientales & Meridionales, nam ſi ſecundùm Toſtatū quæſt. 30. in cap. 20. Matthæi ad illa verba verſ. 12. *Qui portavimus pondus diei et æſtum.* Syriaca verſio. *Qui portavimus pondus diei et æſtum.* Si (inquā) portare pondus diei & æſtum: ſi portare pondus æſtus, eſt laborare per æſtum, caloremq; intenſum tempore meridiano, vel in regione meridianâ & ferventiſsimâ: quantus eſt labor Miſsionariorum, qui indefeſsè laborant quotidiè & totâ vitâ cum manifeſto vitæ ſuæ periculo, & cum Apoſtolo Paulo 2. Corinth. cap. 11. v. 12. 2.Cor. 11.
atteſtari poſſunt. *In laboribus plurimis,* verſ 23.
etc. Verſ. 25. *Ter naufragium feci, die* verſ. 25.
ac nocte in profundo maris fui. Verſ. 26.

verſ.26. *In itineribus ſæpè periculis fluminum,*
periculis latronum, periculis ex genere,
periculis ex gentibus, periculis in civitate,
periculis in ſolitudine, periculis in
mari, periculis in falſis fratribus. Ver-
verſ.27. ſu 27. *In labore, ærumnâ, vigiliis multis,*
in fame, ſiti, in jejuniis multis, in frigo-
verſ.28. *re & nuditate.* Verſ. 28. *Præter illa,*
quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea
quotidiana, ſollicitudo omnium Eccle-
ſiarum.

IV. Benè optimæ recordationis Ponti-
fex addit. *Facilè fore ut oppreſſi à ſuis*
officiis omninò deſiſtant. Olim Chri-
ſtus differens de inſigni Samaritanorũ
converſione dicebat diſcipulis ſuis,
Joannis cap. 4. verſ. 48. *Ego miſi vos*
metere, quod vos non laboraſtis: alii la-
boraverunt, & vos in labores eorum in-
troiſtis. Cum ſermo ſit de miſſione
Apoſtolorum ad Chriſti fidem per u-
niverſum orbem diſſeminandam,
quam præceſſit Iſaiæ, Jeremiæ, Eliæ,
& aliorum Prophetarum prædicatio,
quomodò Apoſtoli ad Prophetas cõ-
parati non tam laboraſſe, quam in
ipſorum laborem introiiſſe dicuntur?
Nonnè Petrus pro Chriſti Evangelio
diſſeminando extremè laboravit,
mortemque ſubiit? Nonnè Apoſtolus
2.Cor 11 Paulus 2. Corinth, cap. 11 verſ. 23.
verſ.25. ipſe fatetur: *In laboribus plurimis, in*
carceribus abundantius, in plagis ſupra
modum, in mortibus frequenter. Verſ. 24
A Judæis quinquies quadragenas unâ
minus accepi. Verſ. 25. *Ter virgis cæſus*
verſ.24. *ſum, &c.* Et tandem Martyrium ſub-
iit ſub Nerone Cæſare, & ita de aliis
Apoſtolis, qui immenſos labores pro
fide dilatanda, non ſecus ac antiqui
Prophetæ pertulerunt? Quomodò er-
gò ait Chriſtus ſuis Apoſtolis. *Alii*
laboraverũt & vos in labores eorum in-
troiſtis? Ideò Prophetæ laboraſſe di-
cuntur in verâ fide prædicandâ, &
Chriſto hominibus prænunciando,
quia laborum ſuorum fructus pro-
priis oculis non conſpexerunt, ſed
licet Apoſtoli multò majores labores
ſuſtinuerint quàm veteres illi Patres,
minus laboraſſe dicuntur, quia fru-
ctum cumulatiſſimum laboris in cõ-
verſione gentium percipiebant, præ-
ſentiſque præmii dulcedine recrea-
bantur, magis ergò de facto laborave-
runt & deſudaverunt, minus tamen
laboraſſe cenſentur, quia præſentis
fructus reficiebantur intuitu. Ideò
paulò ante dixerat Chriſtus verſ. 45. Ioan c. 4. verſ. 45.
Levate oculos veſtros & videte regiones
quæ albæ ſunt iam ad meſſem, & qui me-
tit mercedem accipit & congregat fructũ
in vitam æternam. Innuens Patriar-
chas & Prophetas in ſpe araſſe juxta
illud Oſee cap, 10. verſ. 11. *Ephraim*
vitula docta diligere trituram, & ego
tranſivi ſuper pulchritudinem colli eius.
Ubi Patriarchæ & Prophetæ trituraſſe
& araſſe dicuntur, qui fruges demeſ-
ſerunt? Apoſtoli. Undè meritò ſan-
ctus Chryſoſtomus homil. 33. *Labo-*
rioſior erat ſatio, & majori egebat ſolli- S. Chryſoſtomus.
citudine ſemina ſpargere, & ad Dei co-
gnitionem animam erudire. Hæc autem
dicit, nè ad prædicandum dimiſſi, tan-
quam maximum onus ſubeuntes pertur-
barentur: magis enim Prophetæ labora-
verunt, quod ratione confirmat, quoniã
facilius ipſi opus ſuſceperint ſiquidem in
meſſe facile meſſis colligitur, & brevi
manipulis impletur area, neque tempora
expectantur, non hyems, non ver, non
pluvia. Ita nunc fit, & opera ipſa cla-
mant. Dum hæc diceret exierunt Sama-
ritani, & mox coactus eſt fructus. Prop-
terea (inquit) levate oculos veſtros, &
videte regiones, quia albæ ſunt. Verba res
ipſa confirmavit. Religioſi Miſſionarii
ſimiles ſunt Patriarchis & Prophetis,
ſunt aratores, ſatores qui æſtuant,
ſudant uſque ad ſanguinis effuſionem
& vitæ profuſionem. *Euntes ibant &*
flebant mittentes ſemina ſua. Scilicet
Dei verbum in regionibus illis Infide-
lium ſeminantes, flebant quia mortem
etiam corporis affectant; quam ſen-
ſualitas flendo refutat. Epiſcopi verò
in partes illas poſtea directi venien-
tes veniunt cum exultatione quaſi
meſſores ut colligant manipulos.

Undè non mirum ſi Regulares VI.
miſſi à ſuis Generalibus juxta facul-
tatem Apoſtolicam ſibi conceſſam ad
illas infidelium regiones, vel hæreti-
corum pro eorum converſione gau-
deant poteſtate, variiſque privilegiis
maximè abſolvendi ab hæreſi, apoſta-
ſiâ & aliis caſibus bullæ Cœnæ Domi-
ni, item legendi libros hæreticos con-
tinentes hæreſim, vel tractantes de
religione

religione, &c. Hæcque privilegia non ſint revocata per annuas publicationes bullæ Cœnæ, ut ſcribit Rodriguez tomo 1. quæſt. regul. quæſt. 20. art. 9. Nec privilegium Adriani VI. ut notat Peyrinis de privilegiis tomo 1. conſtitut. 4. Sixti IV. Suarez de religione tomo 4. tract. 1. lib. 2, cap. 21. & tract. 10. lib. 9. cap. 10. Portellus, Souſa in bullam Cœnæ Domini, Vivaldus in candelabro aureo. Donatus, Bauny, Thomas à Jeſu Mariâ qui ſcripſit Romæ anno 1633. tract. de converſione omnium gentium, lib. 2. in compend. privil. Quintanadvennas qui ſcripſit anno 1644. Theol. moral. tract. 2. noſter Lezana qui Romæ ſcripſit anno 1646. tomo 5. ſuę ſummæ in mari magno Prædicatorum, num. 35. & 36. Pellizarius qui ſcripſit anno 1648. in manuali reg. tomo 2. tract. 8, cap. 4. num. 88. ubi refert illa privilegia & docet adhuc vigere. Em.mus Card. Lugo qui ſcripſit Romæ anno 1652. de privilegiis Regulariũ part. 2. tit. 8. cap. 3. referens magna privilegia Innocentii IV. Nicolai IV. Pauli III. & IV. Adriani VI. qui *Fratribus Minoritis conceſsit omnimodam in utroque foro Papa authoritatem tantam quantam judicaverint expedire pro converſione Indorum, & manutentione, & profectu illorum.* Aſſerens illa privilegia adhuc eſſe in uſu in partibus infidelium. Et confirmatur ex erectione Sacrę Congregationis de propaganda fide, factâ per Gregorium XV. 10. Calendas Julii 1622. in Conſtitutione, quæ incipit *Inſcrutabili*, quâ non revocat privilegia conceſſa regularibus miſsis pro converſione infidelium à ſuis Generalibus, ſed tantùm ejuſmodi miſsio ſubordinatur ſactæ Congregationi, & ſignanter Pius V. in bulla *Etſi mendicantium*, ubi hæc tradit. *Omnia & ſingula privilegia &c. quomodolibet conceſſa, &c. auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò approbamus & confirmamus.* Manet ergò penes illos Miſſionarios omnimoda poteſtas Papæ in utroque foro, quâ tantùm opus poſſint ferventius exequi. Elias brevi rapiendus & diſceſſurus ab Eliſeo diſcipulo ſuo chariſſimo lib. 4. Reg. cap. 2. verſ. 8. ait.

14 Reg. c. 2. v. 8.

Poſtula quod vis ut faciam tibi antequã tollar à te. Ideſt poſtula à me aliquod donum & ſingulare privilegium quo provinciam quam tibi demando magis ritè, debitè, utiliter poſſis adminiſtrare. Cui Eliſeus verſ. 9. *Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Vatablus, *Sit duplex portio ſpiritus tui ſuper me.* Cajetanus ex Hebræo. *Erit obſecro os duorum in ſpiritu tuo mihi.* Idem ſubdit. *Pars primogeniti appellabatur os duorum quia loco duorum ſuccedebat.* Gloſſa interlinearis. *Obſecro ut fiat in me ſpiritus tui largitio.* Ideſt quemadmodum Elias habebat clavem cœli, juxta illud D. Chryſoſtomi homil. 1. de Elia. *Claves cœli factus eſt ſermo Eliæ ſanctiſsimi.* Ita ut aperiret cœlum, & clauderet quando & quibus vellet, ita Eliſeus hanc poteſtatem ſibi communicari poſtulavit, ſeu ſicut Elias habuit gratiam mortuum ſuſcitandi, ita eandem gratiam ſibi dari petiit. Miſſionariis quid dedit Adrianus anno primo & ultimo ſuæ creationis? clavem ſeu poteſtatem aperiendi cœlum infidelibus, abſolvendi illos ab infidelitate, reſtituendi illis vitam fidei & gratiæ. Qualem poteſtatem dedit eis? multò uberiorem ac majorem, quàm aliis Prædicatoribus & Confeſſariis: alii quidem habent poteſtatem abſolvendi à peccatis, ſed à caſibus enormibus, ab hæreſi, &c Minimè. Miſſionarii verò omnem portionem Spiritus habent, quaſi primogeniti duas partes habent, ſcilicet abſolvendi in foro interiori ſacramentali, & exteriori. Habent ſpiritus Apoſtolici largitionem. *Conceſsit omnimodam in utroque foro Papa authoritatem.* Adeò ut de illis Miſſionariis hoc dicere poſſint alii Prædicatores & Confeſſarii quod eodem cap. 2. verſ. 15. *Videntes filii Prophetarum qui erant in Iericho è contra dixerunt requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum.* Vatablus. *Qui erant à longè dixerunt; ſpiritus Eliæ, &c.* Idem in ſcholiis. *Afflatus eſt ſpiritu Eliæ Eliſeus.* Cajetanus. *Communicatus eſt Eliæ ſpiritus, hoc eſt donum ſpirituale ad facienda miracula.* Sic nos videntes à longè illos viros Apoſtolicos in Indiis converſioni animarum adlaborantes cum omnimodâ

verſ. 9.

S. Chryſoſtomus.

Cap. 2. verſ. 15.

Digitized by Google

omnimodâ in utroque foro Papæ authoritate tanta, quantam judicant expedire, pro manutentione Indorum, & profectu illorum exclamare poſſumus, *Requievit Spiritus Eliæ ſuper Eliſeum, &c.*

VI. Quod autem ejuſmodi ſpiritus ſeu poteſtas abſolvendi à caſibus in bulla Cœnæ, &c. non ſit revocata ſed perſeveret in Eliſeo, ſeu puero illo & pauperibus illis Miſſionariis. Iterùm patet ex Gregorio XIII. anno 1584. die 18. Martii qui conceſſit Societati Jeſu. *Vt nulla Societatis facultates cenſeantur revocata per bullam Cœna Domini.* Ut conſtat ex compendio privilegiorum Societatis verbo *Bulla Cœnæ*, §. 2. Suare de Religione tomo 4. tract. 10. lib. 9, cap. 2. Clemente VIII. anno 1604. In privilegio quod Carmelitis noſtris Diſcalceatis euntibus ad partes infidelium conceſſit *ea privilegia non revocari per litteras die Cœna Domini legi ſolitas & faciendas.* Quibus verbis innuit non revocari ejuſmodi privilegia quando publicatur talis bulla. Nec per bullam Gregorii XV. in erectione Congregationis de propaganda fide, maximè per illam clauſulam, *In contrarium præmiſſarū quomodolibet conceſſis.* Hac enim clauſulâ tantùm revocantur privilegia Regularium quæ adverſantur authoritati erectæ Congregationis. Privilegium autem abſolvendi ab hæreſi, &c. in partibus infidelium non opponitur ejuſmodi authoritati, cum regulares ſemper ſubſint ſacræ Congregationi.

VII. Secunda ratio quæ probat ſemper extare illud privilegium abſolvendi ab hæreſi, quia Sedes Apoſtolica ſemper eſt eadem, & eadem reputatur voluntas prædeceſſoris ac ſucceſſoris Pontificis. Quemadmodum eadem reputatur voluntas hæredis & teſtatoris. Igitur cùm Clemens VIII. ſciat bullam Cœnæ ſingulis annis promulgari, cenſetur privilegium conceſſiſſe cum derogatione ad futuram bullam Cœnæ ſequentibus annis promulgandæ.

VIII. Tertia ratio petitur ex eo quod Urbanus VIII. anno 1628. revalidavit, & confirmavit privilegia Patrum Societatis Jeſu pro miſſionibus indiarum, ut refert noſter P. Lezana conſulto 4. num. 104. Privilegium inter omnia præcipuum ſcilicet abſolvendi ab hereſi & aliis caſibus bullæ Cœnæ, & pro ſalute illarum nationū tam neceſſarium etiam confirmavit.

Quarta ratio, lex generalis ſubſequens non tollit ſpeciale privilegium quod cōceſſum eſt ex causâ principali, ut docet Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 24. numer. 6. & lib. 2. Summæ cap. 11. numer. 27. Souſa in bullam Cœnæ diſp. 100. num. 3. ut patet ex bullâ Cruciatâ vel Jubilæi, quæ ſecundùm omnium doctrinam & praxim non revocantur. Igitur nec reliqua privilegia Regularium abſolvendi à caſibus Cœnæ Domini, maximè ab hæreſi in novo orbe, & partibus infidelium, etiam in foro exteriori non revocantur, cùm ſcilicet animarum, & favor fidei, ac diſtantia locorum ſit cauſa ſpecialiſsima talis privilegii. Quis enim poſſet evidenti periculo vitæ, immenſo itineri ſe exponere, ut a Pontifice Romano procuret abſolutionem, cùm in illis locis nullus ſit Epiſcopus vel Inquiſitor, vel ſi ſint rarò inveniantur & occulti ſint, ob frequentes perſecutiones infideliū ut notat Rodriguez tomo 1, quæſt. regul. quæſt. 20. art 9. Hæc igitur privilegia non ſunt abrogata pro Partibus Indicis per annuam publicationē bullæ Cœnæ, quæ animabus eſſet ita diſpendioſa. IX.

Quinta Ratio verba Gregorii XV. *Miſsionibus omnibus ſuperintendant.* Significant ut miſsionibus aliis inſtitutis præſint, ita in lib. 3. *de erogatione militari*, lib. 12. Præfecti militum vocantur *Superinſtantes.* Quia ſecundùm Gloſſam *militibus præſunt.* Non ergò Generalibus auſertur poteſtas ſuos mittendi cum facultatibus Pontificis & inſtituendi miſsiones ad infideles juxta bullam Pauli III. quia ejuſmodi, privilegium concedit Societati Jeſu, & in ejus compendio verbo *Generalis*, §. 2. X.

Sexta, Eſto viri digniſsimi teſtentur ſummum Pontificem vel ſacram Cōgregationem declaraſſe Regulares miſſos à Generalibus ad partes infidelium IX.

delium non poſſe hodie abſolvere ab hæreſi, & apoſtaſiâ, id tamen non ſufficit, ſed Pontificia declaratio debet more conſueto publicari per bullam particularem & authenticè exhiberi per declarationem S. Cōgregationis. Sicut benè animadvertit Franciſcus Oviedo de fide, controverſ. 11. pun. 3. num. 43. & 44. & Angelus Verricelli in quæſt. moral. & legal. tract. 8. quæſt. 41.

XII. Denique iis rationibus quibus doctiſſimi Viri aſſerunt etiam hodie Prelatos regulares abſolvere ſuos ſubditos in foro interiori ab hæreſi occultâ, & aliis caſibus bullæ Cœnæ, per eaſdem rationes probatur poſſe etiam hodie regulares miſſos a ſuis Generalibus ad partes infidelium abſolvere ab hæreſi, Apoſtaſiâ, & aliis caſibus bullæ Cœnæ. Seu quibus rationibus docent Navarrus in manuali cap. 17. & lib 5. de privil. conſil. quæſt. 1. Vela de pœnis delictorum cap. 14. Simancus, Rodriguez in bullâ Cruciatæ, & in ſumma, Emmanuel Sa verbo *Epiſcopus*, Palatius, Nugnos, Corduba, Souvertius, Vega, Petrus Ledeſma, Bartholomæus Ledeſma, Guitterez, Angles, Thomas Bovinus, Gomeſius, Souſa, Fagundez, Vivaldus Henriquez, Bannes, Arragonius, Cevallos, Campegius, Baſſeus, Puteanus, Fernandez, Garcias, Hurtado, Leandrus. Ratio horum eſt, quia durum eſt imò moraliter impoſſibile, ut ſubditi Epiſcoporum accedant Romam.

XIII. Præterea ex dictis, Prælati poſſunt abſoluere ſuos ſubditos ab hæreſi, apoſtaſia, & aliis caſibus Bullæ Cœnæ, Rodriguez quęſt. reg. tom. 1. quæſt. 20. art. 9. Leandrus à Sacram. p. 4. tract. 12. diſp. 7. quæſt. 75. 76. 77. Bannes, Aragonius, Sanchez, Suarez, Candidus, Leander a Myrcia, Baileus & alii ab eo citati, Portellus verbo *Abbas*. numer. 10. Souſa in Bullam Cœnæ, diſp 100. num. 7. & alii. Poſſunt etiā Miſſionarii ſæculares in partibus infidelium abſolvere, nam eædem rationes militant tam pro his, quam pro illis. Vide plura apud auctores citatos.

Si quid in hoc & aliis tomis humanâ tenuitate delictum eſt lubens ſubjicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ correctioni ac emendationi, cultiorique virorum eruditorum judicio. Si quid verò laude dignum appareat, ultrò illud dirigo ad majorem Dei Omnipotentis, Sacratiſsimæ Virginis Mariæ, Beatiſſimo ejus Sponſo Joſepho, omnibus Sanctis qui in hoc Ordine floruerunt, præcipuè Eliæ & Eliſeo Prophetis, qui idæam hujus Operis subminiſtrarunt, & à quibus Deo auſpice, & vitâ ſoſpite, licet ferè octogenarius, patrocinium ſpero in reliquis Tomis. Septimo quidem oſtendere intendo quomodo Eccleſia ſancta ſit ab officio & poteſtate Cardinalium, Legatorum, Nuntiorum & Inquiſitorum fidei. Octavo, quia nullus eſt ſtatus, nullus ſexus, nulla ætas, nulla natio, &c. quæ ad Eccleſiam ſanctificandam non concurrat. Nono Sancta quia divini Numinis ſanctitatē propugnat. Decimo Sancta quia Chriſti ſanctitatem defendit. Undecimo Sancta, quia pro Deiparę Virginis puritate tuendâ militat. Duodecimo Sancta, quia Sacramentorum, aliorumque dogmatum veritatem, efficaciam, &c. ſuſtinet. Quibus decimotertio ſuccedet auctarium miſcellaneum. XIV.

Digitized by Google

INDEX
LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ
EX VTROQVE TESTAMENTO
Quæ in hoc Volumine ſpecialiter elucidantur.

P. Paginam, N. Numerum marginalem denotat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Geneſis.

Cap. 1. *verſ.* 16. FEcit Deus duo luminaria magna, luminare majus ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti, pag 490. num. 2.

Cap. 2 *verſ.* 22. Ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam, pag. 252. num. 4.

Cap. 4 *v.* 14. Ecce ejicis me hodie à facie terræ, &c. pag. 359.

Cap. 8. *v.* 8. Emiſit columbam poſt eum, ut videret, ſi jam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ, p. 16. num. 4 p. 250. n. 2.

Cap. 12. *v.* 5. Tulit Sara uxorem ſuam & Lot filium fratris ſui, univerſamque ſubſtantiam, quam poſſederant, & animas, quas fecerant in Haram, & egreſsi ſunt, &c. pag. 52. num. 4.

Cap. 18. *v.* 2. Cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adoravit in terram, pag. 61. num. 22, p. 405. n. 7.

Verſ. 17. Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum, p. 57. n. 9.

Cap. 19. *v.* 22. Feſtina & ſalva te ibi, quia non potero facere, &c. pag. 50. num 3.

Verſ. 15. Cumque eſſet mane, cogebant eum Angeli, p. 38. n. 3.

Cap. 27. *v.* 43. Conſurgens, perge ad Labam fratrem meum in Haram, pag. 343.

Cap. 21. *v.* 15. Abjecit puerum ſubter unam arborem quæ erat ibi, p. 44. n. 1.

Cap. 28. *v.* 2. Vade & proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ ad domum Bathuel, &c. & accipe ibi tibi uxorem &c. p. 345.

Verſ. 5. Profectus ivit in Meſopotamiam, p. 356. n. 4.

Verſ. 12. Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, pag. 6. n. 22. p. 54. n. 2, p. 79. num. 1.

Verſ. 16. Verè Dominus eſt in loco iſto & ego neſciebam, pag. 545, num. 2.

Cap. 29 *v.* 35. Concepit & peperit filium, & ait modò confitebor Domino. & ob hoc vocavit eum Judam, ceſſavit parere, p. 114. n. 4.

Cap. 43. *v.* 16. Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue convivium, quoniam mecum ſunt comeſturi meridie, p. 52. n. 1.

Cap. 45. *v.* 25. Dimiſit ergò fratres ſuos & proficiſcentibus ait, nè iraſcamini in viâ, p. 253, n. 5.

Verſ. 27. Revixit ſpiritus ejus, pag. 215. n. 16.

Cap. 49. *v.* 16. Angelus qui eruit me de cunctis malis, p. 39. n. 16.

Exodus.

Cap. 2. ET egreſſus die altero invenit duos Hebræos rixantes,

Cap. 12

Cap. 12. *v.* 40. Si quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam & facere phaſe Domino, circumcidite prius, &c. p. 461. n. 2.

Cap. 13. *v.* 24. Deus autem præcedebat eos p. 31. n. 16.

Numeri.

Cap. 10. *verſ.* 2. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles quibus convocare poſsis multitudinem, quando movenda ſunt caſtra, p. 430. n. 6.

Cap. 11. *v.* 11. Cur afflixiſti ſervum tuum? quare non invenio gratiam coram te, p. 182, n. 5.

Verſ. 17. Loquar tibi & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, ut ſuſtenient tecum onus populi, pag. 254. num. 7.

Cap. 25. *v.* 9. Quando tranſgreſſi fueritis Jordanẽ in terram Chanaam, decernite, &c. p. 540. n. 8.

Verſ. 14. Tres erunt trans Jordanem, & tres in terra Chanaam, p. 541.

Leviticus.

Cap. 7. *verſ.* 3. Offerent ex ea adipem & caudam, p. 209. n. 9.

Cap. 8. *verſ* 7. Veſtiunt Pontificem ſubucula, &c. p. 210. n. 9.

Cap. 10. *v.* 14. Pectuſculum quoque, p. 209. n. 9.

Cap. 13. *v.* 44. & 45. Quicumque maculatus fuerit lepra, etc. p. 226.

Deuteronomium.

Cap. 22. *verſ.* 25. Non induetur mulier veſte virili, nec vir veſte fœminea, &c. p. 290. n. 2.

Cap. 31. *verſ.* 2. Non poſſum ultra egredi & ingredi, &c. pag. 138. numer. 1.

Cap. 32. *v.* 8. Quando dividebat altiſſimus gentes, &c. p. 138. n. 1.

Cap. 33. *v.* 2. In dextera ejus ignea lex, p. 31.

Joſue.

Cap. 4. *v.* 9. Sacerdotes qui portabãt arcam fœderis, p. 232. n. 11.

Cap. 6. *v.* 20. Omni populo vociferante & clangentibus tubis, &c. p. 191 num. 1.

Judices.

Cap. 2. *v.* 1. Aſcendit Angelus Domini &c. p. 46. n. 3.

Cap. 4. *v.* 8. Si veneris mecum vadam, p. 46. n. 3.

Cap. 13. *v.* 20. Cumque aſcenderet flamma altaris in cœlum, p. 79. num. 21.

Liber 1. Regum.

Cap. 1. *verſ.* 1. Fuit vir unus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen ejus Elcana, p. 254 num. 8.

Cap. 4. *v.* 16. Quid actum eſt fili mi? p. 247.

Cap. 6. *v.* 12. Ibant in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethſameth, p. 257 n. 14.

Cap. 7. Dixit Samuel, congregate univerſum Iſrael in Maſphat, p. 433. num. 3.

Cap. 9. *verſ.* 19. Aſcende ante me in excelſum, ut comedatis mecum hodie & dimittam te mane, pag. 52. num. 1.

Cap. 10. *v.* 10. Venerunt ad prædictam collem, & ecce cuneus prophetarum, p. 437. n. 3.

Verſ. 20. Et cecidit ſors ſuper tribus Benjamin, p. 179. n. 2.

Verſ. 22 Ecce abſconditus eſt domi p. 181. n. 6.

Cap. 21. *v.* 13. Et immutavit os ſuum coram eis, &c. pag. 399. numer. 4.

Cap. 25. *v.* 27. Quapropter ſuſcipe benedictionem, &c. p. 423. n. 4.

Lib. 2.

Cap. 5. *verſ.* 7. Cepit autem David arcem Sion, p. 195. n. 6.

Cap. 12. *v.* 13. Dixit David ad Nathan, peccavi Domino: dixitque Nathan ad David, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris, p. 548. n. 1.

Lib. 3.

Cap. 4. verſ. 2. PRincipes quos habebat Azarias filius Sadoc Sacerdotis, &c. p. 254. num. 8.

Cap. 6, v. 7. Malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cùm ædificaretur, pag. 254. num. 10.

Verſ. 23. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis, pag. 255. num. 1.

Lib. 4.

Cap. 22, verſ. 8. LIbrum legis reperi in domo Domini, pag. 436. num. 1.

Verſ. 14. Ierunt Helcias, pag. 436. num. 3.

Lib. 2. Paralip.

Cap. 20. verſ. 3. JOſaphat autem timore perterritus totum ſe contulit ad rogandum Dominum, & prædicavit jejunium univerſo Juda, pag. 430 num. 7.

Verſ. 27. Reverſus eſt omnis vir Juda & habitatores Jeruſalem, & Joſaphat ante eos, &c. pag. 431. num. 7.

Cap. 26. v. 16. Cùm roboratus eſſet elevatum eſt cor ejus in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum, ingreſſuſque templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis, pag. 433. num. 1.

Tobias.

Cap. 1. verſ. 5. CUm irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat Rex Iſrael, hic ſolus fu gieb atconſortia omnium, p. 381. unu. 2.

Cap 4. v. 23. Noli timere fili, pau perem quidem vita m getimus, &c. p. 365. 14.

Cap. 5. v. 15. Ego ducam & reducam cum ad te, p. 58. n. 14.

Cap. 6. v. 15. Cùm ſim unicus parentibus meis deponam ſenectutem illorum cum triſtitia ad inferos, p. 50, num. 8.

Cap. 12. v. 12. Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, &c. ego obtuli orationem tuam Domino p. 54. n. 2.

Judith.

Cap. 4. verſ. 11. ELiachim Sacerdos Domini magnus circuivit omnem Iſrael, &c. p. 228. n. 8.

Cap. 8. v. 5. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, p. 242. n. 7.

verſ. 9. Hæc cum audiſſet, quoniam Ozias promiſiſſet quod tranſacto quinto die traderent civitatem, &c. p. 241. n. 7.

Cap. 10, v. 5. Impoſuit Abræ ſuæ Aſcoperam & vas olei, & polentam, &c. p. 449. n. 1.

Verſ. 12. Filia ſum Hebræorum, ideo fugi à facie eorum, quoniam futurum agnovi, quod dentur vobis in deprecationem, &c. p. 414. n. 24.

Cap. 12. v. 19. Accepit, & manducavit, & bibit coram ipſo ea, quæ paraverat illi ancilla ejus, pag. 449. num. 1.

Cap. 13. v. 20. Vivit ipſe Dominus quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & hinc euntem & ibi commorantem, &c. p. 39. n. 3. p. 58. n. 12.

Eſther.

Cap. 3. verſ. 2. CUncti ſervi Regis, qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua & adorabant Aman, &c. p. 423. n. 1.

Job.

Cap. 1. verſ. 8. NUmquid conſideraſti ſervum meum Job, &c. p. 63. num. 27.

verſ. 21. Nudus egreſſus ſum de ventre matris meæ, &c. pag. 311. num. 4.

Cap. 4. *v.* 17. Numquid homo Dei comparatione juſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir, pag. 232. num. 4.
Cap. 6. *v.* 8. Quis det ut veniat petitio mea, & quam expecto tribuat mihi Deus, p. 303. n. 5.
Cap. 9. *v.* 13. Deus cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curvantur, qui portant orbem, pag. 178. numer. 1.
Cap. 10. *v.* 16. Et propter ſuperbiam, quaſi læenam capies me, reverſuſque mirabiliter me crucias, p. 188. n. 15.
Cap. 14. *v.* 1. Homo natus de muliere brevi vivens tempore, &c. fugit velut umbra, p. 252.
Verſ. 15. Vocabis me & ego reſpondebo tibi, &c. p. 195. n. 5.
Cap. 16. *v.* 8. Ad nihilum redacti ſunt omnes artus mei pag. 294. num. 2.
Cap. 22. *v.* 7. Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem, p. 51. n. 1.
Cap. 25. *v.* 1. Qui facis concordiã in ſublimibus ſuis, p. 287. n. 14.
Cap. 26. *v.* 5. Ecce gigantes gemunt ſub aquis, &c. p. 179. n. 2.
Verſ. 6. Nudus eſt inferius coram illo, &c. p. 311. n. 4.
Cap. 40. *v.* 10. Ecce Behemoth, quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet, p. 221. n. 3.
Verſ. 11. Fortitudo in lumbis ejus, p. 221. n. 3.

Pſalmi.

Pſal. 1. *verſ.* 1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, p. 194. num. 1.
Pſal. 5. *v.* 1. Verba mea auribus percipe Domine, p. 367. n. 1.
Verſ. 4. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, p. 370.
Pſalm 7. *v.* 14. Sagittas ſuas ardentibus effecit, p. 31. n. 17.
Pſal. 8. *v.* 3. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, &c. p. 179. n. 8. p. 372. n. 2.
Pſalm. 11. *v.* Argentum igne examinatum, &c. p. 363.
Pſal. 17. *v.* 17. miſit de ſummo & accepit me, p. 3.
Verſ. 33. Deus, qui præcinxit me virtute, p. 222. n. 3.
Pſal. 18. *v.* 3. Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum, pag. 194. num. 4.
Verſ. 5. In omnem terram exivit ſonus eorum, p. 202. n. 1.
Verſ. 8. Lex Domini immaculata convertens animas, pag. 224. numer. 1.
Pſal. 19. Mittat tibi auxilium de ſancto, p. 3.
Pſal. 22. *v.* 5. Paraſti in conſpectu meo menſam, p. 80. n. 3.
v. 4. Nam etſi ambulavero in medio umbræ mortis, &c. p. 337. n. 2.
Pſal. 23. *v.* 3. Quis aſcendet in montem Domini, &c. qui loquitur veritatem, p. 203. n. 12.
Pſal. 28. Vox Domini in virtute, &c. p. 187.
Pſal. 31. *v.* 4. Converſus ſum in ærumna, dum configitur ſpina, p. 51. num. 1.
Pſalm. 33. *v.* 7. Immittet Angelus domini in circuitu timentium eum, p. 34. n. 14, p. 39. n. 3. p. 74. n. 14. p. 81 num. 5.
Pſal. 44. *v.* 4. Accingere gladio tuo, p. 190.
Verſ. 6. Sagittæ tuæ acutæ, &c. p. 230. n. 13.
Pſal. 7. *v.* 6. Ibi dolores ut parturientis, p. 188. n. 14.
Pſal. 48. *v.* 19. Confitebuntur tibi cùm benefeceris eis, p. 304. n. 1.
Verſ. ult. Homo cùm in honore eſſet non intellexit, &c p. 311. n. 4.
Pſal. 49. *v.* 16. Quare tu enatras, &c. p. 17. p. 218. n. 8. p. 226. n. 5.
Pſal. 55. *v.* 10. Deus vitam meam annuntiavi tibi, p. 352.
Verſ. 16. Quoniam apud te eſt fons vitæ, p. 98. n. 3.
Pſal. 56. *v.* 4. Miſit de ſummo & liberavit me, &c. p. 4.
Verſ. 5. Miſit Deus miſericordiam ſuam, &c. p. 4.
Pſalm. 59. *verſ.* 6. Dedit metuentibus ſignificationem ut fugiant, &c. p. 352.
Pſal. 65. *v.* 15. Holocauſta medullata offeram, p. 325. n. 13.

Pſal. 67. v. 7. Deus qui inhabitare facit, p.67. n.1.

Verſ. 13. Rex virtutum, dilecti, &c. p. 34. n.3.

Verſ. 15. Si dormiatis inter medios cleros, &c. p.17. n.6.

Verſ. 19. Aſcendiſti, &c. accepiſti dona in hominibus, p.33. n.22.

Verſ. 27. Prævenerunt Principes conjuncti, &c. p. 62. n. 23,

Pſal. 78. *v.* 1. & 2. Salvum me fac quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam, infixus ſum in limo profundi, &c p.23. n.5.

Pſal. 73. v. 10. Tuus eſt dies, et ſtua eſt nox, &c. p 227. n. 7.

Pſal. 76. *v.* 20. Deduxiſti ſicut oves populum tuum, p.256. n. 12.

Pſal. 77, *v.* 24. Panem Angelorum manducavit homo, p.81. n.5.

Verſ. 34. Cùm occideret eos, quærebant eum, p. 518.

Pſal. 85, *v.* 11. Lætetur cor meum, ut timeat, &c. p. 258.

Pſal. 90. Quoniam Angelis ſuis mandavit de te, &c. p.39. n.3. p. 53. n.11. p.58. n. 14.

Pſal. 100. In matutino interficiebam, &c. p.329. n,18.

Pſal. 102. *v.* 20. Benedicite omnes Angeli, p.53. n.5.

Pſal. 103. v. 4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, &c. p. 64. n. 28. p.360. num. 2.

Verſ. 15. Panis cor hominis confirmet, p.82.

Verſ. 27. Hoc mare magnum, &c. p.104 n.5.

Verſ. 32. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, &c. p.35. n.2.

Pſal. 105, *v.* 47. Congrega nos de nationibus, p. 200.

Pſal. 106. v. 20. Miſit verbum ſuum et ſanavit eos, etc. p.4.

Pſal. 110. *v.* 8. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo, p. 14.

Pſal. 113. *v.* 3. Quid eſt tibi mare quod fugiſti, &c. p.232. n.1.

Pſalm. 115. v. 1. Credidi propter quod locutus ſum, p. 261. n.12.

Verſ. 15. Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus, p.311. n.3 p.313. n 5,

Pſal. 118. v. 50. Eloquium tuum vivificabit me, p 234, n. 14.

Verſ. 58. Vidi prævaricantes, & tabeſcebam, p.329. n.18.

Pſal. 124. Montes in circuitu ejus, p. 68. n.3.

Pſal. 132. *v.* 1, Ecce quàm bonum &c. p.27. n.5.

Pſal. 143. v. 8. Emitte manum tuã de alto, p. 5.

Pſal. 147. v. 9. Emittet verbum ſuum & liqueſaciet ea, p. 5.

Proverbia.

Cap. 1. *verſ.* 5. AUdiens ſapiens ſapientior erit, 437. n.8.

Verſ. 24. Quia vocavi & renuiſtis, &c. p.283. n.1.

Cap. 6. *v.* 34. Zelus & furor non parcent in die vindictæ, pag. 329. num. 18.

Cap. 8. v. 15. Per me Reges regnant, &c. p.180 n.3.

Verſ. 23. Ab æterno ordinata ſum, &c. p. 97. n.1.

Cap. 16. v. 33. Sortes mittuntur in ſinum, p.131, n. 3.

Cap. 22. *v.* 4, Finis modeſtiæ eſt timor Domini, p.364. n.3.

Cap. 31. v. 17. Accinxit fortitudine lumbos tuos, &c. p.221, n.4.

Verſ. 24. Sindonem fecit, &c. pag. 222. n.6.

Eccleſiaſtes.

Cap. 1. *v.* 14. VIdi cuncta quæ fiunt ſub ſole, p.199. n.2.

Cantica.

Cap. 1. v. 1. OSculetur me oſculo oris ſui, p.194. n.4.

Verſ. 3. Pulchra es, &c. ſuavis ſicut Jeruſalem, p.243. n. 12.

Verſ. 4. Trahe me poſt te curremus &c. p. 194. n. 5.

verſ. 8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimulavi te p.53. n.4.

Cap. 2. v. 2. Sicut lilium inter ſpinas p. 70. n.6.

Verſ. 4. Ordinavit in me charitatẽ p.386. n.12.

verſ. 7. Adjuro vos filiæ Jeruſalem, &c. p211. n.10.

v. 9. Vulneraſti cor, &c. p. 468.

verſ. 10.

Verſ. 10. Surge, propera amica mea, columba mea, p. 20.

Verſ. 14. Ficus protulit groſſos ſuos p. 97, n. 6.

Cap. 3. *v.* 3. Invenerunt me vigiles qui cuſtodiunt civitatem, p. 180. n. 5. p. 67, n. 1.

v. 7. En lectulum Salomonis, &c. p. 58. n. 15. p. 69. n. 16. p. 196. n. 7.

v. 12. Flores apparuerunt in terra noſtra, p. 180. n. 5.

Cap. 4. *v.* 2. Dentes tui ſicut greges tonſarum, &c, p. 243. n. 10.

v. 5 Duo ubera ſicut duo hinnuli gemelli, p. 98. n. 1.

v. 9. Vulneraſti cor meum ſoror mea, &c. p. 256. n. 13. p. 468.

v. 11. Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris, pag. 249, num. 10.

Cap. 5. *v.* 12. Oculi tui ſicut columbæ, p. 294. n. 3.

Cap. 6. *v.* 1. Deſcendit in hortum ſuum, ut comedat, &c. p. 8.

Cap. 7. *v.* 4. Naſus tuus ſicut turris Libani, p. 216. n. 1. p. 357.

Verſ. 5. Caput tuum ſicut Carmelus, *ibid.*

Cap. 8. *v.* 6. Fortis eſt ut mors dilectio tua, p. 24. n. 8. p. 327. n. 16.

v. 8. Soror noſtra parvula eſt, &c. p. 193. n. 3.

Verſ. 9. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, &c. p. 328.

Sapientia.

Cap. 7. *v.* 9. PRæpoſui illam regnis & ſedibus, p. 305.

Cap. 8. *v.* 4. Vitam illorum æſtimabamus inſaniam, p. 373.

Cap. 9. *v.* 10. Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, p. 35. n. 1.

Cap. 10. *v.* 10. Hæc profugum iræ fratris juſtum deduxit p. 79. n. 1.

v. 17. Deduxit eos in via mirabili, p. 31. n. 16.

Cap. 16. *v.* 1. Propter hæc & his ſimilia, p. 45. n. 1.

Eccleſiaſticus.

Cap. 13. *v.* 27. IN omnibus operibus tuis eſto velox, p. 50. n. 3.

Cap. 15. *v.* 7. Cùm interrogaveris cottiþe juſtè, p. 266.

Cap. 24. *v.* 5. Ego ex ore altiſſimi prodivi primogenita, p. 97. n. 1.

Verſ. 6. Ego feci, ut in cœlis orireтur lumen indeficiens, &c. p. 98. p. 99. n. 6.

Verſ. 8. Gyrum cœli circuivi ſola, &c. p. 94. n. 4.

Cap. 25. *v.* 13. Quam magnus qui invenit ſapientiam, p. 385. n. 5.

Verſ. 16. Timor Domini initium dilectionis, p. 346.

Cap. 30. *v.* 25. Multos occidit triſtitia, & non eſt utilitas in ea, pag. 50. num. 8.

Cap. 44. *v.* 16. Non eſt ſimilis illi, &c. p. 334. n. 2.

Cap. 48. *v.* 1. Surrexit Elias quaſi ignis, &c, p. 30. n. 4. p. 48. n. 3. p. 217. n. 4. p. 227. n. 7. p. 229. n. 7.

Verſ. 4. Sic amplificatus eſt Elias, p. 334. n. 8.

Verſ. 8. Prophetas facis ſucceſſores poſt te, p. 431. n. 7.

Verſ. 10. Qui ſcriptus es in judiciis temporum, &c. p. 477, n. 4.

Iſaias.

Cap. 5. *v.* 4. QUid quod debui facere, p. 44. n. 4.

Cap. 6. *v.* 1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, &c. Et ea quæ ſub ipſo erant replebant templũ, p. 33. n. 22.

Cap. 9. *v.* 6. Factus eſt principatus ſuper humerum ejus, pag. 65. n. 11. p. 180. n. 4.

Verſ. 8. Verbum Domini in Jacob, & cecidit in Iſrael, p. 6.

Cap. 16 *v.* 1. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, &c. pag. 6. p. 35. n. 1.

Cap. 18. *v.* 2. Qui mittit in mare legatos, &c. p. 104. n. 5.

Cap. 28 *v.* 12. Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, p. 51, n. 1.

Verſ. 16. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, p. 6,

Cap. 48. *v.* 16. Dominus Deus miſit me, et ſpiritus ejus, pag. 1. numer. 1.

Cap. 49 *verſ.* 1. Poſuit os meum quaſi gladium acutum, etc. pag. 189 num. 15.

Cap. 51.

*Cap.*51. *v.*7. Nolite timere opprobrium hominum et blaſphemias eorum nè metuatis, p. 337.

Verſ. 8. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, pag. 337. num. 2.

v. 9. Conſurge, conſurge induere fortitudinem brachium Domini, *ibidem.*

*v.*12. Ego ipſe ego conſolabor vos, p. 337. n. 3.

Cap. 55. *v.*1. Omnes ſitientes venite ad aquas, et qui non habetis argentum emite et comedite, venite et comedite abſque argento, etc. p.311. n.4.

*Cap.*60. *v.*4. Leva in circuitu oculos tuos, et vide omnes, etc. p. 18. num. 7.

*Cap.*61. *v.*1. Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit Dominus me, ad annunciandum manſuetis miſit me, p.29.n.7.

Cap. 64. *v.*6. Quaſi pannus menſtruatæ univerſæ juſtitiæ noſtræ, pag. 299. n.2.

*Cap.*66. *v.* 20. Adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus, p.39.n.4.

*verſ.*15. Dominus in igne veniet, p.328. n.16.

Ieremias.

*Cap.*1. *v.* 6. A A A Domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ſum ego, p.440.n.1.

v. 8. Ne timeas à facie eorum quia tecum ego ſum, ut eruam te dicit Dominus, p.191. n,16. p. 189 n. 15. p.339. n.7.

v 9. Et miſit Dominus manum ſuam, et tetigit os meum, etc. *ibid.*

*v.*17. Tu ergò accinge lumbos tuos, etc. p 118.

*Cap.*14. *v.*14. Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo, p. 2.

*Cap.*16. *v.* 10. Mittam eis multos venatores, etc. p. 195.n 6.

*v.*16. Ecce ego mittam piſcatores, p 104. n 5.

Cap 23. *v.*21. Non mittebam prophetas et ipſi currebant, etc. p. 103. num. 4.

*Cap.*23. *v.*29. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, pag. 189. numer.15.

Cap. 25. *v.*4. Miſit Dominus ad vos omnes ſervos ſuos prophetas, p. 141. num. 2.

*Cap.*26. *v.*5. Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens, pag. 145. numer. 2.

Cap. 31. *v.* 25. Inebriavi omnem animam laſſam, et animam eſurientem ſaturavi, p.51. n.1.

*Cap.*51. *v.*9. Curavimus Babylonem et non eſt ſanata, p.44. p.526.

Threni.

Cap. 1. *v.*13. DE excelſo miſit ignem in oſſibus meis, p.30. n. 15. p.486. n.6.

Ezechiel.

Cap. 1. *v.* 5. ET in medio ejus ſimilitudo quatuor animalium, etc. ſimilitudo hominis erat in eis, pag. 72.

*v.*13. Aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, etc. p. 31. n.15 p.230. n.8.

v. 14. Et animalia ibant, et revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis, p.31. n.15.

*Cap.*2. *v.*1. Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini, etc. p.72 n.10.

Cap 3. *v.* 17. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, pag. 16. num.1.

*Cap.*20. *v.*2. Imple manum tuam prunis Ignis, p.229. n. 7.

Cap. 34. *v.* 18. Cùm puriſſimam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbabatis, p.225. n.4.

*v.*19. Et oves meæ, quæ conculcata pedibus veſtris fuerant, *ibid.*

Daniel.

Cap. 3. *v.* 15. QUis eſt Deus qui eripiet vos de manu mea, etc. p.459.

*Cap.*9. *v.*21. Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram, etc. p. 56. n.7.

Cap. 10. *v.* 8. Non remanſit in me fortitudo, &c. p.45. n.3.

verſ. 11. Daniel vir deſideriorum intellige verba, &c. p.83. n.8.

verſ. 13. Princeps regni Perſarum reſtitit mihi, &c. p.72. n.11.

Verſ. 14. Noli metuere Daniel, &c. veni ut docerem te, quæ ventura ſunt populo tuo, &c. p.83. n. 8.

Cap. 12. *v.* 1. Conſurget Michael Princeps magnus, &c. p.75. n.16.

Cap. 13. *v.* 38. Cùm eſſemus in angulo primarii videntes iniquitatẽ, &c. p.59 n.17.

Oſee.

Cap. 10. *Verſ.* 11. EPhraim vitula docta diligere trituram, p.61. n.1.

Ioel.

Cap. 2. *v.* 1. & 11. CAnite tuba in Sion, &c. p.237. n.21.

Cap. 2. *v.* 19. Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum, p.15.

verſ. 28. Et erit poſt hæc effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnẽ, & prophetabunt filii veſtri, &c. p.33. num. 23.

Amos.

Cap. 6. *v.* 4. VÆ qui dormitis in lectulis eburneis, &c. p.543. n.2.

Abacuc.

Cap. 3. *verſ.* 4. COrnua in manibus ejus, &c. p.517. n.7.

Verſ. 19. Deus Dominus fortitudo mea, &c. p.313. n.2.

Sophonias.

Cap. 1. *verſ.* 17. AMbulabunt ut cæci, p.63. num. 25.

Malachias.

Cap. 2. *verſ.* 7. LAbia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, &c. pag. 236. num. 19.

Cap. 4. *v.* 5. Ecce mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, &c. p.84. n.2. p.230, n.2. p. 486. p. 437. p.445. p.452. n.7.

Lib. 1. Machab.

Cap. 2. EXclamavit Mathatias voce magna in civitate, dicens, omnis qui zelum habet legis, &c. pag. 342. p.344.

Cap. 6, *v.* 8. Ut audivit ſermones iſtos expavit & commotus eſt valde, &c. p.50. n.8.

verſ. 13. Ecce pereo triſtitiâ magnâ in terra aliena, &c. *ibid.*

Lib. 2.

Cap. 6. *v.* 26. DEſtinavit non admittere illicita propter vitæ amorem, p.262, n.10.

Cap. 7. *v.* 20. Supra modum autem mater mirabilis, p.306.

EX NOVO TESTAMENTO.

Evangelium S. Matthæi.

Cap. 2. *v.* 3. HErodes Rex turbatus eſt, pag. 361, numer. 4.

Verſ. 13. Ecce Angelus apparuit ei in ſomnis, dicens ſurge & accipe puerum, &c. p. 90. n. 6.

Verſ. 19. Defuncto Herode ecce Angelus apparuit in ſomnis Joſeph, &c. p.90. n. 6.

Verſ. 20. Surge & accipe puerum *ibid.*

Cap. 2. *v.* 13. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum p.113. n.1.

Verſ. 4. Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, p 219, n.13. p. 294.

verſ. 3. Tunc exibant ad eum ab Jeroſolymis, & baptizabantur, pag. 223. n.2.

Verſ. 5. Aſſumpſit eam in ſanctam civitatem, p.206.

*Cap.*4.*v.*18. Erant enim piſcatores p.104. n.6.

Verſ. 22. Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum, pag. 248. num. 2.

Cap. 5. *v.* 9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, pag. 250. num. 1.

Verſ. 10. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, p. 251. num. 3.

v. 14. Vos eſtis ſal terræ, pag. 227. num. 6.

Verſ. 15. Vos eſtis lux mundi, p. 114.

v. 16. Sic luceat lux veſtra, p. 220. num. 3.

v. 17. Nolite putare quoniam veni ſolvere legem, p.90. n.7.

*Cap.*7. *v.*16. Nolite ſanctum dare canibus, p.269.

Cap. 9. *v.*10. Tetigit fimbriam veſtimenti ejus, p.243. n. 10.

v. 23. Cùm vidiſſet tibicines, &c. p 430 n.6.

verſ. 9. Cùm tranſiret indè Jeſus vidit hominem ſedentem in telonio, p.118. n.1.

Cap. 10. *v.*9. Nolite poſſidere aurum, &c. p 496.

v. 16. Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum, &c. p.105. num. 7.

v. 16. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, &c. p. 343.

v. 17. Tradent enim vos, &c. *ibid.*

v. 19. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, &c. p. 414.

Verſ. 22. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c, pag. 324. numer. 10.

Verſ. Cùm perſequentur, &c. fugite in aliam. p 529.

*Verſ.*37. Meſſis multa, operarii autem pauci, p. 245. n. 1.

Verſ. 38. Rogate dominum meſſis, &c. *ibid.*

Verſ. 39. Qui perdiderit animam ſuam propter me inveniet eam, p. 316.

Cap. 11. *v* 11. Inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſtâ, p. 319. n. 3.

Verſ. 19. Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, pag. 498. num. 7.

Cap. 16. *v.* 18. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, p.196. n.7.

Cap. 17. *v.* 10. Quid ergò Scribæ dicunt, quod Eliam oportet primùm venire, p.477. n.4.

v. 11. Elias quidem venturus eſt, p. 172. n. 5.

v. 19. Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, &c. p.457.

Cap. 20. *v.* 1. Simile eſt regnum cœlorum patriſfamilias, qui exiit ſummo mane conducere operarios, etc. p.100. n.1.

v. 15. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum, etc. pag. 246, num. 7.

Cap. 21. *v.* 2. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, pag. 405. p.518. num. 31.

*v.*33. Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, pag. 101. numer. 1.

*Cap.*23 *v.*2. Super cathedram Moyſis ſederunt Scribæ, etc. pag. 292 numer. 1.

Cap. 24. *v.*21, Erit tunc tribulatio, etc. p.391. n.8.

v. 24. Surgent Pſeudochriſti, pag. 324. n.2.

Ibid. Ita ut in errorem inducantur etiam ſi fieri poteſt electi p.336.

*Cap.*26. *v.*17. ubi vis paremus tibi paſcha, p.112. n.4.

v. 40. Dicit Petro, ſic non potuiſtis unâ horâ vigilare mecum, pag. 180.

Cap. 28. *v.*7. Citò euntes dicite, diſcipulis ejus, etc. p.56. n.7.

Verſ. 19. Euntes ergò docete, pag. 145. num 2.

Evangelium S. Marci.

*Cap.*6. *verſ.* 13. Ungebant, etc. pag. 554. num. 1.

*Cap.*12. *v.*6. Unum habebat filium chariſſimum, et illum miſit ad eos, pag. 8.

Cap. 13. *verſ.* 9. Ante Reges et Præſides ſtabitis propter me, p. 374. num. 1.

Cap. 14. *v.* 32. Cœpit pavere & tædere, p. 359. n. 1. p. 364.

Verſ. 37. Simon dormis, pag. 48. num. 4.

Cap. 16. *v.* 7. Ite dicite diſcipulis ejus & Petro &c. p. 65. n. 30.

Verſ. 13. Euntes in mundum univerſum prædicate, etc. pag. 88. numer. 2.

Verſ. 16. Qui non crediderit condemnabitur, p. 520. n. 14.

Verſ. 17. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur, p. 211. num. 4.

Evangelium S. Lucæ.

Cap. 1. *v.* 1. EXiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur, &c. p. 202. n. 1.

verſ. 2. Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, p. 118.

verſ. 13. Uxor tua Elizabeth, &c. p. 88. n. 3. & 4.

Verſ. 39. Exurgens Maria abiit in montana, &c. p. 100. n. 6.

v. 44. Ecce ut facta eſt vox ſalutationis tuæ, &c. p. 110. n. 3.

v. 64. Aperuit os Zachariæ, p. 110 num. 3.

v. 76. Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis, &c. *ibid.*

Cap. 2. *v.* 9. Ecce Angelus Domini ſtetit, &c. pag. 91. n. 1. p. 99. n. 2. p. 217.

v. 6. Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, p. 91. n. 1. p. 96. n. 2.

Verſ. 14. Gloria in excelſis Deo, &c. p. 93. n. 2.

Verſ. 25. Et Spiritus ſanctus erat in eo, p. 111. n. 3.

verſ. 27. Ipſe præibit in ſpiritu & virtute Eliæ, p. 267. n. 1.

Verſ. 34. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, &c. p. 18. n. 7.

Verſ. 42. Benedicta tu, &c. Et unde hoc mihi ut veniat, &c. p. 27. num. 4.

Verſ. 34. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, &c. p. 211. n. 3.

Cap. 3. *v.* 23. Ut putabatur filius Joſeph, p. 115. n. 1.

Cap. 4. *verſ.* 15. Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, &c. p. 227. n. 6. p. 242. n. 8. p. 389. n. 3.

Verſ. 16. Venit Nazareth ubi erat nutritus, &c. p. 459. n. 3. & ſeq.

Verſ. 34. Ideo miſſus ſum, p. 8.

Cap. 8. *v.* 15. Quod autem in terrā bonam, hi ſunt qui in corde bono, &c. p. 176. n. 12.

Cap. 9. *verſ.* 54. Domine vis dicimus ut ignis deſcendat, &c, p. 498. n. 7.

Cap. 10. *v.* 1. Diſcipulos ſuos miſit binos, &c. p. 115. n. 1. p. 252.

Verſ. 8. Comedite quæ apponuntur vobis, &c. p. 452, n. 7.

verſ. 19. Qui vos audit me audit, pag. 2.

Cap. 12. *v.* 9. Qui negaverit me coram hominibus, &c. p. 262. n. 8.

verſ. 33. Facite vobis ſacculos, etc. p. 304.

Verſ. 35. Sint lumbi veſtri præcincti etc. p. 12. n. 35. p. 30. n. 12.

Cap. 14. *v.* 14. Et regreſſus eſt Jeſus, etc. & ipſe docebat, etc. p. 7.

Verſ. 23. Exi in vicos, etc. p. 518. num. 11.

Cap. 15. *v.* 10. Quæ mulier habens drachmas decem, etc. p. 43. n. 4. p. 292. num. 3.

Cap. 16. *v.* 22. Factum eſt ut portaretur ab Angelis, p. 40. n. 1.

Cap. 17. *verſ.* 12. Cum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, p. 550.

Cap. 19. *v.* 5. Zachæe feſtinans deſcende, p. 50. n. 8.

Cap. 20. *v.* 13. Mittam filium meum dilectum, p. 8.

Cap. 21. *v.* 14. Ponite in cordibus veſtris, p. 373. n. 1.

Verſ. 15. Erunt ſigna in ſole, p. 60.

Cap. 22. Miſit Petrum & Joannem etc. p. 112.

Verſ. 10. Ecce introeuntibus vobis *ibid.*

Cap. 22. *v.* 23. Petre rogavi Patrem ut non deficiat fides tua, pag. 82. n. 5. p. 196. n. 7.

Cap. 24. *v.* 13. Ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, etc. p. 139. num. 5.

Evangelium S. Joannis.

Cap. 1. *v.* 6. FUit homo miſſus à Deo, p. 207. n. 7.

Verſ. 12. Qui non ex ſanguinibus, etc. p. 18. n 7.

verſ. 28. Ecce agnus Dei, etc. p. 138. n. 2. p. 519. n. 17.

Verſ. 43. Erat autem Philippus, etc. p. 127.

Cap. 3. *v.* 3. Niſi quis renatus fuerit p. 505. n. 3.

Verſ. 16. Sic Deus dilexit mundum ut filium ſuum, etc. p. 107. n. 10. p. 215 n. 16.

v. 17. Non enim Deus miſit filium ſuum, etc. p. 8.

Cap. 4. *v.* 24. Qui biberit ex aqua, etc. p. 326.

Cap. 5. *v.* 17. Ipſa opera quæ ego facio, etc. p. 91. n. 7.

verſ. 30. Quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui me miſit, etc. p. 9.

verſ. 35. Ille erat lucerna ardens & lucens, p. 217. n. 3.

Cap. 6. *v.* 32. Nonnè Moyſes dedit vobis panem de cœlo, etc. pag. 216. num. 8.

verſ. 52. Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita etc. p. 114. num. 4.

verſ. 64. Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt, etc. p. 234. n. 14.

Cap. 7. *v.* 16. Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me Patris.

Cap. 8. *v.* 42. Ego ex Deo proceſſi, & veni, &c. p. 97. n. 1.

Cap. 10. *v.* 1. Qui non intrat in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro, p. 94. n. 8.

verſ. 10. Veni ut vitam habeant & abundantius habeant. p. 215. n 16.

verſ. 11. Ego ſum paſtor bonus etc. p. 289, n. 1.

verſ. 41. Joannes nullum ſignum fecit, p. 110. n. 3.

Cap. 11. *v.* 42. Ego ſciebam, quia tu me miſiſti, & paſſim in hoc opere.

verſ. 54. Jeſus autem jam non amplius ambulabat p. 272.

Cap. 12. *verſ.* 24. Niſi granum frumenti cadens in terrâ mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, etc. pag. 86. p. 113. n. 2.

Cap. 13. *v.* 4. Surgit à cœna & ponit veſtimenta ſua, etc. pag. 217. num. 7.

verſ. 34. Hoc eſt præceptum meum ut diligatis invicem p. 523. n. 2.

verſ. 35. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, etc. pag. 257. num. 15.

Cap. 14. *v.* 6. Ego ſum via, veritas, & vita, p. 215. n. 16,

verſ. 14. Domine quid factum eſt, quia manifeſtaturus, etc. p 129.

verſ. 25. Si quis diligit me, etc. & ad eum veniemus, etc. p. 36, n. 5.

verſ. 16. Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, pag. 37. num. 7.

Verſ. 17. Vos autem cognoſcetis eum qui apud vos manebit, etc. p. 37. num. 1.

Verſ. 22. Domine quid factum eſt, quoniam manifeſtaturus, etc. p. 129.

Verſ. 23. Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus, *ibid.*

verſ. 26. Paraclitus Spiritus ſanctus quem mittet Pater, etc. p. 25. n. 2.

Cap. 15. *v.* 26. Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, ille teſtimonium perhibebit de me, p. 25. n. 2.

Cap. 16. *v.* 7. Expedit vobis ut ego vadam, etc. p. 26.

verſ. 28. Exivi à Patre & veni in mundum, etc. p. 37. n. 1. p. 97. n. 1.

Cap. 17. *v.* 4. Pater ego te clarificavi etc. p. 27. n. 4.

verſ. 11. Pater ſancte ſerva eos, etc. p. 251. n. 1.

Verſ. 22. Claritatem, quam dediſti mihi, etc. *ibid.*

Cap. 19. *v.* 34. Unus militum lanceâ latus ejus aperuit, p. 87. n. 4.

Cap. 20. *v.* 21. Sicut miſit me Pater & ego mitto vos, p. 107. n. 10.

Cap. 21. *v.* 16. Petre amas me, p. 180. num. 4.

verſ. 16. Paſce agnos meos, p. 145.

Verſ. 17. Paſce oves meas, *ibid.*

Acta Apoſtolorum.

Cap. 1. *v.* 1. COEpit facere & docere, p. 91. n. 7.

v. 14. Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione, p. 116. n. 1.

Verſ. 23. Oportet ergò his vitiis qui nobiſcum ſunt, p. 138. n. 2.

Verſ. 24.

Verſ. 24. Statuerunt duos, p. 131. num.2.

*Verſ.*26. Sors cecidit ſuper Matthiã p.130. n.1.

Cap 2. *v.* 2. Factus repentè ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis,& replevit totã domum, etc. p.33, n.12. p.188. n.14.

*Verſ.*42. Erant perſeverantes in oratione & fractione panis, p.81. n.5.

Verſ. 3. Et apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, p. 29. n.8.

Cap. 3. *v.* 3. Aurum & argentum non eſt mihi, p.204.

v. 6, Quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine, etc. p.491, n.4.

*Cap.*4.*v.*3. Multi eorum, qui audierunt verbum crediderunt, etc. p.193.

v. 33. Credentium erat cor unum, & anima una, etc. p. 184. n.5.

Verſ. 36. Joſeph autem qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, p. 132.

*Cap.*5.*v.*29. Obedire oportet Deo magis quam hominibus, p.498. n. 1.

Cap 6.*v.*2. Communicantes autem duodecim, etc. p.13. n.1.

Cap. 7. Dura cervice & incircumciſis cordibus, &c. p.40.

*Cap.*8. *v.*3. Philippus deſcendens in civitatem Samariæ prædicabat illis Chriſtum, p.140.

Verſ. 26. Surge & vade contra meridianum, p.17. n.10.

Cap 9.*v.*10. Erat quidam diſcipulus Damaſci nomine Ananias, etc. p.138. num. 9.

*v.*15. Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum, etc, p.31. n.18. p.120. n.1. p.519.

*Cap.*10, *v.*11. Apparuit Petro linteum, etc. p.504.

v. 14. Abſit Domine, etc. p.449 n.4

v. 23. Et factum eſt cum introiſſet Petrus, p.310. n. 1.

Cap. 11. *v.*22. Pervenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ, p,133, n. 2.

*Verſ.*28. Et ſurgens unus ex eis nomine Agabus, etc. p. 141.

Cap. 12, *v.* 5, Oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia, p,184. n 5.

v. 7 Angelus Domini aſtitit, etc. p.60 n.20. p,184. n.4.

Ibid. Surge velociter, etc. p.50, n, 8.

*Cap.*13. *v.* 1. Erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas, etc. p. 142. n.6.

Verſ. 2. Miniſtrantibus illis Domino, et jejunantibus, p.133.

*v.*45. Videntes autem turbas Judæi repleti ſunt zelo, p.270. n. 2.

Cap. 15. *v.*29. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, p.451. n.6.

Verſ. 30. Facta eſt autem diſſenſio, etc. p.258.

Verſ. 40. Paulus autem electo Sila profectus eſt, etc.

*Cap.*19. *v.*19. Multi ex iis qui fuerant curioſa ſectati, etc, p.433. n. 4.

*Verſ.*28. His auditis repleti ſunt ira & exclamaverunt dicentes magna Diana, etc. p.300. n.1.

*Cap.*20.*v.*28. Attendite vobis & univerſo gregi, etc p.174.

Verſ. 33. Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupivi, p. 204. n.1.

*Cap.*21.*v.* 20. Vides frater quot millia ſunt in Judæa, 412. n. 19.

Epiſt. S. Pauli Apoſt. ad Rom.

Cap. 1. *v.* 16. NOn erubeſco Evangelium etc. p.262. n.7.

*Cap.*8. *v.*15. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, p.326.

Cap. 9. *v.* 3. Optabam ego ipſe anathema eſſe, p.326.

*Cap.*10. *v.*10. Corde creditur ad juſtitiam, p.261. n.4.

v. 15. Quam ſpecioſi pedes Evangelizantium, etc. p.217. n.7.

Ibid. Quomodo prædicabunt niſi mittantur, p.406.

v. 17. & 18. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, p.495

*Cap.*12. *v.*10. Non enim eſt diſtinctio Judæi & Græci, p.252.

*verſ.*17. Idipſum invicem ſentientes, p.251.

*Cap.*15. *v.*6, Deus patientiæ & ſolatii, &c. p.256. n.12.

*v.*15. Propter gratiam quæ data eſt mihi, etc. p.176.

Epiſt. ad Corinthios.

*Cap.*1. *v.* 13. NUnquid in nomine Pauli baptiſati ſunt, n.245. n.7.

*Verſ.*21. Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis, &c.

*Cap.*2 *verſ.*9. Quod oculus non vidit nec auris audivit, &c. p 544.1

*Cap.*3. *verſ.*3. Cùm ſit inter vos zelus & contentio, &c.

*Cap.*4. *v.* 4. Spectaculum facti ſumus, etc. p.295. n. 1.

*Verſ.*10, Nos ſtulti propter Chriſtũ p. 400.

*Verſ.*12. Maledicimur & benedicimus, p.199, n.7.

Cap. 5. *v.* 12 Quid mihi de iis, quæ foris ſunt, p 496. n. 3.

Cap. 7 *v.* 14. Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem, p.582 num 3.

Cap. 9. *v.* 20. Factus ſum Judæis, tanquam Judæus, &c. p.420. n. 17.

Cap. 10. *v* 26. Omne quod in macello, etc. p.449. n.2. p.452. n.6.

Cap. 13, *v.* 11. Charitas patiens eſt, etc. 486. n.6.

Epiſt. 2. ad Corinthios.

*Cap.*6. *v* 14. QUæ participario juſtitiæ cum iniquitate, p.404. n 6.

Cap. 9. *v.* 6. Qui parcè ſeminat, parcè & metet, p. 424 n. 6.

Cap 11. *v.*23. In laboribus plurimis, etc. 524. n. 4.

Verſ. 23. *&c.* Ter naufragium feci, &c. p.525. n.4.

Epiſtola ad Galatas.

Cap. 1. *v.* 8. SEd licet nos aut Angelus de cælo evangelizet, p.237. n.21

Cap. 2. *v.* 11. Cùm autem Cephas Antiochiam, &c. p. 411. n. 14.

Cap. 4 *v.* 19. Filioli mei quos iterum parturio, etc. p.49. n.5. p.505. n.3.

Cap. 5. *v.* 13. Vos in libertatem vocati eſtis, p.49. n.5.

Cap 6. *v.* 1. Fratres ſi præoccupatus fuerit in aliquo delicto, p.517. n.8.

Epiſtola ad Epheſios.

*Cap.*3. *v.* 18. UT poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis, etc. p. 525. n. 5.

Cap. 4. *v.* 4. Unum corpus, & unus ſpiritus, &c. 524. n.2.

Cap. 5. *v* 30. Membra ſumus corporis ejus p.256. n.12. p.524.

Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.*1. *v.* 25. DEſiderium habens diſſolvi & eſſe cum Chriſto p.344. n. 5

Verſ 27 Quia ſtatis in uno ſpiritu unanimes, etc. p 252. n. 3.

*Cap.*4. *v.* 1. Fratres, etc. gaudium meum & corona mea, p.66. n.31.

Epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap. 3. *v.* 14. SUper omnia autem charitatem, etc. p. 250. n. 2.

Epiſt. 2. ad Theſſalonicenſes.

Cap. 2. *v.* 8. QUem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, p. 75. n. 17.

Epiſt. 1. ad Timoth.

*Cap.*3. *v.* 18. OPortet Epiſcopum eſſe doctorem, p.434. n. 1.

Epiſt. 2. ad Timoth.

Cap. 2. *v.* 14. NOlite contendere verbis; p.384. n.17.

Cap. 4. *v.* 8. Bonum certamen certavi, etc. p. 311. n. 4.

Epiſtola ad Titum.

*Cap.*1. *v.* 9. UT potens ſit exhortari eos, etc. p.376. n. 1. & 2.

Cap. 2, *v.* 7. In omnibus te-ipſum præbe exemplum, etc. p.225. n.3.

v. 14. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, p.89. n. 5.

Epiſtola ad Hebræos.

Cap. 1. *v.* 7. QUi facis Angelos tuos ſpiritus, p.50. n.18.

Verſ. 14. Nonnè omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, etc. p. 39. n.3.

v. 26. Talis enim decebat, ut eſſet nobis Pontifex, etc. p.56 n.6

*Cap.*4, *v.* 12. Vivus eſt ſermo Dei & efficax, etc. p.176. n.12 p.234. n.14.

Cap. 5. *v.* 14. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, p. 102. n. 1.

Cap. 6.

Cap.6 v. 10. Non enim injuſtus Deus ut obliviſcatur operis veſtri, p.312.

Cap. 11. v. 32 Sancti per fidem vicerunt regna, etc. fugerunt aciem gladii, p.342. n 2.

v.37. Circuierunt in melotis, etc. p. 238. n.2 p.390. n.7.

Epiſtola B. Jacobi.

Cap. 5. v.14. INfirmatur quis in vobis, &c. p. 554.

v. 17. Elias homo erat paſſibilis, etc. p.366. n.1.

Epiſtola 1. S. Petri.

Cap. 1. v. 13. PRopter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, etc. p.223. num 7.

v 18. Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redemptí eſtis, etc. p.322. n.1.

Cap. 2. v. 15. Obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiã p. 252. n.3.

v. 19. Vos autem genus electum, p. 89. n.4.

Cap. 3. v.3. Regeneravit nos, etc, p. 505. n.3.

Epiſt 1. S. Joannis.

Cap.4. v. 6. IN hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris, p.523. n. 2.

v. 19. In hoc apparuit charitas Dei, p.12. n. 20. p. 104. n. 11.

Liber Apocalypſis.

Cap. 1. v. 1. APocalypſis Jeſu-Chriſti, quam dedit illi Deus, etc. p.57. n. 8.

v.10. Audivi poſt me vocem magnam tanquam tubæ, etc. p.242. n 7.

Verſ. 12. Vidi duodecim candelabra aurea, etc. p.72. n.12.

Cap 2. v. 1. Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe, etc.

Cap. 4. v. 10. Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem, etc. p 4:2. n.1.

verſ. 5. De throno procedebant fulgura & voces, etc. p 71. n 9.

Cap 5. v. 11. Et vidi & audivi vocẽ Angelorum, etc. p 65. n.3

Cap 7 v.1. Vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, etc. p.59. n 1.

v. 11. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, etc. p.65.

v.14 Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſuas in ſanguine agni, p. 315

Cap. 11. v. 3. Et dabo duobus teſtibus meis, etc. p 477. n.4.

Ibidem. Et prophetabunt diebus mille ducentis p.280. n. 3. p.;91. n 8.

v. 4 Hi ſunt duæ olivæ, etc. p. 172. n.5. p.331. p 335, n.2.

v. 5. Si quis voluerit eis nocere, etc. p.105. n.7. p.189. n.16. p, 329. n. 8. p.466. n 1

v. 6. Hi poteſtatem habent, etc. pag. 486. n. 6.

Cap. 17. v. 1. Veni & oſtendam tibi damnationem meretricis, etc. p.386. num. 1.

Cap. 18. v. 12. Vox citharædorum, etc. p. 480. n.6.

Cap. 19. v. 10. Cecidi ante pedes ejus, etc. p. 46. n.3.

verſ. 16. Habet in veſtimento, & in fœmore ſuo ſcriptum, etc. p. 130 num. 3.

INDEX

INDEX
VERBORUM ET RERUM,
quæ in hoc Opere continentur.

P. Paginam, N. Numerum marginalem denotat.

A.

Angelus. Angeli.

ANgelus,ideſt miſſus,legatus p.38.n.1. Sunt Eccleſiæ miniſtri, pag. 40. n. 1. Noſtri nos cuſtodiũt,quando anima corpori infunditur,p 41.n.2 Eorum cuſtodia ceſſat in morte, p 4;. n. 1. Majorem noſtri curam habent quam parentes, p. 46. Studioſe nos cuſtodiunt, p.51. n.1. Miniſtrant animæ & etiam corpori neceſſaria,p.52.n.2.p.54.n.1. Eorum 20 officia ſpiritualia in homines, p.54. & ſeq. Eorum zelus pro ſalute humanâ, p 64. &c. Lætantur de ſalute hominũ. p.65.n.31.Regna,&c.cuſtodiunt p.72 n.10 p.76.n.18. Dirigens ſuperiorem alicujus communitatis dirigit communitatem,p.77. num. 2.

Anima.

Corpori infunditur, p.41. n.2.

Apoſtata.

Varii, p.510. n. 1.

Artifices.

Templorum, altarium, idolorum, oratoriorum prophanorũ, peccant,p.429. n.3.

Apoſtolici Viri.

Sunt ſal terræ,p.13. n.21. Eorum converſatio plurimos ad fidem incendit, p.30. n.12. Zelo magno ſunt incenſi, *ibid.*

B.

Baptiſmus.

COllatus ab infidelibus eſt validus,p.504 Conferendus adultis infidelibus prærequirit eorum conſenſum, p 514. Eſt altera nativitas, p.503. n. 3. Proles infidelium in extremo mortis periculo conſtitutæ,poſſunt baptiſari diſſentientibus parentibus, p.506. Conſentiente uno parente proles poteſt licitè baptizari,p.507.n.10. Matre ex unâ parte fideli poteſt licitè proles baptiſari, p.507 n.10. Poſſunt juſto titulo mancipia licitè baptizari invitis parentibus, *ibid.* Proles adultæ infideliũ poſſunt licitè baptiſari,p.509 n.12. Baptiſati poſſunt licitè compelli ab Eccleſia,p.512. n. 19. Per Baptiſmum fit ingreſſus in Eccleſiam, p.17. n.6.

C.

Carmelita.

IN omnibus Palæſtinæ regionibus fidem Chriſti diſſeminarunt, p. 146. Speciali titulo tenentur vacare animarũ ſaluti,p.176 n.6. & ſeq. Spiritum S. receperunt in die Pentecoſtes,p.482. Diſcalceati gaudent privilegiis Mendicantium,p 481.n.10. Diſcalceati miſſi in Perſidem p 485.n.5. Cum ſuo auctore S. Eliâ erunt cõſtantes in fine mundi, p.478, n.5.

Chriſtus.

Ejus Corpus breviſſimo tempore formatum, p.20. n.8. Eum eſſe teſtantur tres Perſonæ Divinæ & Apoſtoli, p.26.n.3. Eſt caput Eccleſiæ, p.82. n. 1. Eſt ſal,p.14. Figuratus eſt per olivam Noe, p.17. n.2.

Chriſma.

An poſſit à ſacerdote confici, p.531.

Confirmatio.

In eâ patrinus debet eſſe diverſus à patrino Baptiſmi, p 531.

S. Chriſtina

Trudonenſis eſt ſancta, p.276. n.13.

Ciſtercienſis Ordo.

Ille, & alii gaudent privilegiis Mendicantium, p.479

Columba.

Eſt figura Spiritus ſancti, p.16. n.1.

Confeſſio fidei.

Illa obligat quando ſubſtrahitur honor Dei, p.264.

D.

David.

AN peccarit mutando vultum, p.399.

Deus.

Non exorandus pro eo quod ab homine poteſt concedi, p. 26.

Diſputatio.

De rebus fidei coram plebeis ſeu ſimplicioribus extra neceſſitatem eſt prohibita,pag. 375. n.1. Laicus doctus poteſt diſputare in caſu neceſſitatis & utilitatis defectu Clerici docti, imò ſi tyrannus urgeat, p.376. n.2. Laicus præſente ſacerdote non diſputet niſi ab eo rogetur, *ibid* Religioſi quando poſſunt diſputare cum hæreticis,p.377.n.5. Diſputaturus cum miniſtro majori doctrina quàm cum alio,p.378.n.6. Quando licet diſputare p.378. n.7. Finis illius eſt, ut veritas fidei demonſtretur, p.38. n. 15. Fiat abſque contentione, 383. n.18.

Dormientes.

Facilius tactu,quã ſono excitãtur,p.48.n.4.

E.

Eccleſia.

PEr Chriſti incarnationem ſanctificata, p. 12. n. 21. Militans in quo dignior Triumphante,

Digitized by Google

Triumphante, p.16, n.2. Ejus fœcunditas figurata per columbam, p.18.n.7. Ejus generatio breviſſimo tempore facta, *ibid.* Eſt virgo, quia nunquā defecit à fide: Synagoga meretrix quia non ſervavit fidem, p.21.n.9. Eſt domus: eſt civitas: eſt Jeruſalem, p.67. n.1. Eſt impugnata, ſed ſibi utiliter, *ibid.* Eſt regnum, p.73. n.12. Eſt ſagena, p.103.n.4. Eſt mulier quæ lib.4. Reg.c. 4, habet duos filios, p.175. n.11.

S. Elias.

Speciali commiſſione divina ſacrificavit in Carmelo, p.194. n.1. Caruit timore ſervili p 364.n.11. Ejus conſtantia & intrepiditas, p 363.n 9. Ad ſecundum adventum amore ſe præparat.p.329.n.18.Eliæ ſignificatio, p.336. n.1. Necdum obiit, deſtinatur ad prælium cōtra Antichriſtum, p.321.n.7. Ubi nunc ſit, n.8. Ex privilegio evectus ad ſacerdotium, p.559.

S. Eliſeus.

Permiſit Naaman urbanitatē, obſequium & venerationem, p.405. n.8.

S. Elpidius.

Carmeli alumnus in prædicatione S. Jacobi ſocius, p.167. n.8.

Eſſeni.

A ſancto Marco converſi, p.137. n.7.

Epiſcopus.

Non moretur extra Diœceſim, p.473 Ejus munus eſt prædicare, p.490 n.6.

Eucharistia ſumptio.

Roborat, pag. 81. n. 4. Producit vitam æternam, p. 15.

S. Eulalia.

Martyr, p.278. n. 10.

Exemplum.

Ejus efficacia, p.225. n.2. p.229.n.1.& ſeq.

F.

Fatigati.

AN magis appetant cibum quam potum p. 51. n. 1.

Fides.

Olim terrore nunc verbo homines ad fidem & unitatem excitantur p.49 n. 5.

Fideles.

Coram tyranno actus charitatis ſupernaturalis eliciant, p.322. n.1.

Fuga.

Peccatoris timida, p.338.n.6. Eſt ſignum formidinis, p.339. n.7. In perſecutione quando laudabilis, p.342.n.5. Non eſt præcepta, p.343. n.3. Quandoque imperaturà fortitudine, *ibid.* n.4 Laudabilis, quà vitatur libido, p.347.n.5. Arripienda ad fovendam & propugnandam fidem & Eccleſiam, p.351. n.1. Quando eſt utilis, p.351. Arripienda ad oſtendendum quanti fiat vita juſti, p.352. Eſt aliquando actus prudentiæ, p. 353. Eſt nonnunquam actus fortitudinis, *ibid.* In perſecutione quādo licita, p.280.n.2

Fugiendum nè tentetur Deus manendo in periculo, p.362.

Franciſcani.

Facultas illorum eundi in Indias, p.484.

G.

Gabriel

Quid ſignificet, p. 85. n. 2.

H.

Heretici.

QUi ſunt eorum libri, p.440. n.7. In libris illis quæ ſit parvitas materiæ, p. 448. n.6. Ut inducant fideles ad abjurandū fidem offerunt opes & honores, p.304. Extra Eccleſiam ſunt corvi, p.18.n.6. An illi & infideles gaudeāt immunitate, p.538.n. 5.& 6.

Humiles

Dicuntur pauperes, p.15. n. 1.

I.

Iehu.

AN illius factum ſit licitum, pag. 409. num. 17.

Ignis.

Victoriæ ſignum, p.29. n. 5.

Imperitus.

Coactus diſputare opem divinam imploret, p.367. n.1.

Incarnatio

Eſt miſſio, p.3. Illius finis, p.7.

Infideles

Licet illi ſervire etiā adoranti idola, p.404. Poteſt miniſtrare domino infideli, p.415.n.2 Fidelis in illorum regionibus commorans poteſt eorum nuptialibus conviviis intereſſe p.419.n. 5. Modò non edat ſigna relativa ad idolorum cultum, p.421.n.10. Tria ſunt genera infidelium, p.504. n. 1. Poteſt honorare eos ut illuſtres, p.422.n.1.

Iudith.

An illa & alii fuerint mendaces & peccarint diſſimulando ſe eſſe fideles, p.454.n.2.

Iuſtus.

De ſalute alienâ lætari debet, p.66. n.31.

L.

Libri.

SAcri ab Eliæ diſcipulis conſcripti, p.433. n.2. Hæretici & politici qui cenſeantur, p.435.n.2 Curioſa illorum lectio damnatur p.443.n.3. Lib Hæreticorum, Politicorum venditores & retentores excōmunicantur, p. 444. n.8. An illorum lectio ab Epiſcopis & Inquiſitoribus permitti poſſit, p.447. n.3. Qui illos legere poſſint, p 444. n.6.

M.

Maria Virgo.

MAgiſtra Apoſtolorum, p.116. n.1.

Martyrium.

Præcedat dictum Spiritus ſancti, p.3 8.n 1. Ejus

Ejus finis poteſt eſſe ſpecialis aliqua virtus, p.310.n.2. Secundarius finis eſt vitę æternę conſecutio, p.311.n.5. Item peccatorum remiſſio, p.313. n.1. Specialiter peccati originalis, p.314. n.2. Item intentio obtinendi gratiam Dei, *ibid.* Non licet ad illud convolare niſi Dei voluntate impellente, p.218. n.1. Ante illud conveniens eſt præmittere actum amoris Dei, 335.n.17. An pręmittendus ſit actus contritionis, p.331.n.2. Martyres ſunt ſancti & ab Eccleſia coluntur, p.316.

Matrimonium

Suſceptum, fit ſacramentum in Baptiſmo p.562. n.6. Fidelis cum hæretica eſt validũ ſed illicitum, p.361. n. 7. Librũ Matrimonialem Parochi habere debent, p.492.

Miracula.

Approbanda ab Epiſcopo, p.473.

Mendicantes Ordines.

Sunt Epiſcoporũ Coadjutores, p.171.n.3. In quo differunt à Religioſis Societatis Jeſu, p.171.n.4. Quomodò pro converſione infidelium ſubduntur Papę, p.172.n.5. Habent ampliſſima privilegia pro miſſionibus, p.175 Illi quatuor Ordines Indiarum Miſſionarii, p.482. n.1. Profitentur ſtatum vitæ mixtæ, p.475 n 2. Eorum Privilegia, Servitia & aliis communicantur, p 478. & ſeq. Illorum privilegiis gaudet Minimorũ Ordo, p,478.

S. Michael.

Olim Cuſtos Synagogæ, p.73.n.11. Eſt Princeps generis humani, *ibid.* Eſt cuſtos Eccleſiæ, *ibid.* n.13. Privatis hominibus etiam opitulatus eſt, p. 74. n. 14. Imò omnibus, p 75. n.16.

Miſſio.

Quid illa ſit, p.2. Quotuplex, *ibid.* Divina & æterna, *ibid.* Verbi divini viſibilis & inviſibilis, p.3. Spiritus ſancti viſibilis & inviſibilis, *ibid.* Verbi per Incarnationem, *ibid.* Illius finis, p.14 n.19. & 20. Divina inviſibilis quæ? p. 35. n. 1. Æterna inviſibilis Verbi quæ? *ibid.* Inviſibilis Spiritus S. quæ? *ibid* n. 2. Viſibilis ſemper eſt conjuncta cum inviſibili, pag. 35. num. 1. Divina fit per gratiam vel ejus augmentum, p. 37. n. 1. Angelica ſit ad Eccleſiæ cuſtodiam vel ſanctificationem, p. 38. n.1. Deus Pater non mittitur, p.36. n.5.

Miſſionarius, Miſſionarii,

Sunt unus & plures, p.102.n.3. Sunt Piſcatores, p.104 Sunt Venatores, p.105.n.6. Sunt oves in medio luporum, *ibid.* n.7. Mittuntur ad omnes gentes p.108.n.13 Sunt lux mundi, p.114.n.5. Cur nunc pauciores convertuntur quàm olim, p.198. Ille non ſit uni loco, vel perſonæ affixus, p,202.n 1. Sit vigilans, p.203. n 3. Sit patiens, *ibid.* Debet ſuis commodis cedere, p.203.n.2. Non ſtudeat avaritiæ, p.205. n.4. Non ſit ambitioſus, 206. n.5. Debet eſſe integer & innocẽs moribus, p. 208. n.8. Vitæ ſanctimoniam cum ſermone conjungat, p.209.n.8. Sit capreæ & Cervo ſimilis, p,211.n.10. Sit inſtar Angeli, p.212. n.12. Sit zeloſus & fervens p.214 n.15. Infidelitatem debellet exemplo p.216.n.1. Sit caſtus, p.217.n.3. p.221.n.4. Agat quod prædicat, p.224.n.1. Habeat puram conſcientiam, p.235.n.17. Sit oneratus ſimplici, p.238.n.1. Sit pacificus, p.250.n.1. Sit clemens, p.251. Sit fidelis coram tyranno fidem profiteri debet, p.260.n. 3. Profeſſio illa ſit externa p.261.n.4. Nõ mentiatur pro vita tuenda p.262.n 8. Habere debet librum matrimonialem, p.493. n.9. Tenetur adminiſtrare ſacramenta, *ibid.* n.1. Sunt inter ſe concordes, 252.n.1. Mittuntur ad Indiam, Japoniam, &c. p 481.n.1. Illos impedientes anathemate feriuntur, p.484. Eorum facultas prædicandi, p.483.n.1. Ubi deſunt Epiſcopi tenentur Sacramenta miniſtrare p.495. n.1. Abſtineant à compulſione, p 497. Poſſunt communicare cum excommunicatis, p.583. n.2. Poſſunt celebrare ubi eos hoſpitari contigerit, p.582. Poſſunt hoſpitalia viſitare, & ibi leges cõdere, p533.n.8. Poſſunt excipere & abſolvere abſque facultate Ordinarii, p 545 n.4. Ubi non ſunt Parochi abſente Epiſcopo poſſunt munia Parochialia exercere, p.546. Poſſunt à nonnullis caſibus abſolvere, p.547. n.7. Poſſunt irregulares abſolvere, p. 548. n.9. Poſſunt concedere Indulgentias & cõmutare vota. *ibid.* Poſſunt oleo & chriſmate uti, p.503. n 4. Conferre quatuor minores Ordines, p.516. n.2. Diſpenſare ſuper natalibus & ætate, p.556.n.2.

Mulieres.

Vitandæ ad fovendum Dei amorẽ, p.366 num.16.

Mundus.

Eſt mare, pag 104. num. 5.

N.

Nazareth,

Cur ibi Chriſtus incarnatur, p,86. n.6.

P.

Parochus.

PRædicare debet, p.492. n. 7.

S. Paulus.

Etſi ſimularit ſe Judæum, nunquam ſimulavit falſam religionem, p.410. p.411.

S. Pelagia

Eſt Martyr, p.276. n.12.

Pœnitentia,

Ejus effectus, p.543. n. 2.

S. Petrus.

An inter illum & S. Paulum fuerit diſſenſio, p.258. n.17. Quomodo S. Paulus illum repræhenderit, p.413. n 21.

Pontifex, Pontificatus.

Gubernat Eccleſiam Romanam, & alias per Viros Apoſtolicos, p.76.n.19. Multi ex infimis Monaſteriis ad illum evecti, p.481.

Prædicator. Prædicatio.

Mitti debet, p.2. Ejus excellentia, p.234. n.15. Modus prædicandi infidelibus, p501.

Prælati.

Sunt oculi omni labe carentes, p.494.n.3.

Principes.

Illis veritas diſſimulatur, p.247.n.2. Nequeunt cogere infideles ad audiendū Evangelium, p.496.n.3. Poſſunt tueri partes volentium audire prædicationem evangelicā, p.500. n.10.

Prophetæ.

Illorum officia, p.106. n.10. Tempore Eliæ vitam mixtam agebant, p.144. n.1.

Pythagoras.

Accepit in Carmelo dogmata, quæ ſuis diſcipulis tradidit, p.438.n.4.

R.

Religioſi.

Conveniens eſt ut aliquæ Religiones inſtituantur in Eccleſia ad animarum ſalutem, p.170.n.1. Quem gradum tenent in Eccleſia, p.171. Earum zelus ad animarum ſalutem Deo gratus, *ibid.* Tempore perſecutionis poſſunt ſumere habitum ſæcularem, p.315.n. 11.

Reliquiæ Sanctorum.

Ab Epiſcopo vel Papa approbandæ ut colantur, p. 472.

S.

Sacerdos.

Illi celebranti adeſt Angelus, p.78.n.23.

Sacramentum.

An petens ab excommunicato ſacerdote peccet, p.551.n.45.

Scriptores

Librorum Gentilium an peccēt, p.435.n.5

Societas Ieſu.

PP. illius gaudent privilegiis Mendicantium, p.479.n.8. Poſſunt ire in Indias. 484.

T.

Timor.

Mundanus undè p.361.n.4. Servilis, p.364 n.11.

Triſtitia.

Maximè debilitat, p.50.n.8.

Typographia.

A quo inventa, p.433.n.2.

Tyrannus.

Dum coram eo fideles comparebunt, Chriſtus nō promiſit ſe ſemper daturum ſapientiam, p.374. An jubenti geſtare veſtem diſtinctam religionis debeat obtemperari, p.389. Quæ mala cauſent ii, qui ſe ei ultrò offerunt, p.273. n.6.

V.

Veſtes.

Venditores idolorum, & veſtium ad eorum cultum peccant, p. 430. n5. An liceat uti illis ad profeſſionem falſæ ſectæ, p.394. n.13.

Unctio.

Quæ materia illius, p. 554.n.1. An liceat Miſſionariis uti antiquo oleo, *ibid.*

Z.

Zelus

Animarum, p 486.&c. Eſt actus amoris Dei, p.325. n.14.

FINIS.

ERRATA.

Pag. 7. Col. 1. Lin. 40. egens *lege* allegans, *pag.* 12. *col.* 2. *lin.* 7. Deum *lege* Deus, *pag col.* 1. *lin.* 44 *columbæ* adde *ſpecie* *pag* 26. *col* 1. *lin.* 52. poſſe *leg.* poſſet. *item lin.* 24. *cum bona* lege *per bona*, *pag.* 23. *col.* 2. *lin.* 10. irrogent *l.* irrigent. *p.* 33. *c.* 1. *lin.* 35. glorificaturus *l.* glorificatus, *p.* 36. *c.* 1. *lin.* 1. Aoſtolus *l.* Apoſtolus, *p.* 39. *col.* 1. *lin.* 20. cripiet *l.* eripiet, *p.* 42. poſt *ſanè* adde *expoſita*, *p.* 44. *col.* 1. *lin.* 4. *ſani* l. *ſanata*. *p.* 47. *col* 1. *lin.* 26. dele *ſunt magis*, *p.* 69. *c.* 1. currum *l.* coram, *p.* 77. *col.* 2. *l.* 7. *poſt* ordine *adde* ad, *p.* 78. *c.* 2. *lin.* 12. noſtri *l.* noſtræ, *p.* 81. *c.* 2. 53. proctutum *l.* productum, *p.* 95. *c.* 2. *lin.* 29. *fundamento.* l. *firmamento*, *p.* 100. *c.* 1. *lin.* 5. non *l.* nam. *p.* 102. *c.* 1. *lin.* 24. *impletum* l. *impleta*, *ibid. c.* 2. *lin.* 15. mottem *l.* mortem, *lin.* 27. religio *l.* religione. *p.* 104. *c.* 2. *lin.* 6. homines *l.* piſces, *p.* 106. *c.* 1. *lin.* 48. dominus *leg.* domini, *ib. c.* 2. *lin.* 11. coleuit *l.* coluit, *p.* 107. *c.* 1. *lin.* 21. hydra *l.* hydria, *p.* 112. *c.* 2. *lin.* 46. *Baptiſmus laverentur* l. *Baptiſmo lavarentur*, *p.* 113. *c.* 1. *lin.* 1. ſervatur *l.* ſervantur, *p.* 120. *c.* 2. *lin. ult.* Inonum *l.* Iconium, *p.* 212. *col.* 2. *lin.* 16. pertaxerunt *l.* pertraxerunt, *p.* 127. *c.* 1. *lin.* 9. *Carmeli* l. *Cameli*, *p.* 128. *c.* 1. *lin.* 49. *animos* l. *animus*. *p.* 148. *c.* 1. *lin.* 9. Cratæ *l.* Cretæ, *p.* 149. *c.* 1. *l. ult. dele* in, *ib. c.* 2. *lin.* 41. *Merone* l. *Nerone*, *p.* 151. *lin.* 29. volaris *l.* vocaris. *p.* 152. *c.* 2. *l.* 6 aſſerunt *l.* aſſerunt, *p.* 154. *c.* 1. *lin.* 42. ſingulari *l.* ſingulari, *p.* 164. *c.* 1. *lin.* 38. præfautm *l.* præfatus, *p.* 167. *c.* 2. *lin.* 10. omni *l.* omnis, *p.* 205. *c.* 2. *lin.* 10. *lege* aſſentimur, *p.* 214. *l.* reſponder, *p.* 218. *c.* 1. *lin.* 20. *l.* triplici, *p.* 223. *c.* 1. *lin.* 41. *l.* ſubſtantia. *p.* 226. *c.* 1. *lin.* 31. *l.* per, *c.* 2. *lin.* 47. *l.* audiat, *p.* 229. *c.* 2. *lin.* 33. *l.* converſationem, *p.* 230 *c.* 1. *lin.* 47. & *l.* ut, *p.* 236. *c.* 2. *lin* 7. *dele* in. *p.* 241. *c.* 2. *lin* 22. *l.* areſcerent, *p.* 254. *c.* 1. *lin.* 16. *leg. doceatur*, *p.* 268. *c.* 1. *lin.* 1. *l.* emittendam. *p.* 273. *c.* 2. *lin.* 28. *l.* violenter. *p.* 291. *c.* 2. *lin.* 24. & *p.* 292. *c.* 1. *lin.* 28. l. *Marcellinus*, *p.* 309. *col.* 2. *lin. l.* adhæſerat, *p.* 319. *c.* 2. *lin.* 32. *l.* vultum. *p.* 365. *c.* 2. *lin.* 6. *l.* prata. *p.* 523. *c.* 1. *lin.* 26. *leg* Regis, *p.* 525. *c.* 2. *lin.* 31 *leg.* amiſſioni, *p.* 542. *c.* 2. *lin.* 46. *leg.* efficiatur. *p.* 559. *c.* 1. *l.* 40. *leg.* fœneratoris. *p.* 559. *c.* 1. *lin.* 1. *leg.* alii, *p.* 560. *c.* 2. *lin.* 44. *lege* alii, & *lin.* 49. *lege* munia.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6-3-2